



D. BUEN

Optica

2.



Liber Vigesimus sextus.

ris grossis: vino: et proprie coitu. Ad dolorem
fiat illinitio cum oleo confecto cum pulpa collo-
de iurta quod est in ea. laxationis: quonia facit as-
sepe: et mitigat dolorem: ac confert ei clystere vi-
n capitulo doloris dozi.

masui dicit: sparagi quoque conferunt dolo-
ri dozi de ventositate et flegmate.

alie. Dicit: ego vtor in dolore dozi anti quo
stercore columbarum pascentium euz na-
tritris et cribellatis loco finapis. Olei maiorane
dolori dozi. Aqua sulfurea confert dolori laboz.

offus Oleum nucis muscate confert dolori
dozi bibitum cum oleo percoporum

bimasui Hoc est clystere bonuz ad do-
lorem dozi anche et colice: de

ali abdus: fiat cu camomilla corina cartami: ane
caulibus: centaurea: amigdal. et serapino: et co-
que decoquenda sum: et cu decoctide misceatur mel
lucis et olei nardinis. Hoc est licinisi boni ad hoc:
pulpam colloqui. sarcocolla penidisi et supponatur.

chigenisus. Curatur dolor anche
derelicto labore euz ca-

me facta in primo passionis cu oleo calefacto et mi-
inde dolor: sed tamen subuertet: veritatem post tri-
nere debet: et de manu opposite partis modicus
tes in ipso die de sanguine: et in secundo al in sero
quantitate: et tamen si excitat non ac derelicto p qua-
ventoset sup tibiaz cu scarificatione profunda: ab
sanguinis extractio: freques calefactio sup loca:
ne inuentur ipsuz frigor: deinde vetoset frequen-
et locum dum inficitur: deinde scarificetur profun-
gatur violenter: sed quidam medici loco huius
sanguisugaz. Moscas igitur freques calefactio
doloris. Certe igitur procede q nulla fiat vstio
eris ne inde excites dolor insanabilis: sed fiat cum
similiter euz adipe et euz rapfia mixta cum aqua et
tres horas super locuz dimissa: et lauetur postea
eruntamen statim quod inficitur superpone loco
m euz aqua calida: deinde scarificatio fieri debet
ta non crudelis: ac superposito ei panno infuso in
leo dimittatur per triduum: aut fiat adhesio cu ali-
ricula vitris sigie si inuenitur aut vitris picis na-
artes noues si in ea fuerit piz: et admixta cu rapfia
si rapfia non inuenitur: et supponatur anche per
die: quoniam eradicabit dolorem: non minus
bet clystere cum aqua ruthe silucstris. eleza et cu
centauree: q si inde fuerit punctio vehemens
tio fiat euz lana isusa in oleo nigelle tepido et lacte
tepidio super ventres inguinem et lumbos: et inde
bitur punctio: et dum secuta fuerit sanatio itera-
ba ventosetur euz scarificatione profunda et rara.
adum est: medicamine rubificatio: quoniam inde
dolor: et non subuertetur. Etia laxatio fieri dz euz
pulpam colloquintide ter in melle: calefactio fiat fre-
quenter vomitus. etia vstio sanabit huc morbum: s vul-
stionis conseruanda sunt q non glutinent spatio lon-
gioris: vt ex eis manet ipse humiditates crudeles.

roius. Ad debent supponi ei medici
ne calide antequa uatione fa-
cylstera: vñ facta in mut de in basilica
peracto clystere euz apfia: fiat illini

violenter: deinde fricatio fiat euz sale: et liget. Ego quoque
furo per deuz q nemo curatus fuit cum hoc qui sanatus
non esset. Etia confert ei vera ruffina et tyriaca vehementer.

Abisq Auctore: da in potu de radicibus cappa-
ris quolibet die vnc. ij. per ebdomadam
et sanabitur: sed signuz eius erit q vehementior efficitur
dolor: deinde sanabitur: tamen confert clystere si fit cum
decoctione saune. etiaz si datur in potu confert.

De complemento Et perfectione ad do-
lorem anche de fleg-
mate. Fiat clystere euz decoctione nasturtij babilonici p
se sola tantum. Aut dentur in potu rubea tinctoris corti-
ces radicem capparis aut nasturtij euz aceto. Hoc est
clystere ad dolorem anche flaticu dozi et colice. R. serapini
opponaci: armoniaci ana. 3. ij. bdellij. 3. v. centauree
maioris. 3. x. amigdalorum excoziatarum. 3. x. aneti. 3. x.
camomille. 3. xv. pulpe colloquin. 3. vi. fenugreci. seminis
lini ana. 3. x. ficu pinguis: granoruz pentadac. fractoruz
ana. 3. x. prundini. x. numeraliter: cartami oztesis et silue-
stris ana. 3. x. seminis ciceris iperatozis. 3. xx. seminis apij
ameos ana. 3. v. furfuris simile. 3. xx. cimini. 3. vij. ruthe re-
centis: castorei: piretri añ. 3. ij. coquantur euz rotu. aque
xv. dum remaneant aque rotu. v. et colentur: deinde. R.
ipius aque rot. 5. mellis vnc. i. elmozi vnc. i. fellis thauri-
ni vnc. ij. olei muscalini vnc. 5. olei nucuz: olei nardini olei
lilini ana vnc. 5. et cum ipsis mixtis clystere fiat. Sed hec
decoctio dari potest in potu euz oleo. pentadac. videlicet
R. rubee tinct. sitarig. hermodac. satirion ana. 3. v. fenug-
greci. 3. x. vuarum passarum sine nucleis. 3. x. radicez apij
seniculorum añ. 3. vij. 3. 3. iij. masticeis anisi ana. 3. ij. 5. ra-
dicum squinanti. 3. iij. coquantur euz rotu. iij. aque dum
remaneat quarta pars eoruz: coletur: dozi quolibet die
rotu. 5. cum aur. pond. ij. olei pentadac. Dicit si fuerit
cum sciatica ardor et inflatio minutio fiat. Simautes: non
fiat: proprie si fuerit euz stupefactione aut frigore: sed de-
tur in potu pillule fetide: pillule sitarig: ac operemur cly-
stera violenta. Et euz decoctione radicez cucumeris asi-
nini euz aceto fiat emplastrum super ancham.

Filogorius dicit si dolor accidit in dorso et
non continuatur euz cora et an-
cha et si diurnus: curetur euz fricatione forti et balneo
et simarie curetur cum cura sciaticae: q si vehementior ef-
ficatur dolor in sua dispositione in sciatica superponatur
ventose et medicine laudabiles.

Dico Quod res prouocantes vrinas grossam et san-
guinem eradicant dolorem anche prout vi-
di in libro Galieni.

Iudeus dicit: sciatica si fit ex sanguine vomit^o
confert magis q laxatio: vnde si volue-
ris facere laxationes: precedat vomitus: postea fiat laxa-
tio: deinde clystere fiat: ac facto balneo clystere fiat cum
oleis: superpositis ventosis anchis absq scarificatione:
et facta unctione cu oleo colloquintide: q si laboriosa fue-
rit: fiat vstio in ancha: ab ancha videlicet vsq ad pedes
in locis in quibus sentitur dolor cuitatis musculis tibiae:
ac fiat vstio tenuissima et profunda in capite digiti in quo
sentitur dolor: quonia sanabit ipsum: vstiones igitur non
dimittatur glutinari per dies: sed nulla fiat cena in sero.
Hoc est clystere ad sciaticam et podagra frigidaz. R. tassi
barbati: radicez capparis: ellebori albi et nigri: cicute: ori-
gani napti hermodac. pulpe colloquintide: ypratelli. i.
serapini: mirre bdellij ana aur. p.

Registrum cartarum.

In nomine dei
serapino: et
Capitulum secunduz
comparatione in calefactide

Dialco. Si darentur
plexio adolescentium
vngantur mandibule
et ille motus rei

esse futuram: sunt
pus cum castoreo
num: et inungatur
et locetur in

loris: vsq ad
sode vicio stoi
Troscisci. Trianguli
fiant clystera

galbanum: et
sit narcotizare
tur tantum de
dolor ex calefactione

apparbit in
Dicit filius
Et antidotario
et cum bis que

dubius ad
omnia: et misceantur
fel yrcinum:
lentisci mordicans

Dico dispositio
De miamir dicit
in cocleario dum
postquam trita

et cum denigratum
ditas dominatur
Dico Et imponenduz
boris apparent:

in interiori parte:
Dico q expedit
quam partem:
Singuam sanguinolentaz

et silibus. Si vero
nium musculorum
tur dolor: fit
no erit sufficiens

ne: niger erit:
trito: aut dragia
granatoru coctum
tem: terantur

pectoris: quando
sus ibi procedens
rubeum: sed si
post putrefactionem

pit tunc vt
runt debiles:
leuefacit sputum
ex desiccatione

proximis virtuti
mine composito
eius condominans
stomacho de

tur cum melle
illiniende cum
Dicit q valent
Ruffus. Prohibet

dices colloquintide
cuculle. costi.
albo: et appositio
uersos: licet

in locis qui sunt
bilis: vandum est
hic humor
ana partes. iij.

ma: q si
Dico q larat
coleram. Sed
et acutis noli

stomacho et
rat: sed si
De mebris dolentibus
Dico Iude

De complemento et
De libro horribilitatu
nozorum et fluxui
la debet esse recens

capitulo quinti
De sexto capitulo
sarcocolle vnc. v.
pauce sustinentie

qui vsualiter
et viscosorum
rit: erit ex
ma fuerit

fuerit cum
tum de rotunda
Dicit q vrina
In primo capitulo

tionem ventris
De libro vtilitatis
Filogorius dicit
fuerit cum ea

diuturna omnino
nis: et coquatur
aceto potenti per
dicis plantaginis

lice intensi
Abubiker dicit
si fuerint
Abubiker: dolor

gendi: et exituris
Aliud de simplicibus
legum factum
Dicit Sanguis

ex comunicatione
De sumis Glauconis
ctus erit: quoniam
De sumis de mor.

matrice: lubricante
super formam
Dicit q si accidit
rum: ne in grossetur

ex debilitate
guinis de corpore
quod magis sit
Dyscozides et Gal.

Forans cum acu
Iudeus habetur
non remanebit
tus vrine ad

apij cum aqua
Simon dicit: non
ipsa subuenit ad
farine est melior

ete confert
grossum fuerit
cum infrigidatione
Dico dicit iste

Adisib hoc est
et vigilias: febres:
De complemento
oleo sambucino

nis gracilibus:
restando in ventre
cum sit extrinsecus
De quinto caplo

bet die fumendum
vnde in immoz
apostema fieri: pcedet

pa colloquintide
Et ego dico
Salie. dicit:

S I N I S



Seraphici Doctoris
S. PATRIS IOANNIS
EVSTACHII BONAVENTURÆ
ORDIN. MINOR.
EPISC. ALBANEN. ET S.R.E. OLIM CARD.

Opusculorum Theologorum Secundus Tomus.

*Accesserunt nunc eiusdem S. Patris aliqui mira eruditionis, ac
sanctitatis libelli, qui iam temporum iniuria penè
interciderant.*


*Addita sunt etiam marginales annotationes, quæ sententias
illustrarent.*

FACULTAD
DE
TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

OMNIA IVSSU R^{MI}. P. F. FRANCISCI ZAMORAE,
eiusdem ordinis Generalis Ministri, à mendis innumeris,
quibus hucusq; scatebant, summa diligentia,
atque vigilantia repurgata,
& in lucem ædita.

*Ad Illustrem admodum, & R^{MO} D. BERNARDVM FRESNEDAM,
Episcopum Conchen. ex eodem ordine assumptum, Catholicæq;
Maest. Philippi Secundi, Hispaniarum
Regis Confessarium, &c.*

Quæ in hoc secundo Tomo continentur, sequens facies indicabit.



VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.
M. D. LXIII.


Opera Bernardi de ...
republicana ...



QUI HOC SECVNDO TOMO
CONTINENTVR LIBRI,
II SVNT.

1 Sancti Bonaventurae canonizatio.	folio. 1
2 speculi disciplina, siue de ratione informandi nouitios, Libri tres.	fol. 24
3 De triplici statu Religiosorum, Libri duo.	fol. 40
4 In regulam nouitiorum, Liber unus.	fol. 47
5 De reformatione mentis, Libri duo.	fol. 51
6 De processu Religionis, Libri septem.	fol. 63
7 De perfectione uitae, Liber unus.	fol. 90
8 Stimuli amoris, Libri duo.	fol. 94
9 Speculum animi, Liber unus.	fol. 115
10 Dietae salutis, Libri decem.	fol. 126
11 De institutione uitae Christianae, Liber unus.	fol. 166
12 De regimine animae. Epistola una ad Blancham Reginae Hispaniae.	fol. 168
13 Contra Franciscanae regulae calumniatorem quendam, epistola una.	fol. ibi.
14 In orationem Dominicam, libellus.	fol. 171
15 De laudibus Virginis, siue de speculo Beatae Mariae, Liber unus.	fol. 172
16 De preparatione ad Missam, Liber unus.	fol. 195
17 In psalterium Beatae Virginis, Liber unus.	fol. 199
18 De corona Beatae Mariae Virginis, libellus.	fol. 206
19 Officium de Passione Dominica.	fol. 207
20 De compassione Beatae Virginis officium.	fol. 208
21 In Salue regina carmina.	fol. 210
22 In sacrae missae mysteria.	fol. ibi.
23 Laudes Crucis.	fol. 216
24 De quatuor mentalibus exercitijs, Liber unus.	fol. 217
25 Itinerarij mentis in Deum, Liber unus.	fol. 230
26 Incendij amoris, Liber unus.	fol. 237
27 De septem itineribus aeternitatis, Liber unus.	fol. 242
28 De quatuor uirtutibus Cardinalibus, libellus.	fol. 274
29 Collationum Monasticarum ad Fratres, libellus.	fol. 275
30 In eos qui ordini Minorum aduersantur, Apologus Liber.	fol. 277
31 Alphabetum spirituale Religiosorum.	fol. 283
32 Mysticae Theologiae, Liber unus.	fol. 284
33 De exercitijs spiritualibus, siue fasciculi, Liber unus.	fol. 304
34 De meditatione passionis Christi, Liber unus.	fol. 307
35 De pugna spirituale contra septem uitia capitalia, Liber unus.	fol. 308
36 De septem gradibus contemplationis, libellus.	fol. 310
37 De quinque festiuitatibus pueri Iesu, Liber unus.	fol. 311
38 De Ecclesiastica Hierarchia, Liber unus.	fol. 315
39 De meditatione uitae Domini nostri Iesu Christi ad sanctimoniam quaedam, Liber unus.	fol. 322
40 Meditationum item eiusdem, libellus.	fol. 378
41 De septem uerbis Domini in Cruce, libellus carmine digestus.	fol. 380
42 Laudibus Beatae Virginis in salutationem Angelicam, carmine item digestus libellus.	fol. 382
43 Declarationis terminorum Theologicorum, libellus.	fol. 385
44 Amatoriū, siue de his q̄ nos ad Christi amorē peliciunt, Liber unus.	fol. 390
45 De decem praecipis Dominicis, Liber unus.	fol. 398
46 Lignum uitae, Liber unus.	fol. 407
47 De sex alis Cherubim, Liber unus.	fol. 413
48 De sex alis Seraphim, Liber unus.	fol. 414

SERAPHICI DOCTORIS
D. BONAVENTURAE
PARVORVM OPVSCVLORVM
PARS SECVNDA.



REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET
D. D. IULIANO DE RUVERE S. R. E. EPISCOPO
Cardinali Sabiniensi, Sancti Petri ad uincula nuncupato, maiori Penitentiario, ordinis Minorum meritisimo Protectori, benefactorisq; suo benignissimo

Octavianus Aduocatus eiusdem obseruantissimus. S. D.



EXPERTVS mansuetudinem & comitatem animi tui, ac in me charitatem: ausus sum has meas qualiscunq; lucubrationes tibi dicere, quas annotandis uitae cursu, & miraculis Bonaventurae iussu tuo curiosius exegi, quas & si sciam, non eo artificio constare, aut dicendi ornatu splendere, ut dignas lectione tua crediderim, uel ex ea dicatione ornamentum ullum tibi accessurum, satis tamen materiam pro se sufficere intelligo, ad detinendum in sui lectione oculos atq; animum tuum, qui pro singulari religione ac pietate qua Beato Bonaventurae astringeris, nihil libentius agitas aut dicittas, q̄ quod ad illius sancti uiri celebritatem & laudem pertineat, in quo locupletissimum mihi testem me ipsum habeo, qui securus dignatione tua, Principes & Populos occidentis ex Apostolica legatione petentem, incredibili quodam affectu ac desiderio uidi tuam reuerentiam detineri, uisendi sepulchri ipsius Bonaventurae, quo cum ad Lugdunum peruenissemus, ubi tam etsi Regni praecipui Praesules & satrapes etiam Regio sanguine orti, qui te Regio imperio soleni pompa prosequerentur, instantissime urgerent celerius Regem adeundum, ad quod ipsi Regijs literis urgebantur, non tamen id prius extorquere potuerunt, q̄ in salutando sancti sepulchro, & meritis uenerationibus (in Ecclesia ubi quiescit) pie persoluendis, diem integram contriuissem. Quis praeterea tam laboris pertulit, ad consequendam Bonaventurae celebritatem? Quis praecipuo studio, proprio etiam arte curauit ad principes & exteras nationes nuntios mitti, ad procuranda testimonia atq; instrumenta, quibus sanctitas patentius monstrari posset? Quis deniq; ipsi Pontifici in hoc per se satis alioquin coactato, calcaria urgentiora ad

diderit ut sepositis etiam aliarum magnarum rerum moliminibus, huic operi uacaret unice. At si porro ex hoc munere honestari quaequam posse sperassem, nemo profecto erat cui magis id me debere intelligam q̄ amplitudini tuae, de me optime merita, a qua tot ornamentis & commendatione ipse essem honestatus. Te enim interueniente apud summum Principem in publico consistorio, publice causas defendere & perorare licet. Tuo in me studio factum est, ut summus Princeps uoluerit euocatum me sacro assatu hortari, atq; efficaciter monere, ut te ad destinatum munus Legationis proficiscentem sequerer, meisq; officijs, atq; consilijs fide prosequerer. Praestitisti rursus, ut ex tam multis & claris Praesulibus, qui tuo latere illustrabantur, nullus me officiorum claritate superaret. Tu mihi praestitisti, ut inter primos fidei & prudentiae secretorum tuorum maxime particeps existimarer, quem ad res arduas pagendas, ac pertractandas cum Illustrissimis Principibus, idoneum iudicares & destinares. Tu deniq; effecisti, ut nouissimè ex tot clarissimis collegis meis, uni mihi liceret rem tanti meriti consequi, ut in tanto coeuentu (quid amplius dicere possum insignia merita Bonaventurae perferere: Vbi absoluta oratione, idem clementissimus Pontifex me ample laudato, professus me uberrimè satisfecisse muneri, Apostolicam sedem & suam sanctitatem minimè unquam meis commotis & honestati defuturam, pollicetur. Iure igitur te (quo possum) officio prosequor, a quo tamen in me fauoris & ornamenti accedit, quantum ne unquam sperare, aut porro optare fas putarem: q̄ si meorum commodorum in hoc ratio habenda erat, ut omittam quantum splendoris ac nominis, amplitudo tua sit allatura huic meae lucubrationi, quis te, promouet operosius, fauet benignus, ornat amplius, donat largius? Nec tamen notam uerebor, q̄ non magis ipsam Pontificem in hoc delegerim, quo nemo religione, uita cursu, ac sanctimoniam,



ORATIO OCTAVIANI IN VITAM

Et monia, literarum disciplina, & rectissimis studiis conuinctior Bonaventura unquam fuit. Expauit namque animus uirum diuinum etiam sacro nequitate eloquiorum Bonaventura profum his meis scriptis derinere, qui si tu honestu duxisset, idem accepisse officium, certe pro sua sapientia & in re charitate non inuicendum erit sue sanctitati nepotem eius charissimum & familiae suae decus, ea se beneficentia in sui cultores praestare, eoque fauore apud patrum tuorum Deum illis adesse, ut ipsi plane intelligat, quid in te pliterint tam grata mente & sua beatitudine susceptum, quod si id sibi exhibuissent. Accipe igitur pater & dñe mihi benignissime, officium meum qualecunq; sed ab animo gratissimo & tibi deuotissimo profectum. Te modo cum scripta relegeris meminisse uelim, ab illo annotata, qui sine patroni caularum excedere nesciat, quae si ut caetera à me in te profecta officia, ut opto laudaueris, etiam si minus placuerint, erit laborum solatium, si uero delectauerint maximi premij loco habendum ducam.

Oratio in vitam et merita diui Bonaventurae, per insignem ueris uerisq; Doctorem disertissimum, Octavianum de Martinis Suesanum, sacri palatii Apostolici clarum Aduocatum Consistorialem.

Uultitia suffragiorum B. P. ad quae porrigenda desiderabar, haerentem me concitauit, ad indicti mihi muneris prouinciam remota cunctatione capescendam. Neque enim me alioquin saluabat, quod arduum quod uanceps munus obirem, postulare ex merito, secundum Romanae sanctae decreta referri in ordinem siue catalogum caelestium, qui cum Christo regnant Sanctorum. Idque in hoc tremendo auditorio, sub aspectu sacri reuerendissimorum Patrum senatus, ac sapientium prelatorum & uirorum, quibus tua sanctitas caelesti superum dono, in sua maiestate sapientissime praesidet, ubi non ego modo qui in actione caularum forensium, nostri seculi stilo uerborum, uerum & alium quolibet exercitatum, ac denique consummatum orationem expauere quidem posse credendum sit. Nam per immortalem Deum, quis tam sapiens, aut disertus quicquam adeo elimatum, aut studiosa lucubratione excogitatum hic proferat, quo maiestatem loci dicendo uel medioeriter aequari possit? Quid porro tanto studio aduentum, quod preuisum, ac tritum non fuerit apud tanta sapientia patres, ac te ante alios Sanctissima Princeps, qui cum ex multis iam annis diuinarum atque humanarum rerum, ac omnis denique philosophiae scientiam plenissime edidiceris, uelut splendidissimum sydus in firmamento, in Dei Ecclesia caeteros illustrasti? Quae quidem reuoluenti non leuem animo timorem incussisse poterant, atque ab hac actione, qua nulla illustrior penitus dehortari, nisi in stitia meritorum (ut praemisera) Beati Bonauenturae, pro quo intercedimus, animum erexisset atque confirmasset. Accedebat praeterea, quod princeps non profanus pro religioso, aut indoctus pro literato rogandus erat, sed tu profecto pater beatissime qui diuinis obsequiis beati Francisci religione, ex matris utero caelestis destinatus, in eadem omnipotenti Deo religiosus seruauisti, ac demum ad eius principatum singularibus tuis meritis uectus, illam sapienter ac salubriter gubernasti, auxisti atque ampliasti, qui uicem diuinorum mysteriorum scientiam per traditiones patrum fueris nactus. Tum uero ex operibus eiusdem diui Bonaventurae quae diuino spirante lumine edidit, conditoris diligentiam certissime comparasti. Ita te namque par erat, qui conditoris uices gesturus in terris, in illius mandatis commissum gregem oporteret erudire, neque enim illius faulste quis uices gerit, quem non penitus nouit, neque illius porro mandata recte alios edocet, quae non prius luculenter edidit. Quare cum pro diuina sapientia Patre, ordinis minorum generali ministro Episcopo Cardinali Albanense. Intercessurus essem, apud te beatissime Pater qui ipsidem meritis clarus ut officiis gloriosè perfundus eras, & proinde ad hoc opus tibi in hos usque dies diuinitus seruatum electus, nequaquam mihi uerendum fuit, ne per insufficientiam tibi negligenter, qui etiam meritis fidelium pastor imbecillitati nostra clementissime compari didicisti. Itaque ego qui horrore quodam non sine turbatione occiperam, prospecto tamen quod benigno uultu ac clementi nutu audientiam indulgeas, erectus in specie meliorem, si dentior prosequor, tui sacri affectus oraculo, meis auribus illud propheticum insonare uideretur. Dilata os tuum & ego implebo illud. Et rursus. Dabo tibi sermonem bene sonantem in os tuum, ut complaceas in ore principis, ac pius obsecro pari clementia uelis fauere, dum diuino munimine adiutus, ac tuo benigno fauore firmatus proferam quae ad ipsius creditoris Bonaventurae, ac huius sanctae sedis laudem perpetuam cedere possint. Exoraturus à tua sanctitate. P. B. diui Bonaventurae canonizationem ingens mihi studium fuit, sacrarum literarum codices diligentius euoluere, ad dignoscendum quenam rei de qua agimus conuenirent. Quibus quidem curiosius prospectis, quod tum colligere potui duo potissimum inspicienda, ac merito inquirenda fuisse intelligo, uita scilicet & miracula, quae si recitanda monstrauerim, in hoc uiro esse comperta qualia ad canonizationem sufficiant, tua sanctitas, cuius arbitrio id subicitur, benignè dignabitur uotis supplicantium respondere. Et quoniam uita initium quod ex religione suscipio, miraculosum existit, nemo mihi uitio uertet, si uitam ante miracula relaturus, alterum cum altero recensendo permisceam. Nec tursus mirabitur, quod quemadmodum plerique, cuiuspiam memoriam commedatur, non ego primordiis natalium ac pueritiae diui Bonaventurae insistam, aut eò al-

DIUI BONAVENTURAE.

etiam à parentum ipsius dignitate exordiar. Prohibent namque crebra & clariora uiri facinora, ab illo in statu perfectiori agitata. Nec tamen omit tam, quod Bonaventura natione tuscus patria Balneoreginus Ioanne fidanza, & Rirella fidelibus coniugibus ortus, baptismatis unda respersus, quod ex Ioanne medicinae magistro, & felice Antonio, qui & ipsi ab illis maioribus originem trahunt atque aliis testibus balneoreginis probè conperta sunt. Caeterum praetermissa longiore serie praemissorum, uita inde exordium capiet, ubi relicto mortalitatis statu, mundo moritur, ac omnipotenti Deo meritis beatissimi Francisci, uicem etiam se perpetuae dedicauit. Gloriosus Deus sanctis suis, quos sibi ab aeterno praedestinauit electos, & secundum necessitatem temporis ad salutem humani generis producit in lucem, cum beatum Bonaventuram uas electionis sibi delegisset, ac suis obsequiis in Religione Sancti Francisci destinasset, quo tamen illius conuersio, posset ali quando à Deo disponente profecta intelligi, & in illo sua maiestatis gloria reuelari, eundem in extrema ualitudine periclitari permisit. Cuius saluti anxia sollicitudine timens charissima patrens, ubi Physicorum quos adhibuit diligentiam frustra experta est, & medelarum uires ad illum leuandum minus ualere comperit, solius Dei operam quae sancta timebat, & cui castos pueri mores, quos probè ut mater nouerat, intelligebat acceptos, humiliter in salutem pueri inuocauit, ac Sancti Francisci suffragia reuerenter implorans, illum si sanum recuperaret, ipsius religioni perpetuo deuouit. Exaudita est pro diuina clementia & sua reuerentia, & sanitate recuperata integer puer euasit, non sine admiratione physicorum praefertim qui eum statum corporis probè in illo deprehenderant, ut humana ope agrum leuari posse penitus desperassent. Idem iam adulescens, ac porro aetate prouecta cum religioni maturum se, & illi ex parentis uoto debitum intelligeret, memorque diuini mandati per Dauid Prophetam, humano generi prolati. Vouete & reddite Domino Deo uestro. Anno suae aetatis circiter secundo & uigesimo, habitum Religionis Sancti Francisci deuotissime suscepit in qua professione emissionem beneficium illius his uerbis aperte testatus est. Voto enim pro melanguente grauisime, ad beatum Franciscum emissio à matre eum adhuc essem puerulus, ab ipsis sum mortis fauibus erutus, & in robur uitae incolumis restitutus, quod cum uita memoria teneam, uera nunc confessione profiteor, ne tantum beneficium reticens, sceleris arguar ut ingratus, orationemque ad illum pijsimè his effundens ait. Accipe igitur Pater beate quascunq; exiles meritisque tuis ac beneficiis, impares gratiarum actiones, & cum suscipis uota culpas nostras sic orando excusa, ut à malis praesentibus eruas, & ad bona sempiterna perducas. Igitur uir sanctus in eadem uocatione progrediens, cum omnis ipsius uita in Dei cer-

Psal. 75.

ta cognitione ac contemplatione uersaretur, ad quam assequendam, per sacrarum scripturarum assiduum perfectionem, orationes ac contemperationes intenderet, docente illum Alexandro de Ales, sacrae paginae magistro, tantam doctrinarum perfectionem breui adeptus est, ut septimo sui ingressus anno, consono magistrorum ordinis in dicio delectus, librum sententiarum in Parisiensi uniuersitate clarissime legerit, & cathedram magistralem receperit, admirabilis proinde cunctis, quod tam paruo spacio eam sufficientiam ualuerit comparare. Sed admittentur sane, qui res humanas ex naturali tantum cursu, non autem ex diuina potentia metiuntur, quae duos discipulos literarum prorsus ignaros, Emaus oppidum contendentem breui itineris spacio comitata, diuinorum scientiam plenissime docuit. Idem diuus secutus, magna indies doctrinae accrementa recipiebat, quae magis diuinitus inspirata, quam humana acquisita uidebantur. Cuique per tres annos sequentes cathedram magistralem reuixit. Anno suae aetatis secundo & trigesimo, inter primos Religionis & doctrinae in ordine habebatur. Namque illi tanquam infinitus thesaurus scientiae erat, quo qui usi sunt participes facti sunt amici Dei. Et quod notabilis & admirabilis erat in illo, quo magis scientia & auctoritate emerferat, eò magis humilitate mentis deprimebatur. Nec ut plerique literarum scientia inflati uilia ministeria domestica fastidiebat, sed quae uix nec nisi per obedientiam, agere tamen, ab illorum executione coerceretur, reputantibus praesertim indignum, si à talibus non ut egregius sequestraretur, in quo sancti spiritus gratia habitare prospere cernebatur. Nec tamen uir sanctus ulla charitatis officia ob literarias actiones praetermittebat, sed in omnes fratres oculos intendens, si quem forte tristem, aut professionis penitentem intelligeret, tanta dulcedine in sermone conueniebat, consolabatur, monebat, ac confirmabat, ut nullus ab eo discederet: quin libens captum Religionis iter prosequeretur. Infirmorum praeterea cura supra quae credibile sit delectabatur, quod uel grauioribus, aut contagiosis morbis grauentur, eò magis se totum illorum obsequio applicabat. Quibus officijs cum maiorem diem partem absumeret, non eò minor erat in publicis lectionibus & interpretationibus scripturarum, quae tanta claritate audientibus intelligenda redderebat, ut ipse auctor illorum merito uideri posset. In capitulis uero aut Prouincialibus, aut Generalibus, tanta sapientia ipsius responsa dabatur, ut iam generalis minister perspecta magnitudine consiliorum illius, nil omnino graue exequendum putaret in quo sancti uiri iudicium non antea explorasset. Quibus donis & gratis illustratus, cum iam in Religione esset omni merito clarus, defuncto generali ministro terdecimo ipsius ingressus anno, ex tam multis sanctis uiris quibus Religio



ORATIO OCTAVIANI IN VITAM

in sua novitate florebat, unus omnium (sine con- tradictione) extitit subrogatus. Hic uir sanctus accingens se grauioribus actionibus, cum iam religiosi coepissent a fundatoris disciplina paulu- lam declinare, ubi monendo, instando, castigando, ac operosius laborando, ad meliore uitae fru- gem reduxisset. In capitulo generali, quod pri- mum Narbonae tenuit, regulam Beati Francisci reformauit atque exposuit, ordinemque in Pro- uincias, & Custodias taxauit, & duas addidit, ubi strenue decertans aduersus uenenosas oppugna- tiones temeratorum, & obrectatorum, qui in religionem mendicantium ac sanctum uirum im- pudenter ora soluerant, atque artificiosis calum- nijs uelabantur, sola iustitia atque innocentia tutus, permansit inuictus: tanquam qui integer uitae scelerisque purus, non eget mauri iaculis, nec arcu, nec uenenatis grauida sagittis fusce pha- retrae. Expetus fructum sanctorum monitorum magni Basilii diuini interpretis Homerici car- minis, ubi Vlixem pro meritis ad caelum tollit, asserens poetam clara uoce testatum. O homi- nes sit uobis cura uirtutis, quae naufrago ena- tat, & eiecitur in litore uenerabiliorem ostendit. Vbi etiam libellum contra minores perni- ciosissimum, a magistro Giraldo de abbatis vil- la, (ut putant) per Apologiam aditum, non mi- nus eloquenter quam subtiliter cofutauit. Qui etiam Giraldo non longe post iusto Dei dam- natus iudicio, meritis sui sceleris poenas dedit, paralyticus ac miseranda lepra resperus, qui- bus arumnis uitam finiuit. Congregato uero capitulo generali Pisis, eo auctore institutum est, ut gloria tibi domine qui natus est de uirgi- ne, usque ad Epiphaniam continuaretur, eodem modo quo infra octauam Natiuitatis Domini- cae cantatur, & alia rubrica in breuiario refor- mata, & alia addita. Idem etiam piissimus cul- tor gloriose Virginis Matris Iesu instituit, ut fra- tres populum hortarentur ad salutandum ean- dem, signo campanae quod post completorium datur, quod creditum sit eandem ea hora ab An- gelo salutatam. Tunc translatum fuit uenera- bile corpus beati Antonij ad praegrandem eccle- siam Paduanam, cuius lingua secundo & trigesi- mo sui obitus anno, recens & rubicunda reper- ta est, quam uir sanctus in manibus deuote reci- piens, ac largioribus lacrymarum imbribus per- fundens, talibus reuerenter affatus est. O lingua benedicte quae Deum semper benedixisti, & alios benedicere docuisti, nunc perspicue cernis quatenus meriti fueris apud Deum. Cui oscula deuote fi- gens, illam honeste collocari curauit. Cuius et- fama per motus Pontifex tunc Clemens quartus, ut illum in parrem sollicitudinis traheret, opule- re Eboracensem Ecclesiam praefecit, nec tamen asse- que potuit, ut uir sanctus eam promotione accepta- ret, qui propositi constans in Religione maluit permanere, ubi diuitias & dignitates sibi procu- raret in caelis. Cuius constantiam Pontifex admi-

ratus, ad illum sta. (inquit) in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuo- rum ueritase. Nunc uero se offert numerosior cumulus diuinorum scriptorum ipsius, cum Parisius legisset primum librum Genesis, nobile opus quod de septem uisionibus Bonauenturae intulatur editum est. In libros Sententiarum celebra commentaria adidit secundum & quartum praesertim, quos etiam metricè extitit pro- secutus. Et incipiunt. O fons splendoris, uas dul- coris & amoris. Quibus ob sublime ingenium au- ctoris ibi inspersum, sententia sententiarum Bo- nauenturae titulus inditus est. Super Euangelis compendiose & utiliter scripsit. Lucè praesertim cancellarii pie Matris Iesu, quam pectori im- pressam assidua meditatione semper extitit ue- neratus. Rursus contemplatione sancti Ludouici Regis Francie officium de cruce deuotissimum adidit, quod ab Ecclesia nullo immutato rece- ptum, in ea solennitate ubique legitur. Composuit & solenne officium in honorem beati Francisci, & de ipsius uita historiam serioso tractatu pri- mum, & secundo reductorie annotauit. Compo- suit & libellum de sex alis seraphim. In monte Aluerna duo nobilia opuscula edidit, piissimas contemplationes flagrantia, quorum alterum iti- nerarium mentis in Deum, & alterum in seipsum appellata sunt. Composuit & libellum approba- torium Religionis mendicantium, quod defen- sorium appellant. Composuit & libellum de ui- ta Christi, siue meditationum passionum ipsius, quem arborem Crucis nominant. Composuit & breuiloquia. Item & sermones Dominales, super Euangelis & Epistolis per totum anni cir- culum. Item compendium ueritatis sacrae scri- pturae. Item libellum ordinationis siue institutio- nis nouitiorum. Item & libellum de stimulo amo- ris. Item & libellum quem appellant Pharetra, in auctoritatibus principalibus doctorum appro- batorum, quem per alphabetum extitit profecu- tus. Et alia plura opuscula usque tricenarium nu- merum, quae in partibus Galliarum frequentius habentur in manibus. Et cum Beati Francisci Religio, quam annis octo & decem sancto regimi- ne gubernauit, ipsius monitis & exemplis, in so- lidiori sanctitatis statu firmata esset, & uiri clari- tas ob uitae sanctitatem, doctrinae eminentiam, atque operum diuinitatem ubique elucesceret. Tu- forte Romana Sedes plurimum laborabat diffi- cultatibus, quae in Concilio quod Lugduni congregabatur iextricabiles emerferat. Gregorius tunc Papa. xj. & reliquis sacerdotibus illecti stu- dio uiri, quem leuandis dictis difficultatibus, ac uniuersalis Ecclesiae regimini intelligebant plurimum praestitutum, atque ob merita aliqno subleuandum in Cardinalem (quis reluctan- tem) promouerunt, & (quod rarum est) ipso ini- tio ob uiri excellentiam Episcopum Albanen. constituerunt. Mox pertractandis arduis rebus Concilii, unus omnium delectus est, deputatis

qui

DIVI BONAVENTURAE.

Baruch. 5
1. Tim. 4.
Vixit an. 23.

qui illi assisterent. Rothomagensis, & Tripolita- no claris Episcopis illius temporis, qui & ipsi de Religione sancti Francisci ad Episcopatum ob meritum uocati fuerat. In quo concilio de mul- tis illius sapientia sancte consultum atque decre- tum, & Graecorum composita haereses, qui tum praesente Paleologo eorum Imperatore, qui in hoc Lugdunum uenerant, libere ad Romanam Sedis obedientiam redierunt. Ad quorum reductionem missi fuerant frater Hieronymus de Esculo, & Frater Bona gratia Dalmata ordinis Minorum Religiosi eximii meriti. Quibus cum literis re- ueris latus idem Gregorius, fratres ac prelatos qui in concilio aderat, in Lugdunum Ecclesia con- uocauit, ubi uir sanctus praecelaram habuit ora- tionem, proposito themate quod legitur in Baruch. Exurge Hierusalem, & circumspice ad Ori- entem, & uide collectos filios tuos ab Oriente usque ad occidentem. Successiue in ea uocatio- ne, pari sanctitate, & operum fructu perseveras, cum in Dei Ecclesia diutius laborasset, ita ut cu- Apostolo iure dicere posset. Bonum certamen certavi, cursum consummaui fidem seruaui. Anno salutis. M. cclxxiiij. & sua aetatis tertio & quin- quagesimo, hora matutina diei dominici, quae mensis Iulij erat tertia & decima, ex humanis sublatus est, & sanctis patribus ut credere debe- mus, in aeternum uicturus redditus. Qua die ip- sius venerabile corpus sepulchro reconditur in Ecclesia sancti Francisci Lugdunen. cum multis lacrymis & consternatione fratrum lamentan- tium se tanti uiri societate destitui, qui parem si- bi in Dei Ecclesia relinquere non uidebat. Gre- gorio Pontifice per maximè eum reputante qui ibidem publice testatus est, Ecclesiam Dei illius morte magnam incurrisse laetura. In cuius exe- quiis primam missam celebravit Frater Petrus Tarantasiensis Episcopus, Cardinalis Hostien. & sermonem habuit proposito themate: Doleo si- per te mi frater Ionatha. Vbi inter ceteras com- memoraciones gratiarum & donorum, quae il- li Deus dedit, etiam fuit, quod quicumque eum uide- bat, statim ipsius amore capiebatur, eiusque mo- nita libere recipiebat, Graeci praesertim, quibus reducendis ipsius diuina eloquia & consilia plu- rimum contulerunt. Benignus, affabilis, omni- bus gratus, & nulli unquam scandalo, pius, pru- dens, humilis, pudicus, sobrius, castus atque quie- tus, quarum uirtutum actiones & officia, semper strenue extitit executus. Quod & si nullo alio p- bante doceremur, satis ex diuinis suis scriptis li- quidò patet, quibus tam intenso affectu, singula praemissa prosequitur, ut nisi per assumptum de illis habitum, adeo ardentem illis insistere non ua- lisset. Tum uero, quod Alexander de Ales pra- ceptoris ipsius testimonio, mundus ab omni ui- tio probatus est, qui eius uita & moribus probe compertus de eo dicere solebat. Verus Israelita est iste, in quo Adam non peccasse uidetur. Cu-

us doctoris auctoritatem tanti apud Ecclesiam ualuisse constat, ut de illius dictis, aut scriptis, nefas putauerint dubitare. Consummatumque omnes testati sunt, diuinum oraculum per bea- tum Franciscum de illo editum, futurum eum magnum uirum in Ecclesia Dei, Religionemque suam, magna per illum sanctitatis accrementa recepturum. Iam intelligis pater beatissime, quod & per te planius intelligebas, quis, qualisue fue- rit Bonauentura, de quo agimus, cuius uita & ex- celis Beati Francisci Religio illustrata, & doctri- na omni terra repleta est. Nunc quod secundo loco aggredimur, pari patientia audiri digneris, dum refero, quae memoranda omnipotens Deus in illo, & ipsius uirtute in alios monstrare digna- tus est. A remittenda exordio. Bonauentura ad- huc in minoribus agens, demissa mentis humi- litate potius, quam ex iniustitia, pluribus die- bus abstinerat perceptione sacratissimi corpo- ris Christi, uertus ne si illud indignus sumeret, iudicium sibi manducaret & biberet. Cuius die ad illius humilitatem, particulam consecrata ho- stie, de manu celebrantis per Angelum accepta, illius ori clementer immisit. Respexit enim ad humilitatem serui sui, propter quam beatus om- nibus gentibus Praedicatur. Rursus cum intenso affectu studeret, contemplando & annorando vi- tam beati Francisci, Gloriosus Sanctus Thomas de Aquino, qui eadem tempestate meritis cla- ruit, & Bonauenturae magna charitate coniun- ctus fuit, accedens ad illius cubiculum, per fora- men hostii illum introspectit in contemplatione raptum, & a terra miracè subleuatum. Tum re- trocedens ad suos. Sinamus inquit sanctum, qui laborat pro sancto. Simona Lugdunen. Beatum Bonauenturam uiuentem summa deuotione p- sequebatur, quae sicut domino placuit, mortuum peperit. Ad quam euocatus uir sanctus, expositus cadauere ante illius pedes, & mater quae in le- cto coram ingemiscebat, & relique mulieres quae aderant, sancti uiri opem in salutem mortui de- precatae sunt. Tum uir sanctus commiseratus, ma- nibus atque oculis erectis in caelum, deuotissime orauit: Mox signo Crucis super puerum facto, ui- uentem reddidit matri. Tritum ac frequens a- pud Lugdunen. Castrum uillanum, a crocam Pro- uinciam, quod mulieres utero laborantes, inuo- catus exaudit, & de piculo eximit. Ioanna Lug- dunen. octo dies continuos utero distenta, atque assiduo enixa parturienti cruciata, dispauerat de salute, monita a mulieribus, quae laboranti aderant, se sancti praecibus & suffragiis commē- dauit, certum votum pro salute recuperanda fa- ciens, & statim incolumis incolumem peperit. Petrus filius Io. aiuse chaphelier, dextra tybia no- tabiliter claudus, ita ut quatuor mensibus sine baculo, nec ambulare, nec in uestigijs consistere posset, precibus, uoto, & orationibus, in se-

Magnum miraculum



ORATIO OCTAVIANI IN VITAM

pulchro ipsius factis, ibidem nouennam facere cepit, & in fine sex dierum filius melius habere cepit, & infra nouem dies salutem omnimodam recuperauit. Eadem inuocatione, simili egritudine liberatus, filius Fracisci Massodi notarij Lugdunen. Nobilis miles dominus lecoru de Vincellis & de Gromellis, pestilenti febre attritus & exinanitus erat, quem loquela, sensu & motu destitutum, extra salutis spem denunciauerat, Marcus de Ferrarijs nobilis Physicus Papiensis, qui in illo omnia mortalitatis signa probe compererat. Caterum Religiosus quispiam aderat, frater Marulinus biblicus conuentus sancti Francisci Lugdunen, qui commemorare cepit, quae mira omnipotens Deus per inuocationem dicti sancti operaretur. Et propterea illius opem in salutem morientis poscendam persuaasit. Tum uocata inuocatione per cognatos & dictum religiosum, & certo uoto pro illius salute ad beatum Bonauenturam facto, qui moriturus videbatur, statim sentire, moueri, loqui, & melius habere cepit, & breui salutem omnimodam recuperauit. Simili inuocatione de grauisissimis febribus liberati sunt, frater Ioan. Benedicti, ordinis Sancti Francisci sacrae paginae magister. Ludouica uxor Petri rouer. Gasparda filia nobilis uiri Petri Carionis de Chamberiaco. Filius Richardi ridani. Soror priuete uxor Claudij Pmo. Antonius chathalanus. Lanzelotus mercerius. Stephanus genes chaphelier, famulus Ioanis ad iusse de quartana, & frater Philippus laicerti. Prae cetera luem suae formicam in collo patiebatur, cuius ignis sensim in reliquam corporis partem se prorogabat, & teneras puellae carnes misere urebat atq; uorabat, super quam dolens Gilbertus Alerii infelix pater, ad uenerabile sepulchrum Bonauenturae se contulit, illiusq; opem, & suffragia in salutem filiae deuotissime inuocauit, ac certum uotum in hoc fecit. Mox domum reuersus, extincto igne, sanam & liberam miraculose inuenit. Stephaneta relicta Ioann. Michaelis casu trabis oculum percussa, graues dolores incurrit, & in periculum perdendi oculum deducta fuit. Commendauit se Beato Bonauenturae, atq; ad illius sepulchrum uirgunculam filiam cum cerea imagine oculorum misit. Qua reuersa doloribus liberata est, & breui integram oculorum conspiciatam recuperauit. In qua & illud notabilis, quod cum Lugdunum peruenisset, religiosus quispiam praedicator uerbi Dei indixissetq; populo, quocumq; sciret aliquid de miraculis beati Bonauenturae, quod sibi reuelare deberet, eadem Stephaneta quae in oculorum suorum salutem etiam inuocauerat auxilia Gloriosae Virginis Mariae, perplexa cuius beneficio sospitatem oculorum consecuta fuerat, aliquandiu detrahauit quicquam praedicatori referre. Tum in grauiorem oculodum egritudinem incidit, mittensq; etiam filiam deuotum, ut antea fecerat ad idem sepulchrum, &

facta oratione & uoto, miraculose extitit liberata. Tum suum reatum agnoscens, ad eundem praedicatorem accessit, & rerum serie omnimodam reuelauit. Simili inuocatione de doloribus & periculo ocalorum liberati fuerunt Dionysius de foresta mercator. Claudia de piscaria. Claudius poleti corduernis. Margarita uxor Ioann. petit textoris. Ioan. ad iusse filius. Ioann. ad iusse chaphelier dira paralyti repete percussus, amissis sensibus, & media sui corporis inferiori parte hebes factus, cecidit. Cuius casum dolens pater, flexis genibus commendauit illum Beato Bonauenturae, & statim qui ceciderat, sentire, loqui, & melius habere cepit. Tunc imponentes eum lectica, pater, mater, & Petrus alter filius, detulerunt eundem ad sancti sepulchrum, quem ibidem sistentes, flexis genibus inuocauerunt beatum Bonauenturam, & factis certis orationibus ac uoto, sanam & liberam reduxerunt domum. Eadem inuocatione de simili egritudine liberati Franciscus Dauegnier, alias rauillon. Guillerimus de Bletena textor. Catherina de Bauline. Ioanna relicta Petri Rolini. Margareta relicta Ioan. de Vaulx auriga. Illustris Dux Aurelianen. a potenti magna Britaniae siue Angliae Rege captiuus detinebatur, ubi ueterem quartanam passus, intensos capitis & renam dolores incurrit, destitutus omni auxilio, opem beati Bonauenturae deuotissime inuocauit, in illius suffragiis deuotissime sperans. Et statim miraculose doloribus & egritudinibus liberatus, in Gallias infra annum extitit restitutus. Mox Lugdunum petens, uisitauit uenerabile sancti sepulchrum, & oblationibus factis, gratias Deo & sancto pro acceptis beneficiis egit, & quae per illum inuocationem fuerat consecutus, religiosus dicti conuentus manifestauit. Laqueda uxor Nicolai Clinesti Lugdunen. horrenda lepra respersa atq; infecta, suis uirabilis iam diutius detractare non poterat, quin relicto lare, cognatis, & urbe miserabili consortio leproso se redderet. Quae cum semper nomen beati Bonauenturae deuote coluisset, ad illius sepulchra procubuit, intensus praecata ut miseretur fortis suae, deuote oblatione ac uoto factis, mundari atq; a lepra liberari obtinuit. Michael de Chel. alias de Gennes in cuius latus dextrum equus uehementi ictu ualidum calcem detorserat atq; impegerat, ita ut duabus costis pene attritis, cum magno anhelitu impedito, tres menses languidus iacuit, uariisq; fomentis delinimentis ac cataplasmatibus frustra adhibitis, desperata salute commendauit se Beato Bonauenturae, & certo uoto in illius honorem facto, de periculo exemptus & saluti extitit restitutus. Simili inuocatione liberatus etiam de dolore costarum Ioan. Michaelis de Cheual seuiens curia Lugdunen. & eadem Margarita Ioann. petit quae de celliori adium parte

parte de lapsa ceciderat. Ioannes Garborti Regius secretarius, uxorem perpetuo languore rabidam siue hydropicam nullo medicorum iuuamine curari poterat, accessit ad uenerabile sancti sepulchrum, salutem coniugis, immo communem illi reuerenter commedans, & facto certo uoto in honorem sancti, sanam & liberam domum reuersus, extitit consecutus. Ioan. dufolier Marecallus Lugdunen. putri ac marcida tibia quatuor menses languidus iacuit. Cuiq; cruciabiles dolores diutius perpeti non ualeres, in sola tibiae amputatione spe coniecerat. Nocte forte per quietem monitus, commendauit se beato Bonauenturae, atq; uxorem cum cerea imagine tibiae ad illius sepulchrum deuotissime misit. Qua reuersa, doloribus penitus exemptus est, & salutem omnimodam breui recuperauit. Petrus moyer ligneum molendinum habebat in summine Rodano, qui affluenti aquarum colluione elatus & auctus, molendinum ipsum ualida alioquin cathena terentem uolentior rapuit & in se uorauit. Quo conspecto idem Petrus qui semper coluerat beatum Bonauenturam ad illius sepulchra confugit, ac procumbens reuerenter precatus est, ut a sui denoto calamitosam iacturam auerteret. Mox egressus, inconcussam molendinum ad alteram Rodani ripam in litore eiecit, & miraculose restitutum conspexit & recuperauit. Stephaneta mater praedicti Francisci dauegnier, alias de Rouellon, de Iquientia in extremis laborabat. Quae altarum Dominicum corpus, nec agnoscere nec recipere potuit. Quod egerimere ferens Franc. filius, qui probe noscebat matrem, magna deuotione beatum Bonauenturam semper coluisse, ad illius uenerabile sepulchrum confugit, deuotissime precatus, ne sustineret sui deuotam, sine salutis uaticio uita decederet. Domum reuersus, fidelissime sperans in beato Bonauentura, corpus Dominicum iterum asferri curauit. Quod statim agniti mater, reuerenter recepit. Venerabilis religiosus pater Benedictus de Lullno ordinis sancti Antonij Viennen. procurator domus sancti Antonij Lugdunen. censuales libros domus amiserat, quos multa adhibita diligentia, reperire non ualuit cum magno scandalo & detrimento domus, accessit ad uenerabile sepulchrum beati Bonauenturae, & ibidem accensis candelis commendauit se eidem, & domum reuersus libros meruit inuenire. Pari inuocatione Richardus Ridani mercator amissa instrumenta probatoria, & alias res apotheca ualuit inuenire. Item & frater Petrus fabri, res ad sui usum deputatas amissas. Margarita gruella uxor Hugonis Francisci Burgundi calzetary habitatoris Lugdunen. intenso podagra dolore cruciabatur. Quae cum probe noscet, medicam artem in hoc parum ualere, confugit ad inuocationem suffragiorum beati Bonauenturae, uirguncu-

lamque filiam cum cerea pedis imagine, ad illius sepulchra reuerenter misit, & statim a podagra extitit liberata, nec illa unquam de cetero grauata fuit. Eadem inuocatione liberata Katherina uxor Ioan. textoris de Hispania. Et filius magistri Francisci massedi notarij. Margarita uxor Benedicti Garrini, filium habuit in inguinibus ruptum, ac uiceribus misere putrescentem. Qui medica manu sectus, in deteriore statu ac certum mortis periculum deductus fuit. Quod ingemiscens mater, quae specialius beatum Bonauenturam uenerabatur, ad illius sepulchrum reuerenter confugit, ibidemque deuotissime precata est, ut lux orbitatis miseretur, nouennamque in illius honorem facere cepit, & octaua die sanum & liberum consequi meruit. Petrus morget dolium uino plenum in cellarium inferens, illius oneri impar, pressus succubuit, & illo super eum incumbente quassatus fuit, ac pene contritus, commendauit se beato Bonauenturae, & salutem consequi meruit. Simili inuocatione liberata illius cognata, quae casu spatulam & brachium enormiter laeserat. Sunt praeterea & alij innumeris, qui meritis eiusdem sancti de uarijs doloribus, egritudinibus, ac periculis miraculose liberari meruerunt: quorum singulos si recensere pergam, praesenti operi detrimento potius quam usui, aut fauori indubie futurus ero. Hoc tamen loco non committam ut silentio transeam, stupendum ac memorabile quiddam, quod omnipotens Deus ad perhibendum certum testimonium sanctitatis uiri, in illius uenerabili corpore pro sua clementia monstrare dignatus est: Dum idem uenerabile corpus transferretur ad nouam Ecclesiam, ad titulum sancti Francisci Lugduni erectam, centesimo & sexagesimo sui obitus anno, reliqua corporis parte alioquin exesa, atq; corrosa, caput tamen solidum, capillamentum herens, labia, dentes & lingua, in nullo a uitali statu, aut colore demutata, repta sunt. Erat profecto diuinae clementiae illud os a putrefactione seruare, quod ad salutem fidelium, atq; in diuinis laudibus semper extitit operosum, nec dare sanctum suum uidere corruptionem. Extant praeterea crebra & memoranda beneficia, quae frequenter conciuēs Balneoregini & Viueuetani inuocatione eiusdem sancti meruerunt obtinere, de quibus tam multis, uel unum aut porro duo recensere non piget. Laodomia orbuetana filiarum sarcina onerauerat domum, ac proinde Francisco Matthei nebie uir o quodammodo inuisa, qui rei familiaris angustia impar, sarcinae matrimonio omnino abstinebat, de quo non nisi foeminas compererat proficisci. Eos coniuges consolatus uenerabilis religiosus minorum magister Franciscus de aqua pedente, qui illis admodum cultus erat, affirmauit se habere documenta ex institutis

Stupenda miraculum.

ORATIO OCTAVIANI IN VITAM

instituti sancti Bonaventurae, quae si moniti susceperent, masculinam prolem consequeretur. Auctantibus, una mecum (inquit) uotiuas effundite preces ad gloriosum Bonaventuram, & pie speretis assequi quod optatis. Qui parentes mortis, pauculis diebus gignende proli operam indulerunt, & uxor grauida facta est, & statuto nese masculinum peperit, cui nomen ex instituto eiusdem religiosi Bonaventura imposuerunt, laudantes Deum & sanctum, in cuius uirtute mirabilia secum operatus est. Triennio post dum ea ciuitas Epidimia morbo, atque interitio grauiter affligeretur, domus omnis coniugum eo ueneno respersa est, & filiabus omnibus extinctis, Bonaventura extra spem salutis constitutus, credebatur pari mortalitate iam iam sorores secuturus. Qui etiam immundorum spirituum praesentanea instantia uexatus, nulla domus parte illorum persecutionem effugere poterat, clamitans infelix succurrite gladio & fuste, hos spiritus maligniores fugate. Parentibus praetaliu afflictione & mestitia costernatis, atque omni profusus remedio destitutus subiit sancti recordatio, cuius munere filium fuerant consecuti, mox in spe adducti, illum ac prece precati sunt. Sancte gloriosissime qui benignus nobis hunc filium procurasti, eade benignitate praestes ut fugatis malignis spiritibus, a peste saluum retineamus. Et prece facta, spiritus ex torres exclusi, febris cessauit, & breui puer omnino ab egritudine saluus surrexit, cum magna parentum & omnium ciuium letitia, gaudentium quod ad superandas morborum & spirituum malignitates, defensoris tam ualidi praesidio cognosceret se munitos. Possent forte ineptus uideri, si studens cepto prosequar diem absumere, recensendo miracula, quorum relationi nec diem nec certe dies sufficere satis scio. Sed quid ulterius exquirimus miracula, quasi uero Basilium magnum, Hieronymum & Augustinum nostrae fidei lucida sidera. Thomam Aquinatem & alios quamplures, quos in Dei Ecclesia sanctos colimus ob miracula, non autem ex diuinitate doctrinae miremur & ueneremur. Quos tamen sanctitatis testimonium non ex alio certius consecutos probe intelligimus, quam ex eorum commentariis, quae ut diuinitatis plena non nisi per insulam scientiam poterant edidisse, ex quibus spiritum sanctum in eis habitasse uerius comprobatur. At si porro miracula exigimus, non tam quae per illum in alios, quam quae in eo ipso apparuerint consideremus. Si igitur diuum Bonaventuram in suis operibus miraculosam iam constat, si insulam dono sancti spiritus obtinuisse scientiam diuina illius commentaria profiteatur. Si charitatis officia ardentius executum. Mundanos honores contempserit. Affectus terrenorum abiiecisse. In persecutionibus constantem mansisse. In beati Francisci, ac uniuersali religione fructuosam extitisse. Si superna uoca-

tionem, ut Paulum in sortem Domini miraculose conuersum. Si diuino beati Francisci praesidio sanctum praedicatum. Si Alexandri de Alis doctoris irretagabilis ipsius praecceptoris sedula obseruatione, sanctum compertum ac iudicatum. Si religiosorum minorum uoto qui sanctitate pollebant, ut sanctior summus praelatus assumptus. Si Romanae sedis iudicio ut clarus meritis ad uniuersalis Ecclesiae regimen profuturus ascitus. Si denique communi omnium opinione fidelium, sanctus tenetur, & nominatur, & colitur. Si benignus succurrit quotidie inuocantibus se. Poterat sanctitas tua (etiam nullo petente) sancto quod unum deerat publicos honores decernere, quatenus magis id debes celsorum principum uotis. Accedunt pietissimae preces serenissimum, ac Clarissimorum, Federici Romanorum Regis semper Augusti. Ludouici Francorum Christianissimi: Ferdinandi Siciliae, & etiam Matthei Hungariae regum catholicorum, qui causa de re publica Christiana bene mereri fuerint, digni certe uideri debent, qui a sanctitate tua tam sanctam rem impetrent. Rogant praeterea illustres duces, ac populi, ac loco, maximi muneris hoc petunt Calabria, Venetiarum, Mediolani, Sabaudia, & Daciae Calabriae, & Barbonij, Florentini, Senen-Perusini, Lugdunae. & ciuitas Balneoregij, quae licet humilis sit, tamen clarissima & Deo gratissima uideri debet, cui contigit tantum sydus producere. Rogat praeterea istius ordinis reuerendissimorum patrum Ioan. de Arogonia eiusdem Serenissimi Regis Ferdinandi Illustris proles, quae sanctos qui in eo ordine claruerunt, religiosius ueneratur & colit. Exigit denique suo iure beati Francisci sancta religio, cuius alumnus uel iusta petenti deesse non potest. Exigit & ipse sanctus ex promissione omnipotentis Dei nomine facta, strennuum militantibus, quod illorum laudes cantes Ecclesia. Cui obligationi ipsius Vicarius satisfacias necesse est. Tam multis igitur uinculis obligatum nullus iudex quamlibet fauorabilis, nisi solentem soluere posset. Magnus ab infernis reuocetur Tullius umbris, & te defendat. Seruus usque licet, non potest absolui. Comperta praeterea quae dixi singulari studio, quod praenoscendis uita & miraculis sancti, exactissimum indulerunt reuerendissimi patres Iulianus de Rouere, sancti Petri ad uincula ordinis eiusdem meritis Protector. Stephanus mediolan. & Franciscus de Gonzaga Mantuanus, tuae sanctitatis in hoc Commissarij, Mediolanensem praesertim quem contra aduersam ualitudinem, ac instantia colluctantem a sancto proposito, nec propria salutis ratio ualuit retardare. Qui etiam Reuerendissimi patres illecti studio compertae sanctitatis uiri, id instantissime poseunt. Quid igitur tua sanctitas ulterius differt, quid cunctatur, quid alterius gloriae id prorogat. Multa certe extant celebra-

CANONIZATIO BEATI BONAVENTURAE.

tua gesta, quae te ac tuos illustrant atque perpetuo illustrabunt, nil tamen sic aequo Romano Pontifici gloriosum meo captu contingere posse crediderim, quam ut sancto pro meritis publicam celebritatem decernat. Quam & tu pater beatissime, qui omni iure necessitudinis beato Bonaventurae coniunctus es, auctoritate omnipotentis Dei, quem semideus mortalibus in terris refert, supplicantibus concedere, pro tua clementia benignè digneris.

RELATIO R. P. D. IOANNIS FRANCISCI DE PAVINIS, INTER DIUINI, & HUMANI IURISCONSULTOS MINIMI.



BEATISSIME PATER. Citae canonizationem beati Bonauenturae de balneo regio ex patre nomine Ioanne, cognomine Fidaia, ex matre uero nomine Ritella, prouincia Tuscia, Doctoris Seraphici & irrefragabilis &c. Olim generalis

ordinis minorum septimus, post sanctum Franciscum, ac demum Cardinalis Episcopus Albanen. Dico praecipue consideranda esse, & attendenda quae dicturus sum, circa xx. puncta siue fundamenta quae infra per ordinem subiiciam. Premisso quodam utili ualde ac necessitate praesidio. Ex quibus concludendum uideatur, per uestram beatitudinem illum posse canonizari. Salua tamen semper. E. V. B. emendatione. Non attento quid os loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus a tramite ueritatis. De illius auctoritate securi, qui cum audisset a discipulis. Scis, quia Pharisaei audito hoc uerbo scandalizati sunt, respondit. Sinite illos, caeci sunt, & duces caecorum, ut dicit Inn. iij. in c. magna de uoto, & i. c. nisi cum priorem, de renun. & xj. q. iij. inter uerba ca. senti. & c. non sunt. Et Xenophon socraticus ait. Conscia teste didici maledicta continere. Et Diogenes. Superat conscia, quicquid male confinxerint lingua. Et Ouidius fastorum lib. iij. Conscia mens recti famae maledicia ridet. De quo per Hiero. ad Eustochium de uirginitate seruanda. Et Paulus. Mihi autem pro minimo est, ut a uobis iudicer &c. Nam labijs iniquis, & lingua dolose apponentur sagitta potentis acuta, cum carbonibus desolatorijs, iuxta prophetam.

Articuli prima partis hic subsequuntur.

Primò. Religio ordinis mendicantium sancti Francisci in primis eius exordijs illius praecipuo seruore iuncta ordini Episcopali. Secundò. Doctrina sacrarum literarum cum multitudine librorum.

Tertiò. Contemptus dignitatum mundanarum & Ecclesiasticarum.

Quartò. Superexcellentes uirtutes & merita eius insignia.

Quintò. Regimen economicum, atque politicum sanctum eius.

Sextò. Patientia in persecutionibus, propter zelum Dei.

Septimò. Labores multi, mores casti, & actus strenui &c.

Octauò. Multa gloria quam fecit Deus cum eo &c.

Nonò. Sufficientia in operibus charitatis & innocentiae.

Decimò. Fama celebris beatitudinis eius & mors pretiosa.

Articuli secundae partis.

Primò. Necessitas miraculorum sufficientium. Secundò. Frequentia diuersitatis, & continuatio eorundem.

Tertiò. Miracula tam in morte quam in uita.

Quartò. Modus probandi miracula arbitrius.

Quintò. An debeant fieri in instanti.

Sextò. An debeant fieri sine dolore, & de his quae non sunt de ratione miraculi.

Septimò. De omnibus in canonizatione requisitis, tam circa processum quam ceremonias.

Octauò. De fide chronicarum ordinis minorum.

Nonò. Quid si canonizetur non canonizandus per errorem.

Decimò. An audiri debeant se opposites canonizationi.



Remitto quod canonizare sanctos est canonicè & regulariter publice & solenniter declarare, diffinire, & pronuntiare, & statuere, quod aliquis ab oibus honoretur ut sanctus, & pro eo tanquam pro sancto certa die fiat ubique solenne officium, sicut fit pro alijs sanctis qui sunt eiusdem conditionis, ut si canonizet confessor, fiat pro eo officium confessorum. Et si martyr, fiat pro eo officium martyrum, & sic de uirginibus &c. & cum tanquam setim in catalogo sanctorum ascribere, sed in Innoc. & Io. And. & alios in c. j. de rel. & uene. sanctorum. An autem possit quis canonizari ad ordinem Apostolorum sicut martyrum, confessorum, aut uirginum. Concludit Aug. de Anco. quod non, in li. de Eccle. potesta. ar. iij. Et hinc infertur, quod cui non potest appropriari officium eorum sanctorum, ille non debet canonizari, sicut & cui non potest competere diffinitio, non debet posse competere & diffinitio. I. mortis eam capitur, ff. de dona. causa mortis, & l. quin. tus, s. cum aurum, ff. de au. & argen. le. l. Labeo, s. idem tubero, ff. de supel. lega. & Insti. de donac. s. est & aliud, de praeben. cum secundum. xij. q. j. clericus, cum si.

Per hanc ergo canonizationem consequitur canonizatus, quod Ecclesia ubique solenniter diffinitio, non debet posse competere & diffinitio. I. mortis eam capitur, ff. de dona. causa mortis, & l. quin. tus, s. cum aurum, ff. de au. & argen. le. l. Labeo, s. idem tubero, ff. de supel. lega. & Insti. de donac. s. est & aliud, de praeben. cum secundum. xij. q. j. clericus, cum si. Per hanc ergo canonizationem consequitur canonizatus, quod Ecclesia ubique solenniter diffinitio, non debet posse competere & diffinitio. I. mortis eam capitur, ff. de dona. causa mortis, & l. quin. tus, s. cum aurum, ff. de au. & argen. le. l. Labeo, s. idem tubero, ff. de supel. lega. & Insti. de donac. s. est & aliud, de praeben. cum secundum. xij. q. j. clericus, cum si.

Quid sit canonizatio sancti.



ere & cantare publice potest officium pro eo & missam solemniter celebrare sicut pro sancto, & illum invocare in letaniis, & alia venerari de consecra. distin. iij. venerabiles, quia iniuria facit martyri qui orat pro martyre, ut eius intercessionibus consequamur orantes ueniam peccatorum, & ut pijs eius meritis iuueamur omne per eum, prout ex rationibus missalis sacramentarii & breuarij patet. Orationibus nanq; eorum indigemus nos, quos undiq; mala nostra perturbat. Et ut et illis, pfit oblatio ad gloriam & honorē, & ad hoc ut magis ac magis a fidelibus glorificentur in terris. Et reputant pleriq; nō in dignum sanctorum gloriam usq; ad iudicium augmentari. Et ideo Ecclesia interim sanē potest augmentum glorificationis eorum optare cap. cum Martha, §. iij. loco, de celeb. missa. ut patet in oratione sancti Leonis Papae, & in uigilia Apostolorū Petri & Pauli, & in secreta beati Gregorii, & in offerenda ibi ut illis proficiat ad honorem. xxxviii. dist. quē ipsi. Vnde Prosper. Semper superest sanctis quo crescere possunt, nota. xv. dist. omnes, quoad pramii essentialis augmentum secundum August. ut legitur in iiii. sentent. xlv. distin. cap. ii. in fin. & fertur eum hoc dixisse in sermone unius Apostoli. xvii. homilia quod nota, pro generali allegatione, de quo in cap. uel infra, de cohabit. cleri. & multe. Et sic in numero sanctorum publice annumerare eum, secundum illud Eccl. Sapientiam sanctorum narrent populi, & laudem eorum annunciet Ecclesia sanctorū not. Ioan. Andr. in cap. i. de reliquijs & uenera. sanctorum, lib. vi. & Innocen. in dicto cap. i. de reliquijs & uenera. sanctorum. Item consequitur quod in eius honorem, & sub eius nomine, & cū eius reliquijs, possunt Ecclesia & altaria erigi, edificari, consecrari, cap. de fabrica. & ca. placuit, de consecra. distin. i. & pingi & sculpi cum diademate cap. prolatum, cum sequen. de consecra. dist. iij. nectamen de cetero pro eo est orandum. Describendus est ergo etiam canonizatus in catalogo sanctorum, qui est sermo nomina aliquorum continens ordinate, a cata quod est iuxta, & logos quod est sermo secundum Hugo. xix. q. iij. quoniam conscribendos, & Hostien. in summa, de reli. & uenera. sanctorum, in uer. Est autē catalogus. Facit xi. dist. cap. quis nesciat. Secretē uerō cui libet licet, alicui defuncto quem sanctum credit preces porrigere ut pro ipso ad Deū intercedat, & eius reliquias uenerari, quāuis solenne officium publice dicere nequeat secundum Innocen. Hostien. & alios in dicto cap. i. de reliquijs & uenera. sanctorum, & not. in capit. i. eodem titulo. libro. vi. quia fidem eius attendit Deus &c. Et idem concludit August. de Ancona in eodem libr. de Ecclesia. potestate quaestio. xliii. artic. v. tam per dictum cap. i. de reliquijs, & uenera. sanctorum, quod expresse prohibet episcopis aliquem ut sanctum uenerari publice

Eccl. 44

absq; auctoritate sedis Apostolicae, ergo multo fortius debet censeri prohibitum inferioribus Item quia missa celebratio & communis oratio fit in persona totius Ecclesiae uniuersaliter, in memoriam ergo illius debet talis solennitas celebrari, quando quis ab illo qui est caput totius Ecclesiae etiam immediate ordinarius cunctorum. capit. cuncta. ix. quaestio. iij. & capitu. per principalem, canonizatus & in sanctitate approbatus, & qui solus debet posse & nullus alius hāc uenerationem indicare, cum talis sanctus debeat ab omnibus uenerari. Sed maior ratio est periculum erroris incurrendi, quia Episcopus in hoc posset facilius errare quam Papa, ut infra patebit in penult. quaest. ii. partis, quae ratio fundat etiam in dicto cap. i. Item ne contingat aliquem canonizari turpis lucri gratia, uel humanae laudis pompa seu iactantia, quae ratio sumitur ex cap. ii. eodem titulo. Item & propter dubium incursum idololatriae, ut probatur in clement. i. de iudaeis. De quo plenē per sanctum Tho. super iiii. sent. distin. xlix. artic. iij. quaest. i. Item propter gaudium Angelorum, ideo cantat Ecclesia. Gaudeamus omnes &c. de quorum solennitate gaudent Angeli & collaudant filium Dei. Item propter plures alias rationes, quas statim subdam. maximē quia generale est ut ubi periculum animae uertitur, praesumatur in deteriorē partem capi. uenens, de sponsa. lxxviii. distin. presbyteri, & not. in capitu. i. de seru. & q. ubi maius est periculum, ubi cautius est agendum cap. ubi maius, de elect. libr. vi. xlii. distin. quiescamus. vii. quaest. ii. cap. fina. & l. i. §. i. ff. ad carbonian. Ex his inferitur quod solus Papa de fratrum ramentum consilio &c. uel in generali concilio potest non solum certos ex sanctis praeter aliis extollere, ut ubiq; solenniter uenerentur, puta ut sub duplici officio per uniuersum orbem eorum solennitas celebretur, ut patet in cap. i. de reli. & uenera. sanctorum lib. vi. Et in solennitate sacramenti corporis Christi, de qua in clement. si Dominum, eod. tit. & in festo inuentionis sanctae Crucis, de consecra. distin. iij. cap. crucis. Et generaliter in eorum uigilia ieiunium indicare c. consilium, de obseruan. ieiuniorum. Sed etiam consiliter prout infra dicitur, potest & debet canonizare quoslibet alios sanctos ad effectus, de quibus supra. Quinimmo nec inuentas reliquias de nouo quisquam debet publice uenerari absque Papae licetia nec possunt passim ostēdi nec transferri. Sed si antiquae reliquiae, de nouo inueniuntur liceret eas uenerari, alias non, nisi scilicet prius auctoritate Romani pontificis fuerint approbatae: ne uariis similiter figmentis, aut falsis documentis populi decipiantur, sicut in plerisque locis occasione quaestus fieri consuevit: sicut interdum faciunt quaestuarii, qui costam pecoris, uel afini ostendunt loco sancti. Alii ponunt oleum in oculo mareolae suae, ut uideatur lachrymari secundum

Ad Papam spectat canonizatio sanctorum

Gen. 3. Psal. 15. cundum Hostien. & Ioan. Andr. Et ne Christiana religio postea in posterum detrahat, sicut sepius detractum est, quia nimia familiaritas parit contempum cap. & si iudeos, de iudeis. Sumunt enim ex hoc materiam detrahendi, & blasphemandi, & uidentes ossa nuda, dicunt trifam esse, quasi conlumptus non esset si sanctus esset, cum tū sic scriptum de omnibus. Cinis es & in cinerem reuerteris. Licet excipiantur aliqui, sicut Christus & gloriosa domina & beatus Ioannes Euangelista, & alij quidam hoc speciali privilegio decorati. De quibus Psal. Non dabis sanctum tu. uidere corruptionem dic. c. finali, de reli. & uenera. sanctorum. Et ne contingat homines in ebrietate occisos quasi sanctos more inidelium uenerari & colere, etiam si per eum miracula fierent, cap. j. eo. tit. secundum Hostien. & Ioan. Andr. ibi. qui tamen dicunt hoc male seruari propter auaritiam & insolentiam clericorum, quod esset corrigendum, quem nāq; ipse reprobat reprobatus est, & quem approbat approbatus est. xxiiij. q. j. hāc est fides, & c. qm uetus. vij. q. ij. cap. sanē profertur. Et propterea etiam nec martyres nec reliquiae uendi possunt. In nemo martyres cap. de sacrosan. Eccle. & not. in dicto c. fina. Nec uenilitatis causa extra capsam trahi, ut plures oblationes recipiantur. Hoc enim facientes dici possunt uenales sicut mulier fatua, aduocatus ignarus, & pugil. qui pro nummis passim se offerunt, ex hoc enim uilipenduntur, cum omnium rarum charum. xciii. dist. legimus. xxvii. q. ii. infertur. Item quia per id notabiliter redarguitur per laicos auaritia clericorum c. i. de deci. secundum Hostien. Solus etiam Papa potest statuere, quod tempore interdictionis possint diuina solenniter celebrari in certis praecipuis solennitatibus, ut patet in capi. alma mater. §. in festiuitatibus, de senten. excomm. lib. vi. Item sine licentia principis transferri non possunt etiam laici patroni secundum Archid. dicto cap. corpora. Et debent illis loca condigna praeparari cap. si de cust. eueh. Nec etiam corpora sanctorum de loco ad locum transferri, sine Papae licentia uel concilij generalis, ut patet de conse. dist. i. d. ca. corpora. & not. Hostien. in sum. de reli. & uenera. sanctorum. Possunt tamen reliquiae sanctorum & diuina uerba ex deuotione ad collum ligata portari, nisi sit supersticio, secundum Tho. ij. ij. q. xvi. ad. iiii. & sup. i. ad Corin. x. fi. & per Archid. xxvi. q. vii. ca. non obseruetis. Licet aliter loquat Henricus de Gandauo quolibeto. viii. q. xxxv. uide in Specu. de reliquijs & uenera. sanctorum, & in l. nemo, de sacrosanct. Eccle. & per Goffre. & Hostien. in sum. eod. titulo. Adducuntur & plures aliae efficaces rationes, uidelicet quia haec est una de maioribus causis quae inter Christianos proponi possit, & sic est ad sedem Apostolicam merito referenda cap. maiores, de prescrip. Et adeo maxima est, quod licet alias Papa uel saltem cum solo cetero Cardinalium omnia possit statuere & diffinire,

ut not. in capitu. ad Apostolicam, de re iudica. & plenē per Docto. in capitu. super eo. de hered. lib. vi. Hoc tamen casu Papa non potest saltem de congruo liberē diffinire, etiam cum cetero Cardinalium, nisi etiam adiunctis alijs praelatis curiae quod quis canonizetur, secundum Hostien. Ioan. Andr. & alios in dicto cap. primo. de reliquijs & uenera. sanctorum. Et August. de Ancona, in dicto libr. de Ecclesia. potestate. q. xliii. artic. iij. Item quia miracula attribuuntur fidei, & quaestio fidei praecipue est ad sed. Apostolicam referenda. xxiii. q. i. quoniam. Subest enim periculum idololatriae clement. i. de iude. Item quia ad Papam praecipue spectat declarare dubia scripturarum cap. per uenerabilem, qui si sint legi, ergo multo fortius dubia sanctitatis in quibus maius periculum uertitur, & in quibus cautius est agendum xlii. dist. quiescamus. lxi. dist. miramur. vii. q. ii. c. uult. l. prima. §. sed & si quis, ff. ad carbon. cap. ubi periculum, de elect. libro. vi. Est enim periculosum de sanctorum meritis disputare, secundum Hiero. ad Damas. facit cap. non turbatur. xxiii. q. i. quia soli Petro dicitur, duc in altum, hoc est, in profundum disputationum &c. & cap. cū aliud. ea. ca. & q. quia solum Petro piscatori Dominus iubet. Mitte hamum & eum piscem &c. facit etiam ca. loquitur ea. ca. & quaest. cum multis alijs. Item ne propter multorum episcoporum simplicitatem populos decipi contingat &c. aut in infinitum sanctos multiplicari, & sic deuotionem refrigerescere, & sanctitatem uilescere, lxxx. distin. episcopi, quia in multitudine sacrificiorum non propiciatur Deus xxiii. quaest. v. scriptum, de consecra. distin. v. nō mediocriter, & ar. in auct. ut determinatus sit numerus clericorum, in princip. colla. v. & not. de atat. & qualit. cap. penul. & de rescrip. capitu. cum in multis, lib. vi. De sanctis uerō iam canonizatis debent intelligi cap. i. de consecra. dist. iij. & cap. fin. de fer. ut in illis not. & in dicto cap. i. de reli. & uenera. sancti. libro. vi. Et ad haec non debet legatus de latere sine speciali mandato Papae & collegii extendere manus suas, sicut neq; ad alia quae in signum privilegii singularis sunt tantummodo summo pontifici reseruata: cap. quod translationem, de offic. le. ca. mutationes, & c. & temporis, & cap. praecipimus, & cap. frater noster & c. sicut. vii. quaest. i. & de sum. trinita. cap. ii. in fin. & de here. cap. cum Christus, & de uoto. cap. ex multa, & de iudic. cap. at si clerici. de si presbyt. cap. primo, & de tempor. ordin. c. de eo. & cle. quia contingit, de reli. do. & plenē not. in cap. sicut untre, de excess. prela. cum si. Ad solum ergo Papam qui est omnium uniuersalis princeps, ut in cap. cuncta per mundum, & capi. per principalem. ix. quaestio. iij. spectat diffinire cum consilio aliorum praelatorum curiae, ut quis ut sanctus & canonizatus ubique solenniter ueneretur, secundum omnes tam canonistas quam theologos per praedicta. Et ne alias contingat

Luc. 5.

Matt. 17.



CANONIZATIO

contingat posse dici, ego sum Pauli & ego sum Cepha &c. contra Apostolum. Ad Papam etiam solum spectat tolerare, qd etiam in sola certa Ecclesia certi loci soleniter uenerari possit aliquis beatus, ut refert Hostien. & Ioan. And. de Karolo Imperatore in Aquilgrano dicec. Leodi. inc. j. de rel. & uene. sanc. & in alijs pluribus locis, de quo Karolo & pulchris miraculis eius habetur in speculo historiarum lib. xxv. & c. v. Sic etia fecit Calixtus ij. de beato Alberto de Trapano ordinis Carmelitarum, ut patet per literas testimoniales R. D. Rotomage. Cardinalis, & ipsius ordiis Protectoris de anno. M. cccc. lvij. xv. octobris, anno ipsius. ij. Sic etiam fecit Sixtus. iij. de beatis Gerardo, Petro, Ottone, Accursio, & Adiuto, martyrizatis in Marochio de ordine fratrum minoru, prout patet p eius litteras in forma breuis de anno. M. cccc. lxxxj. vij. Augusti. anno ipsius x. Dicit Bal. in c. fi. de ferijs, q non ualet statutum dispon. q diebus ueneris sint feria ob reuerentiam cuiusdam Eremita non canonizati ab Ecclesia, cuius contrarium seruatu Padua in processione beati Antonij peregrini. Dicitur etiam in c. j. ut lite pend. q surreptitia impetratio no tenet, etiam si sanctus sit ille qui impetrat, sicut erat ibi sanctus Tho. Cantuarien. unde propter meritum uite non est recedendum a iuris dispositione, quia neq; propter honestate uitae, aut probata fide, releuatur quis ab onere satisfaciendi secundum eum in Rubrica, de eo qui mit. in pos. licet in contrarium faciat gloss. ff. de ripa munienda l. j. s. his autem, quae uult, q uirtus animi habeatur pro satisfactione, quam sequitur idem Bald. in cap. decernimus, de iudi. Item in eo non est timor subornationis testium, saluo tu statu causa, prout ipse Bal. dicit in cap. iurauit, de proba. faciunt nor. in l. titio fundus, ff. de condi. & demon. facit quod not. Inno. in c. ueniens, de pscript. de illo Rege sancto, &c. Postq autem Papa approbat reliquias, uel canonizat sanctum, licite ab omnibus publice uenerari potest, ueneratione dulcia in honorem Dei. Nam & seruorum honor redundat ad dominum, ut dicit Hiero. contra uigilantium. ij. & Ioan. And. in d. cap. ij. de rel. & uene. sanc. & probatur in c. gloriosus, eo. ti. lib. vj. & in c. de. si Dam &c. Quid autem de sanctis ueteris testamenti not. belleme. in cap. j. de rel. & uene. san. & Aug. de Ancona in lib. de Ecclesia potestate. q. xvij. artic. ij. & quicquid illi concludant, uidetur probari contrarium ex publica ueneratione, scilicet sancto rum septem fratrum Machabeorum cu matre, de quibus habetur Machabeorum, & quoru festum celebratur Kal. Aug. Et ut dicit Iaco. de uo ragine in eorum legenda. Ecclesia orientalis celebrat festum omnium sanctorum ueteris testamenti. Ecclesia autem occidentalis publice celebrat festum Machabeorum loco omnium aliorum sanctorum ueteris testamenti, propter rationes de quibus ibi per eum. Item etia sancti Hiero.

1. Macha. 7-

remia & sancti Danielis propheta, quibus sunt edificata Ecclesia & monasteria, & sancti Ioannis Baptista, & sancta Annae matris Beatissimae Mariae uirginis. xxvj. Iulij & alicubi sancti Ioseph mariti eiusdem, & Venetijs sancti Iob, Hieremiae. Simeonis prophetae, & sancti Mosi, & sancti Zachariae prophetae patris sancti Ioannis baptista, cuius caput honorifice etiam colitur Romae in Ecclesia Lateran. & ex inuocatione eorum, quae fit in commendatione animae morientium, & per illud canticum Ambro. Te prophetarum laudabilis numerus. Et patet in officio omnium sanctorum, de Patriarchis, prophetis omnibus. Et in Ieranijs ubi omnes sancti Patriarche & Prophete, & de Salomone no. xxxij. q. iij. Salomone de poeni. dist. ij. si enim in uer. Salomon. & per doct. in cap. ne innitaris, de conslit. Amb. in hexame circa finem, & in li. Apologiae David. ij. fol. de quorum sanctitate uera non dubitatur, ergo.

Prima partis. Art. 1.

Circa primum articulum prime partis principalis, dico concludendum, magnam excellentiam inesse operibus & sanctitati huius beati patris, quonia religiosus professus a iuuentute fuit, religionis obseruantissime & ordinis sancti Francisci i ipsius religionis exordijs, uotum implens maternum, pro obtenta miraculose sanitate ob merita sancti Francisci, ipse testatur in descriptione uite breuioris eiusdem, quam diffusè compilauit, circa finem eiusdem scribens haec uerba. Voto enim pro me languete gra uissimè, ad beatum patrem Franciscum emissio a matre, cu adhuc essem puerulus, ab ipsis sum mortis faucibus erutus & in robur uite incolumis reslitatus, quod cum uiua memoria teneam, uera nunc confessione confiteor, ne tui beneficium reticens, sceleris arguar ut ingratus, & idè commemorat ad finem descriptionis uite maioris eiusdem. Ac tempore quo religio illa floruit in primitiua sua obseruantia, fundata principaliter in consilijs Euangelicis, ut patet in c. exiit qui seminat, de uerbo. signi. lib. vi. & in clem. exiit de Paradiso, eo. tit. & in extrauagan. Ioan. xxij. que incipit, quorundam & ad conditorem, & quia quorundam & c. unde necessariò est inferendum, tam secundum theologos q secundum canonistas, q omne idem opus meritorium, multo laudabilius & excellentius fuerit in eo post uotum & professionem, q in non uouente uel professo, quia uouere opus est latrig, que pcpua uirtus est inter morales. Opus autem nobilis uirtutis est omnino melius & meritorium, ut de latrig, que est cultus & seruicium soli Deo debita, de consecra. di. iiii. cap. uenerabiles, not. in cap. si canonici, de offi. ordi. lib. vi. Item quia uoues non solum quoad actum, sed etiam quoad potestatem subiicit se Deo, ut de cetero aliud agere non

Opus & c. ex. uis. corio, q. sine uou.

non possit, ergo plus dat (secundum Anselmum in lib. de similitudinibus) qui dat fructum & arbore, q qui dat solu fructum. Item quia propter uorum notabiliter uoluntas firmatur in bonum; ad perfectionem autè uirtutis pertinet aliquid agere ex uoluntate firmata in bono, secundum philosophum in Ethicis, & secundum Augustinum. Felix necessitas, quae ad meliora nos compellit. Item no. in clem. si dominum; super uerbo seipsum, de rel. & ven. sanc. ubi etiam per Paulum, & Stephanum, & Cardinalem Floren. quia proprium arbitrium per professionem a nobis abdicatur. xij. q. j. non dicatis. Necessitas enim ex anteriori inclinatione procedens, in habituatis ad uirtutem auget de perfectione uirtutis, ratione nobilioris nris: ut ibi per eos, & coprobat Henri. de Gan. quolibet. xij. q. xiiij. Sunt etiam in perfectiori statu religioni medicates, quam alij: ut cõcludit Augustinus de Ancona in lib. de ecclesiastica potestate. q. ciiij. arti. j. Vita nanque & mores, sanctos facit sacerdotes. xl. dist. no nos, cum sequenti. Iuuenis nanque pater iste beatus Bonauentura erepsit de faucibus mortis miraculose meritis sancti Francisci, religionem eius professus est, cu esset ætatis circiter. xxij. annorum: in quo quidem ingressu tanta gratia recipi dicitur, quanta recipitur in baptismo, & remittitur omnis poena secundum sanctum Thom. super. iij. dist. iij. q. iij. & secunda secude. q. clxxxix. & habetur in cap. primo de filijs presbyteroru. xlvij. dist. quantumlibet: & in autentico. de sanctissimis Episcopis. §. nullam, uerfic. ij. cap. primo de apostat. & c. cum deputati. de iudicis. Et inter cetera laudatur de summa bonitate, & eminenti scia, adeo quod Alex. de Ales magister eius sape fuerit dicere solitus, q in illo uidebat Adã non peccasse, ut patet ex chronicis. Et hinc est, q Dyonisius attribuit perfectionem religionis; quos uocat monachos uel θεραπεutas. i. cultores, a sincero Dei famulatu atq; cultu; tanquam perfectis. Quae quidem perfectio licet ex obseruantia preceptorum relucet, quia ordinatur ad remouendum ea quae sunt charitati contraria, cum quibus scilicet charitas esse non potest, perfectius tamen resultat ex obseruantia consiliorum, quae ordinatur ad remouendum impedimenta actus charitatis, quae tamè charitati non contrariantur, ut matrimonium, & occupatio negotiorum secularium, & similia. Unde dicit Augustinus in Enchiridion. Quae cunque mandat Deus (ex quibus unum est. Non mocha beris) & quaecunque non iubentur, sed speciali consilio mouentur, ex quibus est. Bonum est homini mulierem non tangere, tunc rectè sunt, cu referuntur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum, & in hoc seculo & in futuro. Ideo dixit Abbas Moses in collationibus patrum, ieiunia, uigilie, meditatio scripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum, non perfectio

De eccl. hierar. c. 6.

Exod. 2. 1. Cor. 7.

sed perfectionis instrumenta sunt, quia non in ip sis consistit disciplina illius finis, sed per ipsa per uenitur ad finem, cu prius praemississet, quod ad perfectionem charitatis illis gradibus conscendere nitimur. Et ad hoc optime facit. c. duae. xix. q. j. etiam facta comparatione bonitatis & difficultatis: cum religiosus totam uitam suam obliget ad perfectionis studium, & attenta difficultate bene conseruandi in religione propter arctitudinem obseruantiae regularis; propter qua tanquam in agone contendens, ab omnibus se debet abstinere iuxta doctrinam Apostoli. Et ideo dixit idem Dionys. in v. eccl. hierarchia. Eos qui nominantur Dei famuli, ex Dei potentia, seruitio, & famulatu uniti ad amabilem perfectionem. Ad quod facit, c. admonere, xxxij. q. ij. Et quia ad perfectionem charitatis primum fundamentum est uoluntaria paupertas, iuxta illud Matth. Si uis perfectus esse, &c. & secundum Greg. in iij. moral. & August. in lib. x. cõfess. ad Deum loquentè & dicentè. Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Et idè Aug. in lib. 83. q. dicit, q nutrimentum charitatis est immunitio cupiditatis, & ubi perfectio, ibi nulla cupiditas. Et hinc est, q damnatus est Vigilantius, qui adaequabat diuitias paupertati: sicut & Iouinianus, qui adaeq. auit matrimonium uirginitati. Facit & illud. Sunt eunuchi. & c. facit etiam, quia per uniuersalem obedientiam maximè imitantur Christum, qui (ut ait Apostolus) factus est obediens usque ad mortem &c. & ideo super his tribus uotis etiam summus pontifex dispensare non potest, iuxta ea quae plenè habentur in cap. cum ad monasterium, in si. de sta. monacho, & per Io. And. in mercu. Actus legitimi & semel Deo de reg. iur. in vj. Votum autem huiusmodi requiritur ad statum perfectionis, iuxta Grego. super Nume. vj. cap. & super Ezechi. ibi. Cum quis omne quod habet &c. nam per uotum paupertatis uoluntaria, res exteriores totaliter Deo offert. Per uotum continentiae offert totum corpus, abrenuncians eius maximis delectationibus. Per obedientiam offert in holocaustum totaliter animam, & propriam uoluntatem &c. per quam homo utitur in omnibus potentijs & habitibus animae. Facit de poeni. dist. ij. cap. si quis semel, & quod plenius traditur per sanctum Thom. in secunda secunda, q. lxxxvj. & lxxxvij. & de medicantibus pcpue, lxxxvij. q. art. v. & q. lxxxvij. arti. vij. maximè accedente ei dignitate episcopali, &c. Et a religione no differt sanctitas secundum essentiam, sed solum ratione, ut plenè patet per sanctum Thom. secunda secunda, q. lxxxj. arti. vij. & de religion. no. Ioan. And. in c. is qui. de regu. lib. vj. & de regu. iur. c. non est sine culpa, per Archi. de regu. capitulo secundo. eodem lib. & lxxxv. distinct. capitu. primo. not. in l. prima. C. de summa trini. Et dicitur, quod summa ratio est, quae pro religione facit, l. sunt psonae. ff. de relig. Vnde

1. Cor. 9.

Matth. 19

Matth. 19

Philip. 2.

Ad statum perfectio - nis requiritur uotum



CANONIZATIO

fufcipiendum hoc fuperna uoluntas agnofcitur. Vnde Auguftinus ait. fuperior locus fine quo populus regi non potelt, & fi ita teneatur. ut de- cet, tamen indecenter appetitur. Ocium enim fupremum quartè charitas, ueritatis negotium iu- ftum fufcipit neceffitas charitatis. Beatus igitur bonauentura nofter, ut patet ex chronicis, cum per Clementem quartum fuiffet ad Eccle- fiam Eboracen, in Anglia opulentiffimam pro- motus, ad pedes Papæ fe contulit, & epifcopatu prædicto humiliter celfit, cuius Papa refignatio nem admittens, hæc uerba protulit. Sta in testa- mento tuo, & in illo colloquere, & in opere man- datorum tuorum ueterafce: uerum cum de an- no M.cclxxiiij. uocatus fuiffet à Greg. x. coactus ad cardinalatum, & epifcopatum Alban. afum- ptus fuit, tempore quo Lugdunen. concilium ge- nerale celebratum fuit, ob cuius præfentiã & fcientiã multa de nouo ftatuta ac uetera reformata & re- nouata fuerunt &c. & præcipue. c. religionum di- uerfitas fituatum in titu. de religio. domi. lib. vj. & iuxta fententiam Sancti Thom. de qua fupra determinatur, olim in fcripturis, & ibi no. de Epi- fcopo Matin. qui dixit uolens nolo, & uolens uo- lo. cap. fcindum. & cap. qui Epifcopatum. viij. quæft. j. cum fi, & not. per Innocen. in cap. cum in- iure. de elect. & habetur in cap. quã fit eo. titu. lib. vj. & xxiiij. quæft. iij. difplicet. & xl. diftin. an- te omnia. not. j. quæft. vj. ficut. & vij. quæft. j. fcias. & xvj. quæft. j. nos autem. & fimulans rennuere etiam caufa humilitatis peccat. xxij. quæftio. ij. cum humilitatis. & cap. fi. de præfump. & not. in dicto cap. ficut. & per legiftas in. l. fi quemquã. C. de Epifco. & cleri. de his tamen plenius traditur per eundem Sanctum Thom. in fecunda fecun- da. q. lxxxvj. arti. iij. Fuit ergo ftatus uitæ eius omni ex parte perfectus, tum quia religiofus or- dinis mendicantium Sancti Francifci, & in pri- mordijs quibus in omnimoda perfectione flo- ruit ipfe ordo: tum quia Epifcopus Cardinalis Alban. & fic de fummis: tum etiam quia religio- nem profeflus fuit ex uoto, cum meritis Sancti Francifci, de faucibus mortis fuiffet creptus, ut ipfemet teftatur in fine legendæ eiusdem Sancti Francifci: pro quibus allegare fufficiat Sanctum Thom. fecunda fecundæ. q. clxxxiiij. ufo; ad fin. libri & quæft. lxxxvij. articu. vj. & fimile de Sa- muele. j. Reg. cap. i.

Artic. IIII.

Ad quartum dico cõcludendum, fufficere eas uirtutes, quas exprimit hymnus confeflorum (qui creditur fuiffe Ambrofi) ut patet p Guilel- mum in rationali diuinorum lib. v. de diuinis of- ficiis. in cap. eft autem. in tertia cartha. ibi. qui- pius. lxxvi. dift. qui clementiam non habet, nec indutus eft uiscera mifericordiæ, & lachrymaru: quamuis fpiritualis fit, non adimplet legẽ Chri- fti &c. prudens ficut ferpens, & fimplex ficut co- lumba. Vt dicit Dominus. Humilis iuxta no. in-

Matth. 10 & c.

clemen. i. de religio. domi. & fecundum illud. Di- fcite à me &c. & per Archid. xxii. quæft. ii. cum humilitatis. & ead. q. contra mores. lxxxvi. dift. quando. Pudicus. Impudicus oculus, impudici cordis eft nuncijs. xxxii. q. v. nec fola, hæc fola Deo cum fiducia &c. in auren. de lenon. s. fci- mus. coll. vi. Sobrius. cap. à crapula. de vi. & ho- ne. cleri. cap. i. de relig. & uene. fan. Caftus con- tra bigamiam, & numeratur inter fructus fpiri- tus ab Apoftolo. Fuit & quietus, idelt non percuf- for fed modeltus. Modeltia uefta nota fit om- nibus hominibus inquit Paulus. xli. diftin. per to- rum, & numeratur etiam inter fructus fpiritus. Vita dum præfens, uegetauit eius corporis ar- tus, quod omnia ifta concurrant in eò innuit euidenter perfectus ftatus eius, fcilicet religio mendicantium Sancti Francifci, de qua fupra di- xi. licet Hofteñ. uideatur plura requirere, in con- firmando in Epifcopum, & fimiliter in canoni- zãdo in Sanctum, in fum. de elect. s. quis eligitur. uerfi. canon tamen antiquus, dicens quod confit mandus in Epifcopum, debet effe natura pru- des, docibilis moribus, temperatus uita, caftus, fobrius, fuis negocijs femper cauens, humilis, af- fabilis, mifericors, liberalis, in lege Domini in- ftructus, in fcripturarum fenfibus acutus, in dog- matibus ecclefiafticis exercitatus, & ante om- nia fidei documenta fimplicibus uerbis afferens, idelt patrem & filium &c. allegat. xxiii. diftin. qui Epifcopus. xli. diftin. cap. ultimo. Et quia Pe- trus dicit quod talem oportet effe Epifcopum, ut pro ingenio addifcentium femetipfum poffit aptare &c. Debet igitur ualdẽ effe eruditus & doctus, irreprenfibilis, & maturus, & pauidus ficut fuit Clemes. Debet et fingulos iuuare, put poterit, fingulos portare, & fingulos releuare. viij. quæft. i. oportet. & cap. feq. & ideo dicit Au- guftinus, nihil effe in hac uita, & maximẽ hoc tempore difficilius, & laboriofius, & periculo- fius, Epifcopi uel Diaconi officio: fed nil apud Deum beatius fi eo modo militetur, quo nofter præcipit Imperator. i. Deus. Sed nil facilius nil ue lauius & acceptabilius, fed & nihil damnabi- lius fi perfunctorie res agatur. xl. dift. ante om- nia, & fubdit. Hanc ultimam partem multi te- nent. Deus adiuua me & faluus ero, multa enim de prædictis, immo ferẽ omnia in multis defi- ciunt, confulo fi talem habere poteris, ipfum eli- gas: fed qui talem uoluerit, ipfum fabricet de nouo, quia res penẽ contra naturam efit, ut ho- mo fine peccato fit: tamen eligendus efit cuius refpectu ceteri de Ecclefia grex dicantur. xxx. diftin. unum. s. nunc autem. tamẽ quicquid di- catur fufficit, quod bonus eligatur. xvi. quæft. ult. monafterium. Sed ego dico, quod ex eò, quod ifte beatus Bonauentura fuit electus in genera- lem ordinẽ à bonis, uidetur fufficiens refulta- re notitia de meritis eius, tanquam de audita à bonis. xxii. quæft. quinta, hoc uidetur fed am- plius quia fuit electus in Cardialem à Papa Ho- nor. &

Luc. 6.

Gal. 5.

Phil. 4.

BEATI BONAVENTURAE

nor. & procedente ad hoc cum maxima maturi- tate per not. in capi. j. de fcruti. ficut dicit etiam Ioan. And. de audire rote. in c. quod ficut, de elec. Larius difcurrit in his idem Hofteñ. in fum. de tem. ordi. examinans fingula de quibus. j. ad Thom. cap. iij. & ad Tytum, & Gratianus à. xxxv. dift. ufq; ad l. & a. lxxj. dift. ufq; ad. lxxxvij. Di- gnus enim reputatus ad unum ordinem, non de- bet ad alium indignus reputari, e. accepimus, de ata. & quali. lxxxij. diftin. gelta. j. q. j. ficut Chri- ftus, capitu. nonnulli, de accufa. capit. in præfen- tia, de fentent. excommuni. l. qui fcians, ff. de lib. caufa. l. fi uxor, in fin. ff. de adul. & art. in l. uno atque uxore, ff. folut. matrimo. Et dicendum efit fufficere iftas, quia qui habet has omnes habet, ficut contra de uitis dicitur, de penitent. di- ftinction. v. capitul. defleat, & capitul. fratres, & capitul. dolendum, de regu. iur. capitul. defleat. xxxij. quæftio. j. cum renunciat, plenius pa- ter per Sanctum Thom. ii. ii. in pluribus locis. Et quantum ad pietatem attinet, dico, quod efit fpecialis uirtus in quantum parentibus, & patriæ, & his qui ad hoc ordinantur, officium, & cultum impendit, quia efit connaturale prin- cipium producens in effe, & gubernans, ut de- clarat Sanctus Thom. 2. 2. q. c. j. artic. iij. Dicit ta- men Amb. fuper Lucam, quod neceffitudini ge- neris, diuina religionis pietas antefert. Et Hieron. in epiftola ad Heliodorum. Per calcatum perge patrem &c. fumum genus pietatis efit, in hac re effe crudelem. An uerò & quomodo oc- cafione religionis, præmittenda fint pietatis officia in pareres, plenẽ dicit idem Sanctus Tho. ubi fupra, art. iij. Efit etiam pietas donum fpiri- tus Sancti, correfpondens uirtuti iuftitiæ & beari- tudini multitudinis diffundens corda miferatio- nis ad proximum, contra crudelitatem. Et mi- tis efit femper qui prius pauper fuit, & poffidet terram & feipfum. Et comparatio obferuantia ad pietatem, attenditur fecundum diuerfas ha- bitudines diuerfarum perfonarum ad nos, quos refpicit utraq; uirtus fecundum eundem S. Tho. 2. 2. q. c. j. ar. iij. Differt autem à mifericordia, & beneficentia, elemofyna, & charitate, ut plenẽ deducit idem S. Tho. 2. 2. q. xxx. & xxxi. fub tra- ctatu de charitate, propria fumendo &c. q. a mi- fericordia efit compafio aliena miferia. Et be- neficentia importat bonum facere proximo. Charitas autem efit amor, fundatus fuper com- municatione hominum ad Deum, & efit fpiri- tus Sanctus mentem inhabitans. Elemofyna au- tem efit actus mifericordiæ, & cõfequenter funt diuerfa licet connexa. Quantum autem attinet ad prudentiam, ad quam pertinet applicatio re- ctæ rationis ad opus, quod non fit fine appeti- tu recto, & non folum habet rationem uirtutis, quam habent alia uirtutes intellectuales, fed etiam quam habent uirtutes morales, quibus connumeratur, & cum prudentia fit in ratio- ne, diuerficatur ab alijs uirtutibus intellectu-

libus, fecundum materialem diuerfitatem ob- iectorum. A uirtutibus autem moralibus diftin- guitur fecundum formalem rationem potetia- rum diftinctiuam, ut plenẽ deducitur per S. Tho. 2. 2. quæft. xlvii. articu. iij. & v. & artic. vi. fubdit quod ad prudentiam pertinet, difponere de his quæ funt ad finem, & qualiter & per quæ homo in operando, peringat medium rationis, perti- net ad difpofitionem prudentiæ, & ad illam be- ne confultaturam pertinet præcipere. Et dicit Au- guft. in libr. de mori. Eccl. quod prudentia funt excubiæ atq; diligentiffima uigilantia, ne fub- repenẽ paulatim mala luafione fallamur, & ha- bet fe ad bonum priuatum, & ad bonum cõmu- ne multitudinis, & fic efit tam politica, quã œco- nomica, & monaftica, & conuenit unicuiq; in- quantum participat de regimine & gubernatio- ne, & efit perfecta, quæ ad bonum hñem totius ui- tæ rectẽ confiliatur, iudicat, & præcipit, quæ in peccatoribus effe non potelt. Vnde Grego. in ii. moral. cetera uirtutes nifi ea quæ agunt, prudẽ- ter agant, uirtutes effe nequaquam poffunt, & cum omnes uirtutes fint connexa, concurrunt etiam cum gratia, & quia non efit circa finem, fed circa ea quæ funt ad finem, non efit fimplici- ter naturalis. Et quia confiftit principaliter in applicatione ad opera obliuio uniuersalis cog- nitionis, id quod principale efit in ea non au- fer, licet aliquod afferat impedimentum, ut pa- ret per Sanct. Thom. ubi fupra. Huc corre- fpondet donum confilii, & mifericordia bea- titudo: ideo illi congruit præmium mifericor- diæ fuperabundans, & excedens faturitatem. Maxima profecto elucet prudentia beati pa- tris noftri Bonauenturæ, in fedando difcordias inter Prædicatores & minores in capitulo Pa- rifius celebrato, de anno. M. cclxvi. circa in- quifitores hæretica prauitatis, & tranfitus de una religione ad aliam, & in quantum diftin- xit prouintias, & quamlibet uoluit habere fuũ præfidentem, & inftatuendo prouinciarum om- nium numerum, & cat. Magnum etiam con- filium eius relucet, ex geflis concilii Lugdunen. ii. & cat. & in capitulo generali Narbonen. ubi confitutionibus ordinis formam dedit, &c. Et licet Philofophus. v. Ethicor. dicat impo- fibile effe, prudentem non effe bonum, quan- doque fumitur prudentia in malum, capitul. de illis, de defponfal. impuber. Et. vj. Ethicor. dicit idem Philofophus. Prudentes illos exi- fimamus, qui fibi & alijs poffunt speculari. Et Egidius de regimine principum, capitul. vii. & capitul. viii. ponit. vii. partes prudentiæ im- propriè autem fumitur. xxii. q. i. quo cafu & in capitul. final. de defponfal. impuber. Et ferpenti- na prudentia efit, cauere à fupplantantium infi- dijs. vi. q. i. ex merito, in fin. ficut fimplicitas co- lumbina efit, cuiquam non machinari dolos. Sancti namque quæcunque agunt, in confpectu Dei agunt, de penitent. diftin. i. capit. uerum.



Circa humilitatem uero quae est de speciebus modestiae, quae modestia est pars temperantiae, dico humilitatem esse uirtutem temperantiae, & refrenantem animum, ne immoderate tendat in excessu, quae sunt supra se, secundum regulam quam habet in cognitione: ut scilicet aliquis non se existimet esse supra id quod est, & sic iuxta illud. Neque ambulauit in magnis neque in mirabilibus super me &c. circa appetitum boni ardui praeter rationem rectam, quod est eum homo considerans suum defectum, tenet se in infimis secundum suum modum, & sic in sui ratione, reportat quandam laudabilem delectationem ad ima, in interiori motu animae, hoc est principaliter in interiori electione mentis. Et est moderatiua motus appetitus, & regula quadam directiua eius, ex cognitione proprii defectus. Respicit etiam proprie reuerentiam, qua homo Deo subijcitur, & per quam homo secundum id quod est, debet se cuiuslibet proximo subijcere, quantum tamen ad id quod est Dei in ipso, absque eius humilitatis prauiudicio: possunt dona propria preferri donis Dei, quae apparent alijs collata, & in ea fundantur omnia Ecclesiae sacramenta, & opponitur superbia uitiorum reginae. Nec requirit humilitas, ut aliquis id quod suum est, in seipso subijciat, ei quod est hominis in proximo: licet possit reputari aliquid boni esse in proximo, quod ipse non habet, uel aliquid mali in se esse, quod in alio non est, & sic potest se ei subijcere per humilitatem. Reprimit iraque humilitas motum spei, qui est motus spiritus in magna tendentis, & ideo recte dicitur pars temperantiae, contenta sub modestia, iuxta illud Petri. In incorruptibilitate quieti ac modesti spiritus. Facit autem hominem bene subiectum ordinationi quantum ad omnia, sicut qualibet alia uirtus facit quantum ad aliqua, quibus est potior post uirtutes theologicas, & intellectuales, quae respiciunt ipsam rationem, ac post iustitiam praesertim legalem. In ea tamen principium, & radix est reuerentia, quam quis habet ad Deum. Ex cuius interiori dispositione, procedunt quadam exteriora signa in uerbis, & factis, & gestibus, quibus id quod interius latet manifestatur, sicut in ceteris uirtutibus accidit, quae signa in duodecim gradus humilitatis conuenienter distinguuntur, ut magistratim deducit Thom. secunda secunda questio. cxi. articulo sexto, & in regula sancti Benedicti, licet Ansel. in libro de similitudinibus, ponat tantum septem gradus. Aliqui ponunt tantum tres gradus, & decem indicia, ut Cassia. & glo. Matth. tertio. Qui quidem omnes gradus, & indicia, nedum sufficienter sed abundanter, & cum omni iustitia, in beato patre nostro Bonauentura floruerunt: ut ex gestis eius, & chronicis ordinis, & libris per eum compilatis patet expressè. Et magna perfectio fuit huius patris

Psal. 30.

1. Pet. 3.

in adimplendo uotum matris, & profitendo religionem, per ea quae habentur cap. licet de uotis. Circa pudicitiam autem, quae secundum Augustinum. est quaedam uirtus animae, a pudore dicta, in qua uerecundia significatur: dico eam proprie esse circa illa, de quibus homines magis uerecundantur, hoc est, de actibus ueneris, secundum eundem Augustinum. Et attenditur proprie & precipue, circa signa ueneriorum, sicut sunt aspectus impudici, oscula, & tactus, & quia haec solent magis reprehendi, ideo pudicitia magis respicit huiusmodi exteriora signa, quam mixtionem ueneris: & ordinatur ad castitatem, non uirtus ab ipsa distincta, sed sicut exprimens castitatis circumstantiam quandam, licet interdum unum ponatur pro alio, & est uirtus refrenans inobedientiam genitalium membrorum, quae non subijciuntur imperio rationis, ut infra subijciam, dum de castitate loquar, de quo. xxxij. quest. v. nec solo. cum se. & in clemen. ad nostram. uersic. vij. de hare. & per sanctum Thom. secunda secunda. quae. c. iij. articulo quarto. Aliter tamen capitur impudicus in cap. cum de corem. de si. presbyt. & est pudor corporis, pudicitia mentis, secundum Papy. & Archid. xxxij. quae. ij. pudor facit, cap. de adul. l. ita pudor. In prohemio autem decretae super uersic. pudicus exponitur, id est castus: & dicitur in cap. j. xlij. dist. quod pudicus debet esse sacerdos & monachus, ut uerbis pudorem indefinenter ostendant: haberet in auct. quomodo oportet Episcopo. s. neque; autem. & ff. de iniurijs. l. sed & questionis. s. fina. ubi fit iniuria si attendatur pudicitia, facit. xxxvij. quae. j. capitulo ultimo, & in cap. iij. xxij. quae. v. dicitur quod est uirtus animi, quae uolentiam non sentit, facit in iustis. de noxalibus. s. fina. Circa sobrietatem, quae est per se specialis uirtus, conseruans bonum rationis contra omnem potum, a quo posset impedi rationis usus, ex fumositate cerebri perturbante: sicut abstinentia conseruat contra omnem cibum, ne per immoderantiam delectationis, boni rationis absorbeat sua speciali ratione, non autem inquam sunt nutritiua. Et sumitur a mensura, quasi briam seruans, id est mensuram proprie. iuxta illud Ecclesiastici. Sanitas est animae & corporis sobrius potus. Vinum multum potatum irritat ionem, & iram, & ruinas multas facit. Sumitur etiam communiter nomen sobrietatis, in quacunque re & materia per similitudinem quandam, in qua non tantum nocet excessus, sicut in potu in quo mensura est maxime necessaria, & cetera. cuius oppositum est ebrietas. Dico tamen, quod nullus potus sicut nec cibus (secundum se consideratus) est illicitus, iuxta illud. Non quod intrat per os coinquinat hominem: nisi per accidens, uel ex conditione bibentis, cum a uno de facili laeditur, uel ex speciali uoto obligatur ad uinum non bibendam,

Primo libro de uita. Deo. cap. 18.

Lib. 14. de ciuit. Deo. cap. 17.

Ecclesi.

Matth.

dum, aut ex modo bibendi, scilicet excedendo mensuram, aut ex parte aliorum qui ex hoc scandalizantur, aut ad perfecte sapientiam recipiendam &c. ut clarè deducitur per S. Thom. secunda secunda. q. cxlix. per totum. & per Gratianum. xxxv. dist. Ecclesi. &c. luxuriosa, & per totum. & dist. xliij. per totum. Circa castitatem dico, quod in quantum est secundum rationem operans, concupiscentiam castigat & refrenans, uirtus est propria, & habens in ueneris ratione uirtutis, in quantum autem habet delectationem in suo actu, connumeratur inter fructus, cuius oppositum est luxuria. Communiter etiam sumitur in quantum abstinere se, ne delectabiliter alijs coniungatur contra debitum diuini ordinis, probatur in c. Nicena. xxxj. dist. ubi idem nota. de sobrietate, & tunc etiam dicitur castitas spirituales, retrahens humanam mentem, ne rebus illicitis delectabiliter coniungatur: cuius ratio principaliter in charitate consistit, & in alijs uirtutibus theologis, quibus mens hominis coniungitur Deo. Distinguitur ergo proprie ab abstinentia, quae est circa delectationes pertinentes ad usum ciborum, quia ipsa refrenat usum concupiscentiarum ueneriarum, quae sunt uehementiores & magis opprimentes rationem, quae delectationes ciborum & potus, & sic secundum proprias & speciales rationes inter se differunt, abstinentia, sobrietate, & castitas, & temperantia ipsa, cuius istae sunt partes subiectiuae, sicut etiam & pudicitia &c. Item & continentia quae est pars potentialis ipsius temperantiae, in quantum largè accipitur nomen uirtutis, pro quolibet principio laudabili operum, & resistit concupiscentijs prauis, quae in homine uehemens sunt, & est haec sola cum fiducia potens Deo hominum animas praesentare, ut in auct. de lenonibus. sancimus, & est Deo placens, quae non necessitas sed uoluntas facit. xxij. q. v. sed tunc, & non nisi Deo inspirate habetur. xxvij. dist. de his facit. l. di. quia tua, ubi dicitur paucos inueniri castos. facit de Episcopo. & ele. si quinquae. Circa quietudine dico, illam sumi posse pro modestia, quae est pars potentialis temperantiae, & est moderatiua eorum, quae minus difficile est refrenare secundum S. Thom. secunda secunda. q. clx. per totum, & tam de illa quae consistit in exterioribus moribus corporis, qui serio aguntur & laudis, quae de ea quae consistit in apparatu &c. & in hoc differt a temperantia quae est moderatiua difficultium, & a clementia quae est moderatiua poenarum contra crudelitatem, & a mansuetudine quae est moderatiua iracundiae, & ab humilitate de qua supra, & a studiositate, quae est pars integralis ipsius temperantiae, quae proprie dicitur circa cognitionem, & importat uehementem applicationem metis ad aliquid secundum rationem uirtutis, & sic differt a curiositate, quae quis utitur ad peccatum &c. Potest etiam sumi pro mansuetudine & clementia, quae sunt partes integrales temperantiae, de quibus per S. Thom.

secunda secunda. q. clj. per totum. Potest etiam sumi pro pacifico in quantum est actus charitatis. ut patet per S. Thom. secunda secunda. q. clx. art. xxix. ut sic sumatur pars pro toto & concludatur. Omnis charitas & iustitia, & omnis denique uirtus in canonizatis, prout concurrunt in beato patre nostro Bonauentura &c. Et sciendum, quod quies nobis appetenda est pro lucro multorum, aliquando tamen postponenda. viij. q. j. in scripturis, & est quietas tranquillitas, ut pax unde quiescamus, & sine turbatione simus, secundum Archid. de offic. leg. ca. j. lib. vj. in uersic. quiete. & in uersic. quiescamus, & quieti esse debent serui Dei a strepitu causarum. c. j. de syndico. Merito ergo de hoc beato patre, Ecclesia sancta Dei cantare poterit, atque perlegere. Iste est qui ante Deum magnas uirtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius repleta est, ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. Iste est qui contempsit uitam mundi, & peruenit ad coelestia regna. Merito etiam de eo poterit Ecclesia solenniter & publicè decantare. Qui pius prudens &c. & hic uita terrena gaudia & lutulenta praedia &c. Item ieiunia membra deserens, dapes supernas obtinet: & hic uir despiciens mundum &c. & alia in quibus in officio communi confessorum, praesertim maiorum inter quos enumerari debet, cum fuerit Episcopus Cardinalis Albanens. unus de sex maioribus Episcopis urbis Romae &c. De quo reperitur in quibusdam memorialibus magistrorum caeremoniarum antiquis, & idem per omnia habetur in chronicis ordinis sancti Francisci, ubi tractatur de nono generali in prima columna anno Domini M. cclxxxij. quadam die luna quae erat. vij. mensis Maij. Dominus Gregor. Papa. x. cepit consilium generale celebrare in ciuitate Lugdun. propter Sarracenos principaliter, qui inuaserant terram sanctam. In eodem consilio Papa contra uoluntatem Cardinalium promulgauit. c. ubi periculum, de electis. lib. vj. cum xij. alijs sequentibus. Eodem anno quadam die dnica quae erat tertia idus Iulij. hoc est. xliij. mensis Iulij. hora matutina obiit clara ac ueneranda memoria D. Bonauentura, ordinis sancti Francisci, Cardinalis, & Episcopus Albanens. aetatis suae anno. liij. & ad sanctos patres appositus, triuifantes suo (ut credimus) latificauit consortio, sed incredibili affectu maeruita militantes: qui fuit uir eminentis scientiae, sanctitate praecipuus, uita, conuersatione, ac moribus excellentissimè decoratus, benignus, affabilis, pius, misericors, uirtutibus plenus, & ab omnibus dilectus Latinis & Graecis, clericis & laicis: qui eadem die sepultus fuit in conuentu fratrum Minorum Lugdun. in cuius exequiis interfuit Dns Papa, cum omnibus Cardinalibus & Praelatis concilii, & quasi tota curia, frater Petrus ordinis sancti Dominici Cardinalis, & Episcopus Hosti. celebravit primam missam exequiarum & praedicauit, cuius thema fuit. Doleo super te frater mi Ionatha, multae lachrymae

2. Reg. 1.

b 3 lachrymae



lachryma; & amari gemitus emisit fuerunt in eodem sermone. Hanc enim gratiam inter alias concesserat ei Deus, quia quicumque ipsam uidebat, ipsius amore incontinenti capiebatur in corde, tantaque prerogativa donorum dotatus fuit diuinorum, ut Ecclesie Dei nullum parem sibi relinquere uideretur. Et hoc tempore Græci ad obedienciam sedis Apostolicæ redierunt in quo. xl. primates Græcorum subscripsisse dicuntur, cum eo qui tenebat imperium Græcorum, & nuntii Tartarorum baptizati fuerunt. Notitia autem diei obitus necessaria uidetur, propter hymnum confessorum, in quo hodie lætus meruit secreta, &c. & ibi. Anni recurso tempore dies illuxit lumine, &c. Et in ser. Amb. ibi. Bene igitur & etiam ac congruè in hac die, cuius hodie ad paradysum trāsitus &c. Et adde, qd quicquid Dominus fecit in signe, fecit in die Dominica. lxx. dist. q. die. xv. q. iij. c. i. No. Arch. de conse. dist. iij. prouinciam, & ideo Pius. ii. nō attento uero die obitus sanctæ Katherinæ de Senis, in eius canonizatione statuit, festū eius debere celebrari in prima Dominica mensis Maij annis singulis, ut patet in bulla canonizationis data. M. ccc. lxx. iij. Kal. Iulij, anno. iij. Requiritur etiam uideatur Apostolus ultra pmissa, qd sit in reprehensibilis. i. sine crimine, ideo dicit Hiero. xxv. dist. c. primum itaq; qd potest Praefes &c. quia si in promouendo requiruntur huiusmodi, multo magis in canonizando, quod intelligo de crimine capitali & mortali. Nam non est credendum, possibile fore, etiā in spiritu sancto confitatos, sine minutis peccatis reperiri, ut in c. criminis ea. di. iuxta Apostolū. Si dixerimus, qd peccatum non habemus &c. & illud. Septies in die cadit iustus, quia si ceciderit iustus non collidetur, quia Dns supponit manum suam, ut dicitur in Psalm. Item quia Deum diligentibus, omnia cooperantur in bonum, & aded omnia prorsus ut etiam si qui eorum deuiant & exorbitant, etiam hoc ipsum faciet eis proficere Deus in bonum, secundum Aug. & de poeni. dist. ii. talibus, & quia impossibile est, in sensum hominis nō irruere motū sensualitatis calorū, ideo ille demum laudatur & prædicat beatus &c. & no. gl. in c. si qualibet. xxii. q. ii. qd ueniale peccatū non tollit grām, nec eam impedit etiā si oia peccata uenialia aliquis commisisset &c. de quo per S. Tho. infra 2. q. lxxxviii. ubi facit triplicē distinctionem &c. Item qd sit unus aut nullius uxoris uir, quinimodō etiā scdm Nicolau Papā. i. c. quorundā xxxiii. dist. debet uitare etiā immoderata familiaritatem cōsanguinearum, & abstinere à nuptiarū cōiuiuiis, nec his cetibus se miscere, ubi amatoria uerba canuntur & turpia, aut obsceni motus corporum, &c. cap. presbiteri. ea. distinct. cap. non oportet. de conse. distinct. v. & capi. de his. xxxi. quaest. i. Item ornatus in exterioribus, habitu uidelicet, & incestu, ita quod nec affectata sordes, nec exquisita delicia placeant se-

1. Tim. 3. & ad Ti. 1.

1. Ioan. 1.

Prou. 24.

Psalm. 36.

Rom. 8.

Li. de cor. & gratia, c. 9.

cundum Hieronim. xli. distinct. quisquis, & cap. Episcopus, & sicut. Item quod fuerit hospitibus, nam & uidua in Ecclesia recipi prohibetur, quæ pauperes non recipit, hospitio &c. & Ioannes Euangelista Diotrepem excommunicauit, qui nec pauperes recipiebat, sed recipientes de Ecclesia eiciebat. lxxxv. distinct. Florentinum, & cap. si quis, & cap. quiescamus. xlii. distinct. Itē quod non facile irascibilis, aut perturbati sensus, alios percutiens, c. quid autem, & c. qui syn-cera, cum sequen. xlv. dist. & c. licet non nunquā, & c. Episcopum, & c. cum beatus, & c. disciplina &c. omnis, cum multis aliis. Item quod sit doctor, non litigiosus, nec cupidus, aut neophytus. Quibus omnibus uirtutibus beatus noster Bonauentura claruit, summaque doctrina fuit illustrissimus, paupertatis p̄fessor altissima, ex christianissimis parentibus christianissimus ipse p̄genitus, ita ut in eo claruerit omnis uita & morum perfectio, atque sanctimonia, ut supra plenissime deductum est. Fuitq; idem celeberrimus uir uerus Dei minister, Deoq; semper fideliter ministravit, unde merito inferendum est, ipsum cum Deo cui ministravit, & quem secutus est in terris, fideliter regnare in caelis & gloriari dicente Domino in Euangelio. Qui mihi ministrat &c.

Artic. V.

Ad quintum dico concludendum, quod regi amen sanctum æconomicum atq; politicum huius beati patris, maximum affert testimoniū sanctitatis ipsius. Multum enim ad perfectionē hominis attenditur, quod domui suæ fuerit bene præpositus, illam regens honeste, tam exemplo quam uerbo, retrahendo à uitijs ad uirtutes, ut probatur. xviii. distinct. s. necesse, & maxime integritatis est experientia, & probatio. Nā qui integer non est, non habet frontem reprehendendi alios, includitq; euidentiam necessariam criminis negligentia, quod quidem crimē magnum probatur in capit. ea. quæ. s. si uerō, de statu mona. lxxxvi. distinct. culpam, nam qui nō eiicit trabem de oculo suo, non potest festucam de oculo fratris eicere, ut patet in Luca. & iij. quaest. viij. s. porro, in fi. & capit. iudicat. & j. q. j. multi. Nam à quo debet alios prohibere, multo fortius seipsum, ar. in l. altius. ff. si serui uendi. c. dudum. ij. de ele. & cap. j. de natis ex libero uentre, l. frater à fratre, ff. de condit. inde. & qd quod quis debet exigere ab alijs, multo fortius tenetur exigere à seipso, l. si pupilli. s. uidemus, ff. de neg. ge. l. tutor datus, ff. de fide iussor. & ideo dicitur, quod non potest esse hortator uiduitatis, qui coniugia frequentat. xxvj. q. vj. una tantum facit ff. de administrat. tutor. l. quorrens, s. ij. xlij. distinct. s. j. xlij. distinct. s. necesse, l. cum in eo, ff. de pactis. Et quomodo potest quis alios corrigere, cum tacitus respondeat sibi, eadem quæ corri-

Ioan. 10.

Luc. 11.

git commisisse. xxv. dist. primū. Nam cum de alio iudicaret, in se ferret sententiam, dicto. cap. iudicet. & no. in cap. Romana. de censibus. & hinc dicit Gregor. vij. moral. Nunquā purē maculam in membro considerat oculus, quem puluis grauar: & superiectas sordes tergere non ualent manus, quæ lutum tenent. & xix. eiusdem. Qui ueraciter proximis misericordiam facere student, prius debent iuste uiuendo sibi ipsis misereri. Unde scribitur. Miserere animæ tuæ placens Deo, & ideo perperam pater pius non est miserando, qui adhuc iniuste uiuendo sit sibi inquit impius. Unde dicitur in Eccle. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Qui itaq; proximo indigenti exteriorē substantiam præbet, sed uitam suam à nequitia non custodit, rem suam Deo tribuit, & se peccato: quod minus est offerens auctori, & quod maius seruans iniquitati. Et hinc est, quod corrupta nō potest eligi in Abbatissam. xxv. q. j. iuenculas. nec electa potest benedici. facit. j. q. xij. c. ij. uer. nouimus. & no. xxvj. q. j. quæ uirginibus. Non enim posset corrupta uirginitatē hortari. xxvj. distinct. c. penult. & not. in c. indemnitate. de electio. lib. vj. Item Cyprianus in c. si quis inquit. j. q. j. nec cuiquā Dominus per eius preces & orationes prosit, qui Deum ipse uiolauit. Quo. n. perficere quæ agunt, & impetrare aliquid illicitis conatibus à Deo possunt, qui contra Deum quod eis non licet moluntur? iuxta. c. multi. xl. distinct. ubi dicitur. Si bene docueris, & malè uixeris, tui solius condemnator eris, quia benè dicendo & malè uiuendo eū instruis, quomodo te debet condemnare &c. Ex quibus planè & necessariò inferitur, qd qui benè præfuit domui suæ, necnon toti ordini per annos xvij. necessariò concludendus est iustus, & ut sanctus habendus. Et permaximè subiuncto eo quod dicit Augustinus in c. quantumlibet. xvij. dist. ibi. Difficile sum expertus meliores, qd qui in monasterio profecerunt &c. Nam ut patet ex chronicis, cum. xij. annis in religione sua strenuè profecisset: in totius ordinis generalem ministerium concorditer suis suffragantibus meritis. viij. scilicet successiue post sanctum Franciscum assumptus ē, quem feliciter rexit annis circiter. xvij. itaq; arbor bona, fructus bonos faciens, ut à fructibus eorum cognoscatur &c.

Eccle. 30.

Eccle. 14.

Math. 7.

Luc. 8.

a. Cor. 11

Artic. VI.

Ad sextum dico concludendo magnam patientiam beati huius, per quam multum fructum attulit in Dei Ecclesia, quia uerbum Dei retinuit in corde perfecto. Qui enim uerbum Dei retinent in corde bono & optimo, multum fructum afferunt in patientia: ut patet ex ore ueritatis. Cum esset etiam sapiens, libenter sufferebat insipientes. Sustinebat nāq; si quis deuorabat, si quis accipiebat, si quis extollebatur, si quis deniq; in faciem eum cedebat, iuxta Apostolum. Proba-

tio enim fidei patientiam operatur. Cum etiam esset plenus charitate, quæ patiens est, benigna est, non auulatur, non agit perperam, omnia sustinet, non querit quæ sua sunt, omnia suffert, nō inflatur, nō est ambitiosa &c. iuxta Apostolum. In omnibus itaque exhibuit semetipsum sicut Dei ministrum, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate &c. iuxta Apostolum. Spiritu semper feruens, Domino seruens, spe gaudens, in tribulatione patiens, orationi intans, ac necessitatibus sanctorum communicans &c. & in patientia sua possidens animam suam, nō dans locum ira, quoniam scriptum sciebat. Mihi uindictam & ego retribuam: iuxta eundē Apostolum. Tribulatio nāq; patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uerò spem. Sciebat ipse, quod quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam &c. & quod patientia est fructus Spiritu sancti, ut patet per eundem Apostolum. Ambulans in ea uocatione qua uocatus erat, cum omni patientia. Crescens in scientia Dei in omni patientia, & gaudio. Indues sicut electus Dei patientia &c. Imitator enim eius fuit, qui fide & patientia hereditauit promissiones. In uirtute nāq; scientiam ministravit, in scientia abstinentiam, in abstinentia patientiam, arguens, obsecrans, & increpans, in omni patientia & doctrina, iuxta Petrum Apostolum. Noscitur uerò doctrina uiri per patientiam. Sciebat utiq; patientiam necessariam esse secundum Apostolū. Est nanque patientia uirtus per quam mala a quo animo toleramus, id est sine perturbatione tristitia, ne animo iniquo bona deseramus, per quæ ad meliora perueniamus, secundum Augustinum in lib. de patientia. Conseruat ergo bonum rationis contra impetum passionis tristitia seculi, quæ mortem multorum operatur, & non est utilitas in illa. De quo latius per sanctū Thom. in secunda secundæ quæst. cxxxvj. per totum: & deficit à uirtutibus Theologicis & Cardinalibus, quæ retrahunt à maioribus impedimentis: ut ibidem per eum artic. ij. & causatur à charitate, nec potest haberi sine auxilio gratiæ. Est etiam pars fortitudinis sicut potentialis, & secundaria principalis. Et potest conuenire cum longanimitate, duplici ratione. Et secundum Tullium est honestatis ac utilitatis causa uoluntaria ac diffinitiuā, perpersio rerum arduarum ac difficilium. Experientia etiam resultat ex patientia, super carminibus quæ ob inuidiam cōtrā ipsum in concilio Lugdunens. diuulgata fuerunt, de quibus in chronicis. Nulla nanque afflictio, nulla amaritudo illum à pio mentis proposito coeruit recedere, iuxta cap. suggestum vij. quaest. prima, sed beatus perseuerauit usque in finem, quæ perseuerantia non est nisi de uirtute patientiæ, ut ibi dicitur: quia secundū Apostolū. Oēs q uolunt in Christo piè uiuere, p̄secutionē patiunt. Et hæc patientia sanctorū est, qui

Iaco. 1.

1. Cor. 13

2. Cor. 6.

Rom. 12.

Luc. 21.

Ro. 12. &

1. & 15.

Gal. 5.

Ephe. 4.

Colo. 1. &

3.

Hebr. 6.

1. Pet. 1.

Prou. 19.

Heb. 10.

2. Cor. 7.

& Eccle. 30.

2. Tim. 3.

Apoc. 14.



CANONIZATIO

custodiunt mandata Dei & fidem Iesu Christi. Et contra morem esset ecclesiasticum, si non patientissime toleratur (quod a nobis absit) etiam iniusta correptio. c. in dist. contra morem. & dicitur. Prouer. Qui patiens est, multa gubernat prudentia, qui aut impatiens est, exaltat stultitiam suam, & August. in lib. de quaestionibus Euangel. ostendit Dns filios suos sapientia intelligere, non in abstinendo nec in manducando esse iustitiam, sed in aequanimitate tolerandi inopiam. unde dicit Apostolus. Scio abundare & penuriam pati &c. Maxima autem huius patris patientia elucescit ex persecutione. N. qui libellum perniciosum, contra fratres mendicantes composuerat non erubescens afferere, eos in uiam salutis non ambulare &c.

Artic. VII.

Ad septimum respondeo concludendum quod illud quod dicit Leo Papa in c. miramur. lxi. di. finit. uidelicet quod ad honorem mundi sine suffragio temporis & sine merito laboris indignum est perueniri, & notari ambitus solent quem probitatis documenta non adiuuant, quod diligens & quod prudens habenda est dispensatio diuinarum munerum & celestium dignitatum; ita ut nisi prior uita testimonium perhibeat pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis, celsioris loci premium nullum debeat. Et si discernere inter sanctum & non sanctum sit donum Spiritus sancti secundum Paulum dicentem. Alij discretio spirituum, &c. sufficit tamen per aliqua indicia Papam existimare sanctitatem uitae illius qui est pro sancto uenerandus, uel illius quem in sanctum intendit canonizare. Et sic dico intelligendam auctoritatem Leonis Papae, de qua supra: primo cum per illam ueritas fidei non peruerteret, sed magis confirmaretur, ampliaretur, & illustraretur &c. Secundo cum per eum mandatum Ecclesiae non contemneretur sed magis obseruaretur. Tertio cum per eum nouus ritus uiuendi non introduceretur, sed introductus sanctissime conseruaretur. Quarto quod per eum charitas proximi non sperneretur, sed indies augetur. Quinto quod peccatum accusatione dignum, ex toto conatu uitaret, ut eius exemplo ceteri possent proficere. Sexto quod per eum Dei uerbum delectabiliter audiret, & doceretur. Septimo quod per eum de operibus bonis gloria non quereretur, sed omnia ad Dei laudem referrentur. Ex quo ergo sanctitas eius uita utilis fuit, ad aliorum informationem tam in uita etiam quam post mortem, ita ut fideles Ecclesiae eius sanctitatis patrocinio dona multa perceperint, factis factum fore dicendum est auctoritati Leonis de qua supra. A fructibus namque sanctorum hominum, docuit Dominus cognoscendam sanctitatem uenientium ad nos in uisum uentium, cum scilicet abstinere a malo & faciant quod bonum est, qui fructus supra sunt enumerati:

a quibus sunt cognoscendi, & quibus diligenter examinatis Papa potest aliquem canonizare, siue fructus hi probentur facti in occulto, siue in manifesto. In occulto quidem, ut mundi gloria non quererent. In manifesto uero ut creator in creatura laudaretur, iuxta Augustinum super illo uerbo Psal. Laudate Dominum in sanctis eius, dicentem quod ideo Deus laudatur in sanctis, quia quod sunt, non habent merito eorum & bonitate, sed Dei misericordia & pietate. Et sic exponit & intelligit auctoritatem Leonis Papae. Augustinus de Ancona. Sanctus uero Thomas super Psal. dicit, quod sanctitas consistit in tribus, scilicet carnis maceratione, spiritus deuotione, & affectus pietate. Item secunda secunda, quod dicitur, dicit quod sanctitas importat duo necessaria, ad applicationem mentis in Deum, scilicet munditiam & firmitatem. Item super Iob dicit quod sanctus qui liber habet aliquam praerminentiam, secundum specialem usum alicuius uirtutis. Et alibi dicit quod sanctitas est ab omni immunditia libera, & perfecta, & immaculata munditia, & proprie dicitur per respectum ad Deum, scilicet cum homo seruat iusta quae ad Deum. ad Rom. xij. etiam alibi dicit quod triplex gradus munditia requirit ad sanctitatem, scilicet libertas ab immunditia, perfectio, & immaculatio &c. Sic etiam Chrysostomus ait tria sunt quae sanctum faciunt, scilicet cordis munditia, spiritus sancti praesentia bonorum operum affluentia, uel septem beatitudines, scilicet persecutio propter iustitiam, paupertas spiritus, mititudo, esurire & sitire, lacus, misericordia, cordis munditia, & reliqua.

Artic. VIII.

Ad octauum dico concludendum secundum Innocentium, & Ioan. Andr. & alios in c. j. de rel. & uene. sanc. quod satis est, quod in eo qui canonizatur concurrant ea de quibus habetur & traditur, in Ecclesiast. ubi dicitur. Laudemus uiros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus, sua magnificentia a seculo. Dominantes in potentatibus suis, homines magni uirtute, & prudentia sua praediti &c. Nam per hoc quod dicit laudemus uiros gloriosos, ostendit quod canonizati erant, & quod de canonizatis loquatur: quia aliter non mandaretur Ecclesiae quod eos laudet. Per hoc autem quod dicit, parentes nostros, ostendit quod nullus est canonizandus nisi fidem habeat. Soli enim parentes eius qui erant Iudaei & penes quos solos erat fides canonizandi erant: & pro hoc hodie est textus. in clemen. j. de Iudaeis. Fides etiam praeter uirtutibus in miraculis operatur, ut Dominus ait. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, transi hinc, & transibit. Per hoc uero quod sequitur. Multam gloriam fecit Dominus, supple cum eis, apparet quod non sufficit, quod in uno fuerit gloriosus, uel semel tantum, sed requiritur

BEATI BONAVENTURAE

requiritur quod in multis, & multoties, immo quod continue uita eius fuerit gloriosa. Per hoc demum, quod subdit, sua magnificentia, i. sua magna potentia siue suis magnis factis, ostendit quod excellentia uita & miracula facta talia esse debent, quae excedant uires & potentias naturales, unde sequitur a seculo dominantes, &c. quasi dicat, a seculo conuersionis suae potenter, & in multis continuatur bona uita, & fidem quam habebant operibus comprobant. Fides enim non sufficeret line operibus, quae tunc est mortua. Nec secundum omnes sufficiunt miracula, siue uita excellentia, licet Sanctus Thomas dicat, quod ideo in Ecclesia aliqui canonizantur per testimonia miraculorum, quia Deus non potest esse testis falsitatis. Vitam tamen sine miraculis credit sufficere Innocentius. quoad ueritatem tamen Ecclesia non debet tales canonizare, quia in secrete potuerunt laxiorem uita ducere, &c. cum determinatione tamen de qua in superioribus & inferioribus. Dico tamen etiam quod licet non posset aperte probari, quod ille de cuius canonizatione agitur, fuisse reuera baptizatus, aut consecutus chrismatismis & confirmationis sacramentum. Tamen ex quo de parentibus Christianis natus est, & in loco Christianorum, & inter eos semper conuersatus, attento uoto Religionis emisso per matrem eius, uolenta resultat praesumptio quod baptizatus & chrismatismis sit, quae praesumptio per certitudinem est habenda, donec euidentissimis argumentis contrarium ostendatur per e. ueniens. in fi. de psbytero non bapt. & de consec. dist. 4. paruulos. Et idem intelligendum de ordinibus secundum Hostiensem. in summa de praesby. non bapt. §. j. uerf. sed si quis. Quinimmo dico, quod in primoto in Episcopo & Cardinale per Papam, & Cardinales ex certa scientia esset instar sacrilegij, dubitare an is fuerit dignus, aut habilis, & sic consecutus sacramenta, & ordines Ecclesiasticos, per l. j. C. de crimine sacrilegij, & l. qdā. ff. de re iudi. & l. j. C. de domesticis, & protectoribus l. 12. & l. sacri affatus. C. de diuersis rescriptis, & l. imperialis. C. de nuptijs, & precibus imperatori offerendis. l. uniuersis. cum similibus, facit quod non. Io. An. in regula infamibus. de reg. iur. l. 6. & Anto. de But. in c. lator. qui si sint legit. & Zere. super extrauaganti excrabilis in uer. Cardinales. Item non noceret illi, etiam si ex infidelibus natus fuisset, aut ipse alias fuisset ante susceptum baptismum infidelis, per e. ea. re. de rescriptis, & ibi nota, & 61. dist. c. neophytus. & 48. di. qm in principio, & ibi nota. Postquam scilicet aliquandiu a lautiore epulis & spectaculis uel coniugibus abstinerunt. c. neophyti de consecra. dist. 5. &c.

Articulus IX.

Ad nonum dico concludendum illum posse canonizari secundum omnes theologos & canonicos, qui in singulis uirtutibus excellit, seu excellentiam habet, &c. quod dicit Collecta rius intelligendum iuxta status illius possibilitatem, ut patet de Religioso claustrali, prout in calu nro. Non enim potest Religiosus claustralis in elemosynis & alijs actibus charitatis, seu misericordiae, se libere & uniuersaliter exercere. Et sic quantum ad actus huius non potest probari excellentiam habuisse. Et ideo de eremitis, qui nullam molestiam malorum hominum passi sunt, & sic probari non possunt in persecuti omnibus patientiam propter Deum habuisse, sicque in actibus patientiae probati non fuerunt nec in actibus iustitiae, cum nec materia ad hoc suppositam habuerunt, & tamen monachi sancti dicuntur. 2. q. 7. sancta quoque iustitiae, & idem in moniali sancta. 20. q. 1. uia, & c. sanctimonialis, & habetur de regularibus. c. Ioannes. Et quod dicit Innocentius, quod requiritur quod canonizandus fuerit gloriosus, non in uno sed in pluribus, non semel sed pluries, debet intelligi sic, ut patet de peniten. dist. 2. §. quare, debet intelligi sic, ut patet de peniten. dist. 2. §. quare, ubi factis probatur supra dicta distinctio cum dicitur, quod sanctus manet semper ut possit habere uirtutes, & quod sanctus uideretur etiam dici posse tertiarum rerum defensor, & Deo tota mente & cordis desiderio adhaerens, ut probat de peni. dist. 2. §. haec quae de charitate in fi. Nec est dicendum sed eundem Collectarium in c. 1. de rel. & uen. san. necessarium esse quod non peccauerit ad hoc ut dicatur sanctus, ut probatur de peni. dist. 1. & 2. in dicto. c. §. querendum de peni. dist. 1. & S. Thom. sed a seculo de contemptu iustitiae. c. ad quartum. Nam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. de peni. dist. 2. c. sed talis iustus enim non cadit, ut patet in Psal. ut iusti uocabulum amittat. de peni. dist. 3. §. hac auctoritate. & c. sequenti. Septies. & c. Illud uero &c. Fortius enim, postea resurgunt. l. dist. considerandum. & c. sequi uirtute. l. sacramenti penitentiae, quae est secunda tabula post naufragium, & beneficio orationis dominica, ibi demitte nobis debita nra, &c. Nec obstat. §. 7. Responsorium officij confessorum minorum, ibi. Ecce homo sine querela, uerus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo & permanens in innocetia sua, quia potest intelligi de innocentia repata, uel quoad mortale non quoad ueniale, sicut nec quoad originale, a quo nemo liber reperit salua beata uergine, etiam in Leo Sanctus in sermone natiuitatis Dni. & Ioan. air. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. ueritas in nobis non est. Septies enim cadet iustus & resurget, impius autem corruet in malum: de quo etiam per bellemere. in dicto. c. 1. Potest etiam Sedes Romana facilius in examine huiusmodi pertransire, & merita beati huius ad canonizationem sufficientia reputare, ex ea notitia etiam aliquali quam per prius etiam dum in minoribus ageret semper habuit, ut probatur in Clemen. Romani Principes. de iure iur. Hac notitia namque etiam non plena excludit necessitatem tanti examinis, ut nota. 24. dist. quando Eps. & 47. dist. de Petro.

Lib. de elec. p. 14. q. 15. sup. p. 14.

Triplicem gradum ad sanctitatem requiritur.

Eclat.

Marth.

Phil. 4.

1. Cor. 12.

Marth. 7.

Matth. 6. & Luc. 11.

1. Ioan. 1.

Prou. 24.



CANONIZATIO

Petro, facit de appel. c. constitutus. & quod not. in dicta Clemen. Romani. super uer. aliqualem. Nam qui notus est non examinatus. 94. dist. ual. de. 33. q. 9. ueniam. Unde & notus sine probatio- ne recipitur. c. ad Apostolica. de regula. & 23. di. qui Eps. Multum etiam facit testimonium populi, & c. ut patet in dicto. c. qui Eps ad fi. facit ad premissa quod notat Io. An. in c. scriptum. de elect. & precipue, quia nunquam legitur fuisse auditum de hoc beato patre aliquod crimen, aut criminis suspicio, aut contra eum unquam ulla etiam minima laborauerit infamia, & c.

Artic. X.

AD decimum dico concludendum, famam celebrem canonizandi, multum & uehementissimè adminiculari, quia secundum Hieron. in c. si quis hominem 11. q. 3. Qui sanctus est non secundum famam & opera quae ostendit, si quis eum sanctum esse crediderit, & eum Dei iunxerit societati, Christum uiolat cuius membra sumus. Valet namque homini bona fama quantum ad tria. Primo quia ex bona fama redditur quis idoneus ad exequenda opera uirtuosa. Hinc dicitur in Eccles. Curam habeas de bona fama & bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri magni, & pretiosi. Item quia propter conseruationem bonae fame homo abstinere a peccatis, cuius signum est, quia quoniam homo uidet se famam perdidisse, postmodum facit frontem meretricis, & reputat peccare pro nihilo, iuxta illud Hieron. Frater mulieris meretricis facta est tibi, noluisse erubescere. Et super Mat. Corripendus est frater scorum, eo quod si semel pudore, uel uerecundiam amiserit, semper remaneat in peccato. Tertio ne & ipse & alij de ordine suo conuenerentur sed uenerentur, propter ea quae dicit Aug. in epistola ad plebem Hyponensem super illud Psalm. Super me insultant, qui sedebant in porta. Et dicendum, quod in fama alicuius non solum est credendum populo uel turbae, uerum etiam requirendum est testimonium maiorum, qui sunt sanioris consilij, & uerioris iudicij, quod concurrat in casu nostro, prout dicit Glo. super Exodum. 22. Item ex bona fama non acquiritur fauor uel amicitia mundi in malum proximi, sed in bonum & in deuotionem eorum, quia dilectus a Deo ab hominibus etiam diligitur, & si non per operis imitationem, saltem propter diuinam gratiae manifestationem. Unde dicitur in epistola Petri. Qui aspectu atque auditu sanctus erat, habitans tamen apud eos, quod de die in diem iustam iniquis operibus cruciabant. Item per sanctos bona extrinseca & intrinseca precreanda sunt. Nam iuxta Apostolum: Prouidenda sunt bona, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Et ita concludit Aug. de Aconia in lib. de Eccles. potestate. q. 15. ar. 3. in casu nostro magis attendenda, quae etiam post mortem ad haec usque tempora semper preueuerunt, unde a Spiritu Sancto dici debet pro-

cessisse, nam quae non sunt ab eo non durant, ut probatur Actuum 5. c. ad fi. & maxime quia singularis fuit & est in eo, & non in alijs Doctoribus eiusdem uel alterius ordinis, & ideo non potest dici uana sed Dei, prout in l. decurionum. C. de poenis. maxime quando fundatur in iuris praesumptione, & probatissimis argumentis. I. merito. ff. pro socio. & c. dudum de praesumpt. & c. penult. eod. tit. Et fama opinio & extimatio pro eodem sumuntur. ut nota in l. 1. C. de infantibus. Et est fama quaedam clara cum laude notitia, secundum Egidium de Roma de regimine Principum. c. 9. & ideo testes de bona fama prauealent illis de infamia, ut not. in c. licet in beato Petro de acc. Concludo etiam, non solum celebrem famam uehementissimè adminiculari, sed fore etiam necessariam in eo qui canonizandus est, quoniam oportet praesenti testimonio praedicari, & bona fama praeconijs non taceri. 12. q. 2. quatuor, ut uidentes bona opera, glorificent patrem qui in caelis est. His subijcio conueniens testimonium, gloriosae mortis eius. Nam, ut patet in Psalm. Pretiosa in conspectu Domini mores sanctorum. & in Apocal. Beati mortui qui in Domino moriuntur. Impossibile namque est, bene uiuere & male mori, & secundum Augustinum. 1. de ciui. Dei. Mors mala putanda non est, quia bona uita praecessit. Et in Prospero, & in lib. Sapientiae dicitur. Iustus si morte praecipuus fuerit, in refrigerio erit. Ideo dicitur in c. illa. in fi. 5. q. 1. quod mors non est mala, nec in sorte malorum, peccatorum autem mors, pessima. Obijt autem iste beatus pater anno aetatis eius circiter 52. uigente concilio secundo Lugdunense tempore Gregorij. 10. in Lugdun. ibidemque sepultus est gloriose in Ecclesia Fratrum minorum anno, die, & mense, de quibus supra ar. 4. & locis. Quod quidem concilium (ut refertur Franciscus Vercellen. & Io. An. in c. nemo deinceps. de elect. li. 6. in nouel. super secunda Glofa) uiguit anno Domini 1274. & durauit a principio Maij usque ad Augustum. Prius etiam ibidem tempore Innocentij. 4. uiguit concilium Anno Domini. 1245. ut patet in speculo historiarum li. ult. in principi. Ratio uero quare commemoratio sanctorum fit in die mortis, potius quam in natiuitate est, quia cum moritur ascendit ad gloriam. non in. l. cum quidam. ff. de auctoritate tu. Et est mors pretiosa sanctorum, iuxta Augustinum in lib. de ciuitate Dei dicentem. Quid est pretiosius quam mors, propter quam debita dimittuntur, & merita cumulantur? Er super Ioannem. Pretiosus est sanguis Christi sine peccato, fecit tamen ipse etiam suorum sanguinem pretiosum, pro quibus dedit sanguinem in pretium. Nam si suorum sanguinem non faceret pretiosum, non diceretur, pretiosa in conspectu Domini & c. Nam sancti omnes martyres dici possunt etiam sine sanguine, propter paritatem in ubertate, quam habuit Dauid, & largitatem in paupertate quam exhibuit Tobias, & uiriditatem, & castitatem in iuuentute, qua usus est Ioseph in Aegypto secundum Ber. Sumitur namque sanguis largus pro

Bona fama uni cuique uultu prodelt Eccles. 41.

Hierem. 3

Psal. 68.

Fama non ad mundi fauorem, sed ad Deum ordinanda.

2. Pet. 2.

2. Cor. 8.

Bona fama requiritur in eo qui in sanctorum numero est referendus

Psal. 111 Apoc. 1

Sap. 4

Psal. 33

Concilio Lugdunense quo tempore fuit

Prodigijs portenta monstruosa ostentia, quid significent.

Sancti martyres dici possunt

BEATI BONAVENTURAE

pro quacumque passione. Unde dicit Gregor. Sine terro martyres esse possumus, si patientiam in animo ueraciter custodimus. Item qui dolore exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente. Item ferre contumelias, odientem diligere, martirium est in occulta cogitatione. Quae omnia de beato nostro Bonauentura constanter affirmata sunt, ut ex praemissis, & infra dicendis patet euidentissimè. Ad similitudinem eius quod canit Ecclesia de sancto Martino, o sanctissima anima, quam & si gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrij non amisit.

SECUNDA PARS.

Articulus 1.



Quantum autem attinet ad quantum secundum partis principalis, dico fore concludendum, quod licet largo modo miracula dici possint omne quid magni & noui, quod raro fit, sicut dicitur in autentico. de consilijs. 5. & post illud col. 4. & c. 1. de sacra unctione. 5. hoc unguento. Et aliter sumitur in Clemen. 5. super hoc. de poenis. & ff. de qdilitio. l. antepenult. & de suis & legit. l. j. §. j. 12. q. 6. c. miror. de poeni. dist. j. miror. & no. auct. ut oes obediant iudi. Prorincia. 5. nec nos super uerbo praesent, & in c. miramur. de seruis non ordinandis. Item quod quandoque miraculum sumitur aequiuocè, pro quolibet prodigio & portento & signo nouo, aut monstruoso & insolito & c. Quae doque uero sumitur proprie, pro signo in quo concurrunt ea, de quibus infra dicam. Dicitur namque proprie prodigium, quod caelitus contingit. Portentum, quod a terra. Monstrum uero praesens. Ostentum futurum. Et dicitur portentum a portu & tentum, quasi in futurum tentum, unde portentis, id est miraculis in terra factis, alias etiam dicitur diuinitio, unde dantur uersus. Prodigijs caelum, portentum dat tibi terra. Et monstrum praesens, portentum saepe futurum. l. portentum, ff. de uerbo signi. l. non sunt liberi ff. de sta. homi. Et etiam aliquid significare de futuris, quasi portendere. Unde portenta dicuntur, quae significatio suo dicunt aliquid futurum, portenta est etiam, quod ex formis diuersis proponitur, secundum Papiam & Archidiaconum. nec mirum. 26. q. 5. & secundum S. Thomam. 2. 2. q. 127. ar. 1. qui dicit, quod haec signa dicuntur quandoque uirtutes, attentio quae sunt excedendo facultatem naturae, & in quantum manifestant aliquid supernaturale dicuntur signum, & propter excellentiam dicuntur portenta uel prodigia, quasi procul aliud ostendentia & c. & dicit Aug. in sermone annunciationis Mariae. 6. lect. q. mirabilia sunt, quae omnibus hominibus sunt impossibilia: ideo mirabilis partus est mulieris post quinquagesimum annum. l. si maior. C. de le-

git. hare. & mirabiliter loquebantur quidam linguis absceis radicitus. l. j. C. de offic. praef. prae. Africa. Licet S. Tho. in li. de fide. ca. totus ordo in si. uideatur dicere, quod miracula non sunt contra naturam, de quo per Albe. in l. quod certatum. C. de posthu. heredibus instir. & per Archidiaconum. j. q. j. te neamus. & 26. q. 5. nec mirum. & 6. r. di. 5. his auctoritatibus. & per Goffre. & Hostien. in sum. de rel. & ue. San. Aliter tamen sumitur in autentico de consilijs. 5. 2. uidelicet quod raro fit. & in c. j. de sacra unc. 5. hoc unguento. & Can. 5. c. & 12. q. 6. c. 1. & c. miror. de poeni. dist. j. & in cle. j. §. su per hoc. de poenis. Quantum uero ad propositum attinet, illud dicitur miraculum, siue signum, & c. in quo concurrunt quatuor. Primo quod ex Deo, non ex arte contingat, nec ex diabolo, nam miracula sunt quandoque per malos. j. q. j. teneamus. & c. prophetauit. 2. q. 7. §. Item Balaam. Est namque necesse martyres a Deo impetrasse, quae mandant, l. dist. si quis Praepostera. Secundum quod sit contra naturam, sicut de uirga Mosi murata in colubrum: & de asina loquente ad Balaam. c. cum ex infunctorum de hareti. Tertio quod non ex uerborum, sed hominis merito id contingat. Nam panis & uinum potestate & uirtute uerborum, transubstantiatur in corpus & sanguinem. ut in c. cum Marthe. 5. quae uisisti. de celeb. missa. & de consecr. dist. 2. c. quia corpus. & c. quia in quibusdam. Dicit autem Augustinus in ser. de annunciatione, quod miracula sunt, quae omnibus hominibus sunt impossibilia. Et dicit Leo, quod mirabilis est partus mulieris post quinquagesimum annum. l. si maior. C. de legit. hare. & c. quod mirabiliter loquebantur nobis, eorum linguis absceis radicitus. C. de off. praef. Africa. l. j. Quartum quod sit ad corroboracionem fidei. Herba enim ministerio hominis transfertur in nitrum, quod nil facit ad corroboracionem fidei. Et ideo ad canonizationem nisi haec quatuor concurrerent, non prodessem miracula secundum Hostien. in summa de rel. & ue. San. circa fi. & Goff. in sum. eo. ti. a Lau. quem refert Archidiaconum in d. c. teneamus. & notatur in dicto c. uenerabili de testibus. & Glo. & alios in ca. j. de rel. & ue. San. li. 6. & 26. q. 5. nec mirum, intellige etiam dummodo fiat cum charitate perfecta, cum saepe fieri possint ex arte, & scientia singulari, & si de nimia etiam ex dono Dei, ut in Regibus Franciae, & in Saul, & Balaam sine merito uita, & tales sunt potius puniendi quandoque, quia sanctis usi sunt non sancte. dist. c. prophetauit. & c. dictum 1. q. 2. c. solet. de consecr. dist. 4. ubi dicit Augustinus, quod tanta potest esse miraculose fides sine charitate, ut quis transferat montes, quod dicit Abbas notandum in dicto c. uenerabili contra quasdam uetulas, quae sine merito uita uidentur facere miracula, & predicere futura. Possunt enim habere spiritum prophetiae ex dono Dei, sine merito uita, ut in dictis iuribus. Et nonnulla faciunt ex deceptione diaboli. argumen. 26. q. 5. Episcopo pi. 7. q. 4. c. sciendum. Et refert magister historiae scholasticae

Ad miraculum reuertitur quatuor.

Exo. 3. Num. 22.

1. Reg. 16. Num. 23.



scholastica super Euangel. in historia quadam, multos facere ea quae uidentur miracula, cum si...

Ioan. 9. Luc. 18. 2. 2. q. 128 ar. 2. 1. Cor. 13 Matt. 17 & 16.

Luc. 10. Luc. 11. Isa. 7.

ca. Satis enim linguis loquuntur nouis, qui uita ueris secularia uerba derelinquentes, sacra my...

Mar. 11

In Ho diei...

Artic.

Artic. 1. 1.

Ad cano niza ndu martyre no requi ritur plu ra miracu la.

1. Cor. 12

Ad secundum dico, etiam praesupposito, quod omnino de necessitate requirantur in canonizatione alicuius miracula, quae tamen...

art. 1. ergo nec de frequentia uideretur facienda uis magna. Concludit etiam August. de Ancona...

Articulus 1. 1. 1.

Ad tertium dico, quod licet omnes Doctores uideantur miracula requirere tam in uita, quam in morte, ut patet in Glo. in c. unico...

Ad cano niza tionē su fficiunt miracula post mortem.

In Ho diei...



Videlect de 509, & de mor- tuo susci- tato ad ra- tū offiū Elisei de- functi. Iosue. 10. 4. Reg. 13

principaliter operatur, secundum Gregor. in 2. dialog. quia utitur instrumentaliter, uel interiori motu hominis, uel eius locutione, uel etiam aliquo contactu corporis mortui, & ita intelligit in Iosue. potest etiam Deus operari per fidem hominis mali instrumentaliter, sicut homo operatur per bacculū. Impetrant etiam mali interdum ex misericordia Dei, uel propter salutem suam sicut publicanus. Lu. 18. uel etiā propter salutem aliorū, & gloriam Dei, quod esse non possit post mortem eorū & damnationem, & ideo magis requiritur post mortē, q̄ in uita. Sufficiens aut in uita uidetur & stupendū miraculū in hoc patre nostro Bonanentura, quod legitur in Chroniceis, q̄ cum ex nimia conscientia indignum se existimaret cōmunionē Eucharistię, & ideo a celebrando abstineret, die quadam miraculose, & nemine ministrante nisi Angelo, una ex partibus hostię consecratā in os eius intrauit, eumq; cibo caelesti repleuit. Circa quod notandum dicitur, q̄ corpora glorificata uideri actualiter nō possunt nisi per miraculū, secundum Archi. in c. sacrificium. de conse. dist. 2. & ideo meritō de ipso cantabit Ecclesia. Ille cognouit iustitiam, & uidit mirabilia magna &c. & inuentus est in numero Sanctorum. Ad ueritatem aut cōclusionis prēmisse multum faciunt literę Inn. 3. super canonizatione Sanctorum Homoboni, Cremonensis, & Vullani quodam Episcopi Virgonien. in quibus non referuntur nisi miracula facta post mortem, ut ex tenore ipsarū literarum constat euidenter. Adde quę habentur in legenda natiuitatis. S. Ioannis Bap. & literę Calixti. 3. super canonizatione Sancti Osmundi de Anglia, qui etiam nulla refert miracula facta in uita.

Articulus IIII.

AD quartum dico primō cōcludendum, q̄ testes examinandi super miraculis, examinentur per Cōmissarios deputatos per hoc a Sede Apostolica, & non per alios. Vnde nō putat Boetius, ut refert Io. An. in c. uenerabili. de testi. q̄ tales deputati cōmissarij possunt alijs committere hoc examen propter arduitate negocij, & propter industriam electam. per c. si. de offi. de le. de quo per Doct. in Cle. j. eo. 11. Item q̄ examinentur sigillatim. i. quilibet per se, non plures simul, aliter non ualeret testimonium, secundum Io. An. & alios in c. uenerabili. de testi. per no. in c. cum causam eo. tit. probat. l. si quis inter. C. de bo. prescript. Item examinentur super omnibus circumstantijs de quibus in dicto c. cum causam. Item secretō arg. C. de testi. nulli. & in c. inquisitionis. de accu. sicur. & nota eligentium scrutantur. c. quia propter. de elec. & ad similitudinem Danielis. Ne unus habeat alium instruere, aut unus sequatur dictum alterius, & ita nō possit falsitas illorum facile deprehendi, facit. c. omnis. de pcc. & re. & ne forte ipsi contradicentibus, uox contradictoria de foris audiatur, & sic

Qualiter testes sunt examinandi.

Dan. 13.

partes addiscant testificata, arg. in c. in causis de elect. Item examinentur cum ea diligentia, quę solet & debet in receptione testium adhiberi. ut dicit. c. uenerabili. in ii. immo etiam cum maiori. ut ibi nota. quia circa maiora maius periculum uertitur, & ideo cautius est agendum. 42. di. c. quiescamus. & c. ubi periculum. de elect. lib. 6. l. j. s. 2. ff. ad carban. Itē quia deponentes potuissent faciliter decipi, ut in c. 2. de rel. & uene. San. etiam si forent obstrictes, quia saepe manus fallitur, & oculus obstrictum, ut dicit Can. 27. q. 1. nec aliqua. & in c. causam matrimonij. de prob. & in cap. fraternitatis. de frigi. & c. si per fortia. rias. 33. q. 1. & consequenter etiam iudicium iudicum, ut ibi patet. Et de hoc ordine iudicario debet intelligi illud quod dicit August. de Ancona in lib. de Eccles. potestate. q. 16. ar. 1. Intelligo etiam sigillatim fieri debere examen, tam super specificatis in articulis, q̄ super omnibus circumstantijs, iuxta ea quę habentur in c. cum causam. de testi. ubi dicit Bal. q̄ miracula non presumuntur, quia sunt de impossibilibus natura, & in ea forma de qua per Aug. in l. si quando. l. 2. C. de bonis uac. li. 10. & Bal. in l. non possunt. ff. de legi. & no. in c. exhibita. de iudic. & in c. presentium. de testi. lib. 6. & in c. penult. s. porro. de elect. & in c. damnamus. s. nos autem, de summa Trinit. licet aliter exponatur uerbum sigillatim per Archi. in c. si cui. de electio. lib. 6. de quo habetur in l. sed & si per Pretorem. in fin. ff. ex qui. cau. ma. & in l. cum quidam. C. de uerbo. signifi. Concludendum est etiam, q̄ miraculū est quod est mirum factum. Et uere est miraculū mirū, quia supra facultates siue uires naturę, uel quoad factum, uel quoad modum. Quoad factū, scilicet ut q̄ ad præces Grego. Neocesarien. legitur quidam mons retractatus & dedisse locum Basilicę fabricandę, & ad preces beati Benedicti quidam lapis translatus est de horto, ut habetur in historia scholastica super Euangelia. ca. in sequenti quoq; die, & c. & q̄ cæcus factus est uides, & mortuus resuscitatur, ut legitur Petrum resuscitasse. & c. 1. q. 1. teneamus. 3. q. 8. Petrus. Et Christus Lucę. 8. in fi. de pcc. distin. 1. s. ex his itaq; alijs est. s. deniq; uers. in Euangelio. cum si. Hoc enim est supra facultates, seu uires naturę, quia uia naturę non est regressus de priuatione in habitum. Quo autem ad modum facti, ut puta si aliquis est febricitans uia naturę, per certas alterationes potest fieri sanus. de pcc. dist. 7. c. ult. in fi. 23. q. 4. c. ipsa pietas. in princ. & c. quid faciet. & c. nimium. in princ. Sed si fiat in instanti ad inuocationem Dei seu per Deū meritis alicuius Sancti inuocati, & hoc supra uires naturę, quoad modum naturę quę operatur successiue per alterationes diuersas, non potest probari directā probatione, quia directā probatio est per rerum principia. Et sic etiam intelligi debet illud, q̄ negantis factum per rerum naturam (hoc est per rerum principia) nulla est probatio. l. actor. ca. de proba.

Quomodo probatur miraculum factum.

Iosue. 10. 4. Reg. 13

Ad 9.

de proba.

de proba. 6. q. 5. actor. & de electis. bonę me. maguntur. uel. quamuis. c. 1. de clandestina. de spō. quia quod non est, non habet principia, quia secū dum Philosophum. Non entis non sunt species neq; differentia, ergo neq; principia: quia superiora ad species, & ad differentias essent actualiter in ipsis, secundum Porphyrium. Cū ergo miraculū ex subiecto in quo fit, non habeat q̄ directē miraculū probari potest, ideo sequitur, secundum q̄ dicit Archi. in ca. nec mirum. 26. q. 5. q̄ indirectē probari potest. Nam cum reperiatur miraculū quod uires naturę excedat, uel quoad factum, uel quoad modum facti ut prēmmissum est, & hoc constat esse factum, sed nō ex causa naturali, habetur cōsecutiue, & indirectē illud miraculū tantum ex causa supernaturali, quia quod meum non est, scire debeo ad alium pertinere. l. cum querebatur. c. undē ui. Vnde natura uidens hoc mirum factum non esse suum, nec ex suis principijs deriuatum, licet sit in se factum, habet ascribere causa maiori, & sic probatur indirectē, prout etiam firmauerunt Ioan. mona. & Ioan. An. in nouella. in c. 1. de confessis, lib. 6. in uers. non possunt. Barro. autem in tracta. de testi. in c. qualitas sine substantia. dicit circa hoc magistraliter, q̄ cum agitur de aliquo comprobando in Sanctum, cuius uita & miracula sunt, probare facile est, miraculū autem quod dicitur quasi admiratione plenum, & quod est id cuius effectus est manifestus, causa autem eius omnibus est occulta, quonia solus Deus, undē quę a Deo fiunt propter causas nobis ignotas, quę uires nostras excedunt, ideo miracula nuncupantur. Et Sancti Doct. tradūt hoc tribus modis cōtingere. Primō circa substantiam facti, ut dum Deus facit aliqua quę natura nullo modo facere potest, ut q̄ sol stet, ut fuit tempore Iosue, uel retrō cedatur tempore Ezechie Regis, uel quod homo habeat corpus glorificatum, ut Christus post resurrectionem, & id quod in sacramento altaris fide cernimus. Et ista in miraculis summum gradum obtinent. Secundō quando illud fit, quod natura facere potest, non in illo in quo fit, sicut resurrectio mortuorum, illuminatio cæcorum, & similia. Potest enim natura dare uitā uel secare uitam, sed nō in mortuo: & potest præstare uisum, sed non tamen in uera cecitate. Et hoc tenet secundum locum in miraculis. Tertiō quando q̄ fit natura, potest facere, sed non in illo ordine, ut quando aliquis uirtute diuina a febre subito liberatur nullis adhibitis remedijs, uel non cū consueto processu naturę panis multiplicatur. Potest enim homo naturaliter facere panem, sed non illo ordine. Liqueo ergo, q̄ miraculū probari oportet probando aliquid naturę, ita q̄ uires nostrę naturę excedunt, uel in substantia eius quod fit, uel in subiecto eius quod fit, uel in subiecto eius in quo fit, uel in ordine faciendi, sed si illud potuisset per causas naturales

reduci, non esse miraculū clarē probatur: q̄ autē Deus fecerit per inuocationem illius Sancti probata inuocatione, uel uoto ad illū Sanctū emis- sis, quibus probatis rectē concluditur illam animam esse beatam, quia tū in istis potest faciliter esse deceptio, istud est determinationi Ecclesię Romane reseruatū, cui stādum est. Et hinc est, q̄ Inno. 3. in processu canonizationis Sancti Homoboni Cremonen. magnam fidem adhibuit testimonio Osbertii psbyteri, Sancti Egidij Cremonen. qui patrinus fuerat ipsius Sancti Homoboni, & per uiginti annos, & amplius confessionem eius semper receperat, super obedientia quā in orationibus, & uigilijs, & alijs pœnitentię fructibus, quę sibi ab eo imposita erat plus inuncto satisfactionem exhibebat, licet uideretur in suo dicto singularis, ut patet in literis canonizationis ipsius. Non uidetur tū hoc casu nimium laxanda facultas. arg. in c. tua nos. de consan. & affi. Item Bonifacius nonus admisit testimonium filię Sanctę Brigide, ad probanda miracula matris eius, quia etiam ab his qui foris sunt, oportet Sanctos habere testimonium, secundum Ambros. in homil. latent, &c. Item Inno. 6. in bulla directā per eum ex Auinion: Pontificatus sui anno. 6. Archiepō Pragensi. & Episcopo Olomucę. & cuidam Abbati, super inquisitione sienda, p canonizatione Lupulli, introcluit specificā formam circa examen testium per eos seruandam, quę non discrepat ab alijs communibus formis examinum aliarum causarum ciuiliū, uel criminalium. Ex quo infero, sufficere diligentiam adhibere in huiusmodi, quę est adhibenda in alijs causis grauioribus. Dico & concludendum, q̄ licet Vincentius antiquus Doctor in c. uenerabili de testi. dixerit, q̄ ad hoc q̄ quis tanquam Sanctus canonizetur, q̄ probanda est frequentia miraculorum, & per eosdem testes, & non sufficit p duos testes fore unum miraculū ad inuocationem ipsius Sancti factum tali die, & aliud factū eadem die, uel sequenti per alios testes per inuocationem eiusdem Sancti, quia diuersa probāt, nec concordant in idem, nec eundem Institut. de duobus reis. s. j. & c. licet ex quadam. de test. ut refert Archi. 26. q. 5. c. nec mirum. Verius tū esse credo de iure, quod firmat Collecta. in c. j. de rel. & uene. San. dicens sententiam Vinc. esse mirabilem, & contra iura quę dicunt, q̄ in ore duorum uel trium stat omne uerbum. c. in omnes. & c. licet. de testi. & quia satis est, q̄ cōueniant omnes in facto miraculo, & Sanctitate eius de quo agitur, & satis est q̄ ex diuersis actibus resulat frequentia miraculorum necessaria, sicut ex diuersis iuribus una regula, ut not. de reg. iur. c. j. & ex diuersis actibus consuetudo, ut no. de consti. c. j. & ex diuersis gradibus cognatio, ut in c. non debet. de conf. & affi. & ex diuersis actibus iurisdictionibus iurisditio, & tū ad probandos singulos actus, ex quibus resulant p̄dicta, non sunt necessarij iidem testes, ut ipse no. in c. ex tenore. de testi.

Quarta diligentia sunt examinandi testes.

Super primū cap. Euangelij Lucę.

de proba.

de proba.

de testi.



refti. faciunt not. in. c. nihilominus. 3. q. 9. Et pro
pterea concludit, q. fufficit probare unum mira
culum factum tali die, in tali loco, per tales, & fic
pei dueros teftes pbare diuerfa miracula, aliàs
concluderet impoffibile, & neceffarium fuiffet,
q. fufficit de cuius canonizatione agitur, oēs teftes
femper fecum duceret, & fic uideretur una col
lufio, & falfitates fingi poffent. ar. 4. q. 4. in tefti
bus, nec pauperes (qui nullos fecum ducere poffunt)
canonizarentur, iuxta no. in. c. licet. de teft.
Cuius fententiam aliàs fum fecutus, in uoto cō
tra Iudaos Tridentinos, qui martyrizauerūt in
fantem Simonem, quinimodò etiam dico, q. etiā
fufficeret probare miraculum per teftes, quorū
aliqui deponeret de infirmitate incurabili præ
cedenti fecundum naturam, ali qui uerò depone
rent, q. iam factus effer fanus, ficut dicitur de ce
lebratione miffæ. in. d. c. nihilominus, quod fati
s probat. d. c. uenerabili. de teft. in fi. ubi fufficit q.
interueniat diligentia, quæ folet & debet in re
ceptione teftium adhiberi. Idem tenet Belle
mere in dicto cap. uenerabili. referendo Colle
ctarium.

Artic. V.

AD quintum dico cōcludendum, q. non est
neceffarium, q. miraculum fiat in instanti,
ut patet. 3. Reg. 17. c. & Exo. 10. & 14. & 4.
Reg. 4. & 5. & Mar. 8. fecundum Archi. in. c. nec
miram. 26. q. 5. quem refert, & fequitur Mar. de
laude. in allegationibus quas fecit pro canoniza
tione Sancti Bernardini, licet in contrarium ui
deatur Act. 9. ubi patet, q. continuo furrexit &c.
& Act. 3. iuxta prin. ubi dicit, & apprehenfa ma
nu eius dextera alleuauit eū, & protinus confo
lidatae funt bafes eius, & planta. & in Luc. iuxta
fi. ubi dicitur, & tetigit fimbriā uestimenti eius,
& confestim tetit fluxus sanguinis, & in. cap. ad
eius uerò concubitum. 5. di. nam apud Deum nō
est mora. de pœ. di. j. c. multiplex. aliàs incipit. c.
his aut. Vnde Amb. Spiritus sancti gratia nefeit
tarda molimina. & in Luc. iuxta prin. ubi dicit.
Adolefcens tibi dico surge, & refedit q. erat mor
tuus. & Ioan. 11. iuxta finem, ubi dicitur Lazare
ueni foras, & statim prodijt, qui mortuus fuerat
& Marth. 9. ubi dicitur. & facta est falua mulier
ex illa hora, & 15. ultra mediū, ubi dicitur. Fiat
tibi ficut uis, & falua facta est filia eius ex illa ho
ra. & de pœ. di. j. 5. ex his itaq; aliàs est. 5. deniq;
iuxta fi. ubi leprosus uerò, ubi fequitur, quē po
ftea tangendo mundauit. & 5. hoc idem. iuxta
prin. uerf. hinc etiam. & Lu. 5. iuxta prin. ubi di
citur, q. confestim lepra difceffit ab eo. Ioan. 5.
circa prin. ubi dicit. q. statim fanus factus est hō: &
Marth. 8. iuxta prin. ubi dicitur. Volo mundare,
& statim mundata est lepra eius. & Marth. 20. in
fi. ubi Iefus tetigit oculos cæcorum, & confestim
uiderunt. & Marth. 10. dicitur. confestim uidit.
& Marci. 7. ubi dicitur. & statim aperta funt au
res &c. Quibus omnibus refpondetur auctorita
te Glo. poitæ in prædicto cap. Marthæ dicens
Quem uno uerbo statim curare poterat: paula
tim curat, ut magnitudinem humanæ cecitatis
ostendat, quæ uix & quasi per gradus ad lucem
redeat, & gratiam suam nobis indicat, per quā
fingala perfeccionis incrementa adiuuat. Et di
cit Ioan. An. in dicto. c. 1. de rel. & uene. San. ali
quos dicere, quod si fit illufio uix poffunt conti
nuari miracula ultra quadraginta dies, de quo
tamen certi non fumus. Et ex his dico, q. cum
ex processibus factis in causa præfentis canoni
zationis, conftet de multis miraculis post mortē
huius beati patris Bonauenturæ factis, ut lepro
fis mundatis, paralyticis, & alijs uarijs modis in
firmis curatis miraculose, impium effer denega
re huiusmodi canonizationem, & maxime pro
pter miraculum lingue eius repete incorruptæ,
tempore translationis corporis sui, ut patet ex
multis testibus. de quibus in processu. Et de
lingua Sancti Antonij de Padua, de qua ipse te
statur in chronicis. Non enim uoluit Deus, lin
guam Sancti sui uidere corruptionem, iuxta il
lud Psalmi. Et ne corpus quod corrupitur ag
grauaret animam, iuxta illud Sap. quia custodit
Dominus omnia ossa eorum, & unum ex eis nō
conteretur, qui etiā diffipat ossa eorum, qui ho
minibus placet, licet de omnibus dictum fit. Me
mento homo q. cinis es, & in cinerem reuertere
ris, &c. fecundum Hostien. & Ioan. An.

Articulus VI.

AD sextum dico fimiliter concludendum,
non esse contra rationem miraculi, si in
liberatione alicuius dolor interueniat, ut
patet in Mare. ibi, & exclamans & multum di
fcerpens eum, exiuit ab eo. Vbi nota quantus
fuit dolor, quia fequitur, & factus est ficut mor
tuus, ita ut multi diceret, quia mortuus est, &c.
Et hoc etiam fati apparet ex eo quod scriptum
est in uita beati Francisci. Rubrica. de intelli
gentia fcripturarum, ubi inter cætera dicitur, fi
gno itaq; crucis super eum facta, statim qui con
tractus iacuerat, furrexit fanus, & in Dei laude
prorumpens. Ego (inquit) sum liberatus, in fo
nerunt autem ossa renum eius audiētibus mul
tis, ueluti cum manu ligna ficca franguntur. Et
fic concludit etiam Archi. in dicto cap. nec mi
rum. 26. q. 5. Item non est contra rationem mi
raculi, quod fiat cum aliquo adiutorio natura,
ut patet in. 4. Reg. de Elifeo, qui misit Naaman
principem militiae Regis Siria leprosum, ad la
uandandum septies in Iordana. Et de filio ui
duæ mortuo super quem se incurauit Prophe
ta, ut infunderet in eū calorem, ficut dicit in. 4. Reg.
Item in Ioan. de luto facta ex fputo quo linuit
Christus oculos cæci nati, & de eo quem misit
ad lauandum ad natatoriam filioe, & de proba
tica piscina, & fimilibus. Item nec est etiam
contra

Marth.

Luc. 10.

Matt. 15.

Marth. 17.

Psal. 11.

Sap. 10.

Psal. 33.

& 12.

Gen. 3.

Marth.

4. Reg.

4. Reg.

Ioan. 9.

Ibi.

Nō est ne
cessarium
q. miracu
lū fiat in
instanti.

Luc. 8.

Luc. 7.

Ordo in
canoniza
tione fer
uandus.

contra rationem miraculi, q. illud operatur qui
in ipsum operando peccent, unde dicit glo. Nu
me. xx. q. Moles & Aaron qn cū percussione uir
ge fecerunt effluere aquam de petra, habuerunt
quandam inanem gloriam, & ideò meruerunt
audire. Quia non credidistis mihi, ut sanctifica
retis me coram filijs Israel, ideò non introduce
tis hos populos, in terram quam dedi eis. Et sup
illo uerbo Lucæ. Nolite gaudere quia spūs sub
ijciuntur uobis, dicit glo. q. letitia qua Christus
discipulos suos latos uidebat, inanem gloriam
fapiebat. Gaudabant enim, q. quasi sublimes ter
ribiles hoibus, & demonibus erant: ideò Chri
stus talem cordis elationem in eis reprehendit,
iudicium ruinæ primi Angeli referens &c. Non
est etiam contra rationem miraculi, q. ad maxi
mam instantiam etiam cum tarditate quadam
fiat, ut patet de muliere Chanauea &c. Sic etiam
non est contra rationem miraculi, q. unus San
ctus illud faciat aut facere possit, & alius non, ut
patet in Marth. de lunatico demoniaco. Item
etiam non est contra rationem miraculi, q. sana
tus de proximo recidit, ut patet in legenda
sanctæ Petronilla paralytica, iuxta no. in I. Mar
tius, ff. loca. & l. j. c. de emen. feruorum, & in ca.
preterea, de cle. peren. & in q. dominicali. lxxiii.
de qua per Io. And. in mercu. contractu. de reg.
iur. li. vj. & in c. presbyter. & cap. significasti, de
homi. & per Bart. in l. j. s. fi in lxxa, ff. de fca. Suf
ficit ergo, q. fanitas fuerit uerifimiliter duratu
ra, licet casu fiat momentanea aut recidit, &c.
per aliquod accedens culpabile & inordinatum.
Item quia non est contra rationem miraculi, q.
faciens miracula, adhuc fit in purgatorio, ut pa
tet de Pascaſio diacono, teste Greg. in dial. & p
Vincen. in Spec. histo. lib. xxj. c. xciiij. Item non
est contra rationem miraculi, q. fiat in iuuuim,
ut per eundem Vincen. c. li. c. liij. Item q. etiam
fiat in syderibus uel elementis, a uibus cœli, aut
piscibus maris, uel animantibus terræ, aut arbo
ribus, aut lapidibus, aut alijs quibuscunq; creatu
ris &c. etiam ad dānationem & pœnam malo
rū, ficut de Anan. & Saphira Act. v. & fimilibus.

Artic. VII.

Circa septimum concludo, q. primò requiri
tur, q. precedat instantia aliquarum perso
narum honestarum, & auteticarum apud
Roma. Pon. & supplicatio, nō semel sed pluries
& instanter, pro huiusmodi canonizatione fi
enda, & obrinenda &c. & non tm̄ semel sed pluries
& instanter, ficut no. de concessi. & de pallio. ut
in c. quidam cedendi, de renū. & in c. cū post pe
titam, de elect. Non enim conſueuit moueri Pa
pa statim ad committendam hanc inquisitionē,
sed potius expectare q. diu pulsetur &c. propter
rationes de quibus supra præmis, facit cle. quis,
de appel. ad de. not. in c. pifca. c. di. & in c. impor
tuna, de pœni. dist. j. Circa quod dico, fufficere fi

feret instantia per Episcopum & capitulum lo
ci illius, ubi sepultus est canonizandus, & unuer
forum prælatorum, & generalis capituli illius cō
gregationis, & ordinis, cuius fuit. ipse de cuius
canonizatione supplicatur. Poſſunt nanq; lici
tè instare religioſi pro canonizatione alicuius
Sancti, qui fuit de ordine ipſorum. Nam om
nes hi de quibus in capit. uenerabili. in princip.
de teſti. inflabant & preces porrigebant pro il
lius Abbatis Sancti Martini canonizatione, ad
quorum petitionem Papa Alexander iij. commi
ſit teſtiam receptionem, ſuper uita & miraculis
eius, ad quod ſignanter Abbas notat illum tex.
Poſſunt etiam tales ſupplicantes pro canoniza
tione, aſſumere miniſterium patris auctorita
te iudicis, & illam promouere, & teſtes produ
cere, tam ſuper uita quàm ſuper miraculis, ut
ibi patet ſecundum Ioan. Andr. & alios. In ca
ſu autem noſtro multò maior præceſſit inflan
tia, uidelicet & Regum, & Comitum, & aliorū
magnatum, ut patet in proceſſu, iuxta illud Apo
ſtoli. & xxiiij. di. s. j. lxxvii. di. quid eſt citò, de e
lect. cum nobis olim c. fi. eo. ti. lib. vj. Secundò re
quiritur, q. expectato aliquo tempore Papa cum
conſilio fratrum, in patria illius pro cuius cano
nizatione inflatur, committat duobus prælatis
uel alijs perſonis honeſtis, diſcretis, & incorru
pſilibus, ut inquirent de fama & de deuotione
populi, & de alijs quæ ſibi ſunt nunciata in gene
re, quoad famam non quoad ueritatem, & non
in ſpecie, & q. ſibi deſcribant quæ inuenirent, &
an eis uideatur, q. ſuper ueritate earundem &
cauſa in ſpecie ſit inſiſtitio committenda de ui
ta & miraculis eius. Circa quod dico, q. Innoc.
iii. proceſſum inſiſtitioſis Sancti Vuſſani quò
dam Epifcopi Vigorn. in Anglia, commiſit Can
tuarien. Archiepiſcopo, & Epifcopo Helen. &
Sancti Eadmūdi & de Urbren. Abbatibus, & ſic
quatuor prælatis. Pōt etiam qui facit inflantiam
pro canonizatione illius, de cuius uita & mira
culis eſt inquirendum, inter illos deputari ad hu
iuſmodi inſiſtitioſem faciendam, ita probat
d. c. uenerabili, iuncta ſuper ſcriptione. Dico etiā
fufficere duos prælatos tm̄, etiam ubi committe
retur inſiſtitio pro canonizatione Papa, ut re
fert Ioan. Andr. factum fuiſſe in commiſſione ca
nonizationis Greg. x. in c. ubi periculum, in prin.
de elec. lib. vj. in nouel. Fuit enim facta commiſ
ſio Archiepiſcopo Piſano & Epō Mutinen. nō er
go eſt paucioribus q. duobus facienda commiſ
ſio, quia quod à pluribus ſapientibus quæritur,
facilius inuenitur. xx. di. de quibus, & p. amplio
res hoies perfectiſſima ueritas reuelatur l. fi. ad
fi. c. de fideicom. lxxiii. diſt. extra conſcium. Et in
tegrum eſt iudicium, quod plurimorū ſententijs
cōfirmatur, ſicut canones atteſtantur c. pruden
tiā tuā, de offi. deleg. Et hæc eſt qdam præambu
la inſiſtitio ad inſiſtitioſem, pparatoria ad ſolē
nē ſubſequentem. Et q. hæc præambula inqui
ſitio in genere ſit neceſſaria, patet ex lib. cetero
e mo

1. Tim. 2.



CANONIZATIO

moniarum, ubi agitur de canonizatione Sancto- rum. In casu autem nostro hae omnia sunt debi- re observata, ut patet ex breuibz & processu- bus, de quibus in actis. Tercio in euentum qd pri- mi inquisitores rescribant talia, per quae uideat- ur qd inquisitio ueritatis committi debeat, re- quiratur qd post completam hanc praambulam inquisitionem, iterum Papa diffinat cum consi- lio fratrum, an solennis inquisitio sit committē- da, & committantur ad minus tribus ex dñis Re- uerendissimis Cardinalibus, uni scilicet Episco- po, alij presbytero, & alij diacono, ut patet ex de- cisione d. Egidij de Bellemere, dec. dclxxi. ad fi. & ita obseruatur, & iterum scribat eisdem uel aliis praelatis in partibus, ut in specie inquirant, primo de fama, secundo de uita, hoc est, de fide & conuersatione &c. canonizandi. Item de mor- te, & miraculis, exacte diligēter, fideliter, & pru- denter, secundum articulos & interrogatoria sub- bulla transmissis, & quod inuenerint, remittant sub sigillis suis inclusum, secundum Hostien. in c. uenerabili, de testi. praallegato & per no. in c. i. de rel. & uenera. Sanct. lib. vi. qua inquisitione remissa & completa, facienda est commissio in- curta aliquibus capellanis Papae uel aliis personis auct. ut examinent processum, & forment Rubri- feu summarium examinandas cum exacta dili- gentia per Papam & fratres Cardinales, an sint probata talia propter quae canonizatio sit faciē- da. Et super hoc debet Papa requirere consilia Cardinalium, & si uidebitur Papae, qd facienda sit canonizatio ex his quae erunt probata, tunc hoc secretò primitus diffinat inter fratres, & diffini- tio secreta teneatur. Postmodum Papa coaduna- ris Episcopis, & aliis praelatis qui sunt aut repe- riuntur praesentes nunc in curia, faciat publice proponi, & narrari per aduocatum aut promo- torem fidei omnia & singula acta & probata, p- terq̄ secretam diffinitionem factam prius in cō- sistorio priuato Reuerendissimorum do. Cardi- & super his requirat omnium consilia & uota. Nā fructus diuinus est iustitiam recenser. xxxv. q. ix. graue. ubi etiā dicitur, qd ueritas sepius exa- gitata, magis splendescit in lucem, facit. xxx. q. ult. cap. iudicante. Vnde etiam dicitur, qd ibi est salus, ubi multa consilia (ut ait Salomon) & repe- titur. Dissipantur cogitationes, ubi non est con- silium, ubi uero plures sunt consiliarii confirmā- tur. Item pro istis facit l. dubium, C. de repu- diis l. nominationes, C. de appell. cap. nouit, de his quae fiūt a pra. l. xv. q. vii. c. Episcopus. xxxiii. dist. peruenit. Et erit salus ubi multa sunt consi- lia. Et multitudo sapientum, santras est orbis terrarum, & hinc qd tunc non est uerisimile cre- dendum, in hoc Ecclesiam posse errare. Et dicit Archid. ii. q. vi. anteriorum, qd consilium & deli- beratio a malo iudicio hominem retrahit & re- frenat. Debet enim semper praecedere cōsiliū, & iudicium sequi, & demum praecceptum secun- dum Tho. ij. ij. ubi tractat de partibus prudentie,

Prou. 11. & 16.

Prou. 24. sap. 6.

ut sic dici possit edictum consultissimum Ihu- manum, C. de legi. lex capit. Apostolica. xxxv. q. ix. ut sic quasi per ora eorum uideatur Deus cō- sul. i. q. i. iudices, quia ubi plures congrega- ti fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum, dicit Dominus. Et ita reperi obserua- tum per Inocen. iii. in canonizatione sancti Ho- moboni Cremon. ubi dicit. De fratrum no- strorum consilio post multam deliberationem habitam, cum Archiepiscopis & Episcopis, quos super hoc ad consilium nostrum admisi- mus, de diuina misericordia, & ipsius Sancti me- ritis confidentes, ipsum Sanctorum catalogo du- ximus ascribendum, statuētes ut in die depōsi- tionis ipsius, eiusdem festiuitas deuota à Chri- sti fidelibus annis singulis de cetero celebretur, & apud Deum suffragia eius humiliter implorē- tur &c. ut patet in eius literis datis Laterani se- cundo idus Ianuarij, pontificatus sui anno pri- mo. Hae etiam requisita ponit August. de An- cona, in lib. de Ecclesia. potestate quaest. xv. artic. i. & Marti. de laude, in allegatio. quas fecit in ca- nonizatione Sancti Bernardini, per alium tamē modum non tamen diuersum in effectu, & Car- di. post Hostien. & Ioan. Andr. in dicto capitu. i. de reliquiis & uenera. Sanctorum. Reperitur etiam in gestis concilij Constantien. de anno M. cccc. xvi. v. Kal. Maij Apostolica sede uacante pro unione sanctae matris Ecclesiae procurandis & promouendis omnibus, quae prosperitatem religionis Christianae, & communem omnium mortalium utilitatem & salutem concernere possent & augere, speciali Dei prouidentia et in suo nomine congregato, consulerunt processum canonizationis duorum Episcoporum et unius monialis ordinis sancti August. duobus Cardi- nalibus, ut Cardinali Cameracen. tituli Sancti Gregogoni. et Oddoni Cardinali diacono tituli sancti Georgi ad uellus aureum, et uni Episcopo Lugdunen. & quinq; aliis Praelatis secularibus et religiosis praesentibus in eodem concilio, et uiuē uocis oraculo: ad quorum omnium relationem commisit idem cōcilium Constantiense tribus Episcopis in partibus Regni Sueciae, (ubi corpora dictorum canonizandorum uenerabantur,) in- quisitionem specialem et solennem faciendam, prout facta apparet ex processu eorundem. Po- stremo debet Papa ordinare, qd certa die oēs cō- ueniant ad aliquam Ecclesiam quae ornata sit pan- nis honorabilibus, et sternatur tapetis, et in qua illuminentur multi cerei, ubi Papa et totus cle- rus sollemniter conuocati, et populus deuote as- sistant, et ad illos Papa sermonem habeat, pro- cessum recitans, et inducens clerum et po- pulum ad orandum, quod Deus non permittat illum errare in hoc negotio. Posteaq; flexis genibus fiat deuota oratio et canetur suc- cessiue hymnus. Veni Sancta Spiritus, &c. uel alius huiusmodi, siue antiphona conue- niens. Deinde surgat Papa, ab oratione, & diffi-

4. Reg. 8. Mart. 18.

In die ca- nonizatio- nis, quia obseruatur.

Crescere possunt Sancti, in gloria accidentali, non aut substantia- li.

† Fortasse nō impro- bē id di- xit, cō te-

B. OBTINENTIA VENTURAE.

& diffinat illum de quo agitur Sanctum esse, & Sanctorum catalogo ascribendum, & tanq̄ San- ctum per omnes Christi fideles colendum in om- ni Ecclesia Dei, & per orbē uniuersum, ipsiusq; festum solennizandum certa die. Et celebrer Pa- pa missam solennem in honorem canonizati post- catatum Psalmum. Te Deum lau. Vnde uidetur esse missa de substantia canonizationis, sicut in- confessione chrisimatis, not. in cap. te referente, de celeb. missa. & in collatione ordinum, ar. de trans. prela. c. inter corpora alia, & in alijs multis casibus, & in conse. Eccl. de conse. dist. in. j. omnes basilica. Et hoc ideo, quia fidelibus non est tam de sollicita quacumq; inuentione fidendum, qd de instantia orationis humilis & deuote sperandū, ut in simili not. in cap. ubi periculum, in fi. de elec. lib. vj. facit. xxij. q. viij. in qualibet. Et lau- dabile foret, ut quod ibi statuitur de electione pontificis super frequentia orationum, & obser- uantia ieiuniorum etiam hoc casu seruaretur. Multum enim ualent orationes iustorum, secun- dum Ioan. Mona. ibidem, & Ioan. Andr. per cap. disciplina, ad fi. xli. dist. & xvj. q. vi. anima defun- ctorum, & plenē not. in cle. si Dñm, de reli. & ue- nera. Sanct. in glo. magna ad fi. Instant enim est orandum, quia tunc oratio impetrat, de pec- catis. j. importuna, & per Archid. in d. cap. ubi pe- riculum, in fi. & in c. deet, de immu. Eccl. cod. lib. Et ita reperi fecisse Inno. iij. in canoniza- tione sancti Vullstani quōdam Episcopi Vigor- nien. in Anglia. Vniuerso namq; clero & populo ciuitatis illius reuiniū indixit triduanū, in qui- bus omnes unanimiter orarent, & peterēt ab eo qui uia, ueritas est, & uita, aperiri super hoc uia ueritatis ad uitam, cum diuinum sit iudiciū hu- iusmodi potius qd humanum, & ideo maturius procedendum. Item qd ad conscribenda huius- modi acta, semper adhiberentur tres notarii in consonantia, sicut etiam tres Cardinales & tres capellani adhibentur ut in ore duorum &c. per c. ut officium, s. uerum, de hare. lib. vi. & c. licet, de testi. ii. q. iij. cap. i. & Exo. xvii. & Matt. xviii. & ad Hebr. v. & i. ad Timo. ult. ubi numerus de- testibus. Et licet iniuriā faciat Sācto, qui orat pro eo, quia orationibus nostris non indigent, pro eo qd cum sint perfectē beati, omnia eis ad uota succedunt, sed nos miseri potius eorū ora- tionibus indigemus, ut in cap. cum Martha, uer. iij. de celeb. missa, tamen secundum Prosperum, semper est Sanctis quo crescere possint, ideo ad augmentum gloriae pro eis orare potest, & pro- dederunt orationes per modum suffragij, de quo per Tho. in iiii. sententiarum dist. xlv. artic. ii. & scripsi super extrauag. cle. vi. quae incipit unige- nitus, in uer. electorum, post Archid. in cap. tem- pus, xlii. quaest. ii. Sunt namq; accessiones gratia- rum secundum Ray. in sum. de poen. s. Item que- ritur utrum ea † & fortē non esset nisi cautum, absoluerē animam eius de plenaria potestate clauium plenarie, ad abundantissimam caute-

Iam resuscitem ex alienis periculis, ut nihil pos- sit dici omisum, per ea quae habentur in capitu- lo nobis, de senten. excommu. ar. xi. quaestio. iiii. tunc uera. Et ita fecisse uidetur Calixtus. iij. in canonizatione beati Osmundi Episcopi Sarispe- rien. in Anglia dicens praefatum Osmundum &c. benedicentes benedicamus in seculo, floreatq; super eum sanctificatio nostra &c. Addidit etiā idem Inocen. iij. in canonizatione Sancti Vul- stani propriam collectam, in eius commemorati- one dicendam, & illius memoriam inter San- ctos catalogo Sanctorum ascriptos decreuit ce- lebrandam &c. ut patet in eis literis datis Flor. ii. idus Maij &c. hic autem ordo non semper ad unguem haecenus est seruandus secundum Host. Ioan. Andr. Car. & alios ubi supra. In libro cere- moniarum apparent aliae diuersae & plures solē- nitates seruanda & laudabiles, quae de congruo uidentur non debere praetermitti. Cum igitur in casu nostro omnia haecenus necessaria sint suffi- cienter & superabundanter circa processum ob- seruata, supplicantiibus pro huiusmodi canoniz- atione pie mos gerendus est, cum iusta penen- tibus non sit denegandus assensus, per l. iij. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur.

Art. VIII.

Ad octauum dico, concludendum esse ad- hibendam fidem chronicis, ad arbitrium tamen Papae & collegij D. Cardinalium, per cap. unicum, in fi. de sa. unc. & ibi not. & cap. in uenerabilem, de elect. & in cap. nomine Do- mini. xxiii. dist. & in cle. ii. Dominum, de reli. & uenera. Sanct. in uer. Urbano, & in glo. mag. in fi. & in cap. inter dilectos, de fide instrument. ubi etiam not. Bald. quod quando sumus incerti de nomine Imperatoris, recurrimus ad chronicas anni & indictionem &c. maximē ex quo nō ap- parent aliae ueriores, quia tunc ueriores esset standum. Facit quod not. in cle. i. de magist. in uer. Bononia, & praeterea ex quo maiores nostri eis crediderūt, ut no. in prima constitutione di- gestorū, s. haec aut tria, maximē quoad personas & loca inter quas pro talibus habet, sicut de no- stris in ordine Sancti Frāciscei, sicut de libris Arif. & Hippocratis no. Nico. de mata. & Bal. su. p. Ru. C. de fi. instr. ad fi. & Io. Andr. in ti. de fi. instru. s. nūc dicendū uer. priuatorū ad fi. & Ant. de Bu. c. ij. e. ti. & i. c. cū uenerabilis d. exc. & Bar. & An. in l. ff. si cer. per. pbat. l. si p. ff. de solu. & vii. me se. ff. de sta. ho. & quod tibi per Bal. & l. in tm. s. si eū, cum l. sequen. ff. de acqui. re. domi. & quod p Bar. post Odofr. in dicta. j. const. digestorū, s. haec autem tria super uer. iuribus, & per Bald. in l. in tm. in fi. ff. de ter. diu. facit insit. de rer. di. s. itē pretium, & in Spec. de aduo. s. nunc de exordiis, & etiam per eundem Bartol. in l. testamta, C. de testamen. &c. Et dicitur chronica à chro- nos græco uocabulo, quod latine tempus inter-

gatur, in 4. Dial. D. Greg. lib. ca. 40. de Paschalis Car. q. fecit miraculum ex- cillens in purgato- rio, unde liberare- tur, p hu- iusmodi absolutio- nem.

Fides est adhibenda chroni- cis.

4. Reg. 8. Mart. 18.

Prou. 24. sap. 6.



precatur, quia in chronica facta in suis temporibus recitatur. Item quia ueritas illarum coadiuuatur alijs adminiculis ar. in cap. cum causam de proba. & ibi not. & in l. census & monumenta de proba. Item propter earum antiquitatem, & quia conseruantur inter libros autenticos, ar. in c. ad audientiam, de prescrip. & xxx. q. v. c. ue nit, & in auten. de his qui ingre. de appel. s. illud, & C. de fide instr. auct. ad haec, & in cap. cum ex literis, de integ. ref. & l. ul. C. arbitri. tute. & l. scripturas. C. qui poti. in pig. ha. & xxiiij. q. ij. ca. sane, ubi datur fides scripturis in columnis & lapidibus & c. & l. census & monumenta, de proba. & c. cum causam, eo. ti. & per Dominum Egidium de Bellemere in decisio. lxx. qua incipit adminicula. Nec est curandum, qd non constet de nomine eorum qui composuerant dictas chronicas, quasi ex hoc uideantur apochriphae ar. xv. dist. c. Sancta Romana uer. qua uero opuscula, quia cum ordo Sancti Francisci in omnimoda humilitate fundatus fuerit, & ideo fratres sui minores nuncupantur, qui ne reprehendi possent eorum nomina subticuerunt, scribentes gesta generalium ordinis ipsius successiue, ad quod optime faciunt qd plures auctoritates ueteris & nouae legis & canonum & doctorum, & aliae rationes ad plenum adductae per Io. And. in fine mercurialium super ult. q.

Artic. IX.

Ad nonum dico concludendum cum sancto Thoma quolibet nono ar. vj. q. Ecclesia canonizando aliquem ut sanctum errare non potest, qm aliquid potest iudicari possibile secundum se consideratum, quod relatum ad aliquod extrinsecum impossibile inuenitur. ergo licet iudicium eorum qui praesunt Ecclesiae possit errare in quibuslibet, si personae eorum tamen respiciantur, quia innititur in iudicando, medio fallibili, testimonio scilicet humano, cum inquirat per testes de uita & miraculis, & testimonium hominum sit fallibile. Item, quia nemo scire potest an sit dignus odio uel amore, ut dicitur in Eccl. notatur in ca. si. de purg. can. & Apostolus. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, & c. ergo multo minus Papa, tamen considerata diuina prouidentia qua Ecclesiam suam spiritu sancto dirigit, ut non erret, sicut ipse promissit, qd spiritus adueniens doceret omnem ueritatem, de necessariis. sed salutem, certum est, qd iudicium Ecclesiae uniuersalis errare in his qd ad fidem pertinent impossibile est, unde magis est standum sententiae Papae, ad quae pertinet determinare de fide, quam in iudicio. profert, quia quorumlibet sapientum hominum in scripturis expositioni, cum Cayphas quauis nequam tamen quia pontifex legatur etiam in seius propheta. scilicet in alijs quae ad particularia facta pertinent, ut cum agitur de possessionibus uel de cri-

Ecclesia i
canoniza
tione san
ctorum er
rare no po
teli.

Eccle. 9.
1. Cor. 4.

Ioan. 14.

Ioan. 11.

minibus uel similibus, possibile sit Ecclesiae iudicium errare propter falsos testes. Canonizatio uero sanctorum medium est inter haec duo. Sed quia honor quem Sanctis exhibemus, quaedam fidei professio est, qua sanctorum gloriam credimus, pie credendum est, quod nec etiam in his iudicium Ecclesiae errare possit. Pontifex enim cuius est canonizare Sanctos, potest certificari de statu alicuius, per inquisitionem uita & attestationem miraculorum, & praecipue per instantum spiritus sancti, qui omnia scrutatur etiam profunda Dei, & diuina prouidentia praeseruat Ecclesiam, ne in talibus per fallibile testimonium hominum fallatur. Ecclesiae namq; auctoritas omnem excellit aliam auctoritatem, etiam sanctorum patrum: ut patet. ix. di. ut ueterum, & per totum, & no. lxxxiiij. di. cap. j. & xx. di. in sum. & c. j. & xxxvj. q. ult. cap. si. & per doct. in c. ne innitatis, de confi. Hinc etiam dixit Inno. & Card. post eum, in c. j. de rel. & uene. Sanct. q. si etia Ecclesia erraret (quod non est credendum) tamen praesces bonas Deus acceptaret. xxxij. di. s. uer. xv. q. ult. c. si. Notat etiam Ioan. And. in glos. in cap. gloriosus, de rel. & uenera. Sanct. lib. vj. q. etiam si Ecclesia in canonizatione erraret (quod dicit non esse credendum, licet accidere posset cap. 2. nobis, de sent. excom. ij.) nihilominus preces in honorem talis acceptae & gratiae sunt. Per fidem namq; Christi omnia purgantur, c. uestra decoha. cle. & mol. Et esto qd ueritas canonizationis deficiat, non defecit fides, c. debitu de bap. c. ii. et iii. & de p. b. no. bap. Et ideo seqt Io. in directorio iuris parte. j. ti. xiiij. ad si. Et ideo qd supra concludendo dicit S. Thomas in suo quolibeto, concludit etiam magistraliter Aug. de Anco. in lib. de Ecclesia. potesta. q. xiiij. principali. arti. iij. quasi per easdem rationes, & respondet ad contraria, & q. xvij. art. iij. ubi quaerit. An omnes canonizati per Papam sint in uita aeterna, licet uideatur sibi contrarij propter capitu. si sine charitate. i. quest. i. Et ideo solenniter disputando firmavit R. D. Io. de tur. cre. quondam Cardi. sancti Sixti per excellentes rationes in capitu. hec est fides xxiiii. quest. i. Ad auctoritatem autem Grego. uidelicet. Multorum corpora sanctorum (hoc uerbum non debet esse in illa auctoritate, & debet intelligi in ueneratione priuata, non publica) uenerantur in terris, quorum anime cruciantur in inferno. Respondeo ueram in his tantum, qui martyrium sustinuerunt absque charitate & c. iuxta sententiam Hiero. de qua. i. quest. i. capitu. uide quantum bonum dicentis. Si sine charitate martyrium recipiatur, & corpora eorum coram hominibus uenerantur, perfidiae magis sunt talia, quam corona uictoriae, & tali operi magis poena quam premium debetur, & c. dist. in. neq; & i. ad Cor. xiii. cap. & c. transmissa, de heret. Et dicit Franciscus Maron. puncto. xxxiii. Ecclesiastica Hierarchie, qd Papa habet Angelum personale, qui non dimittit ipsum unq;

& q

& quod in rebus publicis respicit ad ipsum Sanctus Michael specialiter, sicut ad ducem sui exercitus. Item uerisimiliter Deus per medium alicuius uiri Sancti reuelaret ueritatem, ut legitur in legenda Sancti Martini Episcopi, de suspenso qui uenerabatur ut martyr.

Art. X.

Ad decimum dico concludendum secundum dominum Egidium de Bellemere in decisio. suis, decisione. dclxxvij. qua incipit extra rotam, quod in informatione qua circa negotium canonizationis alicuius, & c. tria principaliter. Et primo. Non fore necesse uocare illos quorum interest per generale edictum. Ratio, quia hoc casu non agitur contra aliquam personam certam uel incertam, nec in directum praedictum alicuius certae uel incertae personae & ideo non requiritur aliqua uocatio cuiuslibet, licet possint esse personae aliquae, quae possint praetendere aliquod indirectum praedictum uel interesse ut commune. Item quia talis actus non potest dici iudicialis, quia nullam habet partem, ut capitulo. forus. s. in omni. de uerborum significatione. & in extra iudicialibus non requiritur partis uocatio. Et hinc est, qd licet superior habens per modum prouisionis Ecclesiam ornare de bono Praelato, habet praemittere bonam informationem de persona electi & qualitate praeturae secundum Innocen. in capitu. cum dilecti. & capitu. nihil, & capitu. statumus. de electio. facit capitulu. cum olim, de donatio. & capitu. constitutus secundum de appella. & probatur satis. viij. q. ii. c. j. & ij. & tamen non requirit informatio illa partis uocationem. immo nec tenetur praefor partem audire, ut not. idem Innocen. in cap. dudum. de praesump. & in cap. proposuit, de coesessio. p. bened. & glos. ult. in cap. si. de electio. lib. vi. Et hinc est etiam, qd cum Papa committit inquisitionem faciendam de sufficientia certae personae nominatae uel supplicatae sibi ad certam Ecclesiam cathedralem reseruata & uacantem, in hoc non uocatur pars, immo nec auditur, nisi de gratia & speciali mandato, quia nec supplicatus habet aliquod ius propter quod faciat partem. Nec est negotium istud iudiciale, sed est potius quaedam extrajudicialis executio officii ipsius superioris, quod est uerum etiam si superior praecedat ad supplicationem alicuius siue proprio motu, ut probant iura praesallegata, & quia superior utitur iure suo ex officio mero, & ita nemini iniuriam facit. In iniuriarum. s. i. ff. de iniur. nec est ipse mediator neq; index, quia ipse solus est index & pars iuxta nota. Innocen. in capitu. ex parte. de uerborum significat. Et est simile in statutis, in quibus non requiritur uocatio subditorum, licet eis bene praedictet, & sit cum bona informatione ad ea procedendum. l. humanum, C. de legibus, & quod non tenentur probationes admittere, nec

se opponentem audire ut partem. Et hoc melius colligitur ex not. Innocen. in gl. mag. in c. uenerabili. de censu. & in cap. ex parte. alle. de uerborum significatio. ii. per ibi no. non expedit admittere quem ut partem, licet bonum sit audire ad sui ipsius informationem extrajudicialem. Et ita dicit fuisse conclusum per Reuer. Domi. Cardinales comisarios in facto canonizationis domini Caroli, uidelicet per dominum Albanensem & Floren. & Sancti Angeli, tunc commissarios, quibus assentit d. sancti Eustachii, dicens qd alii dnt Cardinales in consistorio in hoc et conuocantur. Et secundum praemissa debent interpretari quae dixit Augustinus de Anco. in lib. de Eccle. potestate. quaest. xvi. articu. i. ubi quaerit, an Papa in canonizatione debeat seruare ordinem iudicium? Reperio tamen d. Calixtum tertium in canonizatione sancti Osmundi de Anglia, p. dnos Cardinales deputatos ad faciendam inquisitionem, monuisse omnes & singulos qui in his interesse aliquod habere praetenderent, ut ad diem certam tunc expressam legitime comparerent, prout etiam per Episcopos comisarios in hac causa factum fuisse ex actis constat ad abundantiore cautela, ne nihil quod ad cautelam pertineat uideretur omisum. lxxiiij. dist. in. quanto. Et quia abundans cautela non nocet. l. testamentum. C. de testamen. l. si pupilli. s. i. ff. de negot. gest. Subdit tamen idem dominus Egidius in duabus decisio. immediate sequentibus, quod licet expediat audire se opponentes canonizationi, non tamen debent admitti ut partem facientes, sed solum ad informandum extra iudicium ex officio, si tamen apparet, qd excipiens non excipit bono zelo quem habeat ad Ecclesiam & ad fidem, sed potius ex odio quod habuit aduersus mortuum, uel ex inimicitia quam habet aduersus illos de genere mortui de cuius canonizatione agitur, ille non est aequaliter audiendus, sed potius totaliter repellendus, capitulo. i. & A. de re iudica. capitu. ex insinuatione. de appellatio. ca. repellantur, & capitu. cum oporteat, de accusat. cum capitu. seq. & per plura alia, de quibus per eum in dictis decisio. in quibus responder ad omnia contraria, multum magistraliter. Et etiam magistraliter refert idem bellemere in lecura in dicto capitu. uenerabili, de test. fuisse obtentum in consilio multorum. Ex praemissis itaq; concludo ad Dei optimi maximi gloriam & laudem p. V. B. procedi posse atq; debere, ad canonizationem beati Patris Bonauenturae praefati, ut sic amplius Deus gloriosus in Sanctis suis etiam in ipso glorificetur, capitulo. gloriosus. de re. & ueneratio. sanct. libro sexto, per ampliusq; etiam in ipso iugiter laudetur. clemen. si dominum. c. tit. & Psal. cl. etiam sub duplici festo festum illius celebrari mandando, ad instar aliorum doctorum quatuor, de quibus in d. c. gloriosus, aut. saltem disponendo, ut festum illius ferietur. iuxta. c. pro nuclandis, de cose. di. iii. & c. si. de feriis, & l. oes;



SERMO DE SANTO BONAVENTURA.

C. eod. titu. & in vigilia eius ieiunetur cum prae- mio indulgentiarum, iuxta capit. 7. de obser. ie. & prout fecit Bonifacius ix. in translatione beatae Brigidae festiuitate, ut patet in bulla canonizationis eius, & Nicolaus quintus in canonizatione sancti Bernardini, & Pius secundus in canonizatione sanctae Catharinae de Senis, & Calixtus tertius in canonizatione sancti Osmundi etiam per octauam. Fateor tamen secundum Hieronymum unam esse vitam sanctorum, sed praemia pro labore diuersa, & periculosum esse de sanctorum meritis disputare, ut habetur in d. cap. gloriosus, in nouella. Item ut propterea cultus diuini augmentetur capitu. ex parte, de constit. & honor. Ecclesia augeatur, capitu. uasa, de consecratio. distinet. prima, & alij ad religionem & studia Theologiae propterea inuidentur, capitu. super specula. ne clerici. uel mona. Item propter ipsius beati gloriam. Vult enim Deus ut sanctos inuocemus, ut dumper eorum suffragia quod petimus impetramus, ipsos magnificemus, & glorificando collaudemus, & ut peccatores quasi non audientes ipsum in propria persona audire, amicorum possint patrocinia implorare, qui uota supplicantium scire possunt, quia in illo aeterno diuinitatis speculo intelligitur quantum uel illis pertinet ad gaudium, uel nobis ad auxilium, & propter inopiam quam habemus in merito, ut ubi nostra non suppetunt merita, patrocinentur aliena, & ut qui non possumus summam lucem aspicere in se contemplando, saltem in sanctis aspicere ualeamus, & ut sic omnis nostra inopia quam habemus, etiam in amado suppleatur, quae plerumque imperfectus homo magis sentit se affici circa unum sanctum, quam circa Deum. Et ideo propter has causas generaliter ordinauit Deus, ut sanctos honoremus, & oremus, prout plenius habetur per Iacob. de uoragine in legendis sanctorum, in capitu. de festo omnium sanctorum. Exaudit namque dominus orationes sanctorum. Prouerb. xv. & iij. q. vii. in grauib. Annumeretur computeturque inter filios Dei confidenter, & inter sanctos sit fors illius, ut exulteret caelum laudibus, & resulter terra gaudiis, &c. Cuius doctrina fulget Ecclesia ut sol & luna, & quem elegit dominus in charitate non ficta, & dedit illi gloriam sempiternam.

Deo Gratias.

Et quoniam Innoc. iij. in canonizatione sancti Vullstani quondam Episcopi Vigornie. in Anglia, fecit de eo specialem collectam & orationem dicendam in missa eius, ut patet ex bulla dietae canonizationis. Ideo laudo in huiusmodi canonizatione sancti Bonauenturae, fieri collectam & secretam & post communionem, ut sequitur, & illas in bulla canonizationis inscribi, & reliquum officium de confesso. maioribus doctoribus fieri, prout etiam mandauit fieri Calixtus iij.

in canonizatione sancti Osmundi, ut in bulla canonizationis eius inscribitur.

Collecta, aliis Oratio.

Exaudi quaesumus domine preces nostras, & intercedente Beato Bonauentura cofessore tuo atque Pontifice, salutaribus nos instrue disciplinis, & gaudiis fac perfrui sempiternis. Per Dominum nostrum Iesum, &c.

Secreta.

Suscipe Clementissime Deus hostiam laudis, quam tibi pro peccatis nostris offerimus. Et in tercedente Beato Bonauentura cofessore atque Pontifice, preces nostras benignus exaudi. Per Dominum nostrum Iesum, &c.

Postcommunio.

Memor esto sacrificii nostri omnipotens Deus, & precibus & meritis beati Bonauenturae confessoris tui atque Pontificis, uitam nobis & gloriam tribue sempiternam. Per Dominum nostrum Iesum, &c.

Sermo magistri Roberti, de laudibus sancti Bonauenturae ordinis minorum.

Quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi Luna plena in diebus suis lucet, & quasi Sol refulgens, sic ille refulsit in templo Dei. Scribuntur haec uerba originaliter in Ecclesiastico ad laudem sancti Bonauenturae proposita. Praclarissima Domini & sancti Bonauenturae merita, Sixtum quartum Pontificem maximum induxerunt, ut illum hoc faelici tempore catalogo sanctorum ascriberet. Res est utique grandis, & digna ualde quae Dei gloriam pandit, sanctam Ecclesiam exornat religionem laetificat Christianam ordinemque; sacrum minorum subleuat, & extollit. Quid enim praestantius excogitari potest, quam mortalem hominem post uictum triumphatumque; mundum ad celestia regna deduci, ibique immortalitate perpetua gaudere cum Christo? Quis de beata uita, promissaque; nobis faelicitate dubitare ualeat, ad quam amicos Dei iam properasse certissimum est, ibi Christus Rex gloriae, ibi immaculata uirgo Regina caelorum, ibi Prophetae, Apostoli, martyres, confessores, & uirgines, omnesque electi, & amici Dei, ibi denique beatus Bonauentura. Cum uero hodierna die sit annumeratus catalogo sanctorum, equum est & rationale, ut eius sanctitas o populo fiat nota. Quae de re statui in praesenti sermone, laudibus eius incumbere, qui describitur in uerbis propositis illustrasse Ecclesiam sicut stella matutina, & sicut luna plena, atque ut sol fulgentissimus, per quos splendores

Ecd. 54

BONAVENTURA.

dores excellentiarum suarum possunt denotari. Prima excellentia dicitur uita. Secunda doctrina. Tertia refulgentia. Prima excellentia sancti Bonauenturae dicitur uita. Ex uita quippe munda & uirtuosa iudicantur homines sancti, hoc tamen iudicium quantum ad publicam uenerationem spectat ad Ecclesiam, unde Innocentius de rel. & uenera. Saeto. dicit. Non abnegamus, quin liceat porrigere preces alicui defuncto, quae quis credat bonum uirum, & nunc esse cum Christo, licet non sit canonizatus, quia fidem orantis Dominus attendit, sed facere pro eo officium, uel preces solennes non licet, ex quo in capitulo primo, de rele. & uenera. Saeto. statutum est, ut nullus adoretur pro Saeto absque auctoritate Romanae Ecclesiae, etiam si miracula faceret, quem enim Ecclesia reprobat reprobatus est, & quem approbat approbatus, ut patet xxiii. quaestio prima, capitulo, haec est fides catholica, & capiti. quoniam uetus, secundum autem Goffredum, & Hostiensem in canonizatione sanctorum inquiritur de uita canonizandi, si fuit in laboribus multis & iustis, si moribus castus, & strenuus, ut notatur distinctio. lxi. capitu. miramur, licet pro martyribus non sit tam stricta fienda examinatio. Quod autem uita sancti Bonauenturae fuerit munda, pura, & sancta; probatur triplici modo. Primus dicitur testificationis. Secundus professionis. Tertius assumptionis. Primus modus quo probatur sanctitas & bonitas uita. f. Bonauenturae dicitur testificationis. Habet enim testimonium a uiris fide dignis. Primo ab Alexandro de Ales viro bono & in sacra pagina probatissimo Doctore. De isto Alexandro scribitur in chronicis ordinis Beati Francisci, quod illius opus quod scripsit in Theologia approbatum fuit ab Alexandro quarto, & sexaginta magistris Parisiensibus, ut apparet in bulla ipsius Pontificis, quam puto esse Parisius. Hic itaque Alexander de Ales uidens in Bonauentura morum elegantiam, corporis pulchritudinem, uenustatem aspectus, eloquii suauitatem, conuersationisque; affabilitatem, dicere sepe solebat. Non uidetur Adae in homine isto peccasse, quasi diceret, quod uita illius irreprehensibilis, potius angelica erat, quam humana. Secundo bonitas uita sancti Bonauenturae habet testimonium a Domino Petro Cardinali Episcopo Hostien. qui fuit de ordine Praedicatorum. Hic sermone habuit in funere Bonauenturae suscepto themate. Doleo super te frater mi Ionatha. in quo inter alia retulit, quod quicumque Bonauenturam uidebat, ipsius amore capiebatur, eiusque piissima monita obedienter recipiebat, per maximam Graeci & Tartari, quibus eius eloquia plurimum pro fuerunt, quae uerba ultimodixit, quoniam tempore Generalis Concilii Lugduni celebrati, ut scribitur in chronicis praedictis allegatis. Frater Hieronymus de Esculo ordinis minorum, qui fuit postea Generalis, deinde Cardinalis Episcopus Pe-

nestrinus, & tandem Papa Nicolaus quartus rediit ex partibus orientalibus, ad quas missus fuerat cum solennibus nunciis Graecorum, & Tartarorum & ipso Bonauentura suggerente, Graecitunc ad unitatem Ecclesiae redierunt, & Tartari baptizati sunt. Tertio sanctitas uita Bonauenturae testimonium habet a poeta uulgari Dante, qui in tertia comedia ita dixit. Io son la uita di Bonauentura Da Bagnoregio, che in grandi officii, sempre posposi la sinistra cura. Secundus modus quo probatur sanctitas Bonauenturae, dicitur professionis. Professus quippe fuit regulam sanctam fratrum minorum, in qua semper quando in ordine fuit irreprehensibiliter uixit. Haec autem regula deuotos professores suos ad Christi Angelorum atque sanctorum societatem perducit. Quod ostenditur ex triplici eius prerogativa siue praerogativa. Prima quia illa regula a spiritu sancto fuit inspirata. Secunda quia super Euangelio fuit fundata. Tertia quia supernaturali signo fuit confirmata. De quibus omnibus, ita scribitur in extrauaganti Nicolai in sexto libro decretalium, Hi, scilicet fratres, minores sunt illius sanctae regulae professores, quae in Euangelico fundatur eloquio, uita Christi roboratur exemplo, & fundatorum militantis Ecclesiae Apostolorum eius sermonibus actibusque; firmatur. Haec est apud Deum & Patrem munda & immaculata religio, quae descendens a patre luminum, per eius filium exemplariter & uerbaliter tradita Apostolis, deinde per spiritum sanctum Beato Francisko, & eum sequentibus inspirata, totius in se continet testimonium trinitatis. Haec est cui attestante Paulo nullus de cetero deber esse molestus, quam Christus passionis suae stigmatibus confirmauit, uolens institutorem ipsius passionis suae signis notabiliter insigniri, haec ibi. Haec igitur regulam (diuinitus inspiratis) suscipere uoluit Dominus Bonauentura, qui a teneris annis Beatum Franciscum singulari deuotione est profecutus. Meritis quippe illius dum tenellus erat, a mortali infirmitate liberatus extitit. Unde ipsemet in legenda beati Francisci ita scribit (ut habetur in capitulo ultimo) innumera quoque; per ipsum in diuersis partibus orbis exuberare non cessant beneficia Dei, sicut & ego ipse qui superiora descripsi, experientia teste in me ipso probaui. Voto enim pro melangente grauisime ad beatum Patrem Franciscum emisso a matre, cum adhuc essem puerulus, ab ipsis sum mortis faucibus erutus, & in robur uita in columis restitutus. Quod cum uita memoria teneam, uera nunc confessione profiteor, ne tantum beneficium reuocem, sceleris arguar ut ingratus. Haec ibi. Crescens itaque dominus Bonauentura, de uirtute in uirtutem proficiens cum affectione, & reuerentia Beati Francisci, anno aetatis suae uigesimo secundo sacram eius Religionem ingressus est.

Gal. 6.



In qua tantum profecit in omni deuotione & studio literarū, q̄ septimo anno post ingressum religionis legit sententias Parisius & decimo anno. l. trigesimo secundo aetatis suę suscepit cathedram magistralem. Tertius modus quo probatur sanctitas Domini Bonauenturę, dicitur Assumptionis. Ob splendidissimam namq; uirtutū eius famam, & nomen Clarissimum, assumptus fuit ad triplicem dignitatē. Generalatus. Archiepiscopatus, & Cardinalatus. Primò fuit assumptus ad dignitatem Generalatus. Licet enim seruus Dei Franciscus Prælatos suos, humilibus uocabulis decreuerit nominari, tamen non parua dignitas est preesse tot fratribus, quot sunt in Religione minorum, tam longē lateq; diffusa p̄ orbem. Fuit nāq; Dñs Bonauentura ordinis minorum octauus Generalis. Primus fuit beatus Franciscus. Secundus frater Ioannes dictus parens, de Florētia. Tertius frater Elias de Assisio. Quartus frater Albertus de Pisis. Quintus frater Aimo anglicus. Sextus frater Crescentius. Septimus frater Ioannes de Parma. Octauus frater Bonauentura. Hic in capitulo Generali Romę celebrato. Alexandro Papa quarto præsentē anno ab Incarnatione Domini. M. cclvj. & tertio decimo post Religionis ingressum in festo Purificationis Beatę Virginis in generalem fuit electus, annis autem decem & octo ordinem laudabiliter rexit, seruiens altissimo in paupertate, & humilitate, confortabat suauiter tentatos, & in firmis seruiebat libenter. In capitulo Generali Narbonę celebrato per eum regulam reformauit & exposuit, ordinem in prouincias, & custodias distinxit. Tēpore uero sui Generalatus fuit facta translatio corporis sancti Antonij de Padua ad prægrandem illā Ecclesiā, in quam nunc est reconditum. Trigesimo tertio anno post eius obitum in octaua Dominicę Resurrectionis, & tunc lingua eius quę sub terra fuerat, reperta est ita recens & rubicunda, quasi eadem hora sanctus ille Gloriosus decessisset, quā beatus & deuotus Bonauentura in manibus reuerenter accipiens, irrigatus profluuiis lachrymarum, corā oibus huiusmodi uerbis affari cœpit. O lingua benedicta, quę semper benedixisti dñm & alios benedicere fecisti, nunc manifestē apparet quanti fueris meriti apud dominum. Secundò fuit assumptus ad dignitatem Archiepiscopatus. nam Clemens Papa. iij. contulit ei Archiepiscopatū Eboracensem pinguisimū, sed ipse de Parisius ubi tunc erat ad pedes Domini Papę se conferens, tam humiliter & efficaciter tanto gradui, & dignitati cessit, quòd Dominus Papa eius celsionem admisit. Et ne quis miretur, quòd Clemens Archiepiscopum illum fecerit cum in generalem fuerit electus. Alexandro quarto præsentē ut diximus. Sciendum est, quòd post Alexandrum prædictum creatus fuit Urbanus quartus, & post Urbanū Clemēs quartus, & post Clementem Gregorius decimus. Nā correctæ sunt

Octo primi Generalis ordinis S. Francisci.

Translatio S. Antonij Paduani.

chronicę ordinis ex quibus illa collegi. Tertio Bonauentura fuit assumptus ad dignitatem Cardinalatus, hæc dignitas amplissima est in Ecclesia Dei. Quia ut dicitur in capitulo ministerium, extra de offi. archipresbyteri. Cardinales dicuntur, quia per eos regitur uniuersalis Ecclesia, sicut in cardine regitur hostium, ut ponitur, lxxi. distin. capitulo. fraternitatem. Et dicit Augustinus de Ancona in libro de potestate Ecclesiastica. Cardinales assilunt Papa, sicut Apostoli Christo. Apostoli enim sunt nūcupati Christi fratres secundum illud. Narrabo nomen tuum fratribus meis, & principes mudi, secundum illud psal. Constitues eos principes super omnem terram. Sed Papa cū facit aliquos Cardinales insignit eos ista duplici dignitate, dicens eis. Estote fratres mei & principes mudi. Ipse autē Papa gerit personam Christi. Et quāuis etiam Episcopi succedant loco Apostolorum, alio tamē modo quā Cardinales. Apostoli enim duplici modo se habuerunt ad Christum. Vno modo ut præsentialiter assistentes, sicut fuit ante passionē & ascensionem. Secūdo modo ut nisi ex præcepto eius per orbem: quod fuit post aduentum spiritus sancti, quando dispersi per orbem dimiserunt se accipiendo unusquisq; prouinciam uel Regnum in sortem suę prædicationis. Cardinales ergo presentant personas Apostolorum ut Chrislo assistentes, quia ipsi assistunt Papa præsentialiter ut Vicario Christi. Secundo modo presentant personas Apostolorum Episcopi, qui in partem sollicitudinis uocati sunt, regentes diuersas Ciuitates, uel Prouincias, ut Archiepiscopi. Et istud est satis conueniens, ut sicut in Hierarchia cœlesti aliqui Angeli sunt assistentes, alii missi frequenter ad nos: ita in nostra Ecclesiastica Hierarchia, decet aliquos assistere ut Cardinales, alios mitti ut Episcopos, & hoc de lege cōmuni, quia subrogata causa non tollitur quin Cardinales aliquando mittantur ut legati, & Episcopi aliqui etiam uocati à Papa sunt ei assistentes. Accipiunt autem Cardinales à Papa pileū rubeum, in signum ardentis charitatis quam debent habere, ita ut sint parati sanguinem suum fundere, & mori pro bono & defensione Ecclesię & profectu, Vnde in capitulo. Fundamenta. de electione. libro. sexto dicunt Cardinales, fratres coadiutores, consiliarii, & assistentes Domini Papę. Ut igitur ad Bonauenturam redeamus, ipse Cardinalis effectus fuit. Nam Parisius existens uocatus fuit à Domino Gregor. decimo, qui Pontifex ipsum recipere Cardinalatum, & Episcopatum Albanensem coegit. Imposuitq; ut Concilii negocia ipse dirigeret. Sed curiosi quidam nos impugnare non cessant, querentes, cur Bonauentura Archiepiscopatū recusauit, tñ Cardinalatum acceperit? At quod respondemus, potuit esse q̄ Gregorius decimus præfatus eum obedientia uel aliqua forti persuasione induxit ut Cardinalatum suscipere, quod non fecit Clemens

psal. 34
psal. 44

tuit illam fratribus, asserens q̄ in illo dicendi genere nullus esset, qui Bonauenturam posset superare. Secundò doctrina Bonauenturę fuit deuota, sapida, & uerè Seraphica, quę legentes non solum illuminat, sed inflammat. Nec aliter esse posset cum de illo in chronicis scribatur. Siquidem omnem ueritatem quam percipiebat intellectu, ad formam orationis & laudationis diuinę reducens, continuo ruminabat affectu. Narratur adhuc de eo q̄ dum scribebat legendam sancti Francisci, quadam die sanctus Thomas de Aquino accessit ad uisitandum eum, & cum familiariter (ut solebat facere) aperuisset hostium cellę Bonauenturę, uidit eum orantem ante crucifixum, & in extasi factū, mox sanctus Thomas dimisit eum, nec locutus est quicq; sed socio suo dixit. Sinamus sanctum, quia laborat pro sancto, quia scribebat gesta sancti Francisci, quod ipse sanctus Thomas sciebat. Tertio doctrina sancti Bonauenturę fuit fructuosa, non enim profuit illis tñ qui eum uiderunt & audierunt docentē, sed etiam omnibus qui eius scripta legunt, ut patet per experientiam. Tertia excellentia sancti Bonauenturę dicitur refulgentia. Voluit quippe Deus sanctum istum triplici splendore fulgere. Primus dicitur miraculosę corruptionis. Secundus solennis canonizationis. Tertius mundialis uenerationis. Primus splendor dicitur miraculosę corruptionis. Fecit quidem Deus meritis eius miracula multa, ex quibus aliqua percurramus. Fertur de ipso, q̄ dū in humanis agebat, tanta ad sacramentum Eucharistię deuotione mouebatur, q̄ diebus aliquibus præter morē eius abstinuit à celebratione. Semel uerò dū de uotus missam audiret, & cum lachrymis passionem dominicam meditaretur, cum sacerdos celebrans communicare uellet, una particula hostiæ per seipsam ad os domini Bonauenturę aduolauit, quam ipse reuerenter suscipiens, intellexit timorem scrupulosum circa communionē debitē factam fore deponendum. Quędam domina Lugdunensis Simona uocata, cum filium mortuum peperisset, illum ad Sancti uiri pedes derulit, qui factio signo crucis, uiuentem matri dedit. Post mortem eius multa miracula facta sunt ad inuocationem eius. Mulier quędam de castro Villano, octo diebus laborauerat in partu, emisso uoto q̄ uisitare sepulchrum Bonauenturę, mox libera peperit, unde in patria pia consuetudo inoleuit, ut mulieres laborantes in partu inuocent nomen Bonauenturę, & sepiusimè à grauissimis periculis liberentur. Petrus filius Ioannis calzolarij Lugdunensis, claudus dextera tibia, qui longo tpe, sine baculo ambulare non poterat, uoto emisso ad Sanctum Bonauenturam, liberatus est. Dux Aurelianensis, aliàs Orientis carceratus à magne Britanię Rege detinebatur, ubi quarranam cum dolore capitis incurrit, hic audito nomine Sancti Bonauenturę uotum emisit, si liber euadere posset, uisitaturum se sepulchrum

Electio papę cōmissa est soli Bonauenturę.

Daniel. 12



Sanctus credi. Juxta illud. Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uitae, subsecuta sunt tñ post uitam multa maximaq; miracula, quae certum sanctitatis eius praebent iudicium, & nos ad ipsius uenerationem inducunt, q; Deus meritis praecedentibus uenerandum ostendit. Ipse enim Deus omnipotens, ut suae uirtutis potentiam manifestet, & nostra salutis causam p̄dat, fideles electos suos quos coronat in caelis, sepe et honorat in mundo ad eorum memorias signa faciens & prodigia, quo haeretica prauitas confundatur, & fides orthodoxa seruetur. Agimus igitur ipsi Deo quantas possumus gratias, q; nos dignos duxerit per quos haec canonizatio celebraretur. Quae licet diuinis literarum monimentis extantibus, corrufcantibusq; miraculis, iam pridem potuerit rite fieri, nunq; tñ ante hac uel a principibus, uel ab alijs tanta diligentia fuit petita, Nostro tempore charissimi in Christo filij nostri Federicus Romanorum Imperator semper Augustus, Ludouicus Francorum Christianissimus, Ferdinandus Siciliae & Matthias Vngariae Reges Illustres, dilecti quoq; filij nobiles uiri Alphonsus Calabriae, Ioannes Mozenico Venetiarum. Ioannes haleam Mediolani. & Ioannes Burbom duces insignes, praeterea ciuitates Florentium, Senensium, Lugdunensium, Perusiu, & quae tale iubar tulit Balneoregium, tanto studio tantaq; perseverantia petierunt a nobis, ut durum & impium putarem eis in re tã pia resistere, quam etiam Dei monitu petere uidebant. Accesserunt assidue uenerabilis fratris nostris Iuliani Episcopi Sabinensis, ipsius ordinis Praetectoris, dilectorum quoq; filiorum Francisci Samsonis generalis ministri, & Petri de Rodolphis Procuratoris dicti ordinis sacrae theologiae professoris preces, qui nomine generalis eorum capituli, id tanq; iustum & debitum reposcebant. Legeramus studiosissime sancti huius diuina scripta, quibus (postq; per etatem aliquid sapere licuit) semper sumus delectati. Audiuimus quoq; ab antiquioribus praefatae religionis fratribus, & grauib; quidem uiris, qui & ipsi a maioribus natu acceperant de sanctimonia uitae eius, constantem famam esse sciebam; de multis maximiq; miraculis, nec erat praeterea apud nos dubium, quin in triumphanti Ecclesia triumpharet in caelo, & uenerationem mereretur in terris. Sed memores nos eundem minorum ordinem ex uoto ingressos, in quo diuina assistente gratia in sacris literis & religiosis moribus utcunq; profecimus, eademq; Ministeriatu officia exercuimus, atq; inde ad Cardinalatus dignitatem, ita ut per consimiles gradus ad Pontificatum culmen subleuatos nos fuisse disponente Domino cognoscamus, per quos ipse Bonauentura Sanctus ad triumphantis Ecclesiae immarcescibilem gloriam euectus est, ne ad id uideremur potius affectione propria, q̄ debita deuotione moueri, eam adhibuimus diligentiam ac

Curantia D. Bonauen. nō fuerit canonizata.

Diligentia S. D. Sixti Papae in hoc negotio.

grauitatem, quam rei magnitudo posebat. Commisimus enim tribus ex uenerabilibus fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, ut de ueritate miraculorum mandarent inquiri. Cūq; unus ex eis inchoato processu, ut Deo placuit ab hac luce migrasset, alium in locū defuncti subrogauimus Cardinalem, quo etiam de cedente, alium substituiimus, nec his contenti, cū iam processus ipse penē perfectus esset, & hi qui delegati erant fidelissime retulissent, tñ quia nō uidebatur in procedendo tanta quanta requiritur obseruata solēntia, illum reiterari iussimus. Demum cū ex uberiori relatione, & fidedignorum testium super hoc receptione, compertum fuisset, multa & magna a Deo per ipsum Sanctū miracula fieri, quae in conspectu multitudinis cernebantur: nos ne spiritu sancto resistere uideremur, qui per os Prophetae laudare Deum in sanctis suis iubet, in consistorio nostro secreto huius rei causa habito eorundem uenerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium uota, super huiusmodi canonizatione sumus scrutati. Cūq; omnium una eademque fuisset sententia, uidelicet ut in sanctorum numero referri deberet, consistorium publicū deinde habuimus, in quo magna multitudine astente in triduum orationes ieiuniaq; indiximus, ut Deus omnipotens nobis quod factū optimum in hac re esset ostendere dignaretur, nec pateret Ecclesiam suam militantem errare, quae se triumphanti conformare studeret. Triduo dein de elapso, omnes qui in Romana curia erant praelatos iussimus conuocare, qui ad unum interrogati, quid faciendum uideretur in eandem sententiam conuenerunt, beatumq; Bonauenturam canonizandum censuerunt. Nos ergo Dei nutum & uoluntatem sequentes attendentesq; iustum ac debitum esse, ut quos Deus honorat in caelis nos uenerationis officio laudemus & glorificemus in terris, cum ipse potius lauderetur & glorificetur in illis, qui est laudabilis & gloriosus in secula. Hunc diem canonizationis ipsius sancti Bonauenturae in medio Basilicae principis Apostolorum de Vrbe, quo maxima omnis generis ordinisq; multitudo confluxerat, celebrandam statuimus. Ibi reliquis omnibus legitime peractis, praedictus ordinis minorum procurator, in medio stans dictum illud beati Ioannis Apostolice clara uoce proponens, uidelicet. Tres sunt qui testimonium dant in caelo, pater, uerbum, & spiritus sanctus, probauit etiam habito super praemissis, processu, ipsas Beatissime Trinitatis personas testimonium q; beatus Bonauentura in caelo sit, praestitisse, patrem uidelicet in miraculorum potentia, filium in doctrinae sapientia, & spiritum sanctum in uita ipsius bonitate. Et propterea nō solum nominibus omnium qui hanc ipsam canonizationem fieri supplicauerunt, sed etiam ex parte indiuiduae Trinitatis patris, & filij, & spiritus sancti, ut ipsum beatum Bonauenturam Sanctum pronun-

Psal. 118

1. Ioan. 14

Tota sup. benedicta Trinitas, Sanctae D. Bonauenturae testimonium praestitit.

pronunciare dignemur instanter, instantius, & instantissime requisit. Confidentes igitur, quod in hac canonizatione non permittat nos Deus errare, qui omnia in ea quomodolibet requisita, etiam superabundanter obseruari fecimus, & obseruauimus, de eorundem fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, omniumq; praelatorum in Romana curia existentium unanimi consensu, & maturo consilio, de omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate consili, Beatae memoriae Bonauenturae Balneoregionē sacrae Theologiae professorem, ex gremio sacri ordinis minorum, & ex officio Generalatus in Episcopum Cardinalem assumptum, Sanctum esse ac aliorum Sanctorum Dei catalogo ascribendum, adijciendum, & aggregandum fore, ac fideliter firmiterq; teneri debere decernimus, ipsumq; Sanctorum confessorum Pontificum & Doctorum (quos Sancta Dei ueneratur Ecclesia) consortio solenniter in praesentiarum ascribimus, aggregamusq; praesentes. Statuentes etiam, & mandantes uenerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis doctorum, ac Patriarchalium Metropolitanorum, & cathedralium Ecclesiarum capitulis, & quorumuis ordinum tam mendicantium, quam non mendicantium professoribus, necnon quibuscunq; ecclesiasticis personis, ut festum ipsius sancti Bonauenturae secunda Dominica mensis Iulij, singulis annis solenniter & deuote celebrent, diuinum officium ueluti pro uno confessore pontifice & doctore, tam publice, quam priuatim (prout contigerit) psoluētes. Dilectis uero filiis fratribus praedicti minorum ordinis, quatenus huiusmodi officium sub festo duplici, & octaua, eo modo quo aliorum dicti ordinis Sanctorum celebrare festi, & octauas consueuerunt, celebrandi concedimus facultatem. Insuper eadem auctoritate omnibus uere penitentibus & confessis, qui eadem Dominica Ecclesiam in qua Sanctum eius corpus repositum, deuote uisitauerint annuatim, septem annos & totidem quadragenis. His uero qui alijs temporibus in singulis diebus Dominicis, centum dies. Illis autem qui Ecclesiam Fratrum minorum ubilibet constitutas, tam ipsa die festi, quam in octaua diuinis officiis interfuerint, consimiles indulgentias & peccatorum remissiones quae in singulis aliorum eiusdem ordinis sanctorum festis ex indultis Apostolicis generaliter promulgatis Romani Pontificis coeferunt, de iniunctis penitentibus misericorditer in domino relaxamus, & elargimur. Considerantes praeterea, quanta ab hoc ipso sancto Bonauentura ratione scientiae & sanctitatis uitae Episcopalisq; & Cardineae dignitatis Sancta Romana Ecclesia susceperit incrementa, quantaq; idem sanctus cum beato Thoma de Aquino coetano condiscipulo, & commagistro suo, familiaritate & spiritualemente coniunctionem in hac uita serua-

Indulgentia concessa fratribus Ecclesiae D. Bonauenturae Lugdun. Et alias nostri ordinis in festo eiusdem diebus dominicis singulis annis.

uerit, ut quos in hoc seculo fraterna iunxit charitas, & eadem in caelo praemia consecutos credimus, praesens Ecclesia pari ueneretur honore, praedictum festum inter festa sacri palatii Apostolice assumptis annumerantesq; eadem indulgentiam in festo praedicto in Ecclesia Sanctorum Apostolorum de urbe q̄ in festo ipsius sancti Thomae de Aquino in Ecclesia Beatae Mariae Virginis de Vrbe (Minerua uulgariter nuncupata) habet, concedimus, patiterq; decernimus fratres minores in alma uniuersitate Parisien. eisdem priuilegijs posse ac debere uti & gaudere, ob ipsius sancti Bonauenturae merita, quibus ex Apostolicis indultis fratres praedictos in eadem uniuersitate intuitu & gratia eiusdem sancti Thomae potiri & gaudere consueuerunt, & gaudēt, aut potiri & gaudere quomodolibet poterunt in futurum. Quocirca omnes & singulos in dignitate constitutos requirimus, & monemus: quatenus uniuersis & clericis & populis suarum ciuitatum, dioecesium, & parrochiarum praesentes nostras literas solenniter publicantes, eosdem hortentur, ut Deum ipsum a quo bona cuncta procedunt humiliter deprecantur, ut ipsius sancti Doctoris & confessoris Bonauenturae meritis & precibus exoratus, militantem Ecclesiam, Apostolicam fidem, & cunctos Christi fideles a paganorum & aliorum infidelium & haereticorum tueatur incuribus, & a periculis cunctis semper protegat ac defendat, & illam quam nobis mundus dare non potest pacem, hostium omnium sublata formidine, firma cum tranquillitate concedat: utq; post huius uitae militiam deponitumq; pastoralis officii ministerium, unā cū grege nobis credito ad sempiternam tandem gaudio peruenire mereamur. Demum quia difficile foret literas originales praesentes ad uniuersumq; notitiam deferri, uolumus ac decernimus, quod earum transumpto sub sigillo generalis ministri ordinis antedicti & manibus duorum notariarum publicorum debite subscriptis, fides adhibeatur indubia in omnibus & per omnia, et illis ubiq; stetur, ac si originales literae huiusmodi essent exhibitae uel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae constitutionis, ascriptionis, aggregationis, statuti, mandati, concessionis, relaxationis, largitionis, assumptionis, annumerationis, mentionis, ac uoluntatis infringere, uel ei ausu temerario contrare. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicae. M. cccclxxxij. Decimo octauo Calendas Maii. Pontificatus nostri anno vdecimo.

Festū D. Bonauen. inter festa sacri Palatii aggregatur.

Priuegia Parisien. concessa ob merita D. Bonauenturae.

Sera-

In speculum discipline seu libellum
de minimis ad novitios.

PROLOGVS.



D honestatem tendentes
in primis necessarium ha-
bent, ut per exercitium
discipline uirtutis ritulū
citius apprehendere pos-
sint. Nam ut ait Hugo de
Sancto Victore. Vltis di-
scipline ad uirtutem ani-
mum dūigit, uirtus autē

ad beatitudinē perducit, ac per hoc (iquit) exer-
citiū discipline dicitur debet nostra inchoatio,
uirtus perfectio primum uirtutis, aeterna bea-
tudo. Verum qui disciplinam in noua conuer-
sationis inicio negligit, ad eam postmodum dif-
ficile applicatur, & formam quam primō quis
recipit vix deponit. Adolescens nāq; iuxta uia-
suam, etiam cum senserit, non recedet ab ea. Op-
tima uiuendi forma eligenda est, quam reddat
assuetudo iucundam. Primus autem ad profe-
ctum gradus, defectus cognitio, magna; omni-
no prudenti securitas uiuendi modum nouisse
congruum, pro uaria rerum & accidentiū qua-
litate. Nec minimum est contemnere minima,
quae non minimam moribus maculam eō tur-
pius neglectū habita ingerunt, quō uitari fa-
cilis cognita ualuerunt. Proinde qui spiri-
tu Dei aguntur, moralibus documentis inten-
dunt, quae tamen superbi & fatui contemnen-
tes, nunc superstitiones nunc caeremonias uo-
cant, aut certe calumniis fucatis impugnant.
Nec enim stultus uerba prudentiae recipit, nisi
ea dixeris, quae uersantur in corde eius. Hic ergo
tractatulus per superiorum impositionem exa-
ctus, rudi quidem iuxta scribentis ruditatem &
intenti exigentiam stilo, ex diminutis quoq; ac
nudis ob breuitatem, in compactisq; interdum,
sed congruis pro morum traditione sententiis
adhibitis, nonis Christi discipulis pro aliquali spe-
culo inspicendus proponitur, ut per pauca sibi
proposita, occasionaliter fiant in pluribus cau-
tiores. Da sapienti occasionem (ait Salomon) &
addetur ei sapientia. Attendant tamen quaedā
hic accipienda fore cōiter, & magis, & minus,
pro loco, & tempore obseruanda, licet non sem-
per pro singulis conditionum modificatio repli-
cetur. Prudens, ut rerum uarietas exigit, ita se
accomodat tempori, non se in aliquibus mu-
tans sed potius aptans, sicut manus quae eadem
est cum in palmum extenditur, & cum in pugil-
lum constringitur. Nec moueat si qua pro iunio-
ribus impertinentia uideantur, proinde iunior i-
his sepe quae ipsum excedunt instruitur, ut senio-
rum se proposito applicans, sit quantum cognuit

In Prolo-
go. Insi-
tutionū
Monasti-
corum.

Prou. 22.

Cognitio
sui defe-
ctus pri-
mus.

Prou. 18.

Simile
puleheri
mum.

aptior ad agenda, cautior ad cauenda. Prolixita-
tem forte tritus si quis fuerit, inspector causa-
bitur, sed necessariam in expertis dicendorum
expresionem aduertat. Nec facile rudes p q-
bus est opera, generalibus posse commatibus. i-
breuibus & incompletis sententis erudiri, aut cō-
cisis passim plicere paradoxis, unoq; nihilomi-
nus nouerit titulo multa quandoq; perstringi, q̄
specialem requirerent explicada tractatū. Duas
autem particulas, principalem uidelicet & inci-
dentalem, secundum series habet. Principalis in
duas diuiditur. In quarum prima de preparato-
riis ad disciplinam & aliquibus eius effectibus
incidenter, in secunda de ipsa plenius tractatur.
Preparatoria sunt per modum principii, medii,
& postremi. Depositiō uetustatis, stabilitas mē-
tis aduersus tentationes diaboli, & subiectionis
humilitas, primum preparationem inchoat, se-
cundum continuat, tertium uero consumat. Ser-
uanda erit ubiq; maiorū & minorum paragra-
phorum distinctio, ad serici & ordinis euiden-
tiam ampliorem.

Speculi disciplinae primae partis principalis
Particula Prima.

De uetustatis depositione. Cap. I.

D eponendus est secundum Apostolum ue-
tus homo, & induendus est nouus. Quod
perfecte implent, qui transitoriis abdicat-
is, non solum peccata uerum etiam occasiones
fugiant peccatorum, ueteriq; fermento per pu-
ram confessionem plenius expurgato, in uite no-
uitate perfecta, soli praeligunt domino milita-
re. In odore igitur unguentorum Christi, per cō-
pendiosam & tutam sacrae Religionis semitam
currere cupientes, prius rerum temporalium fa-
sciculos deprimentes abiciant, ut ab omni tam
possessione q̄ cura penitus expediti, Christū do-
minum expedite sequantur, & non sint ei tenta-
tionis occasio uel ruina. Quod si aī religionis i-
gressum non fuerint expediti, post ingressum sal-
tem expeditionem huiusmodi per alias perso-
nas uel per literas, iuxta superioris arbitrium,
quanta possunt acceleratione procurent, non
expectatis opportunitatibus, aut utilitatibus de-
ceptoris, quas frequenter Diabolus sub specie
pietatis assumit. Sūma sit eis utilitas, ut illicites
huius mundi contemnere pp Christū, iuxta uer-
bū S. Hier. Nemo renunciaturus saeculo, bene po-
test uendere, q̄ contempserit ut uenderet. Si habes
(inquit) in potestate rem tuam uedere, si non ha-
bes proice. Totum Deo dedit, qui seipsum ob-
tulit. Post religionis ingressum, continuē debet
confessione faciendā uacare, & de omnibus que
in saeculo a pueritia commiserunt, ad memoriā
quantum poterunt studiosa sollicitudine reuoca-
tis, generaliter confiteri. Malorum nāq; confes-
sio, initium est bonorum. Ordinis ergo status, re-
iicit res, atq; reatus.

De con-

De constantia mentis, & cautela contra tenta-
tiones Diabolicas. Cap. II.

Krod. 14.

Reclaf. 1.

Ad. Hebr.
13.

Ephe. 1.

1. Tim. 5.

1. Sa. 4.

Prou. 18.

Notitia
faciat con-
fessionem
generalem.

Q uoniam autē Pharao persequitur Israe-
lem fugientem, & contemptus surgit in scā-
dala, nunc aperte, nunc occulte, sub spe-
cie boni periculosius tentans, faciant quod scri-
ptum est. Fili accedens ad seruitutē Dei, sta in iu-
stitia & timore, & prepara animam tuam ad tē-
tationem. Solent praecipue, uires tentationi praē-
bere, fluctuatio mētis circa propositum ingres-
surā uel ingressū religionis, tarda tepidaq; repul-
sio, & defectio spiritus desolari. Ea propter i pri-
mis, in proposito sancto cor suum omnino stabi-
liant, & confirmant, ne uelut harundo diuersis
uentorum flatibus agitati, uacillent. Optimum
est (inquit) Apostolus, gratia stabilire cor. Et Pro-
sper ait. Quemlibet hominē donec se in eo qd
elegit certa diffinitione confirmet, uelut in quo-
dam deliberationis incertae biuio constitutum
discerpit ipsa diuersitas uoluntatum. Virtus (in-
quit) hortatur & prouocat, ut diffinitionis ambi-
guitate deposita, depositum spirituale suscipiat
perseueraturum se in suscepti labore propositi,
nō sua possibilitate sed domini miseratione cō-
fidat. Cogitet quanti & quanta potuerūt, & pos-
sunt, quod se posse desperat, unde illi potuerūt,
idē se posse firmiter credat, meminerit illud A-
postoli. Fidelis Deus qui uocauit uos, qui etiam
faciet, &c. Qui sperant in Domino, mutabunt
fortitudinem, current & non laborabunt, ambu-
labunt & non deficient. Ad hanc tentationem &
cogitationem malorum uisiter principis, &
absq; morae dispendio est obstandum. Quod si
earum insultus spiritum inquietent, non solum
familiaris confessor, uerum etiam fratres alii se-
niores sunt in adiutoriu aduocandi, ut unius de-
bilitas, multorum adiutorio sustentetur. Frater
(inquit) qui adiunatur a fratre, quasi ciuitas fir-
ma. Qui autem uulnus detegere, uel auxilium
petere negligit, sua non immerito negligentia pe-
rit. Deniq; cum Diabolus serui Dei spiritum p-
ristitiam deicere studeat, ipsam si quando ir-
repserit, citius repellentes, Christo Domino qui
datorem hylarem diligit, in cordis laticia fa-
mulentur, attendentes sollicitē, ne de sua unq;
uocatione ingrati, aut tepidi regratiatores ap-
pareant coram Deo: ubi sol radiat gratia, nubi-
lum turbationis abscedat. Soler in aqua turbida
latere, piscaturus animam coluber tortuosus.
Maximum inhabitantis gratia signum, spiritua-
lis laticia. Porrō qui uocantis gratiam non a-
gnoscat, indignum se uocationis fructu consti-
tuit. Beneficiis ingratus exhibitis, ineptus ef-
ficitur exhibendis. Valet quoq; interdum con-
uersis pro anima saluta, mutatio loci. Plerūq;
enim dum mutatur locus, mutatur & mentis af-
fectus. Valet pro mentis tentationibus impulsae
praesidio. Valet pro morum citius ac perfectius
assequendo peculio, extra cognitionem, & pa-

triam, uel ad tempus secedere. Verum quia per
se nullo modo sufficerent, ad machinamēta Dia-
boli repellenda, ad Christum propter quem om-
nia contempserunt, qui est tentarum refugiu,
& debiliū fortitudo, qui se fideliter inuocan-
tibus facit cum tentatione prouertum, ut ualeat
sustinere crebris supplicationibus & deuotis re-
currant: ut qui eos dignatus est, de fornace Ba-
bylonis eripere, bonum in eis perficiat quod in-
cepit. Frequens & seruens oratio dis sipat omne
malum, ollae feruenti musca non insident.

Quomodo necessaria sit, ad disciplinam susceptionem,
humilitas. Cap. III.

D eniq; quoniam ut ait Hugo, sicut cera nisi
prius emollita fuerit, formam non reci-
pit, sic & homo quidem ad formam uir-
tutis non seeditur, nisi ab omni elationis & con-
tradictionis rigore per humilitatē humilietur,
necesse habent, qui discipline cupiunt moribus
informari, ut humilitatis radicem in corde fige-
re studeant, & tumorem propria uoluntatis re-
sumptionis & irreuerentiae uitium, quae a super-
bia procedere solent, tam in re q̄ in signo uigila-
tius caueant, & humilitas ancillae morae, locum
praeparet disciplinae.

De Captiuatione uoluntatis propriae.
Cap. IIII.

V oluntatem itaq; propriam, ingenti curēt
studio captiuare. Quid enim prodest sub-
vniū ordinatione uiuentibus, q̄ facultates
suas abiciuntur, si proprias uoluntates non
relinquunt, cum sit praestantius uoluntatibus re-
nuntiare, quam rebus? Tota Religionis perfe-
ctio, in uoluntatis propriae abdicatione consistit:
quare potissimū pfectionis & disciplinae indu-
stria appetitor, uoluntatibus propriis edomatis,
& Praesidentiu nutui sub iugadis inuigilet. Profe-
ctio in duobus erit subiecta probatio uoluntatis,
si uidelicet in iniunctis deuote obediat, & in a-
gendis suis, semper habere auctoritatē obedi-
entiae non omittat. Primi (hoc est obedientiae) in
iniunctis patet necessitas, patet & meriti magni-
tudo. Nam quicquid uice Dei praecipit homo, qd
non sit tamen certum displicere Deo, hoc omni-
no sic accipiendū est, quasi praecipiat Deus. Ad
meritum etiam, melior est, obedientia quam vi-
ctima, sancta q; obedientia holocausto, nihil Deo
gratius exhibetur. Nemo ad perfectionis semitā
currentem magis expeditus, quam uerus obe-
diens. Quamobrem obedientiae filii, se totum
ad obediendum exponant, mixtoque ut
prelati uocem audierint, quasi diuinitas impe-
retur, moram pati nesciant, sed relictiis omni-
bus, ad iniuncta quaeq; fideliter exequenda, prom-
pta deuotione consurgant, ut uicino obedientiae
pede, uelut uno momento iubentis uocem, fa-
cti ex-

Duo pna
perfectae
obedi-
entiae.

1. Reg. 15
& Eccl. 4.



Et exhibitione sequantur. Perfecta obedientia, sua imperfecta relinquit. Quinimmo, nec bonus obediens uerbum expectat, ubi de superioris sibi conlitterit uoluntate. Illum autem omnino opus inuincum recipit et, quo & praecipitur: cum ex uoluntate iubentis, pender intentione exequentis. Nunquam de maiorum sententia iudicent, quorum officium est obedire, & implere quae iussa sunt, deinde si ad profectum uolunt obedientiae peruenire, constanti secum de liberatione proponant, deuote semper ad omnia obedire. Si quid igitur graue uel impossibile forte iniungitur, suscipiant quidem cum omni mansuetudine iubentis imperium. Quod si omnino suarum uirium pondus excedat, impossibilitatis suae causas, ei qui praest, patienter, & opportune insinuet, non superbiendo uel contradicendo, uel aliis leui murmure resistendo. Si ad huc superior in sua manserit sententia, ita sibi nouerint expedire, & ex charitate de adiutorio Dei consilii obediunt. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quilicet ad patrem pro calicis translatione clamauerit, continuo tamen adiunxit. Verumtamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Non solum maioribus, sed sibi etiam inuicem obedientiam certatim impendant. Incumbit Christi discipulo, ut omni petenti se tribuat. Exemplo Apostoli, uoluntarios se omnium seruos constituat. Sint (ut scriptum est) subiecti inuicem in timore Christi. Secundi, necessitas hoc est obedientiae in agendis, ne quid uidelicet sine obedientia praesumatur, quia simplicioribus forte aliquibus minus patet, aliquanta uidetur profectio ne rangenda. Habenda est plane in agendis obedientiae sanctae auctoritas, sine qua nec est ipsa bona sunt bona. Voluntas siquidem propria, boni uirtutem confirmet. Sanctus Bernardus super Cantica ait. Grande malum propria uoluntas, qua fit (inquit) ut bona tua, bona non sint. Etenim si in die ieiunii mei inueniat uoluntas mea, non tale ieiunium elegit dominus, nec sapit illi ieiunium meum, quod non obedientiam, sed uicium uoluntatis propriae sapit. Et subdit. Ego autem non solum de ieiunio, sed de silentio, de uigiis, de oratione, de lectione, de opere manuum, postremo de omni obseruantia monachi ubi inuenitur uoluntas sua in eo, & non obedientia magistri sui, id ipsum sentio, minime prorsus obseruantias illas, & si bonas in se inter uirtutes censuerim deputandas. Itaque homini Christi discipuli semetipsum penitus abnegantes, in agendis suis. in operationibus, locutionibus, & rebus quarumlibet usu, non propriam uoluntatem sed superiorum in omnibus dispositionem sequantur, pro quibus tamen sit specialis eorum licentia, uel assensus habendus, considerari oportet. Et primo circa operationes uidendum, earum quaedam communes seu conuenticuales

Optimus obediens gradus.

Phil. 2.

Mat. 26.

Ephes. 5.

Propria uoluntas efficit, ut bona non sint bona.

Operatio nes religiosorum duplices esse.

quaedam speciales seu personales esse noscuntur. Specialium enim quaedam ad proximum, quaedam ad personam pertinent operantis. Pro conuenticualibus quae commune simul attingunt collegium, exequentis non est licentia requirenda, cum ad huiusmodi sit eatenus superiorum licentia, immo impositio generalis, ut ea quae siue in choro, siue in refectorio, siue alibi modo praedicto, ad uitam conuenticualis consuetudinem pertinent, nullas conuenticualis, auctoritate propria (praeter euidente necessitatem) licet, praetermittat. Inde est, quod ab officio chori ab aliqua uidelicet hora canonica, uel a prima conuentus refectio, aut a conuenticualibus aliis quae; absque licentia remanere, uel assistentem recedere, his necdum in collegio consummatis non licet. Pro specialibus ad proximum alterius fratris necessitatem spectantibus, nullam communis seu conuenticualis uita consuetudini aut executioni specialiter iniunctorum impedimentum praestantibus nequaquam ad superiores, sicut nec pro communibus, pro licentia dixerim recurrendum, cum secundum Apostolum, alter alterius onera portare, & per charitatem spiritus seruire inuicem debeamus. Verumtamen tempore quo conuenticualia, uel alia iniuncta fieri debent, non sunt praeter licentiam specialia seu gratuita huiusmodi faciendae. Illa quoque quae ad quotidiana communium officiorum obsequia, uel ad proximi necessitatem non pertineant corporalem, quale est scribere in quaterno, & alia huiusmodi similia, maxime si occupationem prolixiorum inducunt, agenda sunt de superiorum assensu. Pro specialibus ad personam operantis spectantibus, siue ad carnis mortificationem pertineant, ut sunt uigiliae nimis longae, uel abstinentiae singulares, siue ad exercitium spectent operis manualis, siue uel per alium, faciendi licentia quaratur, sine qua religiosus suas singularitates facere non debet, quippe cui, nec corpus suum habere licet in propria uoluntate. Et quod sine permissione patris spiritualis sit, praesumptioni deputabit & uanae gloriae non mercedi. Nec potest sibi operari pro uolito, siue pro scribendo, siue alia faciendo, siue in rebus suo usui deputatis, ut sunt libri uestes, lecti, & alia huiusmodi pro alia immutanda. Incongrue quoque pro uno, res pluribus seruitura mutatur. Fit res frequenter ex mutatione deterior, & quod mihi studiose coapro, aliis dis-coapro. Haec de operibus. Nec tamen negauerim ad minima seu exilia quaedam, & uix reputanda alicuius momenti, solum sufficere consensum praetoratorum. Circa locutionem hoc teneant, ut coram superiore maxime in capitulo sine eius assensu praehabito, non loquantur: aliis de necessariis & honestis, loco, & tempore debitis, loqui, prout eis ordinatum fuerit, poterunt inter fratres. Locutio uero cum extraneis, siue seculare, licet fratribus obsequentes siue religiosi quilibet fuerit, fratribus nouitiis est praebitionis tpe penitus interdicta

Gala. 6.

Quae facere potest nactus ne licet

Quid dicitur pro prium.

A. 2.

Non respiciatur lato in tate licentia sua.

dicta sine fratre professo, qui omnia loquentis uerba, & respondentis audiat & intelligat, & de licentia speciali, sine qua nec ad portam, nec ad extraneos, ipsis indulgetur accessus. Personis tamen huiusmodi si occurrerint poterunt inclinare, uel si locus, aut tempus loquendi fuerit, & non poterint subterfugere bono modo eos breuiter salutare. Si de loquendo secum requiratur ab eis, respondere humiliter debent, se loquendi, aut morandi licentiam non habere. Nulla prorsus alia eorum audiant uerba, nec cum eis aliquatenus sedeant, uel ulterius commoretur, sed si locutionem necessitas exigit uel honestas, dicant ad eos, obtenta si poterint licentia, reuersuros. Valeat; recedendo potius faciant, quam morando. De licentia tamen huiusmodi praetato est cautius prouidendum, uel ab ipso tantum, uel ab eorum instructore (qui est eis ab ipso religionis ingressu specialiter assignandus) temper cum praesens in domo fuerit requiratur, ne a diuersis non absque uitandae confusionis periculo, minus prouide concedatur. Circa receptionem rerum, distributionem, & usum, quoniam a superiorum auctoritate dependent, duo praecipue subditis attendenda uidentur. Primum ut qui dat aliquid, illud ex officio possit dare. Secundum ut det quidem non secundum propriam uoluntatem, sed prout sibi a superiore fuerit constitutum. Nec superflue dixerim, ad officium attendendum. Qui enim non habet officium administrationis, nihil alijs debet commutare, uel in fraudem horum dimittere potest. Rursum ipsorum officialium officia, sunt distincta. Alijs namque necessarium rerum, non tamen procuratarum est distributio commissa, ab illis autem non est absque licentia, recipiendum aliquid speciale. Alijs autem iuxta diuersa rerum officia, communis distributio rerum committitur, ab his communia ipsa (si ordinariet, quando scilicet, & ubi, uel quomodo iuxta sui limitationem officij, distribuere debent distribuunt) licite recipi possunt. Qui uero extraordinariet postulat, ad licentiam superioris recurat. Praeter communia supradicta, quicunque rem aliquam occulte sine superiorum assensu recipit, habet uel utitur, a religionis delirat licentia, & quicquid habet, male habet. Porro cum illud proprium esse dicatur, de quo dispensare licet iuxta propriam uoluntatem, omni assensu alio circumscripto, non pauper sed dominus reputandus uidetur, qui rem quamcumque alijs distribuendo ut libet, sine superiorum auctoritate dispensat. Res sunt quidem communes, sed usus dispositio pertinet ad praetatos, ut per eorum curam singulari iuxta modum & regulam sibi a sanctis Apostolis constitutam, prout unicuique; opus fuerit, diuidantur. Usurpatus autem sine licentia rerum usus, culpabiliter temereque; presumitur, & prorsus illicite uendicatur. Statutum quoque re-

ligiosa mancipationis enadit, qui in usu proprio rem aliquam siue a parentibus, siue a quibuscumque alijs recipit, aut quod maioris est culpa, recepta occultans superiorum iudicio non exponit. Qui rem sibi collatam celauerit, sanctus Augustinus eum furti censet in iudicio condemnandum. Nulla enim res quam superior non dederit aut permiserit, est licita proprium abdicanti. Sunt qui oblata non sibi, sed praetato mox deferenda recipere licitum aestimant, sed regulari priuato receptionem occultam non dixerim esse tutam. In commodandis pro cohabitantium indigentia rebus, non est lex posita charitati. Possum rem fratri petenti exponere concedendam, non tamen impendere uendicandam. Proinde fratres nouitij nullatenus sine licentia, nec a se inuicem, neque a fratre, neque a quocumque homine, rem aliquam, siue tabulas, siue acum, siue aliquid quolibet accipere, aut dare attentent aliqua ratione. Sic nec literas ad se missas recipiant, aut aliquo casu receptas aperiant, quae a portitore uel eo qui receperit eas, prius debent ad superiorem, uel si superior ordinauerit ad eorum instructorem deferri. Sic nec rem alterius fratris usui deputatam eo inscio occupare licebit. Genus est furti, & plerique turbationis occasio, rem fratris usui deditam, eo si adsit inscio detinere. Potest fidelis seruus & prudens nonnulla pro loco, & tempore facere de tacito, uel probabiliter praesumpto superiorum assensu, ad ipsum denique; finaliter, acta quaeque; per aulum huiusmodi relaturus. De caetero quicquid religiosus boni facit, aut dicit, quod suo non nouerit displicere praetato, a uera obedientia merito non fraudatur. Felix haec seruitus, immo gloriosa libertas, quam quis sponte in regiam uenditis seruitutem, Deum & eius Vicarios potius quam seipsum, su per se regnare constituens, suae prorsus renunciat uoluntati.

De praesumptione tam in re quam in signo. Cap. V.

Presumptionem interiore, & exteriorem summopere fugiant. Interiorem ut sensum suum sensui non praefertant aliorum, nec de bonis sibi a Deo collatis inaniter extollantur, immo intantum caeteris se inferiores & uiliore, ex intimo cordis credant affectu, ut nec se aliquid etiam esse existiment. Nempet secundum Apostolum qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Neminem spernat, neminem iudicent, cum frequenter humanum fallatur iudicium. Et beato Augustino teste, saepe species facti se aliter habet, aliter animus facientis. Pie de omnibus quae occurrerint sentiant, licet rei non intelligant rationem. Omnia peruersa possunt peruertere mentes. Exterioris praesumptionis & superbiae nota, in omni d actione

Litae non uitis non sunt accipienda, nec legenda absque licentia maiorum.

Gala. 6.

Quid dicitur pro prium.



actione sua, gestu & uerbo summo studio fugiat, quae humilitatis sunt in omnibus amplexantes. Respectu actionis praesumptionem, in officijs & in locis euerent. In officijs praerogationis uel ordinis, aut in alijs quae aliquam uidentur superioritatem habere, nihil sibi usurpent. Liber a culpa non est, qui alienum usurpat officium. Praesente superiore, uel alio fratre maiore, quam ipsi fuerint ordine constituto, ad incipiendum extraordinarie officium, ad benedicendum cibum uel potum, ad dandum fratribus aqua benedictam, uel ad alia huiusmodi se nullatenus ingerant. Ad diuinum quoque officium, nequaquam post seniores, uel alios maioris ordinis gradu promotos, proprio legant iniectione, quonia quidem nullus omnino in minori ordine constitutus, post alium maioris ordinis permittendus est legere, nisi necessitate cogente, uel legentis ordine permutato, ut in aliquibus festis fieri solet, praeterquam in homilia, quantum ad primam lectionem, quam ratione Euangelij Diaconus legere solet. Lectiones autem quae de homilia superant, non sunt ab alijs facile, quam a sacerdotibus praesumenda. In choro pro dissonantia forte cantantium, uel ob aliam huiusmodi causam, manum ad formam percutere, in mensa ictu cultelli, uel quomodolibet aliter signum cum sono facere, ad eos quorum est super defectibus chori uel mensae intendere pertinet, nec humilimo di facile debent ab alijs usurpari. Multa tamen sunt superioribus licita, quae reprehensibiliter ab alijs praesumuntur. Adhuc quia nouissimum eligi locum, magister ipse humilitatis hortatur, locis semper nouissimis nouitij gaudeat. Superflitiose (his salua qui quasi pro communitatis zelo aliud dogmatizat) nunquam in choro uel mensa, uel alibi ad prima se ingerat loca, sed ad ea potius adeo caute sedula si ualuerint prouisione declinent, ut uix ab alijs perpendatur. Alias omnino caueant ne congregationis ordinem turbent, & fiat inter alios pro tumultu occasione notabiles. Cauendum proinde, ne dum nimis uitatur praesumptio, inordinationis accedat confusio. Vitanda ubique disconuenientia nota, maxime in conuentu. Locus superior, ad quem necessitas uel superiorum trahit inductione, praesumptionis uitium non inducit. Porro molesta est humilitas, quae contentioni deseruit. Si quando iuxta superiorem, uel alios seniores necessario sederint, non se nimis applicent iuxta eos. Iuniori siquidem aliquam a seniore distantiam reuerentiae ritus indicit. Antiquior autem frater in ordine, uel alius in officio preminens, licet aetate sit iunior, senior appellatur. Aetas senectutis, uita immaculata. Praesumptionem in gestu, elatum caput, sublimiores oculi, facies uultuosa, declarant. Nam ut ait Prosper. Erecta cernix, & truces oculi, & sermo terribilis, nuda superbiam clamant. Sed & quantum per mem-

Praesumptionis, atque superbia, indicia, atque gestus.

brorum ministerium potest deprehendi, prima superbia ostentatio, in oculis esse solet. Qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur: secundum namque Euangelium: Si fuerit tuus oculus simplex, totum corpus lucidum, contra, si nequam, totum tenebrosum. Praesumptio etiam gestus, in signis & nutibus frequenter agnoscitur, ut exempli gratia, si quis in choro uel alibi, pro fratrum defectibus satyricè nubilum uultuositatis assumat, uel leui chachinno, id est risu, uel motu capitis, oculorum circumlustratione, narium contractione, labiorum compressione, uel alio quouis modo, defectum fratris tacite arguat, uel subfannet. Si errante in choro, uel in mensa lectore submister aut circumspiciat, quasi eum legentis defectus non lateat, quod frequenter solent facere minus docti. In locutione notatur praesumptio, si quod dicitur non pertinet ad dicentem, aut dicendi modus aliquem superbiae typum praetendat, aut pro loco, tempore, & personis, fuerit a locutione cessandum. Propter primum, humilis frater de alienis factis inquirendis, se nullatenus intromittat, alios fratres docere, regere, arguere, uel eis aliquid imponere, non praesumat: quia hoc esset seniorum uel superiorum officium usurpare. Superbus autem (ut ait sanctus Bern.) prima die qua ingreditur habitare, incipit leges dare, potest tamen frater si super aliquo cum instantia requiratur, petentibus super interrogata humiliter respondere, uel insinuare quod sentit, ita tamen ut contra resistentes, dicta sua per incaciter nulla ratione defendat. Qui etiam alii superioris mandatum insinuat, super aliquo faciendo, mandati auctoritatem, cum humilitate proponat, ne quod denunciat, ipse imponere uideatur. Si proprium cogatur recommendare officium, nequaquam imperium imponens usurpet, sed id suppleri a sociis obsecratione humili obtineat. Praesumptionem ergo euitat prudens humilitas, praesumit tamen interdum humiliter, uiscerosa & prouida charitas. In modo loquendi, uitium praesumptionis inuicit, si illud quod dicitur, iactanter, impetuose, clamorose, contentiose, despectiue, uel nimis rigide proponatur. Suauiter enim, & humiliter est loquendum. Rursus qui loco, tempore, uel qui loco silentii, aut in superiorum seniorum aut conuentus praesentia, non comprimunt linguam suam, praesumptuosus & intemperas merito iudicatur. Loquitur in medio magnatorum non praesumas, ait sapiens. Et iterum. In medio seniorum non adicias loqui. Hoc praecipue intemperantiae, & praesumptionis est nota, si nouus frater in ordine, uel iunior quispian, seniore praesente sine ipsius nutu, maxime coram extraneis loqui, aut respondere praesumit, nisi ex officio uel commisso habeat prius loqui. Temperantia est (ait Prosper) quod praestamus loquenti seniori silentium, quod ipsius ad loquendum praestolamur imperium.

Matth. 6.

Signa praesumptuosum, secundum D. Bernardum.

Praesumptuosum, uel in locutione notum.

Eccle. 1.

Rom. 13. & 12.

Quibus & qualiter est reuerentia exhibenda.

1. Pet. 3.

Eccle. 10.

Eccle. 1. Eod. 1.

Irreuerentia duplex

rium. In praesentia uero conuentus, nullum conuenit loqui sine requisito superiorum assensu, nisi tantum se accusando, uel ad interrogata superiori, uel corrigenti ad mensam breuiter, & humiliter respondendo. Ut breuiter uoce sancti Bernardi praesumptuosum agnoscat. Prius ait in conuentu residet, in consilijs prius respondet, non uocatus accedit, non iussus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta, uilem se si non emineat aestimans, & humilem inter alios erubescens, in locis & caeteris quae honorem redolent, se quibuslibet alijs parificari contendit, audax ipse, ad quolibet sit frontuosus & impudens, quod est maximum uitium in neophyto & iuueni, religionis confusio, iuuenis praesumptuosus & effrons, reprehensibilis maxime in iuueni praesumptio, quem magis humilitas stabilis, uerecundia ornat, uenustat simplicitas, timor insignit, & aptum efficit disciplinae, cuius initium est. Qui sine timore est, non poterit iustificari.

De irreuerentia. Cap. VI.

Irreuerentia denique uitium, est humili Dei seruo uitandum, cum scriptum sit. Cui honorem honorem, & honore inuicem proueniens. Attenditur irreuerentia respectu personarum, loci sacri, & temporis, officij diuini, & rerum eidem officio specialiter ordinarum. De reuerentia praerogationis aut alijs fratribus, etatis, aut prioritatis, aut diuturnitatis in ordine, gratia, uel ob sacri ordinis gradum, uel pro uita merita exhibenda, Sanctorum dicta patrum, & uera humilitas quae non solum praerogationis & senioribus, uerum etiam aequalibus & inferioribus se spontanea subijcit uoluntate, plenius docent, & eius oppositum detestantur. Non senioribus tantum, immo & omnibus honorem Petrus Apostolus sentiebat exhibendum. Deferre humiliter socijs honorem, charitatis est fraternae fomentum: conscientiae bonae, illustrisq; animi euidentis argumentum, uix nisi socio deferas, cum ipso proficis. Est praecipue conuentui, & superioribus deferendum. Conuentus quidem uenerabilis, immo terribilis, ut castrorum acies Christi ordinata. De superiore sapiens ait. In medio fratrum, rector eorum in honore. Istis quanto maior est reuerentia exhibenda, tanto etiam maioris offensae arguitur irreuerentia circa ipsos. Sane committendo, & omitendo, irreuerentia ad ipsos nota contrahitur. Committendo, si coram eis inordinatum quippiam, deliberate attentetur. Unde non decet coram conuentu, in claustris uel alibi residente sine debita maturitate & honestate, quantum ad membrorum & habitus dispositionem transire, uel eidem transirenti occurrere, si ab eo ualeat commodè declinare, aut tumultum facere coram eo. Magnus

utiq; reuerentiae cultus conuentuali congregationi debetur, quem qui misitrat ionibus, seu chinnis, alia ue clamoris, uel dissolutionis lasciuia, soluere non ueretur, aut attrita fronte superbus, qui aetari silentio dedignatur, aut honestatis, aut religionis ignarus liquidò comprobatur. Quod autem superiore praesente agitur minus religiose uel dicitur, id sibi turpius, propter hoc qui mala in eius praesentia committere non ueretur, ipsum irreuerenti, & in honorare conuincitur, magis autem si eum scienter per alicuius insolentiam facti, uel importunitatem uerbi, temerario ausu molester. Immo de necessarijs docet beatus Benedictus, quae si qua requirenda sunt a maiore, cum omni subiectione, & humilitate reuerentiae requirantur, cum ipso autè praetato contendere nefas est, & execranda in subdito irreuerentiae turpitudine. Denique tam circa praerogationes, quae circa alios seniores cauendum ne in attractione, locutione, officiorum recommendatione, ac similibus, aliquid ad eos uel signum uilificationis appareat. Nunquam iunior frater ad senioris fratris caput, aures, uel faciem quasi applaudendo, uel ob aliam quamlibet causam nisi necessariam manum apponat, uel aliter eum eo facto uel uerbo, minus reuerentur iocetur. Quando seniores sibi praesentes alloquitur, & si forte aliquando eorum nomen proprium, ipsis quidem ex reuerentia suppressendum necessarium nominat, semper tamè cognomen subiceat, nisi propter astantes aequiuocum specificare cogatur. Seniorum auribus, nomen eius proprium uel cognomen, nisi ex causa iunior irreuerentur inculcat. Verum licet, in uilitatis notam nomen proprium exprimi, ex amore uel reuerentia superius scriptura inueniente nouerimus, sine uitio tamè palam senioribus ipsis exprimitur, quando irreuerentiae notam, mos modus, & congruentia redimunt. Sape quod erat incongruum, necessitas, gratia uel consuetudo conuertit. Sapit & uitium, si ad te uerbo uel nutibus superior accersis, ad quem est tibi facilis, aut liber accessus. Honestius enim ad eum cui reuerentiam debes tu accedis, quam ipsum ad te accedere facis. Nullus etiam frater est puro nomine appellandus, sed proprio nonni apponendum est semper religiosae praenominationis insigne. Sed nec solo cognomine, uel nomine patriae, puta Lombardus, uel Gallicus, frater est aliquis nuncupandus. Ad haec humilitas & laboriosa officia recommendare, coequalibus & iunioribus maxime conuenit. Quod autem suum quisque officium suo duntaxat compari, ut accollitus acolito, subdiaconus subdiacono, & sic de alijs, recommendet in officio specialiter diuino locum habet, ubi personarum non quidem acceptio uitiosa, sed ordinata discretio, iuxta cuiuslibet statum, & ordinem est habenda, ne ordinem (sancita patrum aucto-

Honestu habitus atq; membrorum cultus, debetur conuentui.

Horrendum facinus, contedere cum praetato.

Irreuerentia duplex



ritate) distinctio confundatur, propter hoc & si cantoris officium ad fratres nouitios nullo modo pertineat, si tamen ad hoc per superiorem cogantur, caute provideant, q̄ lectiones, responsoria, & antiphonas, distribuunt ordinate, ordinu gradibus obseruatis. Primas antiphonas maioribus, prelato uel hebdomadario, uel seniori alicui sacerdoti, uel quando mos habet minoribus, in uesperis nocturno, & laudibus offerentes, deinde post unum uel duos si oportuerit fratres gradus eiusdem, ad alios ordinate secundu gradus ordinum procedunt. Nec facile diuersorum in ordinibus graduum, fratres combinent, aut minora officia in maiori ordine constitutis imponant. Prius quoque ordinatos alijs preferendos, iura decernunt. Si praordinatori rarius deferunt, ordini tamen semper deferre non omittant. Nunquam ordinum confusionem in choro religionem putent, cum id magis abusionem irreuerentiaq; obnoxium esse constet. Omnia inquit Apostolus, honeste & ordinate, fiant in uobis. Et in Paralip. de ministris Domini dicitur, q̄ stabant secundum ordinem suum in ministerio. Siquis sedilium chori duntaxat ordinem, si ne alio personarum delectu, in huiusmodi asseruat obseruandum, penset si a carpentarijs constructus lignorum ordo in sedibus, sit ordini preferendus Ecclesiastico. In personis seruandum in Ecclesia Ecclesiae ordinem, decreuit auctoritas, aq̄uitas, & honestas.

Omittendo nota irreuerentiaq; iurrit, q̄ senioribus, & maxime platis, honor uel obsequiu debetur, aut i obsequio ipso negligit reuerentia exhibere, aliqua de hoc potius expressione patebit. Honori quis detrahit si eis humiliter non assurgit, uel eis assistentibus ipse sedet si deficientibus in choro, uel alibi sedibus, locum eis non offert, si eis in choro, in mensa, in sedendo, eundo, & huiusmodi, si commode potest non cedit. Obsequio detrahit si haec eorum personis, quando palam egent non exhibet. Si eis in aliquo humili, uella b orioso officio in sui presentia occupati, se ad id sciendum uel coadiuuandum non exhibet, si quod ad se ex officio pertinet eis faciendum dimittit. Expedi itaq; ut iuniores fratres senioribus fratribus humiliter deferentes, eos in his, quae pure sunt oneris non honoris agenda, siue ad officium diuinum pertineant, siue ad alia humilitatis officia studeant praeuenire. Ad prouidendum de lumine, ac libris in choro, & extra, ad officium Beatae uirginis quantum ad inuitatoriu, & lectiones cum plane dicuntur, officium quoq; mortuorum quantum ad primas lectiones, nec non ad horarum uersiculos, ubi ad haec dicenda praesens non fuerit, specialiter aliquis assignatus, ad offerendum aquam pro manibus ablundis, ad leuandum mensas finit gratijs, & ad ministrandum celebrantibus & altari, quotiens necessarium fuerit ex officio suo, siue in minori-

bus, siue in sacris fuerint ordinibus constituti solliciti sint, & prompti, nec ista aut similia, senioribus facienda derelinquat. Erubescat Diaconus uel Subdiaconus uacans & obtendens officium, quod apte potest dimittere, uel differre, sacerdote ad missam uice Diaconi, uel Diacono pro Subdiacono ministrante. Nec magnum est, si hebdomadas casu continuet. Grauiora passim continuantur officia. Debetur cuilibet ordini gradus suus, nec confundi sunt, huiusmodi gradus, nisi forte aliud congrua interdum ca deponat. In obsequijs eoru maxime, q̄ uice Christi nostrarum sunt animarum custodes, non est reuerentia omittenda per capucij abstractionem, dum eis ministramus, aut loquimur, quae per humilem corporis inclinationem pro loco, & tempore, uel alias per humilem obsequendi modum ostenditur. Superbus autem, ut ait Prosper, non obseruat in obsequijs reuerentiam. Stolidis quibusdam decretum est nulli deferre, discretionem personarum & gradum non curare, curantibus nunc adulationis, nunc acceptionis personaru crimine impingere uaniqu; ad modum, & confusionis amicis, ut superioribus de superbia caueant, sibi non cauent. Fecum enim irreuerentiae uitium, pro religione ostendunt. Humilitatem maioribus exhibendam, Euangelij sanctio, & professio nostra commendat. Nusquam tamen ut recolo, superbiam alijs, seu temerariam paritatis usurpationem indulget. Seniorum est utique ut humiliter sentiant, uenerationem non appetant, humiles se alijs ac sociales exhibeant. Sapientis est consilium, quantum magnus es humili te in omnibus. Sapientia uero praecipuum. Qui maior est uestrum fiat sicut minor. Et Petrus cum dixisset. Adolescentes subditi estote senioribus. Pro utriusq; intulit. Omnes inuicem, humilitatem insinuate. Caeterum cum omni indifferenter persona, humilitas sit quaedam turris fortitudinis a facie inimici. nescio quo pacto tamen uis eius maior est in maioribus, & clarioribus clarior comprobatur. Porro non solum respectu personarum, ut dictum est, uerum etiam respectu loci, ut est Ecclesia, maxime circa altare irreuerentia est uitanda. Circa altare, ut cum ad ipsum acceditur, maturior & humilior gestus accedentis, & maxime ministrantis deuotionem ostendat, nec aliquis cum impetu, uel inhoneste accedat. In Ecclesia uero cauendum ne quamuis extra canonici tempus officij, loquendo, uel ridendo, uel aliquo quouis modo minus honeste aliquid fiat. In aulam Regiam ingressurus ait Sanctus Chrysofost. oculis, incessu, & habitu; te componis, & in Ecclesiam ingressurus, quae uere est aula Regia rides? Est etiam sacro tempore, hoc est dominicis diebus, & solennioribus defendendum, ut in eis a communi operum occupatione cessetur, & diuinis officiis at-

Lib. insti. Monasti. 64.

Stoliditas nota.

Rec. 3.

Mar. 10. 1. Pet. 5.

Irreuerentia in Ecclesia, Altari.

Festorum dies non tenentur legendi.

is attentius insistatur. Nam ut ait Hugo. Festi dies aliud studium, & alium modum conuersandi exigunt, atq; alium hi in quibus licet operari exposcunt. In illis (inquit) nos oportet, ad celebranda mysteria diuina deuotius intendere, atq; in orationibus diutius perseuerare, oem deniq; actum & omnem motum cordis pariter & corporis, diuino ministerio mancipare, atq; ut ita dicam, quadam conuersationis nouitate festos dies honorare. In caeteris uero diebus, in quibus operari licet, nullus omnino ociosus apparere debet. De irreuerentia in diuinis officijs, & rebus ad ea spectantibus uitanda, infra per reuerentiae positionem agetur.

PARTICVLA SECVNDA.

De disciplina in generali. Cap. I.



ICTO de preparatorijs ad disciplinam, & aliquibus eius effectibus incidenter, sequitur ut de ipsa plenius exprimamus, quae uetustate deposita, animoq; contra hostis insidias habilis, super ra dicem humilitatis consurgit. Primum in generali quid sit, quae sit eius utilitas, qualiter ad eius perueniatur notitiam, & de ipsius custodia, deinde in speciali dicamus. Disciplina est ut ait Hugo, conuersatio bona & honesta, cui parum est mala non agere, sed sicut etiam in his quae bene agitur, per cuncta irreprehensibilis apparere. Item disciplina est omnium membroru motus ordinatus, & dispositio decens in omni habitu & actione. Audistis (inquit) disciplina quid sit. Nunc attendite quam utilis & necessaria sit. Disciplina est, malorum desideriorum carcer, frenum, lasciuia, elationis iugum, quae domat intemperantiam, leuitatem ligat, & in ordinatos motus mentis suffocat. Sicut enim de inconstantia mentis nascitur inordinata motio corporis, ita quoq; dum corpus per disciplinam stringitur, animus ad constantiam solidatur, & paulatim intrinsecus mens ad quietem componitur, cum per disciplinam custodia, mali motus fores fluere non sinuntur. Sed qui statum mentis perdit, subsequenter fores in inconstantiam motionis desluit, atq; in exteriori mobilitate indicat, q̄ nulla interiori radice subsistat. Unde per Salomonem dicitur. Homo apostata uir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Scieriam quae ad institutionem recte & honeste uiuendi pertinet, multis modis hominem colligere, & comparare sibi oportet, partim ratione, partim doctrina, partim exemplo, partim meditatione sanctorum scripturarum, partim assidua inspectione operum & morum suorum, hoc nouissimum maxime fortassis praeter ceteris necessarium, ut sic scilicet homo in omnibus operibus suis, sit circ-

Quid est disciplina

Quam sit utilis.

Prou. 6.

Examini di sepius actus, & mores, ei qui uelit in bono proficere.

conspectus & prouidus, & quotidiana discussione cogitationes, locutiones pariter & facta sua, apud semetipsum examinet. Sapientes semper quippe agendo discunt, & per exercitium bonorum operum, quotidianis profectibus maiorem uirtutis agitionem excrescunt. Per experientiam namq; eorum quae faciunt, ad ea quae postea agenda fuerint cautiore fiunt. Et quauis in nullo loco disciplinam suam homo desereat, diligenter tamen & magis solliciti ibi est seruanda, ubi neglecta generat scandalum, uel custodita bonae imitationis exemplum. Hinc discernendum erit, quae sint illa quae in disciplina custodienda nunquam intermitteri, & quae rursum illa sint quae pro loco, & tempore, nunc intermitteri, nunc exerceri uolunt. Sape tamen etiam illa quae in publico necessaria sunt, prius in secreto exercitationis usum exposcunt, q̄ & si prorsus ea in occultu negligimus, uti postmodum eis dum opus est in publico non ualeamus, & tunc aut prorsus a disciplina deficientes intuentibus scandalum facimus, aut inepte id quod in nobis non est, simulare conantes, irrationem excitamus.

De disciplina in speciali. Cap. II.

AM de disciplina in speciali inter fratres & extraneos seruanda, uidentur. Inter fratres primum de disciplina circa spiritualia quaedam, deinde circa corporalia. Circa spiritualia uero, primum quantum ad amotionem mali, & quantum ad positionem boni. Quoad amotionem mali, erit primum de disciplina circa confessionem priuatam, deinde circa publicam attendendum. Et cum disciplina per Hugonem, ut dictum est, bona & honesta conuersatio describarur, in dicendis de ea ad bonitatem simul, & honestatem, considerationis est oculus dirigendus.

De disciplina circa confessionem priuatam. Cap. III.

DE quotidianis offensis sine quibus haec uita non ducitur, facienda erit confessio, de priuatis priuata, de publicis publica, & nihilominus quandoq; priuata. Attendendum de confessione priuata, quibus, quotiens, q̄, & ubi fieri debeat, & quae sit circa ea nouis fratribus disciplina seruanda. Debent superiori, uel si ipse ordinauerit instructori suo & non alij, nisi in eius absentia ei tantum quem superior, uel instructor, de superioris assensu eis duxerit assignandum, tribus uicibus in qualibet hebdomada, uel pluries secundum q̄ necesse habuerint, in dicto sibi tempore, & loco pro sacramenti reuerentia cum diligentia confiteri. Nunquam eis placeat uicaria in confessione confessoris mutatio, ut nunc uni confiteantur

Disciplina remouens malum.

Circumstantie in confessione priuata seruandae.



tur nunc alteri, quin potius si quando id cogat necessitas, notabilia deinde ad principalem referant confessorem. Causa tñ deuotionis, eadem pluribus possunt confiteri. Alter non est confessio ordinata, seu pura uarios querere confessores, sit tñ salubriter ut cui de peccatis prateritis semel generaliter quis est confessus, de quotidiana etiam confiteatur eidem, uel nouo si haerit curatori suorum denuo uulnerum, perfecte aperiat corruptelam. Disciplina circa confessionem discretio, puritas, & reuerentia probant. Habeat discretiois cautelam, ut antequam ad confessionem accedat, diligenti super confitendis consideratione praehabita, offensas prius suas speciales, deinde alias seriatim, & breuiter sine culparum & uerborum replicatione inutili prosequentes, confessionem suam sub prima & ultima culpa nominatione concludant. Aliqua tñ deuotioni interdum, uel conscientiae replicatio indulgetur. Sit & pura confessio, ut confiteatur simpliciter & deuote sine excusatione, sine accusacione, sine nominatione alterius, de quibus conscientiam haberit remordentem. Nec specialia passim sub generalitate pertranseant. Tentationes suas, & cogitationes malas nulla ratione occultent, non contemnunt modica, ne paulatim defluat ad maiora. In domo qua sub intras radius solis illuminat, quantumcumque licet fuerit premundata, a homi nihilominus diligenter intueri apparent, sic & cor radijs gratiae illustratum etiam minima uidet, ac uiciorum laqueos subtili examinatione discernit. Quando quis fuerit mente purgator, tantò se fordiosiore uidebit, & maiores causas humilitatis inueniet. Deponendè tñ sunt scrupulositates quaedam superfluae, quae conscientiam in erroris confusionem inducunt. Reuerentiam non solum interiorum uerumetiam exteriorum, decet contentem habere, ut suo deferens confessori, se illi siue in eleuatione capitis, siue in alia corporis dispositione (si commode uitare poterit) non coquet, sed flexis genibus dum confitetur, nudato ac dimisso capite, sit humiliter coram eo.

De disciplina circa confessionem publicam. Cap. IIII.

Offensa publica, publicam (ut dictum est) confessionem requirunt. Circa quam attendendum est eis, ubi, de quibus, & qualiter fieri debeat. Confessionem huiusmodi facere debent, aut coram superiore in capitulo professorum si adesse liceat, & sit moris, aut coram instructore suo, quando tenet eis capitulum separatum, aut alibi priuata coram aliquo, uel aliquibus, si priuata offenderint coram eis. Antè omnia si per ceperint se facto uel uerbo, aliquem uel leuiter offendisse, antè confessionem, uel somnum eum humili studeant satisfactione placare, & in peritione uenia praenire, ne alius praeue-

niens de manibus eorum humilitatis mercedem subripiat. In capitulo professorum statim post ptiola recommendationibus factis, se de manifestioribus & maioribus offensis accusent. Deinde ipsum capitulum insimul exituri, & ad locum sibi determinatum, ad quem non sit secularium accessus ituri. Mos tñ iam apud multos proinde abnuat, fratres nouos in capitulo satis facere professorum, sed pro eorum offensis suis ibidem proclamatur, seu praemonetur instructor. In secundo capitulo, uidelicet instructoris, quod debet eis tenere duabus uicibus, uel pluries, si superiori uidebitur in qualibet septimana, super praedictis si in primo capitulo non fuerit satisfactum. Alioquin, super notabilibus, & apertis (iuxta eiusdem instructoris monitiones) offensis, & negligentis se accusent. Qui super his de quibus sibi expedire uidebitur, eos charitative corripiens, prout cuiusque moribus uidebitur expedire, salutaribus debet instruere documentis: considerans diligenter utrum Deum querant ex animo, si sint ad orationem uigiles, & ad diuinum officium solliciti, si ad iniuncta faciles, & deuoti, si ad correctionem & opprobria patientes, ut sic de moribus eorum, & proposito habeatur plenior certitudo. Matrem se illis in lenitatis dulcedine, patrem in correctionis celsura exhibeat. Sit seuerior iudicio, q̄ sermone. Qui dulcis est eloquio, maiora reperiet. Nec oportet quod eis poenitentiam coram toto conuentu publice faciendam, sine conscientia superioris imponat. Postmodò ut disciplinato, & debito modo fiat huiusmodi confessio, debent circa eam honestatem, cautelam, & humilitatem seruare. Honestatem, ut culpa narrationem nudo capite, & non rideo, non circumspectando, aut cum manu aliquid faciendo, sed iunctis manibus potius, uel aliter honeste dispositis exequantur. De cautela, dictum est in capitulo praecedenti, quam in hoc praecipue habeant, ut se paucis uerbis expediant, & in culpa sua nullum alium, q̄ se ipsos inuoluant, quod & cautelam, & puritatem concernit. Humilitatem habere debent, in gestu corporis, & in uerbis. In gestu quidem, ut ad terram (iuxta fratrum consuetudinem) se prosternant humiliter. In uerbis autem, ut uerba subiectionis, & poenitentiae, nullam sint omnino notam superbiz, uel impatientiae continentia. Quando in capitulo uel extra nimis austerè, uel minus iuste super aliquo arguuntur suo iudicio, non turbentur animo, sed potius pro fratrum diligentia circa ipsos, qui quos amant arguunt & castigant, & exercitio uirtutis oblato, in Domino gaudeant, & exultent: ad uerba, & uerba propter Christum gratanter, & humiliter parati sustinenda. Et licet fratres professi, aliquando propter infirmos prouide duxerint abstinentiam, ne qualibet offensa reprehendant eos indifferenter, aut nimis superbe: quis pie, ut si quid in eis reprehensibile uiderint, suo consultius denunciet instructori.

Monachis uisus ad obseruandum sed minus rō fratrum alius est mor.

Dictū notabile, Beati P. nostri Francisci.

Defectio recognoscitio publicae quae scienda.

Orationis metherodus, ac pulcherrima forma.

Instructori. Ipsi tñ fratres noui tñ, ab oibus corripiti & ab oibus erudiri affectent. Qui nō uult corripiti, non uult corrigi, ait quidam. Admoneberis (inquit) libenter reprehenderis patienter. Probata siquidem patientiae uirtus, reddet eos Deo, & fratribus gratiosos. Culpam suam nullo modo defendat. Nimirū (ut ait beatus Gregorius) que defenditur culpa, geminatur. Sed si sentiunt se immunes, satisfactioe semper quātūcumque fuerint innocentes humiliter praebitata, possunt innocentiam suam cum reuerentia tamen corripiti ostendere, si requisiti fuerint, aut permisi. Vnde Sanctus Franciscus. Beatus seruus, qui nō est uelox ad se excusandū, & humiliter sustinet uerecundiam, & reprehensionē de peccato, ubi non commisit culpam.

De disciplina quoad positionem boni. Cap. V.

Congruit iam de disciplina, quoad positionem boni, aliquid tangere. Et primò de disciplina circa informationem cordis, ad quam est lectio illuminas intellectum, & oratio accedens affectum. Secundo circa exercitationem, ad quam diuinum spectat officium. Tertio circa excitationem operis, ad qua spectat altaris ministerium.

De disciplina circa cordis informationem, & primò de oratione. Cap. VI.

Insistent orationi frequenter, non solum in oratorio, uerumetiam ubicumque fuerint cum ipsi sint templum Dei. Aut certe in lectis, occulte ac sine perceptibili sibilo. Quippe tantò securior, quantò secretior existit oratio. Et quasi capitulum sibi metipsis renentes, in quo proficiant, nel deficient, quotidiana secum discussione perquirant. De uocatione sua, & innumeris beneficijs saluatoris, gratias ei debitas tora mentis deuotione soluentes, quod inchoauerunt bonum, ab eo perfici instantissima oratione deposcant. Nec solum pro se, uerumetiam pro alijs tam uicinis, q̄ mortuis orent, & quasi quodam memento sibi constituat. Poterit oraturus primò de laude Dei incipere, hinc impensa sibi beneficia memorari, deinde necessitates quas patitur, & defectus exponere, postmodò humiliter postulare. Ordo tamen & modus quem Spiritus sanctus suggerit, est seruandus in oratione, & qui affectui magis sapit. Ad orandi studium, meditatio prouocat, & informat. Hugo dicit. Sic orationi sancta meditatio necessaria est, ut omnino perfecta esse oratio nequeat, si eam meditatio non comitetur, aut praecedat. Nam & qui mala sua considerare negligunt, aut nihil petendo, facile pigrorantiam falluntur, aut certe minus q̄ oportet dignè petendo, per desiderium tepescunt. Quando homo magis mala sua intelligit, tantò amplius suspirat & gemit. Primum ergo necesse est, ut si

prudenter & utiliter Deum orare uolumus, animum nostrum iugi meditatione exerceamus. Et in consideratione miseriae nostrae discamus, quid nobis necesse sit perere, & in consideratione misericordiae Dei nostri, quo desiderio debeamus postulare. Istis duabus alis, scilicet miseria hominis, & misericordia Dei Redemptoris oratio subleuatur. Sit autem semper deuota, quae oportunitate inuenitur, frequentia foueatur. Deuotionem, intentio, diligentia, puritas, & affectio probant. Tota mentis intentio a curis exterioribus reuocata, orationis est uigilantiae applicanda, ne aliquid aliud praeter id solum quod precatur, animus cogitet. Vnde Isido. Non est laborum, sed cordis oratio. Dum orant sic semetipsos considerent, tanq̄ presentatos Dño maiestatis. Negligentes autem orationes, nec ab ipso homine impetrare ualent quod uolunt. Et non in multiloquio, sed in puritate cordis, & compunctione laehrymarum, nos exaudiri sciamus. Et ideo breuis debet esse & pura oratio, nisi forte ex affectu inspirationis diuinae gratiae protendatur. Quanto uerò timore, seruore, & reuerentia, sit Dño supplicandum, insinuat qui docuit, nunquam sine gemitu esse orandum. Oportunitas loci, & temporis, quietis motuum interiorum, disposita affectionis & ocij ad orandum non transeat ociosa. Qui oportunitatem deserit, oportunitas eum fugit. Isidorus. Oratio priuatis locis opportunius funditur, cum Deo tantum reſte deprecatur. Proderit ergo aliquando ad obtinendam compunctionem, si ita semoti fuerint, ut puras manus ad caelum leuando, etiam suam interdum audiant uocem. Nonnunquam etiam ad subleuandam intentionem in caelum suspiciant, ut corpus pariter & animus tendatur ad Dñm, & ibi sit cor ubi est thesaurus suus Dñs Iesus Chrs. Ceterum mane, & uespere tps est orationis opportunum, quod penitus peculiari uacuum oratione si uacat, culpabiliter praeterit. Maxime autem cū pfandum nocturnos sopor indicit silentium, tunc plane liberior erit puriorq̄ oratio, nullo tunc turbata clamore, nulla aspicientis laude tentata. Sic mentis tranquillitas, & quaedam spontanea qñq; animi propitudo, immò inspiratio, q̄ se offert, ocij, libertas, non innoxia negliguntur, q̄ et iā si deserint, labore sunt quodam ac studio coporanda, psalmorum, hymnorum, sc̄torum meditationū, & genus sexionis instantia, deuotionis est spūs excitandus. Ocij si desit sicut ad cibū corporis, ita quoq; ad refecionem animae est uendicandū. Sicut. n. carnalibus cibis alitur homo exterior, sic deuotis orationibus homo interior pascitur, & nutrit. Porro deuotus quisq; uix oportunitate fraudat. Deū quē ex aīo querit ubiq; in uocans inuenit, ignauus & tepidus, nec in ipso ualet oratorio orandi affectum inuenire. Plorat in conuiuio Magdalena, nec etiam praesentia eā impedit conuiuiarum. In ipso autem templo, desipit ipse Pharisaeus. Est autem frequenter

Orationes alix binx.

Gemitus sit orationis indiduuus comes.

Tempus ad orandū opportunū, atque praecipuū.

Deuotionis spūs, quo excitetur.

Luc. 7.

Luc. 18.



Oratio nis uis, eiusq; utilitates. Biblio
 orandum, quia oratio est hostis flagellu, pctoris subsidium, proximi solatium, Dei sacrificium. Frequens oratio uitiorum impugnationem extinguit, in oratione datur uoluntas bona. Oratio gradis est munitio animæ. Quamobrem post horas canonicas, antequam oratorium exeant, aliquid laudis, uel orationis gratuitu Deo munusculum offerant, quem frequenter per negligentia, in officij debiti exhibitione offenderunt. Atueant huic consuetudini sancte frequenter insistere, & constanter, motusq; animi refugos dicant Deo, uel paululum applicare.

De diuino officio addiscendo. Cap. VII.

Animæ pabulum, lectio sacra.
 Lectioibus quoq; diuinis est aia nutrienda, idcirco illis qui primò circa diuinum officium addiscendum, prout infra dicitur, exiterint diligenter per instructionem imbuendi: scriptura est aliqua ex sacra pagina ad morum informationem conueniens prouidenda, potius spualis consolatio nis habenda, q; studij gratia. Nouorum studium fratrum, in orationis instantia, in diuini exercitio officij, & fratru obsequijs maximè debet esse. In electione itaq; si qua sibi permitti contigerit, non magis quarant scientiam, q; saporem. Hauriendus est saps de lectio nis serie affectus, & formanda inde oratio, quæ lectio ne aliquando interrumpat, hoc modo diuina lectio, confert intelligentiam salutare. Et scientia quæ pro uirtute despicitur, per uirtutem postmodu melius inuenitur. Certis aut horis certæ lectio ni uacandum est. Fortuita lectio, & quasi casu reperta nõ ædificat, sed reddit instabilem animam. Ceptis est ingenium immorandum, & asuefaciendus est animus. Fastidientis est stomachi, multa degustare. De quotidiana lectio ne, aliquid quotidie in uentre memorie dimittendum est, quod fidelius digeratur, & rursum reuocatum crebrius ruminetur, quod proposito conueniat, quod intentioni proficiat, quod detineat animum, ut aliena cogitare non libeat.

De diuino officio in generali Cap. VIII.

Estat de officio, prout est in addiscendo, deinde prout est in exequendo uidere. Addiscendum est diuinum officium maximè in principio diligenter. Et licet de totali officio, & ordinis eius usu seu forma, notitiam habere oporteat. Sunt tñ quædam cõmunia. scilicet officium Beatæ Mariæ uirginis, & mortuorum, cõmune de Sanctis, cum Psalmis, hymnis, & ceteris omnibus ad illud spectantibus, lectio nibus tantum exceptis, prima, completorium, & pretiosa, capitula, & preces, & suffragia horarum ferialiu, absolutio nes, & benedictiones, quæ in matutinis dicuntur, hymni, ferie, laudumq; psalmi, & cantica, benedictio quoque mensæ cum gratijs,

necno & psalmi primæ dominicalis, omnes etiã psalmi a centesimo nono usq; ad ultimũ, nisi totu (quod magis expedit) dicatur psalteriu, sunt cordetenus addiscenda, & menti per exercitium artius imprimenda. In sabbatis quoq; & præcipuarum solemnitatũ uigilijs, præuidendum est diuinum officium, tam in litera, q; in nota. Quotiens autem extra chorum cantatur, propter honestatem, & ne oratibus, uel studentibus fratribus impedimentum præstetur, uocem in cantu deprimi decet, & post refectionem præcipue, in uerbis modestia congruit obseruare. Antè sumptum cibum, ut ait Hugo, magis hilares esse conuenit, ne ipsa nostra abliuentia grauis & molesta uideatur, post uerò magis modestos, & tacitos, ne per gula uicium crapula nos inuasi uideatur.

De disciplina officij in choro. Cap. IX.

Ad disciplinam in diuino officio cũ in Ecclesia dicitur obseruandam, reuerentia specialis, diligentia quoq; & honestas præcipue requiruntur. Reuerentia tam interior, q; exterior est habenda. Interior ut timore & humilitate, tanquam Deo uisibiliter præseste psallamus. De hoc ait Beatus Bñdictus, ubiq; (inquit) credimus diuinam esse præsentiam, maximè hic sine dubitatione aliqua credimus, cum ad diuinum opus assistimus. Ideo semper memores simus, quod ait propheta. Seruite Domino in timore. Consideremus qualiter oporteat nos in conspectu Diuinitatis, & Angelorum eius assistere, & sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet uoci nostræ. Reuerentia exterior in hoc attenditur, ut deuotè inclinetur, & quando standum fuerit stetur, fiat etiam prostratio quãdo fuerit facienda, de quorum disciplina infra tanget. Est & reuerentia, ut in officio ad ea quæ more agente singulariter unus dicit, puta collectas, uersiculos, & alia quoq; huiusmodi, caput nudet, nempe quæ ab uno duntaxat in Ecclesia de more dicuntur, nudato capite etiam habent dici extra chorum. Orandum secundum Apostolum capite non uelato: saltè ubi solenni aliquid distinctione pferatur. Nudi quoq; reuerentia capitis uel uerticis, deuota quædam in officio ueueramur, uerũ irreuerens nec solennia, nec alia de uota discernit. Diligentiam in officio probat strenuitas quædam, prudensq; sollicitudo, habens circa necessaria prouidentiam, & contra impedimenta tutelã. Strenuitas corporis inertiam fugat torporis, dormitationes quas pigritudo nutrit, non patitur. Et quippe intenta supplicatio, dormire cor mundum uetat. Dormitatio in officio tunc maximè imputatur, & omisi dicitur restitutione officij redimenda, quando manuum in sinu tenendo, uel segniter appodiando, ei occasionem quis prestat, aut subreptem uiriliter non repellit. Prouidentia respectu re-

Plal.

Reuerentia exterior.

1. Cor.

Quis debitus est legedi in choro seruandus.

rum prouidentiarum & dicendarum attenditur, ut uidelicet libri & alia necessaria ad officiu pparentur tempore oportuno, legeda quoq; & cantanda studiose antè præuisa, qñ & quò sint dicenda dicantur. Debitus legendi & cantadi modus est, ut nec nimiu festinet, nec nimia fiat aut inæqualis protractio, sed cum pausantibus statim pauet, ut uox unius uix inter alios discerni possit. Cautela deniq; est necessaria, ut eorum q; diuinum officium impediunt occasiones uitentur. Ea propter dum officium quis dicit, nõ debet studere, aut per libros respicere, aut alicui (si uitari possit) occupationi uacare, siue in lampadibus præparandis, siue in quibusdam alijs, q; usq; post officium commode differri possunt. Indignum quoq; in diuino officio uenandis uermiculis & mastrandis intendere, quibus palã in oratorio digitos aut ligna fedate, frons inuerecunda non metuit. Honestas in choro, in exterioru actuum granitate, in corporis decenti & uniformi dispositione accipi potest. Sanè in populo graui laudatur Deus. Grauitas autem inquietudinem, dissolutionem, & tumultum excludit. Inquietudo in motu membrorum consistit, siue captis in circu agendo, siue oculorum in circu spiciendo per chorũ, uel alibi ad librũ potius, & pro psalmis uisitatis tenendis, uel ad terrã pro uagis arcendis respectibus mentis, non medio criter uagationem causantibus urgendum, siue manuum in fricando uel uoluendo librorum folia curiosè, uel aliud superflue faciendo, siue pedum in discurrendo, ut siquis oratorium frequenter exeat, aut per chorũ friuolis occasionibus inuentis discurrat. Tunc etiam utilia sunt aliquotiens differenda propter uitationem discursus. Dissolutio uerò in uerbis aut risu, quibus in choro uanissimum est dissolui, uerum & in cantu considerari potest, ut siquis punctos in nota nunc diminuens, nunc p suo libitu addens muliebriter frangat, aut in falsetum extollat, quod est cunctis & maximè nouis fratribus omninò impertinens. Nũquam in choro altius ceteris cantent, sed communem psallentium uocẽ teneant. Ridiculum etiam si altiori ceteris uoce qui cantans, post dictionem, uel syllabã ab illa uocis altitudine recidens, uel eam per interpolationes resumens, non continet quod incepit. Tumultus in choro per uocis susurrum, per importunitatẽ spuendi seu excreandi, seu per impetuofam eleuationem uel depositionem sediliam fieri solet. Quod turpe sit in choro susurrum palã est, nescit tñ indisciplinatus, & leuis, lubricam linguã a sibilis uel musitationibus cohibere. Vitanda quoq; est in couertũ orõ sibiliosa. Inepa orõ quæ una plures, & saps deterior impedit meliores. Est etiam caute uitadum, ne dum singulariter aliqua dicuntur in choro, ut collectæ, capitula &c. notabilis spuendo uel excreãdo sonitus hat, usq; dum capitula ipsa, collectæ uel lectio nis periodus compleatur. Circa hoc etiam dum prædicat aut

legit, similis si est oportunitas obseruanda. Sedilia debent uerò non paslim cum pede sed cũ manu eleuari, & caute deponi, ne aliquis ex hoc sonitus in domo Dei audiatur. Congruè tñ, lectio ne uel epistolã incepturus expectat, quousq; cõfederibus fratribus, sediliũ si quis fuerit tumultus quieuerit. Ad hæc, honesti fratres in corporis dispositione decenter, & uniformiter sint in choro. Deceter, q; sine uaga dispositione uel turpi. Vaga ut quãdo chorũ ingressi, uel intrante uel astate couertũ, nũc segniter resident, nũc stãtes quidẽ hæc & illac membrorum & languentiũ incõgrua quãdã exagitatione se girãt, nũc statuz istar stallo affixe, tantũ e regione dispositi, uelut sui oblitri, nec ad altare demissis ut decet luminibus antè inceptum officium oraturũ se uertunt, uel alias irreligiosè disponunt, sed nudato et aliquid capite circu quoq; ut certius in saltu, uel ruralis in theatro, giro uagãdo respectibus oculos in aduenientiu, uel coactũ uultus infigit, suoq; indisciplinato intuitu, quã ipsi negligunt collateralium etiã orõnem impediunt. Turpis erit si sine ibi molliter aut remissa se in stallis suis brachijs tibiũq; resolat, notabiliter incuruãdo, aut in partem unam penitus ut possunt, protenso in alteram corpore accubando, ut lecti mollitiẽ que rare uideantur, aut dum ad altare uersi super lignum quod stallum diuidit, se inclinent extensio ne scapularum, uel capitis anterioris stalli spatium occupando, & tergum ad retrõstantem soctum protendendo, aut dum sedet pedes suos usq; ad scabellum forma, contiguum licetius extendendo. Norabilis tibiũrum extensio uel dilatatio, dum sedeẽ minus honesta est. Indecens ergo que uaga & turpis est dispositio, immò difformitas, utrobq; sed maximè in Dei officio, couertũ assistere uitanda. Honestos poia exigit mores, conuenientialis honestas. Vniformitas est in prostratione & inclinatione specialiter, q; in alijs generaliter obseruanda. In prostratione, ut non alius subtus formã chori & alius super sedile, sed omnes supra dictam formam uniformiter se psterant, & operto capite silenter orẽt, ne impediat circumstantes manu ad genas accubitando nunquã applicata, aut brachijs extra eandem formã extentis, sed super ipsam honestè & humiliter dispositis. In inclinatione, ut uniformiter apud omnes sit tempestiua, deuota, sufficiens, & honesta. Tempestiua quidem, ut inclinaturus surgendo & eleuando sedile, tempus uel paululum inclinationis præueniat, ut uerbi causa, qñ post psalmũ fuerit inclinãdu, uertus ultimi sine iam acceden te surgat, quatenus deinde liberè inclinet, uel certè inclinationem sedis a pratio subsequat. In inclinatione uerò debet deuotio apparere, ut fiat humiliter, & profundè. Non est deuoti sed pigri, rigido stante corpore, tenui motu corporis inclinare. Est enim corpus depressis aliquãtulũ renibus, ne capiti coarquent adeo dimittendũ, ut ipsum serè super genua brachijs interpositis reclinetur.

Non fuit auditus malleus in domo Dei. 3. Reg. 6.

Honestas membroru cõpositio in Eccl.



clinet. Alioquin inclina si nosti facilius, tamen humiliter & profundè. Extra chorù tamen, & aliquando forte in choro, ad officium planè dictum minor infirmitate possit inclinationis profunditas. Sicut qui est pariter admodum remissione traducti, hinc reuerentiè cultum Dño subrahentes euacuant, dum aut resident prorsus usq; post factam memoriã Trinitatis, aut tunc etiã surgunt, & se dili eleuando intendunt quando fuerat inclinãdu, aut ex negligentia uitio nõ inclinant. Quãrti tñ sit hæc noxa detrimèci, Beata Dei genitrix seniori cuidam, in choro psallentiũ fratrum indicasse refert, què inclinantibus ad Sanctiã memoriã Trinitatis, tuum ipsa filium singulis offerbat, quendã uerò minimè inclinante, uerso ab eo uultu uelut indignè hæc gratia pertransibat. Sufficiens seu etiam perfectã debet esse inclinatio, ut ab ea citius debito non surgatur, honor quidem Patri, & Filio, & Spiritui sancto, sine differentia exhibendus est. Honestas quidè, in corporis, manuum, & habitus, decenti dispositione consistit. Quãtu ad habitum maximè ut caput cio caueatur, ne operta fronte super oculos defluat inclinantis. Proderit ad uniformitatè seruandam, cõmuni de officio notitiã habere. Pulchra ualde uniformitas in conuentu, ubi debent & mores, & animi conuenire. Vnanimis uniformitas in conuentu deest, quæ in moribus pluriũ unitiua uniformes ordinat, & decorat.

De disciplina officij extrachorum. Cap. X.

SI quando extra chorù officium dixerint, diligentia nihilominus, & honestatè prædictã debent in quibus poterunt, studiosè seruire, ut dimissis omnibus quæcunq; in manibus fuerint, stantes cū reuerentia iuxta traditionè Ecclesiasticã disciplina, præterquã ad lectiões in matutinis, uel quãdo alias creatori suo debitas cum deuotione laudes exoluerit, flectentes genua, uel inclinantes pro tempore cū timore Dei. Si quando eos ad sedendũ debilitas euadens uel nimia lassitudo cõpellat, saltem ad inceptiõnẽ officij, ad inuicatoriũ, hymnos, & orationè dominicã, & à capitulo in ante surgere nõ omittant. Si etiã in lecto egritudinis decubant, reuerentiã nihilominus aliquam faciant prout possunt. Sanctus Hieronymus (qui tanta legitur lassitudine fatigatus, ut etiã in stratu suo iacens, funiculo trabe suspensio manibus apprehenso, supinus erigeret, ut scilicet officium monasterij prout poterat exhiberet, dum exhaustus uiribus senex nec senectuti parceret, nec debilitati blanditur) residentiu seigniter iuniorũ & quibus corporis uires ut cunq; sufficiunt irreuerentiã, immò dignam derisione desidia arguit, & cõfundit. Alius pro lentariũ tãdio sebrũ, completoriũ in lecto exoluere assuetus, fertur per Angelum reprehensus audisse. Cõpletorium sub coco, nec fructus, nec utilitas. Sane in officio Dei curanda ubiq; magnopere re-

uerentia & honestas, cum ubiq; sic eadem eius cui tunc loquimur & astamus, deitas & maiestas. Tantò enim amplius reuerentiã & diligentia studiũ diuino debet officio, quantò id Deo immediatius exhibet. Cura officij diligens maxima, status integritas, neglectus officij maxima uita corruptio: maxima religionis deformitas. Nemo Dei se autmet seruit, si Dei potissimã negligat seruitutè, quæ appropriato uocabulo, Dei seruitiũ nuncupat. Debent dicere officium distinctè, continè, integrè, & ordinatè. Distinctè ne uerbum malitioso, uel exiliter proferendo, nel nimium festinando, dicèda confundant. Continè, ut interruptiones in eo nõ fiant, aut interloquendo, nisi necessitate cogente. Et hoc psalmo, uel oratione, uel quocunq; alio, quod tunc fuerit in dicendo cõpletis, nisi psalmũ uel orationè què interrupti cõtingit, continuo à capite resumpturi, aut inter psalmũ & psalmum morã notabilè facièdo, Parisius (ut fertur) cū quidam theologus unius horã canonicã incõpisset officium, superueniente Episcopo ad loquendũ cum eo, caput sine locutione inclinans, horã inceptam Episcopo expectante finiuit, quã deinde dilatione colloquij ne moleste ferret admonuit, causam subinfrèns, q̃ maiori Dño loquebatur. Quidã propter interruptiones in officio factas, grauissimo afflictus purgatorio, memoratur. Integrè dicat, ut de dicendis nihil omittant. Proinde si plures fuerint qui officium dicant simul, & unus uel duo iuxta laudabilè consuetudinè psalmos, antiphonas, hymnos, & responsoria, ad uitandã confusionem, uoce pronunciant altiori. Nõ putent sibi sufficere q̃ ab alijs dicitur, sed omnia quæ ad suã pertinent partè, ac si essent in choro, sub silentio integrè dicant: cū officium extra, eandem quã intra, integritatem requirant. Ordinatè denique officium in substantia, tẽpore, & modo, & omnibus exequi studeant. Postpositiones, implicationes, uariationes, facillè non admittant. Honestè tñ pretiosa uel aliud extraordinariè aliquando dicat, dum tñ id ipsum suo tẽpore minimè negligatur. Quis aut sine grandi cõscientiã scrupulo, propriũ officij ordinè, sibiq; religionis sanctiõne impositũ pro alienis quibuslibet prætermittat, aut qualibet uariatione deformet? Quis nisi uanissimus & imprudens, pro certis dubia, pro autenticis uaga, pro necessarijs curiosa inducat? Sint igitur Sanctõrum officij conditorum, deuota & stabili ordinatione contenti, nihil eorũ uel cõmuni ordinis institutioni præponant, quamlibet seruũ & deuotum, nec desipientiũ more stultorum græcorũ gloriam emulentur. Nõ nisi insipienti sua placent. Omnis stultitia, laborat fastidio sui. Tempus quoq; congruũ seruent, nec facillè præter necessitatè diurnas horas, siue primã siue cõpletoriã saltem canonicũ, siue alias in nocturnas conuertant. Fuerunt qui hoc quarundam obtentu traditionũ defenderet, ordinationem Ecclesiasticam officij confusionem temporis

Officium extra chorũ, distinctè, continè, integrè, & ordinatè, seruandũ.

Quãobrem sacrificios, sacrificia tabernaculum, ac uasa, deniq; omnia munda esse Deus præcepit.

irritam facientes. Quando fuerint duo uel plures, quasi chorũ sibi constituant, & psalmos atq; hymnos accipiant alternatim, ut est cõsuetudinis cõuentui. Congruus ordo est in oibus ubiq; prouidè disciplinatus seruandus. Ordinatũ animũ ordinis decor, & cõdecet, & condelectat. Inordinatũ est animi, etiam in exterioribus ordinem nõ curare: & tamen ordinationis exterioris religio, attentionem excitat & affectum.

De altaris ministerio curando. Cap. XI.

Altaris ministeriũ ob reuerentiam corporalis præsentia saluatoris, munditiã, reuerentiã, diligentia, honestatis, & circumspectionis studium speciale requirit. Mundamini ait propheta, qui fertis uasa Domini. Hand dubium hoc de ministris altaris conuenienter intelligi, quibus spiritalis & corporalis munditiã est habenda. Spiritalis, ut nullus de peccato cõscientiam habens lesam, uel somno pollutus nocturno, ad tangendum sacra uasa, uel ad ministrandũ, antequã fuerit cõfessus accedat. Nec debet celebraturus cõfessione priuatã, quæ ante celebrationè de quodidianis offensis fieri cõsueuit, usq; ad altare deferre. Corporalè quoq; munditiã Mose Sancto attestante diligit Deus. Corporalè omnino munditiã requirit, corporalis præsentia saluatoris. Idcirco ministri altaris nõ solum antequã se ad ministrandũ induat, uerũ etiam postquã fuerint omnino parati, expeditis cõmunibus, ad calicis ministeriũ accessuri suas iterum lauent manus. Hoc enim semper debent cauere cautissimè, ne cõmunibus manibus, aut cum manicis suis, uel post immediatũ eorum contactũ, calicem aut q̃ ad ipsum pertinet, pannos, uel corporalia tãgãt, sed si lineã tunicam (quam rocerũ uocat) uel suppellicium cū strictis manibus, uel aptũ aliud non habuerint indumentũ, calicem præparandum & in fine missæ plucandum, sacerdoti relinquãt. Reuerentiã debent ministri altaris, tam ad sacerdotem q̃ ad ministeriũ, & res etiã propinque ad ipsum ministeriũ pertinentes habere. Circa sacerdotem ut quando secum altari assistunt, per aliquantulã capitis inclinationem, & sui elongationè ab eo, ac p̃ humilem debiti exhibitionem officij, reuerentiã signũ ostendant. Si uerò sederit, & ipsi tantũ in superpellicijs fuerint, nequaquã iuxta ipsum in sedilibus, uidelicet corqualibus sedi eius, sed ad scabellũ eius potius, si aptus fuerit locus uel alibi sedeant. Venerentur eum decore ut conuenit comitatu, & maximè quando se uertit ad populũ ei adsint, què ubiq; ut in officio, sic & eo expleto in uestiariũ reuertentè deducãt, ut acies ordinata, ad altare deinde si opus fuerit reuersuri. Ministerio reuerentiã exhibent, si modo debito & habitu ipsi ministerio conuenienti assistant, & ministrent, aliter enim non sine nota irreuerentiã ministratur: ut si quis quãuis Diaconus, uel Sacerdos, in superpellicio

ad missam ministrãs, corporalia super altare præsentè sacerdote uestibus sacris induto, replicet aut cõponat: si quis non habens superpellicium, cū strictis manicis uel aliud idoneũ indumentũ, corporalia & calicẽ tractare, aut panẽ & uinum in communi habitu ministrare præsumat: si quis hostiã in cõmuni eligat loco, uel electã reponat, quæ in pixide uel in manu sua mūdissima est potius eligenda, & electã super patenã ipsã, uel super corporalia decentius reponeda. Nec audienti sunt illi qui ad mensam Dñi, non aliam q̃ ad mensam corporis curant munditiã, super panos qui libris ad secretariũ uel pallariũ custodiã supponuntur, calicem passim uel cõsecrandam hostiam reponentes. Singularem hostiã cultum, singularis decet mūditiã. Ad res quoq; ut sunt corporalia, panni calicis, ipse calix, & missale, est reuerentia adhibenda: quã munditiã studium maxime probat. Huius intuitu, pannus omnis suspectus aut quem color impedit abluĩ, à corporalibus arceatur & calice, in pixidibus hostiarũ mūdissimus sacculus lineus hostias cõtineat. In repositorijs calicũ, sacculus quoq; operiendis calicis mappulis adhibetur. Quisquis ergo ad altaris utililia sacra, reuerentiã munditiã curat: circa ipsa operosius studeat. De communibus libris si quos aliquãdo propter officium, inuitabili fortè necessitate cogente, poni super altare cõtingit, omnino caueant, ne corporalia uel pannos, calicis aliquo modo tangant. Cū corporalibus, uel calicis ipsius mappula, nunquã labia uel oculos tangant, deuotionis alicuius obtentu. Calix cū summa tractet munditiã, quando de loco ad locũ defertur nõ super librũ aut uestimentũ, sed alte in manu mūdissima uel repositorio portetur: nec extra repositoriũ ipsum, præterquã super altare, uel in alio loco mūdissimo teneatur. Missale in loco reponat honesto, & si quando illud extra ecclesiam, uel aliã q̃ ad missam teneri cõtingat, panno aliquo mudo præter suã camissam inuoluatur. Deniq; reuerentiã in ministerio, habitus decens, cura munditiã, & in executione maturitas attestantur. Reuerentiã simul & cautela munditiã, cõmunes corporis uestes prohibent ab altari. Si pluriũ opponas ineptias in præmissis, habet æmulos plurimos uitũ: rarioribus forma sumeda est. Ad hoc tam celebrans q̃ minister, circa officium suum magnam debet diligentiam adhibere. Sacerdos quidem circa prouisionem dicendorum, & agendorum in missa, ne defectum faciat in dicendis: formam seu modum ordinis in celebrando postponens, auctoritate sua alium introducat. Oblationi calicis aquam ipse infundat, quod à nullo alio sine ipsius conscientia est præsumendũ. Debet enim circa custodiam munditiã manuum, & pannorum esse intentus. Manuũ ut eas ad tangendum communia uel carnem nudã, siue in facie, siue alibi non exponat nisi eas continuo lauaturus.



ius. Pannorum autem nunquam ad indumenta sacerdotalia, maxime ad infulam nares emungat, uel aliter ea quoquo modo deturpet. Ministris uero diligentia debet esse, circa ea quae necessaria sunt celebranti, & circa munditiam custodiam, ac conseruationis uasorum, & pannorum pertinentium ad altare. Ministrorum est ut praeparati celebraturum cum diligentia praeparant, eiusque indumenta post officium plicent, & quae ipsi sacrum ministerium exequenti fuerint oportuna, hora, tempore, & loco, congruis offerant. Nunquam ad missam priuatam, legendi, uel orandi gratia, solo, uel sedibus se totaliter prosternant. Nec latitent post cortinas, sed palam coram altari, non tamen a latere celebrantis assistant, uersus eum circa quem oculus debet esse, aspectum quasi continue directurum, non tamen in faciem eius, maxime post canonis inceptionem intendant. Nec ei praferant a parte libri nimis approprient, aut tumultum aliquem faciant circa ipsam. Summa quietis tranquillitas est necessaria celebranti. Vasa, & pannos mundè tractent apud eos, & teneant. Si pannus calicis ad terram ceciderit, nullo modo antequam lotus fuerit, iterum calici apponatur. Circa finem missae calicem plicaturi, ipsum cum aqua post uinum recensiant, ne pannos inficiat adherentes. Nunquam super altare uinum & aquam ad mundationem, uel alias si uitare potuerint, ministrent. Si tamen ob incuriam sacerdotis, oporteat subitus ampullas quae uinum & aquam continent, manum ad retinendum guttas, ne super altaris pannos cadere possint apponant. Super quos etiam pannos, nec ipse sunt reponendae ampullae. Adhuc debet qui ministrat ad missam, superpellicium si habuerit conseruare, ne cum eo aliquatenus nares emungat, uel sudores a facie, uel alias undecunque detergat, nec ipsius manicas maxime ad puluerem super ligna, lapides uel super terram exponat. Quod tamen quia nonnunquam per negligentiam accidit aliquorum, cauere debent ne corporalia calicem aut pannos eius, cum ipsius superpellicii manicis tangant. De aliis indumentis quotiens ea plicant, solite caueant, ne unquam manicam terram tangant, uel usque ad ipsorum uestimentorum simbrias descendere permittantur, sed siue tunicae linea, siue quaeunque alia indumenta plicantur, manicae semper longe a simbrijs collocentur. Debet iterum ministri altaris, propter uasorum & uestitium, ut dictum est conseruationem attendere, ne calicem quando reponunt strictè ligent, quia saepe per hoc deterioratur non modicum, & paulatim obrutus conuassatur. Vasa quoque altaris, & utensilia, in locis suis diligenter ut conuenit praeparata, praepoant. uestimenta etiam plicare non negligant, & aptare, nisi pro aliquo celebraturo ea quis remitti requirat. Sed quid horum expressioibus immoror. In quibus q̄ ministri

rii Dei contingunt, specialiter nimirum diligenti opus est. Si agendis ministris Regis, studiosissima hoies curam impendunt, quantum putas aeterni Regis ministris impendendam? Ceterum si ministri altaris intendere debent honestati, multo amplius tamen pro omni modo sacerdotes qui celebrant. Postquam ergo fuerint uestibus sacris induti, cum magna debent maturitate recedere, & praecipue cum altari assistunt, grauitatem in motu & gestibus laudabili curiositate seruare, nunquam genuflexuri, quoad in sacerdotali casu la sunt induti, nisi tantum temporibus ab Ecclesia institutis. Super altare quoque, se non appropinquent in honeste, nec manus suas hac & illac inordinate deducant. Quando se uertunt ad populum, non erigant oculos, ut uideant assistentes, denique circumspicere decet eos esse, specialiter circa corporalia dispositionem & custodiam, circa calicis collocationem, circa dominici corporis consecrationem, sanguinis susceptionem, & mundationis industriam. Circa corporalia, ut ipsis super altare replicatis, usque ad anteriorem ipsius oram altaris sit spatium competens, ne super ipsa manus suas aut mantecas ipsius indumenti teneant. Calicem ante oblationem, super corporalia non conponant, sicut post oblationem fieri consuevit, sed ipsum usque ad oblationis tempus, ad corporalia teneat latius. Circa consecrationem inter cetera solerter prauidet, ut cum hostia fuerit consecranda, ita parati, & caute in principio ea lenet, quasi securum sibi de manibus, depresso aliquatulum pollice facientes, quod si fieri potest ante consecrationem, ut a circumstantibus uideri non possit, ne a simplicibus adoretur, qui quantum citius ea uiderint in manibus sacerdotis, incaute nondum consecratam adorant. Cum autem consecratio fuerit consummata, hostiam sine mora notabili duabus manibus quantum expedit, ut ab hominibus possit uideri, cum omni reuerentia eleuantes, tam in eleuando, quam in reponendo debent maturitatem seruare, nec post eleuationem uel ante osculentur eandem. Si super altare uaticum celebrant, consecrationem facturi, manum cum hostia consecranda super ipsius altaris uaticum lapidem teneant, ne fiat consecratio extra ipsum. Circa sumptionem sanguinis caueat, ne ipsum sumendo, uel calicem ex gurgando, pro nimia extractione, rumalatum quaedam uel sibilum cum labijs faciat, aut post summptionem digitos labant. Erit etiam tutum, si dum sanguinem sumunt, calicem tenentes cum dextera, deceret ei patenam cum sinistra supponat, sanguinem si quid effundi contigerit, recepturam, super quam si frangi Corpus Dominicum aut reponi contingat, ipse deinde uino & aqua uel altero sufficienter debet infundi. Incongruum, & indignum, ut patenam post Christi corpus sanctissimum, communi tactum pateat non mundata, & rebas quibuslibet licet mundis sine differentia exponatur. Si sentis aliter, credo, ut post patenam uel calicis aut corpora-

poralium tactum, non sunt manus comunicandae comunibus ante factam post tactum hmoi lotionem. Si calicis peratur mundatio pro infirmis, primam nullatenus aut secundam perfusionem exponant, sed prius semper mundationibus solitis perfectis, aliud denuo uinum calici apponatur petentibus indulgendum.

PARTICVLA TERTIA.

De disciplina circa ea quae ad corpus sunt. Cap. I.



HABITO de disciplina circa spiritalia, sequitur de ipsa circa corporalia. Et primo circa ea, quae in nobis sunt. Secundo circa ea, quae extra nos sunt. Respectu eorum quae in nobis sunt, primo uidentur de disciplina respectu totius corporis quantum ad gestum, secundo respectu partium corporis quantum ad actum. Et primo respectu linguae quantum ad duo opera naturae, in quibus congruit officium linguae, scilicet quantum ad loquelam & gustum. Secundo respectu manuum, ut in exercitio manuali. Tertio respectu pedum, & in incessu. Quarto respectu membrorum omnium, quantum ad aliqua ipsorum officia. Ad haec circa ea, quae extra nos sunt. Primo quantum ad ea de prope, ut est uestis, & habitus. Secundo quantum ad ea, quae de longe, ut sunt officinae.

De disciplina in gestu. Cap. II.

Circa disciplinam in gestu, quae modus, & figuratio membrorum, & corporis dicitur, duplex est custodia adhibenda. Prima est ut unum membrum alterius officium non usurpet, aut eius ministerium sui admixtione confundat. Si os loquitur, caput non agitur, manus non moueatur, & sic de alijs: ut dum alterum membrum operatur, alterum quietum omnino permaneat, aut si opera eius necessaria illi esse cognoscitur ad operandum ordinatè moueatur. Secunda est custodia disciplinae in gestu, ut quodlibet membrum in eo quod facit, debitum modum teneat: nec temperantiae limitè aut honestatis formam excedat. Hoc est, ut in paucis exemplificemus, ridere sine appetitione dentium, uidere sine defixione oculorum, loqui sine extensione manuum, sine contorsione labiorum, sine iactantia capitis, sine eleuatione superciliorum, incedere sine modulatione gressuum, sine uentilatione brachiorum, sine gestulatione scapularum, iacere sine deiectione membrorum, sedere sine alterutra superiectione pedum, & sine alterutra accubatione laterum, sine diuagatione seu dilatione crurium, sine extensione, uel agitatione tibiarum. Nempe honestum & humilem fratrem femori sura imponere, uel pedes palam cancellare non decet. Arcendi uel in publico, gestus inepti. Gestus denique religiosi debet esse humilis, leuiter, & grauis. Est enim reprehensibilis ge-

Religiosi gestus quales.

stus, si superbia, si mollitiem, quae nunc pro lasciuia hilaritate dissoluit, nunc per nimiam deiectionem infatuat, aut si etiam leuitatem praetendat. Turpis in humilitatis professore superbia. Foeda prorsus in humili habitu, gesticulatio fastuosa. Sic non est uiri muliebrem dare mollitiem, puerili leuitate. Grauitatis modestia multa avertit seruata moribus honestatem, neglecta maculam & contemptum. Mortificata secundum Apostolum super terram membra, gestus debent mortificatos habere.

Gestus ilaudatus.

Col. 3.

De disciplina in modo loquendi. Cap. III.

Disciplinam loquendi tam in modo, & prouida (quando loquendum sit) discretione, quam in uerborum religiositate attendit. Modus, in gestu, & tunc non considerari potest. Loquentis gestus debet esse modestus & humilis, sonus demissus & suauis. Modestia debet habere gestus loquentis, ut nec inordinate, nec turbulenter inter loquendum membra moueat, nec oculorum nutibus, labiorum contractione, uel altero non decenti alterationis modo, uultus honestate deformet, aut faciem ipsam mollitia quadam resoluat humilitatis ostentum: sed in eadem uultus constantia semper permanens, serueritatem benignam, & constantem, & quodammodo rigidam benignitatem praetendat. In facie siquidem hominis speculum disciplinae relucet, cui ratio maior custodia est adhibenda, quanto minus quod in ea peccatum fuerit celari potest. Verat quoque loquentis gestus modestia, ne se hominibus notabili quadam supplicationum profunditate incuruet, aut eius cui loquitur uultui nimis infestet in honeste quidem in eius facie alius aspiratione infuset: aut alitu ipso post uinum potatum maxime narium sensum offendat. Loquentis alius uultus auditoris, & naribus, uitio se prorsus ingerit. Debet etiam gestus humilitate, super modestiam uultus hilaritate praetendere. Sonus debet esse demissus pariter & suauis, quia clamoritas & uerborum asperitas, locutionem religiosam plurimum quidem & dedecet & deturpat. Discretio quoniam loquendum sit necessaria est, quia ex ore fatui etiam parabola reprobata, quia non dicit eam in tempore suo. Sapiens, qui loquendum, & quoniam tacendum sit, prudenter considerat. Est autem iunioribus fratribus semper ferè inter seniores, ad interrogationem tacendum. Adolescens aut scriptura: loquere in tua causa uix cum necesse fuerit, si bis interrogatus fueris, habeat caput repositum tuum. Silet etiam a bonis propheta. Ergo quoniam discipulis rara conceditur loquendi licentia. Nam loqui & docere magistrum concedet, tacere & audire discipulo conuenit. Loquente alio non loquant, aut uerba unquam loquentium interrumpant. Nec mordaciter, Stultorum hoc, quod nec lingua patere, nec sonitus deferre nouerunt. Si quod est mutua se collatione impediunt, pro impositione silentij, & alia poenam condignam merito reprimunt. Religiositas debet in locutione seruari, ut sit sermo ueridicus & purus, sit

Molestia loquentis

Quia oculus sit eius suspectio ne, neque in sermone, Deum offendat, aut proximum scandalizet.

Eccle. 32.

Psal. 38.

1. Cor. 14.



rus, sit honestus & dulcis. De ueritate sermonis sapiens dicit. Ante oia uerbū uerax precedat te. Nō solū mendacia & q̄ criminosa sunt, uerū etiā locutiones hyperbolicas, & aliqua duplicitate notabiles, premitis uitet. Loquētes de dubijs aut futuris, nunq̄ absolute loquā, sed in hmoi omnibus sem p̄ cōditionē apponāt. Præcisa de indif ferētibus uerba, religio nō cōsentit. Nō est alieno uiuentis arbitrio, de cōtingētibus negare uel asserere absolute. Non facile de auditis sententia, licet ueritatē sentire se putet. Sint ad respō sionē tardi, ne p̄ inconsiderationē falsum aliqd̄, uel indisciplinatū proferāt uerbū. Debēt etiam purē loqui, ut in eorum uerbis nec tactantia, nec detractio, uel malitia alicuius aut uanitatis admixtio, ualeat inueniri. Nunq̄ de sciētia, uel de seculi statu se iactent. Erubescāt dicere de absen te, qd̄ cū charitate non possent dicere corā ipso. Vñ sanctus Benedicū. Murmurare aut cōqueri nesciant ante oia, ne murmuracionis malum pro qualicūq; causa, in aliquo qualicūq; signo uerbo uel signatione appareat. In uerbis suis aut literis, si quas aliqñ dirigit, puerilibus uel adulato rijs nō utant blanditijs: sed tanq̄ religiosi suam breuiter & ueraciter intentionē exponāt. Hone stacē habeat locutio, & illius q̄ loquit, & illorum q̄bus uel de q̄bus sit sermo, conueniat dignitati. Ociosa uerō ioculatoria, iuratoria, cōtentiosa, maledica, uel aliās secularia uerba, nec pura sūt quidē, nec religiosa cōueniunt dignitati. Nuga ut ait sanctus Bern. inter seculares sunt nuga, in ore sacerdotis blasphemie. Interdū si intercidāt ferēda fortassis, referendē nunq̄. Os iam talibus aperire illicitū, assuescere sacrilegiū est. Fœdē ad cachinnum moueris, fœdus moues. Dissuesce ā uaniloquio linguā, q̄ ad profectū religionis aspi ras. Processurus in publicū, p̄muni te ipsum, & aīo statue, ā uerbis inanibus abstinere. Prouide tibi anteq̄ p̄deas utile aliqd̄, unde si expedierit sermo texat familiaris, prudentiq; cōsideratione oia praueni. Confert ad singula fuisse p̄munitū. Si dignū quippiā relatione nō habes tace, tutius & humiliter audis, q̄ loquaris. Nō affabilitas op portuna, sed loquacitas ociosa dānatur. Iurare uerō nunc p̄ caput, nunc p̄ sanctos uel alio quō uis modo, Christi (q̄ ait: sit sermo uester est, est: nō non) discipulo minime cōgruit. Rursus indig nū poenitus seruis Dei, muliercularū more con tendere. Si resistētia incidant uerba, cedendum cōtinuō resistētī. Honor est (ait Salomon) homi ni, q̄ separat se ā cōtentionibus. Nunq̄ discendi ut dicit gratia litigent, sciētēs ad se uerborū cō tentiones, nullo modo deinceps pertinere. Non pōt esse quin cōtentio, aliqd̄ quod cōtra con sciētia dicat extorqueat. Ergo inter Dei seruos collatio, nō altercatio debet esse. Peruersum est maximē si ausu dānabili ad iniuriosa uel maledi ca uerba, quæ secundum Apostolū ā Dei regno excludunt, os religiosi laxet: aut Diaboli nomē ad inuēctionē assumat, uel in cōmuni locutione

Modus sciendi grauis.

Marth. 9.

Prou. 20.

1. Cor. 6.

frequenter. Sunt quædā quæ leuissima putant, si nō in scripturis demonstrant, opinione gra uiora. Quis enim dicentē fatue fratri suo, reum gehanna putaret, nisi ueritas hoc diceret? Pelsi mū hunc loquendi usum, quasi pro affabilitatis solatio, salutis aduersarius introduxit: ut p̄ eum modicæ occasionis accessū, stultis illudēs eos fre quēter in grauis lapsum offensā, impulsu lauiori præcipiter: & dignitatē status, colluuiō, idest sor didatione uilificet. Pudeat eos rumigerulos esse, aut uerborū seculariū delatores. Nihil inter so cios seminent, quod infirmos animos dissoluere ualeat, aut turbare. Reus est Deo, & ordini, qui temerario diffidentia uerbo conscientia percu tit infirmorū. Præterea siue fratri siue extraneo, siue magno siue paruo loquā, semper i ore uer bi dulcedinē habeant. Omnē ad oēs secundum Apostolū mansuetudinē ostendentes. Nunq̄ suo prætextu constantia uel zeli cū cōmunitatis in iuria, in uerba cōtumeliosa prorūpāt. Sapē enim meritū lingua immoderata confundit. Turpissq; defensio quæ iniurijs utitur. Haber falsus pro cō stantia impetum, pro ratione iniurias, sed lingua eucharis in bono homine abundabit.

De disciplina circa comestionem. Cap. IIII.

AD hæc debent cū timore Dei comedere, di sciplinā semper tam in modo se habendi, quā in cibo seruantes: uitantes nihilominus, quosdam minus decentes secularium cōsuetudines super mensam. Placet uel pauca de singulis exēpla sub necere, quæ ad similitudinem cōsiderationē transmi tant. Honestē se debēt habere, ut dum comedūt aut bibunt sedeant, bibētes cū duabus manibus cyphum teneant: membrorū agitationē, & qua rundā anhelationū uel labororū tumultum: q̄ ani mi norāt in temperantiā, uident oculos ā circū spectatione, linguā ā locutione cohibeant. Oculo rū custodia inter epulas p̄pterea necessaria est, quia nō decet præcipuē ut uagos habeāt oculos: neq; curiosē, & ut amplius dicam, impudenter quē apud alios aguntur, circumlustrando prospiciant, sed ut potius pudicē demissis luminibus: ea tantum quæ sibi anteposita sunt attendant. Lo qui uerō seu mulitare ad mensam ubi silentium est seruandum, turpe utrum est. Delectanda mu sitatoris societas, q̄ lege licet & honestate prohi bitus, linguæ tamen non ualet uolubrum recine re. Si qñ etiam extraordinariē bibūt, siue adsint siue non adsint extranei, quādiu bibitur sileant. Culpanda nimis uerborū multiplicatio iuxta po tum. In cibo, tam in qualitate, q̄ in quantitate ipsius, q̄ in modo moraq; ac frequentia comeden di, disciplinā obseruet. In qualitate ut nunq̄ pre tiosa uel delicata, nunq̄ ciborum aut preparatio num diuersitates affectent, propitū ad delicata palatum: curiositas quædā honestatis postpositi ua declarat. Ut uerbi gratia: si quis ex uitio me liora de communi eligat portione, ut quod in pā ne sapidius: uel in alijs uiderit melius ipse sibi accipiat,

Marth. 9.

2. Tim.

Eccle. 6.

accipiat, si ā maioribus panis frustum accipiat, minoribus si ad suum licet minus delicatis, sine ra tionabili causa dimittis, cum panis uel res alia quāto magis ad integritatē accedit, tantō ad mensam ipsam ualeat honestius reportari. Si ad maiorem saporis delectationē in pane inuenien dam, ipsum inordinate frangendo circūciden do uel micatenus exustando desoriet. Si uinū cum aqua temperare non curet. Si lōgum & in terpollatum faciat haulum. Si falsam commu nē panis appositione cōsumet, aut eā incongrua toto uale transuerso, uel circulari uenatione uen dicit, cum sit magis in medio intringendum. Sicut n. apud honestos quosdam in saculo imputat, si corollionibus ostium curiosus inuistas, aut car nes per magnos notabiliter bolos præter exigē tiam scindas uel edas, aut dum scindis, scissum immediate morsellum anteq̄ in communi loco posueris præcipias, ā meta communi iuxta uul gate puerbium nō curādo discrepas, aut tactu more palpatū electum post tactū relinquant, uel si mile quippiam astitis, sic religiosus est indecēs, si in his quæ sibi pro tempore cōueniūt cibis, no tam gulositatis nō uitent. Si qñ eos ieiunii tem pore uino cōfecto, uel simplici anteq̄ comestione uel siue anteq̄ siue post, herbis seu speciebus infir mitas uti coegerit, octultē huiusmodi si potue rint sumāt, ne simplices idem sibi ipsi abiq; susti cienti necessitate licere putātes, ad soluendum ieiunium suo incitent exēplo. Est insuper di uersitas respectu cibi, & sp̄parationum uitāda, ni hil ad mensam speciale apportent, uel in mensa requirant præter sal & aquam, quæ possunt sem per cum honestate requiri. Priuādas communi bus, qui specialia in communitate usurpat. Com munitas igit̄ discant esse contenti. Os iūm ad omnia q̄ alii comedunt assuescant, ut si fieri pōt, nullum omnino repudient, seu abhominent ci bum. Grande uitium si potagium & communia respuas, ut in specialibus laurius proceris. Por rō modō mollia, modō dura, modō frigida, mo dō calida, modō fixa, modō elixa, pregnātes so lent appetere mulieres, prudenter autē sobriēq; conuersantis, satis est ad omne cōdimentum sal cum pane. Debent etiam excessum in cibis, & maxime potus quātitatem uitare, ut crapula uel fatieras nimia nō subrepat. Nihil sic cōtrarium omni christiano, quomodo crapula dicit San ctus Benedictus. Amplius quoq; qualiter hoc ū, q̄ decenter, mundē ac temperatē sit comedendum attendant. Decentia detrahit, qui cibum in ore habens, uel cyphum in manu detinens lo quit, qui in manu armata cultellum habente, ci bum ori ministrat, uel ei nondum expedito ā ci bo, potum nihilominus ingerit, aut dū bibit, uel comedit, caput tenet in capacio profundatum. Munditiam debēt ad p̄prium & sociorum cibū, & ad mensam ipsam, si p̄ quā comedit obserua re. Munditia simul ac decentia gratia caueant, ne in parapside, cypho, uel ouo, præmorsum ali-

quid, iterum comesturi, reponant. Fœdē tuorum reliquias derium alicui calibet cibo immittes. Nunquā cyphum cum digitis, poragio, uel alio quolibet madidatis accipiant, aut pollicem po culo immergant, nec super potum in cypho uel super cibum quemlibet sustinet. indecenter agit, si digitos quis immittit potagio, & ollas uel ole ra nudis articulis, coclearis uice piscatur, si sup huitates piscium, & similia ex ore proficit super mensam, uel nucez ali q̄ sibi frangit cum denti bus. Si nudam manum in mensa naribus emun gendis, uel carni nuda: scalpedæ apponit, uel ma num ipsam ad uestimenta detegit. Cauendum quoq; nequis anteq̄ faciem circumstantium fra trum, pro sale uel alijs necessarijs quæ ā fratribus tradi possunt, manum extendat super mensam, & eorum cibum cum manicis seu habitu suo tā gat. Scindendus etiam panis, pectori seu uesti cō muni non est sine interpositione tobaleæ appli candus. Munditia mensa requirit, ut mensale ne quaquam frequenti uel superflua detersione cul telli, uel manuum deturpetur, purgandis uaxi me dentibus, nullatenus exponendum. Tædum, & uide, mappas & manutergia fratrum commu nia, dentium fricatione fœdare. Qui conuentua lia de honestate, committit utiq; in conuentum, Temperantiam manducandi (ait Hugo) intelli gimus in eō, q̄ si homo tractum & non cum ni mia festinatione comedit. Festinatio in inchoa tione & prosecutione comestionis attenditur, qñ uidelicet in initio mensa statim abiq; oratio nis alicuius præambulo, ad cibum manus exten ditur, aut cum quadam uoracitate comeditur, si prius cibum ori ministras, quā alio sumpto fue ris expeditus. Caterum per morosam comestio nem congregationem derinere ad mensam, aut si quando extra conuentum bibitur, iuxta potū moram contrahere, non est decens. Hinc per sapientiam sobrio dicitur. Cessa prior causa disci plina. In comedēdi & bibēdi frequentia, seruā da est diligenter temperantiæ disciplina. Sanē post refectiōnem ad potum redire, aut per diem in domo ex uitiosa consuetudine, aut quod tur pius est, post cōpletorium bibere, nō mediocri uirij notam habet. Honestius ad mensam quan tum indiges bibis, q̄ bibendo per diem meri boli morem geris. Fructus uel aliud quodcunq; extra ordinariē secularium more comedere, patēs est gulositatis indicium. Si qdē extra duas ui ces in die (nisi necessitate cogēte) in domo uel extra comedere, puerorū, immo pecadū est. Senex legē in uicibus comedēdi nō seruās, fert p̄ Ange lū, asino cōparatus. Ad collationē tpe faciendam ieiunii, duabus tātum, uel tribus si indiges, bibe re uicibus temperantiæ congruit, & honestati. Seudet sobrius quandam temperantiæ legem, in ipsis etiam necessarijs obseruare. Deniq; quo rundam secularium in faciendis conuitationi bus, in fragmētis & hmoi consuetudines uitent ad mensam. Non seiniuem facile conuient, sed

Eccle. 31

1. Potato ris.



sed comedat uel bibat unusquisque pro sua arbitrio uoluntatis, quantum necessitati suae melius sibi nota quam alij, uiderit expedire. Congruè tamen senior uerecundantes forte, uel nimium abstinentes iuniores, imitat. Sapor & potagium praegustata, uisum quoque seu quorumlibet ciborum reliquiae, ut eorum unum, tantillum uel pitantiae, si uentre iam satiatio super sit, indecenter comensalibus maxime senioribus ingerantur. Encenia per mensam non mittant: à fragmentis & reliquijs caueant, sed de pane & alijs ita sibi provideant mensurante, ut coram se uix micas relinquunt. In potagio tamen aliquid interdum honestè relinquunt, id sibi pauperum, & temperantiae gratia subrahentes. Verum si liquid forte relinquere, non tamen ut patrum familiam ad erogandum, cogere permittunt. Pro socijs aut uix aut nunquam maxime circa finem refectiois panem uel aliud scindant, aut potum in cypho ponant, nisi saltè tantum ipsi soli comedere, uel bibere ualeant, si alij quibus haec offerunt non acceptant. Nunquam pro buccella (ut dicitur) panem tunc integrum scindant, praesertim si apud socios fractum inueniant. Si cyphum communem habuerint, qui bibere uoluerit, non amplius de potu apponatur, quam possit bibere una uice. Inter reliquias quae aliquando sunt, inutile aliquod uel nociuum, ut quae de nucis, ouo, castanea; proieciunt, alia quoque huiusmodi nullo modo relinquunt. Murilegos uel aues ad mensam non pascant, cum nec in refectorio debent sustineri. Possunt cum dictis, & similia circa comestione attendi. Verum tamen sunt nonnulla, quae licet communiter uitiosa putentur, interdum tamen inter domesticos in spiritu charitatis sine uitio exercentur.

De disciplina in opere manuali. Cap. V.

AD disciplinam circa exercitium operis manualis, quod uidelicet manuali opere corporaliter exercetur seruanda, necessaria est discretio, diligentia, & honestas. Est habenda discretio circa opus, ut quod faciendum est, discretè fiat. Discretum est primò, ut inutili operi necessarium, bono quoque melius, & meliori optimè praeferat. Inuare fratrem cum indiget, multum utique operi peculiariter praeponderat. Rursum celebrare uolentem, inuamem subtrahere, maiorem quam pluribus alijs offensam esse, quis ambigat? Est etiam discernendum, quod opus, quo tempore fiat. Nonnulla siquidem in festis diebus non fierent, quae in profestis bene fieri possunt. Videtur igitur in operibus distinguendum. Sunt enim exercitia quaedam, quae necessitati quotidianae inseruiunt, ut est ciborum praeparatio, necessariorum ad diem utensilium, coquinae ablutio, & consimilia quae omni tempore fieri solent. Sunt quaedam alia quae in diem alteram differri possunt, ut est scribere in quaterno, tinnicase cum uirgis excutere, caput abluere, caeteraque alia à quibus est diebus dominicis, & festis praecipuis abstinentum, ob sacri reuerentiae temporis.

Vt sit manuum in festis boni.

Quae facere in diebus festis, non liceat.

Festis namque dies pro honesti quietis otii, alij uero dies pro laboris debiti exercitium honorantur. De quo Hugo. Quantum ait addit decoris diebus festiuis quies uacationis, tamen ornamentum confert caeteris diebus studij boni operis, ita ut in illis quisquis noluerit esse quietus, index sit suae uanitatis, & in istis qui non fuerit laboriosus testis pigritiae. Carnales siquidem metes ne uel in illis diebus quiescant, uanitas exagitat. Ne uel in istis in bono opere se exerceat, pigritia ligat. Deinde quae si concludens subiungit. Quapropter, non negligenter habenda est in bono opere discretio temporum, quia sicut malum opus nullo tempore laudabile est, ita etiam bonum opus quodammodo reprehensione dignum iudicatur, si tempore oportuno factum non est. Diligentia in opere ex propriitudine operantis, & deuota fidelique operatorum executione dinoscitur. Diligentia huiusmodi proprietas non in opere manu tantum, immò in conuentuali quolibet maxime locum habet. Quicquid pertinet ad conuentum, id praecipuo diligentiae studio est agendum. Sint ergo praecipue ad conuentualia exequenda propriissima, nunquam tarde ad opus Dei uel ad mensam occurrat. Unde Sanctus Benedictus. Ad horam diuini officij, mox ut auditum fuerit signum (relictis omnibus quae in omnibus fuerint) summa cum festinatione curratur, cum grauitate tamen, ut non scurrilitas inueniat fomitem. Ergo nihil operi Dei praeponat. Ad mensam autem qui pro negligentia non occurrerit ante uel sum, ut simul oes dicant uersum & orent, & sub uno oes ad mensam accedant. Si usque ad secundam uicem correptus, emendare neglexerit, iuxta Sancti decretum à communis est mensa participatione arcendus, ut solus à communi consortio sequestratus reficiatur, sua ei de uino si fuerat habiturus portioe sublatam. Digne quidem à communi refectioe repellitur, qui se punitum à communi oratione secludit. Absit à seruis Dei uitiosa huius consuetudinis turpitudine, ut conuentuale aliquod diuinum praesertim officium, alterius praetextu cuiuslibet, tardo accessu uel certe abscessu propter opera dehonesterent. Ut tardus accessus, sic ante horam recessus, sine graui praesumptus necessitate arguit. Impatientis & uani signum est hominis, in communibus anticipare recessum, nec opus Dei posse in choro finitenu expectare. Si monachum sancto narrate Gregorio, post completum officium, continuo recedente, uisus est demon ab oratorio retrahere, quid de his qui nec ipsius expletionem officij praesolantur? Haud dubium conuentualis ubilibet decoris integritatis negligere, inexcusabile praesumptus remissionis est uitium. Ad uitium autem uix occasio deerit, si quilibet admittatur. Omnes denique fratres, labores non ex sola consuetudine, ut uitula Ephraim docta tritura diligere, sed ex animi deuotione sectentur: ut in communibus sit feruoris affectio specialis. Conuentuale uita, ut sanctissima immò Angelica, toto affectu animi amplexantes, eorum continua & deuota persecutione adhaerant.

Instituta

Quae

Ecc. 3.

Ecc. 32.

Rom. 15.

Ob

Quantum

Quantum ad officium, mensam, & alia, uix nisi coacti à conuentus congregatione recedant. Tamen Deus conuentui efficaciam contulit bonitatis, ut ibi augmentum suscipiat boni bonas, aut uentiam mali malus. Multa in conuentu bona praesentibus conferuntur, absentibus subrahuntur. Saul ad conuentum praesentium prophetarum accedens, propheta efficitur, extra conuentum factus peruertitur. Thomas discipulorum absentens conuentui, uisionis Dominicae consolatione fraudatur, quam ad collegium reuersus assequitur. Discipuli pariter congregati spiritum sanctum accipiunt. In conuentu Dominus habitat & quiescit, ibi deuotos quousque; uberioris gratiae pabulo refocillat, ibi quae plures negligentiae personales in diuino maxime officio subrepentes, congregationis communionem suppleunt. Ibi quod suis quisque non potest, aliorum meritis obtinere meretur. Caeterum sicut ad maiora domus officia uidelicet hospitalaria, refectorij, infirmariae, uestionis ad mensam, & huiusmodi, principaliter & continue facienda, nouitios fratres assumere, prouida religionis consuetudo non habet. Si tamen quando contingat eis, aliqua huiusmodi officiorum, uel ad horam committant, magna debent deuotione suscipere, & ad faciendum ea mansuete, uelociter, acceptabiliter, integre, circumspecte, magnam debent diligentiam adhibere. Mansuete hoc est sine murmure & displicentiae signo. Fili autem sapiens. In mansuetudine opera tua perfice. Est in opere bono, necessaria strenua uelocitas. De qua Sapiens dicit. In operibus tuis esto uelox. Uelocitas haec maturitatis non remouet grauitatem, sed uitium tarditatis excludit. Est etiam acceptabiliter operandum, ut quibus ministratur, prout honestè fieri poterit satis fiat. Oportet Apostolum & orari rogabat, ut oblatio sua fieret acceptabilis in Hierusalem Sanctis. Magnus profectus est ei, cuius ministerio multi lati facti Deum laudant. Integritas in opere bono requiritur, ut non diminuat, non ad euasione uel quasi ad oculum, sed perfecte ut res exigit fiat. Circumspectio in obsequijs, prout officiorum requirit uarietas, est habenda: quod per exemplum in uno officio melius patet. Si quae refectorij uel cetera gerant, quae ministrata fuerint, tunc congruo, & modo debito praeparata ministrant, & religio se distribuunt, ne in mensa defectus, uel circa ministerium suum minus expediens aliquod accidat prouidari. Ministrant itaque necessaria temperate. Turpe est, si propter unius defectum tota congregatio expectet. Sic & omnia siue fructus siue saporis siue alia comedentibus congrue apponenda, priusquam fratres ad mensam intrauerint prouide apponantur. Conferendorum collatio successiua conuentum sapiens detinet, imputanda siquidem causetur ex negligentia ministrorum. Ad mensam uero quicquid apponitur, praeparatum (ut decet) reficietibus offeratur.

Noces si dande fuerint prius frangantur, herbae crude si apponenda fuerint mudent, & ne de alijs obseruetur, De omnibus quae apponantur, ita cui libet si fieri potest portio, singulariter tribuatur. Sunt rorigena qui nec praesalati discreti, uel ab extraneis sorte distinguant. Commania maxime ut sal & aqua mensa non desinit, quae in primis prouidus ministrator apponit. Aqua non solum pro temperando uino, immò & sepe pro alijs necessaria est in mensa. Coclearia quoque sunt ad omne potagium opportuna, ne in parapside cum digito piscari oporteat, & ne (iuxta Hugonem) in eodem iure & manus abluitionem, & uentris refectioem uideatur querere. Murilegos uel aues quae tenentur alicubi contra ranas, nullatenus esse in refectorio dum fratres comedunt, patiantur. Nec enim hoc est expediens, uel honestum. Sic & in alijs circa istud, uel aliud quodcumque sibi impositum officium, sint intèri. Scriptum est enim. Cuncta cum diligentia facite. Et iterum. Agite diligenter & erit Dominus nobiscum in bonis. Sic ageris in timore Dei fideliter in corde perfecto. Honestas in operatione seruatur, si omnia quae aguntur cum maturitate ac religiofitate quadam exercentur, & in omnibus nitor inueniatur munditiei. Hoc enim religiosum maxime decet.

De disciplina in incessu. Cap. VI.

Disciplinam circa incessum, penes modum & discretionem in ambulando consideret. Hominis nestus, non modus requirit, ut non impetuosus & fractis gressibus ambulent, nec erecta ceruice, non prominenti pectore, seu etiam inclinato super humerum capite, aut uagabundè pendètibz manibus, quae oia uel leuitatem uel superbiam uel remissionem uel hypocrisis sapiunt. Debent etiam in eundo discretionem habere, ne de illorum numero censeantur, de quibus dicit per prophetam. Non est iudicium in gressibus eorum. In eorum gressibus non inuenitur iudicium, qui eundo necessitate uel ordine non attendunt. Necessitas discursum inuitat. Ordo inordinationis confusionem excludit. Discursus igitur per domum, per hortum, & extra domum qui magnus est instabilis mentis iudicium, caute uitet. In domo ne. I. per officinas euocato ad locum, de fratre ad fratrem inutiliter elocentur, aut loca rumoribus audiendis, uel colloquutionibus aperta frequentent, sed in locis sibi concessis, ut sunt Ecclesia, cella, capitulum si extranei affuerint, uel alijs locis si qua sibi fuerint specialiter deputata, cum silentio residentes. Officinis priuatis, puta ubi cibaria praeparantur, infirmi uel hospites recreantur, aut fratrum congregationi, uel comedentibus, & bibentibus, se nullatenus ingerant non uocati. Erubescant praecipue, ad refectioem mensam accedere, uel eis nisi prouidentibus ministerij necessitate assilire. Effrontis est hominis, non erubescere comedentes.

Parali po 19.

Ita 59

res. Veruntamen si quando eos loca sibi non concessa necessitas adire compulerit, ad ostium pulsare aliquantulum possunt, uel ut aliquis egrediarur ad eos, uel ipsi uocati securus & honestus intrent. In hortum non uadant absque licentia, nisi eos uel ab aliquo professo mitti contigerit, aut uocari, ad loca sua postquam ab eo recesserint, uel eius negotium fecerint, quod citius reuersuri. Veruntamen eorum instructor iuxta superioris dispositionem, nunc hos, nunc illos, aut etiam omnes simul ad spatiandum in horto causa recreationis, uel alicuius bonae collationis poterit per se uel per alium fratrem professum, cum expedire uiderit uocare. Tempore probationis domum exire, propinquos suos uisitare non curent, nec enim inter cognatos & notos Dominus inuenitur. Unde Bernardus. Quomodo te bone Iesu inter meos cognatos inueniam, qui inter tuos minime es inuentus? Si quoniam domum quis de superioris licentia exeunt, nihilominus tamen id ipsum significant suo instructori, quid & de suis alijs notabilibus factis obseruent. Ordo circa incessum est religioso in conuentu specialiter seruandus, ut in processionibus fratrem sibi collateralem attendat, ut chori sui partem in refectorio & in claustro cum pro gratijs ad Ecclesiam itur, & in omni teneat loco, nec se ad chorum alium, uel in refectorio uel in claustro uel alibi transeat, nisi causa rationabili perurgente. In Ecclesia uero inter pulpitem in medio chori positum & altare, dum maxime ibi aliquid dicitur non facile transeat, nisi forte alibi liber non pateat transitus, & tunc ab ipso pulpitu transiens & inclinans, ne pulpitem uideatur uenerari, non ante ipsum directe sed a latere decentius inclinabit. Est & ordo reuerentiae & decentiae in incesu, ut non passim seniores iunior antecedit, aut quando uitari facile potest frequentes & nimis propinquos ei transitus faciat ante ipsum. In Ecclesia quoque inter ministros altaris, subdiaconum uidelicet diaconum, & sacerdotem, in officio suo solenniter ministrantes, nec non & ante fratres in fra de ambulatorium sedilium & formarum, minus honeste prae necessitate transitur. Sed illud de ambulatorium intraturi, ad uacua debent sedilia per introitum sedilibus ipsis propinquorem accedere, nisi ob aliquam reuerentiam personarum, si forte intermediae fuerint, sit aliter faciendum.

De disciplina in gestu membrorum.
Cap. VII.

Est in alijs membrorum corporis siue oculorum siue oris, siue brachiorum, manu- que officijs disciplinae studendum. De quibus adhuc aliqua breuiter supponetur. Amatores igitur honestatis, oculos ab inordinata euagatione, exaltatione in mensa, & in choro praecipue diligenter custodiant. Scriptum est

enim. Oculi stultorum in finibus terrae. Et dilatatio cordis est exaltatio oculorum. Leuat quidam propheta oculos ut perat auxilium, Dominus ut impendat. Tu quoque si locum, causam, & tempus considerans, tua uel fratris necessitate oculos leuas, non solum non culpo sed plurimum laudo, hoc enim excusat miseria, illud commendat misericordia. Sin alias non Propheta, non Domini, sed Dinæ, uel Euae, immo ipsius Sathanae, te imitatore dixerim. Non sint in risu faciles, nec in uoce clamosi. Cachinnus praecipue grauitatem religiosi plurimum dehonestat. Vile prorsus religiosum uirum, ut puerum cachinnare. Non licet religiosum uirum, dissolutis labijs risum proferre, sed hilari uultu, cordis hilaritatem praetendere. In datione pacis labia semper claudant, quibus apertis turpiter exhibetur. Nares non in aliorum aspectu, sed ad partem, cum duorum tantum aut trium appositione digitorum emungant. Seorsum etiam spendum est maxime in conuentu, ne loca publica siue in choro siue alibi sputo saedentur, & astantium oculi offendantur. Patet quosdam in ipso chori deambulatorio, ad pedes suos palam fratribus spuerere, nec pudere. A notabilibus corporis seu membrorum extensionibus, quae cum oscitationibus, uel alijs non sine quadam in honestate fieri solent, omnino abstineant. Tunc enim sunt corpus & brachia comprimenda, ne cum huiusmodi pigritia extendantur. Honesti incongruum uiro, pigra membra distensione resoluunt. Dissolutiones fugiant manuales, grandia namque causant pericula, soletque luctus ludo accidere corporali, & post commestionem praecipue se a iocositate notabili & multiloquio studeant temperare. Siquidem licet omni tempore dissolutionis leuitas sit uitanda, post refecionem tamen uel alijs cum solo fratre, & iterum coram conuentu turpius agitur. Turpissima est dissolutio in conuentu. Ad haec, alium quempiam praeter necessitatem ad cingulum uel manum accipere, flores, fructus, uel baculum in manu ociose gestare, cingulum inter digitos uoluendo rotare, honestati non consonat, immo lasciuiae signum quodammodo praetendit. In lotionem manuum quando de uase manuali aqua recipitur, uas ipsum nunquam a parte superiori praecipue manibus distillantibus, sed per ansam potius uel a latere, uel a fundo accipiant, ne guttis manuum aqua residua sordidetur. In lecto se honestissime iacendo componant, nec lupini iaceant, nec genua leuando calcaneos iungant, aut tibias. Haec & similia, non sunt ut minima temere aspernanda. Clara nonnunquam conuersationis insignia, quaedam in minimis obfuscant ineptia. Plerumque modicis paulatim per incuriam subrepentibus maculis, tota morum congeries inquinatur.

De

De disciplina circa habitum seruanda. Cap. VIII.

Disciplina in habitu potest tam circa pannum, quam circa formationem, coaptationem, usum eius continuationem, & munditiam conseruationem attendi. Circa pannum, ut non sit preciositate, mollitiam, uel subtilitate notabilis. Vestis preciositatem, etiam mulieribus Petrus interdicit. Porro qui mollibus induuntur, in domibus regum sunt. Inter diuites palatii, & pauperes claustrum debet esse differentia. Mollia uestimenta, animi mollitiam indicant. Molles aut quidam, mollia querunt. Subtilitas & nitentia reprehenditur in bysso diuitis epulantis. Nimitia panni subtilitas, & si non preciosa, nihilominus tamen in proposito poenitentiae uitiosa. Sit cura nouitatis pannorum preciositatem, subtilitatem, & incongruam religioni mollitiam non curare. Vereantur & renitentur ut possunt, murari ipsorum Sanctorum de uestium uilitate ceusuram, & uitiosam consuetudinem induci. In signum sunt panni tui Domine Iesu, sed in signum cui a multis usque hodie contradicitur. Honesti exigit uestimentorum formatio, ut non sint nimis laxa uel stricta. Amplitudo, uel longitudo uestimenti superflua, siue in manicis siue in capucio, siue in collario capucii est admodum fugienda, sed nec aperturis quibusdam, circa cingulum uel alibi, aut curiositatibus alijs quibus seque est habitus deformandus. Coaptatio quaedam religiosa est decens, quaedam indecens. Indecens est si praeter morem religionis fuerit curiosa, ut uerbi gratia, si capucii collarium quaedam in gyro replicatione, iuxta mundanorum consuetudinem coaptetur, aut curiose ipsum replicetur capucium circa genas. Decens est quando non curiositate, sed honestate deseruit, ut uidelicet uestis honeste portetur, & honeste pro loco, & tempore disponatur, ut honeste portetur, succingenda est equaliter & deceter, si enim ex una parte notabiliter pendere permittatur, uel in alijs praeparatio debita omittatur, fatuitatem, uel negligetiam, uel hypocritismum sapit. Aptanda est uestis maxime circa pectus, per applicationem ad collum ne collum ipsum usque ad pectus, uel interiores panni hominum aspectui exponantur, quod irreligiosum est ualde. Cauendum est circa portandi modum, ne quis perefluat, ut si os sub capucio uel mentum abscondat, si dominarum more tunica a lateribus tenendo incedat, aut manum in sinu tenens tunicae manicam exterius pendere permittat. Quando enim manu in sinu uel ad oram ponere cogit necessitas, a manu altera praesumpta tunica cautius est tenenda, ne pendeat indeceter, ut manum in sinu teneri uix a proximis astantibus percipi ualeat. Ambas autem manus in sinu tenere, quam irreligiosum sit, palam omnibus est, cum uel unam diu teneri, uix excusat ipsa necessitas. Damnat est, corporis & membrorum officia exequi non ualentis, ma-

nicas non regere desuientes. Et quidem cum interius a sua custodia soluitur mens, & membra foris ad omnem actum inordinare mouetur, & tam in uestibus quam in alijs disciplinae cura negligitur. Incompositio corporis, qualitatem indicat mentis. Sunt & alia circa modos portandi uitanda. Sunt (inquit quidam) stulti qui quodam officioso artificio uestimenta sua circa se componunt. Alii iactando & uentilando panos suos, leuitatem mentis suae, ex ipsa sui habitus mobilitate ostendunt. Alii incedentes sinuoso strinate terram uerrunt, & limbis dependentibus, immo retrò consequentibus caudis, in similitudinem uulpium uestigia sua obducunt, & quocumque perrexerint, quasi turbo tempestatis puluerem concitant. Dispositio habitus aliquando ratione operis, aliquando ratione confortii uariatur, respectu quorum habenda est consideratio disciplinae. Ad exercitium operis tam propter expeditionem, quam propter custodiam mandantia, honesta prout res exigat praeparatio uestis requiritur ut pater, scilicet quantum necesse fuerit succingatur, manicae uero retrahantur, & prout expedierit componantur, ne super manus, uel super rem ipsam qua tractatur, recidant indecenter, praecipue ad priuatas latinasue custodienae sunt manicae diligenter. Dispositio huiusmodi, tolerabilis immo commendabilis est in priuato, quae tamen in publico maxime coram extraneis non est decens. Quando ergo coram extraneis, aut coram conuentu proceditur, quantum res patitur ad dispositionem communem, est habitus tam in manicis, quam in alijs reuocandus. Caput si nudum fuerit, capucio congruit amicti. In omni siquidem publico loco, siue chorum, siue refectorium, siue alius fuerit locus fratrum congregatione praesente, & multo magis inter extraneos, operto decenter capite religio sus est admodum uir honestus, nisi ob reuerentiam alicuius ministerii uel personae aliter sit agendum. Non est tamen capucium siue coram fratribus siue coram extraneis, nimis in capite sine rationabili causa profundandum. Operta sub capucio facies, quaedam hypocritismum notam infert, & aliorum in se oculos sua singularitate conuertit. Decet ergo caput in publico, non faciem operiri. In lotionem quoque pedum ille cui pro Christo tale ministerium exhibetur, operto si potest commode capite, humiliter & sine multiloquio debet esse, & charitatis obsequium cum timore ac deuotione suscipere. Nec debet quis ibi uel alibi tibias nimis exponere, sed magis tunica circumcingere diligenter. Turpe est enim religio si personis, carnum nuditate occurrere. Cauet omnis honestus, ne eius unquam appareat caro nuda, nisi quantum compulerit necessitas manifesta. De sancto legit, quod cum necesse haberet fluuium transuadere, rogauit socium suum ut paululum a suo separet aspectu, ne sua uicem corporis nuditate uterque conspiceret. Recessit socius, nihilominus



nus tamen ille seipsum cum nudare se uellet erubuit. Cogitantem talia, in alteram fluminis ripam uirtus diuina transposuit. Haud dubium, honestatem dominus acceptauit. Pannos quoque inter flores, & quae ultra communem seu regularem formam, siue in uestibus siue in aliis indulgentur quantum necessitas patitur occultari oportet. Vnde nec almutia palam extra capucium, religiosè portantur. Restat de usus habitus continuatione, & munditia in eo conseruatione uideri. Vfus habitus prout habitus pro speciali signo religionis accipitur, continuus debet esse, ut religiosus frater non sit uel modicum sine ipso, nisi necessitas euidentis eum cogat. Secularis personae nuditas, & religiosus sine habitu comparantur. Cauendum etiam ne habitus dum sedetur aut genuflectitur, aliquam inquinamentum maculam contrahat, & si quam propter aliquam causam aliquando contraxerit, uel propter sudorem, mundificari citius debet, maxime si loco fuerit apparatus. Propter hoc immunditia illa, quae in oris capucii circa genas contrahitur ex sudore, debet cum diligentia remoueri. Feeda religio, quae innititur seditati. Culpatur quidem, & cultus munditiae nimius, & neglectus.

De disciplina in officinis inter fratres. Cap. IX.

DEnique in officinis, maxime in refectorio, in oratorio, dormitorio, ceterisque, quas conuenit frequentare conuentus, etiam ad latrinas, disciplinate se habeant & quiete. Nunquam per furturium uel tumultum occasione operis alienius, fratres orantes, studentes, aut quiescentes impediunt. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, unde & nomen accipit. Vnde si forte aliqui etiam praeter horas statutas si eis tempus vacat orare uoluerint, non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint. Cum per dormitorium fratribus quiescentibus uadunt, plane immo quasi furtiue incedant. Tunc parando lectum, uel in alio quouis modo quiescentes reprehensibiliter inquietant. Surgentes a lecto ipsum decenter operiant ne uelut irrationabilium cubile remaneat imparatus. De priuatis loqui, si cui turpe uideretur, turpius nouerit turpe aliquid ibi committi. Ibi non congruit ut quasi mox gelicidio perituri, amictus accessorii sarcinam deferant, ibi religiosus cum summo silentio, & aperto profundo capite debet esse. Ibi confabulari, & praeter necessitatem hac & illac capite discooperto respicere religiosorum esse non dixerim, sed fenestrarum. Ibi seruanda in manuum & uestis dispositione honestas. Ibi honestus quisque diligenti alius opera cauet, ne per ipsum aut per eius incuriam aliquis offendatur. Ibi cauendum est eis ne stantes urinent, uel a loco minus honeste recedant. Sed nec per hortum est facile urinandum uel ali-

bi, ubi siue a sociis siue ab aliis possit uideri, quae ut ait quidam. Multa possunt honeste fieri, quae non possunt honeste uideri. De singulis ad disciplinam per singulas officinas & loca spectantibus, uix aut nunquam singulariter posset edisceri. Ad multa tamen haberi potest disciplinae consideratio ex praedictis. In ostiis autem officinarum, aut ubi fratrum communis est transitus, maxime circa introitum primatarum, unde ad necessaria euntes & redeuntes respici possunt, nunquam honesti fratres faciant stationem. Quando etiam intrant & exeunt, officinarum secretiorum ostia post se claudant, ne superuenientes extranei, & intrantes fratres inueniant imparatos. Nunquam extraneos, licet familiares, ad uisitandum officinas inueniant. Si quando tamen ad aliquorum instantiam eas ostendere permitatur, domos tantum communiore non intra per singula loca seu angulos peragrando, sed ab ostiis expedite quantum honestas permiserit ostendentes, quicquid eorum aspectui subtrahere poterunt subtrahant & furentur. Non est religio, ubi omnibus omnia patent. In locis communibus ubi fratrum occurrerit frequentia, nullo modo detineant aduentantes. Infirma haec paruulis exprimes, gradum ocella non uito, sed ubi proficit humilis: paruuducendus est illudor.

PARTICULA QVARTA.

De modo conuersandi in omni loco secularium. Cap. I.

Nunc uide dum qualiter in ulla, itinere, Ecclesia, & domo, & locutione, & comestione, sit nouis fratribus inter extraneos conuersandum. Si quando exeunt domum, habenda est eis custodia disciplinae respectu locietatis & sui. Societas & solatium & honestas, religiosè conuenit dignitati, propter hoc uilla praecipue senioris cum quo fuerint, uestigiis semper inhaerentes, se ab eo etiam sub uno tecto nullatenus separent, quin ad minus uideri semper ab ipso liberè possint. Se ipsos autem quantum ad circumspectionem, locutionem, habitum, & membrorum dispositionem in disciplina continent. Non circumspectant in uicis ciuitatis, ut sapiens docet. Auertant oculos suos ne hauriant uanitates, a secularium colloquutionibus prudenter abstineant. Manus suas religiosè componant. Nunquam inter hoies discooperto capite uel almutia, uel aliis indisciplinate incedant. Sed nec secularium uel religiosorum domos, subito ignorantibus eis introeant, sed uocando ab ostio, uel pulsando, uel alio quoquo modo proposito seu uoluntatem ingrediendi pronuntiant. Vir eruditus (ait sapiens) foris stabit, sed nec sine ductore per secularium domos, uel per religiosorum officinas est uagandum.

De modo

De modo conuersandi in itinere constituti. Cap. 2.

Si fuerint extra ulla in itinere constituti, & quantum ad societatem, & quantum ad se ipsos, caute se debent & religiosè habere. Quantum ad societatem, debent sibi a mulieribus, a scurris, & ratione periculi, a personis de maleficio notatis attendere. Talium personarum societas singularis, religiosus uiris nisi forte ad horam pro animae causa, non conuenit, debent se tamen prudenter a confortijs huiusmodi segregare. Ipsi autem fratres in itinere se ab inuicem non debent nimis disiungere, quin ad minus mutuo se uideri & audire facile possint. Non est tutum, aut decens religiosus quos congruit binos ire, alterum ab altero longius separari. Talisq; separatio eis in periculum, & occurreribus cedit in scandalum. Quantum ad se ipsos, debent in factis & uerbis disciplinate se gerere. In factis debet honestas, deuotio, & discretio apparere, propter honestatem dissolutionis tam manuales, quam alias, quae cursitando uel aliter quomodolibet fieri possunt penitus uitent. Multa enim ex hoc inconuenientia (ut expertum est) possunt sequi, hominibus frequenter de quibus non aduertitur, uidentibus quae agunt. Non sunt brachia notabiliter denudanda, nec uestes nimium succingenda, uel aliter irreligiosè tenenda. Caterum ad deuotos pertinet fratres, ecclesijs quando transeunt iuxta ipsas, necnon & crucibus deuotis inclinationibus reuerentiam exhibere. Cemiteria uero absque oratione profundis nullatenus pertransire. Discretionis est, agenda quoque prauiua deliberatione metiri, & non agenda cauere, quia qui de futuro nihil praemeditat, in oia incautus incidit. Moderatus est praesentioris consilium labor itineris, ne spiritus deuotionis extinguat. Audienda est missa, sanctaeque exhortationis pro populo si affuerit sermo fides, & ante omnia semper in primis diuini pensum officii deuote soluendum, ne fratres se magis cursores, quam religiosos exhibeant, & contra religionis propositum, de accessorio principale facere conuincantur. In solenioribus festis, est ab itinere cessandum. Cauenda est per uias dormitio, tanquam periculosa & indecens, nec est tardè, uel apud infames hospitandum personae. Disciplinam uerborum debent attendere, tam in materia quam in sono. Si occurrerint homines, debent eos humiliter salutare. Seniorum erit, conuincantibus & his cum quibus aliquando loqui contigerit, aliquid ad edificationem uel consolationem proponere, peccantes in eorum praesentia, non rigide, sed cum modestia & humilitate corripere, & ad bonum per rationes & dulcem allocutionem inducere, & quodammodo omni creaturae sanctum Euangelium praedicare. Sanctus Philippus eunuchum in itinere baptizauit. Beatus Martinus latronem secum itinerantem conuertit. Si uero non affuerint ho-

mines, de Deo uerba fratrum continere esse. Ipsi se naque itinerantibus & loquentibus de se discipulis, itinerantis factus est comes. Tunc exempla patrum uel alia quae uis bona, quae uel accedant affectum, uel saltem instruant intellectum, sunt ad laboris alienationem narranda. Turpissimum est, nescire tempus, nisi friuolis, & fabulosis narrationibus detinere, uel tacentibus de te Domine, quoniam loquaces muti sunt. Solent fratres letanias, psalmos penitentiales, canticum graduum, & similia, aut simul, aut glibet singulariter frequentare, & maxime ante tertiam, aut certe in sanctis meditationibus occupari. Denique quotiens mutuae collationes interueniunt uerba, sonum omnino decet esse demissum. Proinde clamorosa locutionem, quae nunquam decet religiosam personam, penitus uitent, maxime inter fructuosa & nemora existens. Siquidem iuxta uulgare prouerbium. Nemo aureas, & campus leu planicie oculos habere dicuntur. Ab omnibus ergo quae coram secularibus dicere uolunt, in locis dumosis & nemorosis omnino abstineant, nisi forte aliquid quasi sub silentio, & latinis uerbis dicere uelint. Miserabiles confusiones quibusdam minus cautis, pluries ex hoc accidisse feruntur. Non cantent in itinere in cantu maxime secularium cationum aliqua, licet bona, cum laici non intelligant nisi sonum. Et praeter haec, religiosum non decet in cantu extraordinarie uocem efferre. Si qui forte dissolutiones, aut clamorosas disputationes, uerborum alterationes, uel alta quae offensionis materiam extraneis dare possunt, uitare inter homines negligant, nequaquam eos timoratos dixerim, aut zelum religionis habere. Qui religionis suae scaldalo non occurrit, honori proprio detrahit, & saluti. Qui fidelis religionis est filius, nequaquam eius scandalum paruuducit.

De modo conuersandi in Ecclesijs secularium. Cap. III.

Pruenientes ad religiosorum uel secularium loca, cum ad Ecclesiam (si in loco fuerint) ueniunt, in ingressu Ecclesiae, illum secum uerficulam memorantes. Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo, & nudato capite signum crucis super se cum reuerentia facientes, ante altare, uel in alio loco orationi congruo, ad quem declinauerit senior, prosternere se humiliter debent. Vbi quantum Deus dederit deuote orantes, pariter ab oratione surgentes, procedere poterunt ad ea, quae necesse habuerint iuxta propositum exequendam. Ecclesiam naque sicut euangelici & ecclesiastici uiri, semper prius (si commodè possumus) uisitare debemus, sanctorum patrum qui nos in ordine praecesserunt, immo ipsius saluatoris exemplo, quem Beatus Euangelista Martheus Hierusalem Ciuitatem ingressum, refert templum

Luc. 24.

Psal. 5.

Matth. 1.

Ecclesi.

Ecclesi.

A. G. B.



plum Dñi adijisse. Super quem locum dicit expositor, q̄ ingressus urbem, primo templū adiit, dans formam religiosi, ut quoquo imus, primū domum orationis (si ibi est) adeamus. Militarum enim solenniis, uel alijs diuino officio cum extraneis assistentes, gerant se humiliter & honeste. Non stent in sedibus suis uelut magnates, aut quasi laici lasi de officio non curantes, sed ad librum si necesse fuerit & honeste poterūt accedere, officiatē cum maturitate tñ ac modestia, tam in uoce q̄ in gestibus obseruata, humiliter iuuent. Quod si pp̄ euitandum discursum, ad librum non duxerint accedendum, nihilominus tñ cōia, quæ nouerint, poterūt cum alijs honeste sine nimia uocis exaltatione cātare. Ad cātandum aut̄ aliquid sequestratum, sicut est alleluia, rñsorū, uel aliud quodlibet nequaq̄ cū secularibus le cōbinēt, si uitare poterūt bono mō. Tunc ē non solum in prædictis, uerum ē in honesto se habendi modo, quantum ad disciplinā aspiciendū, loquendū, habitus, & uniformitatis, honestatisq̄ custodia est habenda. Reprehēibile est, ibi vagis circūspicere oculis, aut colloquutionibus dum missæ officium celebrat̄ intendere, quod tunc ē secularibus clericis ius canonicū interdicit, aut per aliquam rem habitus secularitatis præterdere, unde ibi nō decet capitiū inter hoīes extrahi nisi ad Euangelij, uel ad alia pro quibus ex approbata cōsuetudine cōiter fieri consueuit. Deniq; pp̄ uniformitatem dum intersunt officio, solliciti sint circa duo. Vnum est, ne diuersitate sua in his quæ ab honestate non discrepant, alios scandalizēt, ut uidelicet ad magnificat, in uesperis, ad quicūq; uult, i prima, uel ad alia hmōi, ceteris cum reuerētia stātibus ipsi non sedeant, licet illud officium tunc ipsi nō dicant. Aliud est, ut in stando, sedendo, & se pster nēdo sint inuicem uniformes, ut pariter stent, sedent, & se prosternant. Qui cor unum & aīam unam debent hēre, difformes exterius nō debēt esse. Vniformitas morū, uniformitatem iuuat, & indicat animorum. Senioris cōsuetudini, debet se socius humiliter conformare. Religiosorum morē cū eis officiantes seruamus, cum alijs inclinationum ritus ignaris, festiuo tpe ad oēs collectas uultu ad altare uerso, cum reuerētia stātes ad beatā Virginis & sanctorum dumtaxat, qui speciali ex more ueneratione coluntur nomina inclinamus, i feria uerō simus ad oēs orationes pstrati, ad pfationē semper, & qñ dñ agnus Dei moris est stare, uerū tñ si qñ apud extraneos duxerint celebrandū, modū ordinis sui in celebrando vniformitatis occasione nō uariant, nec ipsū dimittāt, nisi aliter facere cogat necessitas. Ne uelut instabiles & modū p̄ptiū nō hātes, cū uariis ecclesiarū cōsuetudinibus temerariē uariēt. Possunt tñ in bñdictionibus post missam iuxta morem patriæ faciendis, & in oībus hmōi, q̄ modo non præiudicant regulari, ecclesiarū i quibus fuerint consuetudines obseruare.

In hospicii domo cum fuerint, studeant se in omnibus gerere humiliter ac prudēter circa custodiā disciplinā, humilitatem erga personas in conuersione ostendant, personis maioribus humiliter deferāt, personis humilioribus, & pauperibus tanq̄ confratribus suis socialiter & benignē loquantur. Conuersatio quoq; signū aliquid superbiæ non præterdat. Nunq̄ ad prima se ingerāt loca, nec tamē ad ea uocati prorsus refugiant, senioris tamē fratris, (quem præponere debent semper in omnibus) honore seruat. Quod honori uel certē delictis deseruire uidetur, humiliter utiq; declinat, & honestū modestia recusatur. Vbi autem senioris, aut sociorum accedit instātia, cedere magis, q̄ diutius repugnare oportet. Parēdo potius q̄ obstinatius repugnando, seruatur humilitas. Reprehēibilis difficultas, ubi palam nutui obuiat senioris. Lectos secularium non ascendant indifferenter p̄ diem, nec familiam hospitij obsequiorum exactione molestant. Decet pauperes paucis esse cōtentos, ipsiq; necessitati est pro loco & tempore detrahendum. Nūq̄ hospitium familiaritas, uel alicuius affinitatis propinquitas præsumptionē inducat, ut in domo præcipere, curiosa quære re, aut de factis domus, aut familiæ indagandis uel disponendis, se iterum intrōmittere uelint, qui propriæ rei familiaris curam, ut Deo seruirent libere abiecerunt. Prudentiam quidē necessariam habent, ut sint in sui custodia circūspecti. Vnde Apostolus. In sapiētia (inquit) ambulat, ad eos q̄ foris sunt. Et Dominus. Caute (ait) ab hominibus. Caute ergo in disciplinæ censura non solum in publico, uerum ē in priuato se habeant. Nullum (ait quidam) putaueris locum sine teste. Narrabat quidam frater, se in quibusdam secularium domibus occultas deprehendisse fenestras, p̄ quas ea quæ in domibus illis existentes agebant, ipsis nō percipientibus poterant aperte uideri. In æstate meridiano tempore dormit ionis iacentes, aliquid si possunt super habitum operimentum saltem usq; ad cingulum habeant, ne qñ dormiunt, eos indecenter quidam inter homines discooperiri contingat. Erubescenda nimis quibusdam ex hoc accidisse feruntur. Habenda ubiq; prudentiæ circūspectio, & cautela circa personas, loca, negocia & res si quas habuerint reponendas. Circa personas, ut se nimis hominibus non committant, q̄ tūcūq; familiares fuerint, aut propinqui. Attēdant sibi, in omnibus quæ dicunt, aut faciunt. Spirituales ille qui omnia diiudicat, & ipse à nemine iudicatur, omne opus suum trina quadam consideratione præueniet. Primum quidem an quod possum liceat, deindē an deceat, postremò an expediat. In omnibus semetipsos sicut Dei ministros exhibeant. Sint in aspectu geētū & omni actione sua serui, religiosi,

Ad Col. Marti.

Mulierū conforia fugienda.

Exemplū.

giosi, & modesti, sicut decet sanctos. Verumtamen modus quidam est religionis, superstitiosum esse nimis non oportet. Dabit congruū inter homines modum discretio personarum. Status & qualitas hominum differens, differentiam exigit conuersandi. Habet se prudēs cum differentibus differenter, cum omnibus tamen differentibus differenter, cum omnibus tamen caute. Erit simplex non stolidus, humilis nō deiecius, mansuetus non blandus, hilaris non lasciuus, affabilis nō uaniloquus aut scurrilis, quin immò inter est sapientis sicut res exigit, a rigore interdum remitti, ut modum tamen modestiæ, nec in ipsa remissione dimittat. Potest grauitatis censura remitti pro tempore, non dimitti. Impuranda tamen remissio, ubi nulla decet uel utilitatis intentio. Prudens Domini seruus, utilitatis fructum ex sua nouit remissione asserre. Ad hoc quoniam attendenda est honestas congrua personarum honestas, honestioribus semper adhæreant. Mulierum tam propinquarum q̄ aliarum, caute prout poterunt societatem declinent, earumq; familiare nimis obsequium, & tactum omnino refugiat. Nulla ratione sustineant, q̄ pedes sibi à muliere lauentur. Nudam autem mulieris manum tãgere, ad eius caput, uel corpus ubilibet (absq; necessaria euidenter causa) manum extendere, ab omni prorsus religionis honestate quis dubitat. alienum? Quando religiosus cum muliere sedet aut loquitur, manus suas occultare & à se retrahere debet, quas etiam quando cunq; cum personis extraneis loquitur, simul iunctas & uelut inuicem colligatas, uel alias Religiosæ decet haberi. Locutio, disciplinam requirit. Nunquam mulierē q̄ tuncunq; sibi affinitate conuētā, siue sororem, siue nepotem, q̄ tuncunq; pueriles, nunquam etiam facile matrem propriam, osculentur. Fugiat omnino feminea oscula milites Christi, cū osculum etiam uiris offerri non deceat, nisi forte ubi de proprio patre uel alijs honestis personis, moris ex actu sine scandalo iouitari non potest. Religionis personam religionis honestas, os indifferenter osculis communicare non patitur. Deniq; periculo animæ, mulierum habetur societas. Igitur (ut docet quidam Sanctus) ubique gustanda est cum mulieribus non continuanda præsentia, sed quasi transeunter feminis exhibenda est accessio quodammodo fugitina. Tutius est non posse perire, quam iuxta periculum non perisse. Illum autem nec castū dixerim nec honestum, qui mulierem, aut tangere, aut tactū eius admittere non abhorret. Quomodo range re licet, q̄ intueri non licet? Ad custodiendā cordis munditiam, exterior quoq; sensuum disciplinam est seruanda. Loca quæ periculi uel suspitionis materiam dare possunt, caute declinent, nec soli cum muliere in locis hmōi uel ad horā morantur. Dñā q̄dam (ut fertur) dū duo fratres ad eius domum diuertissent, alterū seorsum uocauit in camerā, quasi secreto sibi aliquid locutu-

ra. Quem ingressum mox ad turpitudinem prouocans, asseruit firmiter se continuo contra ipsum quasi ei uolentiam inferentē, nisi statim sibi acquiesceret, clamaturam. Tunc doctus à Domino Frater, anteq̄ mulier in uocē clamoris prurumperet, ad fratrem consocium qui cum pluribus personis in atrio domus erat, alta uoce clamauit, librū sibi continuo afferri requirens, sicq; adueniente fratre, necesse habuit mulier ab hmōi nefaria sollicitatione cessare, & frater hominū confusionem euasit. Nonnulli ob eam similitudinem turpiter, & uerberari grauitate fuisse dicunt. Qui aut cauet laqueos, securus erit. Qui autem non cauet, est aut stultissimus, aut peruersus, nec est eius excusatio admittenda. De nocte si p̄ domos hospitij ad necessaria exeunt, simul siquidem & cum lumine, ut filii lucis eant. Ceterum de mundanis secularium negotijs expediendis, religiosus temerariē se non debet intrōmittere. Si de animæ negocio agitur, apponendum est quidem consilium ab his, qui habent officium & peritiam consulendi, alias non est militantis Deo, se iterum occasione propinquorum uel amicorum secularibus implicare negocijs, quæ mundo moriens abdicauit. Impius est, q̄ animæ suæ (pro patribus suis) est crudelis. Sed nec secularium literarū ad portandū uel presentandū alicui recipi debent, nisi de ipsarum tenore opus forsitan aliquod pietatis habentē constiterit. Nec religiosus ueris expedit, q̄ uerborū ē sine literis pro negocijs hmōi baiuli fiant, uel internū ei, sed si super talibus requirantur, hoc per alios quos deceat fieri replicent. Circa rerum custodiam, sine libris siue alia secum detulerint, nequaq; negligentes existant, sed omnia, libros præcipue anteq̄ eos deponant de manibus uel de sinu, certē fideliq; personarū commendent, q̄ à suis & à canibus q̄ libros (ut experientia docuit) destruant, & cōpente corio non obstante corrodant, custodiat diligenter. Ipse quoq; personarū res hmōi committuntur, sunt super his instruenda. Noctibus tñ consulte p̄ pericula i loco certō propinquoq; habeantur. Quidā quos recommendauerat libros, repente superueniente incendio, perdidit.

Secularia negotia uitanda.

Disciplinam in uerbo, est iunioribus & nouis præcipue inter extraneos obseruanda, ut tardē caute ac demissa uoce loquantur. Tardē, ut usq; ad interrogacionem taceant, interrogati rñsionē seniori relinquāt. Nisi forte in speciali supleuibus, maxime ad p̄pria necessitate spectantibus, ut de cibo & potu & cōsumilibus requant. De talibus pot q̄q; p̄ se, nō tñ p̄ socio (sine assensu ipsius) rñdere. Cōem requit assensum responsio, quæ de cōi necessitate profertur. Cantē, ut cū præmeditatione loquantur, ut primò bis ad limam, quàm semel ad linguā ueniat ser-



mo, maximè si seniore fortè occupato, de ordine, de personis absentibus, de rumoribus, uel notabilibus alijs requirantur. De factis ordinis, ut de modo ieiunandi, de silentio uel de alijs re-
 quirit, se nouos in ordine dicant, seniore m requirendum pratendant. Ne fortè dum sapienter & bene respondere se putant, stultum aliquid (& quod omnino dici nõ oporteat) dicant. Secreta ordinis quantuncunq; religioso uel familiaris non releuent, nec statim aliquod publicent, nisi quod fortè commodè celari non potest. Id ipsum autem non statutum non præceptum, sed tantum ordinis intra domum consuetudinem uocent, ut per eorum responsum, tentionis debitum excludatur etiam extrã domũ, ne seculares si quando contrarium uideant, reputent fratres sui ordinis transgressores, cum tamen multa possint licitè ex ordinis uel superiorum dispensatione mutari. Ordinem nostrum nunquam ad particularia descendendo, sed si necesse fuerit, in generali solum absq; aliorum ordinum collatione, uel obreccatione commendent. Pessimus laudandi modus, seipsum cum aliorum iniuria prædicare. Pessima uiti corruptela detractio, quæ animam maculat, Deum offendit, proximum scandalizat. Et quia ut scriptum est, Sermo obscurus in uacuum non ibit, & tumultus murmurationum non abscondetur, his coram quibus detrahitur, scandalum excitatur. Constat autem (ut S. Bern. loquitur) ubi ueritas in causa necessaria non est, nec licitè scandalum à quolibet posse committi, nec iuste præcipi, nec innoxie consentire. Si de personis absentibus præfertim religiosis sinistre aliquid suggeratur, semper pro absentium parte loquentes, nullo modo ad fauendum detractoribus inclinentur. Accidit aliquando, quosdam magis ad retinendum quam ex animo de his obloqui. Narrabat (ut fertur) senior quidã fide dignissimus, ad se quandoq; seculares uenisse, qui aduersus quosdam religiosos plurimum iuehi uidebatur. Cui frater uiriliter se opponens, eum quoties aduenit eadem semper constantia repulit, & incufatos pro uerbis excusauit. Miratus oblocutor, beneuolam senioris constantiam, aperuit tandem, se id ad probandum de mutua illorum ordinũ charitate fecisse, adiciens se de ordine senioris istius, qui pro alijs aduocabat, cum quodam incufati prius ordinis fratre ob causam cõsimilem oblocutum fuisset, fratrum autem illum ob locutionis per uerba in primis aliquantulum, de inde uerò remissius resellentem, tandem obloquenti cessasse: super quo idem secularis nou modicum offensus, apud illos non esse charitatis ueritatem asseruit, qui aduicem detractorem admittere non curassent, deniq; religiosus non est, qui detractõibus pascit, aut pascitur alienis. Caueant etiam, ne sint rumorũ licet bonorum, & uerisimilium delatores. Religiosos uiros, passim rumigerulos esse non de-

Sap. 1.

cet. Falsitas quæ frequentissimè rumoribus inest, uel quæ per secundarios relatores apponitur, primis eorum auctoribus imputatur. Hinc est illud. Rumores fuge, ne incipias nouus auctor haberi. Sint in locutione honesti & serui, nec se in secularibus, & ad risum mouentibus uerbis seculares ostendant. Seruum Dei de Deo loqui decet, ut fiat quod scriptum est. Si quis loquitur, quasi sermones Dei, alioquin uerba uana, mentis aperiunt uanitatem. Ex abundantia enim cordis, os loquitur dicitur in Matth. Circa uocis sonum in locutione attendant, ut (prout tactum est alibi) sit demissus pariter & suauis. Vitiõssimus planè Religioso loquendi modus, si notabiliter suam in loquela communi uocem exalter. Sufficiat ei, q; proximè sibi astantes possint loquentis intelligere uerbum. Sapientis est, loqui suauiter & demisse. Nox autem amplioris uocis de presionem requirit. Nox est tempus silentii & quietis. In nocte maximè post completorium in alta ut prius uerba erumpere silentii grauitate neglecta, secularium est, Religiosis non curantium honestatem. Proinde honesti fratres, ubicunq; fuerint, religiose semper in quibus poterint, ac si essent in fratrum collegio, cum silentii sui obseruatione permanebunt.

1. Pe. 4

Matth. 13

De disciplina comedendi inter seculares. Cap. VI.

Recipere decet, ut cum extraneis comedentes honestè se habeant, ut nec in cibo nec in modo comedendi uel morã, aut in alijs quæ disconueniunt super mensam, ut est uerborum multiplicatio, aut exterior corporis uel habitus dispositio, ihonesta possint de irregularitate notari. Circa cibum attendant, q; propter quantitatem uel qualitatem, de gula uitio iudicari nõ possint. De primo sapiens ait. Vtere quasi homo frugi, his quæ tibi apponuntur, ne dum multum manducas, odio habearis. Vnde inter seculares non expedit, appositam semper portionem totam comedere, aut penitus euacuare scutellam, ne fortè id magis homines uoracitati, quam ne cessitati attribuant. Inter cetera, est habenda semper temperantia circa potum. Turpissimum est, si de nimia potatione notentur. Religionis quæ insignia præferens, meriboli nomen ignominiosè fortitur, hoc uitium hominem corã Deo & hominibus uilem reddit. Ad notam huius uitii fugiendam cauere debent, ne post refectiõnem (etiam si uinum sepius offeratur) frequenter bibant, aut postquam in communi potatum est, seorsum sine urgente necessitate potum in priuato requirant, nec omnino q; potus ubi dormitur remaneat patiantur: post cenam non sunt ad uerba & pocula uigiliae pertrahenda. Vigilare ad ignem, sitim prouocat, & bibitare compellit, grauat corpus, exhaurit spiritum, tempus in uerbis penè imperceptibili subductione consumit,

Ecl. 31

sumit, tempestiuè ad orationem surgere, officij debitum deuote ut expedit soluere, non pernitit. Et qui serò sobrietatis non obseruat sententiam, manè frequenter suspèditur à diuinis. Vsitatum est, hosti homines ad prunas seducere. Ad prunas Dominum spreuit rex Ioachim, negauit Petrus, & ne nobis de nocturna prædicatione ad prunas propter fructum uel interrogationes hominum blandiamur. Ad prunas Ioachim quidem audit sermones Dñi, sed cõtenit. Ad prunas Petrus de Christo interrogatus, offendit. Quoties est serotinis necessaria uerbis correptio matutina, manè prædicant docti, serò cõtionantur indocti. Et in his omnibus, honestius alibi q; ad ignem & pocula prædicatur. Si hominum inuest de uotio pro exemplis, senioris iter erit prouidere, ut narratione una, paucis ne alijs si expedit uerbis, instantia satisfiat. Veritatem mutat interdum causa consilium, nec lex imponitur uictioni, uitanda tamen uigilia, quæ occasionem uerbis, aut potat ioni ministrat. Qui uitium cauere desiderat, uitij occasionem præcaueat. Studeat ergo in cibo & potu sobrietatem seruare, sicut serui Dei & religiosè uiuentes. Si cut omnes cupiditates carnis abstinentia refecatur, ita omnes uirtutes edacitatis uitio destruitur. Immundi spiritus se ibi iniiciunt, ubi amplius uident cibum & potum. Circa secundum multum attendere sibi debent, ne uidelicet cibos appetant delicatos. Qui unum & pinguia diligit, nunquam in uirtutum possessione ditabitur. Horum quidem permittitur usus, abusus & concupiscentia prohibetur. Semper itaq; placeat eis, laurioribus parere cibis. De grossioribus cibis, & facili uel ualde temperato potu, ne cessitati utcunq; satis fieri potest, quamq; ipsa necessitas inter homines sit arcenda. Qui de religione censetur, modestiam debet religionis habere, ut sit in temperantia speculum aliorum. Spectaculum facti sumos mundo, & Angelis, & hominibus (inquit) Apostolus. Felix abstinentia, quæ palato imperat delicato. Decet uas celesti gratiæ mancipatum, à seculi illecebris abstinerere. Non erubescant, aquam pro uino petere si habuerint, temperando, quin potius erubescere debent, si uinum biberint nimis fortè. Aquã requirere, & minus limphatouino, uel modicũ semper pro bibentis necessitate apponere, Deo placet, proximum edificat, religiosum honestat, animæ simul & corpori est salubre. Verum quam turpe sit pauperibus hominibus, cibaria quære- re lautiora, & appositis non esse contentos, de modo præparandi cibum disponere, aut quomodo præparatur requirere, potum uel cibum aliquem in speciali laudare, ut de eisdem amplius apponatur, aut suas inter extraneos medicinas ostendere, quis sanæ mentis ignorat? Modus quoq; honestus est in comedendo habendus, ut non ardent, aut cum nimia festinatione comedatur, uel aliàs indecenter. Moram in mensa facere, re-

1. Cor. 4

ligiosum non est. Caueant ne alijs à comestione cessantibus, ipsi comedendo uel loquendo mensam decineant, cum non sit hominum, sed magis pecudum super mensam ruminando diutius immorari. Possunt tamen qui necesse habet, can- te cum modestia sibi in principio mense alijs cõmuniter comedentibus prouidere. Ad hoc ubique (ut ait sanctus) frenanda est lingua præceps, maximè in conuiuio, ne scilicet ad loquendum superflue uel in discrete laxetur. Taciturnitas (ait Hugo) inter epulas idcirco necessaria est, quoniam lingua quæ omni tempore ad peccatum prona labitur, periculosus tñ cum per crapulam inflàmata fuerit, ad loquendum relaxatur. Discretionè in uerbis cadè ibi ratio persuadet. Super mensam autem cū socio loqui, aut corã il- lite ratis, latinis ibidem uel alibi uerbis uti, do- minum quoq; domus uel alios quoscunq; ad co- medendum uel bibendum frequentius inuitare non decet. Subit aõ, q; quædam matrona cuidã eam frequenter inuitanti, dixisse fertur. Fuis- ne (inquit) asinarius ruralium, & imperitorum, qui sepe asinos prouocare nouissent esse propriũ insinuas, his qui inuitationes personis discretio- nem habentibus incultare solet. Oportet etiam disciplinam in corporis & habitus dispositione seruare, ut comedentes se non appodient super mensam, uel accubitando, uel alio quocunq; mo- do inordinato se gerant. Dum comedunt, caput in capucio nulla ratione profundent, sed aperta comedant facie. Ceterum religiosos & paupe- res de mensa aliena uiuentes, de portione sibi ap- posita encenia familiæ faciendõ, patrisfamilias in domo gerere uices, canes uel murilegos de mē- sa pascere benedicta, à quo nonnulli etiam absti- nent seculares, non cõgruit. Principalis hucusq; incisiõ, nil his notæ impingens, qui sub institutio- nibus alijs militant, aut pro diuersis locis & di- uersitate causarum, diuersa ordinant instituta. Honestas quidem & sancta omnis traditio, quæ p- prudentiam seniorum in timore Dei communi- ter traditur, communiter obseruatur, profectõ ex communi surgit institutione religio, hone- stas ex ordinatione causatur. Omne ordinatum, decorum esse necesse est.

Speculi discipline secundæ partis principa- lis, quæ est de generali exhortatio- ne, particula prima.

Principalis huius opusculi particula expedi- ta, secundaria hæc pauca epilogat, & supplet quædam, ut qualiter noui Christi discipuli ad Deum, ad se, ad proximum, & ad res etiam quas aliquando seruando seruare uel tractare contingit, se habeant: quibus differentiarum iudiciis de sua conuersione discernant, qualiter denique ipsi ad professionem recepti, se gerere debeant, uel breuiter in aliquibus instruantur. De



Psal. 118.

Ante omnia, cor suum per puram confessionem mundatum, dignum Deo habitaculum preparant, illud excolant, illud exornent, nihil ibi sordidum uel obscurum, nihil ibi uel ad horam residere, quod dilecti sui oculos offendere ualeat patiant. Tentationes & cogitationes malas, humiliter & pure cōfiteri nō differant, neres hostis consiliū suum ingerere nō celati, p̄ uidentem est eis, ut qui iam sunt super regis milites annotati, secum omnino firmant & statuunt, se usq; in finem ei fideliter seruituros, nec ullis ab eo tentationibus, tribulationibus, & angustijs deinceps recessuros. Iurauit ait propheta & statui, custodire iudicia iustitiae tuae. Religionem sanctam ad quam eos Dominus sua miseratione uocauit, seruentissimo ac fidelissimo studeant amore diligere, & ei tanq̄ speciosissimam ac Deo dilectissimam sponsam, fide inuolabili adherere. Quaeuq; sibi sine prospera siue aduersa contigerint, Deū semper deuotis offerant laudibus, ut siue respicit, siue cadant, siue alia quaeuq; molestiam, siue laesionem incurrant, semper in ipsorum ore resonet diuina laus, semper uel benedictus Deus, uel aue Maria, uel aliquod qd̄ ad laudem Dei pertineat dicant. Et hoc in consuetudinem ducere studeant, nulla unq̄ negligentia omittendam. Quicquid speciositatis uel delectabilitatis in creaturis inuenerint, quicquid circa statum humane conditionis uel dispositionis acciderit, totum semper assumant in materiam laudis Dei, & de omnibus quae occurrerint, deuotē studeant cogitare. In ipso suarum omnium operationum initio Dm̄ inuocare, & suam ad ipsum intentionem dirigere assuecant. Insistent orationi seruent, quae non iam in horto Domini plantula fouet, prouehit, & confirmat. Discant ergo una saltem diei uel noctis hora, tempus & oculum uendicare, q̄ ad se reuertit meritisq; cubiculum introgressi, orient in abscondito patrem suum, q̄ in corde contrito & humiliato uniuerforum Domino familiariter astent. Mane autem astabat propheta Dño, quia qui mane uigilauerit ad Deum, inuenit eū. Surreptenda erit carni, & si forte non semper, sepe tñ, somni requies matutina, cum illa hora Christus resurrexerit, tunc est tempus alidendis ad petram parulis, mortificandae carni & recreando spiritui oportunitas. Tunc spirituales auiculae dulcē Deo in cordis organo exhibent melodiam. Ad hanc & alia temporis & quietis oportunitates quae occurrunt, minime negligendae sunt. Post horas canonicas non statim oratoriam exeant, sed in oratione aliquantulum subsistentes, qualiter opus Dei peregerint cogitent, an tepidē uel seruenter, defectus si quos ibi commiserint tunc emendant, gratiaq; deuotionis se offerant infundenda, quam si Dominus dederit, non repellat. Hoc autē in omni oratione obseruent, ut quod oran-

tes dicant, ex animo semper dicant. Non uocibus, sed rebus agitur apud Deum. Porro qui ad orationem est negligens, sua nimirum ingratitude & tepiditatis est testis. Frustra profectus uirtutum, sine oratione speratur. Ad ea quae ad cultum Dei pertinent, magno corde & prompto corpore accingantur. Ad diuinum officium auidito signo, statim omnibus occupationibus omissis accelerent. Si in lectis fuerint, statim surgant, nec ultimum aliquatenus signū expectent. Oratione aliqua utiliter praeuenitur officium. Quis ex studio praeuenit, in benedictionibus meretur dulcedinis, maioris deuotionis & gratiae ad ipsius executionem praeueniri. Ecclesiam intraturi, manus si necesse habuerint lauent. Vestes maxime in die religiose componant, ne irreuenter aut indecenter introeant aulam Dei. In Ecclesia Deo psallentes, creatorem suum totis uiribus cum reuerentia debita laudent. Officiū suum in choro & extra non perfectorie quide, a sinis (ut dicitur) labijs, sed deuotē semper & integre dicere studeant, nec aliam ei occupationem admisceant. Cessent manus, oculorum euagatio reprimatur, ut mens ab exteriori cura penitus libera, soli ualeat Deo uacare. Dies uel hora quae negligentē officiatā petrastrerit, nequam ulterius poterit reuocari, cum temporis sequentis officium, suam nihilominus diligentiam & deuotionem requirat. Nec sibi de gratuitis orationibus blandiantur, si circa necessarias quae primo loco habenda sunt, desidiosi extiterint. Deniq; (iuxta sancti uerbum) pure semper ac strenuē debent laudibus diuinis intendere. Pure quidem, ut dum psallunt nihil aliud cogitent, q̄ quod psallunt. Strenuē uerō, ut sicut reuenter, ita & alacriter Deo assistant, non pigri, non somnolenti, non ositantes, non parcetes uocibus, non praescidentes uerba dimidia, non integra transilientes, non fractis & remissis uocibus, muliebri quiddam, blada uerba de narē sonantes, sed uirili (ut dignum est) sonitu & affectu spiritus uerba deponentes. Reuerentiam in officio, honesta corporis dispositio, quae mentis deuotionem non mediocriter promouet attestatur. In choro non stent in stallis suis molliet, aut quasi fractis renibus resoluti. Quando post psalmum uel hymnum, sanctae Trinitati reuerentia exhibetur, humiliter & decenter inclinent. Tunc enim tardius surgere, segnitē ac certe deformiter inclinare, ut q̄ corpore qui sem demisso sufficienter, uultus tñ indecenter erigitur, oculis erraticē circularis, imperfecte quoq; ad memoriam Trinitatis inclinationis uenerationem exoluere, quasi sit honoris differentia in personis, irreuerentia arguit & temporis. Etiam extra chorum stent ad officium, praeterq̄ ad lectiones, & officium mortuorum, specialiter tñ lectionibus planē dictis, de domina tñ exceptis, irreuerentes & pigros se nonerint, si debitas Deo laudes sedendo uel tacendo exoluat, nisi necessitas euidens

euidens cogat. Si quando per niam officium dixerint, & si non uacat continuē dum illud dicunt ab itineratione quiescere, saltem ad collectam praecedentium collectam, q̄ omnino tota est in Deum intentio colligenda, in uno sistant loco, & si tempus exegerit, & locus permiserit, cū reuerentia genuflectant, ut in oratione communitorum officium uenerentur. Dispositio corporalis honesta, deuotionis prouocat affectum & designat. Non frustra sanctus Martinus oculis ac manibus in caelum semper intentus, orasse describitur. Intrinsicis motibus gestus exterior attestatur. Quamuis extra conuentum conuentualis in omnibus disciplinae nō seruetur distinctio, in omnibus tñ religiosi operibus, religionis debet uestigium relucere. Debēt ergo ad opus Dei corpus honestē disponere, ad collectam & Trinitatis memoriam uel modicum inclinare, ordinem in prosequendo seruare, occupationem & interruptionē uitare. Ad missas postpositis omnibus, tantō maiori promptitudine ac deuotione ministrent, quanto Deo ibi familiarius seruitur. Calicem & corporalia si tetigerint, reuenter & mundissime tractent, manusq; post tactum huiusmodi, anteq̄ apponant communibus, lauent. Corpus dominicū recepturi, ante (ut decet) amplioris confessionis, orationis, & tam a cibis quam uerbis temperantiae studio, acceptum Deo sategant hospitium preparare. Infusam autem obranti hospitis gratiam, reuerentiam in gratiarū actione attendant. Non minor est uirtus quam querere, parta tueri.

De ordinatione respectu sui. Cap. II.

Caeterum seruorem sanctum, & quandam debent magnanimitatem assumere, ut ad uirtutum exercitia strenui, ac deuoti, opera bona frequenter supererogare contendant. Tunc enim uitia fideliter extirpata discedunt, si uirtutibus cedant, alioquin uix si cedunt ad tepus ciecta. Nam redeunt, nisi uirtutes in locis uirtuorum quae fuerunt depulsa successerint. Non multum proderit omnia reliquisse, nisi uirtutū passibus tota Christum intentione sequamur. Quid iuuat expeditum esse ad cursum, nec currere, exisse ad opus, & operis obliuisci? Non intrantibus uineam, sed operantibus merces dat. Et cum in usu uirtutum omnium perfecti esse non ualent, in aliqua saltem se studeant specialiter exercere, & illam quāta possunt perfectione obseruare. Feruorem nouitiorum non decent illa misericordes in seipsis discretiones, & discretionum dispensationes faciles, quia indulgentie suo iudicio non sunt admittendae, nec tñ recusandae sunt alieno. A seipso in seipsum rigida debet esse censura, & districta seueritas. Ad regentem uel consulentem lenis & obediens in omnibus humilitas, si alterum desit, uel in deside & tepido non spero cursum perseverantiam, uel in pra-

cipitio timeo ruinā. Sine occultatores uirtutū, sicut alij uirtuorum. Non tñ in principio ardua siue multa praesumant. Nec sine licentia aliquid notabile attentent, sed a minoribus uirtutibus paulatim ad maiores conscendant. Hereditas ad quam festinat in principio, in nouissimo benedictione carebit. Communem ordinis obseruantiam sequantur, perfectioni in silentio & in alijs institutis plenius obrinendis insistant, a qua nec exemplari leuium, uel negligentium aliquorum dissolutione diuertant. Optima religiosi perfectio, perfecte communia quaeq; conuentualia seruare. Porro hic religionem offendit, qui religionis uiolat instituta. Turpis omnis pars, uniuerso suo non congruens. Cauet uir constans & honestus, ne consuetudinum ordinis temerarius uiolator existat, alius in uictu & moribus nouitatis nota, & singularitatis erit diuersitas fugienda. Ante omnia caueat, ne pro inchoato iam bono subrepat superbia, ut se alijs praeserant, & se aliquid esse putent. Perit omne quod agitur, si non solite in humilitate custodiat. Exterior gestuum disciplinam non negligant. Disciplina ceruicem submittit, deponit supercilium, cōponit uultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam, frenat gulam, iram sedat, format incessum. Sit ergo aspectus uerecūdus & simplex, risus sine cachinno, uox sine clamore & incessus sine tumultu. Erecto uel discooperto passim capite, manibus dissolutis, uel habitu non incedant. Si eis grata quaedam non securillitas seu curiosa urbanitas, quibus sanctam quaedam rusticitas bene sedet, salua semper modestia honestatis. Sint ad loquendum tardi, & in uoce demissi, & in congregationibus aut seniorum praesentia, uix nisi pro praesenti necessitate, uel interrogati loquantur. Non sint disputatores, nec facile de auditis (praesertim seniore praesente) sententiant. Stulti sicut sunt in sensu leues, ita & in uerbo praecipites. Infra tempus probationis, cū extraneis siue religiosi siue alii fuerint, absq; licentia, & dato sibi socio non loquantur. Religionis initium, est linguae frenum. Siquis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, huius uana est religio. Rem aliquam licet paruum sicut acum, siue aliud, occulte, hoc est sine licentia, recipere uel habere, quasi furtum abhorreant. Superfluitatem in cibis & uestibus, & in alijs gubuscung; constanter despiciant. Paupertate & parcitatem quaedam in omnibus quae ad corpus pertinent amplexantes. Vitiosa consuetudini uiriliter & seruenter resistat, nec eam in his quae gula uitium sapiunt, succrescere patiantur. Extra communem refectonem, ad comedendū & bibendum uix eos inlectat ipsa necessitas. Sepē quod necessitatis esse uideat, est uitiū. Ultra duas uices in die puerorum seu pecudum more comedere, potum extraordinarie frequentare, religionis temperantiam, & decorem euidenter offendit. Quae rogo religio, quae paupertas, si in

ut



ut esuris, mox ut sitis, uolito pares, facias appetitum, nec cum usq; ad flatutam horam. Scias compescere? Si qñ tñ extra horam exactas necessitate quis bibit, sedendo & ocio presente id faciat. Non decet ut stando sine teste bibas. Si plures fuerint, omnes dum bibitur sileant. Statimq; ut biberint, surgant cum aliqua laude Dei. Reprehensibilis admodum contabulatio, uel mora superflua iuxta potum. Nanq; ocio torpeant, sed semper aut lectio, aut orationi, uel officio addiscendo, aut alijs non quæ ipsi elegerint, sed quæ iniuncta fuerint facienda intendant. Spiritum tñ deuotionis, exteriores non exhauriat actiones. Deuotus frater nunq; totus comedat, totus dormiat, aut totus in exterioribus occupetur. Sed siue comedat siue aliud faciat, sanctum in animo aliquid semper uoluat, unde spiritus recreetur. In somnum quoq; iturus, semper aliquid in memoria secum deferat, in quo placide quidem obdormiat, quod nonnunquam uiuat somnare, & uigilantem excipiens in statum hebeternæ intentionis restituat. Lectum intraturus, pro diurnis offensis orationem semper aliquam faciat, ueniam petat, peccata percutiat, crucisq; munitus signaculo, suum Deo spiritum humiliter recommendet, qui à somno surgens, cū alligata se denuò laude consignet. Quod si forte eum luxuriæ pompa concusserit, recordetur dilectum suum positum super lectum doloris, & uniuersum stratum eius in carnis infirmitate uersatum: hæc dicens in corde suo. Dñs meus pendet in patibulo, & ego uoluptati operam dabo? Sicq; inuocato nomine Saluatoris, & geminando sapius nomen salutis, cessabit quassatio.

De ordinatione circa proximum. Cap. III.

1. Thef. 5.

AD hæc qualiter se habere ad proximum debeat, Hugo docet. Superioribus (inquit) obedientiam, timorem, obsequium, & uenerationem exhibere debemus, cum æqualibus pacem, & concordiam custodire, muticem obsequio, beneficio, & honore præuenire. In omni actione & uerbo, superiorem eis locum tribuere, & si quæ fortassis in aliquo negotio præire eos cogantur, cum omni humilitate & reuerentia, quæ faciendæ sunt non percipere, sed demonstrare, & si eos præcedere contingat, cum alacritate & deuotione quasi ex necessitate subiecti obedire. Inferioribus semper beneficium & auxilium impendere, uenerationem non exigere, societatem, atq; æqualitatem amare. Maioribus (ait Hiero.) debemus per timorem subdi, æqualibus per charitatem obsequi, minoribus per æqualitatem sociari seu coequari. Igitur deuoti fratres seniores suos reuerentur ut dominos, diligant ut parentes. Qui præsent in Dño, sunt (secundum Apostolum) amplius in charitate habendi. Sanè (iuxta Hugonem) reuerentia sine amore, seruilis est, & amor sine reuerentia, puerilis iu-

dicari debet, propterea docet sanctus Bernardus, ut transeunte maiore, minor surgat, & de ei locum sedendi. Non presumat (inquit) iunior contedere, nisi præcipiat ei senior suus. Prior hic ponit coactio uel gradus officij seniore, quæquam ætas sit iuxta legem Dñi honorando, sic enim scriptum est. Coramcano capite consurge, & honora personam senis. Discretio tñ cautè pro loco & tempore, ac sine reuertentia congruo detrimento, uenerationem modificat. Habendus est modus in omnibus, nec uitiosam quidem superstitutionem admittens, nec superstitionis euitanda prætextu, humilitatis, aut moru sanctionem euacuans. Obedientia se totos subiiciant. Sit homo interior totus Deo, sit exterior totus prælato subiectus. Quicquid superior eis uel præpositus, uel instructor iniunxerit, quasi diuinitus imperatum, statim ut ueri obedientia filij deuote adimpleant, quicquid statuerit immobiliter seruent, scientesq; aliquid transgredi sacrilegium putent. Credant salutare, quicquid ille præceperit. Perfecta obedientia est in incipiente maxime indiscreta, id est, non discernere quid uel quare præcipiatur, sed tñ ad hoc niti, ut fideliter & humiliter fiat quod à maiore præcipitur. Nouitiam prudentem, incipientem, & sapientem, in cella diu posse consistere est impossibile, & in congregatione durare. Stultus fiat, ut sit sapiens. Secure per omnia obeditur, ubi contra Deum nihil præcipitur. Discant ergo uoluntates proprias frangere, alienoq; iudicio & imperio ambulare. Nulla ars (ait Hiero.) absq; magistro discitur. Ad illud (inquit) tendit oratio, ut tuo doceam te arbitrio non uiuendum, sed uiuere debere in monasterio, sub unius disciplina patris consortio multorum, ut ab alio discas humilitatem, ab alio patientiam, hic te silentium doceat, ille mansuetudinem. Non facias quod uis, subiecti cui non uis. Lassus ad stratum uenias, ambulansq; dormites, nec dum expleto somno surgere compellaris. Nihil absq; instructoris consentientia faciant, uel quocunq; eant, cui ab alijs etiam superioribus demandata sibi significet. In quibus sufficit ipse, semper eius licentia sint contenti, pro his quæ inferioris sunt, nõ pãlsim recurritur ad maiorem. Fratres omnes, & se inuicem honore & obsequio præuenire, & eorum defectum in officijs humilioribus implere contendant. Seniores fratres uersiculos dicere, de lumine seruire, librum ad officium tenere, uel huiusmodi humilia in choro, & extra, quantum in se fuerit non permittant. Omnibus se subiicientes humiliter propter Deum, non quod sibi utile putent, sed quod alijs amplexantes omnibus libenter obediant, omnibus satisfaciãt prout possunt, ut in omnibus quibus utitur, transitoria necessitas, supereminet quæ permanet, charitas. Quicquid agunt fidelissimè cum diligentia faciant, & tanq; Deo non quasi hominibus seruietes, non æstiment alios fratres qui diutius in ordine

Leuio

res, non æstiment alios fratres qui diutius in ordine laborauerunt, secum ex æquo laboribus occupandos, præsertim cū de se humiliter sentientes, piè debeant credere, q; sancti uiri plus Deo placeant quiescentes, q; ipsi quantumlibet laborantes. Erubescant se nescire, quod in obsequijs religioso est sciendum. Quod nesciunt, statim exercitio magistrante addiscant. Sint præcipuè ad seruendum communitati promptissimi. Si lumè in Ecclesia uel in officinis, aut aqua in fratrum lauatorio desit, continuò de his & similibus necessitati prouideant. Ad obsequium aduenientium fratrum, qui sicut Angeli, immò sicut Christus in eis ueniens sunt suscipiendi, cum omni deuotione festinent. Et quia fratribus hospitibus, secundum q; religionis honestas & consuetudo requirit, prius orandum est, q; fratribus societur in pace, q; citò ab oratione surrexerint ad eorum desolandas manus, maxime si fuerint sacerdotes, deuotè occurrant, & humiliter genuflectant, nullum fratrem proprio appellent nomine, nec nisi fuerit patriæ consuetudo uocent. Nulli prorsus q̄tum in eis est, materiam præstent molestiæ altius, sed omnia quæ necessaria & utilia æstiment, bono pietatis & charitatis componant. Quid pace honestius? quid unitate in cūdius? aut commodius socialitatis? quid charitati melius, aut preciosius inuenitur? Gloriosissimum quidem, & potissimè liberalis animæ & conscientia bonæ iudicium, pacem proximi custodire. Omnem q̄tum possibile est fratrum scandali occasionem uitare, nerecundari si socium uel per subreptionem offendis. Si quem aduersum se fratrem motum uel leuiter senserint, quiescere nesciant, quousq; ipsum humili studuerit satisfactione placare. Ad extraneos si qñ procedunt, in uerbis eorum, inessu, & habitu, modestia fulgeat disciplina, breuiter & pauca loquantur, caput decenter operiant, manus abscondant, mulieris omnino quantumlibet propinquæ osculum, & nudæ manus contactum penitus uitent. Pro personis quæ in domo uel in uia fratrum se orationibus recommendant, statim post earum abscellum, orationem faciant specialem. Defunctis fratribus audito eorum transitu, q; citius possunt subueniant, & debitum saltem obsequium soluere nulla occasione postponant. Talia siquidem, non absq; pertimescendæ offensa periculo negliguntur.

De reuerentia custodia. Cap. IIII.

Res quas tenent præcipuè libros, mundè teneant & honestè. A tactu libri nudam cohibeant manum, quæ licet munda, tñ quia porosa, ipsum facillè inficit & deturpat. Turpè est nudos paginarum marginibus imprimere digitos, uel ipsos, uel certè lâternam super librum legendo deducere. Semper pannus si adsit digito supponatur, alioquin ita cautè tangant & le-

niter, ut tangentes quasi non tangere uideantur, librum superflue apertū non teneant, uel incaute relinquunt. Firmacula libro paululum stricto sine uolentia laxent & apponant, uolentiam sonitus probat. Indignus est libro, qui negligit custodire. Solent incurij quidam libros digitis, & uestes saltem in manicis mundè seruandas, sordibus, & pulueribus, uel rebus quas tractant, penè indifferenter exponere, ipsas uerò extremae frequenter uilitati expositas, uix ualent à foriorum cibo, uix ab atrari, uix etiam ab ipsis calicis mappulis prohibere. Qui ipsis placere sordibus capiunt, custodiæ curam, curiositatis condemnant infamia, suæq; uitium incuriæ, uirtutis specie colorare nituntur. Grauius hæc homini erudito, qui munditia gaudet, honestatis pulchritudine delectatur.

De profectu & defectu nouitiorum, sine de differentia conuersorum. Cap. V.

Accedit hic neophytorum conuersio, differens intuenda. Sunt enim quidam tractabiles, simplices, deuoti, timorosi, q; nihil sibi Christo charius æstimates, uoluntates proprias ei sacrificant, uoluntariè prompti, ad nutum uerū citius obedire, ad difficilia qualibet propter Christū æquanimiter perferenda parati, suæ quoq; integritatis solliciti, cor suum per puram confessionem, & assiduam orationem mundare non negligunt. Sunt in exteriori conuersatione disciplinati & humiles, student se in omnibus officiosis & amabiles exhibere. Siquidem studere propter Deum amari, charitati seruire est. Hi uerò sunt altissimi filij, fideles sanctæ religionis propages, fratrum lætitiæ, cõsociorum solatium, sui gloria instructoris. Nam gloria patris, est filius sapiens. Sunt & alij dura ceruicis, discipline mansuescere nescientes, tepidi, curiosi, superbi: qui q; suauis est Dñs non gustantes, seculari duntaxat deposito habitu, non affectu, adhuc in moribus, in uerbis, in gestibus, & propriarum pertinnacia uoluntatum sæculo fidem seruant, ut mostro mirabilius sub religiosa ueste hominem uideas secularem. Hi sunt filij diffidentia, aduerrina plantatio, fructus mutiles, & acerbi, sociorum onus & scandalum, sui afflictio & confusio instructoris. Iuxta illud. Ira patris filius stultus, & confusio patris de filio indisciplinato. Ponenda sunt pauca, torporis, & curiositatis, & superbia prædictorum indicia, ut cognita deuitetur. Cautior in bonis ambulat, si & mala non lateat. Tepidus in conuersatione, ociosa uerba, & uanas cogitationes, noxias esse non conspicit. Vir raris grandibus, reliqua omnia uix reputat imputanda. Hebetati cordis ipse ad conscientiam de offensis, ut timoris filialis ignarus, timoratos & conscientia puritatem amantes, fatuos & superstitiosos sententiat. Quod si à torpore mentis euigilauerit, ea quæ leuia existimabat, quasi

Eccl. 22.

hor-



Eccl. 22.

Tepidi p
prietates.

Curios
proprietates.

horreda atq; atrocita pertimescit. Vacuus gratia & tepidus, quod est gratia, seu minus necessaria tentationis, qd disciplina, quod moru, qd uirtutis perfectio conciliat, negliges illud, difficile nec certe superfluu arbitrat, agre doctrina ad tassa patitur. Doctore nimis perfectu, ironica irrisione pronuicias. Nepe stultus sui patris disciplina irridet, ut pateat qd iuxta sapientem dicitur. Compedes in pedibus stulto doctrina. Animalis homo, no percipit ea quae sunt spūs Dei. Tepidus, in conuersatione remissus, publicos mores, & doctores monita negligit, ea quae Dei sunt laudate operatur, si quod inchoat bonu, uix perficit, tarde ad diuinu officium, & quaeq; conuenientia occurrit, ocio gaudet, labore uel modico laeditur, & facile se inuictu uel ad modicu se fatigatu pratendit, sed & amore priuato se diligens, quae carnis sunt sapit, & prosequitur ex affectu. Alioru quoq; defectibus non uirtutibus herens, si quid minus uel negligenter actu inspexit, illud in exemplū ad suae uelamen tepiditatis assumit. Ficta ei & indeuota cōfessio, rara & breuis cōpunctio, insipida & sine intentione oratio, in circūspecta & sine aedificatione lectio, obedientia morosa & sine deuotionis affectu, uix aliquas implerit. Multos. n. remissa cōuersatio in pristinos errores reducit, ac uiuendi torpore relouit, ut nonnunq; ex ore Dñi euomat. Curiosus non curada curat, necessaria negligit, & sui oblitus, aliena cōsiderat, notat & explorat. Si quod insonuerit uerbu, anhelat sollicitus ad sciendū, & honestate postposita id ab inuitis, & celare forsitan uolentibus, inuerecūde requirit, locis sibi nō cōcessis, cōgregationi, & colloquutionibus fratru se ingerit nō uocatus. Cum eū abesse putaueris, adest impudens lateri, adest auri, ut nec secretū ualeas occultare sermonē. Obseruat angulos, uagis circūspicit oculos, haeret ad singula q̄ occurrunt. Cōmunes obsidet trāsitus, superuenientū & forensium gaudet occurru, rumoribus & secularibus uerbis hauriendis & referendis intendit. Res sibi nō deputatas curiosē reuoluere nō quiescit, literas et̄ alienas si casu apertas inueniat, inspicere nō ueret, quas tū licet apertas ubi libet inuentas, uix aliquis nisi superior licet inspicit, uel alijs inspiciedas exponit. Rerū quoq; apparatus, cura superflua, curiositatis uitium clamat. Signa uerō superbiae sanctus Prosper enumerās, hos (inquit) dolendos enuncio, quos iam cōuersos superbia occulte captiuat. Hi aut seniorum suoru nō obseruāt imperata, sed iudicāt de suis negligētis, obiurgati aut rebellāt insolēter, aut murmurant. Simplicitate spūalium fratrum irridenter exagitat, praferri se et̄ melioribus impudenter affectant. Obsequia delata fastidiunt, negata pertinaciter quarunt. Natales moribus anteponunt, minores suos elati despiciunt, cōferri sibi aliquos posse non credūt. Nō seruāt in obsequio reuerentiā, in sermone modestiam, in moribus disciplinā, hnt̄ in intentione pertinaciā, in

corde durtiā, in sermocinatione iactantiā. Sunt in humilitate fallaces, in locutione mordaces, subiectionis impatiētes, temerarij in audiendo, clamorosi in loquēdo, fastidiosi in aduertēdo, psumptuosi in docendo, estrenati deformiter in cecūmādo: hae sunt infert superbiae grassantis indicia. Superbus se ad oēs propria uoluntatis impulsus accommodat, nec se alijs, sed alios sibi applicare contendit, facile sibi fieri contumeliā iudicat, ad quā irrogandā est ualidus, ad tolerandū infirmus. Et se grāde aliquid esse putās, deferre locijs dedignatur, legibus subdi, & culpā recognoscere propriā erubescit. Et licet iuxta ordinis mores se regere nesciat, in suis oculis tū sapiēs & perfectus, ad aliorū instructionē suae praesertim opiniononi contraria stomachatur, repraesentus offenditur, nunc eaulam ut insufficientē uel frivolum, nunc monitoris modum calūnias, ut si persuadere aliquid uelis, modus artem, aut monitio studium exigit, quo allegationum oblitus spinis sicut ericius, uel irrefragabili rōne, uel auctoritate nō dubia capiatur. Fit igitur ad obtemperandū difficilis, & ad correptionē impatiēs, adeo interdū ut se discipulū abnuēs, ipsum etiā deputatum sibi refugiat instructorē. Hac oia serui Dei quasi pestē mortiferā detestātes, perfectē ad Dñm conuertāt, iuxta illud Deuter. Perfectus eris, & sine macula cum Dño Deo tuo. Vah (inquit sapiens) duplici corde, & peccatori terram ingrediēti duabus uijs. Siquis uerō sufficienter expectatus & monitus, mores corrigere ac religionis formā induere negligit, praesertim si rebellis aut contentiosus extiterit, nō est proficientium numero aggregandus. Infidelis si deo cedit, discedat, ne una ouis morbida cōragione mortifera totum gregem contamine, peruersus & insolens in onus religionis, & dissolutionem admittitur.

De nouiter professis in ordine. Cap. XI.

AD professionē admittis, sit q̄ maximē cura ne desinat, perfecti quoq; magna se discretionis subtilitate cōspiciūt, ne ad deteriora unq; uel in ope, uel in cogitatione dilabatur. Si curare parua negligimus, sensibilibus seducti, audēter et̄ maiora ppetramus, susceptā etiā examinis tpe disciplinā, prudens nō abijcit, immo nec suū cōtinuū quali iam sibi sufficiens deserit instructorē. Eget rectore nouitius, eget notus directore professus. Vanus & fictus, ut instructoris curam euaserit insolēscit, assumit cornua, fit praesumptuosus & audax, & quasi uacca lasciuēs a prima informatione declinat. Cessat orō, repetit deuotio, cōfessio peccatorū negligitur, ut putes eū aut sui oblitum, aut non habere peccatū: facit quidē delata cōfessio, ut negligens mundus appareat licet non existat, dū culpas absorbet, obliuio absoluit. Multiplicatur dū nō curantur offēse, multiplicatē ne discernant & corrigantur

Deu. 10.

Eccl. 10.

Eccl. 22.
Prou. 4.

gantur impediunt. Multitudo peccatorum impedit ne uideantur. Vnde piger tunc est maximē uitiosus, cum uitia non agnoscit. Sic filia fatua in deminoratione erit. Iustorum autem femita, quasi lux splendens procedit, & crescit usq; ad perfectam diem. Professi ergo profiteantur profectum, praesumptionem praescribant, dabit ad hoc humilitatis & paupertatis constantia perseverans affectum, & curarū abiectione terrenarum, exercitatio charitatis, & quae complectitur omnia considerationis attentio. Summa religiosi uirtus humilitas, quae ipsum curat, perficit, & conseruat. Sine humilitate nulla uirtus, nulla perfectio, aut acquiritur, aut seruat, uirtutum si quidem bonum quoddam, ac stabile fundamentum humilitas. Nempē si nutet illa uirtutum aggregatio, non est nisi ruina. Et quoniam ad humilitatem humiliatio uia est, non erubescant humili, nec humilitatis officia facile respuant, ac imposita recommendent. Omnis ab eis praesumptionis audacia praescribatur. Anterioribus fratribus in ordine deferant, semper eorum respectu se iuniores & nouitios reputent. Ad exteriora, uel honoris alicuius officia pronehi non affectent. Multos propea nimis promotio, a uirtutum iam profectu per uitium elationis deiecit. Qui mundum deserunt (ait sanctus) ad exteriora officia nehi non debent, nisi per humilitatem diutius in eiusdem mundi contemptu solidentur. Et quia nouorum & iuniorū tentatio solet esse facile superbire, nescire modum humilitatis seruare, & si forte in aliquo praesint, officii metas excedere, ac de minimis grādia iactare, attendant sibi super his uigilanter. Nō potest intimo conscientiae testimonio gloriari ueraciter, nisi qui gloriolas perfectē respuerit. Paupertas in omnibus placeat, ne iterum siue in libris siue in alijs rerum se uelint sarcinulis onustare. Perfecta rerum abiectione, a cura expedit mentem, ab infectione affectum. Nemo in Christi expeditione liberior, nil habet. Si aliquibus egeant, studeant paritati. Super omnes diuitias diuitem facit paupertas. Hec quoq; in uictu, & in his quae carnis sunt, maximē amplectanda. Non est euāgelici pauperis gaudere superfluis luxibus indulgere, & (quod nec diuites possunt se per uelle) in omnibus abundare, nec penuriam scire pati. Familiaritates superfluas fugiant. Esto (ait quidam) omnibus benignus, nemini blaudus, paucis familiaris, omnibus aequus. Et sanctus Bernar. Tria (inquit) religiosum quemlibet decet, pauca loqui, paucos habere familiares, & multum orare, ubi multi familiares, ibi multae locutiones, & sibi singulares. Si familiarem admittis, sit quem aras, mores, discretio, & honestas insignit & cōmendant. Familiaritas si fuerit ordinata, non erit blanda, improba, puerilis. Est modesta quaedam in sancta familiaritate serueritas, est & iustitiae reuerentia, ut nullatenus uitium foueat, nec pro amico proximus offendantur.

Noli (ait sapiens) pro amico, inimicus fieri proximo. Seculariū deniq; familiaritas indiscreta, religiosi queream multipliciter inquietat. Nullus gratia munusculis cōparet. Si quid forte alicui uel cā exacti necessaria profus religionis lege, licentia praebent obtulerint, honestas rei, & utilitas praeci religiosorum & pauperum exēniū esse pbēt. Nō frequentent, pprinquos, ac exterioribus se implicent curis, sed salutis propriae memores, agenda potius praenitentia vacent. Non cadat a mente professio, sp̄ ad quod uenerint cogitent. Pēsent qd de quibusdā ait. f. Greg. Sape (inquit) nonnulli a praerantitatis uias deserunt, sanctitatis habitū sumūt, mox ut prima limina bene uiuendi contigerint, oblitū quid fuerint, affligi iam per penitentia de consumatis nequitias nolunt, laudari aut de inchoata iustitia appetūt, praesse et̄ ceteris melioribus cōcupiscūt. Et post pauca, in rebus aut multiplicibus occupati, atq; ipsa occupatione cōfusi, nō solum pperata minime deplorāt, sed adhuc q̄ deplorent exaggerāt. Sedm Apōsto. Nemo militans Deo, iplicat se ne gociis secularibus, ut ei placeat cui se pbauit. De sancto quodā legit, q̄ q̄tō magis se ab humanis curis & colloquijs sequestrabat, tantō illi uiciniior & propinquior Deus erat. Vitāda maximē colloquia mulierū, nō pōt toto corde habitare cū dño, qui mulierū accessibus copulat. Charitatis obsequia libeter impendat. Charitas semper reddita, semp detinet debitorē. Hae aut quō neget amicis, quae et̄ debet inimicis? Postq̄ uel orationi uacauerint, uel ad studium se dederint, ad seruicū fratrum surgāt, & si necesse fuerit, officiales nunc hunc, nūc illū, dilectē tū & put oportuerit iuuent, ut sedm Apostolicā doctrinā, & uitam, manibus suis laborantes qd bonū est, aliorū fratru et̄ corporaliter si fieri pōt, participant laboribus, in charitatis semp exerceanē opibus, & cibū corporis nō absq; labore comedant corporali, ut hae sancta cōsuetudo ipsos in humilitate custodiat, i fraterna dilectione & oī pfectione confirmet. Qui cōibus instant, suisq; obsequiis alios portant, sunt corporali simul & spūali suffragio supportandi. Meritō singuli pro his orant, qui pro cōitate laborāt. In spūalibus bonis Martha participet cum Maria, quae utiq; sunt sorores, & aqua sit pars descendētis ad preliū, & permanentis ad sarcinas, & similiter diuidant. Qui nobis corporaliter obsequunt, iustē sortē in necessariis spūalibus assequunt. Rursum cōitatis operibus, familiaria nemo praeponat. Charitas (de qua scriptum est) non quarit quae sua sunt, sic intelligitur, quia cōia propriis, non propria cōibus anteponit. Considerationi deniq; ante omnia & in oibus uigilandū, q̄ ad finem & directionē attendit. Finis ad quē nra tendit pfectio, est regnū Dei uel potius ipse Deus. Directio. f. illa quā tēdit, mētis est puritas, ad ipsum principaliter directiua. Harēdū iugiter his duobus. Necesse est. n. mentē cōsiderate, quo recurrat,

Eccl. 6.

2. Tim. 2.

Eph. 4.
1. Cor. 4.

1. Cor. 13.

currat, cuius principaliter inheret, non harentem, per singulas horas atque momenta pro incursum varietate mutari, atque ex his quae extrinsecus accidunt, in illum statum continuo transformari, qui primus occurrerit. Hinc est, quod multos pro Christi amore maxima contententes, pristinum, tamen affectum in minimis retinentes, postremo videmus pro graphio, per acu, calamoque commoveri. Irascunt mobiliter, et insani, veluti qui non habeant apostolicam charitatem. Quasi contemplationem mundi cordis fixam teneant, nunquam pro parvis rebus admittent, quod ne pro magnis ac pecciosis incurrerent opibus, easdem penitus abdicere maluerunt. Unde liquet, perfectionem non statim facultatum seu dignitatum abiectione contingi, nisi fuerit charitas illa cuius Apostolus membra describit, quae in sola cordis puritate consistit. Nam quid est non emulari, non insulari, non irritari, et reliqua: nisi cor perfectum atque mundissimum Deo offerre, et intactum a cuius perturbationibus custodire? Quicquid ergo nos ad hanc puritatem potest dirigere, tota virtute secutiendum est. Quicquid autem ab hac potest retrahere, quae necessarium & utile videatur, ut periculosum & noxium deuitandum. Sine uia tendentibus, labor est itineris non profectus. Operantur & seruant quae maxime puritatem, perfectam humilitatem, & expeditio mentis a terrenis. Erit denique, ut purus animus pura Deum oratione frequenter, frequentando gustet, gustando prober quae suauis est Dominus. Erit denique, ut diuino inebriatus amore, totam in Deum considerationem inflectat, toto in ipsum desiderio pergit, nihil ei sit dulcius, nihil iucundius in hac uita, quam uacare & uidere quam ipse est Deus, quod est in partibus considerationis potissimum. Affecta sic anima, cooperat hinc, amplectitur, stringit, & tenet dicens. Tenui eum nec dimittam. Puritas itaque uia est regia, per quam ad sponsi amplexus, per quam tandem ad patriam peruenit. Per hanc tandem, ueri Israelitae de uirtute in uirtutem donec uideatur Deus. Deorum in syon, desiderii gressu indeclinabili gradiuntur, Christum super omnia diligunt, nihil eius amoris praeponunt in uia, quem habituri sunt mercedem in patria. Et nunc ego qui licet ad modum imperfectus & rudis, per obedientiam tuam, erudientis simplicibus aliqua haec documenta cogessi, pulchrum depingens hominem pictor scelus, eos supplex per Dominum obsecro, ut me sibi, & si minus perspicuum, tamen beneuolentiam attendentes, in orationibus suis meminere peccatoris, quatenus orationibus eis, meorum ueniam peccatorum assecutus, in potentias Domini unam cum eis merear introire, ipso misericordiarum Domino id praestare, cui est honor, & gloria in secula seculi. Amen.

Sequuntur moralia quaedam documenta, extracta ex speculo discipline sub tribus metris infra comprehensa, pro nouis & inuoluntibus, in corde, colloquio sine locutione, & in choro maxime praesentibus inuenda. Et primo de cordis disciplina offendendo uita, & quod ad fugam eorum est discernendum.

Frater mi charissime cum bene haec fugeris, cordis disciplinam habebis. Ideo intus & extra his quae sequuntur, uel aliter renuncia. Primo res peculiare. Secundo reatum peccati. Tercio uagationem mentis. Quarto recordiam. Quinto propriam uoluntatem. Sexto praesumptionem. Septimo irreuerentiam sine quibus, in religione nostra frater quilibet ad operandum bene censetur expeditus. Cum Deo uale frater pamaude. Frater hospes uentus, isto dogmate tectus. Res, re, ua, ue, pro, pro, ir, hinc fugito mi uir.

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURAE.

TRACTATUS DE INTERIORI
homine: alius, de triplici statu religionis, incipientium, uidelicet proficientium, & perfectorum.

PRIMA PARS.

De informatione nouitiorum. Cap. I.



PRIMO semper debes considerare ad quid ueneris, quare ueneris, & propter quid ueneris. Propter quid, uenisti nonne solummodo propter Deum, ut ipse fieret merces laboris tui in uita aeterna? Sicut ergo propter nullum alium uenisti, ita propter nullum alium, nec propter aliud debuisti omittere, nec propter alicuius exemplum te peruertere, quin studeas ad illud quod uenisti. Venisti enim ad seruitutem Dei, cui seruire debet omnis creatura, quia nihil habet nisi ab ipso. Et ideo debet ei dare totum quod est, & quod scit, & potest. Et si omnia seruiunt creatori, propter quod non posse suo, multo magis homo tenetur, quae non solum creati sicut & cetera, sed in super intellectu decorauit, libero arbitrio nobilitauit, mundi dominum constituit, sibi similem fecit, naturam eius assumpsit, uerbo & exemplo proprio instruxit, proprio sanguine suo de eterna donatione redemit, spiritum sanctum ei infundit, carnem suam in cibum tradidit, curam eius habet sicut mater paruuli sui, & eternam hereditatem ei dare instituit. Ecce quantum tenemur nos Deum preceteris, & super omnia diligere, qui nos praesentibus omnibus mundi creaturis sic amat.

De obedientia. Cap. II.

ET quia non confidis tibi ipsi, ut praesumas te scire quid uelit Deus, ideo comisit tibi te superiorum, ut ipse te regat, & dedisti ei manus tuas in praesentatione, ut ipse te in uia Dei inducat, uel non licet tibi uiuere de cetero, per uelle tuo, sed quo ductor tuus te ire iubet, & quod ipse prohibet cauere debes, quia qui arte aliquam adiscere cupit, sui doctoris regulas

De surgendo a somno. Cap. III.

ASUESCE cum oportune potes, parum antequam matutinas euigilari, ut si istud dirigat ad Deum in oratione, & ut oratione & Dei laudibus magis sis sobrius & deuotus. Cum euigilas, statim omnes cogitationes tuas abice de corde tuo, & somnia quae somnasti in nocte, quibus te Diabolus uellet occupare, & primitias cogitationum tuarum offerre Deo in cogitatione uel aliqua bona meditatione, cum corporis exercitatione uel genibus flexione, donec aliquod affectum deuotionis concipias, & cogitationes uanas quae tunc maxime intestant mentem, a te abicias. Et ex hoc eris ad omne opus deuotior, & expeditior tota die.

Quomodo in choro te gubernare debeas. Cap. V.

IN diuino officio non sis piger & fastidiosus, sed coege corpus spiritui seruire, & sic reuerenter, & psalle alacriter in ecclesia & deuote coram angelis, qui ibi iuxta te sunt praesentes. Non circumspectus hinc inde, nisi nec cessitas ad sit. Risus & uerba inutilia penitus detestare, ubi coram Domino maiestatis cum metu & reuerentia debes assistere. Verba psalmodia distincte & integre pronuntia. Non discurras per chorum, nec antequam horarum exeat, nisi oporteat. Priusquam incipiat officium, praenitere studeas si potes, ut cor ad aliquam deuotionem sit adaptatum quod officium inchoatur. Ideo enim tam desides & tepidi sumus in diuino officio, quia antequam non sumus in aliqua deuotione excitati, & ita sicut intrauimus frigidum, eximus corde dissoluti. Stude in ipso initio cogitationes uagas abicere, & intende his quae psallunt, alioquin tumultus earum uix poteris euitare. Post officium etiam stude te seruire in deuotione quam concepisti, nec statim te ad inania effundas. Si autem non habes deuotionem interius, saltem conserva disciplinam, & morum grauitatem humiliter exterius, propter reuerentiam Dei & aliorum exemplum.

Qualiter in capitulo te habeas. Cap. VI.

IN capitulo non multum loquaris, & multum minus in ecclesia, nisi ualde utile sit, & hoc humiliter & mansuete & submisse culpa humiliter dic. Et correctus humiliter responde, nec te excusas quod corripueris. Si de consilio interrogatus fueris, libere & humiliter dic quod tibi uideatur expedire. Si autem tuum consilium non requirit, non sit tibi cura, nec uelis pertinaciter defendere sententiam tuam. Sufficiat tibi acquiescere conscientiam tuam. In accusationibus non sis anxius, dic tamen quod si factum contra rationem & ordinem instituta, sine odio alicuius, & cum uerbis mansuetis, & placido uultu.

regulas debet tenere, & proprias adinventiones relinquere, & infirmus qui adhuc accertiones uictorum patitur, debet seruire dietam quam ei medicus suus indicat, si citro & plene uult curari. Ita & tu nihil facias, siue dicas, quod magistrum tuum nolle praesumas. Te enim dedisti ei propter Dominum, & propter regnum caelorum, & ideo non est tuis sed eius cui te uendidisti, & ideo nihil tibi licet agere de te sine eius uoluntate. Ipse enim est Dominus uoluntatis tuae. Et contrectatio rei alienae inuito domino, furtum est. Fur autem colono non appropriat. Ipsi rectores nostri sunt uicarii Dei super nos, & ideo debemus eis sicut Domino obedire, & non sicut hominibus, quia non propter ipsos sed propter Deum eis subiacemus. Talem enim te exhibeas ei, ut libere iubeat te facere uel omittere, quicquid uiderit expedire, quia si ipse timet te, iam seruus maior est domino suo, & discipulus est super magistrum.

De pace cum praetatis. Cap. VII.

HABE semper pacem cum praetatis, non eis detrahas, nec libenter audias eis detraheres, quia Deus specialiter hoc uitium odit in subditis & in praesentibus, ut in Cham patet, qui uerenda patris sui nudata fratribus nuntiavit, & sibi maledictionem in hoc irremediabilem acquisiuit. Non ponderes excessus eorum, sed ignosce eis quasi hominibus, quia in multis curis non potest aliquando negligentia uitari. Et saepe quod in eis reprehendimus, ex nostro uitio magis est, quam ex eorum culpa, quia saepe aliquid quod pro bono faciunt, quia eorum intentionem non intelligimus, pro malo indicamus, quod ad nos non pertinet nobis non usurpemus, nec reprehendamus ea quae quo animo fiant nescimus. Honora eos in corde tuo, & non spernas, ne forte & Deum spernas cuius uicem gerunt. Crede etiam quod Deus inspirauit eis, quicquid iubent te facere propter animam tuam utilitatem. Ordinationes eorum & constitutiones ne fastidias, quia non sine causa faciunt, licet tu nescias omnes causas. Qui autem simpliciter ambulat in uia Dei, et non nocet, sed ad meritum maius sibi prodest. Nam qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Seruus Dei sic debet incedere uia recta in mandatis, quod statuta humana eum non arceant in aliquo, quia semetipsum debet arciare, ita quod etiam si non esset illud statutum, tamen sibi cauere ab omni quod sibi expediens non esset. Per talia enim statuta tantum reprimunt eorum excessus, quae metas disciplinae transgrediunt. His de obedientia praemissis, quae est initium boni in religione, ad alium transeo, & primo ad corporalia exercitia, & ad spiritualia consequenter, quia non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale.

Gen. 9.

Prou. 10.

1. Cor. 15.



Respon-
dendū in
Capitulo
prius pe-
tita licen-
tia.

Et quod nescis non teneris dicere. Noli opi-
nādo aliquem accusare, quia opinio sepe fallit.
Ille qui dixit tibi quod nesciebas, dicit ipse si
uerum est & si præsens erit. Si autem præsens nō
fuerit, tunc non potest probare, ideo eum testem
nō habebas. Non graueris pro accusationibus
tuis, sed tantum dic humiliter culpam tuam, licet
magnæ sint uel paruæ, quia maior tibi surget cō-
fusio si procaciter te excuses, q̄ si humiliter con-
fundaris. Si uerō graues essent & non ueræ, ma-
ximè quæ possent alios scandalizare, tunc humi-
liter audientia petita, indica eis paucis uerbis
& modestis, q̄ nō sis tibi conscius, de quibus ac-
cusaris. Seruus Dei non timet confusionem co-
ram hominibus, ubi eum coram Deo conscien-
tia non acculat, sed sustinet parienter, quicquid
Deus uoluerit eum sustinere.

De correctione. Cap. VII.

Consuece ubiq; dum à superiore corripēris, si-
ue in choro, siue extra, q̄ statim genibus fle-
xis dicas tuam culpam. Hæc est lex antiqua reli-
gionis, à sancto Francisco & alijs sanctis tradi-
ta. Vnde & tu debes studere, tibi ordo à maiori-
bus tuis traditus est, ita & tu tradas eum poste-
ris tuis, quāram in te est uerbo & exemplo. Nec
aliquam non bonam cōsuetudinem inducas, uel
discas, nec aliquam bonam consuetudinem ne-
glectam per incuriam Diaboli permittas in te &
in alijs, quibus cum modestia persuadere pote-
ris. Quicumq; enim aliquod exemplum alijs re-
linquit siue bonum siue malum, particeps est
imitatorū suorum, siue in supplicio, siue in præ-
mio sempiterno.

Qualiter in mensa te habeas. Cap. VIII.

IN mensa nō sint oculi tui girouagi, nec hinc in-
de conspicias, ita q̄ nescias quis sedet in late-
re tuo, uel quid faciat, uel quid corā se habeat.
Tibi soli intentus sis, uel Deo, uel lectioni. Cum
disciplina, timore, & silentio comedere, non cū im-
petu gula quasi famelicus, nec uagis oculis, &
inquieto corde circospecias, quid sit in mensa
delicatiū, nec ante queras facere oculū quā
palatum, sed cum gratiarum actione sufficiat ha-
bere, quod potes. Et semper uelis penuriam ali-
quam potius sustinere, q̄ plus abundare. Nihil
spernas quod tibi apponit, nec indigneris si ali-
quis defectus sit in condimento, uel salis, uel co-
cturæ: sed cogita q̄ multo meliores te, uiliori-
bus & paucioribus cibis sunt contenti, qui illud
quod ab iis pro magnis delictis reputarēt. Pau-
peritas Christi familiaris amica placeat tibi in
omnibus, & ipsam cū summo conatu amplectere
in mēsis, cibis, & potu, in uestibus, in utensilibus,
in libris, in ædificijs, & in omnibus. Videmus q̄
humiles gestus pauperes habent, q̄ simplex res-

sponsum, q̄ pauidum animum. Nunquam audiat
aliqua querimonia de te, pro aliquo defectu in
cibo, uel potu, uel uestitu. Reputa te indignum
esse de hijs quæ habes, quia inopia exterior cre-
scit in augmentum gratiæ interioris, & in diui-
tias conscientiæ bonæ. Econtrā exterior abun-
dantia inopiam generat interiorum. De men-
sura uerō comedendi difficile est dare certam
regulam, nisi q̄ inter duo semper mediū teneas.
Ne ita parum sumas, ut in uiribus deficias, & ne
cōmunt labore frangaris. Similiter nec ita mul-
tum sumas, ut propter multum cibum sumptum
non possis orare, uel legere, uel agilis esse ad ea
quæ præcipiuntur. Et inter ista, propria experiē-
tia est melior magistra, cum bona uoluntate.

De dormitione. Cap. IX.

IN dormitorio esto quietus, ne aliquis per te ali-
quo modo inquietetur, siue orans siue dormi-
re uolens. Quoties autem cuigilaueris, statim
occurrat tibi memoria Dei & eius passionis, cū
gratiarum actione, quia ipse uigilat super nos,
quando dormimus, ut ipse custodiat nos. Quan-
do uis ire dormitum, prius attende orationi, uel
deuotæ meditationi: & sita hac occupatione
dormies, tunc somnus erit tibi dulcior, & pul-
chra somnia somniabis, & cuigilabis deuotior,
sic surges alacrior, & facilius redibis ad eandem
deuotionem, in qua ante somnia tu fuisti. Et li-
cēt dormientibus non imputandum esse uidea-
tur, quod dormientes faciunt uel patiuntur, in-
decens tamen est religioso, obrutum esse somno
sicut pecus, & iacere mēbris dissolutus aut in-
compositus, & manibus in sinu retractus, cum
ob hoc maximè uestiti dormiamus & cincti, ut
non habeamus potestatem circuduendi ma-
nus hinc inde in nudo corpore. Et ut magis si-
mus parati ad surgendum ad orationem. De
quantitate somni, tene te sicut supra dictum est
de cibi mensura, ut membra, & sensus ex quiete
somni reficiantur, & ne nimio torpore somni
corpus reddatur pigrius, animus tepidior, & sen-
sus obtusior. Nam diuturna quies, uitij alimen-
ta ministrat. Non potest tamen medium semper
in talibus custodiri, sed uirtuti uicinius est, si ex
bonæ uoluntatis feruore necessitati corporis
aliquid interdum subtrahitur, quā si ex tepidi-
tate cordis, carnis uitia quasi sub discretionis
palo in pinguatō corpore nutriantur. Iuxta il-
lud. Melior est iniquitas uiri, quā mulier bene-
faciens. Hoc est, melior est qui per cælestē desi-
derium accensus, carnem ei necessaria subtra-
hendo affligit, quā qui per delectationem re-
solutus, omnia quæ necessaria sunt ei satisfacere
contendit. Et licet hoc bonum & aptum sit ad
profectum spiritualem, tamen cautè facien-
dum est, ne corpus deficiat in uia antequam ad
meram perueniat, ut possit sequi conuentum
sine murmure destructi corporis, & communem
ordinis

Nota
uestiti
mire
benigni
cincti.

Cap.

Ecclesiæ

ordinis rigorem cum cæceris tenere. Quia qui
post te ad ordinem ueniunt, non attendunt quid
ante eos laboraueris, sed solum aspiciunt quale
eis exemplum præferas in præsentī. In laboribus,
uigilijs, in cibis, & alijs obseruantijs ordinis, in
quibus uellet sibi seniores suos præire. Alioquin
aut scandalizantur de ipsis, aut imitari eos inci-
piunt, parcendo corpori plusquā expedit. Non
enim attendunt quid boni intus meruerint, sed
quid exterius rigoris ostendant, deuotionē Deo
debemus intrinsecus, sed proximis bonum exē-
plum extrinsecus: ut ita congruè possimus nos
utiq; exhibere, discretio necessaria est, per quā
corpus castigetur prudenter, ne aduersus spiritū
rebellat: & rursus discretè foueat, ne sub sarcina
corruat: & spiritualis uitæ profectum præ nimia
debilitatem impediatur.

De obsequijs. Cap. X.

AD labores communes, & ad humilitatis offi-
cia esto paratus. In coquina, in ecclesia, & in
alijs officijs, & maximè in illis officijs quæ alijs
sua uilitate abhorrent, ut ligna portare, domum
sua uilitate purgare, pedes la-
uare, & fratrum tunicam excutere, & mundare.

De obsequio admissam. Cap. XI.

AD missas libenter ministra, quia hoc est offi-
cium Angelorum: ipsi enim Deo suo ubiq; mi-
nistrant deuotissimè. In hoc enim ministerio,
multiplex fructus est. Primò boni operis exerci-
tium est. Secundò opus charitatis est, & promo-
uens proximum in bono. Tertiò opus deuotio-
nis est, quia Deo appropinquat in oratione. Quar-
tò opus angelicum est, cum quibus Deo ibi præ-
senti ministras sicut & illi. Et ex hoc non solum
sacerdos cui ministras, tunc orare pro te specia-
liter, sed & omnes circumstantes quorum uices
geris. Immo tota Ecclesia ubiq; terrarum, quia
tu geris uicem omnium fidelium, qui Deo suo
de cælo uenienti, cū gratissima gratiarū actio-
ne deberent ministrare, si possent adesse. Et uix
potest esse quin Dominus speciali gratia remune-
ret, etiam in præsentī, qui libenter & deuotè mi-
nistrat ad illud sacramētum, quo nihil sanctius
& deuotius potest esse in cælo, & in terra, & quod
est admodum præcipuum indicium diuinæ di-
gnationis, & dilectionis ad hominem. Non enim
minus uidetur facere Deus in hoc, q̄ quotidie
dignatur descendere de cælo super altare, quā
cum de cælo descendens, naturam humani gene-
ris assumpsit factus homo. Et ideo hoc est memo-
riale totius dilectionis suæ, & quasi compendiū
quoddam omnium beneficiorum suorum, quod
nobis reliquit, incarnationis: redemptionis: glo-
rificationis: & iustificationis figuram inclusit. Si-
cut patet his, qui considerant huius sacramenti
institutionem, celebrationem, & fructus partici-

Nota.

pationem. Vnde salubre est, sepe communica-
re ei, qui cum deuotione, & studio uirtutum, &
custodia sui non solum à magis peccatis, sed et
à leuitatibus uerborum, operum, & cogitationū
se abstinens, studet ad hoc se aptare. Licet enim
omni tempore debeamus esse solliciti de omni-
bus quæ bona sunt, tamen tunc maximè conueni-
ens est, cum ad summationem Christi nos prepa-
ramus, uel susceptum nobiscum habemus.

De confessione. Cap. XII.

SEPE confitere, ad minus ter in septimana, &
simpliciter sicut Angelo, qui sciret secreta cor-
dis tui. Non adducas uelamen excusationis, uel
alleuationis, nec implices te, ita q̄ confessor nō
intelligat quid dicas. Specifica ei quid feceris:
historias autem, & facta aliorum noli recitare.
Singulos articulos, quos recolis te fecisse à tem-
pore quo nuper confessus es, dic breuiter, & pu-
rè: & noli longum tractatum texere cuiusdam
generalis, & affirmatæ confessionis, quia gene-
ratur tædium confessori. Ista enim omnia potes
Deo in oratione quotidie confiteri, & defectus
tuos ei exponere quos feceris in singulis uirtuti-
bus, & de hijs quæ cōfiteris, studeas te emendare.

† alias, af-
fectat.

De cella & obedientia. Cap. XIII.

IN cella libenter esto. Et aliquid semper age qd
ædificet te, uel à maiore tibi iniungitur. Nam
tam uoluntarius debes esse ad obedientiam, q̄ si
in omni hora tibi præciperetur quid facere de-
beres, libenter acciperes. Et quod in quantum
tui iuris non esses, q̄ non posses loqui uerbum,
nec ad alias necessitates proprias eundi sine li-
centia liberum habere arbitrium, sicut olim san-
ctos in Aegypto, & alibi legimus uixisse, quo-
rum gloriam si cupimus adipisci, imitemur eo-
rum uirtutem.

De lectione. Cap. XIII.

LEGE sanctorum uitam & doctrinam, ut in cō-
paratione eorū semper humiliaris, & instrua-
ris, & accendaris ad deuotionem, & prouocaris
ad studium, ut informeris in intellectu scriptu-
rarum, & illumineris ad fidem. Et scias discerne-
re uerum à falso, bonum à malo, uitium à uirtu-
te, & remedia uirtutum ac tentationum: ut pos-
sis intelligere legas, non ut doctior sis, nec causa
curiositatis. Nec legas quæ non ædificent, quia
uana lectio uanas generat cogitationes, & extin-
guit mentis deuotionem.

De non desiderando officium predicationis, uel confessionis. Cap. XV.

NON affectes fieri prædicator, & cōfessor, quia
si dignus fueris, Dñs ad hoc te uocabit. Si
f 2 autem



autem indignus & non idoneus, erit tibi confusio maior ideo quia te inieceris. Inde est, quod aliquando parum consequimur fructum de predicacionibus nostris uel confessionibus, quia non uocati a Deo ueniunt, & non missi currunt, prius uolentes facere fructum in aliis, quam in se fixerint radices uirtutis. Et ideo fructus eorum non est durabilis, quia immaturus producit. Hinc est, quod in Leuitico legimus. Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea pomifera ligna, auferetis putria eorum, poma que germinant immunda erunt uobis, nec ederetis ex eis. Quarto autem anno, omnis fructus eorum, sanctificabitur Domino. Quinto anno comedetis, congregantes poma que proferunt. Arbor in terra plantata, est homo de seculo sumptus, & in religione plantans, qui fructum salutis debet proferre in se, & in aliis tempore oportuno. Si autem intempestiuos fructus protulerit, in mundi erunt & inutiles ad profectum spiritualem propter presumptionem. Primus annus, est uera penitentia de peccatis preteritis. Secundus, est uera conuersatio in statu emendationis. Tertius, est iam usus bonae consuetudinis. Quartus, est pro bono opere laudes & humanos honores contemnere & fastidire, & quarere solum Dei gloriam, & salutem animarum. Quicumque autem hunc annum se ingerit, nec salutem animarum profert, nec Deo est acceptus, nec sibi meritorium propter uanitatem & leuitatem, nec aliis est prolicuus. Post uero hunc annum, in quinto anno pura charitatis comedat fructus, & congreget poma, quia tunc eius predicatio erit fructuosa in illis & in aliis, & sibi meritoria, ut congreget fructus in uitam aeternam. Hoc dixi, ut uideas quibus sacra scriptura consulat subire officium predicacionis. Stude ergo te ipsum componere prius exterius in bonis moribus, interius sanctis affectionibus, & cogitationibus ordinare. Tunc demum utiliter procedes ad alios in sana doctrina, quia nemo presumit docere artem aliquam, quam non prius habueris adiscendo.

Leui. 18. Optima figura aduersus ambrosios.

De disciplina ubique seruanda. Cap. XVI.

Nunquam ita securus sis & abscondus, quin ita disciplinatus & castus te habeas in uisu, gestu, tactu, & in omnibus aliis, ac si ab aliquo uidereris, quia sancti Angeli nobiscum sunt, semper uident omnia opera que facimus, quorum aspectus debemus ubique uereri, & presentiam reuereri. Videt nos etiam ipse Deus, & iudex nos. Videt etiam nos ipsa conscientia nostra, testis eorum que facimus & accusatrix. Qui autem magis ueretur hominum aspectus quam Dei, & conscientia propria, & sanctorum Angelorum, non est castus amator boni. Et qui non declinat ex amore ueri boni, sed ex timore detrimenti temporalis honoris, talis non est uerus Christi

seruus, qui adhuc magis placere cupit hominibus quam Deo, unde Apostolus. Si adhuc hominibus placere, Christi seruus non essem. Cui enim plus doles displicere, ei plus appetis placere. Nemo enim potest duobus dominis seruire.

De conuersatione inter fratres habenda. Cap. XVII.

Inter fratres habe te uerecundem gratiose & modeste, affabiliter, & dulciter, seruitiosus non onerosus aliis, uocos dissolutos nequaquam exerceas, nec uerba scurilia alicui proferas, nec libenter audias, que enim te delectat audire, si auderes, libenter ipse proferres. Seruus autem Dei ita castus debet esse in omnibus factis, & uerbis suis, ut non tantum horreat que indecenter sonant, sed etiam que nocent ut turpia, licet sint palliata aliqua honestate.

De uerecundia habenda. Cap. XVIII.

Omnes gestus tui, mores, sermo, aspectus, & incessus, quada humiliter uerecundia debet esse colorata, ut in nihil appareat elatum, uel audaciae presumptione notabile. Uerecundia, non est maximus decor in religioso maxime in iuuenibus, ita ut que ea postponit, uix aliqua spes haberi possit de eo, quod fiat unquam bonus religiosus uel uirtuosus. Sicut enim timor Dei hominem componit, & ordinat intrinsecus ad bonitatem, ita uerecundia componit eum exterius ad disciplinam. Greg. Uerecundia est omnium uirtutum ornatus, innocentie testis, pudicitie mentis indicium, discipline specialis gloria, fame custos, castitatis socia, & totius sanctitatis insigne. Nemo sit ita familiaris tibi, coram quo penitus obliuiscaris uerecundiam, tunc quando ipsa impeditur in his que expediunt, uel necessaria sunt, tunc est premeda, non tamen abiicienda nec extinguenda quasi uicium, sed regenda & ordinanda in uirtutem, sicut & alie affectiones naturales.

De incessu. Cap. XIX.

Incessus tuus sit maturus, non leuiter curras, & sine necessitate, nec corpus multum erectum geras, sed mediocriter depressum, nec nauagus sis oculis, nec brachius uentilans, nec aliter more secularium in composito gressu incedas, sed plano & humili modo, quasi a deuota oratione decedas.

De sessione. Cap. XX.

Edens non pigre in latus reclines te, nec crura longa extendas maxime presentibus aliis. Exterior enim in compositio corporis, est indicium indeuote mentis.

De

De risu. Cap. XXI.

Risus tuus sit rarus & sine cachino, & benignitatem magis ostendes, quam dissolutionem. Stude multum esse serenus, non turbulentus nec indignabundus.

De lenitate uerborum. Cap. XXII.

Uerba tua lenia sint, & responsio humilis sine compunctione amaritudinis, uel obliqua redargutionis aut irrisionis. Sic uerba tua forma ad alterum, sicut tu non haberes pro malo ab altero.

De detractione. Cap. XXIII.

Te loquere de absente, ac si scires eum prope assistere & auscultare. Non timeat te quisquam, quod in absentia sua famam eius denigres. Magni uicium est religioso dicere de absente, quod erubesceret loqui si audiret. Non libenter audias detrahere, sed aut fuge detractionem, aut opportune compece si potes. Nihil enim prodest tibi, nisi quod aggrauaberis super illum de quo est sermo, aut super eum qui refert. Quere potius si potes, aliquid inuenire laudabile in aliquo, quod edificet te & auditiones tuas.

De rumoribus resistentis. Cap. XXIII.

Rumores nescias, quia inquietant cor, & mentem distrahunt, & deuotionem exhauriunt, & tempus sine utilitate consumunt. Etiam que scias non omnia effundas quasi uas sine operculo, quod statim cum inclinatur, effundit quicquid continet in se, & omni puluere & immundiciae partem. Non sis libenter in turba, nisi ibi tractetur de Deo, & deuotione, & anime edificatione. Non sis clamorosus in loquendo, nec impetuosis ad euaporandum quod intus tenes inclusum, sicut de amicis Iob euenisse legitur. Caue etiam ut sicut nulli detrahis, ita ne prodas detractionem apud illum cui detrahitur, ne magis grauetur contra detrahentem sibi, quam ex relatione tua minuatur. Potest namque esse, quod ille qui dixit de altero uerbum, non ita intendit derogare ei, sicut ille suspicatur de quo dicit. Et incitatur ad odium contra eum, uel ad uindictam prouocatur, cum tamen ille aut simpliciter non animo detrahendi dixerit, aut forte statim penituit, proponens de cetero a simili cauere. Si autem talia dicerentur de aliquo, que omnino expediret eum scire de quo dicuntur, potes ei referre si uis non exprimeo quis dixerit, ut sciat quid cauere debeat, & tamen contra nullum in odio exardescat.

De iactantia. Cap. XXV.

Iactantiam quam diligentissime caue, & nunquam des alicui intelligere, quod aliquid sit

in te commendabile, nix enim potest in te aliquid laudabile esse, quin etiam alij intelligant. Et si tu taces & abscondis, plus placebis. Si autem prodas & commendes, irrideberis & uilescis. Et unde prius edificabatur, inde postea despicient te.

De multiloquio. Cap. XXVI.

Maledicta conuitia, mendacia etiam leuia, friuola iuramenta, & turpia uerba licet iocosa, ab ore religiosi perpetuo anathemate sunt arcenda, unde Iacobus. Qui se putat religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio.

Iacob. 1.

De lenitate uerborum. Cap. XXVII.

Uerba ociosa undecumque sint, semper fuge, licet enim grande peccatum non putetur esse, tamen eorum consuetudo graue generat detrimentum spiritualium profectum. Et sepe dum quasi licenter relaxamus linguam in uerba ociosa, dum non auertimus, paulatim dilabimur ad nocua. Ex quibus oriuntur quandoque turbationes, dissolutiones, & graues conscientie corrosiones.

De colloctione Dei. Cap. XXVIII.

De Deo libenter loquere, & libentius audi, quia incitat cor ad studium uirtutis, & affectum deuotionis.

De pacifico auditu. Cap. XXIX.

Adi humiliter & pacifice bona que ab alijs dicuntur. Nec disputes e contra: sicut quidam faciunt, quando audiunt aliquid boni, ne ipsi uideantur ignorare quod alter proposuit, statim de hoc uolunt disputare, ut uideantur etiam ipsi aliquid scire. Non enim querunt sui edificationem, sed ostentationem apud alios. Et ideo, multa bona collationes inter religiosos negliguntur. Noli esse contentiosus in aliquo. Cito cede, quia si bonum est & uerum quod alter proponit, tuum non est resistere propter aliquam ostentationem. Si autem bonum non esset, melius eum corrigis pacifice auertendo, & humiliter ei ueritate ostendendo, quam acriter astruendo.

De modo loquendi. Cap. XXX.

Cum loqueris, uoce remissa & uultu placido, moribus disciplinatus & quietus esse studeas, & quicquid tunc loqueris magis autenticum & utile erit. Non sis audax coram senioribus tuis, sed uerecundus auscultator doctrine eorum: Seniorum docere, iuuenum est humiliter adiscere.

f 3 De



Noli esse ociosus & intendere rumoribus & fabulis, quia duplex in hoc malum contrahis, perdis enim tempus inutiliter, & uerecundia tua & humilitatis patieris detrimentum ex tali consuetudine. Insuper enim bonum dabis ex hoc alijs exemplum.

De exemplo Christi in omnibus habendo. Cap. XXXII.

In omnibus uirtutibus & bonis moribus, preponere semper clarissimum speculum, & totius sanctitatis perfectissimum exemplar. Sicut enim & mores filij Dei Domini nostri Iesu Christi. Qui ad hoc nobis de celo missus est, ut aperiret nobis uiam uirtutum, & legem disciplinae suo exemplo daret nobis, & erudiret nos per semetipsum, ut sicut ad imaginem eius naturaliter creati sumus, ita ad mortem eius similitudinem per imitationem uirtutis, per nostra possibilitate reformemur, qui eius imaginem in nobis fecimus per peccatum. Quamto enim quisque se ei in uirtutis imitatione hic conformare studuerit, tanto ei in prima gloria & claritate appropinquabit & similior erit. Describere tibi in corde tuo mores & actus suos, quam humiliter se habuit inter homines: quam benignus inter discipulos, quam modestus in edendo & bibendo, quam misericors super pauperes, quibus se similem fecerat per omnia, & qui de eius specialiter familia uidebatur. Quomodo nullam, spreuit uel horrui etiam si erat leprosus. Quomodo diuitibus non adlabatur. Quam liber fuit a curis mundi, nec anxius pro corporis necessitatibus: quam uerecundus in uisu, quam patiens ad contumelias, & quomodo in responsis. Non enim studuit se uindicare uerbo mordaci, & amaro, sed blando & humiliter responso alterius malitiam sanare. Item quomodo compositus in omnibus gestibus suis: quam sollicitus de animarum salute, quarum amore uoluit incarnari, & mori dignus est. Quomodo seipsum praebuit exemplum omnis boni. Quomodo mulierum familiaria colloquia uitauit causa exempli, unde etiam discipuli mirabantur, quando solus cum Samaritana loquebatur, eo quod quasi insolitum uidebatur in ipso. Item quam patiens labori & penuria: quam compatiens afflictioni. Quomodo condescendit infirmari imperfecti: quomodo omne scandalum cauebat, quomodo peccatores non spreuit, quomodo penitentes clementer suscepit. Quam placidus in omnibus dictis suis: quam studiosus ad orationem, quam promptus in ministrando sicut ipse dixit. Ego in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Item quam sobrius ad uigilias: quam obediens parentibus. Quomodo omnem iactantiam & singularitatis ostentationem declinauit, quomodo omnem gloriam &

Descrip-
tio uita
Christi.

Ioan. 4.

Luc. 11.

potestatem huius mundi fugit, & multa alia ipsius acta memoriae tuae propinqua sint, ut in omnibus factis & uerbis tuis semper ad hunc quasi exemplar respicias, incedens, stans, sedens, & comedens, tacens, & loquens, solus, & cum alijs. Et ex hoc magis diliges eum, & familiaritatis eius gratiam & fiduciam assequeris, & in omni uirtute perfectior eris. Et haec sit sapientia tua, & meditatio & studium, semper aliquid de ipso cogitare, unde uel prouocaris ad imitandum eum, uel afficiaris ad eum amandum. Talia meditando & ruminando, tempus utiliter expendis, dum occuparis in bonis studijs circa ipsum Dominum Iesum Christum, & mores tuos emendas ad formam uitae ipsius & conuersationis semper ad eum respiciens, qualiter in his se habuit, uel se habere potuit secundum extimationem tuam: quia qui in omnibus semper est optimus, optimo & perfectissimo modo se gerebat.

De uanagloria & modo cantandi. Cap. XXXIII.

In omnibus quae facis, caue uitium ostentationis & iactantiae. Esto planus in omnibus, sicut decet religiosum & pauperem. Non habeas curialem incessum uel gestus curiales, nec uocem curialiter frangas in cantando. Quia si queris Deo placere, quanto cantabis simplicius, tanto magis ei placebis. Si queris auditoribus placere, inanis est gloria tua. Si tibi places, uana leuitas est. Si aedificationem auditorum in cantando queris, quanto magis cantando uanitatem fugis, tanto magis aedificas: omnem cordis deuotionem, & puritatem cordis Deus magis attendit quam sonoritatem uocis. Facile clamabis ad Deum, prope enim est omnibus inuocantibus eum in ueritate. Intentio in diuino officio debet magis esse ad hoc, ut ex uerbis sacrae scripturae elicias spiritualem intellectum & deuotionis affectum, quam ut curialitatis exprimas notas, & cantando uocem exaltes. Licet quidam religiosi in hoc frustra arbitrantur se obsequium praestare Deo. Quia si Deum delectaret uocis sonoritas, tunc & ipsa musica instrumentorum, uel auium cantus Deum mulcerent, quae satis dulcia sunt suo modo. Puritas mentis, & cordis deuotio, sunt illa in quibus delectatur Deus. Quicquid est de quo non est Deo cura, de hoc etiam seruo Dei non debet multum esse cura. Sufficit tibi ad omnem curiositatem morum uocis & uerborum, si nil appareat in te quod offendant uel scandalizet intuentes, si nil elatum, uel laicum, uel dissolutum, uel impatientia turbidum, uel singularitatis colore notabile in te uideatur.

De egrediendo foras. Cap. XXXIIII.

Cum exire domum aliquando te continget, tandiu differas, ut per hoc aduertant, quod tardus

tardus esse desideras ad egrediendum, nisi quando obedientiae cogit mandatum, uel alia utilis & rationalis causa hoc requirit. In domo enim consistere, & turbae & hominibus absconditum latere, semper est utile religioso, qui sibi desiderat, & Deo uacare. Quicquid deuotionis in domo colligis, haec foris egrediens spargis, potiusquam augeas & conserues. Unde saepe experti sumus, tam in nobis, quam in alijs, quod frequens exitus & conuersatio cum saeculo, & occupatio nimia exteriorum, deuotionem mentis extinguit, feruorem spiritus tepefacit, forte propositum uirtutis emollit, cor dissoluit, studium proficiendi debilitat, delicias docet amare, sine fructu tempus expendere, uerba otiosa multiplicare, iocis & trifis intendere, orationes negligere, horas canonicas desidiose, & in cursu dicere. Tandem subintrant aquae tentationum nauem cordis, per rimas dissolutionis, ex deuotionis ariditate, quae cum non exhauriuntur per discussionem proprii status, & puram confessionem, uel non fortiter obstruantur rimae per diligentem custodiam, paulatim augentur, donec submergant hominem in peccatum & confusionem. Hoc tamen non dico, ut difficilem reddas ad obediendum, quando iuberis exire, sed non debet tibi esse consolatio euagare extra domum, ita ut in quantum in te est, semper magis diligas domum latere, quam nisi obedientia uel utilitas animae requirat, domum exire. Quia melior est obedientia, quam uicium.

1. Reg. 15

De non circumscribendo per loca. Cap. XXXV.

Quando extra domum egredieris, non multum circumspectus in plateis, ne forte uideas unde teneris postmodum, uel ab oratione impediaris, uel fantasias contrahas eorum quae intente respexisti. Daud in culpam cecidit adulterii ex incauto aspectu mulieris, quam forte nunquam antea concupierat, nisi postquam eam incaute respexit. Oculi tui sint in capite tuo. Hoc est, quod cogitatio tua uersetur circa Deum, scilicet Christum, qui est caput omnium membrorum Ecclesiae, ita etiam non consideres quae coram te foris sunt, nisi quantum necessitas uiae, uel utilitas alia requirit, ita ut quantum uales, tale te domum reportes qualis existis. Hoc est, ita deuotum, ita mundum corde, & uacuum rumoribus, ut ames silentium cellae.

1. Reg. 11

Quomodo te habeas cum socio in uia. Cap. XXXVI.

Per terram autem uadens, esto pacificus cum socio. Nunquam contendas de aliquo, etiam si tu melius uel plus sentis quam ipse, uel iustius noveris, sed cito tace in tranquillitate anime, quae contentio-nibus raro aliquis emendat. Cogita in tempore, quod se

tu pacificus non es, uix uel nunquam poteris alium placare. Incipe prius a tempore, & tunc facilius alium corriges. Quicumque turbatus turbatum docet, magis reputat ex impatiencia docere ut eum pugnet, quam maturo consilio, ut eum fraterniter erudiat. Magis autem aedificabit exemplo paciencia tua, quam a quibuscumque rationibus quas ei propones. Virtus contentio non docetur, sicut per impatiencia non potes alios paciencia docere, nec humilitatem per superbia. Socialis esto in uia & non dissolutus, ne deuotionis spiritum pro societate extinguas.

De oratione & meditatione facienda inter exercitia. Cap. XXXVII.

Capta horas ad orandum & meditandum, tam in uia, quam in hospitio. Noli ex toto negligere. Nec etiam cogites, quod uelis usque domum differre. Quia si tu nimis infrigidatus fueris a feruore deuotionis, postea difficilius recuperabis. Hoc tamen non dico, quod possis ita foris in ea grauitate & deuotione plene te conseruare, sicut in domo: sed ut scias metam, ad quam studium dirrigere debeas quantum potes, Deo adiuuante.

De bono exemplo dando in conuersatione. Cap. XXXVIII.

Inter homines quantum in te est, caue omne quod potest eis esse non bonum exemplum, sicut decet fidelis seruus Dei, qui debet Domini sui honorem promouere, & in honorationem cauere ubi potest. Nos enim sumus familia ipsius. Sicut ergo paterfamilias ex disciplina familiae suae honoratur, uel ex indisciplinam inhonoratur, ita scias, quicquid nos facimus inter homines, hoc aliquo modo redundat uel in laudem Domini nostri, uel in contemptum. Et quia specialiter positi sumus inter homines, ut ipsi edificentur ex nobis, parum proficiet uerba nostra, si non etiam aedificemus bono exemplo. Et si non sumus tam perfecti, ut possimus eis magnam uirtutis exemplum ostendere, saltem caueamus omnia mala exempla, quae nos ipsi solemus reprehendere in alijs, uidelicet: ne rumores seculares recitemus apud eos, uel libenter audiamus, uel delicata sercula, uel multa fieri pro nobis diligamus, uel nimis mollia, uel preciosa instrumenta, nec irae uel discordiae scintillas emittamus, uel uerba scurrilia, uel iocos dissolutos moueamus, & maxime ne auari pro muneribus possimus notari, quia ex hoc cito uilescimus apud eos, si uiderint nos ea ambire, & auare querere, ad quorum contemptum nos eos hortamur praedicando.

De uitandis mulieribus. Cap. XXXIX.

Cave etiam ne cum feminis loquens, eorum uultus studiosè respicias, uel manus contractes, uel nimis prope sedeas, uel le-



uiter eis arrideas, nec diligenter cum eis susurres, nec angulos ad colloquia earum requiras: quia hæc omnia etiam si nil tentationis ingerent, tamen non effugies notam suspitionis ab alijs, & facile posses infamiam maculam contrahere, quam uix postmodum detergeres, cum pudore. Sed habe te cum omni femina, ac si maritus eius, uel prælatus iuxta uos sederet, considerans uel audiens omnia que facitis, uel dicitis. Ut quicumq; superueniat, & uideat te loquentem cum ea, in nullo necesse sit te erubescere, nec aliquis postea tibi possit notam suspitionis impingere. Et si meum consilium non spernis, consulo, quod nunquam cum aliqua muliere contrahas singularem familiaritatem, etiam si religiosa sit, & sancta. Quia excepto periculo carnis tentationis, quæ ex tali familiaritate semper incurritur, dum non timetur malum quod sub specie boni latet: Excepta etiam macula infamiae, & suspitionis, quam alij ob hoc sæpè concipiunt, magnam generat inquietem cordi talis priuata affectio, dum semper illi cupis ostendere dilectionem, quam habes ad eam, & hoc sibi notum fieri desideras. Et cum aliquando non sit doles, & times quod indiget illa, & quæ affectus eius tepefcet, & quæ minus oret pro eo. E contra etiam ista turbatur, si uidet quod aliquam aliam benignè salutes, uel si aliquo tempore differas, quod eam non uideas, uel non salutes. Improperat quod aliam diligas præ se, & quod minus ores pro ea, & irascitur, quæ uerè sunt truxta: & bonus homo non debet ista aliquatenus admittere, nec cor suum in talibus occupare. Oratio enim earum non potest tantum cuiquam prodesse, quantum potest talis occupatio in spiritualibus studijs impedire, quia etiam ipsa eius oratio tali carnali affectioni permixta, Deo est insipida. Quod autem carnalis sit ista dilectio, ex maxima parte potest hoc perpendi in hoc, quia magis te uellet apud se minus perfectum, ut sæpè possit tui copiam habere, quam longe à se plus perfectum. Quibus autem indicijs discernatur spiritualis dilectio à carnali, modò prætermitto, quia nimis ab alijs retardaret nos. Hoc tibi sufficiat, si uis habere pacem cordis cum Deo, honorem spiritualem inter fratres: abscide à te familiaritatem sceminarum, dilige communiter omnes bonas, & deuotas, & in nullo exasperes aliquam earum, & deuotas, & in corde tuo reuere, propter habundantiorem gratiam Spiritus Sancti in eis. Noli te occupare cum eis, nisi breuiter. Benignè salutes eas quando ita occurreret, quod non posses bono modo declinare, et cum maturitate earum orationibus te recomenda. Si enim discretæ sunt, ex hoc placebis eis. Si uerò importuna, tunc melius est tibi non occupari cum eis. Femina quam uideris benè conuersantem, mente eam dilige, non carnali dilectione.

mulierum
otium fa-
miliaritas
fugienda.

Esto dominus tui ipsius, nec des alicui potestatem cordis tui nisi Deo, & prælato tuo, propter Deum. Esto ita expeditus ab omnibus alienis occupationibus uel affectionibus, quod in nullo prælato tuo aliquando molestus sis pro licentijs aliquid agendi, uel eundi, uel dandi, uel accipiendi. Et ita liberè arbitrio tuo te committas, quod tibi securè dicere possis. Fac hoc: & dimitte illud. Et tu sine murmuratione cordis, & difficultate, facias uel dimittas. Alioquin paruam fiduciam potes habere de merito obedientiae tuæ, quam uouisti Deo in manibus sui nunciari, uel tui prælati. Si tu per impatientiam uel importunitatem, cum uolueris cum tibi seruire, uel te licentiarum quo tempore uelles nolueris, murmurares: tunc non intrares per hostium quod est Christus, in ouile sanctæ religionis, quia non uenit facere uoluntatem suam, sed patris. Ita enim tu fut es ses & latro. Fur, quia rem alienam hoc est uoluntatem propriam, quam prælato resignaueras, eo inuito usurpares. Latro, quia tali exemplo animas simplices necares.

Epilogus siue compendium omnium supradictorum. Cap. XLII.

UT ergo percurrâ omnia quæ supra dixi. Esto deuotus Deo, & cor tuum semper quantum potes compara cum ipso. Esto prælatis humiliter obediens, nec rancores contra eos teneas, nec spernas eos, nec iudices, nec murmures de eis. Esto cum fratribus pacificus. Patiens ad uerba dura & ad reprehensiones. Noli facillè iudicare aliquem. Nec sis suspitosus. Esto obsequiosus maxime infirmis, & in humilibus obsequijs. Sapissimè ora. Esto in choro disciplinatus, & Deo intentus. In uictu discretè modestus. Et his quæ corporis necessitas requirit. Esto in cella liberè. Fuge uerba ociosa. Plane loquere & modestè. Iucundus & uerax ualdè. Verba tua sint sicut iuramentum. Nulli detrahas, nec detrahentem audias. Odium contra nullam teneas. Non sis elatus in uerbis, uel moribus. Pecuniâ odito. Amas paupertatem. In omnibus fuge mulieres. Esto cõpatiens afflictis. Castus in omnibus.

DE INFORMATIONE NOVITIORVM.

SECUNDA PARS.

De uoluntaria nouitiorum subiectione. Cap. I.



Ivis in spiritu proficere & hic esse, propter quod ut hic fieres, ad scholas uirtutum idest ad religionem uenisti, ne has similes illis, qui longo tempore in scholis manendo multum temporis & sumptuum consumunt, & minime discunt. Illius formulæ compendium ante oculos habeto, & ad eius regulam ordina

Religio-
sus profi-
cere uoles
senior; se
submitti-
te debet.

ordina uitam tuam, & mores compone, & studium impende, & tempus expendere. In primis esto sub tali rectore & magistro, qui te prædicta doceat uerbo & exemplo, uel si talem habere non potes, tu ipse magister esto. Sis strenuus, ut ad huius formulæ regulam uiuere compellaris, & in nullo tuae propriae uoluntatis libertati relinquantis. Puer enim qui dimittitur uoluntati suæ, idest puerili lasciuia, confundit matrem suam, idest religionem. Ideoq; tot ordines confunduntur, quia pueriles mentes libimet dimittuntur sine freno retrahente à noxijs, & sine uirga ad salubria compellente, aut ex negligentia leniorum, aut ex nocua condescensione. Sicut imprudens medicus, qui ne contristet egrum, quem curare deberet, patitur eum nocua comedere, ex quibus grauius, & diutius infirmatur, & cum in uno dissimulat excessus eius & uitia, citò ab alijs trahitur in exemplum, ita ut etiam sibi impunitalia permittantur, quæ uident in alijs sustineri. Caueant tamen tales magistri, ne teneros animos frangant, seuera cohibitione.

De negligentia prælatorum seu mala libertate. Cap. II.

Quod per
ueri nec
uoluit cor
rigi, nec
pati alios
apud se fie-
ri melio-
res.

Tandem ad hoc ista mala libertas dilatatur & profluit, quod hoc à pluribus uident fieri, ut quasi pro lege, & pro iure ordinis descendant. Et si quis contra docere arguendo præsumperit, singularis superstitionis improprium sustinebit. Et quasi qui nouum ordinem & insolitum morem inducere uelit, ut delirus & uanus irridebitur, & omnibus fiet onerosus, & tanquam temerarius index aliorum aduerm, persecutiones amarissimas sustinebit. Timent enim distracti, & à uia Dei exorbitantes, ne si parcerent zelatibus pro iustitia & religionis disciplina, multos ad partem suam traherent, & ita paulatim ad ordinis obseruantiam, etiam ipsi tandem cogentur. Et præcauent ardentissima, ne ad hoc perueniant. Et sub specie singularitatis extirpanda, eiciunt à se illos & opprimunt qui desiderant religionem ad statum debitum reformari. Quod uidentes alij quibus hoc displicet, aliquam bonam uoluntatis scintillam habentes, sed tamè infirmam terrentur, & potius student se illis conformare, quos fortiorem partem habere uident in multitudine & potentia, quam cum illis tribulari, & insuper infirmari. Iuxta illud. Et qui recessit à malo, prædæ patuit. Hæc omnia experti sumus in ordine nigro, & in alijs. Nunquam autem contingat nostram religionem ad statum similem peruenire.

De religionis seruore. Cap. III.

Qui tali seruore ad religionem uenit, quod pro omnibus quæ ei mundus promittere uel dare potuit, noluit damnari in hoc seculo, nec pro diuitijs, honoribus uel delitijs, nec

amore amicorum, uel proprij corporis dubitauit se tradere carceri penitentia propter Deum, non debet modò uilius esse quam tunc fuit, ut pro uerbis hominum deserat modò uiam Dei, à cuius ingressu, nec terroribus, nec blanditijs potuit auerti. Quod si timeret de singularitate notari, & ob hoc alijs fieri odiosus, sciat, quod nullus sanctorum singularis gloria: factus est in celo, nisi qui inter homines positus, studuit esse in sanctitate uitæ singularis, quod tamen de singularitate uirtutum dico, non tantum de cæremontalibus obseruantijs, paruam aut nullam habentibus utilitatem uirtutis. Studia autem sanctitatis in his consistunt. In cauendo omne peccatum, omne scandalum, quantum in se est. In studendo omnibus uirtutibus humiliter. Et in quærendo familiaritatem Dei per affectum deuotionis internæ. Aduersus huiusmodi nulla est bona conformitas, per quam hæc studia destruerentur. Cum uerò pro iustitia, sicut & pro fide debeamus pati non solum irrisiones & despectiones, sed etiam persecutiones quaslibet, & mortem, sicut sunt passi ante nos, & patietur post nos in diebus nouissimis, potius quam fidem deserere, uel iustitiam uitæ peccando relinquere. Ita in nos peccantibus reliquere discamus in parujs, & despectionum tribulationibus, ut si grauiora nobis imminerent pro Christo certamina, sciamus per patientiam superare. Nam qui à leui flatu deiecitur, quomodo stabit à uento maxima tempestatis? Hoc ad præmunendum cor præmissi, contra retrahentes à studio proficiendi in uirtutibus. Quia qui tale studium non in se diligit, uix potest pro alijs secum morantibus æquanimiter sustinere. Unde sicut illi non dimittunt consuetudines suas malas propter nos, & noxias, sic non oportet nos bona & utilia studia abijcere propter illos, quia si uolunt ad uitam æternam uenire, oportet eos nobiscum uiam Dei, non suam ambulare.

De otio uitando, & uanitate sensuum. Cap. IIII.

Nunquam debes ociosus uagari, nec rumoribus uacare, & uerbis ociosis, nec uani, nec scurilitatibus deditus esse, quia hæc faciunt mentem uagam, & inanem. Et licentia istorum dissoluit cor à pondere timoris Dei, & affectum internæ deuotionis exhauriunt. Non eua geris tuis oculis hinc inde singula intuendo, quæ leuitatis est indicium. Et ea quæ foris aut per oculos, uel per aures, strepitum quandam interioris suscitant, quo puritas intelligentiæ, quæ in bonis meditationibus mentem pascit, quasi quodam puluere obscuratur. Quicquid non est necessarium tibi, uel utile ad tuum, uel alterius profectum, pertransi: & noli immorari, nec cor tuum in eo figatur, uel in eo tempus expendatur. Semper aliquid defer tecum in memoria, quod de Deo rumines cogitando. Et mentis tue intuitu, semper in eum defigere stude. Sicut docet Propheta

Singula-
ris gloria,
uic singu-
laritatis re-
quirit.

Studium
sanctitatis

Oportet
pati propter
iustitiam.

Religio-
sus debet
se occupa-
re lectio-
ne, oratio-
ne, & ope-
ratione.



phera dicens. Pronidebam Dominum in conspectu meo semper, &c. Hec enim continet cor apud se, ne commoneatur à se per uanam letitiam, uel irrationabilem tristitiam. Mundus enim in quo fluctuamus, varijs tempestatum uentis agitatur, & qui non uult nauem cordis sui quassationibus conterri, undarum influxione demergi, uel in extremas plagas uentorum flatibus impelli, affligere eam funibus bonarum cogitationum assuecat ad petram immobilem, quæ est Christus. Finem ne facile rumpatur, ex triplici resticulo componas. Videlicet ex sacrarum scripturarum deuota lectione, ex sedula orationis compunctione, ex bonarum actionum humili exercitatione. Lectio dat materiam, & quasi semen bonæ cogitationis. Oratio rigat, & ad perfectum roborat, & cor illuminat ad intelligentiã, & impinguat affectum ad saporem. Bona actio maxime condita pinguedine charitatis, & obedientiæ, uel aliter uirtutis, latificat conscientiam. Et dat fiduciam sp̄i in Deum, et si ad horam intercipit deuotionis quietem, tñ meretur postea maiore dulcedinis infusionem, & gratiam puritatis.

De euitatione prauarum cogitationum, & inutilium occupationum. Cap. V.

Feriatu & uacans caue tibi à uanis, & à prauis cogitationibus, ne uel modicum in te morentur, quia citò inquinant cuiuscunq; uitij colorem habeant, ut luxuria, uanegloria, odij, uel aliorum. Item caue tibi ab inutilibus occupationibus, quæ tepus perdunt, cor inquietant, & utilia impediunt, & deuotionem dissipant. Item à torpore acedia, & pigritia, quæ mentem tepidam, & corpus delicatum reddunt, & ad bona opera desidiosum.

De uitanda nobilitate, & curiositate. Cap. VI.

Inter homines existens, caue tibi à duobus quò ad te ipsum, & à duobus quo ad alios. Quo ad te, caue ne aliquid facias, ut ab eis noteris unde gloriam quæras: in gestu, in sermone, in uoce uel actu, quia peccatum est, & uanum, & cum putas eis placere, fortè displices, & iudicant te quasi inanis gloriæ cupidus sis, uel fortè non aduertunt quid agis. Et sic perdis conatum tuum inutiliter, & uanè, sicut stulti qui paris imaginibus, quasi uiuis hominibus obsequuntur, sicut habetur in Psal. Qui hominibus placet, id est placere uolunt, confusi sunt, &c. Item ne pudore superfluo obruaris in his quæ coram hominibus agere debes, loquendo, cantando, uel aliud agendo, sed ita liber esse stude coram eis, sicut sine eis esses, & si intus uerecundia æstuas, foris reprime, quia quò magis te notabilem facis ex pudore, eò plus considerant te, & ita plus confundis. Signum superbiæ uidetur, nimis erubescere de illis defectibus quos natura indidit, ut de

Vitanda est
tiam uana
ostentatio
quam superflua
pudor.
Psal. 52.

deformitate corporis, uel uocis ruditate, & similibus. De utilitate autem uestis, uel de humilibus obsequijs erubescere, in paupere religioso superbia est. Vitium autem uel scandalu erubescere, uñ Deus offenditur, uel aliquis scã daltatur. Apud temeripsum erubescere de peccatis tuis. De torpore in seruitio Dei. De negligentia bonorum quæ posses facere & deberes: quod tps defluit, & profectus uirtutis nõ crescit: de hypocrisis, q̄ foris uis putari melior, q̄ intus te inuenias, q̄ uirtutia tua occultas non timore nocuenti alterius, sed timore displicendi, & ne uilipendaris, q̄ bona q̄ ostendis uis uideri, & placere hominibus, ut ex his suspicentur multò plura, & maiora in occulto te habere, ex quo talia foras prodeunt, quasi te dolere, q̄ uix familiarem habes ita unanimè, q̄ uelles re ita agnoscere, sicut te ipsum agnoscis, q̄ etiam in confessione quandoq; & si non aude subterfugere, quin peccata accuses, tñ in illis in quibus te magis displicere times, ita ordinas uerba submittendo, subiungendo, uel colorado, q̄ minus apparent uerecunda, uel si fortè plus benè profers gloriaris, & uis indè apud confessorum sanctus reputari, q̄ tam humilis sis, qui te magis quàm necesse sit, studeas confundere confitendo: Quòd enim tentationibus uitiorum maxime carnalium ita desidiosè cõpungentis, ut solo timore periculi uel confusionis pudore eas repellas, & quantum audes in affectu arrideas solo consensu operis, uel morosa delectationis excluso. In hoc apparet maior peruersitas, q̄ cum facile q̄q; huiusmodi tentationis quasi inuiscas in mundas non abigis, ex negligentia eas permittis calefcere, & conualescere, donec confortatq; iã periculosiores sunt, & difficilius uincuntur, & cõscientiam sapius confundunt. Quòd ita desidiosus es ad ea, quæ Dei sunt, & quæ ad uirtutis, & deuotionis studium trinent, ut pudor humanus plura ex his à te extorqueat, q̄ amor diuinus. Quòd ita ingratus es de beneficijs Dei, ut non solum debitas non agas gratias de perceptis, sed etiam gratiam oblatam & paratam in uacuum recipias & negligas. Atq; cum gratiam sentis tibi arridere, occupas te uanioribus studijs, quasi qui texit arranearum telas, quæ non proderunt ad uestimentum salutis. Quòd illa ad quæ teneris faciendã sicut sunt horæ canonicæ, & similia ita negligenter & desidiosè persoluis, ut non tã meritum inde speres, q̄ supplicium expectes, q̄ & si uerba utcunq; proferas, tamen corde tam uagus es, & affectu frigidus, q̄ nec sensum orationis percipis, nec deuotionis affectum. Et de ipsis uerbis plurima destuunt accelerando, & utinam non multa transilias omittendo, dum non attendis si dixeris, uel non dixeris, nisi fortè ex coniectura alicuius uerbi, quasi ex caude apprehensione reputes te dixisse. Deus autè & si patienter distimulat, & attendit nostras negligentias, tñ non minus odit eas, sed integrè dinumerat, distinctè diiudicat, seuerè punit, nisi nos prauentiamus faciem

De quibus
erubescere
uel in prijs
occupatis
humiliari
religiosus de
beat.

Quomodo
religiosus
se ad
alios habe
re debeat.

faciem eius in humili confessione, in forti satisfactione, & in seriosa emedatione. Quòd ad oia quæ ad corporis curam uel comodum spectant studiosissimus es, quæ uerò ad spiritus profectum, uel ad fraternæ charitatis exhibitionem, uel ad plati obedientiam, uel ad carnis castigationem spectant, desidiosus es. Quòd etiam hos & similes plurimos defectus in te aduertens, nec terrors, nec cõpungeris, nec discutis, nec corrigis, quasi Deus tecum aliter acturus sit, q̄ cum omnibus alijs, ut mala tua incorrecta non puniat, & bona neglecta remuneret. Pro his & similibus erubescere apud te, & ab alijs in te dijudicari non mireris, nec indigneris, sed uerecunderis. Hæc & alia plura in me metipso ueraciter recognoscens erubesco, & doleo, sed non tantum sicut debeo, & non emedo sicut possem, & expediret. Ex me ipso autè intelligo, q̄ hæc uel aliqua istorum etiã proximo meo inesse possunt, & ideo unusquisq; iudicet, & discutat semetipsum, considerans ex uero latere qualis sit, maxime quid sibi desit boni, & insit mali ex uitio proprio. Ex altera parte qualis esse debeat in uirtutibus & moribus bonis, ut ex hoc humilietur ex cognitione defectus sui, & prouocetur ad studium proficiendi ad illa quæ uidet se debere facere uel habere, & ideo te gratietur Deus, si in aliquibus fortè ex eius gratia profecerit. Quòd ad alios caue à duobus. i. ut non curiosè respicias uel perquiras eorum personas, uultus, dispositiones, habitus, gestus, facta, uel uerba, uel officia. In quantum tibi non attinet ista perscrutari, utilitatis causa, ita pertrãsi, ita cogita, ac si oues essent, uel alia animalia, ut in nullo circa illos occupes uisum tuum, uel cor, ut non iudices, uel diiudices de alijs, quales sint, uel esse possint in mente, in merito, in moribus, uel in alijs, quia talis discussio uana est, & sapissimè falsa, immò temeraria. Et insuper cor inquietatur, & aliquando inclinatur, & conscientia laeditur, & alia bona negliguntur ex tali occupatione. Si aliqua uideris de aliquo uel audias, quæ non placent, pertransi & obliuiscere citò, cõmittens ea sibi & Deo, maxime ubi ad te nõ spectat eius correctio ex debito magisterij, uel ex sociali familiaritate, uel denunciãdi necessitate.

De compassione peccantibus habenda. Cap. VII.

Compatere tamen peccantibus quasi in tempestatibus maris naufragantibus, quia lögè miserabilius est in lacum inferni demergi, q̄ in profundum maris submergi. Ora pro eis & plora cum potes, ex hoc enim mereberis, ut à simili naufragio libereris. Beati enim misericordes, qm̄ ipsi misericordiã cõsequenti. Sic èt oium miserorum afflictiones animo & oculo intueri, & singulas eorũ miserias aggrauantes studiosè cõputa, diligenter pondera, ut ex his affectus miserationis in te pinguescant. Et si quas tu miserias pateris, tibi leuiore in eorum comparatione uideantur. Collige etiam in his quæ uides, passio-

Math. 5.

nes, labores, dolores, & paupertates Iesu Christi, qui cum esset diues pro nobis egenus factus est, ut illius inopia, diuites in cœlestibus nos effemus.

De tribus uitijs communibus. Cap. VIII.

Tria sunt uita cõia apud hoies, uidelicet proinitas reprehendendi quæ in alijs uident, & nõ est sedm affectu eorũ. Alteru è adulatio eorũ q̄ solent uirtutè sibi blandiri, laudando, aridendo, quærendo quò ualeant, cum non curer eos q̄q; ualere, honores inutiles offerendo, & in alijs multis modis in quibus nec est utilitas, nec ex affectu faciunt, sed ex usu ut placeant. Tertiu est propria gloriatio de seipso, quia ea quæ nos facimus, dicimus, sentimus, & scimus, placent nobis: & præferimus, ea aliorum factis cõmendando, uel occultè cogitando: & dedignamur, si alijs non mirantur ea quasi non habeant sanum iudicium, & delectamur in laude nostra. Et si aliqui nos ipsos atterendo humiliamus, non parè hoc facimus, sed uolumus per hoc astutè alium prouocare ad laudem nostram, quasi non debeat pari, ut nos nituperemus quod in nobis laudandũ est, uel hoc sepè facimus, ut humiles reputemur, & saltem ex hoc placeamus, si alia placencia non habemus. Qui ab istis tribus esset liber, in magna puritate uiueret, & quiete. undè uersus. Esse reprehensor, adulator, laudis amator. Noli, sic pura tibi mens erit, atq; quieta.

De non habendo res curiosas. Cap. IX.

Nulla curiosa habere cures, ut imagines, tabulas, sudariola, p̄r noster, & similia. Nec recipias, nec das alijs pro munusculis, quæ occupant cor, & magistris nostris nõ placent, & facient te notabilem inter ceteros, & sapè sine licentia recipiuntur, uel dantur talia incautè, dũ pudet eos tocies p̄ istis recurrere ad magistros. Species aromaticas non habeas, nisi pro euidenti necessitate non possis carere. Qui oibus rebus peculiaribus carere posset, foelix esset, quia multè distractionis materiam abscedisset. Si autè aliqua uolueris habere, ut libros ratione studij, & scripseriola, nulla superflua collige, uel curiosa. Solum contentus sis solis necessarijs in numero & ualore. Ipse habitus, & cõmunia instrumẽra tua, simplicia sint, & inculta. Corporis gestus, & oia foris apparẽtia, plana sint & pura. Nihil notabiliter curiale, & curiosum, uel singularitate coloris respersum affectes.

Quod religiosus non debet affectare hominibus placere. Cap. X.

Stude humano iudicio non moueri, nec delectari fauoribus, nec despectu cõtristari, quia iudicium humanum cecum est frequentius, & ignorat ueritatem, & fallitur sapissimè, nec si laudaris ab hoie es ideo laudabilior, nec si despicris es ideo uiliior. Stultus est, qui stulto placere laborat. Quia sicut cæcus nõ discernit inter colores

Nota.

lores, nec surdus inter sonos, ita insipiens homo nescit penare meritorum dignitates, unde cum aliquid agere te contingit extimabit, ut predicare, uel simile, non anxieris quo ad placitum hominum hoc facias, sed inuocato auxilio Dei ut melius expedire secundum Deum intelligis, si uel de facere. Et si bene successerit, Dei adiutorio refer gratias, & noli extolli, quia non propter te, sed magis propter aliorum orationes & merita, gratiam tibi datam debes extimare. Si autem minus bene successerit noli turbari, nec pudore confundi, sed gratias Deo refer, quod sic te ab elatione defendit. Siue autem bene siue minus bene successerit, statim habe te interius & exterius, ac si non feceris. Laudet qui uult uel despiciat, quid ad te? Tu tace excusationes, & recusationes caue, quoniam debes aliquid huiusmodi facere. Ad hoc sapissimum est, ut despiciamur, & presumptuosi uideamur qui talia audeamus. Unde uidet melius, purius, & humiliter esse simpliciter, facere quod est faciendum uel obedientia iubente, uel charitate infligante. Si placet eis, bene, si non, quid est tunc perditum? Nam cum oportet te predicare, uel simile facere, quod aliquid honoris uideatur habere, si bene feceris, lucrum habes de laboris tui profectu, si minus bene iterum lucraris meritum humiliationis tue, & post hoc minus ad huiusmodi cogitabis ab illis quibus non placuisti. Omnes sumas alterum expositi, ut alter alteri placeat, uel displiceat, ut cum in mea non sit potestate ut tibi placeam, sed in tuo arbitrio, uel affectu quae tibi dare non ualeo, si multum tibi placere laboro, forsitan nihil proficiam, quia aliter consilium tuum dirigitur: & ideo nihil in hac parte melius uideo, quam quod soli Deo studeat homo placere, & proximum non scandalizare, uel scienter offendere, & committere Deo, si hominibus placet uel displiceat humiliter, & patienter. Iuxta illud mihi pro minimo est, ut a uobis iudicet. Quibus places, a scribe eorum beneuolentiam, non tuam probitatem. Quibus autem displices, attribue tuo merito, & cogita quod si ex tantillo eis displices, sicut exterius cognoscere ualent tuam uilitatem, quid fieret si radicitus perspiceret omnia uitia tua, & peccata & inhonesta quaecumque? Mirum si non eijcerent, uel lapidarent te, pro me loquor. Numquam enim a fidelibus tantum despectus sum, sicut sum despiciabilis in ueritate: unde non debeo indignari, cum aliquando despicior, sed mirari, & reputare de beneficio Dei, quod non omnibus sum odiosus.

De patientiis humiliter odio & detractio. Cap. XI.

Et cum detrahi tibi intelligis, non mouearis, quia si uerum est quod dicitur, non est inconueniens hoc loqui homines, quod facere ausus es. Si autem uerum non est, non nocet tibi eorum locutio. Ut si albus es, & diceret quis te nigrum esse, quid obesset tibi illud dicere? Nihil, cum tu esses quid es, & non aliud. Et si quis exti-

maret te capram esse, tu homo es. Si autem ad primos motus huiusmodi aduersitatis turbaris, & inflammaris, ex patientia reprime iram, & sustine ad modicum, sicut qui sustinet aduersionem cauterij, uel seccationem chirurgici cogitans utilitatem patientis; & cito sanari incipias, & melius habere. Immo hoc ipsum ex pugna intus exercitata, magna utilitatis est, quia est purgatio peccati, uitij lima, exercitatio uirtutis, meritum gloriae, preparatio pacis: Non enim coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Rancorem erga nullum retine in corde. Ad omnes cor mite, & pacificum habere stude, nec pro tua offensa, nec pro ullius uitio aliquem odito, ne fias cum illo sub speciei zeli pariter uitiosus. Si non conuenit tibi eius habere familiaritatem propter uitij ipsius deformitatem, sic displiceat tibi malum quod habet ex se, ut non sit tibi execrabile bonum quod est ex natura in praesenti, uel ex gratia forsitan in futuro. Multi enim sunt mali, qui fiet boni postea, propter quod de omnibus uiuentibus est sperandum. Quod si aliquis te odiret, & detraheret, & niterentur te confundere, & grauare: tu etiam si ex similibus uis contendere, non uincis eum nec placas, sed prouocas sicut qui canem latrantem minando prouocat ad mordendum, qui si latratus eius non aduertendo transierit, citius eum compekeret, & abiret. Nam cum hoc intendat omnis aduersarius, ut molestet, & prouocet illum cui aduersatur, si uidet te exacerbari, & contritari, ita habet quod querit: & tanto fortius instat quo grauet, quanto plus uidet ualere conatus suos ad id quod intendit. Si autem uiderit quod patienter sustines, & pertransis, ac si non sentias, confunditur in seipso, & confringens tumentes fluctus eius, ex indignatione quiescit, uidentis quod nec ualet efficere, quod querebat. s. ut te conturbaret, uel certe confusus compungitur, & corrigitur exemplo patientiae tuae emendatus. Quod si forte obstinatus, nec corrigitur, nec desistit te persequi, discite aliquid pati posse pro Deo, quia ille qui tibi aduersatur grauius torquet seipsum, quam te. Quod autem se ipsum morderet, & laniaret in odium tui, quid te laederet? Immo de se te uindicaret, ipse, non tu, morosus uulnera sentiret. Ita sentias de illo quod odit te, quod se laniat non te, unde tu habeto pacem tecum, & aliena malitia non tibi nocebit. Quod & si uerba contumeliae tibi intulerit, discere debes, ut omnia uerba habeas pro sono transeunte, nisi quantum ualeas ex eis adificationem accipere, sed in quantum perturbare possunt, & scandalizare, sint tibi sicut auium garritus, & latratus canum. Hoc cum audis pertransi, & non cura. Noli illi similis fieri, qui tibi detrahit, quia sicut in illo odibile est uitium detractio, ita etiam esset in te. Nemo autem in odium aduersarij sui sibimet praecidet nasum, uel eruit oculos, sic nemo sapiens deturpat seipsum, ut se uindictae de inimico, quae tunc non tristitia, sed laetitiam inimico conferret. Si patienter fers iacula aduersantis, alij compatiuntur

compatiuntur tibi, & impugnabunt pro te aduersarium tuum te tacente, & diligente te. Si autem uindicare uolueris te resistendo, aspicient te, & respicient uos pariter mordentes, & scandalizabuntur in utroque. Doctrina Christi magistri nostri & Domini est cuius te esse discipulum profusus es in professione Regulae: Diligere inimicos benedicere odientes nos. Et nostra benignitate uincere illorum malitiam. Sicut ille malos mutat in bonos, patienter eos ut conuertantur expectando, & beneficijs aliendo.

De sui ipsius correctione. Cap. XII.

Corrige in te quod in alio reprehendis, & doce te quod utile cuique cognoscis. Furor tuus agat in teipsum, & ita inflammatus alios calefac, sicut ignis qui proxima prius & postea remotiora calefacit. Tu igitur esto proximus tibi in correctione tui. Regula ingenij tui, & zelus iustitiae tuae primo reformet te, exemplar artis tuae alijs imitanda. Ostende in proprio cuiusque ritibus in opere alieno. Quidam sciunt in alijs multa corrigere, & uitam aliorum ordinare, in seipsis autem multa incorrecta relinquunt, & minima diligentia adhibent, ut statum proprium ordinent ad profectum uirtutis. Quandoque somniant si essent in alio statu, in tali uel tali officio, uel dignitate, quantum bene ualerent illam bene disponere, suum autem statum in quo iam sunt nec sollicitudine discutiunt, nec emendant, sed aliquando per alium moniti, uel ex casu forte ad se reuersi, cogitant ad meliora se extendere, nec prouident disponunt qualiter haec faciant, uel in eo quod prouident non perseverant, consuetudine dissolutionis, & torpore eos ad solita reuocante.

De eodem. Cap. XIII.

Esto tuimet potens, ut statim ad nutum rationis assuescas, tam cogitationes cordis, quam membra & sensus corporis a noxijs retrahere, & in bonis studijs occupare, & oculos, manus, linguam, auditum, & cogitatum, quasi in freno manus tuae, ne insolentem euagantem extra disciplinae terminos. Quia sicut auis uel bestia ex coactione domita, rursus ex relatione sunt indomita, ita sensus exteriores, & cogitationes, & affectiones interiores, nisi sub discreta cautela refrenentur, ex libertatis licentia insolent, ita ut postea difficiliter redigantur sub rationis magisterio, quam in principio conuersionis, quia peruersi difficiliter corriguntur, quam nunquam conuersi, sicut animalia difficiliter domantur, uel mansuescunt in senectute, quam in iuuetute, & sensus iuuentu capaciores sunt scientiae, quam senum, & inueterata arbusta inflexibilia sunt, quam recentia & tenera. Sapientia in mente discute teipsum, & considera statum mentis, & corporis, quid desit, quid deficiat, uel quid proficiat. Quid impediatur profectum, & quomodo

do illi obuietur declinando, uel resistendo, aut regendo, aut tollerando. Peccata declinanda sunt & fugienda. Vitijs impugnantibus est resistendum. Officium uel alia actio occasionaliter impediens, regenda & ordinanda est discretè ad profectum materiam. Aduersitas est tolleranda, & per usum tollerandi fit magis tollerabilis, & ideo tam odiosa est nobis aduersitas, quia nolumus assuescere. Si aliquis domesticus tuus, uel uicinus, tibi fuerit in corde onerosus, illi stude magis obsequiosus esse & affabilis, & cito senties remedium illius morbi.

Quare non sit affectanda hominum dilectio. Cap. XIII.

Non multum affectes diligere, quia distractio cordis est, & a quo queris diligere, illi etiam affectas placere, & tibi admittet se adulatione, & sapere simulatio, ne forte displicere incipias, & minus diligere. Turbaris etiam quando supericaris te minus diligere, ut desideraueras uel speraueras. Pauci etiam sunt in sensu, & affectionibus & moribus ita conformes, ut non sit dissensionis materia aliquando inter eos, quae est dilectionis aduersatrix. Item a feminis uelle diligere, etiam praeter tentationis laqueum, & occupationis materiam, & turbationis occasiones continuas, nota suspitionis, & obseruationis non cauebis. Committe te Deo, & ab illo stude diligere fideliter, & de aliorum certam dilectionem relinquere illorum arbitrio, & diuinae uoluntati. Dilectio hominum fallax est & instabilis, facile cedit, facile laedit ad modicum utilis, & saepe nociva. Si dignus fueris diligere, sin autem, iustum est non diligere indignum, nec ei ullam reuerentiam exhiberi. Amen.

SERAPHICI DOCTORIS

SANCTI BONAVENTURAE

in regula nouitiorum per eundem compilatam,

PRAEFATIONE CVLA.



Renouamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quae sit uoluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Hoc dicit Apostolus ad Romanos in persona nouitiorum, & hijs qui fuerunt per peccatum in seculo deformati, & erant tenebrosi, ut modo in religione positi, per finalem sententiam reformentur & fiant luminosi, ut dicatur de eis. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino, ut filij lucis ambulare. Qui ergo desiderant

scensione & quae fugienda, ordinanda, reprimentur, uel tolleranda.

Rom. 12.

Eph. 5.

Matt. 5.

2. Tim.

Nullus

lus

collo

haberi

bet,

quod

bonum

si

ponit

2. Tim.

Nullus

lus

collo

haberi

bet,

quod

bonum

si

ponit

2. Tim.

Nullus

lus

collo

haberi

bet,

quod

bonum

si

ponit

Sensus & cogitatio non domat de in sole scant.

De sui met di-



tant in spiritu & moribus reformari, studeat uiam suam scribitis rationibus reformare. Cognoscere enim quia uoluntas Dei erit eis bona, quantum ad remissionem culpae deformantis, beneplacens, quantum ad infusionem gratiae reformantis, sed perfecta, quantum ad fruitionem gloriae permanentis, in qua recipiet diadema decoris de manu Domini Iesu, qui retribuet unicuique iuxta opera sua, iustus est & iustitiam dilexit.

De officio. Cap. I.

Quia spiritualia sint semper ubique, omnibus proponenda: ideo cum fueris in ecclesia, uel alibi ad diuinum officium celebrandum, non sis ibi cum uagatione cordis, interponendo nouicia, & cogitando diuersa, quia dicit Bernardus. Magna abusio est, habere os in choro, & cor in foro. Nam de talibus dicitur per Prophetam: ore suo benedicebant, & corde tuo maledicebant. Sed dicas cum profunda cordis humilitate, & reuerentia, & timore. Nam teste scriptura. Timor Domini delectabit cor, & dabit gaudium & latitiam: & stude intelligere ea quae dicis si potes, si uero non potes intelligere, reuerere: quia (sicut dicit Sapiens) per reuerentiam accedet tibi bona gratia: & semper ad totum officium sis erectus, tam in officio beatae Mariae uirginis, quam in alio, hoc modo excepto, quia in nocte, dicto matutino beatae uirginis, licet tibi apodiare. Officium uero beatae uirginis nunquam dimittas, & quamdiu stas in officio totaliter sis honestus, ut non respicias circumstantes, nec cum aliquo loquaris ibidem, sed inclinato aliquantulum capite, dimissas manus habeas ante, aut in modum crucis, aut manum in manu portans. Nunquam autem ante peccatus, uel in sinu, uel in loco inhonesto portes: cogitans te esse non solum coram fratribus, sed etiam coram Deo, & Angelis eius. Nam teste Propheta, qui dicit. Praeuenit Principes. id est Angeli, coniuncti psallentibus. Et sis semper sollicitus ad horam, ne aliquando negligentia, uel uerecundia ductus, aliquod uerbum praetermittas: & non dicas horas tuas solummodo prolatione uocis exterioris, ut Pharisaei uersipelles, de quibus conqueritur Dominus per Prophetam dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Caue tibi multum, ne aliquid facias, uel dicas ibidem, quod alios prouocet ad risum, quia sicut dicit Isidorus. Nullus habebit accessum ad compositionem, ubi fuerit immoderatus iocus, uel risus, sed iucundatio tua sit semper in Iesu, & meditatio tua sit semper in Propheta. Et erunt ut complacent eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, & dicta qualibet hora, dicas. Misere mei Deus, cum oratione. Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosa uirginis Mariae matris, &c.

Psal. 61.
Eccle. 1.
Eccle. 32.
Psal. 67.
I sa. 29. & Matt. 15.
Psal. 18.

De oratione. Cap. II.

Cum Dominus dicat in Euangelio, quia oportet semper orare, & non desicere. Stude semper expendere tempus tuum aut in oratione, aut in lectione, aut in bona meditatione, aut in seruitijs: non enim cessat orare, qui non cessat benefacere. In oratione autem frequenter & morose permanes, cum profunda cordis deuotione & humilitate. Oratio autem humiliantis se nubes penetrat, iuxta sententiam Sapientis. Quicquid autem in oratione petieris, cum fiducia impetrabitur peras. Veritas enim dicit. Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet uobis. Sit autem oratio tua in excelsa charitate fundata. Gregorius enim dicit. Quia uirtus perfectae orationis, est celsitudo charitatis. Sit secreta, uerecunda, iusta, lachrymosa, & frequens, & quia oratio nihil aliud est, quam ascensus intellectus ad Deum, ideo antequam incipias orationem, prepara te ad intimam deuotionem, si uis attingere ad diuinam praesentationem: nam teste Gregorio: oratio sit cordis non labiorum. Nec (inquit) uerba deprecantis tantum Deus intendit, sed cor orantis aspiciat, & ideo dicit Sapiens. Fili, ante orationem prepara animam tuam, & noli esse tanquam ille qui tentat Deum. Tunc enim orator dicitur tentare Deum, quoniam absque cordis preparatione currit ad uocalem orationem, & petit ibi diuinam speculationem. Si uix autem nunquam poterit impetrare, quia talis dicitur non deuotus orator, sed potius uerborum latrator. Si ergo uis affici in oratione, prepara cor tuum ad deuotionem: nam de cordis preparatione, dicit Dominus per Prophetam. Preparationem cordis eorum audiuit auris tua, unde legitur in uitis patrum. Quales uolumus orantes inueniri, tales debemus ante tempus preparare nos. Ad istam autem preparationem tria occurrunt, primum ut dicit Gregorius. Quinque sensuum reuocationes. scilicet ab exterioribus, ut ad nihil intendat, nisi ad quietem mentis, ne forte anima quae soli Deo uacare intendit, per eos ad plura difundatur. Nam si inuisibilis anima inuisibili Deo conformis est, dum Deum orat, debet omnium uisibilium obliuisci, ut impermixta terrenis ad caelestia cito tendat. Anima enim in modum arboris cogitur leuari: unde Gregorius dicit. Tanto audius gustum sapientiae orator intus acciperet, quanto saporem carnis pro eodem sapientiae fonte robustium repressisset, propter quod dicebat Dominus. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum. Sed quia nemo ascendit ad Dei contemplationem, nisi prius descendat per sui humilitatem, ideo sequitur secundum. scilicet proprietatis consideratio. Si autem uis uidere tuam paruitatem qui oras, considera illius immensitatem quem oras: nam nihil est respectu Dei inuicis. Tu enim es uermiculus putridus, ipse uero Deus est aeternus. Tu creatura mortalis & infirma, ipse uero creator omnipotens, tamen cum nihil sis non ipsum Deum honorasti tanquam creatura creatorem suum, & tanquam seruus

Luc. 18.
Eccle. 1.
Man. 15.
Ioan. 15.
Eccle. 1.
Psal. 38.
Phil. 3.
Psal. 9.
Cant. 3.
Man. 15.

seruus Dominum suum, & quod periculosius est, peccando eum ad iram prouocasti, & semper eum suis stipendijs impugnasti, & ideo non es dignus exaudiri, sed potius cruciari aeternaliter. Et sic mentaliter descende ad infernum cogitando. scilicet graua peccata quae commisisti, & quantum gloriam perdidisti, & quae dura supplicia incurristi, ut cogitando cognoscas tuam transgressionem, & quae iuste damnatus es, & diuinam passionem, quae redemptus es. Nunc igitur sequitur tertium. scilicet Christi redemptoris ignita dilectio. Si autem uis diligere Christum, considera quantum fueris dilectus a Christo. Nam maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis, sed Christus plus, quia pro nobis inimicis suis mortuus est. Cogita ergo haec grandia beneficia Dei, qui deberes meritis tuis aeternaliter cruciari, uoluit tamen ipse Dei filius pro te redimendo de muliere pauca nasci, & crudelissima supplicia pati, & horribili morte mori, & mortuus ad inferna descendere, ut nos de inferni pelago liberaret, & in caelesti collegio collocaret. Et ascende mentaliter ad illud collegium beatorum, & tunc diuina charitate ignitus incipias orare feruenter, ut possis dicere cum Propheta. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis: & dum diu oras, speculari illam caelestem Hierusalem triumphalem, ut orando possis dicere cum Apostolo. Nostra autem conuersatio in caelis est. Orationes autem quas facis, semper habeas sub certo numero terminatas, quas nunquam dimittas, nisi manifesta necessitate uel infirmitate coactus, quae sunt haec. Primum ad laudem Dei, & beatae uirginis, quotidie inter diem & noctem dicas centum Pater noster cum Gloria patri: & totidem aue Maria cum genuflexionibus. Item dicas quotidiem psalmos poenitentiales cum letania pro benefactoribus uicinis, & uigilia defunctorum, hoc est, Placebo, & alias facias sicut tibi Dominus ministrabit. Hic tamen attende, ut in oratione quam facis, magis studeas ad deuotionem, quam ad consumationem, ut statim cum inuenieris Christum, orationem ulterius non protendas, sed eo fructu quem quarebas, dicens cum sponsa. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam, & subtrahente se Iesu, orationem perficias quam incipisti, & consulo tibi, ut nunquam praedicta dimittas: non enim qui incipit emendat, sed qui finaliter perseverat. Ora ergo charissime, & te in oratione exerce, quia pauperi non orant, aeterna supplicia promittuntur. Ait enim Bernardus. Ora statim instanter, ora quia ille dicitur habere tunicam mixtam sanguine, qui carnem suam nutrit de pauperis sudore. Cantando uobis (inquit) ista bona praecipiunt, graues ergo pro eis effundite gemitus, alioquin quod hic in delictis sumitis, in tormentis euometis. Studeas ergo tanto feruentius & morosius cum seruire deuotionis orare, quanto plus ceteris maiora beneficia tibi conferunt,

quia sicut dicit Gregorius. Tanto ergo humilior, atque ad seruendum Deo promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem conspicit in reddenda ratione, & omnis oratio tua semper uoluat circa Dei beneficia collata, cum gratiarum actione, aut circa tua & proximi scelerata perpetrata, cum omni dolore & lachrymarum effusione. Ista est scala per quam uidit Iacob Angelos ascendentes & descendentes. Et quotidie semel a fratrum confortio separatus, stude animam tuam ab omni sollicitudine reuocare, & illicitis cogitationibus immixtus, cum profunda cordis humilitate, deuotione, & gratiarum actione recogita circa beneficia creatoris, & maxime quam pro te uoluit humiliter incarnari, & acerbissima supplicia pati, & morte turpissima mori, quae autem de passione tunc debeas cogitare, dicit Bernardus. Homo respice mentali oculo, quanto remunerationis debito Domino tuo sis astrictus. Respice sanguinem, alaparum contumeliam, flagellorum duritiam, coronam spinarum, uerborum blasphemiam, sputi ludibria, crucis angariam, suspendium patibuli, oculos languentes, oris palorem, felicia cibaria, acerosa pocula, caput inclinatum, mortis supplicium. Et quid plura? Vita pro nobis mortua est. Et cum haec prolixius cogitasti, conuertere protinus ad teipsum, & considera quod Christus non solum supradicta, sed etiam alias multas sustinuit passiones, ut te de seruitute Diaboli liberaret. Et tu ingratulus, beneficia creatoris tui non cognoscis, cum sis sua morte redemptus, & non solum ardentius non amasti, sed peccando potius impugnasti, sicut ipse conqueritur per Prophetam, dicens. Quod retribuere mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Et prolixa hora cogita cum dolore, quantum & qualiter Deum offendisti, & per consequens quantum gloriam amisisti, & quanta supplicia acquisisti, & in hoc liquefiat anima tua dolendo, & poenitendo in amaritudine lachrymarum, ut possis dicere cum Propheta. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Ad ultimum uero surge sperando de misericordia Iesu Christi. Patiens enim est, & multum misericors, sicut dicitur in Psalmo. Et ideo confidenter & humiliter roga eum ut qui sua morte te redemit, & redemptum de mundo te uocauit in religione positum, immaculatum finaliter te conferuet in sanctorum collegio. Deinde roga Deum pro Ecclesia Romana.

De confessione. Cap. III.

Quia ad remissionem peccatorum requiritur contritio amara, confessio pura, & satisfactio condigna: ideo antequam uadas ad confessionem, omnia peccata quae post praedictam confessionem fecisti, uel corde, uel ore, uel opere, aut omitendo bona, aut committendo contraria, cum profunda contritione ad mentem reuoca diligenter, ne ea in confessione praetermittas,

Gen. 2.
Psal. 108.
Psal. 118.
Psal. 25.



prætermittas, cum singula ad mentem reuocaueris uerecundè, uade ad sacerdotem, & deposito mantello humiliter genuflecte, & cum extracto caputio, & iunctis manibus dicas. Confiteor, usq; ideo precor, & hic incipias dicere peccata quæ cogitasti sapius, & p singulo peccato dicas tuam culpã, quibus dictis, iungas ultimò dicēs, & de istis, & de alijs multis peccatis meis mortalibus, uenialibus, confessis, & omissis, quibus offendi creatorem meū, uisu, auditu, gustu, odoratu, & tactu: dico meam culpam. Ista sufficiunt ad confessionem frequentem: cum uolueris prolixius confiteri, dicas de offensionibus regulæ, maxime de obedientia, paupertate, & castitate, & exprimas si in aliquo istorum offendisti. Item de multa ingratitude & irreuerentia quã habes circa temporalia & spiritalia beneficia, nã spiritalia non cognoscis, iuxta beneficium redemptionis & religionis, quia cum gratiarum actione frequenter ruminare debuisti, & etiam de beneficijs corporalibus es ingratus, quia pro elemofynis acceptis, non reddes Deo debitas gratias sicut debes, & parum p benefactoribus oras. Item de modica charitate quã habes circa Deum & proximum, quia Deum non diligis, sicut debes toto corde, nec obedis suis consilijs & preceptis sicut debes, sed quod periculosus est, eius uoluntati resistis frequenter, nec etiam diligis proximum sicut debes, quia non congaudes ei in prosperitate, nec in aduersitate compatieris sicut debes. Item de perditione temporis quia stas ociosus in die audiendo uerba uana, & ociosa, & nociua ad risum prouocantia. Itē de inhonestis & nociuis cogitationibus, luxuriosis & ociosis, quibus nõ resistis humiliter sicut potes; sed forte q̄ peius est, negligis principia motuum carnalium qui insurgunt. Itē de multa superfluitate in comedendo & bibēdo, & alia non necessaria faciēdo. Item de falso & temerario iudicio. Item de uana letitia & tristitia. Itē quia tu es promptus ad malum, & remissus ad bonũ. Item de multa superbia, uanagloria, inuidia, iactantia, auaritia, acedia, & luxuria. Item de modico quem habes de peccatis tuis dolore, & nõ doles de offensis sicut debes, & de aliquis dicas quæ conscientia reprehendit, & dũ hæc omnia dicis, descende ad similia quæ fecisti, & semper accepta penitētia osculare terram, & sic cōfessio frequens, aperta & integra, neregunda, & lachrymosa, & cum contritione, & sine excusatione. Et si potes confiteri quotidie benè quidem, sin autem de tertio in tertium diem saltem studeas confiteri, & studeas generaliter annuatim confiteri.

De sacramento Eucharistie. Cap. IIII.

1. Cor. 11. **C**um Apostolus dicat, q̄ qui illud incogitabile sacramentum indignè māducat, iudiciũ sibi manducat & bibit: idcirco quã-

doq; cōmunicare proponis, studeas per totã hebdomodam præcedentem ad hoc te præparare, per peccatorum contritionem, continuam confessionem, & deuotam orationem. Nam de hac preparatione loquebatur Apostolus cum dicebat. Probet aut̄ seipsum homo, & sic de pane ille edat, & de calice bibat. Quod si in die dominico proponis cōmunicare, studeas te ante p̄ triduum ad feruorem spiritus ordinare, ut sis in sexta feria præcedenti ab omni cogitatione immunda abstractus: semper aut̄ habeas mentales oculos ad Iesum crucifixum, spinis coronatum, aceto & felle potatũ, spuris & contumelijs saturatum, a peccatoribus blasphematum, acerbissima morte consumptum, lancea perforatum, a mortalibus iam sepultum. Hæc cogita illa die, siue comedas, siue bibas, siue aliquid aliud facias, ut cogitando creatorem crucifixum, dolorem in corde habeas, tora die ostendas tristitiã in corde & in corpore, dicente cum Apostolo. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Sabbato pponas penitus fratrum consortia declinare, & quietē mentis eligere: dies enim requietionis est, & pone strictũ ori tuo silentium, ut saltē illo die non solu ociosa uerba succidas, sed ipsa necessaria uix loquaris. Nam testē Ieremia. Bonum est præstolari cũ silentio salutare Dei nostri, & usq; ad completorium exerceas te aut in lectiōe, aut in bona meditatione. Post completorium uade in Ecclesiã, & ibi reuoca mentem tuam, & quicquid contra creatorem tuum fecisti, recogita cum dolore, & amaritudine cordis, dicēdo cum Propheta. Recogitabo tibi oēs annos meos, in amaritudine animæ meæ. Et semper q̄ cōmunicare proponis die præcedenti ieiunes, & post matutinum non dormias, sed uigila in oratione, sciens q̄ in uigilia post matutinũ, Saluator noster potissime inuenitur, ipso attestante qui ait. Qui mane uigilauerit ad me, inueniet me. Cum cōmunicatus fueris, statim uade ad cellam tuã, & cum gaudio magno ipsius cōmunicationis, affectes illum quē quidem ipsa ueritas promittit, dicens. Qui māducat meam carnem, & bibit meum sanguinẽ, habet uitam æternam: & immediatè dicas psalmos penitētiales cum Ieranijs, & caue illa die similiter ne egrediantur uerba nociua uel ociosa de ore tuo, per quod intrauit Iesus refectio gloriosa, teste Apostolo. Nemo pot̄ dignè calicẽ Dñi, & calicem Damontorum sumere. De frequentatione uerò cōmunionis noc audeo suadere, nisi quod Augustinus suadet. ait. n. Quotidiè Eucharistiam recipere, nec laudo, nec uisuperor: oibus tamen dominicis diebus communicandũ hortor, si tamen mens in affectu peccandi est, magis grauatũ q̄ purificatur, & tamẽ licet quis peccato mordeat, si tũ de cetero non habet uoluntatem peccandi, & satisfaciat lachrymis, & orationibus, accedat securus, sed de illo dico, quem mortalia peccata non grauant.

De co-

De comestione. Cap. V.

1. Cor. **C**um pulsatur campanella ad mensam, uel ad comedendum, stes in silentio, & examina te ipsum quomodo in oratione uel lectiōe uel in seruitijs laborasti, ut preparatas elemofynas possis securo conscientia manducare: nam peccatores ibi elemofynas largiuntur, non ut loquaris de partibus, uel de guerris, uel maneat ociosus, sed ut pro eis incessanter ad Dominum fundas preces, quod si te iueneris ociosum steterisse, aut dixisse illicita, timeas cũ dolore cordis, sciens, q̄ de elemofynis acceptis oportebit te reddere rationem uilicationis tue, & usq; ad secundam pulsationem cogita supradicta, semper pro benefactoribus exorando. Cum autem intraueris ad mensam, sede circa honestiores si fieri potest bono modo, & antequam incipias māducare, dicas gloria in excelsis Deo, uel tribus uicibus pater noster, & inuocãdo nomen sanctæ Trinitatis, dicendo in nomine patris & filij & spiritus sancti amen. Et tunc incipias māducare cum timore & dolore cordis, ut uerificentur in te illud. Antequam comedo suspiro, & sic Bernardus dicit. Cum comedis non totum comedas, sed attendas lectiōi si fueris ubi legatur, si uerò non legitur, ibidem cogita de Deo, ut uterq; homo sit p̄pria refectiōe refectus. Sis ergo in mensa honestè, capite semper cooperto, oculis non diffusis, & nulli loquaris idē nisi necessitate coactus, nec cures scire, quid, uel quantum, uel qualiter alij manducant. Paulatim incidas panem, & uinum moderatè propina ut cum comedas nec panis incisus, nec uinum in ciphio sit, nec sis primus in comedendo, nec ultimus in finiēdo. Et dum sanus es, nunquã panem eligas meliorem, nec deteriorem tantũ dimittas, ne Deum offendas, & proximum scãdalizes, sed commiter manduca illum, & non comedas rapaciter sicut faciunt gulosi, quorum Deus ueter est, sicut dicit Apostolus. Sed curialiter & honestè manduca, sicut decet religiosum & paupertatis sanctissimæ sectatorem, & cum biberis, dicta aue Maria cum duabus manibus bibas, ne quod datur ibi ad nutrimentum, fiat tibi in detrimentum, habet enim ad libidinem prouocare sicut dicit Sapiens, quia luxuriosa res est uinum. Et ideo dicit Apostolus. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. & alibi. Semper modico utere uino. Appone igitur semper aquã in uino, specialia tibi nõquã procures, nec oblata recipias, si euitare poteris bono modo. xenia non mittas per mēsam, nisi fortè illis qui iuxta te sunt. In fine uerò micas diligenter collige & manduca, quia dicit Dominus, collige fragmenta ne pereant.

De abstinentia. Cap. VI.

Luc. 21. **C**um Dominus dica in Euangelio. Attēdite ne grauentur corpora uestra crapula &

ebriare. In huiusmodi semper stude crapulam fugere & ebrietatem, & sobrietatem elige, quia dicit Sapiens. Multi per capulam perierunt, q̄ abstiniens est adicit sibi uitam. Si autem fueris ad comedendum, nõ sapor sed fames te prouocet, ut dicit Bernardus, ut nunquã uoluptate, sed necessitate pascaris, quia dicit Augustinus. Mens lassata nimietate ciborum, perdit orationis uigorem. Toto tempore uita tue modico & communi cibo utere, quia dicit Isidorus: Vbiq; satietas & ebrietas, ibi libido & furor dominatur, & ne modum excedas in comedendo & bibendo (sicut dicit Isidorus) tantum tibi ieiunii impones, quantum ferre potes: Melius est enim (inquit) quotidie parum, quã multum raro sumere. Augustinus. Quid enim prodest tota die longum ieiunium durare, & postea facierate uel nimietate animam saturare? Et caue, ne de cetero specialitatem uel singularitatem tibi procures: sed omni tempore quando sanus es, ijs cibariis esto contentus, ut pane, & uino, & coquina tantum, & si aliquid apponatur, si indiges accipias moderatè, sicut decet seruum Dei, & paupertatis sanctissimæ sectatorem. Cibaria uerò quæ magis prouocent ad gulam, quã ad sustentationem nature semper deuota, sicut sunt cibaria inuitata, uel delicata, scilicet speciebus cõposita, & similia. Nam sicut dicit Bernardus. Satis est ad omne condimentum sal cum pane & fana, ne tamen ea occasione permittas aliud tibi dari, quia tunc non esset abstinentia, sed simulatæ sanctitatis apparentia. Caue etiam ut non manducando manducantes iudices, uel condemnes, quia sicut dicit Apostolus. Qui nõ manducat, manducantes non spernat, & econtrariò. Qui enim manducat, Domino manducat, & qui non manducat, Domino non māducat. Extrã refectorium nunquã comedas, nisi necessitate uel infirmitate coactus, sed cõmunicem uitam semper in bono sequaris, & omni tempore quando sanus es, quadragesimam Epiphaniæ, & aliam Apostolorum, quæ incipit ab Ascensione usque ad Pentecostem, & diē sabbati semper ieiunare procures: & quãdo abstinentia tibi importabilis uideretur, statim cogita de Iesu, qui cum esset Dominus omnium, in anxietate patibuli est fatigatus, spinis coronatus, clauis perforatus, sitiens potatus est accito cum felle micto. Tunc enim talia cogitando, non solum ciborum abstinentias, sed quaslibet asperitates & passiones, facillè sustinere ualebis. Ait. n. Greg. Si passio Christi ad memoriã reuocetur, nihil adeo durũ, q̄ æquo animo non tolleretur. Abstineas igit maxime frater a cibis delicatis et calidis, qui sunt incitatiui ad nutrimentum luxuriæ, et semper in omni cibo et potu superfluitatem et auaritatem deuota, ut etiam post comestionem uideare exurire, et famelicus esse, si uis in æterno conuiuio saturari. Ait. n. Hieron.

Eccle. 37.

Rom. 14.

Meditatio passio nis Christi si multũ inuatiēu nãtibus.



Impossibile est enim, ut presentibus et futuris quis fruatur bonis, ut hic uentre et illic mente impleat, & de delitiis mundi ad delicias angelorum transeat, & in caelo & in terra appareat gloriosus. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt in presentibus, quoniam ipsi saturabuntur in futuro.

De dormitione. Cap. VII.

Semper cum ad horam perueneris dormiendi, non preuenito tempore, primo aspergas te aqua benedicta, & tunc uadens ad lectum aliquam orationem praemittas, & facto tibi signaculo crucis in lecto, & te Domino humiliter commendato, honeste & compositè iaceas in dextro uel sinistro latere, nunquam tamen supinus: uel aliter inhonestus nunquam dormias cum manibus in sinu positis, nec erubus eleuatis uel discopertis, sed semper teneas tunicam inter crura, ut nullus te inueniat inhonestè iacentem. In lecto autem sic positus dicas Psalms, uel aliud utile meditare, uel quod utilius est, imaginare Iesum in cruce pendentem. Quod si sollicitè agitabis, uix aut nunquam poterit te Diabolus molestare, quia per deuotam meditationem testu, omnis Demonum exercitus efugatur. Cum autem surrexeris de lecto, statim recurre ad memoriam crucifixi, ut cum Apostolo nihil scias inter homines, nisi solum Iesum, & hunc crucifixum. Ait enim Bernardus. Totus sit tibi crucifixus in corde, qui pro te fuit fixus in cruce: & facto tibi signo crucis, uade ad ecclesiam festinanter, & aspergere te aqua benedicta, & ingrediens ecclesiam dicas. Introibo Domine in domum tuam, & adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo: Domine deduc me in uia tua, propter inimicos meos, dirige in conspectu tuo uiam meam. Cum autem perueneris ad altare, humiliter genuflecte & Deum adora, & lachrymate si potes, & facias ibi orationem quam Dominus monstrabit, & recomenda te sibi cum profunda cordis humilitate, & semper sis in ecclesia antequam officium inchoetur, ut congregato animo tuo coram Deo, liberius possis intèdere his quae dices. Omnia seruitia quae facis, semper radicentur in charitate, alioquin non expectes inde meritum apud Deum, quia sicut dicit Augustinus. Tanta est uirtus charitatis, ut & propheta, & martyrium sine ipsa nihil esse credatur. Celebrantibus autem missas libentissimè seruias, cum profunda cordis & corporis humilitate, reuerentia & deuotione, quia ad illud deuotissimum sacramentum nemo debet accedere indeuotè, nec expectes quod alius te inuitet, sed potius tu sollicita sacerdotem, & sis semper sollicitus circa omnia seruitia faciendà, ne forte tua negligentia (quod absit) impediatur aliquando sacerdos. Alia autem seruitia quae sunt necessitatis & utilitatis, libentius facias quam alia, sicut est lauare pannos, scutellas, tunicas, & pedes infirmorum, & aliorum, & capita cum

1. Cor. 2.

Psal. 7.

oportebit, & similia. Cum fueris cum fratribus pro aliquo seruitio faciendo, caue ne loquaris ibidem, nisi forte interrogatus, & tunc submisse, sed potius audi tacens, quia teste Psal. Vir linguolus non dirigitur in terra. Infirmos uero debes frequenter & sollicitè uisitare, saltè bis uel ter, cum exhibitione seruitij si oportet, sicut in Regula continetur, quod fratres debent eis seruire, sicut uellent sibi seruari, & hoc fiat sine multiloquio, quia teste Sapiente, in multiloquio non deerit peccatum.

De ociositate fugienda. Cap. VIII.

Cum ociositas multis sit occasio delinquendi, teste Sapiente qui ait. Multa mala docuit ociositas, stude semper in diuinis laudibus, uel charitatis operibus occupari. Nam ocium diuina sapientia reprehendit dicens. Quid hic statis tota die ociosi? Nec mirum, quia Diabolus frequenter eos praecipitat. vnde Hieronymus. Semper aliquid boni facito, ut te semper Diabolus inueniat occupatum. In his ergo maxime exerce te, si in frequenti & serueti oratione, & lectioe, & in seruitijs, & p ista tria tota uita tua decurrat, & semper ores, aut legas, aut seruias, & potissime senibus forensibus, & infirmis, & factis seruitijs non stes cum fratribus ociosus, sed statim uade ad cellam, & ibi ores uel legas, & sta in ea quotidie usque ad tertiam, & non ex eas nisi urgenti necessitate coactus, memorans illud Bernardi. Quod Sancti Angeli cellas habens pro caelis, à cella enim in caelum sapè ascenditur.

De honestate. Cap. IX.

Cum honestas sensuum exteriorum sit ornatu uirtutum, ideò cum omni uerbo & actu tuo semper honestatem cum discretione pretendas. Ait enim Apostolus. Omnia honestè cum ordine fiant in uobis. Si ergo desideras honestatem & felicitatem uirtutum inuenire, & inuenta facile retinere, stude semper habere subscripta, & primò habeas seruetem & frequentem orationem, de qua dicere poteris illud sapientiae. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Deinde stude semper omnia uerba ociosa uitare, ut ea non proferas, nec audias proferentes, quia teste Paulo. Corripunt bonos mores colloquia mala. Postea inhonestorum & dissolutorum consortia caue. Adulatorum blandimenta deride, dona contemne, colloquia susurrorum & murmurorum, bilinguim & detractorum semper abhorre. Nā teste scriptura. Murmuratores & detractores Deo odibiles sunt. Nunquam loquaris cum aliquo nisi uerbu pmeditatu, ordinatu, utile, & honestu; duplicitates & simulatioes i loquedo semper

Psal. 119

Pro. 10

Ecl. 11

March. 1

De uita solitaria ad fratres de monte Dei.

1. Cor. 11

Sap. 7

1. Cor. 11

Rom. 6

per deuita, quia dicit Aug. Omnis simulatio, & omnis duplicitas mendaciu est. Et propterea dicit ipse alibi. Omnia uerba ante ueniāt ad limam, quam ad linguam. Ad lauandū paropsides quotidiè uade. Insuper non sis murmurator, nec indicator aliorum, nec aliquem de cetero reprehendas, nisi apertè fecerit contra Deum, sed potius reprehensus statim dicas culpam tuam genu flectens, siue sis culpabilis siue non. Nam teste Greg. Bonarum mentium est ibi timere culpam, ubi culpa non est. Et quandoquē; aliquis te offenderit non respondeas ei, sed statim recurre ad patientiam dicens. Dignum est quippè ut omnes creaturae me offendant, quia ego superbus creatorem omnium semper offendi, & iniuste & frequenter offendo, & semper quā uadis in ecclesiam coram altari si fieri potest cōgrue, ingrediendo uel egrediendo humiliter genu flecte quia scriptum est. In nomine Iesu omne genu flectatur. Iterum quā uadis per domū uel extrā, semper habeas gressum mitè: manus continentes, oculos demissos, stabiles, non uagantes, quia dicit Isido. Impudicus oculus, impudici cordis est nuncius, & quando uides fratres loquētes de aliquo & non de Deo, uel etiam non de scriptura, statim recede, maxime si murmurant de aliquo, uel loquantur de guerris. Nam teste scriptura. Lingua eorum gladius acutus, & ut melius haec conserues, stude semper in corde & opere humilitatem habere, quia sicut dicit Greg. Qui ceteras uirtutes sine humilitate cōgregat, quasi puluerem in uentum portat.

De tentatione. Cap. X.

Quia humani generis aduersator, nititur incessanter per impulsionem tentationū fidelibus obuiare latenter, teste Petro. Aduersarius uester Diabolus, tanqu leo ruginens circuit, quarens quem deuoret. Ideo semper custodi animam tuam sollicitè, iuxta consilium Sapientis. Et semper quā senseris te huiusmodi tentationibus impugnari, statim recurre ad Christum. Fidelis est, ut faciat cum tēratione prouentum, & dicas immediatè. Adiua me Dñe Deus meus, ne discesseris à me, intende in adiutorium mihi Dñe Deus salutis meae. Libera me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me. Pone Domine me iuxta, & cutus uis manus pugnet contra me, quia si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum, & cogitata statim, quia propter peccatum priuatur quis nextimabili gloria beatorum, & condemnatur ad horribilissima & infinita supplicia dānatorum. Nam ista duo si benè habebis in mēte, expellēt tērationes oīno, quia si tērator adhuc pualet, cogita seruetem. Cogitare de ea sensus est cōsumatus, & qui uigilauerit p eā citò erit securus, & hoc est, quod si benè imprimat in mente pas-

Phil. 2.

1. Pet. 5.

Pro. 4.

Sap. 6.

sio redemptoris, non habebit locum in carne tēratio detractoris, ipsa est enim armatura contra hostes, de qua dicebat Apof. Induite nos armaturā Dei, ut possitis stare aduersus insidia Diaboli, & meritò, quia nulla est efficacior medicina, per quam citius inimicorū exercitus depellatur. Christo (inquit Petrus) in carne passo, & uos eadem cogitatione armamini. Hoc ait etiā expressius. Quotiens te senseris turpibus cogitationibus impugnari, & ad illicitas cogitationes affici, totiens pone tibi ante oculos mentis tuae, quō Christus crucifixus est pro te. Intuere quomodo à Iuda Iudeis traditus est, quō uiliter perstratus, blasphematus, & colaphizatus, iudicatus, & condemnatus, expoliatus & flagellatus, ad ultimum uerò contumelias & opprobriis affectus, inter duos latrones suspensus, clauis cōfixus, spatis derisus, spinis coronatus, felle potatus, lancea perforatus, ex omnibus partibus corporis sanguis emanauit, & inclinato capite emisit spiritum. Bernardus itaq; inquit. Redemptor tuus mortuus est pro te in cruce, & tu nescis cuiusmodi turpi cogitatione sordidaris in mente?

De familiaritate mundi. Cap. XI.

Toto tempore uita tua studeas, quā poteris bono modo familiaritates secularium, deuitare, generatio enim peruerfa est, & infidelis, teste scriptura. Cum autem fueris cum eis aliqua necessitate, uel utilitate cogente, caue ne unquam loquaris cum eis nisi uerba utilia & honesta, & si ipsi loquantur de seculo, uel de guerris, uel de alijs inutilibus, nunquam sequaris eos, etiam si scires, dicens cum Propheta. Nō loquatur os meum opera hominum, & semper sis cum eis timidus non securius, humilis, breuiloquens & honestus, ut impleatur in te illud Euangelii. Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Mulieres uerò fugias sicut serpentes, & nunquam loquaris cum aliqua nisi uergens necessitas te compellat, nec usque aspicias in faciem alicuius mulieris, & si mulier tecum loquatur, uerba sua citissimè occide, nā teste Propheta. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Ideò dicit August. Asper sermo, breuis & rigidus cum mulieribus habendus est, nec quia sancta sunt, ideò minus cauendum est, quoniam sanctiores sunt, eò magis alicuius, & sub praetextu blandi sermonis, immitcet se uiscus impudissimae libidinis, crede (inquit) mihi Episcopus sum, ueritatem loquor, in Christo non mentior. Cedros libant, & gregum arietes sub hac specie corruisse uidi, de quorum casu nō magis praesumebam, quam Gregorii Nazanzeni & Ambrosii. Fuge ergo laqueos mulierum, quia non es Dauid sanctior, nec Sansone fortior, nec sapientior Salomone.

Eph. 6.

1. Pet. 4.

Deut. 32.

Psal. 116.

Math. 5.

Psal. 54.

Cum non sit commissum alicui occulta cordis iudicare, sicut dicit Apostolus. Nolite iudicare quousque; adueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Idcirco nunquam te transferas ad aliorum iudicium uel contemptum, sed quicumque uideris aliquid fieri quod tibi displiceat, antequam iudices facierem, primo respicias temetipsum, utrum in te inuenias aliquid reprehensibile, quod si inuenieris, tunc in illo in quo alium iudicas, temetipsum condemna, dicendo cum Propheta. Ego sum qui peccaui, ego sum qui inique egi, & non sis sicut hypocrita, quia nunquam respicit defectus suos, sed praesumit de se, & omnes alios iudicat detrahit & condemnat, & uult uidere festucam in oculis eorum, trabem autem quae est in oculo suo non considerat. Quem ueritas reprehendit dicens. Hypocrita eice primum trabem de oculo tuo, & tunc prospicies, & uidere poteris festucam in oculo fratris tui, unde uersus. O qui festucam fratris concernis oculo. Quae tua conturbat lumina tolle trabem. Bernardus dicit. Caue alienae uitae esse curiosus explorator, aut temerarius iudex, etiam si perpetrat actum quod reprehendas, nec si uideris iudices proximum tuum, magis autem excusa, excusa intentionem si opus excusari non potest, puta ignoranciam, puta casum, puta surreptionem. Quod si rei certitudo nullam omnino excusationem recipit, suade nihilominus ipse tibi, & dic apud temetipsum. O uehemens fuit prima tentatio, & quid de me illa fecisset, si accepisset in me similem praetem? Non sis ergo pronus ad iudicandum uel ad marmurandum, sed potius iudica & respice temetipsum, dicendo cum Propheta. Iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.

De obedientia. Cap. XIII.

Quoniam ad uiam salutis nihil est tutius, quam per humilem obedientiam negare semetipsum: idcirco sequentibus se ueritas dicit. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum per obedientiam subiectionem, & tollat crucem suam per carnis macerationem, & sequatur me per finale consumationem. Et merito inuocat eos ad obedientiam subiectionem, quia per eam habetur mira uictoria contra hostes, teste Sapiente qui ait. Vir obediens loquetur uictorias. Et quod plus est, ipse Deus per obedientiam uincit potest. Dicit enim Grego. Si obediens fuerimus praetatis nostris, Deus obediens orationibus nostris: & Augustinus. Citius (inquit) exauditur una oratio peccatoris obediens, quam decem milia contemptoris. Itaque toto tempore uitae tuae studeas omnibus secundum Deum subiacere, & semper humiliter obedire, non solum praetatis, sed etiam subditis, & non cautes dicere, quis est qui praecipit? Ait enim Grego. Non

licet subditis discernere, sed statim simpliciter obedire, & caue ne unquam per te uel per alios obedientiam extorqueas publice uel occulte, quia talis non dicitur obedire, sed propria uoluntate abuti. Ait Bernardus. Siquis aperte uel occulte fatagat, ut quod habet in uoluntate hoc ei pater spiritualis iniungat, ipse se seducit, sed forte sibi quasi de obedientia blandiatur, neque enim in ea re ipse praetato, sed ei praetatus obedit. Caueat ergo talis, quia dicit idem Bernardus. Nihil ardet in inferno, nisi propria uoluntas. Tolle (inquit) propriam uoluntatem, & non erit infernus. Caue igitur in beneficiis tuis ne tuam proferas uoluntatem, & maxime cum discordias a uoluntate praetati. Nam Bernardus dicit. Grande malum propria uoluntas, quae fit ut bona tua bona non sint, & quandoque aliqua grauis obedientia te conturbat, citissime cogita de Iesu, qui cum esset Rex regum, & Dominus dominantium, humiliavit semetipsum teste Paulo Factus obediens usque ad mortem. Dicebat enim descendi de caelo, non ut faciam uoluntatem meam, sed eius qui misit me Patris, ita dicas si uis imitari Deum. Exiui de mundo, non ut faciam uoluntatem meam, sed aliorum. Qualis autem debet esse profectus, Bernardus describit dicens. Verus obediens nescit moram, mandatum non procrastinat, sed statim parat oculos uisui, aures auditui, linguam uoci, manus operi, pedes itineri, & totum se interiori colligit, ut imperantis faciat uoluntatem.

De paupertate. Cap. XIII.

Cum paupertas uoluntaria sit totius spiritualis aedificii primum fundamentum, idcirco toto tempore uitae tuae in omnibus transitoriis rebus strictam paupertatem obserua, ut nihil sub caelo habeas, nisi ea quae necessitati tuae per Regulam conceduntur. Dicit enim Iohannes. Quod fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec aliquam rem, & merito, quia teste Iohanne. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitae. Nam ista transitoria sunt & contraria aeternis, uel si semper pauper in terra, si de caelo desideras te non repelli. Ait enim Grego. Tanto non unusquisque a superbo amore disiungit, quanto inferius delectatur. Contrario, quanto quis fastidius terrena, tanto Deo erit propinquius, pro quod dicebat Apostolus. Omnia reputaui ut stercore, ut Christum lucrificarem, uel si uis terrena bona continere, semper per caelestia medita. Ait enim Grego. Si consideremus quod & quanta sunt quae nobis permittuntur in caelis, uilescunt animo omnia quae habentur in terris. Beati igitur pauper Iohannes, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Igitur si per paupertatem terrenorum peruenitur ad gloriam beatorum, stude semper tenere strictissimam paupertatem, maxime in libris, & folijs, & runicis, ut eas non habeas, nisi sicut tuae necessitati stricte uideris expedire, neque superflua necessaria dicas, sed potius ipsa necessaria superflua time. Ait enim Grego.

Grego. Et solis necessariis utimur, probabitur multa superflua in uestris facultatibus habuisse, unde nihil habeas nec per te, nec per interpositam personam, & attende semper ut nihil habeas in cella nisi necessaria, & hoc dico etiam de minimis rebus, ne forte negligendo modica, paulatim cadas ad maiora. Ait enim Augustinus. Vitasti gradia, caue ne obruaris arena, quia teste scriptura. Linguam uitae est qui apprehenderit eam, & qui tenuerit eam bitus, uel si sciam paupertatem finaliter retinebis, ad regnum caelorum poteris peruenire, quia ita ueritas repromisit profectis pauperibus dicens. Beati pauperes, quoniam uestrum est regnum Dei: quod quidem regnum tantum est utilius quanto fecundius, quanto securius quanto sublimius, quanto iucundius quanto lucidius, tanto nobiliter quanto a nobilibus possideat, ad quod nos perducatur, qui uiuit & regnat in saecula saeculorum.

De silentio. Cap. XV.

Quia diuina consolatio saepe per multiloquum denegatur, toto tempore uitae tuae tene strictum silentium in locis, & temporibus opportunis, & ad hoc ordinatis. Nam teste scriptura. In silentio, & in spe erit fortitudo nostra, & sileas semper ubicumque fueris, in diuino officio celebrando, in comedendo, in quolibet seruitio faciendo, & ubicumque fuerint ultra tres fratres, & etiam a completorio quotidie usque ad tertiam non loquaris, nisi interrogatus, uel aliqua necessitate, uel utilitate coactus. Nam sicut dicit Grego. Mors quae non habet murum silentii, de facili penetrat iaculis inimici. Et ideo dicit Augustinus. Murum (inquit) debet esse os hominis, nisi ad tria. scilicet ad laudem Dei, ad accusationem sui, & ad utilitatem proximi. Sileas igitur, ita ut nunquam uerba detractionis, uel dissolutionis, uel inhonestae loquaris, sciendo, quod non solum de uerbis ociosis, noxiis, & periculosis oportebit te reddere rationem, sed de omni uerbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicii, secundum sententiam Saluatoris, ideo dicit Propheta. Latati sunt quae siluerunt, uel si bene uis fugere uerba nocina supra dicta, primo reprimes ociosa. Ait enim Augustinus. Qui ociosa uerba non reprimunt, ad noxia cito transit. ideo dicit sapiens. Fili loquere in tua caua uix, & cum bis interrogatus fueris, rursus habet caput tuum. In hoc autem potissime sileas, aut nunquam loquaris de seculo nec de guerris, nec audias referentem, cum id sit uentum mortiferum animarum, de talibus enim dicit in Psalmo. Linguis suis dolose agebant, uenenum aspidum sub labijs eorum.

In conuentu Fratrum Minorum Parisius, conuersante bonae memoriae fratre Bonauentura tunc generalis Ministro, & post Cardinali: frater iuuenis studens ibidem bonae indolis, & ei satis familiaris, accessit ad eum semel, & deuote rogauit ut sibi exponere dignaretur, quomodo iuuentus sua posset in ordine conseruari sine macula & qua-

rela, & ad uitam aeternam proficere. Qui magno cum quodam suspirio sic respondit. Fili mi iuuenis, si uis sine macula & sine labe infamiae conseruari in religione. Sex tibi mandata recole, & incessanter repone, quae de documentis & exemplis sanctorum patrum accepimus. Primo circa orationem, & sanctorum lectionem semper uigila, quae duo ut proficere possis & non perdere, ecclesiam ualde frequenta, die & nocte cellam continua super omnia, ita quod extra eam uel ecclesiam nunquam inueniaris cum aliquo ociosus in uia uel in platea, sed semper finito officio, uel finita comestione, uel seruitio, uel alterius obedientiae mandato, sine aliqua mora regrederis ad cellam oculis inclinat, & ibi redigis te. Secundo circa honestatem cordis, et oium sensuum corporis tui super omnia stude, quae duo ut ualeas adimplere, nunquam cum aliqua persona spalem familiaritate habeas, sed oibus sis cois, ita quod nullus possit aduertere te, nisi coem & nulli spalem, modo iam dicto. Tertio circa custodiam linguae studiosissimus esto, ita quod nunquam stas cum aliis, nunquam loquaris nisi necessaria, & tunc non nisi requisitus. Nec laudes aliquas, nec uitupes absentem uel praesentem, quicumque audias alios similia dicentes. Quarto sis summe sollicitus, ut nunquam referas, uel loquaris cum aliquo de his quae audis de aliis, nisi illa sint edificatoria. Quinto uersetur ad cor tuum frequenter memoria beneficiorum Dei, & peccatorum tuorum, & desideriorum paradisi, & poenarum inferni, & etiam oium quae sunt in tribulatione constituti, & etiam miseriarum mundi. Sexto sis sollicitus non iudicare in corde tuo uel ore, nisi teipsum. Haec facies, saluaberis inter homines.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

De reformatione mentis, PRIMA PARS.

Quod internum exercitium requiritur. Cap. I.



In priori formula nouiorum quam scripsi, de exterioris hominis compositione aliquam formam eis proposui, secundum quam se regerent tam in domo, quam extra. Nunc de interioris hominis, id est, mentis reformatione, ad quam omnis uera religio est ordinata, tradere aliqua disposui uerba indoctis, & materia inordinata. Est autem ratio, quare corporalis exercitatio praecedat spirituale, quia non ab intimis & summis cadens per peccatum, in hac exteriora & uisibilia dilapsus est. Et quia non intelligit nisi corporalia, ideo ibi primo nititur resurgere ubi iacuit, & paulatim se erigere ad diuina & spiritualia, ad quae



mis sum contra te. Non habeo unde te laedere possit, nisi tu mihi praestes arma tua, ut te vulnere & occidam. Praesta ergo mihi cor tuum ad cogitationes prauas, uel affectiones malas. Et linguam ad loquendum iniqua. Et manus & alia membra tua ad operandum malum, ad actiones, & alia opera praua, quibus letale vulnus in anima excipias, & gratiam Dei perdas, & gloriae caelestis merito spoliaberis. vñ dicit Apof. Neq; exhibeatis membra vestra amara iniquitatis, &c. Stultus uero est qui ei consentit, ad haec ut damna sua sibi imputentur potiusq; inimico sua dent, qui more hostis, hostiliter secu agit. Mundus dupliciter tentat nos. Siue offerendo nobis ea, quibus ad se alliciat, s. honores, delicias, uoluptates, curiositates, adulationes, & huiusmodi, siue quibus terreat, ut persecutiones, contumelias, rapinas, & similia, utroq; modo multos retrahit a Deo, quos aut uano amore sui, aut magno timore retinet in peccato. Diabolus uero licet in omnibus tentationibus soleat esse, tamē spiritualiter duabus tentationibus nos infestat, & maxime magis probatos in seruitio Dei. Cū autem fidem uerā nobis conatur auferre. Aut spiritu blasphemias subuertere. Et huiusmodi cogitationibus nos infestat, quas naturaliter abhorremus, ut desperatione, uel nostra occisione & similibus, licet quandoq; ex aliis causis hoc proueniat. Aut cum mala sub specie boni persuadet, quo ad improvidos. Quos aliter nō potest decipere, callidē supplantat, ut a bono deiciat. Et hoc est quod in Psal. dicitur. Demonium meridiano, uel iuxta Apostolum. Angelus sathanae transformatur in Angelum lucis. Quia cum sit princeps tenebrarū, & actor malorū, ut astute noceat, simulat se bona dicere & docere, ut ad peccati tenebras nos perducatur. Deus autem nunquam tentat in malo, quia non latatur in pditione nostra, qui omnes homines uult saluos fieri. Sed tamen dicitur quandoq; tentare aliquos, cum aut flagellat eos in praesenti, ad profectum eorum & aliorum exemplum, sicut Iob, & Thobia, aut cū probat eos aliquibus arduis uirtutum exercitiis, sicut tentauit Abraam, iubens eum immolare dilectum vnigenitum suum, haeredem diuinae promissionis, ut ostenderetur magna deuotio obedientiae Abraham, & fidei ad Deum. Quia nec sic haesitauit de eius promissione, quin implet de occiso, sicut pollicitus erat ei. Harum autem quasdam oportet nos maxime resistendo superare, ut spiritualia uicia uidelicet, Iram, Acediam, Superbiam, & Inuidiam. Quasdam uero nos melius fugiendo euadimus q; pugnando, ut Luxuriam, Gulam, & Auaritiam, licet et pugna contra eas sit necessaria, sed tñō est tutum diu cohabitare serpenti. Et multo tutior est castitas, ubi longa a mulierū frequentia semotio est, q; in medio earū. Et facilius abstinemus a delicatis cibis & potu, uel ab eorū superfluitate, qñ non habemus nec uidemus, qñ eis

Rom. 6.

Mundus bifariam tentat.

Diaboli tentatio, gemina.

Psal. 90.

2. Cor. 11

Gen. 22.

Tentationes, aut resistendo aufugiendo, uinci.

abudamus. Et in eo qui omnia reliquit pp Chri stum, & uoluntariam paupertatem quam elegit, minus manifestatur auaritia, q; in eo qui retinet diuitias saeculi. Semper. n. anxius est, qñ o cas augeat & conferuet. Spiritualia aut uicia, & si ex fuga qñq; uideantur quasi remissius, & rarius in feltate, dū deest occasio impugnandi, tñ postea or ta occasione incipiūt durius ferre, sicut Leo diu catenatus amplius fremit cū fuerit emissus. Tē tationē uerō contra fidē, & de spū blasphemias, & similes, nec fugere possumus, nec repugnando unceres, quia quātō plus indignamur nobismet ipsis, & dispuntamus cū eis, tantō magis refrica tur earū rabies, & accendit. Sed nō curandae sūt necrimendae, dū non consentiat eis, & patienter earū infestatio, quasi quoddam Diabolicū iusur rium supportetur, quia aliter cōpesci nō possūt. Non. n. solent bonis periculosa esse tales tētatio nes, sed sunt qdā praesagia futurae amplioris gra tia, & consolationis, & uiciorū purgationes, & magni meriti operatrices. Diuina uerō castiga tiones, humiliter, & patienter tolerandae sunt, & iustionibus eius deuotē obteperandū est, ut & fortes simus in fide, & mādatis eius nunq; decli nemus. Possent et plures tētationes a studiosis in ueniri, sed ad praesens ista sufficiant. Sunt tñ qui dam, qui sibi met texunt laqueos tentationū, pri usq; tentator accedat, & quodāmodo procurant sibi undē tenēt, & hoc est incautum ualde, ut sunt illi, qui sponte prauas cogitationes tenent in corde, q postmodū in delectationem uersae, & roboratae difficiliter expellunt. Itē illi qui admit tunt familiaritates mulierū, quarū affectus ita imprimunt cordi, ut uix postea euellant. Et ita in similibus aliqui primō sibi assumunt materiam, vñ postea occasionaliter orit eis turbatio, & ten ratio piculosa. Quidā uerō nō habentes eam ten tationis, ex sola suspitione uana, somniāt tētatio nis procellā, & hoc sit aliqñ inter ipsectē bonos inter quos sit turbatio, & contentio nō de radi ce malitiae, sed ex sola uana suspitione, dū uterq; nullius sibi odii conscius est aduersus alterū, nec intendit eum in aliquo laedere, sed suspicatur al terum erga se inuidia stimulatū intēdere, quō possit eum laedere & insidiari ei, cum hic in nul lo recolat se erga eum meruisse. Ille contra ni hil sibi de his conscius conqueritur, quōd iste si bi iniurietur sine causa, incipit etiā ipse alterius facta deprimere, quasi aduersariū, & sic uterq; inflamatur odio contra alterum, cum neuter uo luerit laedere, sed tantum suspicatur est & uanē, quōd aliter uoluerit eum laedere sine cau sa. Et ita quandoq; grauis turbatio oritur, pro modica sintilla Diabolica, eam ad magnū ignē rancoris, & odij constante. Qui iteō imperfe ctē boni dicuntur, quia in eo sunt aliquali boni, quōd non intendunt proximo suo malum facere, & in eo deficiunt a bonitate quōd ni mis prouisi sunt malum de aliquo suspicari sine causa sufficienti, & in eo efficiuntur minime boni

Tentatio nes, im pugnatio nis

Tentatio fallax spūitua

boni, q; ex quacūq; causa ad odium contra fra trem, & proximum concitantur.

De tribus generibus religiosorum. Cap. III.

Num. 7. Figura ualde cō moda pro religiois

Rom. 11.

Ria sunt genera religiosorum, primi boni, secundi meliores, tertij optimi. Hi signatur per tres familias Leuitarū. Gersonitas. Meraritas, Caathitas, qui praeter ceteris filijs Israel deputati erāt ad cultum sanctuarij. Sicut religiosi praeter alijs fidelibus in Ecclesia, specialius uidentur diuino cultui mancipati, differentes tñ habentes donationes, secundum gratiam quae data est eis, & secundum q; quilibet studuerit proficere ad uirtutes. Nam secundum q; quilibet habilita bit se ad gratiam per studium uirtutum, iuxta hoc infundetur ei gratia i praesenti, & gloria eida bitur in futuro. Si summus in uirtutibus iuitatus fueris, cum summis in gloria collocaberis: si medius, cum medijs, si infimos etiam, cum infimis, in futuro poneris. Omnes alta desideramus praemia, sed pauci perseveranter student ad alta uirtutum exercitia, Grego. Ad magna praemia petueniri non potest, nisi per magnos labores. Non dicit per granes, sed per magnos, idest ad magnas uirtutes promouentes, uel magna utili tatis, & si non semper magna austeritatis. Gusta ta autem utilitas, & suauitas uirtutum, lenit pon dus laboris.

Primum genus. Cap. V.

Primi religiosi designati sunt per Gersoni tas, qui in professione castrorum portabant cortinas, & tectum tabernaculi, & uela, & quacūq; tactu mollia. Et in erectione castrorū ad occidentem post tabernaculum, castrametabantur. Tabernaculum est uita Iesu Christi, & morum eius conuersatio, quam nemo in hac uita plene ualet imitando portare. Cum ipse non ad mensuram acceperit spiritum sanctitatis & sapientiae, sed omnem plenitudinem, de qua nos omnes accepimus, sed particulariter, secundum mensuram donationis Christi. Alius quidem sic. Alius uerō sic. Dum unusquisq; imitatur eū in hoc, donec omnes in patria occurramus in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudi nis Christi, ubi quilibet locabitur in caelesti mā sione, secundum suum meritum & studium, quo hic uitam Christi fuerit imitatus.

Ephes. 4.

Item primum religiosorum genus. Cap. VI.

Primi igitur religiosi sunt, qui refugiunt at dua, & austerā studia sanctitatis, & leuia sibi assumunt exercitia, & magis laxam uirtutem seruant. Quō autem ad corporis commoda, q; licet, salua salute eis sufficit, q; tñ caueant a peccatis mortalibus. Et tales magis proclues sunt ad lapsum peccati, quia sicut dicit Greg. Il-

li soli in illicita non cadunt, qui se etiam a licitis restringunt. Arcta est uia quae ducit ad uitā, & alta, & qui incaute & nimis intrepide per eā incedit, citō pedem in praecipitium ponit. Solēt tñ ne irreligiosi uideantur, aliqñ uim magnā facere, & diligentiam habere in exterioribus obseruantijs, & traditionibus humanis, & honesta tibus forinsecis, in inclinationibus, & pulsatio nibus, in amplis circulis, & manicis, & huiusmo di quae speciem religiositatis ostendūt exterius, uel repraesentant, undē Gersonita qui interpre tantur aduenae, extrema tabernaculi portabāt, uidelicet tectum, cortinas, & funiculos, quia no ui in religione pro magno habent, praedictas obseruantias seruare studiosē, quādiu meliora uirtutum studia nū cognoscunt. Haec autem secū dum Dñi sententiam loquentis ad phariseos, de minimis talibus caeremonialibus obseruantijs oportuit facere, & illa non ommittere, scilicet meliora. In erectione uerō tabernaculi isti Gersonitae ad occidentalem plagam post tabernacu lum castrametabantur, quia qui hic extrema exercitia uirtutum seruare contenti sunt, in fu turo cum postremis, & quasi in occasu soli in hu mili gloriae splendore collocabuntur.

Math. 7.

Matt. 23

Minimi meriti religioi, q nam sunt.

Secundum religiosorum genus. Cap. VII.

Secundi religiosi designantur per Meraritas, qui interpretantur amari, qui portabant ta bernaculi tabulas, & uectes, & illa quae maxi mē erant media inter cortinas & sanctuarium. Hi sunt qui duram uitam in corporali exercita tione seruant, affligentes corpora sua ieiunijs, uigilijs, & alijs laboribus corporalibus, & pu rant hoc esse supremum in obseruantia religio nis, & interioris dulcedinis ignari, de ueris uirtutum studijs parum curant. Hi quia in se sicci sunt, & in alios iudicando seueri, solent esse bene amari, seu amaricantes dici possunt. Et quia medium hoc inter extremum & optimū in stu dio uirtutum statum habuerunt, in erectione sanctuarij nō post ipsum, sed ex latere ad Aquilonem locum sortiuntur, ubi minor calor solis & lux, q; in Australi parte sentitur. Et quantū de fuit eis de perfecto uirtutum studio, tñ illic de erit eis de fulgore gloriae, & diuinae fructio nis ardore.

Tertium religiosorum genus. Cap. VIII.

Tertij religiosi & optimi, qui designari pos sunt per Caathitas, qui portabāt ipsum san ctuarium, idest archam, & altare, & mēsam propositionis cum uasis suis, inuoluta tñ & coop ta: sunt hi qui student interiorē hominem, idest, mentem in qua Christus inhabitat per fidem cō ponere, & ad ueras uirtutes se exercere, & uicia carnis, & spiritus extirpare. Iram. Inui. Super. Ace. Aua. Gu. & Lu. uiriliter extirpare, uel expurga-



purgare. Et his contrarias uirtutes cordi infere: Humilitatem, charitatem, mansuetudinem, deuotionem, largitatem, sobrietatem, & castitatem. Iste enim uirtutes sunt unum sanctuarium, & qui eas habet sanctus est, unde Caathita interpretantur patientes, uel componentes, quia per patientiam (que teste Iaco. opus perfectum habet) se componunt, & ordinat ad Deum, & proximum, in uirtutibus sicut debet. Prioribus duabus familijs iussit Dns, dari plaustrum ad subuehenda onera. Filijs autem Cahat non dedit plaustrum qui seruiunt in sanctuario, sed onera proprijs portant humeris, quia tam in humanis ordinationibus, q̄ in castigationibus corporis permittitur aliqua remissio, uel etiam intermissio. Immo iubemur, ut in talibus sit rationabile obsequium nostrum pro loco & tempore, ne corpus deficiat sub onere laboris. Sed in uirtutum studijs, nulla remissio debetur, quia nunq̄ indulgetur nobis, ut simus uinosi, elati, imites, inuidi, acediosi, auari, & gulosi. Et hæc onera proprijs debemus portare humeris, id est, non confidere de alicuius uirtutibus, nisi & nos studemus proposse, ut hæc in nobismetipsis habeamus. Sicut qui desiderant esse cum pacificis, non ut exemplo eorum laborent fieri patientes, sed ut ab eis ad impatientiam non prouocentur. Quid prodest sanctorum contubernium habere, si nolit eos in studio sanctitatis imitari? Onera Caathitarum, secundum materiam dura erant, sed preciosa, & sancta, & interiora sita in tabernaculo, quia studia spiritualium uirtutum laboriosa sunt imperfectis adhuc, sed nobilia dignitate honestatis, & sancta, quia sanctificant & interiora, quia in spiritu mentis, & interiori homine, uelata tñ portabant, quia dum hic sumus, per fidem ambulamus, & non per speciem. Nondum uidemus uirtutum decorem, sicut est purè & in exteriori operu exercitijs, necesse est eas inuoluere, tam pro nostro exercitio, q̄ pro exēplo aliorum, qui mentem nostram non uident, nisi per uestigia nostrorum operum & morum. De hac tñ familia descenderunt sacerdotes per Aaron, qui græcè interpretatur uigilans, qui sanctuariu reuelatum uidere, & contractare ex officio debent, & Leuita portando disponere singula, prout eis cōgruebat. Ipsi uerò sacerdotes nō portabant, & in erectione eius, ante tabernaculum ad Orientem excubabant. Sicut per Caathitas uirtuosi, ita per sacerdotes contemplatiui figurantur. Et soli uirtuosi ad contemplationis gratiam proficiunt, qui pro remuneratione studij spūalis, unctiōnem spiritus sancti intus percipiunt, & illuminati secreta celestia uident, quæ alijs uelata sunt. Tales iam non laborant in studio uirtutum, quod per laborem portandi significatur, quia persuauitatem internæ sapientiæ, uersus est eis labor in delectationem ex amore conditoris. Ipsi uerò disponunt onera singulorū deportantium, qui intus intelligendo cognoscunt rationes

quarumlibet obseruantiarum in uita religiosa, quia iudes, & imperfecti nōdum ualent ea pere, inuolunt ea corporalibus actionibus, & exterioribus exercitijs, & tradunt cuiq; obseruanda, quæ statui eius uiderint conuenire. Vide igitur de qua familia uelis esse, uel cuius spiritus sis, & secundum hoc suscipe onus tibi deputatum, id est serua regulas, & uias, quibus ad perfectionem illius status ualeas peruenire. Impossibile nanq; est, quemq; aliquam artem plenè adiscere, qui regulas eius non uult attendere, uel tenere: nec spiritualis fieri poterit, qui non uult spiritu ambulare.

De triplici religiosorum statu. Cap. IX.

Beatus Bernardus in epistola ad fratres de monte Dei, describit tres status religiosorum, scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum. Primum uocat animale, quasi rudem, qui nondum percipit ea que sunt spūs Dei. Et circa compositionem corporis maxime adhuc occupati, necessarium habent, ut illud domet & castiget, ne rebellet spiritui sicut prius in peccato, qñ caro dominabatur spiritui. Secundum uocat rationale, ubi ratio dignior pars est hominis, & per quā discernitur à cæteris animalibus irrationalibus (quasi nobilior) creaturis mundi, & Dns omnium, qui subingata carne, & in seruitutem spūs redacta, se ipsum studet agnoscere, purgare, & reformare in pristinam dignitatem, & pulchritudinem, quam per peccati sceditatem amiserat. Tertium uocat spūalem, ubi spūs ad imaginem Dei conditus, scilicet in gratia adiutus supra se ascendit, discit & intendit in eum cuius est imago, ut ei imprimatur & conformetur per cognitionem intellectus, per affectum amoris, & fruitionis iucunditatem, per primum peruenitur ad secundum, & per illud ad tertium. Latius erat templum in superioribus, & sic de inferioribus ad superiora per medium ascendebatur.

De his qua hominem reformare debent. Cap. X.

Rationalis autem spūs est imago summæ Trinitatis, & sicut Deus est trinus & unus, ita anima cum sit una, habet tres potētias, quibus capax est Dei, scilicet rationem, memoriam, & uoluntatem. Per rationem potens est capere sapientiam Dei, per uoluntatem autem potens est capere uoluntatem Dei. Per memoriam potens est capere uirtutem æternitatis Dei, ut in æternum nunq̄ ab eo possit separari. Ne igitur ociosa sit tanta similitudo in anima ad Deum, per quam capax eius est, toto nixu studeat eum apprehendere, ut eum tenēdo beatificetur, quia citra Deum nihil potest animæ sufficere, & eo habito, non est quod ultra requirat, cum habeat omne

Religiosorum status

Ioan. 16.

1. Tim. 4.

Animæ summæ dignitas, & Dei sit ea pax.

omne quo ad æternam felicitatē indiget, & quo nihil melius esse potest, & in quo nullus defectus esse potest, nec est alicuius boni. Cum igitur summa animæ dignitas sit, q̄ est capax summæ boni, & summa utilitas sit illud in se habere, cum quo omne bonum habeat, nec dignius aliquid querat, nec utilius inueniet, per hæc omnibus uirtutibus, & omni diligentia, & toto desiderio, debet eum querere, & omnia facere quæ promouent eam ad inuētiōē eius, & oīa uitare & fugere q̄ eam elongant à Deo, si etiam bona putentur. Quia sicut stultus esset, qui haberet ortulum ferulem balsami, si neglecto eo plantaret ibi mentā uel sceniculum, quæ licet bona sint, tñ in comparatione balsami uilia sunt. In infinitum stultior, est ille, qui cum possit summum bonum cōprehendere, neglecto eo occupat se circa caduca, & uilia, uel fordida, & amara. Hæc autem intelligo de secularibus, qui mundum præponunt celestibus, & transitoria bonis æternis. Similiter ille stultus est, qui cum habeat compendiosam uiam dietarum duarum, uel trium, ad locum quo tendit, dimissa ea, querit uiam dispendiosam, difficiliorem, & periculosiorem itinere trium annorum, & amplius. Sic religiosi quidam minus sapientes uidentur intendere, qui cum possim in paucis annis, ad magnam notitiam, & familiaritatem, & amicitiam, per compendiosum studium uirtutum, & deuotionis, & puritatis, pertingere, & relicto eo occupant se in alijs minus fructuosis, & ualde dispendiosis, scilicet ad Dei cognitionem, & notitiam ueritatis, & statum perfectionis, cum Deus ipse promittat. Spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem. Si enim sciret aliquis plura artificia, quorum unum esset præ alijs, tam notabile & questuosum, ut per illum in breui possit ditari, & sublimari usq; ad nomen magnorum, qui sunt in terra, imprudens esset nimis si neglecto eo, aliud exerceret uilius, & ignobilius, & tantū laboris per quod uix posset tenuem uictū acquirere. Ita est de homine maxime de religioso maxime imprudentia, si relicto studio directo uirtutum, in quo est maximū meritum & maxima perfectio sanctitatis, & sapientiæ maxima delectatio, & securitas, occupat se circa alia minus utilia, & curiosa, & trahitur circa plurima, qñ unum solū bonum est appetendum & requirendum, quod ualeat ad omnia. Ipsa enim corporis excitatio, ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia ualeat, habens promissionem uitæ, quæ nunc est & futuræ. Pietas hæc cultus Dei est, quam studemus agnoscere, & habere, & ei placere & herere. Corporalis autē exercitatio utilis est, sed ad modicū, quia non propter se sed propter pietatem appetenda est, quæ per eam obtinetur, si ordinatē exercitatur, sicut artifex per instrumentum artis suæ operatur, ita uirtus per corporalia exercitia adducitur, & in habitum uertit, & quanto quis aptiora instrumenta habet si benè eis utitur, tanto

citius & melius perficit opus, quod desiderat cōsummare. Omnia autem quæ ad religionis obseruantiam exterius uidemus, ad interioris hominis informationem, per spiritus sancti ordinationem ordinata sunt, quæ qui nondum intelligit, ipsa instrumenta pro arte reputat. Interior reformatio in spiritu mentis consistit, quia interior homo, & imago Dei est mens rationalis. Exterior homo est corpus, quod ex defectu corruptionis, quæ ex peccato peruenit moritur, & incineratur. Interior autē homo in bonis de die in diem renouatur, & proficit in similitudinem eius ad cuius imaginem creatus est.

Exterioris, & interioris hominis reformatio.

2. Cor. 4.

De reformatione animæ. Cap. XI.

Ratio reformationis hæc est. Anima habet tres potentias sicut dictum est, rationem, uoluntatem, memoriam. Ratio data erat ei, ut Deum agnosceret. Voluntas, ut eum amaret. Memoria, ut in eo quiesceret. Sed per peccatum ratio cæca facta est. Voluntas curua & fæda. Memoria instabilis & uaga. Ratio sapienter recipit falsum pro uerò. Voluntas deterius pro bono eligit. Memoria in illis se occupat, quibus semper inquietatur, quia uerum & summum bonum deseruit, in quo omnia bona poterat habere. Conuersa uerò ad Deum, incipit querere qd̄ perdidit, & uidens se deformatam à Deo, à quo facta fuerat, laborat ut in pristinum statum reparetur, & ad decorem quem amiserat reformetur, quia non datur ei accessus ad Deum, propter dissimilitudinem in se factā. Sed q̄ non potest repente ad summū peruenire, studet paulatim accedere de infimo ad medium, de medio ad summum.

De reformatione rationis. Cap. XII.

Initium reformationis rationis est, catholicā fidem firmiter credere. Nam quia ratio nostra cæca facta est, & intellectus obscuratus peccatum, sic q̄ nō possumus ueritatem per nos inuenire, Deus condescendit nobis, ne in errore essemus, deditq; nobis notitiam ueritatis in scripturis, quibus uoluit nos credere. Vbi omnia quæ ad salutem sunt nobis necessaria, sufficienter & ueraciter inuenimus, ut in eis sensum nostrum non sequamur, sed regulis fidei sensum nostrum humiliter subiiciamus, si uelimus non deuiare. Quæ per magistrorum siue doctorum fidei consilium data sunt à pastore uerò scilicet Deo: his amplius fili mi ne requiras. Profectus rationis est, ex illuminatione diuina rationes fidei aliquatenus intelligere, quia cū fides super rationem sit, ita q̄ eam per se non ualeat cōprehendere, illuminata tñ diuinitas, uidet nihil rationabilius esse, q̄ fides Christiana, cui omnis natura attestatur, & omnis mundana sapientia famulatur. Perfectio rationis in hac uita est, per mētis excessum supra se rapi, & non per enigmata corpo-



corporearum similitudinum, nec per rationum argumenta, sed purissima mentis intelligentia, Deum in contemplatione uidere.

De reformatione uoluntatis. Cap. XIII.

Initium reformationis uoluntatis est, ex bona uoluntatis ascensu uitijs resistere, & operibus uirtutum fideliter insistere propter Deum. Quae enim curua, distorta, & auersa fuit a Deo, necesse habet, ut conuersa cogat se concordare cum Deo, & motus rebelles per studium boni operis ad rectitudinem reflectere bonae uoluntatis, profectus eius est omnes affectiones habere ordinatas, & uirtutes formatas sine rebellionem uel coactionem, ut iam non libeat nisi quod est secundum uoluntatem Dei. Perfectio eius est, unum cum Deo spiritus esse per amorem, ut iam non possit uelle nisi Deum, & eius suauitatis dulcedine inebriari.

De reformatione memoriae. Cap. XIII.

Initium reformationis memoriae est, mentem ab euagatione sua ad memoriam Dei cum labore reducere, orando, legendo, recolendo, uel saltem superficialiter cogitando. Profectus eius est, bonis meditationibus & orationibus sine importuna euagatione posse intentum esse, & in altitudine cordis sui secum deambulare. Perfectio memoriae est, ita in Deum esse absorptum per mentis excessum, ut & sui ipsius, & omnium quae sunt obliuiscatur homo, & in solo Deo absque omni strepitu uolubiliu cogitationum & imaginationum suauiter quiescat.

Quomodo naturales uires, & motus affectionum deformati sunt. Cap. XV.

Isti sunt fratres humanae perfectionis, & profectus & initia, ad quae omne studium spirituale debet ordinari. Siquis ista uia non ambulat, est sicut qui nescit quo uadat, uagus & errabundus ad incertum finem tendens. Initium cuiuslibet istarum trium potentiarum, est omnibus commune, qui sunt in statu salutis, nec sine eis est salus. Perfectio harum trium est solummodo profectorum, qui sunt in summa perfectione, id est in raptu contemplationis. Medius status earum, est perfectio proficientium, & singulariter respicit statum praetorum religiosorum, qui inter statum bonorum secularium, & statum perfectorum sanctorum quasi medium adhuc tenent. Non quod in eodem statu semper permanere ualeant, quia etiam sanctissimis hic uix est possibile, sed quia media uia illorum trium statuum sic distinguitur ab inchoatione, & perfectione eorum de quorum profectibus aliquanto latius est considerandum. Et primo de reformatione uoluntatis quia uirtus, uirtutum & meritum dependet ab ea, & af-

fectiones quae tam ad uitia quam ad uirtutes inclinant: postea de memoria, ratione, uel intellectu, uoluntas est in anima, quasi imperatrix, ratio quasi docens, memoria quasi ministrans utriusque: suauitatis, quod iubeat ratione unde doceat.

De origine uitiarum. Cap. XVI.

Nunc uero breuiter intellige, quo modo naturales uires animae, & motus affectionum in uitia deformati sunt, & ad quid datae sunt homini, postea aliqua remedia singulorum uitiarum subiungenda sunt, & uirtutum ordo. Voluntas igitur, nulli debuit esse subiecta nisi Deo, nec tamen hic coacta, sed sponte, ut posset ei ad meritum reputari, & ita poterat peccare, & non peccare. Non autem adhuc peccaret cum posset, sed adhuc ut si non peccaret cum posset, ex hoc laudabilis fieret, & digna premio apud Deum, uel si sponte peccaret, esset digna confusione & supplicijs, cum sciret, quod non deberet peccare, & posset uitare. Item cum facta esset anima, ut capax esset summae beatitudinis, in qua haberet summam gloriam, & summam delectationem in Deo, qui est uera & summa beatitudo, datus fuit ei duplex appetitus naturaliter, ad hoc ut ista desideraret, & studeret obtinere, & cum obtinisset, tanto iucundius possideret, quanto ardentius concupiuisset. Datus ei fuit talis appetitus gloriae, ut nulla sufficeret ei praeter summam gloriam. Et appetitus talis delectationis ut non satiaret eam, nisi summa essentia, & utraque est in solo Deo, & ita nihil sufficit anima praeter Deum. Et iste appetitus animae uocatur concupiscibilitas. Item ex hoc orta est altera uis animae, qua concupisceret tantum bonum suum, docente uero rationali, per quod beatificanda erat. Et naturaliter horreret, detestaretur, & repelleret omne, quod ad hanc obtinendam contrariatur ei. Item quicquid ad eam obtinendam & conseruandam iuuat, fortiter apprehenderet & teneret. Et uis haec uocatur irascibilitas, iuxta uero similitudinem, quae fortiter indignatur contrarijs, & fortiter tenet quod cupit, per uim rationalem cognouit bonum, & melius bonum amplius & maxime optimum, per uim irascibilem tenuit & inhaesit bono, & quae ei adhuc prodesse poterant, firmiter apprehendit, & quae ei obesse poterant, dedignanter repulit & fugit. Sed cum homo suadenti diabolo, sponte ad peccatum consensit contra Dei prohibitionem, tunc omnes uires animae & potentiae, quae datae ei fuerant ad summum bonum agnoscendum, appetendum, & fruendum deordinatae sunt, & quasi subuersae, non autem subtractae, sed de datae sunt, et peruerso modo se habent sicut organum musicum, quod quoniam integrum & bene ordinatum est, dulcem reddit melodiam, quoniam uero contrafactum fuerit & deordinatum, horrendum stridorem pro cantu emittit. Quia enim homo amore uisibilem ab-

Concupiscibilis, & irascibilis, & uolubilis.

Psal. 105.

Eccl. 10.

Eccl. 10.

inuisibili amore cecidit, sola iam uisibilia ex peccati pena cognoscit, eaque diligit, solis eis inhaeret, & inuisibilia quasi non sint postponit, immo & nescit, ita quod pauci induci possunt ad credendum, si seint aliquid extra ea quae uidemus, & corpore sentimus. Et ita ratio caeca est in anima, quod non cognoscit seipsam, cum ipsa sit ex his, quae oculis carnis uideri non possunt. Sic non solum caeca facta est, sed etiam stulta, quia caecus multa credit, quae non uidet: & hoc in infidelibus. Hinc factum est, ut modò appetat terrena, uilia, & foeda, & illis per amorem inhaereat, & pro magno imputer, qui ea poterit adipisci.

De honoris appetitu. Cap. XVII.

Appetitus honoris datus fuerat ei, ut altissimum honorem desideraret, scilicet Deo placere, amicum Dei esse, filium, & heredem, & Deo famulari, & ei congregare, non ex aequalitate potentiae, sed ex imitatione bonitatis, & unus cum Deo spiritus fieri, & equalis Angelis, & nulli subesse, nisi soli summo Deo omnium. Item ut se tanta dignitatis agnosceret, eo quod in se imaginem Dei haberet, ut nulli indignioris dignaretur subijcere, soli summo omnium Deo subiectus & obediens, & ex amore inherens, & reliqua omnia sub Deo pro cuiuscumque dignitate estimans, & utens creatura ministerio pro sua utilitate, & Domini uoluntate. Haec erat bona superbia omne indecens despiciere, & sola bona appetere & diligere. Econtrario modo appetit placere, gloriam ab omnibus hominibus quaerere, quae fallax est & uana: et aliquid magis se extimans homo, seipsum seducit, cum miser & uacuus boni sit: et alios in comparatione sui spernit, & subijcere sibi cupit, qui forte meliores sunt: & gloriatur in diuitijs, quae sunt lutum & terra: & iactat se de malis, & uanis, sicut factui, qui gloriatur quoniam inuoluti sunt in luto: Et sic homines mutauerunt gloriam suam, in similitudinem uituli comedentis foenum. Quia omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos foeni. Exaruit foenum, & flos eius decidit, &c. Ista sancta superbia de generauit, & mutata est in uitiuosam superbiam.

De triplici superbia. Cap. XVIII.

Est autem triplex superbia. Prima nimis sibi placere, & se maiorem reputare quam sit in ueritate, hoc est initium omnis peccati. Secunda est appetere, & studere alijs placere, & major uelle credi ab eis quam sit iustum, haec est inanis gloria. Tertia est ambire alios praere, & sub se eos uelle esse haec decepta est superbia, & uniuersali alios secum decipi, cupit se matorem putari quam sit, sic magister decipit puerum, ut putet in equo sedere, & sedet super fasciculum pallearum. In hoc autem contrariatur Deo, quia cum

anima subiecta sit ei, ipsa uult sui iuris esse, & spoliat Deum debito honore suo, & uniuersali dominio suo quantum est in se: Et ingrata est ei de beneficijs quae accepit, de quibus gloriam propriam quaerit, non Dei a quo habetur omne bonum. De ramis autem superbiae quae de ipsa pululant praetereo, quia alibi reperiuntur cum suis descriptionibus uel definitionibus. Si quis autem quaerit maxime in summis uitiarum, quae superbia periculosior sit, responderi potest, quod periculosior saepe est illa quae extollitur de bonis gratiarum, quam quae de bonis natura uel fortunae. Bona gratiae sunt uirtutes, & scientia, & opera de genere bonorum, ut predicare, ieiunare, & similia. Bona natura sunt, quae natura conuulit, ut nobilitas, pulchritudo, fortitudo, ingenium, & similia. Bona fortuna sunt diuitiae, dignitates, honores, & similia, quae plus quandoque dantur illis, qui natura & uirtutibus inferiores sunt alijs, non tamen sine aliqua Dei prouidentia, licet saepe cedat eis ad malum scilicet ex merito. Superbia etiam ita execat mentem, ut cum plus habeat saepe minus cognoscat. Hoc uitium praecipue impedit nos, ne maiora bona a Deo accipiamus, cum tamen ipse sit largissimus, & desideret multum nobis communicare de bonis suis, quia ualde diligit nos. Reatus autem, indignos reddit nos supernae gratiae Dei, quia si plus daret, uel extolleremur, aut ingrati efficeremur, aut non digne gratiam operaremur, & sic grauioris peccati rei efficeremur, unde saepe magis est clementiae parentis Domini negare ampliora gratiae dona, quam irascentis. Deus superbis resistit, quasi sua potentia rebellibus. Humilibus autem dat gratiam, a quibus per tumorem elationis non desinit quod eis infundit. Perdit etiam nobis meritum bonorum operum, quae pro humano fauore fecerimus: Et saepe superbia assumit sibi palium humilitatis emulae suae, ut sub nomine eius gloriam saltem fugiendo eam assequatur, quae sicut uerbum insequitur fugientem, & fugit insequentem.

Bona gratiae naturae, & fortunae, quae sunt.

Iaco. 4.

Quando bona natura uel mala, debemus occultare, uel ostendere. Cap. XIX.

Nota, quod bona debemus quandoque hominibus ostendere, quandoque occultare. Similiter merita nostra aliquando aperire, aliquando celare. Bona nostra ad quae tenemur ex precepto Dei, uel Ecclesiae, uel ad quae ex manifesto uoto astringimur, debemus omnibus ostendere, ut fidem, charitatem, iustitiam, ueritatem, castitatem, obedientiam, & contemptum mundanorum. Quae si homines in nobis non uiderent, cum sciant nos ad ea teneri, scandalizarentur, & nos reputarent prauaricatores uoti nostri. De huiusmodi dicitur in Mattheo Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra. Aliquando uero bona nostra occultare

Matt. 5.



occultare debemus, quæ specialiter accepimus, ut gratiam internæ deuotionis, uel quæ possent nobis singularem laudem parere, ut singularis abstinentia, & uigilie, & orationes, & eleemosynæ ad que non tenemur, de quibus Dominus dicit in sermone habito in monte. Similiter mala nostra quandoq; abscondere debemus, ne quis scandalizetur de nobis, uel summat exemplum imitandi nos in similibus, unde tales dupliciter peccant, quia & Deum offendunt, & proximo fodiunt foueam, in quam incidat per malum exemplum. Si autem sine culpa nostra uel specie mala, aliquis ex sua malitia suspicatur mala de nobis, & non uult recipere excusationem, tunc habeamus patientiam, sicut Christus tacuit in passione, de multis ex inuidia accusatus, dixit. n. si uobis dixerò, non credetis mihi, &c. Aliquando mala nostra aperire debemus, scilicet in confessione priuata de priuatis, & in manifesto de manifestis, ut in uisitacionibus, & redargutionibus. Imperfectiones quoq; nostras nõ debemus erubescere confiteri, & defectum uirtutum, ne quis exillimet nos, supra id quod sumus.

De eodem.

SI autem in bono opere uana gloria pulsata nos, nõ acquiescamus ei, nec tamen bonum opus dimittamus, maxime si sit utile & necessarium. Sepè etiam putamus nos pro aliquo laudari factò, uel dictò, quod fortè alij non aduertunt, quia sicut nos nõ omnia pensamus, quæ circa nos faciunt, ita nec ipsi omnia attendunt, quæ nos facimus. Aliquando uerò despiciunt nos potius quam laudant, maxime si uel modicam deprehendit nos appetere laudem, pro his quæ facimus: Etiam si fortè adulentur nobis in facie, sicut est consuetudo leuibus hominibus ad placitum cuiuscunq; loqui, unde contra tales sagittas uanæ gloriæ non tam indigemus fortiter pugnare, quam prudenter eas consilij manu abigere, sicut muscas leui stabello remouemus à nobis.

Quare datus sit appetitus. Cap. XX.

Appetitus etiam commodi uel delectationis datus fuerat homini, ne desideraret summam delectationem quæ est in Deo, & summam beatitudinem, & quietem, & in passibilitatem, & delectaretur in habitis, ut felicior esset. Quia onerosa sunt delicia sine delectatione, & quanto delectatio auidior, tanto delicia iucundiores. Nunc totus appetitus ille spiritualium deliciarum, ex peccato mutatus est in carnales delicias, ut appetat ea in quibus sensualitas delectatur, quæ sunt concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum. Concupiscentia carnis diffundit se in luxuriam, & molitiem uersum, & quietem carnis, & somnolentiam, & ad

omnia quæ spectant ad sensum tactus. Item ad gloriam quæ est delectatio gustus. Item ad aliorum sensuum delectationes, ut audire carnaliter delectantia, & odorare. Concupiscentia uerò oculorum, quæ rit uidere pulchra, & habere preciosa. Et ita generatur auaritia ex omnibus istis: Et etiam ex superbia uitæ generatur auaritia, quia adhuc querit ditari, ut amplius honoretur. Ex concupiscentia carnis etiam generatur, quia adhuc uult ditari, ut uoluptuosius epuletur, & luxuriosè & comodius uiuat, absq; sollicitudine & defectu: unde Ioan. Omne quod est in mundo, aut concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ. Ex concupiscentia oculorum etiam generatur, quia ut uideat pulchrum, & habeat ad libitum in quibus oblectetur, desiderat aurum, & argentum, gemas, ueltes, agros, terras, & similia. Dedit autem Deus homini corpus & spiritum rationalem, & concesserat ei delectari etiam in sensibilibus, sed ordinate, moderatè, & honestè, ut per sensuum delectationem, sursum moueretur ad spiritualium cognitionem, delectationem, & si uisionem. Et ut appeteret coire honestè, & sine uitiis libidine, tempore congruo ad generandum filios, qui æternæ beatitudinis participes essent. Et ut appeteret cibum, & potum pro sustentamento naturæ, & alia quibus adhuc indigebat. Sed dissipato ordine naturæ condita à Deo, per peccatum omnia modo peruersa sunt, & ad sensuales delectationes dilapsa. Quas cum timet perdere, irascitur, & tristatur. Quas cum nõ habet, prohibito regido afficitur, & illos quos credit sibi fore impedimentum, ne adipiscatur quæ cupit, uel per quos timet amittere quæ diligit, odit. Et illis quos uidet habere quæ cupit, inuidet, quia uidet quod quando uult alius habet, oportet eum carere: Et sic oritur inuidia, cui annexum est odium uitiosum. Item oritur acedia, habens ex uno latere annexam tristitiam, ex altero torporem dissolutionis, & pigritiæ. Omnia uerò uitia & peccata ex uno fonte oriuntur. Insuperbia, & ex duobus riuulis deriuantur. In malo amore, & malo timore. Et triplex fomentum ea accendit, scilicet, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, et superbia uitæ. Ista sunt quasi materia & occasio homini ad tentationem, quæ nobis mundus proponit scilicet honores, diuitias, & uoluptates. In nobis autem est quadruplex defectus, unde ad malum proni sumus. Ignorantia, concupiscentia, malitia, infirmitas. Ignorantia excæcat ne uerum agnoscamus, & erremus in iudicio boni & mali. Concupiscentia emollit ad appetendum, & diligendum uisibilia, & delectabilia carni. Malitia exasperat, & amaricat cor ad iram, tristitiam, inuidiam, & odium. Infirmitas debilitat ad resistendum malo, & ad herendum bono. In his quatuor incidimus ex pœna primi peccati, & originatur ex peccato, ex quo nascimur filij ire. Ex hijs procedunt septem

Apoc. 12. Mar. 16.

1. Ioan.

Oia peccata ex uno fonte oriuntur & duobus riuulis scilicet

Defectus quadruplex

Expugnare uitia quid.

septem capitalia uitia, de quibus quasi maioribus ramis cætera uitia pullulant. Hæc sunt septem capita draconis de quo dicitur in Apoc. Et septem Demonia in Marco, de Maria Magdalena per Christum eiecta. Item septem gētes, quæ terram promissionis occupauerunt, ne filij Israel in ea pacificè habitarent. Quia arcet nos in uia ab introitu regni cœlestis, nisi ea studeamus expugnare. Docetur autè uetus traditio apud grecos, sicut Clemens testatur, quod istæ gentes primò expulerat filios sem de terra illius, de cuius stirpe descendit Abraam in Israel, unde cum Dñs præceperit filijs Israel gentes Cananeorum expugnare, & eorum terram possidere, uidentur secundum hoc nõ alienam terram usurpare, sed Dño uniuersorum obedisse, ut terram recuperarent, expulsi his, qui iniuste eam detinebant. Hæc autem in figura facta sūt nostri, ut uires animi & affectiones quæ à creatore factæ sunt, & ad bonum usum homini insitæ, ut æterna & utilia per eas quæteremus, & quæ ex peccato in uitium permutata sunt, studeamus reformare, & in uirtutes mutare, expulsi corruptionibus uitiorum.

Dissimulatio peccatorum mortalium. Cap. XXI.

Superbia, est amor excellentiæ, qua homo alia seipsum altum reputans, & ab alijs uolens reputari, & alios præcellere. Inuidia, est odium prosperitatis aliena, qua homo dolet alium sibi æquari uel præferri, & cupit ei malum, & de bono eius dolet. Ira, est indignatis turbulenta commotio, qua quodammodo furit & æstuat, quod aliquid occurrit ei quod est contrarium uoluntati. Acedia, est radium boni ex animi torpore, dum autem irrationabilis tristitia mentem aggrauat, aut dissolutio cordis ad uana animam magis inclinat. Auaritia, est cupiditas plusquam necessarium sit, habendi temporalia. Gula, est inordinatus animi appetitus, uel alimenti usus immoderatus. Luxuria, est illicitus ardor libidinis, uel illicita expletio libidinosæ delectationis in actu siue in morosa cogitatione. Et licet hoc modo uitia sint peccatum, hoc tñ est ex culpa hois, & pœna peccati. In quatuor tñ Deus ea dedit homini, sunt naturales affectus & motus appetituum ad bonum, & ad motus uirtutum, quia Deus nihil mali fecit, sed cuncta sunt ualde bona. Expugnatio ergo uitiorum, non est aliud nisi reformatio naturalium actionum, affectuum, & motuum ad statum à conditore dispositum, ut supra aliquatulum dictum est. De appetitu sublimitatis qui datus est hois, ut appetat cœlestia, & diuina, & spernat terrena & uilia quasi indigniora se. Hinc modò dilapsus est ad infima, ut appetat terrenos honores, & uanos & falsos.

De sancta inuidia. Cap. XXII.

Inuidia affectus naturaliter homini insitus est, non ut inuideat proximo de bono quod

habere potest, nec ut cupiat alicui malum uel faciat, sed ut odiat uitia & peccata, in se & in alijs. Et inuideat Diabolo, qui tot aias auferit Deo, & alijs adiutoribus eius, immò uicarijs Diaboli, scilicet hæreticis & inimicis aiarum, qui spoliunt animas æternæ beatitudinis: Et quantum etiam in ipsis est, spoliunt ipsum cœlum maiori gaudio, quod ibi esset si plures illuc uenirent, cum singuli qui ibi sunt, faciant multam læticiam omnibus ciuibus cœli. Salua tñ æternæ prædestinationis ratione, quæ nullum ibidem factum suscipi permittit. Isti sunt hostes nostri, & odio habendi, in quantum tales sunt, qui nos perdere æternaliter querunt, non illi qui sperantur adhuc conciuies nostri futuri in gloria cœlesti, & si inimici uideantur.

De sancta ira. Cap. XXIII.

Ira affectus datus est homini, ut irascatur uitijs, & malis suggestionibus, & ex indignatione non patiatur se trahi in consensum peccati, & reprimat malos motus in se & in alijs, ubi oportune potest: Et ulciscatur Dei iniurias, & transgressiones iustitiæ: Et tunc est zelus iustitiæ. Sic legitur Christum iratum fuisse Phariseis, & alijs non rectè agentibus. Sic & alij sancti uiri. Nunc ira in uitium deformata est, & contra rationem in furorem uersa est, & quasi in insaniam, ut more frenetici, ita irrationabiliter moueatur homo contra hominem, contra amicum, & proximum contra seipsum. Aliquando etiam contra sanctos, & contra Deum, & contra insensibilia, & irrationabilia, quæ nec bene nec male sciunt agere, nisi sicut natura impellit ea. Etiam ubi agnoscimus nos iniuste moueri, non possumus quandoq; in petum iracundiæ cohibere.

De bona tristitia. Cap. XXIII.

Tristitia similiter affectus datus est homini, ut doleat de peccatis suis & alienis, ut mereas sit de dilatione Paradisi, & timeat supplicia inferni, doleat de imperfectione sua, compatiatur alienæ afflictioni, ut per maturitatem utilis luctus excludat leuitatem uanæ letitiæ, quæ est mixta dissolutioni. Sed hæc bona & secundum Deum tristitia sancta, peruersa facta, mutata est in tristitiam seculi mortem operantem, in desperationem diffidentiam, & irrationabilem mororem.

Quare datus sit affectus gaudij. Cap. XXV.

Gaudij affectus datus fuit homini, ut gauderet in Deum, & in spe eternorum bonorum, et intuitu beneficiorum Dei: Et cõganderet proximo in bonis eius, et delectaretur in laudè Dei et bonis operibus, et fastidiret oia uana et inuilia. Et iucundaretur in operibus diuinis,



DE REFORMATIONE

uinis, & ex hoc efficeret allacer, & agilis ad feruiturē Dei. Sed mō puerus est in dissolutionē, & uanitatē, ut hō gaudeat de infantijs falsis, & affluentijs t'paliū rerū, & bonorū, & uoluptatē. In risu & derisu, & fabulis, & turpibus ludis, & fastidiar oīa q̄ Dei sunt, & insipida sint ei, & tædeat interesse diuinis: Et ex hoc pigritatur ad studia deuotionis & uirtutū, & cor euagat circa inutilia, uana, & immunda: Et grauiore labores cordis libētius sustineret i alijs occupationibus & negotijs, q̄ insistere spūalibus & diuinis, unde accelerat ab eis absolui q̄ torius pōt, & negligēter facit qd̄ facit, nisi fortē lucrū uel laudē inde speret cōsequi, uel aliqd̄ cōmodū t'pale. Ex inordinata aut̄ tristitia gignit tædiū boni, dū nil libet facere boni, uel cogitare, uel loqui. Similiter ex dissolutione tædiū boni nascitur, vñ tm̄ intēti sumus uanis inuitatibus, q̄ tædet nos spūalibus studijs intēdere, & quasi anxiamus cū debemus ab ocio, & iocis secularibus, & seriosis studijs euelli, vñ quasi ligati caruli ad stipitē, renitenti aīo cogimur interesse diuinis, & hoc accedit uitiū fastidium est boni. In hoc etiam multi religiosi laborant, & pauci superant.

De bona avaritia, & sanclā. Cap. XXVI.

Avaritia ē affectus datus fuit hoī, ut esset cupidus magni meriti apud Deū, & magnarū uirtutū & multorū bonorū operū, & ut multas aīas lucraret Deo, docēdo, orādo, & bonū exēplū dādo ad p̄fectū salutis: Et ut hō nō esset cōtētus boni, qd̄ iā haberet ubi laboraret, ut multipliciter augeret ei grā & opa uirtutū. Sed nūc dilapsus est ad cupiditatē t'paliū rerū, pecunię, possessionū, & quarūlibet rerū ēt uiliū, q̄ colligit, quasi homodebeat semp̄ uiuere, & mūdus debeat perire, ut cōgreget quantū ualeat, ne peūte mundo, ei deficiat vñ uiuat. Sicut Noe imminēte diluuiō cōportauit escas quas haberet, qñ oīa diluuiō perissent. Et quantō hō mortis magis p̄pinq̄uar, tātō studiosius cōgregat & custodit, ut ostēdatur q̄ sit irrōnabilis avaritia, cō magis colligente, quō minus indiget: sicut qui multū uaticum fert ad breuē uisū, & q̄ sumptuosam domū construit pro unius noctis hospitio. Ideō autē Dñs uoluit nos incertos esse de hora mortis, ut parū de t'palibus cogitaremus, quę oī hora timemus perdere, & multū de aternis ad quę semper sine intermissione properamus.

De appetitu uictualium. Cap. XXVII.

Appetitus uictualium datus est nobis pro carne, ut sustentemus naturam, & possimus durare in seruitio Dei, & multū mereri: nam moderatus & parcus uictus, & unifornis, diu conseruat naturam, dum non opprimit uires eius, sed reficit, & sanitatem conseruat uñiformis dieta, quia natura contēperat se ei, &

nō turbatur semper ex nouis & ignotis escis, unde quidā tales claustrales diuissimē uiuunt sani. Sed appetitus ille naturalis modo effusus est ad uoluptates & superfluitates, ut nō simus cōtētū unde iustēteretur natura, sed vñ palatus oblectetur: Et cū talibus assueti fuerimus, & eis natura cōtēperauerit, cū aliqñ tenuioribus debemus ēē cōtēti, natura murmurat p̄p̄ dissuetudinē, vñ statim putamus nos adeō debiles & infirmos, q̄ uictu paupere nō possumus uiuere, & quasi sub discretione uelamine delicata importunē & in uercedē incipimus q̄rere, nolētes experiri, q̄ natura sicut p̄ cōsuetudinē ad delicata dilapsa est, ita p̄ cōtrariā assuetudinē, possit reduci ad cōpētēs moderatam uictus parcioris: sicut uideamus in maxima parte mūdi, q̄ parēcē uiuūt Gēti les, Iudai, & pauperes Christiani, quorū quidam de paupertate modo tā sani sunt, sicut indelictijs fuerāt. De spūalibus aut̄ delictijs, & gustu interne dulcedinis, q̄ sine cōparatione oēs delictias mūdi superāt, sicut mel simū, uix est mētio, uel efficac desiderū, aut studiū ēt inter illos qui sibi uidentur alti in religione: immō despiciūt, & deridēt inebriatio talis desiderij seu dulcedinis, & quasi stultitia & abominatio iam habetur: Et ab alijs religiosi p̄secutionem ob hoc patiuntur, & demoniaei reputant, & heretici dicuntur, quīs spūales ipsi sint. Qui deuotionis grām sic despiciunt & p̄sequūtur, ab Apostolo discant, qui ēt aīales eos appellat, q̄ nō intelligūt quę sunt spūs Dei, quia stultitia est illis. Non laudo nec approbo deceptores & deceptos, qui spūm suū uel alienū pro spū Dei accipientes, & seducuntur et seducunt, sed probandi sunt spiritus, et sic iudicandi.

De affectu dilectionis. Cap. XXVIII.

Affectus dilectionis etiam datus fuit homini, ut diligeret Deum super omnia, et se et proximum propter Deum et secundum Deum, ut omnia opera Dei diligeret propter factore, quodlibet iuxta suam dignitatem: Et uteretur ministerio creaturę ad Dei uoluntatem, et suā aternam salutem, et horum omnium delectationem et usum, referret ad conditoris dilectionem et cognitionem, donec ad ipsum perueniret, in quo sunt, et uiuunt omnia secundum aternā rōnē. Sed ille affectus quasi extinctus est, et dilapsus ad amorē carnis, et turpes delectationes, ut iam nō diligit nisi pro sua t'pali utilitate, et carnali delectatione, et turpi uoluptate. Licet ēt usus carnalis cōcubitus, datus fuerit et mādatus ad p̄p̄agationem prolis educandę, aternam beatitudinem cum Deo et Angelis possessurę: tamen modo non proles, sed delectatio in hoc opere queritur, et si proles desideratur, pro mundana incunditate queritur, uel pro hereditatis terrenę successione, uel honoris augmento, ut plures amici habeantur in terra. Unde dolent quando paruuli decedunt, qui multo tutius moriuntur

MENTIS.

Quare tot bona nobis contulit. Cap. XXXII.

Eodem modo sciendum est, de omnibus quę a Deo accepimus, de intellectu mentis, de ingenio, de corpore & membris eius, & de substantia temporalis, & honore & potestate, & de tempore quo uiuimus, & de omnibus quę in mundo seruiunt homini. Omnia hæc data sunt nobis, ut deseruiamus datori nostro, & nobis uitam mereamur aternam, & proximos nobiscum trahamus ad uitam: sed ē contra nos omnia quę ad usum uitę uel meritū glorię accepimus, ad usum conuertimus culpę, sed cūctā quę ad usum culpę conuertimus, nobis uertentur ad uindictam siue perpetuam p̄nam, uidelicet. Cū caro nos tentat, uel affectus carnales, & appetitus inordinati affligunt, uel substantia exterior aufertur a nobis, uel intemperies aeris, uel terra sterilitas, uel corporalis infirmitas nos excruciat, uel aliter affligimur, ut per quę peccauimus, per hæc puniamur, & si uoluntariē pro Deo tolleramus, purgamur a peccatis, per quę merebamur p̄nā, & accipimus coronam pro patientia & pro bona uoluntate, quam pro Deo toleramus. Si autē inuitē nihilominus oportet nos hic uel in futuro puniri, & per impatiētiam augemus culpam, ac per consequens & meritum p̄næ.

SECUNDA PARS DE REFORMATIONE MENTIS.

In qua tractatur de singulorum uitiorum natura, & eorum remedijs.

Quę hic tractanda sint. Cap. I.

Nunc de singulorum uitiorum natura & descriptione, aliqua consideremus, & de remedijs quibus curantur, cum uirtus nihil aliud sit, quā uirtuorum perfecta curatio uel carentia, secundū q̄ istam materiā despiciūt. Quia si uitium est inordinatus motus, uel affectus naturalis corruptus, eius contrariū est uirtus. i. affectus, uel appetitus ordinatus ad id, & secundum id, quod a bono conditore datum fuit, ut antē patet, & patuit in exemplis.

De triplici superbia. Cap. II.

Superbia triplex est, ut supra dictum est: aut cū homo plus placet sibi q̄ debeat, & maiorem se extimat q̄ sit in ueritate, aut cum alijs placere desiderat, & studet amore proprię glorię, uolēs magnus reputari, laudari, & honorari, cum soli Deo honor proprię & glorię debeat, qui solus essentialiter bonus est, & a quō habetur omne bonū, unde quicquid glorię nobis usurpamus, h Deo

Stultorum p̄sumptio

Magni termini solatiuibus, q̄ exterius delictijs sciuntur

Psal. 36.

1. Cor.

1. Joan.

Heb. 10.

Virtus qd



Deo furamur, immo nos decipimus, attribuere nobis quod non est nostrum, sicut meretrix se mentitur honestam & formosam esse cum non sit, haec est inanis gloria, quia uacua est ueritate, & utilitate salutis. Tertia cum uult praenire singularitate gloriae, uel dominio, & prelatione, & imperio, & despicit ceteros & daprimit. Depiditur autem quadrupliciter, uel putat se habere quod non habet, aut plus habere quam habet, aut singulariter praeceteris habere, aut ex se uel meritis suis habere.

De tribus uitia expellentibus. Cap. III.

Tria autem sunt quae a nobis uitia expellunt, & uirtutes operantur. Gratia Dei, industria propria, & necessitas. Gratia Dei infundit uirtutes, industria cooperatur gratiae ex libero arbitrio, & necessitatem conuertit in uirtutem. Sine necessitate sapere, sed sine gratia nunquam potest esse uirtus liberi arbitrii cum consensu. Quibusdam igitur infundit uirtutes, cum modico uel nullo labore industriae proprie, licet non sine consensu uoluntatis, cum sine consensu uoluntatis nullum sit meritum, sicut illis quos praenit Deus in benedictionibus dulcedinis suae. Vnde Sap. ait. Qui de luce, id est diluculo incipientis aetatis capacis uigilauerit ad igneam non laborabit, assistentem enim foribus suis inueniet, id est gratiam sapientiae & uirtutis. Sic quoadq; Apostolos & alios quosdam, maxime in primitiua Ecclesia legimus repente Spiritu sancto repletos, ad uirtutes, & dona, & diuersa charismata attingisse. Sancti spiritus gratia excitat uoluntatem, & instruit, & roborat, ut illustrare agat ad profectum uirtutis. Necessitas alia est, cui se homo uoluntarie subijcit, ut qui se uoto obligant ad obedientiam, castitatem, & paupertatem, & similia, uel uadunt ad infideles praedicare, sed illis euenit postea pati uel agere quod libenter euaderent, uidentur necessitate cogi, quae tamen est uoluntaria, quia adhuc se sponte obtulerunt, & potius pati uolunt, quam a proposito resiliire. Alia est coacta, quam homo inuitus tollerant, nec tamen potest effugere, ut paupertas saeculi, infirmitas, corporis despectio, persecutio, tentationes aliquae, uel aliae diuersae tribulationes, quas licet primo inuoluntarie tollerent & cum murmure, postea tamen cum uidet inevitabiles, incipit quandoq; uoluntatem flectere, & facere de necessitate uirtutem, & tunc incipit mereri. Et cooperatur illa necessitas ad magnum profectum uirtutum, ad quas uix aliter perueniret: & hoc est quod dicitur de quibusdam, compelle eos intrare. Et illud, quod legitur & cantatur in Ecclesia Dei. Et ad te nostras etiam rebelles compelle propitius uoluntates, hoc est. Fac de inuoluntarijs uoluntarios, ad ea quae scis nobis expedire, etiam per aduersa cum nolumus te in prosperis sequi. Vnde Propheta ait. Imple facies eorum ignominia, &c.

Industria in tribus consistit. In prouida consideratione, in laboris conatu, & imperseuerantia diligentia. Per ista tria adiuuante gratia, uitia subiugantur, & uirtutes obtinentur, sed gratia quosdam ita praenit, ut aut multa cum facilitate, immo cum multa suauitate faciat bonum, & declinent a malo, aut ita accedant uoluntate, ut cum magno feruore quaeq; facienda propterea aggrediantur, quamuis dura & difficilia: quosdam uero ita sic quodammodo relinquit, ut quicquid boni agere debent, necesse habeant se stimulis & calcaribus pungere, quasi pigrum animal, ut grauior sit eis difficultas superandi torpore cordis, quam laborem actionis sustinendi. Isti & si non habent desiderium feruens ad currendum post Dominum, habent tamen desiderium desiderij, orantes se trahi cum sponso, quia agilitatem currendi non habent, iuxta illud. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Uoluntatem bonam habent, sed pigram & tepidam, non feruentem. Primum, felicius est facere bonum cum facilitate, secundum laboriosius, facere bonum quasi ex necessitate, quod autem istorum sit maioris meriti, puro, quod nemo perfecte estimare possit, nisi ille, qui spiritum ponderator est. Deus. Quia secundi fideliter luctando uincunt seipos, ut per consuetudinem sui potentes fiant magna uirtutis. Primi autem qui facilliter faciunt bonum, altiori indigent cautela ne seducantur, quia diuitiae facilliter acquisite prodigialius solent effundi, quam quae paulatim & cum difficultate elaborantur. Secundum uero qui cum difficultate bonum faciunt, antequam perfecte uincant difficultatis tentatione, sapere quasi uicti, laxati, uel territi ex labore, desperant de uictoria, & de peruenitione ad finem quo tendunt, & remittunt studium perfectionis, & ad alias occupationes se conuertunt, & quasi diffidit de Deo, quod nolet eos introducere in terram promissionis, per quam significatur perfectio puritatis: sicut filij Israel in deserto radio laboris, & timore difficultatis de superandis hostibus, detraxerunt terrae promissionis, & mortui sunt in deserto praeter paucissimi, hoc est, praeter Caleph & Iosue, qui designant eos, qui caute & uiriliter per tentationes pertranseunt, usque in finem perseuerando. Ideo inter tot de saeculo quasi de Aegypto egressos, tam pauci perueniunt ad consummatam perfectionem, quia aut seditionibus moti, aut radio laboris & difficultatis fracti, uiam perfectionis deserunt, uel aggredi non praesumunt.

De remedijs generalibus contra uitia. Cap. V.

Quaedam etiam sunt generalia remedia contra uitia expugnanda, & ad uirtutes obtinendas. Quaedam spiritualia contra aliqua singulariter,

In quibus industria consistit, & quod dicitur.

Can. 10. Psal. 118.

Que contra uitia oia effica ciora remedia sunt.

Simile.

Exempli.

Psal. 52.

Simile.

De specialibus uitiorum remedijs. Cap. VI.

Nunc ergo de specialibus singulorum remedijs uitiorum uidendum est, quae si omnia non possumus describere, pauca tamen de pluribus consideremus, sicut pauperes qui non possunt multas medicinarum diuersitates, & efficaaces habere, contentantur sibi de uilibus herbis unguenta, quibus liniant, & curent suos dolores.

De remedijs contra superbiam. Cap. VII.

Primum superbiae remedium est consideratio propriae uilitatis, tam in corpore, quam in anima, tam illius quae quidem nobis inest cum ceteris communis, quam illius quae nobis est singulariter notior in occulto uel in aperto, siue sit naturalis, siue accidentalis. Considera igitur utilitates & infirmitates corporis quid sumus, quomodo concepti, quomodo in utero nutriti & nati, quid sumus intrinsecus sub cute, quae sordibus ebulliant per aperturas, quae facile deperit quicquid pulchrum est, & ualidum apparet, quod mors semper appropinquat, & quales erimus post mortem. Item quae exteriores ut honores & diuitiae non sunt nostrae, naturaliter enim diuitiae terra sunt, & de terra tolluntur, ut pecuniae & possessiones, honores uero non impediuntur homini pro se, sed pro questu qui inde speratur, sicut uultures currunt ad cadauera, quae diu sperant inde saturari, sed cum totum sic corroserant, quod nihil nisi ossa siccata remanent, cadauera tunc relinquunt. Item bona mentis non sunt nostra, sed sunt dona Dei, & rationem reddiduri sumus inde districtae, ut scientia, ingenium, uirtutes. Mala uero pure mala, non nostra sunt, & ex pluribus circumstantijs graua, & grauibus supplicijs digna. Bona nostra non pure bona sunt, sed multipliciter imperfecta, pigritia, desidia, uanagloria, hypocrisis, tepiditas, & uariae cogitationes, imperseuerantia, & cetera uitia saepe uiciant bona quae facimus, & maculant sacrificium nostrum tam orationum quam actionum, ut minus sit Deo acceptum, & minus nobis meritorium. Item expositi sumus multis periculis, & aeternae damnationi, & infinitis supplicijs, & pluribus uitijs & peccatis onerati, & miserijs subiecti. Vnde ergo superbis terra & cinis, homo tam uilis? Secundum est exercere se in humilibus, uilibus, & despectis officijs, & rusticanis laboribus, humilibus habitu icedere, humiles mores, & uerba dulcia habere, locum nouissimum eligere, nihil iactantiae & ostentationis praetendere. Haec & his similia cum in consuetudinem uersa fuerint, mentem ad humilitatem inclinant. Si autem uanagloria pulsata, uel superbia mentem pro huiusmodi humiliatione, hoc est ex nouitate, uel raritate hu-

Simile.

Bona oia Dei, mala uero nra sunt.

Quadrupliciter suscipitur.

Absq; eo sensu non infunduntur uirtutes. Psal. 20. Sap. 6.

Duplex necessitas.

Luc. 14. Oratio ecclesiae.

Psal. 82.



iusmodi humiliationis: nam per longum ista uanitas euane scit: unde dicitur in Psal. In Deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Tertium est meliores & superiores se attendere, tam homines, quam ipsum Dominum Iesum Deum & hominem, ut eorum compassione sibi met uilescat homo, qui se putat aliquid esse, sicut locusta ad gigantem, calculus ad montem, gutta ad flumen, & hoc tam in faciendo bona, quam in patiando aduersa. pannosus generosior uilescit inter purpuratos, sic nos debiles in uirtutibus sumus, respectu maiorum & sanctorum, siue qui ante nos fuerint, siue qui adhuc naturaliter manent.

De triplici inuidia. Cap. VIII.

Inuidia triplex est. Prima non gaudere de bono alterius, & non dolere de malo, hoc est, contra charitatem proximi quem tenemur sicut nos ipsos diligere, cum nemo sit qui de proprio bono non gaudeat, uel de malo non doleat. Secunda est, doleri & torqueri in bonis alterius, & gaudere & optare malum eius ex odio personae: nam qui dolet de prosperitate alterius, uel gaudet de aduersitate eius, quia uidet non ita expedire eide, uel communi utilitati aliorum, non tamen ex odio personae, non est inuidia deputandum. Sic iustus iudex destruit malefactores, ne ipse uel ipsi grauius damnentur, si diutius in malis perseverarent, uel per eos pax communis turbetur. Tertia est, promouere malum alterius uerbis & factis, & bonum impedire, uel grauius deprimere. Inuidia grauis, est malum pro malo reddere: grauior autem, odire illum qui tibi nihil nocuit: grauisissima uero, malum pro bono reddere, uel odio habere aliquem, qui bonus est, sicut Iudaei Christum. Item malum est ledere aliquem in rebus uel honoribus, peius in corpore, pessimum autem immo diabolicum, ledere & nocere alicui in anima, quod ad salutem aeternam. Item negare indigenti beneficium peccatum est, etiam si sit inimicus: non impedire malum eius cum possis, grauius est: peccatum autem est, bonum etiam inimici promouere, & diligere ex affectu. Quidam putant innocentes esse, si negant illis quos non diligunt salutationem suam, sed examinent se quomodo esurienti inimico cibum ministrarent, si salutationem quam sine damno dare possunt negant, maxime si desideret & affectet. Ideo autem inuidia, & odium Deo contraria sunt, quia singulariter charitati (quae Deus est) opposita sunt, & communi bono quod Deilargitas aequaliter omnibus procurauit. Inuidet eis, & odit quos Deus creauit, & redemit, & diligit, & de quibus spes est, quod ad uitam perueniat sempiternam.

Inuidia grauis, grauior, & grauisissima.

De tribus remedijs inuidiae. Cap. IX.

Primum remedium contra inuidiam est, quod summum est, nihil amare, uel cupere coram, quae mundus amat, id est honores, diuitias, uoluptates, & temporalia: eo enim quod in plures diuiduntur, eo in partes minores fiunt, & qui ea appetit, inuidet alijs ipsa habentibus, dum necesse est alium carere quod alter habet. Coelestia autem & diuina quae plures magis participant, eo magis dilatantur & abundant, ut uirtutes, & sapientia, & dona Sancti Spiritus, & similia, quae participatione non minuuntur. Secundum est, cogitare quod si alius non haberet illud, unde ei inuides, tamen tu non haberes unde nec inuideas alteri, quod sine damno tuo habet, ne frustra de aliena felicitate torquearis. Remedium contra odium est, Dei timere uindictam, qui non remittit homini peccata sua, quamdiu ipse tenet odium ad proximum suum. Tertium est cogitare, quod quandoque oportet cum proximo suo reconciliari, si nult saluari, unde melius est hoc cito fieri, quam tardius, ne homo sit in periculo damnationis, & perdat bona quae interim operatur. Futuri enim domestici in domo patris caelestis, hic deberent aeternae pacis foedus inchoare, quia quanto hic feruentior dilectio, tanto illic erit iucundior fruitio aeternae pacis. Quartum est, ut studeas illi qui magis contrarius est tibi, obsequior & affabilior esse: per hoc enim lenis cor eius si est intelligens, uel saltem cor tuum. Noli uinci a malo, sed uince in bono malo. Item, si esurierit inimicus tuus, ciba illi. Quid prodest homini diu meminisse iniuriarum, nisi ut amplius inquietet & affligat semetipsum? Sufficit diei malitia sua. Tantum enim nobis sunt molestae, quantum in nobis studeamus esse pacifici, quod si super hoc uoluerimus ea nobis aggregare per odij & rancoris obseruationem, citius obruemur, quam si omnia resistendo uincamus. Sed potius (iuxta Apostolum) dare locum ire debemus, id est cedere, & non acquiescere malo, malum pro malo reddendo. Quod si uoluerimus omnes opprimere quos aduersarios patimur, interim alij insurgent, & nos prius succumbemus, quam omnes uincamus. Qui se ipsum per patientiam uicit, omnes aduersarios superauit. Bellabunt aduersum te, sed non praeualebunt. (ant Hier. Exemplum de martyribus sanctis. Odium aliquando ex inuidia nascitur, aliquando ex ira.

De triplici ira. Cap. X.

Ira triplex est qualitas. Prima subito & facili causa moueri, ut ex leui facto, uel uerbo, uel etiam ex sola suspitione: aliquando etiam contra insensata commouemur, & irascimur brutis, lapidi, ligno, uel calamo, & huiusmodi sine

Contra odium speciale remedium

Romani

Martini

Romani

Hieronymi

sine

Exterior effectus quibus ira probatur.

Simile.

Ira. 66.

Mala quae ira operatur.

Simile.

sine ratione. Secunda uehementer inflammari, nam aliquando ira tantum in corde accenditur, quod etiam facies inflammatur & deformatur. Aliquando gestus & mores mobilitate quadam notabili aggrauantur, ex qua interior animi commotio demonstratur, ut sunt inusitatio narium, palor uel rubor uultus, depressio palpebrarum, tremor laborum, inquietudo torus corporis. Aliquando etiam per uerba erumpit, per clamores, per conuitia, contumelias, maledicta, miserias, periuria & blasphemias. Aliquando quasi febris concutit corpus, uel quasi phrenesis mentem in furorem euertit. Aliquando manus mouet ad laedendum alium, uel seipsum, ita ut sibi met quoadque manus iniiciat, uel quae parauerat abijciat, uel destruat. Aliquando non sinit admittere quae sibi sunt utilia, ut cibum, & aliud commodum, & multa huiusmodi. Ira etiam pacem cordis turbat, & ratione obnubilat, & memoria confundit, & sicut fumus hospitem de domo expellit, ita ira Spiritum sanctum qui super quietem & requiescere tunc uisum modo quaerit, de cordis habitaculo excludit. & Psal. In pace factus est locus eius. Tertia qualitas ira est diuturna commotio, quae aliquando rancorem format. Quidam habent de ista qualitate magis, & minus de secunda & tertia. Quidam abundant in duabus ipsarum. Quidam in omnibus tribus, & hi sunt pessimi. Ira etiam contrariatur uirtuti mansuetudinis & mititatis, & de honestate inconstitum morum & disciplinam, & facit inconstitum, quia nec Deum timet, nec hominem reueretur. Ira etiam non habet misericordiam, nec humilitate praetendit, & excoecat intellectum, sicut fumus nocet oculis, sic ira cordi.

De quinque remedijs eius. Cap. XI.

Remedia irae sunt quinque. Primum uidelicet prouida praemeditatio illorum quae possunt occurrere, tam uerborum, quam factorum contrariorum, ut ante pugnam se homo praeparet ad patientiam, & hostem quasi in insidijs paratus expectet, ut eo minus perturbent uenientia, quod fuerint praescita. Qui. n. in duello debent pugnare, ante pugnam solent artem pugnandi exercitando adiscere, ut ictus aduersarii seiant securo excipere, ne improvidi uulnerentur, & superent: nam qui primo tunc uult armari, quando iam hostes irruunt super eum, nec spacium dabitur ei ad armandum se, nec etiam praestupore consilium inueniet quo euadat. Secundum est os comprimere tacendo, & accensam flammam irae in corde suffocare, ne si euaporare permittatur, increseat, & alios accedat, sicut de igne materiali saepe experimur. Adhuc. n. duo ostia Deus dedit lingue, dentes & labia, ne facile profiliat ad nocendum, maxime cum intus accensa fuerit igne furoris, uel infecta toxicato liuore. Qui dimittit aquam

Prou. 17.

Eccle. 28. Psal. 140.

Prou. 26.

Eph. 4.

Exempli.



q̄ sustinimus, quia cum tribulatio pertan-
sit meritum eius, adhuc manet. Cogitare etiam
debemus, q̄ nemo in hac uita sine aduersitate ui-
uit: etiam qui seculo seruiunt, sepe grauiora tol-
lerant. Item quanta sancti sustinuerunt, & mar-
tyres maxime, & super omnes ipse Dominus Ie-
sus Christus: & si ipse tanta passus est pro nobis,
non est indignum, si nos aliqua toleramus pro
Christo, & pro magna gloria nostra, & pro me-
rito peccatorum nostrorum, pro quibus utilius
hic modica pati debemus, q̄ in futuro plurima,
& acerbiora. Hæc & similia prudenter & sapè
cogitando, impetum iracundiæ & impatientiæ
facilius superamus.

De acedia. Cap. XII.

ACedia uitii tres habet species. Prima est que-
dam amaritudo mentis, quia nihil latum, uel
salubre ei liber, tædio pascitur, fastidit consortiũ
hominum. Hęc est, quam Apostolus sæculi tri-
sticiam appellat, que mor tem operatur proclius
in desperationem & diffidentiam, prona ad sus-
pitiones, quæ patientem aliquando instigar ad
neem suipsius lætu irrationabili oppressa, hæc
aliquando nascitur ex precedenti impatientia,
aliquando a retardato, uel impedito desiderio
cupitæ rei, aliquando ex prædestinantibus me-
lanconicis humoribus, & tunc est medicorũ ad-
hibere remedium, potiusquam religio forũ uel
theologorum. Secunda est torpor quidam pigre-
dinis, quæ somnum amat, & comoda corporis,
horret labores, fugit aspera quæq; ut sitigis, &
operatione, ocio delectatur. Hęc est pigritia pro-
pria. Tertia est, que sola fastidit ea que Dei sunt,
& ad alia agilis est, & allacer oŕo est ei insipida,
a laudibus Dei se absentat, ubi cautè potest &
audet: festinat uelociter explere orationes de-
bitas, ut minus afficiatur tædio earum: assumit
interim alias cogitationes uel occupationes, quæ
bus intendit, donec perficiat horas uel oratio-
nes cõsuetas: rumoribus pascitur, ludis delectat,
& cogitat negocia quibus occupetur: nihil ei est
magis onerosum, q̄ intendere Deo, & his quæ
spectant ad studium & profectum spiritualem,
cella ei carcer est, euagari autem tam corpore, q̄
mente extra claustrum diligit, & quarit multi-
farias occasiones. Omnis rigor spũalis disciplinæ
grauis est ei, & murmurat & conqueritur de du-
ritia prælatorum pro disciplina hoc zelantium.
Hoc acedia uitium signum est ingratiudinis,
quia tanta beneficia contulit nobis Dominus, &
confert quotidie, q̄ fidelem seruum eius dece-
ret nunquam ab eius laude cessare, nunquã eius
obsequium fastidire. Itẽ spoliat nos multis me-
ritis, & præmijs in cœlo: tantam enim gloriam
omni hora negligimus, quanta bona interim fa-
cere possemus, si ociosè ea transigimus, & nulla
uel modica hora præterit, qua aut mereamur,
aut demereamur. Item cum in multis offenda-

Signũ in-
gratiudi-
nis acedia

mus Deum, conueniens est, ut tẽpus quod adhuc
restat nobis ad uiuendũ, tantò melius expendamus,
ut redimamus tẽps quod malè amiseramus.

De eius remedijs. Cap. XIII.

Remedia acedie sunt hæc. Primum & effica-
cius est, cogere, se ad ea spiritalia studia, q̄
maximè fastidit homo, & præcipuè ad oratione,
& celebrationem diuinorum, quandiu & quo-
usq; per Dei gratiam uertatur nobis in oblecta-
tionem. Si autem differatur talis gratia, nihilo-
minus de labore lætaminis meritum accreſcit,
& uirtus roboratur: Deus enim non requirit a
nobis quod nondedit, scilicet gratiam deuotio-
nis, sed hoc uult, ut eã queramus, & cum dederit
conseruemus, & gratias ei agamus: possibile
enim est aliquem multò plus mereri in pugna la-
boris, pro obtinenda deuotione etiam si nõ p-
ficat, q̄ si multa deuotionis foret sine labore, q̄
de hoc, scilicet de deuotione sine labore posset
extolli, & meritum diminui, sed de pugna cor-
humiliatur.

De remedijs tristitiæ. Cap. XIII.

Contra tristitiam maximè ualet frequẽs me-
moria benignitatis Dei, & intuitus benefi-
corũ eius, contra cuius bonitatẽ peccata oium
nostrum, sunt sicut mare ad guttã, siue e contra.
Item multum ualet cum bona societate conuer-
sari libenter, maximè ubi de Deo loqueret sem-
per & deuotè. Itẽ aliud est remediũ, de quo dicit
Iac. Tristat aliqs ex uobis oret, æquo aio, & psal-
lat. Sic. n. cor hilareſcit & spũs, & spũs tristitię ef-
fugatur. Sicut psallẽte Dauid, spũs malus a Saule
recedebat. Occupatio eẽ pdest tristibus, ut obli-
uiscant tristitię. Pigris uerò utilis est exercitatio
laboris, & cõsuetudo in comòdum uertit cogẽte
strenuo magistro, ut non possit renuere agere p-
tædio laboris, nisi debilitatis sit in causa. Item
contra tẽdium cordis ualet uarietas actionis, ut
ab uno transeat ad aliud opus bonum.

In quibus se debet exercere seruus Dei. Cap. XV.

Seruus Dei in his quatuor exercitijs uertit. Aut
Deo intendat orãdo, psallendo, meditãdo, stu-
dendo deuotioni. Aut secundò de Deo tractet,
legendo, studendo, sanctè cõferendo, discendo,
docẽdo. Aut terciò p Deo laboret, operãdo, ser-
uiẽdo, corpus castigãdo, & uirtutibus studẽdo.
Aut quartò corporis refectioni moderate indul-
gendo, quiescendo, dormiẽdo, cibum uel potum
summẽdo, ad hoc ut corpus possit seruire spiri-
tui. Panis, & disciplina, & opus seruo, ait Eccles.
Panis ad sustentatione, disciplina ad correctio-
ne, & opus ad exercitacione. Aſinus indiget pa-
bulo ne deficiat, onere ne laſciuiet ociosus, uirga
qua pellatur, ne pigrè ambulet uel deuiet.

Quæ

Iacobus
1. Regum
Cõtra
dicit
dis
rege
dium.

Clamor
religiosi
& exerci-
tia.

Eccles.

Quæ sit deterior acedia. Cap. XVI.

Altera a-
cedia di-
stinctio.

Grauis acedia est, negligentè persoluere il-
lud ad quod quis tenetur, grauior omninò
præterire ex tædio, grauisſima etiam alios im-
pedire, & a bono retrahere, & nõ possit alio-
rum bona studia æquo animo sustinere.

De auaritia. Cap. XVII.

Auaritiæ
uitiũ, est
contra na-
turam.

Auaritia tres habet species. Prima est anxietas,
& cupido habendi temporalia, uel acquirẽdi,
siue sequatur effectus sine nõ, sicut p̄t esse auar-
rus pauper, qui modicum habet uel etiam nihil.
Secunda, tenacitas conseruandi habita, quæ non
permittit ea erogari in pias causas, uel in usus
necessarios congruè expendi nisi cum dolore.
Tertia est augere diuitias, & undecũq; acquire-
re, etiã de iniusto & turpi questu, ut furto, & rap-
pina, fraude, usura, & in alijs inhonestis modis.
Quidam laborat in prima specie, quidã in secũ-
da, quidã in tertia, quidã in duabus, quidã in oĩ-
bus. Hoc uitii specialiter uideretur esse contra na-
turã, & extrã, & ex sola praua consuetudine, uel
pro corrupta uoluntate, quod ex hoc pbatur, q̄
mundus multo tẽpore caruit hoc uitio, & aliq̄
gentes adhuc putantur ab eo immunes esse uel
fuisse, sicut Gignosophilista. Itẽ, quia multi sæcu-
lo renunciatẽs, eũ ab alijs uitijs sepius impugnẽ-
tur, ab hoc nunq̄ deinceps pulsant, nisi forte pro-
pria misera uoluntate se subiiciãt. Qui aut semel
se eius laqueo alligari pmissit, uix nunq̄ de ce-
tero ab eius compede liber erit, undè uidemus
quosdã religioſos, post primã sæculi abrenũcia-
tionẽ, quæ ab eius laqueis erepti fuerant, rursum
in uolui retibus auaritiæ, & insatiabiliter sitire
res alienas, q̄ prius p̄prias contẽpserãt p Deũ,
sicut Iudas oibus suis renunciauerat, postea fur
factus est, & loculos colligens Dñm maiestatis
uendidit, & tandem laqueo se suspendit.

De remedijs contra auaritiã. Cap. XVIII.

Remedia cõtra auaritiã sunt tria. Primũ, oĩa
p Chro relinquare, & sub alterius regimine
uiuere & p̄uisione: & si qua habuerit, ea plenè
reſignare, & in nullo sui iuris esse, sicut in primi-
tiua Ecclesia fideles Apostolis erant subiecti, &
in monasterijs benè ordinatis elaustrales. Hoc
efficacissimum auaritiæ remedium Dñs docuit,
dicens. Qui non renunciauerit oibus quæ possi-
det, non p̄t meus esse discipulus. Item, si uis p-
fectus esse, uade & uende oĩa quæ habes, &c. Se-
cundũ remedium est considerare oēs perplexi-
tates diuitiarum, & laqueos auaritię & pauper-
tatis libertatem & utilitatẽ: diuitiã. n. periculo-
sè acquirimẽ, & cũ labore & multa sollicitudine
conseruãt, quia multorũ inuidia, uel insidia pa-
tent, furum, latronũ, raptorũ, potentũ, frauden-
torũ, ubi multa sunt opes, multi & qui comedũt

Luc. 14.

Matth. 19.

Nota.

Eccles.

eadẽ, tã consummãtiũ, q̄ subtrahentiũ. A nullo est
securus diues, nec ab extraneis, nec a proximis.
Sic est diuitibus in medio cupidorũ, sicut carnũ. Simile.
Sic est diuitibus in medio canũ famelicorũ. Diuitiã diu-
colligunt, citò amittunt, paulatim multipli-
cantur, & subito disperguntur. Diuitiẽ multipli-
cata non minuunt, sed augent sitim auaritię, si-
cut potus hydropico. Quid ergo queris, undè
plus crucieris? Attingunt nondum habita, & iam
habita, & amissa. Pauca sufficiunt necessestati
Mors citò rapit ab eis. Pœnas æternas suis ama-
toribus lucrantur, ab his oibus libera est pauper-
tas. iuxta illud Psal. Rapinas nolite cõcupiscere, Plal. 61.
diuitiã si affluant, nolite cor apponere. Fructus
diuitiarũ est largitas eleemosynarũ. Sine isto, in-
fructuosa sunt & periculosa. Nũ in Eccle. d. Di-
uitiã conseruata, in malũ Dñi sui cedent. Semen
accumulatum putrescit, sed fructificat semina-
rũ. Primũ remediũ est confidentia de Deo, qui
non derelinquit sperantẽ in se, iuxta promissam
ipſius. Nolite solliciti esse, &c. scit. n. pater uel-
cœlestis, quia his oibus indigetis. Qui. n. sic fe-
cit hoĩem ut alimentis indigeat, non patietur
eum perire per necessitatorũ subtractione, si eius
eure se cõmittat. Quarite primum regnum Dei
& iusticiam eius, & hæc oĩa adicient uobis. Ibidem.
Do. Nam qui libenter homini dare uult cœle-
stia bona & æterna, non negat minima & terre-
na. Si. n. mali & crudeles homines, immò bestia,
& bruta filios nutriunt, multo magis optimus &
uerax Deus filios suos non deseret, qui etiã be-
nignus est super ingratos & malos, quãtò magis
super bonos, qui oĩm sollicitudinem suam in eo
ponunt? Unde Psal. Non uidi iustum derelictum,
nec semen eius quarens panẽ. Vnum e tribus a
Deo sperandum est. Auaritiã projicientibus
pro Deo, q̄ aut procurabit homini necessaria,
aut cum parco uictu & penuria dabit homini ui-
res, quas in abundantia posset habere, & hoc est
iucundius, de modico magis esse fortẽ, aut qd
subtrahit corpori, resunderit menti in consola-
tione spũali, ut libenter careat corporali abun-
dantia, quæ spũalibus delitijs felicius recõpen-
sabitur. Insuper in cœlo magnam gloriam me-
retur, patienter tollerata pro Christo penuria
temporalis, quia beati pauperes spiritu, &c. Match. 5.

De speciebus gulę. Cap. XIX.

Gula quatuor sunt species. Prima, antè debi-
trum tempus, uel sapius quàm deceat co-
medere, præter necessitatem more pecudum.
Secunda, est cum nimia auiditate, & impetu
quodam uorare sicut lupi, uel canes famelici.
Tertia, nimis implere se, potius quàm refico-
re, idest plus sumere quàm sit necesse, ex qua-
dam inconsideratione & delectatione gulę.
Quarta, nimis lauta & exquisita querere. Hæc
nutrit auaritiã sicut prior acediam uel pigri-
tiam, quæ delicata querit, cupit diuitias, uel pos-
sit habere quod appetit. Nimia uerò ciborum
repletio

h 4 repletio



repletio pingrum reddit, quia uas plenum ponderosum et siccatur, heberat etiam intellectum, & affectum dilectionis obruit & refrigerat, & agilitas retardatur, & in somnum ducit superflua ciborum repletio.

De remedijs contra gulam. Cap. XX

Remedia gulae contra primam speciem. s. qm comeditur ante tempus sicut bona uoluntas, ut nolit prius, uel sapius comedere qm sit conueniens. Infirmis autem non est lex posita. Iuuenes uero & laborantes sicut exigit necessitas dicitur, refici possunt, qm consuetudo, uel Ecclesiae institutio non repugnat. Contra secundam, uidelicet qm comeditur cum nimia auiditate, utilis est disciplina uerecundia, ut modeste se habeat, & impetum refrenet. Item consideratio, qm inordinata & nimis festinata relectio laedit naturam, & minus nutrit, & plus a quo uult. Eadem etiam consideratio ualet contra tertiam speciem, quae nimis sumit, & quia impedit a bono opere, sicut supradictum est. Efficacius tamen remedium contra tertiam & quartam speciem est, non habere unde gula possit satisfacere, ut quanto quis pauperior fuerit, tanto minus in hac parte peccabit, hoc est secundum sententiam seniorum, prima pugna qua nos deuincere oportet, quanto minus superata fuerit, tanto ualidiora faciet cetera uitia contra nos, & nos debiliores contra ea. Per gulam namque peccatum mors intravit in omne genus humanum, unde & Saluatorem nostrum Diabolus primo per gulam tentauit, quasi ianuam aliorum uitiorum, aditum querens ad ulteriora.

De remedijs contra omnes uoluptates, aduersitates, & tribulationes. Cap. XXI.

Ualet etiam tam contra delectationes gulae, qm contra alias uoluptates uitiosas, considerare qm cito pertransit, & quam breuiter durat, & qm transacta sic est quasi nunquam fuerit, & relinquit post se uestigia mala conscientiae, & poenitentiae, & confusionis, & debiti suppliciorum, & meriti detrimentum, unde cum delectamenta mundi & carnis appetis, pone in corde tuo ac si ea habueris & faciatu sis, & hora perierit, quia uoluptas posita est quasi somnum noctis transacta, immo contemptibilior, quia malam conscientiam facit perpetrata uoluptas, dimissa uero & non peracta, letam facit conscientiam & securam. Contra ualet contra omnium aduersitatum turbationes, ut ponas in corde tuo iam durate aduersitate, qm ita debeat esse, & aliter non possit esse, & uoluntas Dei sit, qm ita sit, & sic disposuit, ut ad haec deuenires, & sic eueniret. Quod n. quisq; disponit sponte, inde minus turbatur si uenerit. Cum autem turbaris qm non euenit qd optaueras, uel speraueras, cogita qm alia multa non eueniunt, quae a spera fuissent si euenissent,

& tñ non turbaris quia non eueniunt, quia de quibus cor hois non disponit sibi gaudium si euenient, de his etiam non tristatur si non eueniant, uerbi gratia. Si speras cras habiturum te bonum prandium laetaris, sed si forte spes tua frustratur, turbaris quia letitia spei subtrahitur: sed si nihil speras, non tristaris si non euenierit, quia uideris tibi nihil perdidisse, cum nihil habueris amittendum. Homo n. uirtuosus sic debet talem suam spem & solacium in Deo ponere, ut nunquam ex toto figat in terrena consolatione, ut quasi suspensum habeat desiderium ad oia exteriora, & non fixum, sicut qui super glorie incedit, leuiter ponit pedem tentando si trepidet, ut retrahat pedem ne submergatur. Cum ergo perdis aliquid quod diligis, pone in animo tuo qm nunq; habueris, & quasi somnum fuerit, quod uideris habuisse, & nunc more suo euanuerit, & in nihilum redactum sit. Hoc etiam optat propheta sibi cum effectu inspirari, dicens. Velut somnium surgentium. Dñe, in ciuitate tua, imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Hoc est, redige memoria terrenorum illorum in corde tuo, quod est ciuitas habitationis tuae, ad nihilum, ut nihil reputet esse uel fuisse, pertransit sicut somnium surgentium, obliuioni traditum quod non curatur. Somnium est haec uita malis, & stultis, qui putant se esse quod non sunt. i. felices: & habere quod non habent, haec sunt uera bona, quia falsa sunt, quae habent. Ista considerationes non sunt fantasticae dicenda, sed uerae & sapientes, quia faciunt mentem tranquillam, & stabilem inter mundanae prosperitatis & aduersitatis uarietates. Cum ergo desideras quod non habes, cogita quasi habueris, & iam saturatus inde fueris, & modo pertransierunt. Cum iam habes quod diligis, noli nimis inniti ei per delectationis affectum, sed cogita quod cito pertransies istam letitiam, & nihil post se relinquet, nisi uestigia dolorum, & confusionis & debiti suppliciorum. Cum ergo ammittis quod habuisti, extima quasi nunquam habueris illud uere, sed tantum sit quasi in somnio uideris, uel in cogitatione quasi imaginatus sis te talia habuisse. Sicut si imaginatus sis quod sis Rex Franciae, & magnam pompam & delicias habeas, & postmodum Rex Angliae debellet te, & capiat, & spoliat te gloria & regno, & inanis remaneret ab omnibus. Si igitur peracta tali fantasia grauius uellem turbari, & tristari de ista regni fantastici amissione, uel si ualde exhilarari uoluissim ex delectatione huiusmodi fantasticae imaginationis, non ne stulta tristitia, uel inanis gloria esset, moueri de his, quae nunquam fuerunt uel erunt? Tales enim uarias letitias & tristitias semper habere possemus, imaginando in nobismet ipsis qualescunque glorias, uel delectationes, & contra tristitias & dolores. Sicut solent quidam infanti & lunatici, quibusdam fantasijs delusi, ex confusione cerebri sine apparente exteriori causa modo ridere, modo flere secundum imaginationes

Exempli

Psal. 77

Exempli

Psal. 38.

Gal. 6.

Psal. 38.

Ibidem.

Matth. 6.

Prudenter uti debemus rebus aduersis.

Tribulationi uti litates.

Inimicis tuis quasi tortoris ad culpas suas puniendas utitur Deus.

Isa. 10.

tionem interius conceptas tristes uel letas iuxta illud. Psal. Veritamen uniuersa uanitas, ois homo uiuens. I uiuens secundum hominem, & non secundum Deum. Et quare? Veritamen in imagine pertransit homo, uelut in quadam imaginatiua delusione, existimans se aliquid esse cum nihil sit, & ita uanum extollitur, sed eriam uanum coturbatur, uanis timoribus & meroribus deiectus. Theaurizat & ignorat cui congregabit ea, quia nescit an ipse eis fruetur sit, an alius cui non cupit: Contra hoc propheta sibi met consiliu inueniat. Dicens, & nunc quae est expectatio mea? non ne Dominus? & substantia mea apud te est, ubi perdere non formido. E contra pone in corde tuo de futura aduersitate non turbari, quia contingit ita se habent, qm possunt euenire & non euenire, & saepe turbamus nos ante tempus, de hoc quod nunquam eueniet. Sicut pueri aliquando flent, recordantes de bonis quae haberent si parentes coram morerent, qui adhuc uiui & sani sunt, & eis pariter ipsi aliquando praemortui sunt. Quod si etiam aduersitas circa futura est sufficit dici malitia sua, ut non duplicemus nobis dolores praecedente angustia, cum se quens tribulatio per se satis exerceat. Hoc dico de temporali tribulatione non de aeterna, quae expedit nobis praeterire & cauere. Vñ Grego. Ante suppliciu de supplicio cogitate. Instante uero iam tribulatione uel aduersitate, consideranda est utilitas aduersitatis, quomodo peccata purgat, cautos reddit a peccato, & subtrahit occasionem peccandi in multis, & exercet ad uirtutes, ad humilitatem, ad copationem, & ad similia fugiendum mala sollicitos ad diuinum adiutoriu, ad experientiam diuinae elementiae, quae tribularis corde iuxta solet esse: ad exercitacionem propriaru uirtutum, quae in aduersitate plenius sunt, & uidemus quantum profecerimus in eis. Ita ad maiorem gloriae promerendam, & super omnia ad reddendam uicem Christo passo pro nobis. Transacta autem aduersitate, quia euasisti gaude, sicut cum quis de naufragio euadit, uel de repestate, & de uia mala ad hospitium bonum peruenit. Et nolite dupliciter affligere, rancore, uel odio, ex memoria iniuriaru contra illum a quo passus es, cogitans qm si non meruisti apud illum ut te affligeret, tamen forte meruisti apud Deum ut te puniri permetteret, & ipse Deus iudex, usus est illo quasi tortore, ad iustitiam prosequendam circa reum suum. Sic Assur uirga furoris Domini dicitur, quia eousus est quasi uirga ad dandum disciplinam seruo suo Israeli peccanti. Et sicut uirga post correctionem in igne proicitur, sic & illi ultores Dei tandem punient, maxime qui non recto zelo & iuste proximos persequuntur. His quasi per excessum tactis, qualiter te inter aduersa prospera immobiliter conserues, ne prospere extollant, uel aduersa deiciant, quia aduersitas maxime ueritatem carentiam uel amissionem cupiti, & timorem uel tolerantiam habendi, ad remedia & qualitates uitiorum consideranda redeamus,

Non enim mediocriter ualet ad morbos uitiorum sanandos, scire equanimiter carere his quae caro uel carnalis affectus appetit, & patienter sustinere, & non pertimescere quae horret, & odit. Sic & in medicina corporali sanitati appropinquat, qui bene seruat dietam, & cauet a nocuis, & constanter recipit & sustinet amarum poculum confessionis. Grego. Qui ergo appetit plene uitia uincere, studeat humiliter purgationis suae flagella tollerare. Scio & abundare & penuriam pati, & esurire & saturari, ubiq; & in omnibus iustus sum ait Paulus.

De peccato luxuria. Cap. XXII.

Luxuria quadruplex est. Prima est in corde, quando homo immundas & lubricas cogitationes, scienter & uoluntarie, causa praua delectationis, uersat in cogitatione sine repugnancia consensu. Nam ait Sap. Peruersae cogitationes se parant a Deo. & Dñs ait. Quicumq; uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Secunda species est quando circa opus generatiuum, homo faciat se libidinosus gestibus, amplexando, osculando, palpando, impudice respiciendo, & loquendo, & ascultando turpia, sola delectatione praua, uel alijs meretricijs blandicijs, ut carnali satisfaciat affectioni. Haec tantum est grauior qm illa, quanto longius ad exteriores conatus causa praua delectationis est progressa: si enim sola praua mens rea est in se per consensum mala concupiscentiae, quanto magis laxatis habentis ad exteriora libidinis incitamenta exterioru sensu, & membroru ministerio adiuta & pronocata? Si solum concupiscentia in corde mechata a Dño indicatur, quid ergo ex concupiscentia, osculari, palpare, &c? Nemo ergo se stulte seducat, ut putet se solum peccasse quando opus generatiuum perficit, uel laborat perficere, cum et praebula operis danabilia sint: in ipso enim licito coniugio saepe excusabilior est simplex concubitus, qm tales inhonestae blanditiae tactu uidentur & spectaculoru, & colloquutionu lasciuarum. Si ergo aliquis dicat apud se, ex quo non quero opus prauum fornicando perficere, licite possum morosis blandicijs frui cum dilecta, munda intentione, ad mutua & sancte dilectionis nutrimentum, ut ignis charitatis in nobis magis accendatur, cum ex dilectione proximi nutriatur & augeat amor Dei: sciat quicumq; talis est, se sub specie spiritualis amoris, carnalis dilectione & delectatione deludi, quia spiritus spiritu diligit, nec corporalibus amplexibus indiget: quia hoc est carnalis amoris indicium, qui quanto plus crescit in corde, tanto magis amor spiritualis minuitur & refrigerat: & econuerso, spiritualis amor carnalem reprimat & expellit. Triplicis autem peccati reus efficitur, qui talibus corporalibus blandicijs uti se licite putat, etiam si nullam ulterius prauum operis habeat uoluntatem. Primo quia incaute nimis se exposuit tentationis periculo,

Simile.

Phil. 4.

Sap. 1.

Matth. 5.

Triplici peccat qd fordam amore nutrit.

cu m



cam proni sint sensus hominis, & cogitatio i ma...

Deut. 6. Domini praeceptum. No terabis Dnm Deu tuu.

Job. 41. ipse non bibit. Alitus eius idest Diaboli, prunas...

Peccatum contra naturam.

R. m. r.

Tamen quocumq; studio uigilans, uoluntaria delectationis...

De septem remedijs luxuria. Cap. XIII.

Remedia contra luxuriam sunt septem, quae ad praesens memoria...

Tribulus...

Eccle.

Job.

Nota.

Afflicti...

1. Tim. 4.

Ezech. 16.

si deserat eum, & sic captus consentit alterius uoluntati...

Judic. 16.

1. Cor. 10.

Remedijs.

Eccle. 19.

Prou. 13. Gen. 6. & 8.

Mal. 9.

Psal. 13.

Psal. 26.

Remedijs.

Prou. 29.

Matth. 6.

1. Tim. 4.

Ezech. 16.

stolas ait. Castigo corpus meum, & in seruitute redigo...

1. Cor. 9.

Remedijs.

Simile.

Nota.

per-



perfecte, siue orādo, siue laborādo, uel corporis refectioni intendendo, uel aliquid faciēdo. Quin- tum est. Exterioris sensus ab illicitis custodire, qui sunt quasi fenestrae animae, per quas mors peccati intrat quasi fur uel corruptor castitatis nostrae, dum custoditur. Dauid non respexit uxorem, quia eam prius concupierat, sed ideo eam concupiuit, quia eam incaute respexit. Sic Eua uidit lignum quod esset pulchrum uisu, aspectuque delectabile, & concupiuit: Nō expedit intueri, quod nō licet concupisci. Sic aures & manus, & alij sensus, & membra sunt cohercenda, ne hauriamus per ea mortiferū corruptionis aerem. Dina quando curiositatis gratia egressa est uidere mulieres regionis illius, corrupta est. Oculi meus depredatus est animam meam, incunctis filiabus urbis nostrae, ait Hier. ubi concupiscitur quidē, Econtra Iob ait. Pe- pigi scēdus cū oculis meis, ut non cogitarē quid de uirgine. Sic boni religiosi recludunt se in cel- lis, & monasterijs quasi in spelūcis, uel sepulchris, ne uel ipsi concupiscant, uel concupiscantur. Quan- tō enim rariius uides uel audis quae mundi sunt, tantō affectus tuus ad ea concupiscēda frigidior erit, & nimis ea cogitabit. Et econuerso. Quātō frequentius cū secularibus cōuersaris, eō magis puluere seculari respergeris, quo insensibiliter paulatim interius tenebre scis, & affectus fit cru- dus & mores insani. In molendino non puluere len- tū fieri, uix possibile est. Sextum est interius reprimere cogitationes prauas, & affectiones car- nales, quia isti sunt hoies domestici inimici, quo- rum fraude urbs mentis hostibus traditur, si non bene caueatur. Perversae enim cogitationes se- parant animam a Deo. Et de corde exeunt cogita- tiones malae, adulteria, &c. haec enim sunt quae cōmunicant hominē. Nulla munitio sufficit ex- terior ad custodiam urbis, ubi domestici perfidi fuerint. Ita nulla custodia forinseca castitatem cōseruat, sine custodia cogitationum & affectio- num. Unde in Prouer. dicit. Omni custodia ser- uat cor tuum, quoniam ex ipso uita procedit. Cas- titas & honestas matronis non solum praua ope- ra, sed & suspecta susurrria fugienda sunt, per quae tentari uel infamari poterit earū castitas & ho- nestas, & prouocari maritus in furorem, & zelo- tipiae spiritu inflammari. Sic & anima religiosi, quae est Christo desponsata per fidem & uorum castitatis, susurrria prauarū cogitationum non re- cipiat, uel retineat in corde, quia cor Dominus semper intuetur & arguit. Unde in Hieremia dicitur. Usquequo morabuntur in te cogitationes noxiae? Septimum est frequens studium oratio- nis & deuotionis. Hinc Sapiens ait. Ut sciui quia non possum aliter esse continens, nisi Deus dederit, ad id domum, & orauit, & dixi extoties precor dijs &c. & Psal. Nisi Dominus custodierit ciui- tatem, &c. Et ideo semper est orandū, quia sine ipsius auxilio nihil possumus facere, ut ratione gratiae suae extinguat in nobis ignem concupi- scētia. Ipsa etiam orationis uirtus, quia eleuat

mentem supra ad Deum, purificat eius affectio- nes, & desideria castigat, & mentem illuminat, & Dei amorem infundit, & quo generatur quidā horror peccati, & detestatio carnalis uoluptatis, & uoluntas roboratur contra tentationes, & ipse tentationes debilitantur, ut facilius deuin- cantur. Unde cum Moyses in monte orans ma- nus eleuaret ad Deum, uincebat Israel, cum ue- rō remittebat eas & deponebat, uincebat Ama- lech. Moyses ē religiosus, de aquis saeculi extra- ctus. Amalech est tentatio carnis, manus Moysi sunt affectus, & memoria, quando istas manus le- uamus ad Deum, hostis tentationis succumbit: quando uero ad terrena eas dimittimus, hostis roboratur. Præterea ait Seneca. Primum argu- mentum compositae mentis existimo posse con- sistere, & secum morari: nihil enim tam utile, quā transitu persistere. Unde sicut nō cōualescit plā- ta, quae nimium trāsfertur, sic modo istum librum, modo illum euoluere nō prodest, fastidientis sto- machi est multa degustare, quae ut uaria sunt & diuersa, inquinant & non alunt, itaque & tu cum multa perlegeris, unum exerce quod tecum ista die contrectes. Antonius enim cuidam interro- ganti de bona uita, dixit tria documenta. Pri- mum, ut quocumque iret, Deum praec oculis habe- ret: secundum, ut ijs quae ageret, testimonium sacrae scripturae adhiberet: tertium, ut in quocumque loco sederet, non subito inde recederet. Quo- niā uero quid oremus sicut oportet, ne scimus, ideo ipse Dominus quid opus sit nobis plenissi- me per se sciens, docuit uerbo & exemplo dicēs in Matthaeo. Sic ergo uos orabitis. Pater noster &c. In qua quidem oratione plenē omnia uitae praesentis, & futurae necessaria comprehendun- tur, & sicut in symbolo omnia comprehenduntur credibilia, & credenda: & in decalogo omnia fa- cienda uel cauenda, ita in hac oratione omnia petenda, uel speranda includuntur: unde qui eam scit, satis scit ad orandum. Ideo autem tam bre- uem orationem fecit, ut facile discatur, & me- moria commendetur, & minus sit tædiofa, & ne propter prolixitatem, superficialiter tantum ac- celeretur compleri, sed profundius possit in ea meditari, & ut sapius iteretur, & ut fiduciam no- bis det per hoc, quod celeriter uult exaudire praeca- tes. Ideo etiam eam in septem partes distinxit, ut sciamus plura ibi esse petēda, & ut in quo ma- gis liber, possit homo immorari: & qui non ha- bet opportunitatem semper omnes partes perficiēdi, ubi uult terminet, uel inchoet, uel re- petat sicut placet. Illum ergo cui ora- re docuit, & iussit, inuuit se uel- le exaudire, et illas peticio- nes non recusare, quas ipsemet instituit.

Figura Exod. 17.

Simile.

Docu- ta in bono acqui- da.

Seraphic

SERAPHICI DOCTORIS
SANCTI BONAVENTURA,
TRACTATUS DE PROCESSU
RELIGIONIS, QUI DISTINGUITUR
IN SEPTEM PROCESSUS.
DE PRIMO PROCESSU,
qui consistit in seruire nouiciatus.



PROCESSUS religionis, in septem processibus di- stinguitur, licet non ab omnibus attingatur. Pri- mus est in seruire noui- ciatu, quādo cōuersus i quodā impetu bonae uoluntatis, quae est ad om- nia paratus, in quibus se credit Deo placere, siue ex magno peccatorum dolore & contritione, siue ex desiderio satisfaciendi Deo, siue recuperandi amissi temporis, & neglecti praemij per peccatū. Sicut uiator qui diu dormiens in mane, cum se- stinatione postea, & impetu laborat, tempus ne- glectum currendo recompenfare, & socios qui eum praecesserant in sequendo inuenire.

Simile.

Leu. 1.

Rom. 12.

Secundus processus qui consistit in labore corporali.

SECUNDUS est in laboris corporalis exercitatio- ne, quia sicut pauper nondum inuenire ualens pretiosa manera, quae in opus sanctuarij Deo of- ferat, facit tamē quod potest, pilos caprarum & pelles arietum offerens, & exhibens corpus suum hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rati- onabilem, licet quādoque minus rationale sit eius obsequium, propter indiscretam corporis castigationē qua corpus destruitur, & uires defi- ciunt, & sensus amittitur, & spiritus extinguitur, & totus defectus spiritualis dissipat. Ideo i Leui 1700 dicit. In omni oblatione tua offeres sal, scilicet di- scretionem, ut nec ad dexteram per nimium labo- rem, nec ad sinistram per nimium torporem, a uia regia declines. Anima enim est immortalis, & nō potest deficere, & ideo corpus corruptibile, & uas fictile, nō potest aequaliter cōtendere cū ea curre- do, & tantū ferre laboris, quāntū illa potest ca- pere feruidae uoluntatis. Ebrius quādoque agit celeriter equū cui insidet, nō considerans, quod cum ipse est uet uino, illud eius rude animal nō sit faci- tum feno: & ita dum supra posse laborare co- gitat, sub sessione cadēs, tardius eū ad locū quo tendit peruenire facit, quā si morosius cursaret. Rationale sit obsequium uestrū, ait Apostolus, cum discretione ne quid nimis sit, sed cū tempe- rantia corpora uestra castigetis, ut ne defectu co- gantur dissolui, sed uitijs mori. Oportet carnem restringere nō extinguere, reprimere non oppri- mē.

mere, ut seruiat non lasciuat, ancilletur non do- minetur. Terra fertilis si diu inculta fuerit silue- scit, si nimis cogitur fructificare fit macra, si me- diū teneat fertilis perleuerat. Sic est de agro cor- poris agendū, unde nec de nimio ocio lasciuat, nec de inedia uel labore deficiat. Corporalis ex- ercitiario in duobus cōsistit, in subtractione dele- ctabilium secundū carnem, & assuetudine aspe- ritatum & laborum: ab hac lege infirmi sunt ex- cepti, quia eos nec suauia delectant, propter ama- ritudinem dolorum: & ipsa infirmitas acerbior est, quā labores sanorum & ualidorum. Valer autē corporalis afflictio, ad peccatorum purgationē, ad uitiorum reprobationē, ad augmentum uir- tutis, ad spiritualis cōsolationis expressiōnem, sicut in torculari uinum exprimitur, ad proximi adificationem, & ad meritum gloriae.

Simile.

De tertio processu, qui consistit in spiritualis consolatiōnis infusione.

TIERTIUS processus est in spiritualis consolatio- nis infusione, quia Deus est semper benignus & largus, remunerat hominē, qui fideliter offert ei totum quod habet & potest, id est uoluntatis feruorem, & corporis seruitutem. Vera autem spiritalis consolatio est in duobus. In natura- lium animae potentiārum decoratione: & carnis ad spiritum quietā concordatione. Tunc enim homo uerē spiritualis est, cum spiritus totus est ad Deū erectus, & ei ordinatus, & Deo plenus, & corpus spiritui in his quae Dei sunt nō resistit, sed pro modo suo, promptē spiritui obtemperat, nec concupiscendo mala, nec horrendo dura, uel fastidiendo bona. Potētia animae in quibus ima- ginem summā Trinitatis praesert, sunt tres, scilicet ratio, uoluntas, & memoria: quae tamen in seipsis inanes sunt, & uacuae bonis, & indigent ornari, & repleri ab eo, qui fecit eas, hoc est a Deo. Ratio illuminatur ad cognitionem Dei summē ue- ri. Voluntas accenditur ad amorem boni. Memo- ria tranquillatur ad fruendum uero bono: nulla istarum ualeat esse uel perfici sine alijs, si ratio non uideret, uoluntas non amaret, quia nec sciret quid esset amandum: si uerō non amaret, non delecta- retur in bono. Item si non memoraretur boni, quō posset illud cognoscere uel amare? summum autem bonū Deus est, & ideo etiam summē ue- rū, quia ab ipso fluunt omnia quae sunt, etiam ut bona sint. Sicut Deus machinam mundi huius ex nihilo creauit, postea distinxit & ornauit, ita & hominē primō format, scilicet corpus in utero, deinde animam infundit, deinde per inter- ualla aetatum intellectus secundum actionē cre- scit, & uoluntas mouetur, & memoria uiget, qua- si requirens ornatum sibi competentem. Ratio- nis ornatu, est lucida intelligentia de Deo, & de his quae de Deo sunt & ad Deum cōducit, ut in- tellectus sacrae scripturae, rationes fidei, & ope- rum Dei, & intelligere quid sit beneplacitū Deo, & inter

Nota spi- ritualis uita Me- thodum.



& inter uita & uirtutes discernere, & naturas ipsorum agnoscere, & remedia uitiatorum, & uias uirtutum, & sui utilitatem, & in operibus Dei admirari potentiam, sapientiam, & bonitatem ipsius. Et breuiter diuina & ornatus rationis, sunt sapientia, & scientia, quae est de Deo, uoluntatis ornatus, sunt sanctae affectiones, & deuotio ad Deum, seruator fidei, fiducia spei, dulcedo charitatis, & bona uoluntatis alacritas, spes de remissione peccatorum, deuotio circa Christi humanitatem & passionem, necnon circa eius diuinitatem, & desiderium regni caelestis, & confidentia de exauditione orationis, & affectus diuinae familiaritatis, & similia, quae afficiunt hominem ad amorem uirtutum, & ad odium uitiatorum, & dilectionem proximorum, & ad studia bonorum operum. Memoria ornatus est sacrarum copia cogitationum, & affluentia utilium meditationum, & stabilis memoria Dei, & exclusio uagationis mentis, & tranquilla ad haesio Dei, & corporalium imaginationum expulsio, & perfecta obliuio omnium mundanorum, & vnus spiritus esse cum Deo. Quia uero corpus datum est homini ad seruandum spiritui, debet ei obedire sicut domino in omnibus bonis, & non recalcitrare, uel murmurare, sicut contumax seruus, uel piger. Et spiritus sicut prudens dominus debet ei providere sicut seruo, in tribus. scilicet ut opereretur utiliter, ne torpeat, ut castigetur discretus si in aliquo offendit, ut sustentetur temperate ne laesum uel deficiat sub onere. Quanto plus quisque secundum has regulas ordinatus est, tanto spiritualior est, ista habere est spiritualibus consolationibus foueri, nam aliae consolationes sicut non sunt necessariae salutari, sicut etiam suspensa sunt, & saepe falsa, ficta, & deceptoriae, ut uisiones, reuelationes, prophetiae, sensuales consolationes, oblectationes, miraculorum operationes, maxime modernis temporibus, licet quandoque reperiantur uerae, sed in paucis. Datur autem spiritualis consolatio nouis religiosis quandoque, ut uideant quam largus Deus remunerat sibi seruiantes, & quod bonum est seruire tam dulci Deo. Item ad confirmationem fidei, ad robur spei, ad charitatis ascensionem, ad desiderii inflammationem, ad eruditionem, ut uideant quomodo pergendum sit, sicut in tenebris lumen ostenditur, ut uideatur quomodo sit eundem, & quid cauendum. Item, ad muniendum contra tentationes.

Quartus processus, qui est intentionis pugna & tribulationis, in 13. capitula diuiditur. Capitulum primum.

Tentatio nis utilitas.

1. Tim. 2.

Quartus processus est, tentationis, pugnae, & tribulationis, quibus probatur homo, purgatur & exercitatur, eruditur & humiliatur, unde Paulus. Qui certat in agone non coronabitur, nisi legitime &c. Quicquid diu durare debet, solet probari & teterari si durable sit,

& omne nobile & charum probatur, si ualet sicut debet, ita uirtus hominis boni quae nobilissima est, & quae in perpetuum durare debet, in tentatione probatur si constans sit, & Deus probat amicos suos aduersitate, si fideliter in ipso perseuerent, unde sapiens. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tetratio tribulationis, & Tobia. Quia acceptus eras Deo necesse erat, ut tentatio probaret te. Purgatur homo etiam a peccatis per tribulationem tentationis, ut dignus fiat gloria caelestis celeri introitu, ne post mortem indigeat grauius & diutius purgari, unde in Apoc. Ego quos amo, arguo & castigo. Purgatur etiam ut maioris gloriae & gratiae capax fiat, sicut utrum obscurum tergitur, ut luminis amplius sit capax. Exercitatur etiam, ut agilior & promptior fiat ad opera iustitiae, & uirtutum exercitia, quia in statu consolationis sola quies mentis, & studium deuotionis uidebantur ei sufficere ad suam perfectionem, quae ideo ei subtrahitur, ut discat in aliis uirtutum studiis exerceri. Sicut enim mercator, non in foro uno uel apotheca omnia si mul inuenit, quae desiderat, sed in diuersis diuersa: ita religiosus non tantum in quiete deuotionis & dulcedine consolationis spiritualis, sed et in labore certaminis, & in exercitio bonae actionis, debet quaerere studium perfectionis, & merendi occasionem, ideo dicit Paulus. Seio abundare, & penuriam pati, ubique, & in omnibus institutus sum: et alibi. Per arma iustitiae a dextris, & a sinistris. Eruditur etiam homo a tentationibus, quando discit quae sit utilitas tentationis, & profectus ex eis proueniens, quia ex hoc leuior fit ei tentatio, cum intelligit quare Deus sic permiserit, & quis inde sibi fructus accrescit, unde Apostolus. Fidelis autem Deus, qui non patietur uos tentari, supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, ut sustinere possitis. Eruditur etiam, quod non tantum innitatur propriis experientis consolationum in fiducia ad Deum, uel fidei certitudinem, sicut quidem rudes in uia Dei, qui statim cum subtrahi sibi sentiunt consolationis experientiam, animo concidunt, credentes Deum esse a se aduersum per gratiam, uel in fide titubare incipiunt, an uera sint quae de Deo senserunt. Vult autem Dominus erudire nos per subtractionem consolationis, et inniti ueritati scripturae et fidei, potius quam nostrae qualicumque experientiae, quia fides non haberet meritum, si in sola experientia consisteret, & spes quae iam teneretur experientia, spes non esset, per patientiam autem, & consolationem scripturarum, potius quam per experientiam, spem habeamus, credentes Deum nunquam a nobis auerti per gratiam, quamdiu uoluntas nostra a Deo non est auersa per consensum peccati, uel per torporem negligentiae. Mandasti iustitiam testimonia tua, et ueritatem tuam nimis. Haec sunt uera testimonia gratiae Dei, iustitia in uoluntate et operatione, et ueritas Dei

Eccle. 13. Tob. 12.

Apoc. 1.

Simile

Phi. 4.

2. Cor. 1.

1. Cor. 13.

Prou. 29.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

Dei secundum promissiones sacrae scripturae, quae promittit nobis uitam aeternam, si mandata eius obseruamus, ideo dicit Iob. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Noli ergo diffidere, cum consolatio interna dulcedinis tibi subtrahit, quasi dereliquerit te, uel bona tua non accepta sint ei, sed recurre ad illa uera testimonia, & consolare in ipsis. scilicet ut confidas de ueritate Dei, quamdiu tu non discedis a Deo per consensum prauaricationis mandatorum eius, quia ipse non derelinquet te per propitiationem suam: non enim nos elegit cum, sed ipse elegit nos, & prior dilexit nos nondum existentes, uel etiam ei resistentes per peccatum, unde dilexit & elegit nos, non propter nos, sed propter semetipsum. scilicet sola bona uoluntate sua, propter hoc etiam seruabit nos. Humiliat autem nos Deus per tentationes & tribulationes, ut agnoscamus quid sumus ex nobis, ne extollamur ex eo, quod a Deo quod accepimus, uel accepisse putamus: hoc testatur sapiens cum dicit. In igne probatur argentum & aurum, homines uero receptibiles in camino humilitationis. Quicquid scorrae uel falsitatis intus latuit, ignis tentationis prodit. De ipsis bonis humiliemur, uidentes quod non sint nostra, sed Dei, qui quando & quantum uoluit nobis dedit, ex gratia non ex meritis. Si consolatio spiritualis non subtraheretur homini aliquando, nimis extolleretur, & gratiam perderet, & periret: subtrahitur ergo ei, ne amittat & perdat: sicut pater paruulo filio nummos negat, ne de ipsis ludat & perdat donec proficiat in prudentia, & sciat prouide conseruare. Videmus quosdam pueros grossos, nimis sibi inde placere, & gloriam humanam quaerere, & tandem euanuerunt, ideo Salomon. Qui delicatē nutrit seruum suum ab adolescentia sua, postea illum sentiet contumacē. Benignus Deus, cuius deliciae sunt esse cum filiis hominum, libenter impartitur has delicias suas seruis suis fidelibus ab adolescentia sua, id est in nouitate conuersionis. Sed heu postea quosdam eorum sentit contumaces, quando ex consolatione spirituali elati, ceteros despiciunt, & in torporem uersi, dum famam laudis desiderant, iactantiae uirio deprauantur, & hipocritae fiunt: dum meliores uideri laborant quae sunt, Deo se opponunt, gloriam Dei sibi temere usurpantes. Bonus autem Deus, sciens quantum utilis est homini tentatio & tribulatio, prius ei ostendit consolationes dulcedinis, quibus postmodum in tentatione confortetur, ne deficiat, & alluciat, ut semper ad eas redire desideret, nec desistat eas requirere, donec denud recuperet quod amittit. Sic laboranti in uia, prius copiosa paratur resectio, ne illius labore deficiat. Sic columba longius emittenda, prius nutritur tritico cum melle, ut quae longē emissa fuerint, semper illuc redire contendant, ubi delicatē se esse pastas remittuntur. Sic Petrus prius in motem excelsum seorsum ducitur, ubi gloriam transfigurationis

Christi nideat, ut postea a Sathan expetitus, ut cribraret eum in tentatione, recoleret prioris dulcedinis, quae expertus erat, & rediret ad Dominum, quem tam amabilem senserat, ne diffidens & deficiens desperaret. Sic filijs Israel prius manna datur in deserto, ne postea longo itinere & certamine fatigentur.

Luc. 22. Exod. 16.

De speciebus tentationum. Cap. II.

Multa sunt tentationum species. Prima est subtractio & inopia deuotionis: aliae sine ista, nullam uel minorem uitam habent, cum ipsa deuotio sit quasi domus refugij ab omni tribulatione, ideo David. Dicit Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Itē si consistant aduersum me castra &c. Subtracto ergo tam singulari refugio, homo quodammodo inermis expositus est hostibus tentationum, & ideo pauidus efficitur & pusillanimis, nisi fidei & spei firmitate se muniat, & patientia & humilitate se defendat, quae tunc maxime habent locum exercendi se, & magnam gloriam promerendi. Fides ibi probatur, si iam credit uera esse, quae iam desijt per gustum dulcedinis experiri. Dulcia nimis sunt omnia quae de Deo gustamus, sed gustus eorum ideo subtrahitur bonis, ut fides magis innitatur auctoritati scripturae, quam experientiae, & magis ex hoc meritoria sit. Spes probatur, si confidat Deum esse sibi propitium, etiam dum flagellatur, & ita studeat studiose seruire & placere in omnibus, ac si sentiat & uideat eum sibi esse placatum: unde Abraham laudatur, quia contra spem credidit diuinae promissioni, & non haesitauit diffidentia: certissime scias, quae cumque promissit Deus, potens est & facere. Patientia probatur, si non murmuret contra Deum, quasi ex sua auiditia hominem tribulet & defoletur, & si longanimiter sustineat beneplacitum Dei, & non deficiat in aduersis. Humilitas probatur, si cogitet se digne puniri, quasi qui indignus est spirituali consolatione, & si iustificet Deum, quod iuste iudicauit puniendo reum & ingratum, priuando eum beneficio consolationis internae. Tantum nobis debet Deus placere, & tantum debemus Deum diligere quando nos punit, sicut quando consolamur: quia tam pia intentione nos punit ut purget, sicut dum blanditur ut consoletur, ideo Apostolus ait. Quis .n. filius, quem non corripit pater? & Ioanes. Quos amo, arguo & castigo

Psal. 17. & 117.

Probatio uirtutum

Gene. 22. & Ro. 4.

Hebr. 16. Apoc. 3.

De secunda tentationum specie. Cap. III.

Quidam enim tentantur ex difficultate bene operandi, & habent aliquam bonam uoluntatem, sed non fortem. Ex difficultate obstacula inueniunt, quasi qui saxum magnum uoluit, & ante affliguntur, tam ex remorsu conscientiae quae

Matth. 17



quæ accusat eos, quàm ex dolore tardi profectus, & desiderio uita sanctioris. Quidam enim uellent habere bona opera, & non uellent ad ea exequenda seipos uincere, iuxta illud Apostoli. Velle mihi adiacet, perficere autem nõ inuenio. Aliqua uerò possent, sed ista uidentur eis arida & praua, quod diffidunt ea placere Deo, uel alius cuius meriti fore: & sic utrobique negligentes sunt, ita incidunt in quandam tristitiam & diffidentiam, sicut dicit Bernar. de talibus. Sunt qui in spiritualibus studijs fatigati, & uersi in torporem, ambulat tristes uias Domini: longos dies, longas querunt & noctes, frequenter murmurant, corde arido ad quælibet iniuncta accedunt &c. Quidam enim horri terret eos, cum cogitant de profectu spirituali, quasi dicant apud se, bona est uictoria, sed dura est pugna: dulce est pramium, sed labor merendi grauis. Sic exploratores missi in terrâ promissionis, reuersi commendabant ubertatem terræ ostensis fructibus: sed terruerunt populum pro difficultate impugnationis hostium, & proceritate inhabitantiu. Ita religiosi quidam explorantes terram per scripturas, gaudia magna prædicant in celo fore, sed pugnas temptationum & labores spiritualium exercitiorum ita exhorrent, quod potius uolunt in deserto mori, quàm introduci in terram promissionis: hic cum magis uolunt sine opere in quodam medio statu remanere inter secularem & spiritualem, quasi inter Aegyptum & terram promissionis, in deserto acediosæ conuersationis, quàm per labores & tribulationes peruenire ad gloriam perfectionis. Gigantes territi eminantur, & riment, quasi monstra Enac, cum magnorum sanctorum uitas considerant, & de propria paruitate dissidentes, illorum perfectionem attingere non ex humilitate, sed ex pauiditate desperant, causantes & murmurantes contra Deum, quod tam dura seruitia ab hominibus requiratur, sicut illi qui eduoti erant de Aegypto, ad tales miseras tollerandas, unde etiam tam pauci ueniunt ad perfectionem: & de omnibus supra ad pugnam enumeratis, tantum duo terram promissionis intrauerunt, quia illi soli perfecti sunt religiosi, qui etiã in pugna temptationis, et in exercitio uirtutis infatigantur constantes fuerint, in pugna resistendo malis in exercitio, insistendo bonis in fine.

De tertia temptationum specie. Cap. I.III.

Ex hoc sequitur alia tentatio, scilicet fastidij, qua fastidit homini omne bonum, tædet eum orare, legere, meditari, tædet eum audire bona uel loqui, uel operari, uel interesse diuinis, etiam quæ sine graui labore posset facere: & exinde quia ad magna uirtutum præmia peruenire diffidit, etiam in minoribus exerceri fastidit. Et quod hæc tentatio ex priori oriatur, ostenditur, quia statim post murmur populi pro labore,

sequitur murmur pro fastidio manna, quod significat spiritualis refectionis alimentum, sicut sunt uerba facta scripturæ, & bona opera quæ pascunt hominem & animam, & reficiunt conscientiam, de hoc Propheta dicit. Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt usque ad portas mortis. Ad duo autem trahit ista tentatio, aut ad exteriores consolaciunculas & seculares leuitates, ut qui non habent in spiritualibus consolationem, saltem in carnalibus querant & in secularibus, ut magis consulant, fastidio quo uexantur: sic & illi qui manna nauent, carnes concupiscunt, & pepones, & porros &c. idest terrena & carnalia gaudia, & solitudines exterorum negotiorum, quæ sua acedine, quasi porri fastidientem guttum immutando delectant, sed postea conscientiam amaricatam ad sterum compellunt, aut ad nimiam tristitiam trahunt. Hæc tentatio fastidij, dum non habet in spiritualibus delectationem, & in carnalibus consolari renuit, sic nõ quàm inueniens refugium, malo marore consumitur. Solum ergo restat, ut instanter clamet ad Dominum dum tribulantur, ut de necessitatibus suis liberentur, & sacrificent sacrificium laudis, et annuncient opera eius in exultatione. i. recolant beneficia Dei, ut ex illis ad laudem eius in exultatione spiritus prouocentur.

De quarta temptationum specie. Cap. V.

Quod si statim non successerit, sequitur alia tentatio grauis impatientiæ contra Deum, quare tam durus, & immisericors sit tribulatio, quare tam parcus in dando gratiam ageno, & tam anxie petenti, & tam importunè pulsanti? Et hæc tentatio quandoque tam ualida est, quod quasi insanit homo, & palpitat ex uehementi marore, quia ibi non inuenit solatium, quod deberet ei esse unicum refugium in oratione & in tanta suppositione. Cum Dominus dicat &c. Qui querit inuenire, & Job. Clamo ad te, & nõ exaudis me. Ito, & non respicis me, mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi? & Isa. Multitudo misericordiarum tuarum, & miserationum super me contulerunt se, &c. & Abac. Vsq; quo Domine clamabo, & non exaudies? &c. Item illud murmur filiorum Israel. Est ne Deus in nobis an non? Hæc omnia illius temptationis anxietatem expriment, quæ non ualet melius superari, nisi patienter tollerando, et humiliter expectando, donec nobis benignitatis suæ uultum dignetur ostendere, et manum largitatis aperire, ut cælum, quod super nos quasi aneum sentitur, stillas gratiæ nobis influat, in terra cordis nostri quasi ferrea emollita pluuijs benignitatis Domini, det fructum suum, idest affectus pios, et desiderium deuotionis.

De quinta temptationum specie. Cap. VI.

Illa autem tentatio magis periculosa est, quæ minus molesta sentitur, quando hæc longo tempore, & usu subtractionis gratiæ, et deuotionis, post multa anxia desideria et laboris, recuperanda gratia homo quasi lassus remittit animum suum ab intentione querendi, et sub colore patientiæ definit oculos attollere ad opes, quas se habere posse non uidet, et cum indignati humilitate cogitat se fortè indignum tali gratia, et quod forsitan de ipso aliud ordinauit Deus, ut ad exteriora conuersus multis proficit. Et ideò ab interioribus sic repulsus, uult etiam sub discretione uelamine, deinceps parcere sibi, ne corpus rursus debilitetur, uel caput irrecuperabiliter destruat. Et incipit remissus esse in studio orationis, & ad cofabulationes promptior, ad euagandum pronior liue paratior, ad corporis commoda studiosior, ad inanes iocos promptior, ad exteriores occupationes sub specie redimendi tempus utiliter uoluntarius & intectus. Et ita paulatim subtrahitur ei seruior, & desiderium proficiendi refrigerat, & studium languescit, & subintrant affectiones religiosarum foeminarum usq; ad uisitationes illarum, & omnibus alijs extrinsecis, solum remanet ei ad solatium debile, quia ad hæc seir loqui de spiritualibus, p quod uel seipsum præfert multis inexpertis talium experientiarum spiritualium, uel acquirit sibi nomen apud religiofas seeminas, quæ existimant eum loqui ex cordis abundantia, & esse bonum instructiorem uitæ spiritualis, & deuotionis inter na. In huius temptationis tæpestate plurimi fluctuant, & pauci enauigant, quos nec amor afficit, nec desiderium trahit, nec timor stimulat, nec seruior proficiendo urget, remissi in omnibus, & si qua bona uidentur facere, ex usu quodã uel pudore faciunt humano, uel ex timore, ne deterius eis contingat. Vnde qui hoc desiderat sapere, oportet, ut uim sibi met faciat, tam cordi, quàm corpori, sicut pigrum animal quod calcariibus trahitur, & flagellis agitatur. Quidã namque trahuntur impetu furoris ad bonum. Sicut igitur illi indigent freno, quo retrahantur ne precipitentur, ita alii indigent flagello impellente, quo ad bonum quasi coacti incitentur. Misericors autem Deus quò difficilior quis in tentationis pugna certauerit, eò magis, perfectionis gratiam retribuet in presenti, & maioris gloria præmium in futuro.

De sexta temptationum specie. Cap. VII.

Sunt & alia plurimæ temptationum species, quarum naturas, & origines persequi longum esset. Si enim nullus medicorum omnes morborum corporalium uarietates & dolores

plenè potest cognoscere, quantò minus spirituales morbos temptationum, & passionum, quæ subtiliores sunt, ualet aliquis plenè discernere, nisi spiritus sancto plenissime illustratus? Acerbissime tamen tentationes uidentur, haustatio in fide catholica, & desperatio de Dei misericordia, & spiritus blasphemia contra Deum & sanctos, & tentatio incidendi sibi manus, & se perimendi, & quædam perplexitas querulosa conscientia, medicinale consilium non admittendi.

Acerbissime tamen recent tentationes, inter quas ponit quosdam Iosam conscientia.

De remedijs contra temptationum impetum. Cap. VIII.

Contra tales, ista maxime ualet remedia. Primò ut consoletur, quod non timeat illas tentationes, quia magis ad meritum proficiunt patienti, quàm ad detrimentum. Secundò quod patienter tolerent, sicut si Sathanas aliquem uisibiliter uel sensibiliter tribularet. Tertio quod non curent, nec ratiocinando eis resistatur, quia ex hoc magis quasi confirmata inflammarentur, sed ad alia tractanda conuertat se homo, quibus attractus, obliuiscatur passionis suæ, sicut corporali passione laborans, si habet quo occupatus obliuiscatur sui, leuiter interim torquetur. Quarto ut orationibus suis, & aliorum bonorum hominum misericordiarum diuinæ remedium imploret.

De tentatione generalissima. Cap. IX.

Generalissima autem tentatio, qua omnes in hoc mari magno quassamur, potest ad omnem conflictum uitiorum referri, in qua sæpè periclitamur, quasi submergendi, & iterum resumptis uiribus subleuamur, quasi deinceps ab eorū impugnatione securi, de qua dicitur. Qui descendunt mare in nauibus, &c. Mare est profundum uitiorum, naues religiones quibus cū seculi uitis, procella nauis tentationes uitiorum, ubi uident nauigantes opera domini & mirabilia eius in profundo, quando considerant, quanta potentia, & pietate custodit certantes a fluctibus peccatorum, & quanta sapientiæ ratione permittit eos tribulari, & dat eis uictoria per uaria consilia, & remedia uitiorum. & in Eccle. Qui non est tentatus, qualia scit? & qui non est tentatus pauca recognouit. Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Ascendant usq; ad cælos, per fiducia securitatem, & rursum descendunt usq; ad abyssos, per timorem succumbendi in tentatione. Vel ascendunt usq; ad cælos, aspiciendo ad diuinam pietatis auxilium, descendunt usq; ad abyssos, intuendo propria fragilitatis defectum.

Psal. 106.

Eccle. 34.

De sub-

Rom. 7.

Biblioteca

Iosuz. 9.

Psal. 106.

Deuotionis

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

etiam

Num. 21.



Ria autem discimus in subtractione consolationis interna. f. de minimis beneficiis gratias agere, & minimas quaslibet culpas & negligentias timere uel cauere, & aduersa quaeq; discimus patienter tollerare, De opulenta mensa multa mica, immo quandoq; aliqua decidunt frustra, sic homo habundans diuersis consolationum donis, plurima beneficia Dei sine debita gratiarum actione praeferit, plurimas gratias sponte oblatas negligit opere exercere, plurima parua reputat quae magna sunt, plurima nec agnoscit. Sed hiis omnibus subtractis, sicut uir uidens paupertatem suam, recolit quantum prius habuit, quae potuit habere, quae iam non habet, & sicut mendicus famelicus, modicam buccellam gratam accipit, & studiosè colligit fragmenta, qui prius delicata fercula paruifecit. Coligite fragmenta ne pereant. Beneficia Dei nobilia & pretiosa ex nobilitate dantis, ex affectu liberalitatis & charitatis, qui etiam si paruissima daret, grata esse deberent. Item etiam ex pretiositate & nobilitate doni. Nam quid nobilius spiritu Dei quem nobis dat? Quid utilius ex quo transformamur in Deum & deificamur, & beatificamur, & haeredes regni eius efficiamur? Ideo dicit Petrus, Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, ut per haec efficiamur diuinæ conforces naturæ. Item ex uilitate eius cui dantur. Quid enim Deo cum luto? Lutum sumus uiles, uitiiosi, peccatores, ingrati, inopes omnis boni, miseri & mortis rei, & Deus memor nostri esse dignatur. Si rex dignatur pauperis tantam habere memoriam, & si modica det ei, hoc ipsum pauperi uideri magnum debet, unde Psal. Quid est homo quod memor es eius? &c. Minimae et culpas cauere docemur, quia timendum nobis est, ne forte ex culpa & magna ingratitude nostra, gratia sit nobis subtracta, ut eam recipere contemnendo negligamus, quam tamen amissimus in tanta libertate: quapropter Sapiens dicit. Qui spernit modica, paulatim decidet. Augustinus. Vitasti grandia, caue ne obruaris arena. & in Ecclesiaste. Qui Deum timet, nihil negligit. Ex minimis guttis multiplicatis inundationes aquarum fiunt, quae etiam magna aliquando menia subruunt, per modicam rimam aqua latentem in nauem influit, donec submergatur. Minima etiam aduersa patienter tollerare assuescamus, quia maiora non superat, qui minora tollerare non discit. Multi optant pro Christo mori, qui pro Christo nolunt leuia uerba pati, sed quem terret sonitus folii uolantis, quomodo sustineret ictum gladii terribiliter uibrantis? discamus ergo omnia peccata pro posse cauere, & pro his quae fecimus omnia aduersa humiliter pati: et omnibus beneficiis Dei debitam considerationem, cum gratiarum actione exhibe-

Iean. 6.

1. Pet. 2.

Psal. 2.

Eccle. 19.

Eccle. 7.

re semper: et gratiam Dei non in uacuum recipere, & digni erimus, ut gratia nobis subtracta etiam augmentata reddatur, ut ad magnum profectum peruenire mereamur.

Quot modis fit retractio à uero bono. Cap. XI.

Tentatio quantum ad praesentem materiam, potest dici quilibet motus, uel affectus, uel sensus à uero bono retrahens. Fit autem haec tribus modis, aut alliciendo per delectabilia, aut terrendo per contraria, & aspera, aut decipiendo per falsa & uerisimilia, & sic tres anime uires corrumpuntur. Concupiscibilitas per delectabilia carni, & oculis, & cordi. i. p. uoluptates, diuitias, & honores mundanos. Irascibilitas per timores uarios debilitatur, in resistendo uitiis, & in non insistendo uirtutibus. Rationabilitas caecatur, ut bonum malum iudicet, & malum bonum, & lucem ueritatis ponat tenebras, & tenebras ponat esse lucem, unde dicit Psal. Cor meum conturbatum est in me, sicut aqua luto turbata & immundata, dereliquit me uirtus mea, quae de huius uero bono inhaerere ueraciter, & lumen oculorum meorum non est mecum, quo uerum à falso discernere debui. Concupiscibilitas dupliciter tentatur, quia delectatio ei spiritualis subtrahitur, & inde desolatur, & carnalis concupiscencia ei ingeritur, & inde fœdatur. Irascibilitas dupliciter tentatur, dum infirmatur ad bonum, & procliuus est ad malum. Rationabilitas dupliciter tentatur, quia intellectus bona non agnoscit quantum bonum sit, & sub specie ueri à falsitate deluditur: Diabolus enim suggerit animae interius praua consilia: mundus exterius ingerit materiam concupiscibilem, caro delectatur, mens recipit & consentit delectationi, uel non repugnat.

Utrum tentationes sint utiles. Cap. XII.

Utrum autem sit utilius habere tentationes uel carere, solus rei exitus probat, quia habere eas & uiriliter resistere magne uirtutis est: superare uero & triumphare de ipsis, gloriosum est, carere autem commodius & securius est, succumbere periculosum, appetere eas, & sese ingerere, incautum & maxime infirmis & imperfectis: exercitare tamen se ad pugnam spontaneam contra spiritualia uitia, uidelicet, iram inuidiam, & uanam gloriam, &c. aliquando utile est ei qui inter illos morari eligit, qui eum persequuntur & offendunt, ut sic discat patientiam, et er qui sub discretio magistro uiuit, qui in omnibus frangit eius uoluntatem, ut sic assuescat esse humiliter obediens & promptus, & sic de ceteris uitiis spiritualibus expugnandis. De carna-

carnalibus autem uitiis hoc periculosum, & stultum est, sed sunt fugienda eorum pugna, & à memoria excludenda, & occasiones earum tollenda. Unde Dominus noluit se permittere de luxuria tentari, ut doceret nos, non debere ingerere huic tentationi, etiam in spe triumphi & primii. Cum enim haec tentatio magnam habeat delectationem admixtam, & in hoc uicio concepti simus, & non solum mens sed etiam corpus delectetur, ideo periculosior, & facilius est aditus, sicut hostis qui in urbe aliquos fauentes habet, si intra portam irrupit, potentius eam capit: unde Paulus dicit. Omne peccatum quod facit homo extra corpus est, &c. Tentationibus autem in quibus delectatio consistit, maxime teneri & infirmi superantur, in quibus amor mundi nondum extinctus est, & ideo citius accenditur ex concupiscentiis mundi, sicut candela adhuc fumigans cito capit flammam. Tentatio uero impetuosa & quasi uiolenta, fortiores impetit, ut qui mollibus non seduntur, duris & robustis tentationibus quasi uentis validis euellantur. Tentationes autem fraudulentæ, quae se sub specie boni palliant, licet quoque rudes & stultos decipiant, qui nondum aleitudinem Sathanæ, ideo astutias eius comprehendunt, tamen singulis perfectis & bene proficientibus insidiantur: dicit enim Psal. In uia hac qua ambulabam, absconderunt laquei mihi & Paulus ad Cor. Sathanas transfiguratur se in Angelum lucis, &c. Si enim eis in sua figura appareret, quae ualde turpis est, horrerent eum & fugerent: si aperte impugnaret resisterent ei, & ut Angeli Dei fugerent & uincerent, & sic nihil proficeret apud eos, boni enim quia mundi sunt, deresantur imunda peccata: quia uirtuosi sunt, uiriliter contra omne malum pugnant, quod malum esse cognoscunt. Venit ergo Sathanas in specie angeli boni, quæ credit ab omnibus diligi, ut ratio facilius decipiat, quanto bonus putatur nuntius, & qui non solear nisi bona nunciare. Bernar. Bonus nunquam, nisi boni similitudine deceptus est. Et ut facilius recipiatur eius persuasio, primo bona proponit, postmodum mixta malis, tandem falsa bona sed uera mala. Postremo cum irretierit eos, & illaqueauerit insolubiliter, aperte caput uenenatum erigit, & in aperto peccato eos deicit: sicut scorpio, qui blandam faciem habet, & caudam uenenosam cum qua occidit. Sic Gabonita simulato peregrino habitu, deceperunt filios Israel, ut parcerent eis, cum de genere hostium forent. Quanti sub specie spiritualis dilectionis, spirituales feminas frequentauerunt, & orationum ipsarum obtentione, ecce quanta puritas in prima intentione, scilicet charitas & deuotio, postea sequuntur longæ confabulationes, modo de Deo, modo de ipsorum amore mutuo, & fide, & amorosi aspectus, & munuscula promemoralibus charitatis. Ecce quomodo mixta sunt iam bona spiritualis affectionis & colloca-

Carnalis pugna se per tugio da.

Simile.

1. Cor. 6.

Psal. 119.

Psal. 119.

2. Cor. 11.

Num. 13.

tionis fidelis, cum aliis murilibus confabulationibus, & incauta familiaritatis, & inutilis occupationis cordis circa delectam. Tandem sequuntur falsa bona, ideo uera mala, scilicet amplexus, oscula, tactus manuum, & uberum, & similia, quae omnia suspecta sunt, & carnalis affectionis indicia, & turpis operis praeludia. Postremo impudica succedunt, quasi fructus praecedentium scilicet aperta opera iniquitatis. Aug. O quam praua & breuis concubitus hora, in qua amittitur uita aeterna. In hunc modum paliat se saepe superbia, saepe inuidia, & auaritia, & aecidia, uitia quae cum non audent bonos tentare aperta facie, quos faciunt omne malum odire, assumunt aliquod uelamen uirtutis, ne agnoscantur esse quod sunt, sicut qui mentitur se amicum esse, donec admissus dolose interficiat. Sic Ioab tenuit uinctum Amassa, quasi oscularetur eum, ne suspicaretur eum hostem esse, & non obseruaret gladium eius dolosum, & ita in dolo occidit eum. Sic Iudas osculo Christum tradidit, crucifigendum à Iudeis.

De labore & pugna tentationum. Cap. XIII.

Tentatione tria maxime debemus aduertere, siue ex labore pugnae & inquietudine cordis quam patimur, siue ex timore, ne forte succumbamus per tentationis assensum, siue quia forte timemus, ne forte nimis debiliter resistamus, & per hoc Deum & propriam conscientiam offendamus, licet tamen plenè non consentiamus. Omnibus his tentationibus quinque modis resistendum est. Primus est cogitationem inde auertere alias occupationes assumendo, quibus obliuiscatur homo impugnationis quantum potest. Secundus est, materias & occasiones tentationis fugere & declinare, maxime carnales, quae appropinquantes sibi accedunt ut ignis, & incendunt. Tertius patienter & humiliter uirgam Domini sustinete, ut se dignum afflictione & labore pugnae iudicet, & tolleret patienter, confidens quod ei proueniet in bonum, quia sic citius placabilis erit ei Dominus, & purgabitur à peccatis, & emendabitur à uitiis, & ditabitur uirtutibus, & scientia, et meritis, et gloria. Vnde Gregor. Qui appetit uitia vincere plenè studeat humiliter purgationis suae flagella tollere. Cum Deo non possumus contendere, nec per iustitiam, quia peccatores sumus, nec per potentiam, quia infirmi & serui eius sumus, nec fugere ab eo per astutiam, quia nusquam eum latere poterimus, & domini eius terminos exire: Vnde Psal. Quo ibo à spiritu tuo, &c. & Job. Sapiens corde est & fortis robore, qui resistit ei, & pacem habuerit, unde humiliemus nos coram ipso, & sic misericordiam consequemur. Quartus est orationi incumbere, et auxilium supernae uirtutis per se, & aliorum

2. Reg. 10.

Quinq; modi resistendi tentationibus.

Psal. 138. Job. 9.

Prou. 4.

Matt. 7.

Rom. 12.

Matt. 19.

Ibidem.

Deut. 33.

Simile.

Iomonis locandi disponi ualeamus, de cordis compunctione, & mentis bonitate aliqua proponamus, quia teste Salomone. Omni custodia seruandum est cor, sicut a quo uita, quasi a fonte procedit. Sanitas cordis in tribus consistit. In uoluntatis rectitudine, in affectionis sanctitate, & i cogitationis stabili puritate. Voluntas recta est, quae bonum tantummodo uult, & propter bonum & plene uult, si enim aliquid uellet quod malum esset & peccatum, non esset bona uoluntas, unde dicit in Matth. Non potest arbor bona, fructus malos facere. Si bonum uellet, sed non propter bonum, ut bona opera faceat pro laude humana sicut hypochrita, uel alia non pura intentione, similiter bona non esset, cum non simpliciter bonum propter se uellet, sed propter aliud non bonum, illud enim quisque magis uult, propter quod aliud uult. In fine namque quiescit, sed per illud quod ad finem est tantummodo transit, & reliquit id obtento eo quod uoluit: si autem bonum, & propter bonum, sed non sicut sufficit, licet pro parte recta sit, non tamen plena, ut qui uiam Dei incedere uel docere uult, quando nullam inde cogitur sustinere aduersitatem: sicut hi qui in fine tentationis uel perfectionis deficiunt, uel ita uolunt bona opera agere, & tamen ab aliis illicitis nolunt abstinere: uel quicumque nolunt bonum inceptum ad debitum finem perducere, uel etiam qui plus quam debeat & expediat, bonis operibus insudare uolunt, ut qui indifferenter castigando perimunt, uel ad infanias & destructionem sui pertrahunt semetipsos, quoniam ut dicit ad Roma. Rationabile obsequium uestrum, quia plus quam potuerunt fecerunt, propterea perierunt. Duplex est enim plenitudo. Una necessitatis, altera perfectionis. Necessitatis est illa, qua minus non potest haberi ad salutem, ut obseruantia praecceptorum iura illud Matth. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Plenitudo perfectionis est impletio consiliorum. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quae habes, &c. cum reliquis consiliis enumeratis. Ad hoc non tenentur, nisi qui sponte uouerunt ut religiosi, quae tamen post uotum fuerunt necessaria ad salutem. Iuxta illud Deuter. Cum uotum uoueris Deo, non tardabis reddere, quia requirit illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Quod enim ante uotum liberum fuit uouere, facere uel non facere sine peccato, illud post uotum iam necessarium est, & iam non tam est in consilio, quam in praeccepto, & sicut de praeccepti transgressione reus est condemnationis aeternae, ita & de uoti prauaricatione, uerbi gratia. Sicut secularis damnabitur pro fornicatione, uel homicidio, uel similibus: ita professus regulam in religione, damnatur si est proprietarius, uel inobediens, uel facit aliquid quod in regula per modum praeccepti inhibetur, iuxta uero necessitas, uel euidentis magna

utilitas, requirit dispensationem, sed ab eo quod potest in talibus dispensare. Dubia interpretatio praeccepti est periculosa, sicut pons semiputridus aqua praecipit & profunde, de quo dubium est, an sub transeunte corruat, an subsistat. Velut si is qui pro Christo maiora certamina subire decreuit, & omnia reliquit in saculo, se periculo committeret pro modico motu propria uoluntatis, uel pro paruo commodo in incerta opinione sua uel alterius. Ut si Deus approbet illam opinionem, euadat sine lucro meriti, si autem reprobet eam, damnetur, maxime cum tales opiniones quandoque periculosiores sunt, quam aperte transgressiones, quia ubi scit homo se delinquere, inde facile corrigitur: ubi autem nescit se peccare, & insuper credit sibi licere, inde nec in morte pure conuertitur propter fallam spem, quod forte licuerit, uel minus in eo peccauerit, baculo arundineo & confractio innitens. Voluntas bona & plena uia regia & secunda debet incedere, & relicti dubietatum diuerticulis, quasi suspectis latronum semitis, apertos & tutos iustorum calles ambulare, ne uelut poenitens boni inchoati, quarat diuerticula declinandi de uia perfectionis, in qua uouerat ambulare. Quid enim est, unde omnes in damnationem incidimus, nisi talis dubia interpretatio praeccepti Dei? De ligno uetito ubi calidus serpens persuasit mulieri, non ita stricte & simpliciter intelligendum illud praecceptum esse, immo, quod eius obseruatio nocua foret, ne fierent sicut Dii, scientes bonum & malum, & cuius transgressione, quae Deus sic comminatus fuerat, ne dum mortem corporis, sed animae meretur. Credidit igitur insipiens mulier falso interpreti, & consensit suadenti, cui nequam consensisset, si consilium eius fallax & inutile credidisset. Non tamen putandum, quod conditio religiosorum peior facta sit ex uoluntario altioris uoti promisso, eo quod de strictiori ponte facilius & periculosior sit lapsus, quam de latiori, quia quanto difficilior uia, tanto maior sequitur gloria: et quanto laboriosior pugna, tanto gloriosior triumphus. Talem autem timorem altioris perfectionis incutit religioso, aut pusillanimitatis formidolosa tentatio, aut inueteratus tepor, quo primi feruoris oblitus, & primam charitatem relinquens, horret altam uitam, quam aggressus fuerat, stupens praecipitii profundum, & statutum laborem pugnae, dum non uidet praemium, & sicut debet non considerat quid sequatur. Unde prius improbatione debuit deliberasse, si uolens edificare turrim euangelicam perfectionis, haberet sumptus constantis feruoris ad perficiendum, ut ultima primis respondeant, ne postea cum posuerit fundamentum altae perfectionis, & non potuerit perficere sicut coepit ex uoluntatis tepore, omnes incipiant et illudere, tam homines quam Demones dicentes, quia hic homo cepit

Simile.

Dubia interpretatio praeccepti uel periculosa.

Spiritalia exercitia in genere.

Eccle. 24.

Luc. 14.

pic

pit edificare, & non potuit consummare. Sicut scriptura imperfecta & labefacta, ostendit scriptoris defectum. Ad euitandum ergo apostaticae prauaricationis obprobrium, & perfectae familiaritatis gratiam obrinendam, & promissae beatitudinis religioso gloriam consequendam, quaedam communia spiritalia exercitia ponenda uidentur, in quibus qui fideliter perseverauerit, cito sentiet, se in spiritalis uita profectu quietescere, quousque perueniat ad perfectam sanitatem uirtutis.

De agilitate ad incipiendum bonum.
Cap. IIII.

Primum est, ut sit impiger & agilis ad incipiendum & faciendum bonum, quod ex alterius admonitione uel diuina inspiratione intelligit esse faciendum. Multum enim profectum negligimus tam meritorum quam praemiorum, eo quod tædet nos bonis studiis insistere ex horrore difficultatis, aut si uoluntatem faciendi habemus, quod tunc de tempore in tempus differimus, & procrastinamus, & interim irrecuperabiliter perdimus & tepus & meritum, quod lucrari poteramus, aut ita desidiosè & inueteratè facimus, quod nec Deo est ualde gratum, nec conscientiae nostrae meritorium uel consolatorium, immo ita corrosiuum conscientiae nostrae, quod etiam inde puniri timemus: & ex insipiditate tædet nos laborare, & festinamus idè cito absolui, & tædet nos aliud simile inchoare. Exemplum de studio orationis, uel obsequii in coquina uel infirmitate, & alterius boni operis, in quo nullum honorem, uel temporale commodum, uel propriae uoluntatis solacium expectamus, & hoc est contra boni operis naturam, quod si debito modo fit, letificat conscientiam, & accendit affectum ad bonum faciendum. Iuxta illud Eccl. Qui edet me, adhuc esurient. Sic Deus iussit producere herbam uiuentem, & lignum pomiferum, habens unumquodque semen in semetipso generis sui, id est bona opera tam minora quam maiora, quae si uirerent debito uirore, haberent semen sui generis in se, id est desiderium alterius boni operis, quod quasi germen pullulet ex priore. Si autem ex desidia elanguescit, & semen ipsius in fructuosum permanebit, Et ideo tædet nos aliud bonum facere, cum ex iam facto puum, aut nullam concipimus deuotionis affectum. Omni ergo tempore seruus Dei prouideat, quid illa hora sit magis expediens ut faciat, & quod faciendum uiderit, pefect qualiter id congruè, & secundum ueritatis regulam magis aptè perficiat quantum ualet: sicut enim ad succiendum est corpus & animus, ut ex sensu boni operis nullo labore territus, paratus sit sicut seruus fidelis & agilis, domino suo imperati statim ad omnia rationabilia obedire. Sicut uidemus in seruis saecularibus, qui nec pro frigore, uel labore, uel inopia, uel alia difficultate

pigrescant dominis suis pro modica mercede, per longa terrarum spacia, etiam periculo mortis obedire, gratum habentes, si pro gratiarum actione cum redierint, non magnas allapas, & uituperia a dominis suis receperit, nihil de commodis infirmitatis, uel domus, aut hospirii cogitantes. Claustrales uero serui delicati elati sunt, parum uolunt laborare, & procurari bene, & cum ipsi dominos suos debiliter honorent, uolunt esse suis dominis in omnibus quasi aequales, uoluntate propria pro lege utentes, quae praambula est temporis instantis, &c. Qui delicatè seruum suum, i. corpus, nutrit ab infantia, scilicet nouiciatus, postea sentiet illum contumacem, uel quae piger erit ad bona, uel ad peccata procliuor maxime carnis. Ex consuetudine oculi homo mollis & piger efficitur, ut nihil uelit pati, uel facere quod licet. Contra fidelis seruus ira habilitare debet semetipsum & assuescere, sicut ioculator catulum suum, ut statim cum iubetur, surgat a lecto ad orationes nocturnas, quasi ad nutum rationis cito promptus, ad spiritalia exercitia, quae obedientia iusserit, uel fraterna charitas requirit, uel deuotionis studio apta sint, uel cuiuslibet alterius uirtutis.

De uelocitate abstrahendi se a malo.
Cap. V.

Secundum est, ut sicut ad agenda bona agilis sit, ita etiam sit uelox ad abstinendum se a quibuslibet uitiosis, statim cum sentit se aliquo eorum interius pulsari, uel exterius occupari. ab ociosis uerbis, ab actionibus infructuosis, maxime a cogitationibus uanis, & affectionibus uitiosis, & carnalibus concupiscentiis, quas nec ad horam debemus in corde permittere morari, ne offendamus Deum, & sanctos Angelos nobiscum praesentes, & conscientiam sordidemus, & poenam incurramus, & bona quae possumus cogitare & agere iterius negligamus. Sicut Abraham Deo iubenti sacrificia offerens, descendentes supra ea uolucres ad lacerandum uel foedandum, sollicitè abigebat: ita & nos ne aliquando in conuento Dei appareamus uacui, quicumque sacrificia ei offerentes bonae uoluntatis, bonae actionis, bonae locutionis, sacrae meditationis, & pia affectio nis, uolucres. i. malarum cogitationum, & affectionum, statim abigere debemus, ne ea nobis dissimulantibus aliquatenus maculent, & Deo ingrata efficiant, & nobis inefficacia ad meritum, & spirituale profectum. Nec solum carnales, & turpes cogitationes statim debemus abigere, sed uanas etiam & amaras & gloriosas. Et similiter uitiorum simulacrum in cordis nostri templo, non pingamus imaginando. Theatra, & tabernae solent saecularibus, & ludicris fabulis depingi: templa autem sacris historijs, & mysticis picturis decorari: Ex qua re consideratur, quae sit domus Domini, & in ea morantes. Aliquando

Prou. 29.

Simile.

Qualiter depingitur aia diuersis cogitationibus.



superbia pingit sibi praelaturas, et dominia, & famulorum obsequia, & quaecumq; alia pomposa. Vanagloria depingit sibi quoslibet ornatus, unde possit laus hominum attribui. Aliqua dicitur etiam sanctitates, & mirabilia, & prophetias & magnas deuotiones, & edificatorias praedicationes, & multa similia, ex quibus admiratio oritur hominibus, & sibi latens laudatio, & reuerentia exhibetur. Sic inuidia fraudes, & detractiones ira, rixas & bella & conuicia mouet, ut pugnet cum absentibus, & laxetur a nullo fatigatus. Sic auaritia, pecunias & diuersa edificat, & destruit, & acquirit. Qui ergo bonum hospitem. Christum non uult effugare de hospitio cordis sui, inimicos eius. i. uicia secum non hospitetur. Quae est conuentio Christi ad Belial? Et quis consensus templo Dei cum idolis huiusmodi? Si citius ericias hostem de urbe tua securus es: si tarde obitas ei, inualefcit contra te & capiet urbem, & occidet te. occid. Sic de cogitationibus malis. Curiositas qq; pulchra & curiosa pingit. Gula mensas amplas, & uarios ciborum apparatus & potuum. Luxuria etiam quae sibi congruit fantastice depingit. Hae sunt idola quae Deus Ezechielis iuxta parietem templi ostendit depicta, quae etiam abominaciones appellat. Hae de cordis nostri teplo sollicitudine detergamus, ne fiamus Deo abominabiles, sicut & illa sunt. vn Ier. dicit. Usquequo morabuntur in te cogitationes noxiae?

1. Cor. 6.
Ezec. 8.
Iere. 4.

De pace cordis. Cap. VI.

Tertium est, ut semper cor pacificum cum omnibus habere studeamus, quod consistit in duobus. Vt nulli malum facere uel cupere studeamus, & si quis in aliquo nos offendit, patienter scuto excipiamus. In medio illius uersamur, & difficile effugere est, quin semper mittatur iacula super nos tam uerborum acutorum, quam factorum nobis molestorum, & a superioribus nostris increpationum, & improperorum durorum & aliorum quorumcumque; aduersorum uicorumque; emergentium, & si clypeum patientiae non opponamus, saepe letaliter poterimus uulnerari, & per impatientiam & nimiam perturbationem uitam amittere spiritualem: quem clypeum ut impenetrabilior sit inimici iaculis, protegere debemus sanctorum martyrium & amicorum bonorum exemplis, quasi pellibus animalium mortuorum, ideo Iac. dicit. Exemplum accipite fratres exitus mali & longanimitas laborum & patientiae, &c. Ecce benediximus eos qui sustinuerunt, sufferentiam Iob audistis, & finem Domini uidistis. Semper ergo muniti manemus & protecti, contra iacula uerborum, & ictus factorum aduersorum, ut pacem quam exterius non possumus in hac uita sperare durabilem, saltem interius per patientiam conferuamus. In patientia uestra, &c. inquit Saluator.

Duobus constat pax cordis.
Iaco. 4.
Luc. 21.

De parcitate utendi, habendi, & cupiendi quae mundi sunt. Cap. VII.

Quartum est, ut quae partius potest utatur necessarius, habeat, & cupiat quae sunt mundi. Aliena sunt a nobis omnia mundana, quae nec uere nostra sunt, nec a nobis facta, nec diu nobis seum permansura, nec salus nostra in ipsis consistit. Habemus ea quasi a mundo mutuata, pro quotidiana immo continua, & graui usura sollicitudinum & laborum. Quantam putas principes, & potentes, & diuites huius saeculi, usura omni re, exsoluerent pro mutuo suo, & anxietatis, & occupationis, & afflictionis? quo ambiant aliena? quo augeant uel custodiant sua? quae timet perdere per amicos & inimicos, per fratres, uxores, & filios auferri? A potentiore timent uolentiam, ab inferiori furtum, ab aequali fraude: De nullo ad plenum confidit, auarus, omnes suspectos habet, nec tamen eis omnibus potest carere, & ideo nullum potest diligere uere, cum a nullo se uere diligi suspicet, timor. n. suspiciosus non est in perfecta dilectione. Timet de rebus, timet de corpore pro substantiam, & tot timoribus plenus, non potest utiliter timere de anima, de qua tamen maxime restat timere. Sicut. n. principes exigunt a subiectis quotidiana seruitia, & munera ratione officii sui, & tandem cruciant eos in carcerem, & oino spoliant: Sic et mundus post multas exactiones usurarum suarum, ratione substantiae et bonorum, quos officialibus suis diuitibus mutuauit, tandem eos euacuatos mittit in carcerem infernale. Vnde bella et lites in saeculo nisi quia mutuo internos et certatim cupimus praeripere alter alteri, quod uterque non potest integre possidere? In spiritualibus diuitijs nullus ex alterius habundantia detrimentum patitur, cum alius nihil sit minus sapiens uel uirtuosus, eo quod eis alter habundet. Sed secus est de secularibus diuitijs, & honoribus, quia tot necesse est hae partes, quot sunt participantes: Et ideo alter alteri inuidet habenti, quod ipse non post hae, hae fuit occasio, quare Loth recesit ab Abraam, & Esau a Iacob, quia multa habebant pecora, & non poterat eos capere terra, ut simul. concorditer habitarent, rixatibus inter se pastoribus gregum, quia multiplicatis pecorinis desiderijs, scilicet mundantis, sit rixa inter uoluntates eorum, qui uolunt pascere sua desideria in pratis huius saeculi, & cum omnibus non sufficit pro libito, diuidit frater a fratre in inuidia disciplina, quae pecora si pauca foret, modico contenta essent. Zach. dicit. Pasce pecora occisionis, quae qui possiderant, occidebant. Quod etiam sic potest intelligi. i. pecora occidebant eos, qui se possidebant. Aug. Rixentur immites, & dimicent pro terrenis, beati autem mites, qui ipsi possidebant terram uiuentium, de qua pelli non possunt: habentes autem alimeta & quibus tegamur, his contenti sumus (inquit) Apost. Et quae quid penuriae patimur, loco illius Deum in corde ponamus, quae

Efficitur ma cibus uariis doctis
Zach. 11.
1. Timo.

quae omnia implet. Et beati pauper spiritu. i. uoluntate & amore spiritualis profectus, qui ipsorum est regnum caelorum, quanto. n. se angustant in terra nihil capiendo, tanto dilatantur in caelo: Et e contra.

De humili extimatione sui. Cap. VIII.

Quintum est, ut semper & intus apud se, & extra coram hominibus, in omnibus humiliet se, & deprimat in sua extimatione intrinsecus, in uerbis, in gestibus, & in omni facto suo nouissimum locum eligat, sicut fuerit opportunum. Ad humiliandum autem se in oculis suis consideret qualis sit, quae uilia & fetida sunt omnia quae corporis sunt, unde uenit, quid est, quid intus sit, quae leuiter emarcescunt, etiam si qua pulchra in homine apparent. Quanta est deceptio in honoribus secularibus, quia non honorant etiam diuites, qui uidentur hoc facere, sed lucra sua sequuntur, sicut canes & aues cadauer, quod cum ablatum fuerit & nudatum, ita nihil in eo plus rodendum inueniunt, relinquunt & altud requirunt. Item in anima quanta sunt ibi uicia & peccata, quanta impuritas, & simulatio in bonis quae facimus, & desidia & tepor, & quanta bona omittimus, & negligimus utilia, quanta inopia uirtutum, quanta caecitas intelligentiae, lubricitas memoriae, inordinatio affectus nostri, quod mala nostra pure sunt mala, & nostra totaliter sunt: quod bona nostra nobis tamen mutuata sunt cum usura repetenda, & imperfecta & impura sunt in nobis. Et multa etiam alia dant nobis materiam humilitatis. Verum enim est nos esse uiles & turpes, & quantum ab hac extimatione deuiamus, tamen erramus a ueritate.

De maturitate & seriositate. Cap. IX.

Sextum remedium est, ut sit maturus & seriosus, cum quadam Mecaris dulcedine, non tamen traxij amaritudine uel rancore. Morum leuitas potest aliquando esse in bono ad horam, sed in deo tamen nunquam dummodo sit deuotus. Sicut exemplum habemus in uiris perfectis, quos leues in moribus, & ad risum, uel ad iocos pronos rarissime uidemus. Vnde cum utile sit homini esse in lectum, ideo dicit Deus. Beatos esse lugentes. Et tot causas eis dedit, & ostendit tres pro seipsum, proximis, & pro Domino. Pro seipsum, quia peccatores sunt, Deum offenderunt, & continue offendunt, & inopes sunt uirtutum, tandem proficiunt expositi mille periculis, & adhuc dubium est an darentur multis miseris inuoluti, alicui a Deo exclusi a regno, prout ad mala, multis supplicijs obnoxij, mortis, purgatorij, uel inferni. Proxiimus, compatiendo pauperibus, afflictis, periclitantibus, peccantibus, dammandis, tentatis, subuersis & expositi similibus quibus & nos ipsi. Pro Deo, compatiendo eius passioni, & iniuriis a perfidis peccatoribus ei quotidie illatis, ex subuer-

Matth. 5.
Zach. 11.
1. Timo.

sione iustitia, & animarum perditione, & fidei contumacia, & ingratitude pro omnibus beneficijs, quae omnibus largitur, & pro scandalis quibus inhonoraat a famulis suis, & multis alijs. Seruus bonus habet intus compassionem ad proximum, exterius plenam benignitatem. Malus autem seruus, amarum & fastidians bonum habet, suspiciosum, rancorosum, sine ratione turbulentum, & alijs onerosum. Dissolutio est deuotionis, sicut aqua ignis, & qui ducitur in consuetudine, uix disuascit maxime ioculari.

De suspensione mentis in Deum. Cap. X.

Septimum est, mentem semper habere ad Deum suspensam, curando, cogitando, uel recordando Dei beneficia, meditando, legendo, attendendo, ad bona contemplando, unde quocumque; Dei seruus, uel ad modicum Dei non meminit, contemiscit & dolet, quasi grauer offenderit tanti amici intuitu defraudatus, qui nostri nunquam obliuiscitur, cum summa beatitudo & gloria consistat in iugi uisione Dei, huius beatitudinis imitatio, quaedam est iugis memoria Dei. Ista est meritum, sed illa est praemium. Quoad enim uidere non possumus praesentem, saltem memoremur ei. Tamen quisque; latius & plenius eum uidebit in patria, quanto frequentius & deuotius eius meminit in hoc exilio. unde Psal. Prouidebam Dominum in conspectu mea semper &c. Non tamen in ocio, sed etiam in negotijs & occupationibus eius memores esse debemus, imitatores sanctorum Angelorum, qui misi in ministerium nostrum, sic exteriora disponunt, ut tamen ab intimis nunquam recedant. Quanto caelum est amplius quae terra, tanto spiritalis meditatio & contemplatio habet latiores materias & uias, quae cogitatio terrenorum. Quales autem sint istae uiae uel materiae. Et quales profectus uel processus meditando & intuendi spiritalia, non est huiusmodi uel materiae, sed pertinet ad septimum uiae spiritalis profectum, qui in sapientia uersatur.

Simile.

SEXTVS PROCESSVS, QUI EST IN ACQUISITIONE & exercitio uirtutum, in cap. xl. diuiditur.

De profectu, & uirtute, bono, & malo. Cap. I.



Unde de sexto, qui in uirtutibus puris constat, aliqua simplicibus contententia, & proficietibus in religione competentia proponamus, alta & subtilia magis exercitatis in huiusmodi reseruant. Quanto enim quisque; altius profecerit, & in anteriora se extendere studuerit, tanto altiora & perfectiora in-



ra intelligit, tã de his quã iam attigit, q̃ de his quã nondum actualiter apprehendit: sicut qui in montem ascendit, quod altius scandit, eò altius uidet, q̃ adhuc dilter à cacumine summitatis: & quod in imò positus extimauerat esse montis uerticem, sublimatus uidet iuxta montis pedem: Sic de perfectione, nemo propriè nisi perfectus & perfectioni proximus, nouit loqui. Virtus est ordinatus secundum ueritatis iudicium, rationis affectus. Et iudicium ueritatis circa quatuor gñaliter uersatur, scilicet circa bonum & malum, & malum magis malum, & bonum magis bonum. Bonum aliud est corporale, aliud tẽporale, aliud spirituale & perpetuum. Sed spirituale & perpetuum sine dubio melius est, q̃ corporale & temporale. Malum autẽ, aliud est pœnã, aliud est culpã. Culpã alia uenialis, alia mortalis: pœnã, alia transitoria, alia sempiterna. Malum est ergo, malum culpã. Peius est, quod mœretur malum pœnã, quia si culpa non esset, nec pœnã esset. Pœnã uerò trãnsitoria, minor est sempiterna. Et quia lex ueritatis scripta est in corde hominis per iudicium rationis: data sunt ei etiam in adiutorium affectiones ad fugam mali, & ad procuracionem boni, quia in his duobus consistit omnis beatitudo. I. in elongatione uuois mali, & in fruicione omnis boni.

De affectionibus mentis. Cap. II.

Septem autem sunt affectiones mentis communiter, scilicet spes, timor, gaudium, mœror, amor, odium, & pudor. Harum aut quatuor contra malum, tres autem ad bonum ordinantur. Nam timor, mœror, odium, & pudor, cõtra malum sunt, spes, amor, & gaudium, ad bonũ se habent. Nam bonum non est timendum, sed optandum & sperandum, nec pro bono est dolendum, sed gaudendum, nisi forte priuatio boni timeatur, uel doleatur quod non est bonum, sed propriè malum, nam malum est priuatio boni uel corruptio. Item bonum non est odiendum, sed amandum, nec de bono pudendum est, sed gloriandum, immò gloriatio non dicitur affectio per se, quia sub gaudio comprehenditur & amore. Cũ igitur istę affectiones ordinatę sint ad quod debent, iuxta rationis & ueritatis iudicium, tunc homo uirtuosus cum non solum timẽda timet, & magis timenda, idest magis mala plus timent, & dolenda dolet, & odienda odit, & pudenda erubescit, sed magis & minus sicut ipsa sunt dolenda & odienda & pudenda, plus uel minus sicut sunt mala. Item cum sola speranda sperat sicut debet, & amanda amat, & gaudendis gaudet, secundum q̃ magis & minus sunt bona, summum autem bonum quod est Deus, summè amandus est, & ante omnia sperandum, & super omnia in ipso gaudendum: Et ea quę ab ipso retrahunt, summè fugienda & execranda, quę sunt pœcipuè uicia & peccata. Quia hæc uera & p-

priè mala sunt, & omnibus mala, & nulli bona, & ad nihilum bona cui insunt, licet quandoq; bonis cooperentur in bonum mala aliena, uel etiam propria quædam, ut post conuersionẽ in eis magis humiliantur, & amplius inardescant in amorem Dei, qui eos in talibus uitijs tolerauit, & à talibus liberauit. Sanctis et in gloria augetur lætitiã dãnatio reprobõrum, quia gaudent se ab his saluatos, in quibus poterant sicut & illi, nisi eos Deus liberaffet, incidisse. Multa sunt animę uirtutum artificiales diuisiones, secundũ q̃ alia dicuntur theoreticę ut fides, spes, & charitas. Alia Cardinales, ut prudẽtia, iustitia, fortitudo, temperantia. Item alia polliciticę, alia purgatoria, alia animi purgati, alia exemplares, quas sicut rudis rudibus loquens prætereo, solũ illum ordinem sequens, quo uirtutes septẽ principibus uitijs opponuntur, cum uirtus secundum hunc sensum non aliud sit, q̃ uitiorum carentia, & quãtõ quisq; ab omni uitio purior fuerit, tantõ uirtuosior est & perfectior.

De habitu religionum exteriori. Cap. III.

Sicut nucleus in testa uel cortice, sic est uirtus intimior ceteris obseruantijs in religione. Omnia enim quę in obseruantia religionis apparent, inuenta & statuta sunt propter obtinendas & seruandas uirtutes. Cetera sine uirtute sunt, sicut testa sine nucleo. Et sicut in tabernaculo fœderis plura erant uelaminum genera, intrã se protegentia uel decorantia sanctuariũ, sicut pelles hyacinthing, pelles arietum rubricatae saga cilicina, cortinæ & tabulæ præter alia. Ita in religione plura sunt uirtutum tegumẽta, uel ad decorem, uel ad custodiam uirtutum ordinata, in quibus non pura uirtus consistit, sed quædam uirtutis umbra, & latentis intrinsecus demonstratio figuralis, undẽ qui istis exterioribus contentus interiora postponit, sic est quasi qui corticẽ uel testam uacuã sine nucleo habet,

De primo religionis habitu. Cap. IIII.

Primum est, habitus exterior in uestibus & tonsura, quæ si per se religiosum facerent, et simiẽ uel maimones religiosi forẽt, qui sunt talis habitus, quic; etiã ioculator: sed hæc sunt tũ signa interiorum, sicut circulus ad tabernã potum uenalem designat. Et uexillum super ecclesiam dedicationem denunciat, undẽ si signa falsa fuerint, decipiuntur homines, putantes inuenire significata. Ita est de ficto religioso, qui exterius in habitu præterdit, quod non habet in moribus & in uita. Secundum est, exteriores ceremoniales obseruantia, ut inclinationes, genuflexiones in horis, pulsationes, & omnes gestulationes quibus claustrales utuntur in diuino officio, & in alijs de quibus sæpẽ minus uirtuosi maiorem uim faciunt, q̃ aliqui perfecti & magis

Exo. 16

Nota q̃ habitus non facit monachũ

Simile.

Expositio 7. dicitur.

gis deuoti. Tertium est, mores exteriores compositi, ut exteriorum morum disciplina, in loquendo, in gradiendo, in totius corporis gestu, quæ etiam curiales sæculares obseruant, & commendabiles & sæcularis uirtutes appellatur. Sed religiosi magis conuenit, licet modo humiliori & planiori. Quartum sunt opera misericordia, ut ieiunia, uigilia, flagella, & alia corporales exercitaciones, & castigationes. Quæ licet magis propinquant ueritati q̃ præcedentia, tamen non sunt puræ uirtutes, quia etiam hypocrita possunt habere, & in mortali pctõ positi sæpẽ in talibus exercent se ipsos. Quintum, est studiũ familiare ad expugnanda uicia, & uirtutes usitadas, ut se metipsum humiliare, motus iræ deprimere, luxuriam domare, & ceteris uitijs impugnatibus resistere, & operibus charitatis & obedientia insistere, & aliarum uirtutum. Quauis enim omnia bona opera sint uirtutum exercitia, quia nec bonum opus esset, quod nullam uirtutem respiceret, tamen aliud est, aliquod bonũ opus exercere simpliciter propter Deum, & intentionem merendi gloriam & ueniam, & aliud est exercere ipsum non tantum causa merendi prædicta, sed etiam per hoc obtinere, nisi uirtutem sibi coherendi & usitandi eam per operis exercitium, & uitium contrarium expugnandi, & hoc est multo utilius, q̃ illud prius, uerbi gratia. Vnus orat simpliciter, ut per hoc impetret peccatorum suorum ueniam, uel uitam aternã. Alius etiam præter istam intentionem, orat ut assuefiat seipsum in oratione & studio, & per hoc cõsequatur gratiam deuotionis & gustum diuinæ dulcedinis, & gratiam diuinæ familiaritatis assequatur, & noticiam Dei clarius assequatur per mentis illuminationem: Et licet actio prioris bona sit & meritoria uenia, gloria, & gratia, tamen intentio secundi cooperantur, ut clarius & plenius hoc quod expressius desiderat assequatur, undẽ multum ualet ad perfectionem sanctitatis, intentionem dirigere ad eam quærẽdam, & studium ad hoc ordinare, in tãtum ut aliquis faciliore labore quo ad corporale exercitiũ maiores mentales uirtutes obtineat, qui scit prudẽter disponere gressus suos, q̃ alius difficiliore labore. Exemplum de quolibet perito artifice, qui melius, leuius, & citius operatur quodcumq; q̃ alius imperitus cum maiori labore. Sextum est ipse nudus affectualis uirtutis, quę est perfectio uitæ actiua, & ingressus ordinatus contemplatiua. Sine ipsa frustra speratur puritas contemplationis, uel stabilitas. Sicut aqua fontis non est pura, quandiu non est cietis sordibus fundus emũdatus. Sicut autem ex nucleo pinguedo olei exprimitur, ita ex affectu uirtutis sapor deuotionis procedit, maximè diuini amoris, & desiderij spiritualis, & gaudij celestis, qui nobilior & efficacior est, q̃ compunctio timoris uel mœroris. Hi sunt sex dies in quibus operari oportet salutem, & cibos uitę querere, ne ieiunij deficiamus, in uia hac qua ambulamus, ita ut sexto die duplices cibos colligamus, scilicet bona actiõnis & piæ affectionis, ut in septimo, idest sabbato, toti sani facti à uiriorum langoribus, cũ reque opulenta uacare possimus contemplationi, & uidere quoniam suauis est Deus, & gustare q̃ suauis est uniuersis. Qui sexta die duplices non colligit cibos, in septima inanis remanebit, nil reperiens de dulcedine cõtemplationis, quia qui sextum statum, qui est in uirtutum affectualium sanitate, idest sanctitate, nondum attingerit, septimi status dulcedine qui est in sapientiæ gustu & intelligentia lumine non fruetur. Hinc e q̃ Iacob prius sex filios genuit, & post hæc Rachel peperit ei filium nomine Ioseph decorum aspectu, quo nato, cepit Iacob petere dimitti, & in patriam suam reuerti, quia prius in actiua uita debet homo perfectus esse in sex prædictis profectuum statibus, & tunc gustato fructu uitæ contemplatiuæ cupid dissolui, & esse cum Christo in patria, cuius iam primitias in sapore suauis dulcedinis prægustauit.

De forma proficiendi. Cap. V.

Ed quia proficientibus hæc forma scribitur, ut sciant, quantum in singulis uirtutibus profecerint, uel quantum à perfectione earum adhuc distent, quamlibet ipsarum in tres gradus longè inter se differetes distinguimus, multos medios profectuum passus festinando transilientes, propter fastidium deuirandum.

De septem uirtutum declaratione, septem uitij oppositorum. Cap. VI.

Ordo septem uitiorum capitalium hic est. Primum superbia initium omnis peccati, secundum inuidia, deinde ira, accidia, auaritia, gula, & luxuria. Hinc per contrarium ostenditur ordo uirtutum, idest humilitas contra superbiam, dilectio proximi contra inuidiã, mititas contra iram, charitas Dei contra accidiam, contemptus diuitiarum contra auaritiã, sobrietas contra gulam, & castitas contra luxuriam. Sed quia (teste beato Grego.) sicut multi arboris rami ex una radice prodeunt, ita ex charitate Dei cetera uirtutes generantur. Ideo de ipsa tanq̃ omnium matre & nutrice primò dicamus, & postea de eius filiabus ante ipsam. n. nulla uirtus meritoria est.

De charitate. Cap. VII.

Charitas enim est, quæ omnes informat ut sint uirtutes, & uigorem eis tribuit, ut magis & minus meritoria sint & Deo accepta: secundum de ipsius nutrimento acceperint minus uel amplius. Sicut ramus arboris à radice nascitur, & ex succo procedente ab ea nutri-

Simile.



nutrietur, ut magis fructifex efficiatur. Inicia autem singularum uirtutum ad incipientes pertinent, sine quibus non possent esse salui & Deo placere ad salutem. Profectus ad religiosos magis congrue pertinent, qui meliores esse debet, quam popularis communitas uel laici seculares, qui tamen sunt de numero saluandorum. Quid prodest altiora profiteri, & exterius in habitu perfectiora praeferre, si in studio uirtutum & in exercitiis operis non distamus ab infimis, qui sunt in spe saluationis? Immo maior est confusio & species fallacia, magna promittere & exigua persolvere, & supplicio potius quam premio dignum. Perfectio autem ad perfectos pertinet, qui transceso difficultatis obstaculo in quo proficere uolentes laborant, quasi in montis ascensu iam in ipso culmine Christo duce constituti, transfigurationis eius gloriam desiderant speculari. Nemo tamen in hac uita perfecte alicuius uirtutis apicem ualet comprehendere, uel stabiliter in summo gradu semper manere, sed pro modo uiae profecturus, quis uirtutem respectu inferiorum.

Qualis est charitas. Cap. VIII.

Charitas dilectio, & amor.

Charitas est ordinata & magna uoluntas seruendi Deo, placendi Deo, & seruendi Deo. Charitas, dilectio, & amor idem sunt tamen beatus Gregorius distinguit eas dicens. Magis ad Deum uoluntas amor est, sed cum laetatur a gratia est dilectio, cum uero fruatur & adhaeret Deo, charitas est. Diligere Deum super omnia debemus propter tria. Primo quia bonus est in se, neque tantummodo bonus, sed etiam ipsa bonitas est, qua nil melius, uel cogitari uel esse potest, & a quo omne quod aliquo modo bonum est, est bonum: si enim omne quod bonum est, diligendum est in quantum bonum, ille qui summè diligendus, & si possibile esset, etiam in infinitum iuxta meritum dignitatis eius. Item quia ipse prior dilexit nos, & plus diligit nos quam ipsimet nos, ille enim quia infinitus est, & non est ei aliud esse quam amare, quia ipse Deus charitas est, diligens non pauperes, uiles, & miseros, & dilexit ab eterno nondum existentes, nondum eum diligentes, immo & nescientes, & resistentes, & offendentes ipsum: Et ideo iustum est nos eum uicissim diligere, ex omni quod sumus, & scimus, & possumus, ut saltem cum exigua mensura nostrae possibilitatis fideliter remetiatur ei diligendo eum, cuius magnitudinis non est finis. Tertio propter dilectionis multiplicem effectum, qui cognoscitur in beneficijs eius, quia non sufficit ei diligere solo affectu, nisi et nobis ostendat in effectu. Probatio namque dilectionis, exhibitio est operis. De quibus beneficijs modo non persequor ea breuitatis, alterius oportunitate adhuc expectans.

In quibus consistit dilectio. Cap. IX.

Dilectio in tribus consistit. In uoluntate, in opere, & in affectu. Voluntas informata,

ad rationem consentit eius consilio ut uelit bonum, & ne ociosa sit progreditur in actum boni operis, oem familiam suo impio subiectam in adiutorium inuocans, scilicet membrorum corporis, sensuum, & cogitationum, siue ad promouendum bonum, siue ad remouendum malum. Cumque fideliter hoc fecerit, quasi remuneratione, uel releuatione laboris, ex usu exercij suscitatur: Et etiam affectus in solatium a gratia demulcente eum, ut iam non tamen ex instinctu rationis uelit bonum, & conatu illud agat, sed et ex desiderio optet, & affectu amplectatur & diligit: Et contrarium illi odiat, horreat, & fugiat, id est malum: et haec est uera sanitas uoluntatis, eum non tamen ex instinctu rationis cogit se ad uolendum bonum uel faciendum, & ad nolendum uel uitandum malum, sed etiam ex affectu mentis, & desiderio, amplectitur bonum, & odit malum: Et haec uirtus est mens bona, de qua philosophi multa dixerunt, sed utinam uerè cognouissent eam. Voluntas namque sine opere sufficit ad meritum & debitum, ubi facultas & oportunitas temporis non subsistunt, uerbigratia. Pauper libenter subuenit et pauperi, sed non habet unde, diues etiam namque illud faceret libenter, sed non habet cui: hucusque ergo uoluntas pro facto reputatur. Si autem facultas operis & oportunitas subessent, & non sequeretur effectus operis, tunc non sufficeret, licet sola uoluntas esset, cum posset perficere quod expedit, & nolle, quantum enim uis, tamen facis quod expedit cum potes, sed si non facis, non uis.

De uirtutibus. Cap. X.

Licet enim multae uirtutes uideantur inter se differentes, ut quia humilitas alia est, quam castitas & patientia, alia est quam misericordia, & sic de alijs, tamen quadam consideratione omnes unum sunt, ut ita quilibet non tamen coharet, sed etiam inest alteri, ut qui unam habent, uerè omnes habere dicantur in habitu & si non in actu, quod Apostolus ostendens ait. Charitas patiens est, benigna est, non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quae sua sunt. Sicut enim Deus est unum simplex & perfectum bonum, in quo est omne bonum perfectum, & cui nullum bonum deest, ita charitas est una uirtus, in se habens omnes uirtutes, sed propter diuersos effectus eius ex diuersis intrinsecis occasionibus uel causis illatis, quibus se contra malum opponit, uel ad bonum extendit, diuersa nomina sortitur. Virtus enim (sicut diffinit Augustinus) est amor ordinatus, uidelicet ut amet solum quod debet, & sicut debet, & quantum debet. Quantum uero quis amat aliquid, tamen fugit eius contrarium ut potest. Charitas igitur cum se extendat ad diligendum Deum, dilectio Dei dicitur, cum ad proximum, dicitur dilectio proximi, cum eius misericordiam compatitur,

Virtus composita. 2. Coel. 1.

sentis, quae in comparatione caelestis, est sicut aqua ad unum optimum in ualore. Mille milliū metretae aquae fluminis uel maris, non ualere unam electi uini quo ad pretium utriusque.

De primo charitatis gradu. Cap. XI.

Charitatis Dei primus gradus est, sic diligere concessa, & eis uti, ut tamen illicita odiamus, & amor Dei nullius rei amorem proponamus, sicut illi qui sic ea quae sunt mundi diligunt, ut tamen eorum dilectione uel cupiditate peccata mortalia deuitent, seruando quae Deus precepit facere, & cauere quae Deus prohibet per preceptum. Mat. Si uis ad uitam ingredi, id est in ingressu uiae consistere, uel in processu altiori, serua mandata.

Mat. 19.

De secundo gradu charitatis. Cap. XII.

Secundus gradus charitatis potest esse, cum homo uoluntate pleniori & affectu feruetio ri, non solum contentus est seruare precepta, sine quibus non est salus, sed etiam ad ea quae Dei sunt, studiosus est & uoluntarius, tam facere in te quam in alijs, promouendo & desiderando, hic proprie bonorum est religiosorum, qui non solum precepta Dei, sed etiam consilia ipsius implere imitando ipsum deliberant sequi, omnis iustitiae decorem Dominum Iesum Christum. Talibus dicit Bern. Non est nostrum circa communia precepta, neque habet solum attendere quid praecipiat Dominus, sed quid uelit, probantes quae sit uoluntas Dei bona, bene placens, & perfecta, Quantum enim amas Dominum, tanto studiosus es promouere beneplacitum eius ubi potes & honorem, & cauere eius offensam & inhonorem. Greg. Nunquam est amor Dei ociosus, operatur enim magna si est, quam si operari renuerit, amor non est. Fidelis autem Dei seruus, ea diligentia qua timet Dominum suum offendere in se per peccatum, eadem & cauet, & doleri inhonorari ab alijs, per scandalum & prauum exemplum, quia indisciplina famulorum reducat in dedecus Dominorum. Quis enim fidelis famulus patienter sustineat contemptum Domini sui, & iniurias, ne dicam promoueat & augeat? Iste uero Dominus suo Christo non seruit, sed aentri. Si tu pro uelle tuo seruis Domino tuo, ipse remunerabit te pro uelle suo. Si autem studueris ei seruire pro uelle suo, ipse remunerabit pro uelle tuo ideo in Matth. dicitur. In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis, & ad ieiicetur uobis, ut non tamen secundum merita, sed etiam secundum desiderium remunerabimini.

Matth. 7.

De tertio charitatis gradu. Cap. XIII.

Tertius gradus charitatis est tanto affectu estuare ad Deum, quam sine ipso quasi uiuere non possis, coarctatus desiderio dissoluenti, & esse cum Christo. Talibus est uiuere in patientia,

Perfecta charitas.

Sap. 7.

Simile.

Simile.

Luc. 6.

Ioan. 2.

cientia, uel potius in fastidio: et mors in ardenti desiderio, etiam per dura tormenta. Hoc desiderium fecit Andream amplecti crucem: Stephanum orare pro lapidantibus, qui ei celum patefaciebant, quo anhelabat ingredi: Laurentium irridere carnifices: Vincentium prouocare tortores. Agatham latissime & gloriater ire ad supplicia, quati ad epulas inuitata: & ceteros gloriosos martyres gaudere in tribulationibus, & inimicos persequentes diligere, a quibus ad desiderata gaudia adipiscendi uelocius promouebantur. Amici sanctorum desiderant eos secum hinc diu retinere, inimici autem eorum, dolent eos alio quo tempore secum in mundo morari: Et ideo diligendi sunt, qui optant & promouent eos, ut hic citius & plenius obtineant quod super omnia diligunt, & quo nil utilius eis esse potest, nihil. n. est quod talem ualeat astu extinguere desiderii, quadiu non datur eis copia de fonte uite pro libito potare, cuius siti mirabiliter cruciantur. Tribus tñ interim ut cuq; refocillantur gutulis, consolationum spiritualium. f. internæ sanitatis recreatione, & sacramentali corporis Christi perceptione, quæ deuotis solet esse singulare solatiu pro releuando huius exilij tædio, & si non manifeste, tñ uerè & saluterè ipsum quem amant suscipiant Dñm Iesum Christum. Item spiritualis fructus multiplicatione, in quo & animarum profectum & Dei honorè scientes, exilij sui molestias tollerabilius sustinent. Vnde sponsa dicit adolescentulis. Fulcite me floribus. f. nouæ conuersionis bonè, stipate me malis. f. profectibus ad perfectum tendentibus, quia amore lagueo, desiderio dissoluendi, & esse cum sponso, ut quadiu ab hoc differor, saltem consoletur in conuersione peccatorum, & profectur honorum: Et ita medium exilium erit mihi tollerabilius, si uidero alij esse fructuosum: Et si tardius ad spòsum ueniam, tñ plures mecum ducam. Et sic Paulus coarctatus inter desiderium dissoluendi, & profectum subditorum, consolabatur se interim eorum profectu, de sua dilatione à regno, ideo ad Phil. dicit. Coarctor enim &c.

De proximi dilectione. Cap. XIII.

Dilectio proximi ex dilectione Dei nascitur, quia propter Deum, & in Deo, & secundum Deum proximus est diligendus, propter Deum, quia ipse mandauit, sicut di. Ioannes. Hoc mandatum habemus, ut qui diligunt Deum, diligant & fratrem suum in Deo, idest ea affectione diligere proximum, qua & Deu, idest ea forma, secundum Deum, idest ad hoc diligere debemus proximum, ad quod nos diligit Deus, idest ad salutem animæ, & profectu in spū, hoc est uerè, purè, & ordinatè diligere, uerè & nō fictè, sicut illi q tñ uerbo & lingua diligunt, & nō opere & ueritate, purè & nō carnali affectione, nō pro utilitate propria, non ex carnali societate, & seculari tñ,

quæ & si nō sit semper mala, tñ nō est meritoria, nisi ex spūali dilectione accipiat condimentum, ordinatè, ut non ad uitia & commoda carnis & temporalè prosperitatem, sed ad æternam salutem. Vnde est dilectio carnalis, & est dilectio cupiditatis, & est dilectio naturalis, & est dilectio socialis, & est dilectio spūalis. Carnalis est quæ in carnalibus nutritur, ut inter utrum & feminam in copula carnali. Cupiditatis, ut qui diligit promuncibus, sic & canis diligit eum qui dat ei cibum. Naturalis, hæc est inter cognatos & sanguine propinquos, uel patria, ut si diligimus illa quæ natura magis uenustant, ut pulchros homines, & animalia magis delectabilia, & etiam illa quæ sunt nobis aliquo modo similia, sicut cum ex duobus æquè ignotis uni magis hæret affectus, quia fortè magis nobis simile est in natura ideo in Eccl. dicit. Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum suum. Ista sicut à bonis & à malis & etiam à brutis habetur, ita & bona & mala esse potest, licet originem trahat à natura, quæ bona est in se, unde in necessitate plus tenemur ex iure naturali propinquieribus, q extraneis subuenire. Socialis est qua notos & familiares & contubernales magis diligimus, q ignotos & alienos. Ista per se similiter indifferens est, quia etiam bonos & malos uidemus eam habere, boni ad bonum, mali uerò ad malum eam conuertunt, fauendo socijs ad quæ uolunt. Spirituallis uerò dilectio à Spiritu sancto denominata à quo fluit, qui amor patris & filij dicitur, est illa quæ nobis mandatur à Deo, & est meritoria per se sola, & duas priores efficit meritorias, quæ ab ea reguntur. i. naturalem, & socialem. Cupidam autè nō ordinat, sed tollerat & temperat ne excedat, quia magis querit utilitatem propriam, q illius quem uidetur amare. Carnalem uerò odit, & fugit, & fugat, & exterminat, nec unq erit fida societas inter eas, sed quantum una ipsarū augetur, tñ altera minuitur, licet inter coniuges p sacramenti uirtutè si moderata sit excusetur. Sed à spiritualibus qui plenè Deo uouerunt continentiam, tantò magis præmeda est carnalis dilectio & euellenda, quantum in decentior apparet macula in candida bysso, q in rudi sacco. Quæ est. n. societas lucis ad tenebras? unde Sapiens. O q pulchra est casta generatio &c.

De differentia inter spiritualem, & carnalem amorem. Cap. XV.

Sed quia solet se aliqui apud incautos, paliare carnalis dilectio sub specie spūalis, sicut zizania sub tritico. Vnde ut de uiridat iosephose uite euelli possit, aliquas eius species quasi noxias herbas, ad cautelam in expertis breuiter ostendamus, p quas dignoscatur distantia spūalis amoris à carnali. Spūalis. n. dilectio nobilis uirtus est, ideo ne uilescat à mistione carnalis amoris, sicut balsanus sophisticata uilibus liquoribus,

quoribus, uel sicut aliæ nobiles species qua falsitatis commistione uitiantur, longè est inde & subtiliter segreganda, ideo Isaias. Vinum tuum mistum est aqua. i. amor spūalis est uitiatu amore carnali. Sicut prauis capones uendunt uiliora sub specie melioris, & hoc maximè inebriatis & rudibus, qui nesciunt discernere pretiosum à uili, unde dicit Ioan. Omnis homo primum uinum bonu ponit, sed cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Sic sapè mutatur amor qui primò bonus & spūalis uidebatur, cū discretio nis & sobrietatis metas excesserit, in carnalem transit, quia astutus Diabolus primò occultat tentionis laqueum, donec amor increseat, & tenax fiat sicut uiscus quo capiuntur auicule, ut cū sibi uniti & cōglutinati fuerint inseparabili amore dilectionis, & dilectos improuidos simul in ignem transfodiat carnalis concupiscentiæ mutatione, cum iam ab inuicem nequeant separari. Potius nãq; mutati sibi consentiunt ad quæcumq; spurca commertia, q uelint fidem quam iam longo ex tempore integram sibi seruauerunt aliquatenus uiolare, uel omnia seruitia perdere quæ sibi mutuo impenderunt. Et licet hoc cū multo cordis dolore quq; faciant, præualeat tñ amoris uolèria, quæ mentis uigorem solita est emolire. Sic Dalida Sansonem fortissimum eneruauit suis blanditijs, & ceteris hominibus similem efficit, & spiritui Dei effugato, tradidit eum hostibus ligandum, cæcandum, macerandum ad molam trahendam, circūgirandum, & deludendum. Nec tædio uincitur hostis nequissimus, nec labore nec diurnitate lassatur, si modò post longa tempora potuerit efficere quod intendit, cū ad nihil aliud uacet omni tempore uel studeat, nec alia cura sit occupatus, nisi quomodo subuertat bonos, & malos præcipitet in deterius, & retineat i peccato, & impediatur à pfectu salutis,

De septem indicijs carnalis amoris. Cap. XVI.

Primum indicium huius carnalis amoris est, quod cum spūalis dilectio spiritualibus tñ eruditioribus, & edificatorijs colloctionibus uti solet & nugis & ociosas fabulas fastidiat: ita e conuerso pauca de spūalibus, & plura de inutilibus confabulationibus, & maximè de mutua dilectione insatiabiliter ruminant, quantum ipse eam, & illa eum diligat, ita q ad huiusmodi colloquia non sufficiunt horæ, nō dies, nec quilibet tempora, sed semper quæ conuenire possunt, copiosam habent loquendi materiã insubiliter. Secundum indicium amoris carnalis, est insolentia gustuum & morum, quæ sunt pariter se carnaliter amantes amorosè se mutuo respiciunt, latus lateri, femur femori, manus tenent & comprimunt, deinde & lacertos, humeros, & ubera sub uestibus & ulteriora tangendo blandiuntur. Aliquæ amplexus & furtiua oscula iungunt, & si-

milia sicut in secularibus amatoribus notari potest. Econuerso. Spūalis dilectio tantam disciplinam seruat in occulto sicut in publico, quia nec angulos querit sed fugit, nisi quæ secum habitare desiderat, & soli Deo uacare. Cū hoie aut colloquens maximè si uir cum fœmina loquitur, contineat oculos & manus, & omnia membra sub custodia modestiæ, ita q etiam studiosus obseruator non inueniret, in quo eos reprehendere posset. Tertium est inquietudo cordis, quæ sunt absentes cogitando de se inuicem, ubi iam sit ille dilectus, quid agat, quæ ueniat, quadiu defuerit, si de se cogitet, si ex absentia amoris eius circa se fortè in aliquo tepuerit, cum longo tempore nihil eidem mandauerit, & quid in causa esse possit, quomodo ualeat in corpore. Et ita suspenso corde nec orare possunt liberè, nec de Deo quietè meditari, uel aliquid agere distractio uel occupato animo circa dilectum, nisi quæ audit aliquid de eo prosperum uel loquitur. Hoc est ei in refrigerium qualescunq; spūalis uerò dilectio hæc non curat, sed quiescit in Deo, & amicū suū fideliter in oratione commendat, cum fuerit oportunitum sine inutili distractione compatitur ei & congaudet, sicut ratio dicitur faciendum. Quartum est impatientia uel inuidia condilecti. f. si aliquem secum diligat, si benignè talè saluter, si aliqua beneficia ei exhibeat, ex quibus timet ne fortè amor alterius præualeat, & erga se tepescat, inde dolet & tristatur, spūalis autem uult omnes secum diligere, & in hoc gaudet, quia charitas est sui ipsius communicatiua, & quantum magis dilatat, tantò amplius auget, sicut ignis quod plura fomenta accipit, eò magis crescit. Quintum est ira & turbatio, quia tñ (ut uulgo dicitur) se diligit, q præ nimia dilectione nō possunt sibi mutuo parcere à molestia lesionis, sicut enim aliquando metas excedit eorum inordinata dilectio in blandiendo, ita econtra quando excedit in conturbando, maximè cum unus alterum offendit in aliquo, minus sibi faciendo in his quæ desiderat, uel aliam personam (ut ei uidetur) plus amando, quia quod tenerior dilectio eò molestior offensio. Inde insurgunt querelæ & impropria impensorum beneficiorum, & magna fidei, quæ iam perdita uidentur apud ingratum. Sequuntur etiam detestationes, & iuratoria promissiones, quæ nunq deinceps uelit ipsum diligere, sicut qui retribuit mala pro bonis, & odium pro dilectione. Aliquæ adiunguntur clamores, contumeliæ, uituperia, maledicta, infamationes, proditiones secretorum, & multa inconuenientia huiusmodi, sicut sapè experimur. Spūalis uerò amor pacificus est, tractabilis, ignoscens errori, & infirmitati proximi, & in spiritu lenitatis instruens aliquo præoccupatum delicto. Sextum est munuscula, & dulces literæ: amatorij dictatus, & conuiuola, & morselli ab ore dulciter rapti, & qualibet alia quæ dilectus contrectauit, uel quibus usus est, quæ quasi p reliquijs uene-

Tria refugia uirorum spūalia.

Can. 1.

Phil. 1.

1. Ioan. 4.

Ista. 1. Quæritur dilectio carnalis à spūali amore. Ioan. 1.

Ecd. 1.

Spūalis, atq; carnalis amoris indicia.



uenerantur, & pro memoriali conseruantur, & pro intentio continui amoris. E contra sicut dicit Hiero. Crebra munuscula, & faciosos, & zonas, & praguustatos cibos, ac dulces & suaves amoris literas, sanctus amor non habet, sed pura orationes, edificatoria in spiritu instructiones, pia in necessitate subuentiones sunt spiritualis amoris fomenta. Septimum est inordinata dissimulatio uiciorum adinuicem mutuo, quia & uita sua diligunt, & fouent, & excusant, & astant sibi mutuo contra arguentes & corrigentes ea, considerati ad malum, sicut fur furem, adulter adulteram diligit in malo. Spiritualis autem dilectio cum omnium uicia detestetur, singulariter tu odit ea in spiritualiter dilectis, sicut pater magis dolet deformitatis maculam in filio, q̄ in alio: Sic Deus omnium peccata odit, & tu quodammodo durius punit ea in presenti in amicis suis singularibus, q̄ in alijs. Sicut in Dauid apparet, qui grauissime pro peccato suo punitus est: Et ei non diu differre peccatoribus, sed statim ultiones adhibere magni beneficii indicium est, ut dicitur in Apoc. Quos amo arguo. &c. Ostensis ad cautelam carnalis amoris indicijs, quae se quicq; palliant sub specie spiritualis dilectionis, ut ignorant decipiant, ad spūalis dilectionis profectus considerandum redeamus, & quibus gradibus de imis ad summa procedat ostendamus.

De dilectione proximi. Cap. XVII.

Dilectionis proximi. Primus gradus esse uidetur, nullum odire. Nulli malum cupere, nullius uelle bonum impedire. In necessitate proximi auxilium subuentionis nō subtrahere, & breuiter ut nulli faciat malum uel cupiat eum uoluntatis assensu, & bonum proximo optet & faciat, sicut uelle deberet sibi, si indigeret. In his duobus consistit impletio praecepti illius, diliges proximum tuum sicut teipsum. Si quis tu oderis ab altero tibi fieri, tu ne alteri facias, iuxta illud. Et quicunq; uultis ut faciant uobis homines, haec & uos facite illis. Haec est enim lex & propheta. Haec n. docet lex uestra. & pariter scriptura, secundū expositionem sanctorum orthodoxorum. Profectus dilectionis est, sic alteri profectui congaudere, & alterius bonū diligere quasi proprium. Et sic aduersitati eius compati sicut propria, ut aliena lucra, uel dāna sua deputet ex affectu pietatis, ut habetur ad Rōm. Gaudeate cum gaudentibus &c. sic aliena bona uel mala sentire sicut propria, undē dicit Apost. Quis infirmus, & e conuerso non infirmior, &c. Vbi autē talis inest affectus, illi necessariō nō deerit subuentionis effectus, quantū patitur oportunitas. Sicut enim sana membra corporis congaudent sibi & compatiuntur mutuo, ita apparet illam affectum sanatum esse à sopore in sensibilitatis uiciosae qui iam nouit intelligere quae sunt proximi ex seipso, sumus enim membra inuicem ut dicit Paulus ad Ephes. Undē Dñs Iesus à quo

omnis doctrina perfectionis nobis influitur, sicut membris à capite motus, & sensus influuntur, reputat sibi fieri quicquid membris eius infirmis infertur, sicut ipse dicit ut habetur in Mat. Quod uni ex minimis meis fecistis, &c. Perfectio dilectionis proximi est, diligere inimicos ex affectu fraternae salutis, & ea dulcedine erga odientes & persequentes se affici, sicut erga singulariter dilectos. Et non solum res temporales, sed etiam corpus pro fratribus ponere, & paratum esse uon tm̄ pro spe praemij martyrij, sed magis pro affectu fraternae salutis. Hanc Christus docuit qui pro peccatoribus inimicis suis mori dignatus est, ut illa peccata quibus ipsum offendimus, & contempsimus expiaret, undē dicitur, in Io. Maiorem nemo hac dilectionem, &c. Hac didicerat ab eo sancti, qui se mori pro fratribus obtulerunt, qui se feruos uendiderunt pro aliorum redemptione, ut Paulus &c. qui ut aliorum fami consulere, ipsi famam cruciabantur, qui pro interfectis suis deuote orabant, & sua benignitate iniquorum seuitiam lenire, & malum in bono uincere studuerunt. Ut Ioseph Patriarcha. Moses. Samuel. Daniel & alij multi sancti multipliciter ostenderunt. Et reuera tales sunt uere sapientes, qui sic diligunt inimicos, quia centies maiora bona praestant persequendo q̄ subtrahant, sicut qui mihi raperet talentū plūbi, & in eundē locū poneret talentū aurū purū. Quid potest sancto nocere inimicus. Honores mundi, uel delicias, uel diuitias ex quibus nutritur carnis concupiscentia, potest aduersarius subtrahere, spoliando, detrahendo, persequendo. Sed sancti ista nō habent, ideo non contristantur cum ista eis subtrahuntur, nam si ista quae sunt mundi diligerent, & de amissis ualde dolerent, nō esset amor Dei patris in eis. Cū igitur aufert eis inimicus mūdāna, quae sunt eis odiosa & onerosa, cumulat eis dona spūalia, & merita caelestia desiderabilia super aurū, & lapidē pretiosum multū, & dultiora &c. Et q̄ occasione dat hōi tantū lucri, meritō est ab eo diligendus, ut h̄ in Mat. Diligite inimicos uros, &c. & orate pro persequētib; uos, & erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos.

De humilitate. Cap. XVIII.

Nunc dicendū de humilitate, ubi sciendū, quod uera beatitudo consistit in cognitione summāe ueritatis, et dilectione summāe bonitatis, et fruitione aeternae iucunditatis. Oēs autē uirtutes ordināt nos ad ista tria. Et ideo quātō quaeque magis fuerit ordinatus in uirtutibus, tantō magis erit capax super beatitudinis. Sicut ergo charitas ordinat nos ad bonitatem, ita humilitas habet nos ordinare ad ueritatem, humilitas est ex intuitu propriae fragilitatis uolūtaria mētis inclinatio. Ber. Humilitas est uirtus, qua hō uerissima cognitione sui, sibimet uilescit. Duo sunt q̄ admovent nos ut humiles simus, uidelicet quod sumus.

sumus, & quod non sumus. Quod sumus. Non enim habemus aliquid ex nobis, nec ex nostris meritis, & ideo non oportet extolli, quia aliena potestatis & bonitatis est, quicquid boni sumus, & habemus. Et ideo ille solus extollendus est, cuius gratia sumus id quod sumus. Haec est humilitas doctorum & magnorum, qui se quātō maiores uident, tantō se magis humiliant in omnibus quae habent, totum reddentes illi à quo totū habent. Quia furti reus est, qui sibi aliquid retinet de his, quae sibi sunt comodata inuito domino. Cū ipse Dñs dicat, gloriam meā alteri non dabo, profectum libenter nobis comunicat, in donis suis sibi feruat. Quod nō sumus similes ei, monet nos humiliari, quia uana & inanis gloria est, extolli de eo, quod non est. Velut si lutum gloriatur se esse aurum, & manus iacet se esse gigantem, & mendicus credit se esse regem, & ethiops niue candidiorem. Undē dicitur in Apoc. Dicis quia diues sum, & nullius egeo, & nescis, quia miser & miserabilis es, pauper, caecus, & nudus. Haec humilitas est pauperum & imperfectorum, qui considerata inopia sua & imperfectione, in cōparatione sublimitatis aliorū resiliunt in se, & ex iudicio ueritatis sibimet ipsis uilescunt. Sic Dñs nos cecos natos, per nostrū, & Dei ignorātiā, illuminat. nos lutum undē facti sumus, liniendo super oculos nostros. Ut primo incipiamus nos ipsos agnoscere, deinde ipsum illuminatorem nostrum credendo prouideat adorare. Et luto uisum recipit, qui ex conditione propriae fragilitatis seipsum humilitatus agnoscit.

De humilitate ad nos. Cap. XIX.

Triplicem uerō humilitatem habere debemus. Humiles enim esse debemus in nobis, ad proximum, & ad Deum. In nobis humiles esse debemus, nosmet ipsos ex conditione propriae fragilitatis uel uilitatis despiciendo, ut omnia quae in nobis despiciabilia agnoscamus, tam in naturalibus defectibus, q̄ in fornicis maxime culpabilibus, & uitijs diligenter attendamus, ut eorum intuitu apud nos humiliemur. Secundō in nobis simus humiles, mores & gestus humiles habēdo, & uerba humilia & responsa, ut habetur in Psal. Quasi lugens & quasi contristatus sic humiliabar. Tertiō in operibus humilibus, & exercitijs nosmet ipsos exerceamus, in quibus appareat uilitas, & quae alij horrent & despiciunt, ut sordes purgare rusticalia opera facere, & uestibus uilioribus contenti esse & cibis, & alijs quibuslibet, iuxta illud. Iudā & uilior fiam, plus q̄ factus sum, & ero humilis in oculis meis.

De humanitate ad proximum. Cap. XX.

Ad proximum debemus esse humiles. Primō meliores, & digniores nobis eos reputare, nō ipsos despiciere, uel temerē iudicare. Undē dicitur

ad Philip. Humiliate superiores sibi inuicem arbitantes. Secundō honore exteriori inuicē preuenientes, reuerenter cedēdo eis, non detrahendo, sed obediendo, obsequendo, promouendo exaltare eos, & facta eorum extollere si bona sunt, & mala abicondere nō hēctē, sed purē. Tertiō patienter eorum infirma tollerare, & lesiones sustinere, si quas nobis inferunt. Et malum pro malo nō reddere, nec odio contra eos exercere, & correctiones patienter eorum sustinere uel recipere, & eorum miserijs plus q̄ nostris incommodis condolere. Sicut habet in Psal. Ego autē cum mihi molesti essent, humiliabā animā meā. Itē proximorū, alij sunt nobis aequales, alij superiores, alij subditi. De aequalibus plena est regula praedicta. De superioribus addit Apostolus duo. scilicet obediēte praepositis uestris, & subiaccete eis, obedire pertinet ad impletionem iussionis eorū, subiaccete eis, humiliter subesse, quasi Vicarijs Dei, omni subiectione secundum Deū. De superioribus tres regulas nota. Prima habet in Ecclesiast. Reuerentem te posuerunt, esto nihilominus quasi unus ex illis. Secunda, facti sumus paruuli in medio uestrum, tanquā si nutrix foueat filios suos. Tertia ipse Dñs ut habet in Luc. Ego sum in medio uestrū, sicut qui ministrat. Secundū has tres regulas rector inter subditos sit quasi unus ex illis. Communis sit in uictu, in uestitu, in labore & in alijs exterioribus operibus. Sit paruulus in medio eorum, ut ex hoc, q̄ praest eis, non putet se sanctiorē eis, uel sapientiorē, sed uiliorem, & obligatiorē in reddenda ratione pro se, & pro illis. Sit quasi ministrans in medio eorū, infirma eorum portando & curando, & praeuendo exēplo,

De humilitate ad Deum. Cap. XXI.

Ad Deum humiles esse debemus. Primō ut ipsam esse iudicem nostrum Deum ac Dominū cognoscamus, & ei in omnibus obediāmus, sicut ferui Domino suo, & opus factori suo. Et si peccamus ei, citō poeniteamus, & dignē ei satisfaciamus, & emendemus. Secundō ut flagella eius humiliter tolleremus, & non murmuremus correcti, sed iustū eius iudicium commendemus, & nos correctione dignos cognoscamus, iuxta illud. Michea. Iram Domini portabo, quoniam ipsi peccauī. Tertiō ut de beneficijs eius nō extollamur, sed agnoscamus, q̄ non pro merito nostro, sed purē pro sua bonitate dilexit nos, & elegit nos, & uocauit, & iustificauit, & magnificauit, unde debemus ei gratias purē agere, & humiliter referre, & nihil nobis de eis bonis arrogandō ascribere, undē dicit in Psal. Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

De triplici gradu humilitatis. Cap. XXII.

Licet autē ex praedictis, possint humilitatis gradus discerni, tamē ut magis sint in prōptu ad

Simile.

Apoc. 3.

Matth. 7.

Rom. 12.

1. Cor. 11.

Eph. 4.

Matth.

Ioan.

Apoc. 3.

Matth.

Psal. 34.

1. Reg. 6.

Humilitatis de scriptura

Phil. 2.

Psal. 34.

Hebr. 13.

Tres regulae humilitatis.

Eccle. 32.

1. Thef. 2.

Luc. 22.

Michea. 7.

Psal. 113.



Pfal. 4.

intuendum, nota tres gradus humilitatis, licet inter se multū distantes. Primus est ut homo quod est. i. uile, infirmum, inopem boni, uiciofum, peccatorem, & si quos alios defectus habet, agnoscat & seiat. Et non mentiatur se sibi esse maiore, quacūq; dignitate fulgeat, & non eleuet se supra se, quasi in uentum, uel super altos insolenter, nec uanas hominum laudes quærat uel honores. Et si aliquando delectat eū aliquod istorum, semetipsum redarguat, & castiget quasi deceptū, & in quo ueritas nō sit: iuxta illud psal. Filii hominum usq; quo graui corde, ut quid diligitis uanitatē, & queritis mendaciū? Cū. n. Deus omnia posuit, ut quod nō fecit æquales angelis in gloria, nisi ut ipsa depressio nostra humiliet nos, ne eleuemur sicut seducti, & seductores angeli, & corruamus & pereamus. Indē est, qd cum Deus ubi p̄tissimo tollat p̄nā & reatū peccati originalis, p̄nam tñ corruptionis nō tollit in hac uita, ut semper remaneat nobis memoriale humiliatio nis, quo cauti simus, ne superbiamus sicut primi parentes nostri, ex quorum superba trāgressione oēs corruimus in culpā & p̄nā miseriz, quā portamus, & adhuc deteriora (nisi Deus cūstodiat) expectamus. Secundus gradus potest dici, cum semetipsum nō solum cognoscēs homo, spernit se p̄ uilitate sua, sed et sperni se ab aliis patienter accipit. Immo qd ueritatē amat, & se privato amore nō diligit cōtra ueritatē, etiā de fiderat ab aliis reputari talis, qualē se reputat, uel. f. & uiciofum & ignobilem, & qualem in ueritate cognoscit, inquantū credit agnoscenti non obesse. Greg. Sicut superbi honoribus, in humiles plerūq; sua despectatione gaudēt, quia iudiciū, quod de se intus habent, et ab aliis sentiunt approbari. Item cū dolet homo, fastidit honores sibi exhibitos, & uilipēdit. Iste gradus altus est, & satis rari sunt, qui eum ascēderunt etiam inter religiosos. Vndē nō est mirū, si inopes sumus uirtutum, cū matrē & custodiā uirtutū humilitatē, tam alienā sentiamus ā nobis. Quid. n. in causa est, qd ille, qui diues est in misericordia pater cœlestis, qui etiā pro dilectione qua dilexit nos, proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Quid (inquam) causa est, qd nos tam inopes gratiarum, & uirtutū reliquit, quasi nō sit cura de nobis? Nimia autē desidia nostra in causa est, qd non inflāter querimus, ut debemus. Aut superbia, qd si querimus instanter, uidit nos Deus proximos esse, ut indē tollamur, & fieret nobis ipsa donorū eius sublimitio, altioris occasio ruina. Altiora ædificia fundamēto profundiori indigent. Et arbor excelsa, si profundē radicata nō fuerit, facilius uentorū impulsu curuat. Qui ergo desiderat citō uirtutum culmen attingere, studeat in humilitatis uirtutem profundē solidare. Quia Deus sicut superbis resistit eos deprimēdo, ita humilibus dat gratiam, magnis uirtutibus eos attollēdo. Tertius humilitatis gradus est, quando etiā in ma-

gnis uirtutibus, & donis, & honoribus, homo non extollitur in aliquo, nihil sibi ex hoc blanditur, totum illi refundens, & integrū restituit ā quo fuit qd bonū. Talis fuit humilitas beatissimę Marię uirginis, qd cū electā se sciret, ut mater Dei fieret, ancillā eius se humiliter recognouit, dicēs. Quia respexit humilitatē ancillā suā, ut h̄r i. Luc. Talis etiā humilitas Christi, qd cū in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est, esse se æqualem deo, sed humiliat, & c. iuxta illud. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Talis est humilitas Angelorum, & Sanctorum in gloria, qui cum sint pleni summo bono, & summo honore sublimari, nullū de hoc motū habēt superbia, sed sunt in se humiliores. Immo altiores in Deo, vndē & ouibus in motibus in euagādo simulant, ut d̄r i. Lu. Oues, p̄ humilitatis mansuetudinē, in montibus p̄ altitudinē dignitatis. Hęc est humilitas p̄ceptorū, qui quātō maiores sunt, tantō magis se humiliant in oibus, in sensu, in affectu, in uerbo, in actione, in hitu, unde dicit Psal. Dñe non est exaltatū cor meū. Si. n. humiliat & se despicit, quia nō habet undē gloriē, sed multa habet undē cōfundat, licet bona sit ista humilitas, tū non est mirāda. Et si filius iustici nō uult filius regis reputari, laudāda est in eo simplex puritas, sed nō p̄dicanda, uel ex hoc miranda humilitas. Itē si pauper, se pauperē reputat, & ab aliis uult pauper agnosci, ueritatē cōsentit in istis, sed nō est admirationis talis humilitas. Si uerō diues pauperibus se cōfortat, & altus nihil altū sapit, & gloriosus nihil sibi de gloria attribuit, sed totū ei refundit, ā quo habet undē gloriosus uideēt, hic est humilis, non cogente necessitate, sed ueritatis charitate.

De uirtute patientis. Cap. XXII.

Nunc de patientia aliqd dicamus, ubi sciendum, qd ex charitate, & humilitate nascit uirtus patientiæ. Hęc ordinat nos ad fructuacionem summę pacis. Nihil. n. pati molestē est pacem habere, qd fit duobus modis. s. aut nullam molestiam sentiēdo, qd erit tantū in patria. Aut molestias nō molestē ferēdo, quod est magnanimorum, & in uia. Et hęc est patientia. Magnanimus est enim, qui ad uniuersa sustinenda patientis est, qui nullis passionibus perturbatur. Patientia æternę glorię respectu uoluntaria, & in superabilis perpesio laborum. Patientia alia simulationis est, quando aut pro humana gloria aliquis se patientem in aduersis ostendit, aut cū interim dissimulatiuiriā, quā patiēt, ut in aliud tēpus oportū differrat ultionē. Gre. Qui mala p̄ximi ita tollerat, ut tñ intrinsecus doleat, & tēpus retributionis exgrat, patiētā nō exhibet, sed ostendit. Patientia necessitatis est, cū aliquis ideō in aduersis uisceri non p̄sumit, quia non potest, uel non audet, timens sibi ex hoc

Luc. 14.

ad Phil. 2. 3.

Luc. 14.

Psal. 137.

Cheritas & humilitas p̄cipue patientiæ.

Job. 5.

Prou. 19.

Patientia quid.

2. Reg. 2.

maius

maius imminere dispendiū, uel cōmodum deperire, ut serui ā dominis uerberati, uel pauperes ā ditibus obiurgati, uel discipuli ā magistris castigati. Patientia uirtutis est, de qua beatus Ambrosius ait in lib. de patientia. Patientia est, quæ mala æquo animo tolleramus, hoc est, sine perturbatione tristitię, de hac supradictum est. Prima uirtuosa est, & meretur supplicium. Secunda cauta, & euadit temporale dispendium. Tertia uirtuosa, & meretur gratiam i p̄senti, & gloriam in futuro.

De passionibus in quibus patientia probatur. Cap. XXIII.

Omnis passio. Aut est eō qd negantur, uel auferuntur nobis cōcupita, aut amata, aut qd inferuntur. Aut minantur nobis in odio habita, & nocua, quæ possumus diuidere in quinque, in quibus patientia dicit, uel probat. Primū corporis lętio. Secundum temporalis substantię priuatio, uel ablatio. Tertium detrimentū honoris. Quartum earorum offensio, uel subtractio. Quintum tranquillitatis mētis quæcūq; perturbatio. Istud tamen, omnia priora sub se cōtinet. Licet per se singulariter aliquotiens ualeat discerni, & sine alijs reperiri, ut sublata aliqua latitia, uel consolatione minus utili, uel necessaria, uerbi gratia, ut propter nimiam pluuiam, uel aliā noxiam causam, nō possumus spaciari, uel alios cōceptus animi inde perficere pro libito. Cum autem turbamur pro defectu iustitię, uel pro nocumento salutis æternę, hęc turbatio non impatiētię est deputanda, sed zelo iustitię & uirtutis, nisi sit immoderata & indiscreta. Vndē dicit ad Cor. Tristitia quæ secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem operat. Patientia opponit uirtuti irę, sicut charitas Dei opponitur accedię, & charitas p̄ximi inuidię, & humilitas superbię. Sicut autem irę uicium, hominem stulto, & furioso similem reddit, iuxta illud Job. Virum stultum interficit iracundia. Ita patientię uirtus sapientem ostendit, ut dicitur in Prouer. Doctrina uiri per patientiam noscitur. Sicut ergo pro p̄dictis quinque causis se non turbare, uirtus patientię est, ita pro defectu iustitię non turbari, est uirtutum teporis, uel obstinationis. Per se enim qui libet tristari debet pro prateritis defectibus iustitię, & tunc est uirtus pœnitentię, pro p̄senti bus, & tunc seruior est proficiendi, pro futuris, & tunc est cautela timoris. Item pro proximis tristari debet homo moderatius, tam pro teporalibus, qd pro eorum defectibus. Amplius autē p̄ spiritu alibus, ut eorū qd pertinet ad salutem. Ad hęc autē maximē p̄lati tenēt, qui si patienter subditorum uirtia tollerant, non corrigendo pro posse, ex hac patientia nō glorię meritū sperare debent, sed iram Dei, cuius dāna & iniurias cauere, & prohibere debuerunt, tollerando fouerunt, unde & Heli qui filiorū mala nō acriter re-

darguit, iram Dei cū p̄na sensit. Quāuis enim aliqua differentia esse uideatur inter patientiā, & fortitudinem, & cōstantiam, & magnanimitatem, & longanimitatē, & mititatem, & mansuetudinem, sicut etiā ex eorū diffinitionibus colligitur, tñ sēpe unū pro altero inuenitur positū & mutuo, & se inuicem diffiniunt uel describunt. Patientia est honestatis causa, respectu difficultū uoluntaria perpesio. Fortitudo, est immobilis inter adueria multiplex animi laborum, & periculorum equa susceptio. Cōstantia, est inter fluctuantes causas, & personas nulla mentis trepiditate concuti. Magnanimitas, est difficultium sponanea, & rationalis aggressio. Longanimitas, est spes lōga expectatione honorū. Mitis, est quę mentis asperitas, seu amaritudo non afficit. Mansuetudo, est animi tranquillitas, alterius non cedens impropitati. Possunt etiam singula istorum singulis tollerandis quoquo modo appropriari, uerbi gratia. Patientis dici potest, qui dolores æquo animo tollerat: ut Job, & Thobias. Fortis est, quem tentationum certamina nō enervant, ut Ioseph. Cōstans est, quę labores & dolores passillanimen nō faciunt, ut Machabei. Magnanimus est, qui ardua & difficultia aggredi non pauescit, ut Daniel, & Io. Bap. Longanimis est, quem longa expectatio ā spe desiderij non frangit, ut Abraham. Mitis est qui odientium iaculis nequaquā irritatur, ut malum pro malo retribuatur. Mansuetus est, qui corde tranquillus est, & in moribus suis tractabilis, ut Io. Euan. Valet autē uirtus patientię ad multa. Primo tollerabiliora reddit uita p̄senti incommoda, quia aduersitas eum in patientia auget incommodum, dum extrinsecus homo affligitur, & intrinsecus per impatiētiā amaricatur, & insuper mala conscientia lædit mentem pro reatu culpę. Secundō patientia est magis mentis resectio, quia sicut corpus pascitur conuiuio, ita mens uirtutum dapibus saginatur, iuxta illud Prouer. Secura mens quasi iuge conuiuio. Tertio magna ædificatio est proximorum, & tantō est maior, quantō rarior plures uidemus castos, abstinentes, pauperes, seipsos humiliantes, elemosynas facientes, uel orationibus istantes, bona dantes, fide cōstantes, sed paucos admodum in contumelijs, & in detractionibus & defectibus, humiliter patientes: excusantes nos & defendentes, ne fortē alij scandalizentur de nobis, putantes nos esse culpabiles si taceamus, cum ex hoc magis reprehensibiles iudicemur, qd per impatiētiā nos uindictam, & mordentes nos acriter remordemus, unde Greg. Imitati Domnum, gloriosius est iniuriam tacendo sustinere, qd respondendo superare. Quarto patientia purgat peccata praterita, & p̄cauet ā futuris. Quinto auget gratiam in p̄senti uirtutum, & spiritualium donorum. Quoniam dicitur in Psal. Secundum multitudinem dolorū meorū in corde meo, cōsolationes tuę lætificauerunt animam meā. Sexto meretur

Prou. 15.

Psal. 93.

k 2 maxi-



maximam gloriam in caelo, ut dicitur in Luc. Gaudete & exultate, merces. n. uestra multa est in caelo. Septimo, singularis est retributrix patientiae passionis Christi. Talia. n. studet reprehendere qualia ab ipso accepit, qui dolores nostros ipse portauit. Et haec est laetitia Sanctorum in tribulatione patientium, & gaudium, quod sic aliquo modo occasionem habent, & opportunitatem retribuendi Deo pro illa magna charitate, qua pro nobis animam suam posuit, saltem aliquid sustinendo, quia bonorum nostrorum non indiget, ut aliquid de nostro dare possimus. Cum ergo in iudicio ueniens, ostendat indicia passionis suae omnibus, magna erit confusio illis, qui nihil pro ipso pati uoluerunt, & magna gloria illis, qui pro ipso multa & magna patienter sustinuerunt. Signum etiam spiritualis dulcedinis uel amoris uidetur, cum tibi Deus dat aduersa pati, ut quasi impartiri dignetur partem oneris sui portandi. Sic ille Symeon Cyrenaeus crucem dominicam portauit. Solent. n. socii in uia cum laxant, rogare eos in quibus plus confidunt, & quos plus diligunt, ut partem oneris sui pro se ad horam ferant, ut haec quasi indicium sit illis, quod maiorem habeant de eorum dilectione fiduciam, quibus onera sua portanda inferunt & imponunt, quod de illis, quibus formidat imponere, ne forte nolint equo animo portare. Sic & Dominus, qui nobiscum est omnibus diebus, in uia qua ambulamus, laxatus usque ad mortem labore passionis, quaerit quis nostrum uelit ei committi, & onus tribulationum suarum, quod adhuc in corpore suo mystico (quod est Ecclesia) sustinet, secum portare, quia haec passionem quam capit in se, pro nobis sustinuit in carne, diuisit per omnia membra fidelium suorum, ut sicut oportebat pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, ita & membra eius si capiti fideliter compatiuntur, & conglorificentur, sicut socii passionis, ita & resurrectionis, qui enim plus Christo compassus fuerit, etiam proprius regnabit cum eo.

De gradibus siue profectibus patientiae. Cap. XXV.

Gradus uel profectus patientiae. Primus est, cum discat homo motum irae & impatientiae per pugnam prohibere & reprimere, ne erumpat foris in uerba uel facta illicita, sicut ignis suffocatus fumo extinguitur, si autem non cohibetur creseit, & omnia quae contingere potest cremabilia incendit. Quatuor autem modis ignis solet extinguari, per suffusionem, obstrusionem, dispersionem, defectum materiae. Simili modo ignis impatientiae deferuescere consuevit. Per suffusionem prudentium consiliorum, ut matre deliberet homo, quantum ei nocere possit impatientia, & quantum procedere, quia superius de remedijs irae latius aliqua dicta sunt, nunc praeterea immorari. Obstrusione oris, uel labiorum, ne lingua profluat in uerba falsa, uel ne manus erumpant in facta furibunda, iuxta illud Psalmi. Pone Domine custodiam ori meo, &c. Dispersione: ut ad alios actus, uel tra-

etatus homo ille se conuertat, quibus abstractus obliuiscatur materiae, qua succensus est ad iram. Sicut cum ligna dissipantur ab uincem, ignis diuisus deficit defectu materiae, ita homo abstractus se ab illis negotijs & cupiditatibus, qui solet ministrare materiam impatientiae, & occasionis. Unde dicitur in Proverbia. Sicut si defecerint ligna extinguitur ignis, ita suffusione suo tracta iurgia conquiescunt. Suffusio est occulta suggestio, qua hominem instigat ad materiam litium. Secundus gradus patientiae est, cum ex longo usu patiendi & impatientiam refronandi, homo didicit iam non terri aduersis uel turbari, sed quasi in loco munito incensus adeo, & intrepidus aduersarios intuetur, quod nihil sibi nocere posse confidit. Tandem autem homo terretur aduersis, quando aliquid diligit temporale in se, uel extra semetipsum, quod timet perdere, uel dolet, ut corpus, res, honores, amicos, & propriam uoluntatem. Quando autem ista inordinatae non diligit, sicut non ualde delectatur in eis, ita nec grauitur contristatur pro eis. Sicut qui uxorem non dilectam habet, nec de uita eius iucundatur, nec de morte conturbatur. Quid igitur potest tibi aduersarius nocere uel turbare? Si oderit te in corde suo, malum suum intra ipsum clausum est. Nihil tangit te pena illius, tantum tu esto in pace apud te. Igitur in sinu alterius inclusus illum urit non te. Si uerbum dixerit contra te, uentus sonans pertransit per aera, non iaculum tibi infixit. Sicut ergo rideres, si iaculum contra te missum casu uulnere aera feriret, & te non contingeret, ita facito ad uerba maledictorum. Canis latrat contra te, & ridendo pertrahit. Si detrahit tibi absens, non turbat, se latet tibi non nocuit. Ipse prodit se esse inuidum & detractorem, & se apud intelligentes magis odibilem, uel contemptibilem reddidit, & sic uindicta uit te de seipso. Tace ergo & alij pugnabunt pro te, & Dominus etiam contra aduersarium tuum. Si autem incipis cum eo remordendo contendere, qui tibi prius compassi sunt stabunt, & aspicient uos copugnantes, sicut duos gallos, & ambos uos despicient & odient, & de impatientia & inuidia uos arguent. Si times detrahentem contra te iniuste, sustine humiliter, & patientia tuas tolles suspicionem, uel mitigabis praesumptionem de te in cordibus aliorum. Si autem cor tuum uritur intus ex rancore, deprime ex intuitu securae felicitatis, aut utilitatis. Sic qui uritur, uel fecatur pro aliqua apostemate sanando, tollat breuem dolorem, pro spe salutis obtinenda. Et sicut oportet nos pati morsus pulicum & similia bestiarum, sic etiam sustineamus cum patientia punctiones uulium detractorum. Inopes honoris non possunt sine inuidia pati laudes meliorum, quas cum ipsi habere non ualeant, dolent se solos confundi, & uellent secum habere socios miseriae pro solatio, & ideo detrahunt alijs, sicut deformis uellet, alios sibi esse similes. Corporis autem dolores &

Pro. 1.
Iob. 6.
1. Cor. 12.
Deut. 33.
Prud. 11.
Eccl. 10.
Ier. 17.

rerum amissionem, & amicorum offensas & confusio nes patienter tollerare, supradictis remedijs discitur, & maxime usu saepe talia sustinendi. Vix. n. in hac uita tam asperum est, quod usu & studio patientiae, non fiat leuius aino ad portandum. Iuxta illud. Quod male fers, assuesce & feres. In isto gradu nec turbatur homo aduersis, nec gaudet, sed sustinet & tacet. Tertius gradus patientiae, est gaudere in tribulationibus, & gloriari cum adiuuant, & desiderare cum desunt. Sic famosis & nobilibus tiro gloriae, cum debet tirocinium contra alium nobilem exercere, iuxta illud Iob. Quis det ut ueniat petitio mea, & quod exspecto tribuat mihi Deus? Et infra. Et haec sit mihi consolatio, ut affligens me dolore, non pereat, nec contradicat sermonibus sancti, & Pauli ad Cor. Placebo mihi in infirmitatibus meis, & contumelijs & necessitatibus, in angustijs pro Christo, & in Deo. Imolabunt uictimas iustitiae qui inundationem maris, quasi si lac sugeret, & thesauros absconditos arenarum. Mare amarum est ualde. Inundationem quasi lac sugent, qui exerescente amaritudine cuiuslibet aduersitatis, quasi lacte consolationis hylarescunt, & hi uictimas iustitiae immolant, quod secundum beatum Greg. Maioris est meriti aduersa patienter tollerare, quam bonis operibus insudare. Qui ergo ex desiderio placendi Deo, sibi ipsi aliquando aduersa infert castigando corpus, & mentem quotidie in contritionis merore afficiendo, cur etiam non sufferat libenter, cum ab alio ei infertur occasio patiendi? unde uel corpus affligitur, uel animus humiliatur, cum maioris sit meriti, haec patienter accipit quam alio, quam a seipso. Et quod semetipsum uilem & reprehensibilem iudicat, cur non patienter accipit quam illud idem de ipso sentit? Nullius iudicium tantum timendum est alicui post deum, sicut suus. Confessio. n. cuiuslibet grauior est inuidioso, quam omni aliorum erit apud Deum. Hinc apparet, quod rara est uirtus perfecta. Vera. n. humilitas sic gaudet ab alio humiliari, sicut a se. Et uera patientia ita humiliter sustinet aduersa ab alijs illata, sicut a se procurata, quantum spectat ad se.

De obedientia. Cap. XXVI.

Unde de obedientia aliquid dicendum est. Obedientia enim ex charitate & humilitate & patientia nascitur, ideo de ea aliquid ad edificationem breuiter uideamus, quia in omni religione summum est & necessaria. Obedientia propria est uoluntatis subiectio, arbitrio superioris ad licita & honesta. Obedientia est autem solatio Deo propter se, cuius serui sumus, propter, uel creaturae rationali, uice Dei angelo uel homini, in his quae Deus requirit, & quae ad Deum conducunt. Ratio obedientiae triplex est. Prima quod omnis creatura ita ordinata est a Deo, quod licet ipse Deus oibus & singulis ita praesit, ut ab ipso solo accipiat quod sunt, & hinc & possunt, tamen propinquiora sibi non loco, sed similitudine, plenius accipiant ab ipso, quod inferioribus & sibi propinquioribus influat, &

illa itorum suis inferioribus usque ad infimum, ut inferiora superioribus subdita sint, & superiora inferioribus praesint, & ea regant, ut summa medijs, & media praesint imis. Sic angeli superiores inferioribus praesint, & caelestia terrenis, & irrationalibus rationalia, iuxta illud Gen. Faciamus hominem &c. & praesint piscibus maris, & uolatilibus caeli, & bestijs terra, & ad Romanos. Omnis aia potestatis superioribus subdita sit &c. Substantia enim diuina ita eleuata & segregata est ab omni creato, quod inferiora immediate motum eius sustinere, uel suscipere non possunt, nisi medijs superioribus, cum tamen ipse immotus in se, omnia ineffabiliter moueat & gubernet, ita ut nihil sit oibus eo principalius, & nihil incomprehensibilius. Secunda ratio est, quod cum non oibus datum sit esse docibiles Dei, ne ignari errent a uia Dei, pro qua necesse est eos peruenire ad gloriam caelestem, expedit eis, ut sequantur ducatum doctorum suorum, sicut caecus dat manum ductori suo, ne cadat, uel impingat, uel erret. Tertia ratio est, ut homo qui subesse noluit Deo peccando, & ita superbiendo, gratiam Dei perdidit, satisfaciatur ei, subiciendo se homini propter Deum. Et ita per humilitatis meritum gratiam Dei recuperet, quam amisit. Quanto maior autem & purior fuerit humiliatio & promptior, tanto plenior erit gratiae recuperatio, & gloriae remuneratio. Magnitudo humiliationis attenditur in difficultate iuncti operis. Puritas in simplicitate intentionis. Proprietas in alacritate executionis.

De triplici obedientia. Cap. XXVII.

Est autem triplex obedientia. scilicet necessitatis, cupiditatis, & charitatis: necessitate obedit, quod cogitur, & libenter est liber, si posset uel uideret, ut asinus & serui maleuoli & similes. Cupiditate obedit, quod pro mercede terrena, uel comodo corporis, uel consolatione exteriori, libenter facit quod ei iniungitur, ut canis, uel accipiter, uel mercenarius, & similes illis. Quanto autem obedientia plus habet de temporalibus proprio comodo uel solatio, tanto minus habet demerito coram Deo. Merces prioris, est euasio poenae, quam timet incurrere, si non obediatur. Merces secundae, est spes adipiscendi quod desiderat, obediendo pro obrinendo munus, uel solatium temporale. Obedientia charitatis est, quod ex charitate Dei, & propter Deum, & propter diuinam remunerationem obeditur, largi sumpto nomine charitatis, sub qua tamen timor poenae, quod desiderium primi, quod affectus amoris Dei includit, quorum primum est incipientium, secundum proficientium, tertium perfectorum. Item alia distinctio obedientiae. Quaedam est generalis. Alia generalior. Alia generalissima. Haec, alia specialis. Alia specialior. Alia specialissima. Generalis obedientia est, qua omnes fideles in Ecclesia generaliter obligantur suis praetatis obedire, Papae, Episcopis, & alijs in his, quae canones praecipunt, & iura pro oibus promulgata. Generalior est, qua omnis creatura ratione utrens, tenetur uoluntate propria uoluntati sui conditoris conformare ex arbitrij libertate, ut ange-

Gen. 1.
Rom. 13.



lus & homo. Generalissima est, qua omnis creatura obedit suo creatori, siue naturali motu in-

De gradibus & profectibus obedientie. Cap. XXVIII.

Profectus uel gradus obedientie quantum ad illa, in quibus obediendum est, colligi possunt ex praedictis. i. obedientia ad precepta commu-

posita sibi ferit, siue in nobis appareat, siue aliter extimemus. In pfessione obedientie non expri-

Phil. Simo.

perfecerunt, sicut ab ipso didicerant patre sancto. Hac uirtute Abraham obediuit, non tantum

Math. 16

De paupertate. Cap. XXXI.

Contemptus diuitiarum opponitur auaritia rerum temporalium. Hic quoad paupertas spiritus appellatur. Quidam autem sunt pauperes

Phil. Simo.

De triplici contemptu diuitiarum. Cap. XXX.

Contemptus autem diuitiarum in duobus consistit. Aut cum liberaliter effunduntur in pauperes per opera misericordiae, & ad cultum Dei

Math. 19

diuitiarum contemptus. Prima, quia rerum amor retrahit ab amore Dei & patriae caelestis. Iuxta ipsius ueritatis testimonium. Nemo potest Deo seruire & mamona. i. diuitijs. Sicut enim de profundo terra tolluntur, ita suo potere ad intima terra suos detrahunt amatores. Hoc est in profundo inferni, unde dicitur. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationes, & laqueum diaboli, quae mergunt homines ad infernum. Secunda causa est, quia retardant hominem a profectu uirtutum. Sicut enim oneratus non potest uelociter currere, sic mundanis curis oppressus, non potest in spiritu expedite proficere. Si ergo uis festinate ad patriam. Si uis non teneri in laqueo nenantium. Si non apprehendi in uia, & in captiuitate unde euaseras non reduci, proice auaritiam, & extrahere pedem de uiciosa cupiditate terrenorum. Ideo Iudei tardi erant ad reditum de Babilone in Ierusalem, quia filios, uxores, & possessiones iam acquisierant in Babilone. Sic & religiosi tardius desiderant caelestia, cum in terrenis coeperint dilata-

Luc. 16.

Timo. 6.

Math. 5.

1100.1

1101.1



& rectum sufficit homini pro necessitate ad uiuendum, quod superest superfluū est. Item multis est nocua, & occasio damnationis eternae. Item multorum patet inuidia, qui libenter eam aggerent habenti per multas artes. Item multo labore & sollicitudine acquiratur, & seruatur cū periculo uitae. Item non faciat appetitum hominis habētis, sed quō plus habetur, eō inquietius sititur. Item quia tam bonis q̄ malis dat, & ideo non sunt feliciores, qui in ea habundant, immō frequētius infeliciores, quia est eis occasio multorum malorum. Item quia diu cum homine non perseuerat. Nam si aliter non ammittit, mors eam separat ab homine, & nihil potest homo post mortem secū deferre ex ipsis, nisi quod meruit, vel demeruit per ipsas. Sapiētis ergo est, parū pendere quod uile est, & non multum laborare pro eo, quod parum est uile, & fugere quod perniciosum est. Et liberaliter spargere qd̄ conseruatum perit, & distributum fructificat, si in pauperes erogetur.

De gradibus in contemptu diuitiarum. Cap. XXXI.

Primus autem gradus in contemptu diuitiarum est, nihil uelle habere iniusti lucri, nec per se acquisitum, nec ab aliis datum, uel relictum, uel reddere oibus debita pro polle. Et de iustis habitis elemosynas facere. Et nō aburi facultate propria ad peccatum lasciuia, superbia, gula, & aliorum uitiorum. Tribus autem modis aliquis uidetur iniuste bona habere. Cum autem ipsa male acquisiuit quocunq; modo, aut ab alio datum, uenditum, inuentum, uel redictum aliquid ei est ab illo, qui ius in eo non habuit, aut cum nocuit alteri in rebus iniuste, etiam si nihil de illis habuit. Inquātum enim teneor alteri restituere, in tantū mea nō sunt mea, sed illius cui teneor, undē si quis plus tenetur certis personis q̄ habeat, si dat alicui gratis de bonis suis, undē scitur per accipientem impotens fieri ad reddendum, qui sic accepit scienter, teneatur pro eo soluere tantum, quantum accepit, cū iste non sua ei dederit, sed quae sunt aliorum. Secundus gradus est, nihil uelle superfluum habere, sed solum necessarius esse contentum, in uictu, in uestitu, hospitio, utē silibus, obsequiū famulatu, & reliqua habita pauperibus erogare, uel nō recipere oblata, nec accipere supra necessitatē, ut dicitur in Lu. Quod superest dare elemosynā, & ecce oīa mūda sūt uobis. Sic monachi Aegyptij & alij similes de labore proprio uictū & uestitū habentes, reliqua pauperibus distribuēbāt, vñ dicitur in Pau. Habētes alimēta & q̄bus tegamur his cōtenti sīmus. Sed ne nimis latos faciamus terminos sufficiētiae, est sciendū, qd̄ duplex est sufficiētia. scilicet indigētiae, & cōcupiscētiae, indigētiae sufficit sustentare naturā, ut possit ad seruiēdū Deo perdurare. Et hāc sufficiētia natura docet, sicut uidemus in ir-

rationabilibus animalibus, immō & in plantis q̄ cōtentae sunt naturali alimento, & amplius non requirūt. Sufficiētia uerō cōcupiscētiae excedit mensurā, limites nō habet nisi impossibilitatis, hāc solum relinquit quod nō sperat adipisci. Diues auarus in Euangelio cū uberioribus fructibus agri se uideret ditatum, nō dixit diues sum & abundo, non plus cupio, quia nō capio, sed cogitauit horrea uetera destruere, & maiora facere, ut dicitur in Luc. Prima horrea sunt iustae necessitates, hāc parua sunt & paruīs implent, sed auarus hāc destruit & maiora facit. i. horrea concupiscētiae & superfluitatis, quae nunq̄ replentur, quia semper cum plurima habere capit, etiam ampliora facere disponit, atque iam non sufficiunt habita, nisi adiciat ut adhuc plurima, & sic p̄cederet in infinitum. Cor auari est quasi fouea sine fundo, eo quod plus recipit plus consumit, ut nunquam uideas impletā, iuxta illud Eccles. Auarus nunquam implebitur pecunia. Tertius est in uelle possidere in mūdo, & in oibus necessariis multiplicē pati penuriā pro Deū. Hic est efficacissimus cōtra auaritiā remediū, q̄ sicut ignis in facilius nunq̄ dicit sufficit, & nunq̄ melius extinguitur, nisi cū nostra temporalis substantia penitus subtrahatur. Hoc remediū Christus docuit uerus animarū medicus, qui in omnibus uia illam tenuit, q̄ est aptissima ad doctrinā uirtutū, in curationem uiciorum. Diuitiae enim, honores saeculi, & uoluptates carnis, sunt p̄cipua sanctitatis impedimenta, q̄ magister uirtutum & Dñs docuit uiuendo, declinare suis discipulis in exemplum, ut habetur in Matth. Si uis perfectus esse, uade, & uende oīa q̄ hēs, & da pauperibus, & ueni sequere me. Hāc est quā uocat Apostolus. Altissimam paupertatem, primo sanctorum in Eccl. qui omnia reliquerant pro Deū, huic multa uirtutes & plurima dona gratiarū annexa sunt, quae tñ a paucis patiunt, eo qd̄ licet multi sint, q̄ quasi nihil habeāt in mūdo, tñ admodum rari sunt in religione, q̄ non plus habere cupiant, uel pro se uel pro aliis. Oē quod est melius, est rariū in hoc mūdo. Qui pro se sollicitus est in temporalibus, relinquit semp̄ p̄uisioni simpliciter. Qui habet p̄uiores relinquit illis. Qui uerō oēm sollicitudinē suā in Deū iactat, & oēm cogitatū hēt ipsum Dñm p̄uisorē, sicut dicitur in Mat. Primū q̄rite regnū dei, & hęc oīa adiacient uobis. scilicet temporalia necessaria. Qui n. ex gratia uult donare caelestia, cur nō etiā ab eo speramus temporalia & parua? Aut ergo dabit nobis necessaria in quātum expedit, aut uires corporis ad sustinēdum penurias, aut spūalē dulcedinem meliorē carnali, & insuper prēmium caeleste.

De sobrietate. Cap. XXXII.

Sobrietas ē uirtus, qua corporis alimēta cū moderatione admittunt in cibo & potu & somno. Sumit etiā generaliter pro moderatione ab oī superfluitate,

superfluitate, & intemperantia mentis, & corporis unde dicitur. Sobria mens & sobrius sensus, sed prout accipitur pro restrictione alimentorum, ista est quae dicitur parsimonia, uel abstinentia, & opponitur uitio gulae uel castimargia, quae est uentris ingluuies. Est autē alia sobrietas medicinalis, alia auaritiē, alia hypocrisis, alia paupertatis, alia religiositatis. Medicinalis sit propter sanitatem corporis conseruandam, uel recuperandam. Auaritiā ad parcendum expensis. Hypocrisis pro laude humana. Paupertatis pro necessitate penuriae. Religiositatis pro uirtute obtinenda, uel pro uicio calcando, pro edificatione proximorum, pro gloria promerenda, pro acuendo intellectu, & sapientia inquirenda. Nam sicut fenestra obturata limo, obtenebratur, ita intellectus intus cibo obrutus, obcaecat, sicut sapius experimur. Sobrietas autē sicut omnis uirtus tunc solum coram Deo est meritoria, cum Deus est eius causa prima & forma, id est si propter Deum principaliter fiat, & secundum Deū. Sicut n. Deus mundū gubernat, ita ut nec plus, nec minus ei adhibeatur diligentia q̄ iustum est, omnem diligentiam suam ut ita loquamur circa caelestia impendens. Ita & homo cui minor mundus regendus commisit est, hoc est corpus proprium, sic debet ei prouidere prudenter, ut nec de necessariis prouisione aliquid desit pro posse, nec aliquid impendatur superflui, ut non deficiat ante tempus ex penuria uel labore, nec lasciuierit ex abundantia, uel quiete. Tota autē intentio debet esse circa optimum occupata, circa profectum animae in Dei notitia & amore, & his quae ad hunc profectum conducunt, quia non propter corpus anima creata est, sed corpus propter animam, ut illi seruiat & cooperetur ad profectum praefatum. Anima uerō propter Deum data, & creata est, ut ei inheret, & inherendo suauitate ipsius seruiatur, & fruēdo beata sit. Solus etiam Dei est occidere & destruere, cuius est creare & uiuificare. Ideo nisi eius iussu, uel permisso nihil nobis licet destruere eorum, quae ipse fecit. Irrationales creaturas permittit nos occidere, sed non irrationabiliter. Rationabiles uerō prohibet occidi. i. homines, nisi secundum leges ab ipso promulgatas, unde indices secundum leges diuinas iudicantes, non sua, sed Dei auctoritate malefactores occidunt, quia ipse praecipit. Qui hęc fecerit, uel hoc fecerit tali poena puniatur. Sicut autē non licet cuiq; alterum occidere, ita nec semetipsum aut occidit, qui indiscretē per abstinentiam, & per alios labores debilitat, ante cogitur deficere q̄ requirat ordo naturae, licet aliquos deuotionis feruor, uel pura simplicitas excuset. Vñ dicitur ad Rom. Rationabile obsequium uestrum, &c.

De tribus in quibus consistit sobrietas. Cap. XXXIII.

Sobrietas in tribus consistit, in qualitate, quantitate, & modo. In qualitate, ut non delicata,

& preciosa, & sumptuosa requirat, sed simplicia, quibus ualeat sustentari natura, & gula non prouocari, & quae de facili possunt haberi. In quantitate, ut non nimis q̄ decet, uel sapius, sed temperatē, ut sit refectio corpori non onus. Infirmi sunt liberi ab hac utraq; lege, immō ut non importunē requiratur, nec impetuosē, & indisciplinatē, & inordinatē sumatur, sed modeste, mature, & religiosē, sicut in priori forma nouiorū tactum fuit. Sic n. sapit, si ita sumamus. Sumitur commodius, reficit salubrius, minus grauat stomachum, & facilius digeritur, & minus peccat, & est honestius, & religiosius. Valet autē sobrietas ad ista, quae superius tacta sunt. Valet etiam ad satisfactionem pro peccatis, ut sicut corporis uoluptate peccamus, ita castigatione emendamus. Item ad carnis lasciuia reprimendā, ut que impinguata insolens facta est, macerata discat obedire, quoniam habetur Cor. Castigo corpus meum, &c. Item ad corporis sanitatem, quia noxios humores desiccet, quos crapula & quies superflua generare consuevit. Item ad sollicitudines mundanas abscindendas, quia qui mo dicis contentus est, modica habet prouidere. Itē ad multarum uirtutum habilitatem, sobrius enim est agilior ad bonū, castior est, & minus habet in uidendi materiam, magis cautus est in lingua, promptior ad deuotionem, & purior in affectu. Item ad sapientiam inquirendam, quia secundum Augustinum sensum magis uigilem facit, & subtilem, & memoriam tenacē. Item ad aliorum edificationem, quia qui exteriora nostra ordinata uident, & temperata concipiūt, quod de interioribus extiment quae non uident, nec intellegunt. Minus etiam sumus eis graues ad recipiēdum ad mensam, uidentes q̄ modicis contenti sumus, & q̄ facile nobis possunt satisfacere. Minus autem alijs medicis nociui sumus, quia quod plura ab hominibus petimus, eō minus aliquid mendicis dandū relinquimus. Et hoc est quoddam genus rapinae, quod a paucis aduertitur, cū aliquis ultra necessitatem ueram mendicat. Vñ alter mendicans magis patitur detrimentum, quia postea superueniens non inuenit quod iste praeueniens praeripuit. Item ualet ad meritum gloriae tam pro seipso, q̄ pro uirtutibus sibi cōnexis, quia quō plus nobis hāc de uoluptate subtraximus, eō magis & hāc spiritualibus, & illis caelestibus diuitijs abundabimus.

De gradibus sobrietatis. Cap. XXXIII.

Primus gradus sobrietatis esse potest, a crapula & ebrietate cauere, & debita tempora & horas in comedendo seruare, ne ieiunia statuta leuiter frangantur, uel tempore incongruo, epulis & potibus inseruiatur, & ne magis ad luxuriam, q̄ ad naturae refectioem edendo, uel bibēdo studeamus, quia dicitur in Eccles. Vē terrea, cuius Rex puer est, & cuius Principes mane comedunt,

Luc. 11.

1. Tim. 6.

Luc. 11.

Eccles.

Matth. 6.

1. Cor. 9.

Matth. 6.

Rom. 12.

1. Cor. 9.

Nota.

Eccles. 10.



comedunt, &c. Pecus quod foli uetri seruire no-
 scitur, seruat in ededo & bibendo natura modum
 conueniente. Sic & homo debet qui regitur ra-
 tione. Alioquin melius esset ei carere rone, q̄ nō
 regeretur ab ea, quia nec peccaret carens rone. Sedus
 gradus esse pot̄ is a quibusdā licet, abstinere, ut a
 carne, uino, lacte, piscibus, uel pigmētis, uel aspe-
 ro uictu esse contentū. I. pane rudī, uel nō cōdito,
 uel sape ieiunare, & a delectabilibus abstinere,
 & que magis appetunt, ut religiosi & deuoti so-
 let, & penitētes, iuxta illud Apostoli ad Roma.
 Bonum est non comedere carnes, & non bibere
 uinum &c. Sicut Nazarei & filij Iacob. Vnde di-
 cit̄ in Dan. Caro & uinum nō intrauerunt in os
 meum. Tertius gradus est domuisse gulam, & do-
 cuisse palatum, sic ut solum sit contentus his que
 extrema necessitati sufficiunt in qualitate, &
 quantitate cibi & potus, ut quantum simplicior
 uictus, eō magis diligit. Et si delicata aliquando
 sumere oporteat, non delectationem in eis, sed
 solum necessariam refectionem requirat. Ut ha-
 beretur ad Rom. Carnis curam ne feceritis in de-
 siderijs. Posset & alia distinctio dari de profecti-
 bus abstinentiæ, & sobrietatis. Primus gradus est
 carere patienter, cū non potest haberi cibus, uel
 potus delectabilis, & non contristari q̄ non ha-
 bentur desiderata interdum, sicut quidam, qui
 quandoq; non habent in mensa que desiderat, &
 contristantur, uel indignantur, murmurat, ue
 recundiam abiciunt, & non cogitant professio-
 nem suam. Et q̄ aliquando diuites non habent
 omnia que cupiunt, quanto magis pauperes, &
 mendici. Secundus gradus abstinentiæ est uelle
 carere pro Deo illis, que possent haberi, amore
 sobrietatis & boni exempli. Sicut boni & fideles
 serui Dei sape ditiores hospites p̄tereūt, & apud
 pauperes hospitāt, & lautiora ferula prohibēt
 sibi dari, contenti simplicibus & paucis amore
 Dei, & pro ædificatione aliorum, dicente Paulo.
 Omnia mihi licent, sed non oia ædificānt. Quia
 licet secundum Euangelium comedere liceat, q̄
 apponuntur, tñ magis ædificat si lauta, & multa
 nobis apponi non permitimus. Quia sicut reci-
 pientes decet liberalis hospitalitas, ita decet nos
 religiosa frugalitas, q̄ et iam fortius cōuenit nos
 defendere, q̄ illos suam secularem honestatem,
 quantum uolunt nos abunde procurare. Quā-
 uis autem ista uice uideantur contristari, q̄ non
 p̄mittimus suæ deuotioni satisfacere multa mi-
 nistrando, tñ apud se de nostra temperatiā ædi-
 ficantur. Et alio tempore recipiunt nos Hylares,
 q̄ non sumus eis onerosi. Et ubi modo paucos
 receptores habemus, ibi tunc plurimos habebi-
 mus, cū intelligunt, q̄ & pauperes nos pascere
 commodē ualeant. Tertius abstinentiæ gradus
 est, posse sine difficultate abstinere ab habitis de-
 lectationibus, uel tantum inde sumere purā ne-
 cessitatem, & hæc non amore delectationis, sed
 recreationis. Et quāuis quo ad paupertatē ma-
 ior uirtus sit, non habere quod cupiat, tñ quo ad

fortitudinem abstinentiæ maius est posse appe-
 titum retrahere ab usu, uel delectatione præsen-
 tis uoluptatis, q̄ absentem non desiderare. Cau-
 tius aut̄ est & securius, fugere corporales delecta-
 tiones, quia sape uicti sunt in certamine, qui ni-
 mis uoluerunt esse securi. Et qui ex p̄sumptione
 sibi uictoriam imponderant, uicti & confusi di-
 dicerunt, q̄ stultum est committere se periculis
 priorum, ut potest oportune uitari. Facilius in
 littore non submergitur, q̄ in gurgite aquarum.

Quod uirtus consistit in medio, uitiā in extremis
 Cap. XXXV.

Sciendum tñ, q̄ uirtus medium uiciorum tenet,
 & in utroq; latere tam a dextris q̄ a sinistris
 uicij est obiecta. Et ita ut si modicē a discretio-
 nis tramite declinauerit, iam uirtus non sit, uer-
 bi gratia. Parsimonia uel abstinentia si metas suas
 excedat in superfluitate alimenti, declinat in ui-
 cium gulæ. Si nimis modicum admittat de ne-
 cessario alimento, uicium indiscretionis incur-
 rat, per quam uires corporis destruat, uigorem
 mentis extinguat, naturam debilitet, & bona q̄
 promereri potuit negligat, & uitam citius peri-
 mat, uel sensum perdat, uel si uires recuperare
 debeat, tantō postmodum studeat corpus refi-
 cere commodis & fomentis, quanto prius indi-
 sceret eidem eas subtraxerat. Similiter contem-
 ptus diuitiarum, si ultra q̄ iustum est aggreget
 temporalium substantiam, in auaritia uicium
 cadet. Si nihil temporalium uelit ad usum ad-
 mittere, ex tali indiscretionē necabit naturam
 fame, frigore & egritudine. Patientia si minus
 declinat in impatientiā uicium, incidet in tor-
 pore, ut zelum iustitiæ perdat, & dissimulet tā
 in se q̄ in alijs uicia crescere, que debet persequi
 & ulcisci. Humilitas si nimis timet, extollitur ex
 indiscreta abiectio, perdit confidentiam salu-
 ris, uel profectus spūalis. Caritas proximi si in-
 discrete timeret, facit proximo fauere in detrimē-
 tum salutis propriæ, sicut qui periurat amore p̄-
 ximi, & alijs modis. Castitatis amore aliqui sibi
 uirilia amputauerunt, & dum uoluerunt tenta-
 tionis ardorem temperare, periculo se propriē
 interfectionis exposuerunt. Agilitas boni operis
 sic quandoq; fugat pigritiam, ut quietem deuo-
 tionis extinguat. Spūalis lætitia sic acediam, uel
 tristitiam declinat, ut quandoq; in dissolutionē
 incidat, & uanam gloriam. Taciturnitas, uerba
 ociosa declinans, quandoque utilia & necessa-
 ria retinet in detrimentum proximi & sui. Obe-
 dientia indiscreta, sic fugit propriē uoluntatis
 uicium, ut obediat superiori ad peccatum, cum
 tamen obedire magis oporteat prohibenti om-
 ne peccatum, quā cuius præcipienti peccatū.
 & sic de alijs uirtutibus faciendis.

De distinctione uirtutum a uitijs. Cap. XXXVI.

Et quia uirtus tam nobilis est, & uenerabilis
 oibus, & p̄ oibus, q̄ uitiōsi eam super omnia
 uenerantur,

De castitate. Cap. XXXVII.

uenerantur, ideo & uicia quandoque uirtutes se
 esse mentiuntur, & uelamen uirtutis assumunt,
 ut aut se curius dissimulentur & non arguantur,
 aut etiam laudem uirtutum assequantur. Vnde
 uidemus ea quandoq; a quibusdam religiosi,
 & studiosē exerceri, & ex auctoritate quasi pro
 uirtute defendi, ita ut uera uirtus eis & in alijs
 quandoq; displiceat, & etiam pro uicio despici-
 ant & impugnent, & interpretentur esse uitiū,
 quod pura uirtus est, & e conuerso uirtutem as-
 ferant, quod uerē uicium est, sed uirtutis colore
 uelatum, uerbi gratia paupertas spūs, id est uolū-
 taria pro Christo paupertas magna & uera uir-
 tus est quā multi religiosi profitent̄, & tamen ui-
 demus plures sub prætextu necessitatis, pietatis
 & honestatis diuitias desiderare in pecunia, præ-
 dijs & ædificijs, uelitu, & uictu, & libris, & alijs,
 que habere diuitiæ reputant, ita ut faciri ne-
 queant, quia si etiam quod cupiunt habent, si
 quis plus offerret, plus acciperet, usq; ad magnā
 quantitatem, quia non dicerent, sufficere, nolū-
 mus plus habere. E conuerso parē uiuere, & pau-
 cis contentum esse tenacitas & auaritia nuncu-
 patur, quasi non audeat uti his, que habet. Silen-
 tium reputatur tristitia: maturitas, amaritudo,
 & zelus iustitiæ, temerarium iudicium dicitur,
 quies deuotionis, pigritia uocatur, corporis ca-
 stitatio, indiscretio censetur, simplicitas stulti-
 tia creditur, timor Dei litigiosa conscientia æsti-
 matur, fugere publicum, singularitas uocatur,
 cauere scandalum, hypocrisis iudicatur, ecce
 quomodo proscibitur & peruersē uicium in-
 terpretatur. E conuerso aut̄ plerunq; dissolutio so-
 cialis iucunditas putatur, curiositas ædificiorū,
 librorū, & aliorum honestas habetur, laxa con-
 scientia libertas deputatur, corpus delicatē fo-
 uere, discretio reputatur, garrulitas affabilitas
 dicitur, inuidia fraternitas, zelus iustitiæ dicitur,
 duritia & inclementia, rigor ordinis putatur,
 auaritia acquirendi, fidelis prouiso nūcupatur,
 astutia prudentia nominatur, elatio autoritatis
 ostensio monstratur, zelus & contentio ordinis
 ædificatio uult uideri, detractio uicij, alterius
 uult putari, conformitas uitiosa, uult credi fuga
 singularitatis, torpor negligentia uult humili-
 tas uideri, altiora se non quærere pusillanimitas
 dicitur, inquietudo euagandi & negociandi, uult
 agilitas dici benē operandi, prodigalitas, uult lar-
 gitas uideri, & sic de alijs. Sciendum itaq; est, q̄
 discretio spūs medium uirtutis eligit, non decli-
 nat ad dexteram uel ad sinistram regia gradiens
 uia, nō dicit malum bonum, & bonum malum,
 ponendo lucem tenebras, & tenebras lucem, di-
 uidens diem uirtutis a nocte uiciorum, ne Ange-
 lum Sathanæ pro Angelo lucis recipiat. Verum
 a falso distinguens, & quod bonum est bo-
 num tenens.

Discursus

Castitas est sobrietati similima, & nutritur
 ab ea, sicut e conuerso, luxuria nutrit̄ a uen-
 tris ingluuie. Membra. n. genitalia sub uentre posi-
 ta ex eius redundantia in libidinem resoluunt̄,
 sic e conuerso uentris exinanitio humore luxu-
 riæ arefacit, sicut cū fons obruratur, riuus ex eo
 profuens desiccatur. Vnde pro gnali regula, a bo-
 nis spūalibus hætenus obseruatu est, qui castus
 esse desiderat, studeat sobrietati, quia sine illa nō
 diu castitas est secuta. Et cum iam proficiēte p̄-
 ficat, & cum decrescente decrescit. Licet quidā
 sine ea modo sibimet, aliud nescio qua p̄sumptio-
 ne p̄mittant, ois aut̄ laus in fine canit, nec credo
 tot & tantos uirtutum inquisitores, qui dictam
 secuti sunt regulā in sua estimatione deceptos,
 unusquisque. u. in arte sua sapiens est, & studiosi
 uirtutum fuerunt in earum exercitijs sapientes
 studiosi uerō diuitiarū, uel deliciarum seculariū
 efficiuntur in earū puisione prudentes, ut Lucas
 ait. Filij huius sæculi, prudentiores sunt filij lu-
 cis in generatione sua. Castitas est uirtus origi-
 ne cœlestis, hanc ipsi Angeli sancti ab ipso Dño
 oium uirtutum fontali principio primitus didi-
 cerunt, & indeclinabiliter seruauerunt, hanc su-
 mus & unus magister noster, qui est in cœlis, An-
 gelorū magister Ch̄s Dñs, nobis de cœlesti scho-
 la ad terrā publicē docendo attulit, & matrē glo-
 riosam uirginē perfectā primamq; post se huius
 disciplinæ magistrā, in cathedrā uirginis mū-
 ditiæ ceteris mirandam & imitandam præficit.

De quatuor utilitatibus castitatis. Cap. XXXVIII.

Castitas quatuor facit in præfenti. Corpus mū-
 dificat, sicut e conuerso luxuria inquinat, ita
 q̄ si non merces alia castitatis q̄ p̄fens mundi-
 tia foret, nec aliud luxuriæ suppliciu q̄ eius fec-
 ditas, castitatis honestas esset amplectenda, & lu-
 xuriæ turpitudine horrenda. Itē mentē liberā fa-
 cit & expeditam, quia nec pro uxoris puisione,
 nec pro filiorū educatione sollicitum reddit, nec
 affectus dilectionis ad coniugē & ad filios ligat,
 nec spūs zelotipiæ castum exagitat, nec sollicitus
 est quo uxori placeat, uel qualiter hæredes di-
 uites faciat, nec quær̄t generos, uel nurus, nec
 est seruus affinium p̄ uxore, soli sibi uiuens, & p̄
 se solo sollicitus in seipso qui iescens. Multa sunt,
 de quibus oportet coniugio ligatos esse sollici-
 tos, ita q̄ illa carnis delectatio nulla modō est
 eis tam iocunda, q̄ anxietas uariarum curarum
 quas patiuntur, erit postmodū amara, quā Apo-
 stolus tribulationem carnis appellat a quibus ca-
 sti, sunt liberi & exonerati, ait enim. Volo uos si-
 ne sollicitudine esse, &c. Item consciā lætificat,
 quia gratū Deo præstat obsequium, qui p̄ Ch̄o
 carnis dulcedinem respuit, quā mundus p̄ ma-
 gno bono concupiscit, lætificat, quia Deum pla-
 cat & Deo proximare facit, & Dei offensam ca-
 net in delectatione carnali, & præmium cœleste
 meretur

Exemplū.

Luc. 16.

Cor. 7.

meretur, & deum auctore munditie per castitatem imitando sequitur, cū sit gloria magna sequi Dñm, qui nos præcessit in munditia castitatis, uirgo uirginis filius & uirginum sponsus. Itē raphoibus, q̄ Angelis amabilem, & spectabilem facit, quia tam boni, q̄ mali uenerant ut eā Angelī, quia cum naturaliter omne animal diligat sibi simile, Angelī castos hoīes familiarius diligūt.

De his qui ualent ad castitatis profectum.
Cap. XXXIX.

AD castitatis aut acquisitionem & profectum, ac obseruationē, ualent ea quæ supra posita sunt de remedijs luxurie. Alienatio, & separatio sceminarum a uiris, & consortium contuberniale castorum, quorū exemplo castitas doceatur. Item delictiarū fuga quæ nutriunt carnis illecebras. Item exteriorū sensuum custodia, ut non uideat, uel audiāt, uel tangat undē tēteretur. Item ocij deuitatio, quod est ianua oium uitiorum maximē carnaliū. Item custodia internarū cogitationum, & affectionū cordis, per quas coluber caput uenenatum ingerit. Item orationis frequentia, qua obtinet auxilium a Deo contra omnes impugnationes.

De gradibus & profectibus castitatis. Cap. XL.

PROfectus uel gradus castitatis pluribus modis distinguitur. Est. n. castitas coniugalis, uidualis, uirginalis. Est etiam alia castitas in actu. Alia in affectu. Quidam. n. casti sunt corpore sed non mente, & quidam casti mente, licet corpore oporteat eos debitum reddere coniugale. Sed de castitatis gradibus sicut religiosi conuenire uideamus. Primus gradus est continentia ab actu carnali cum proposito mānēdi, & omnibus illicitis motibus consensum negādi. Iste gradus est adhuc uicinus terrena uoluptati propter conuersionis nouitatem, quia uapor tēgit eum carnalis tentationis, quasi fœtor Sodome ardentis. Ne igitur quasi uxor Loth, retrō aspiciēs pereat, festinet ad montē, & sublimioris castitatis gradum labore attingere ut saluetur, ne pereat in scelere ciuitatis, in peccato luxurie quo pleni pereunt. Primus iste gradus est adhuc in labore pugnæ, & in incerto uictoria, dū sola uoluntas cum adiutorio gratiæ pugnat contra quatuor hostes carnis prurimum, affectionis appetitum, mundi prouocamenta ad libidinem, & demonum suggestionem. Et ita sunt quatuor contra duos. Cōfidat tñ uoluntas bona, & inhareat ei fideliter, qui dicit. In mundo præssuram habebitis, sed cōfidite, ego uici mundum. Qui etiam diabolum fortiozem alligauit, & spolia eius distribuit, & cito inimicos eius conuertet ad pacē, & subiciet exactores suos, carnis libidinosū pruritū, & affectionis illecebrosū appetitū. Secundus gradus est, cū macer atione carnis, & palia studia spūalia affectus mundatur, & caro ita spūi subiugāt, ut rarius tentetur, & mitius. Ut quamuis adhuc

Ioan. 16.

plenē nō careat concupiarum stimulis quasi spinarum aculeis, & leuiseus adhuc intra eius terminos lateat, tñ ita depræssus & imminutus, ut facili labore sedetur eius cōmotio & imperado magis q̄ reluctando insurgentem cōpescat, nisi forte ex propria negligentia & desidia uires sumere, & grauius impugnare permittat. Sic filijs Israel Dñs cōminat, ut habetur in Iudic. Qñ p̄ negligentiam hostes sibi ut subiectos noluerunt a facie eorū delere. Ut per quæ peccauerunt, per hæc etiā punirent. Vñ postea sepius ab eis sunt grauius tribulati, & subiugati. Si hostibus igitur uitiorū fideliter resisteremus, qñ nos impugnare incipiunt, non solū non uinceremur ab ipsis illa uice, sed et ita debilitarent, q̄ postea rarius auderent nos imperere. Sed si impeterent, facile uincerent, donec penitus delerentur, q̄ nix auderent mutire. Sed tepidē reluctado damus eis uires, & ausum sepius & acrius nos demceps impugnandi. Sciendū tñ, q̄ aduersarius qñ fortiter uincitur aliqñ diu expectat, quod de eodē uitio non expugnat, donec interim dissiueat hō impugnare. Et ex tūc subito irruit, ut improuidos tantō securus p̄sternat, quantō ad repugnandū inuenit imperitos. Exemplū de illo q̄ sup̄ hostē irruit, cū iā arma deposuit, & se ad quiescendū cōposuit, uel adiutores suos post plium a se dimisit, quia imminentis pugne suspitionē nō habuerat, ut hī in Mach. Hostes Iuda bellū constitērūt die sabbato, populo in quiete & ocio exilente; & ita plurimos occiderunt. Semp̄ ergo simus parati hostibus uiriliter resistere, quia ipsi nō quiescūt nos impugnare, dū uident quiescere. Quia hæc ipsum cessare ab impugnatione, impugnare est: quia illud cessare nō eorū clementiæ est, uel lassitudinis, sed astutiæ, & fraudis. Hæc quatuor dixerunt hostes nostri, nesciant & ignorēt, donec seruiamus i medio eorū, & interficiamus eos, & in Prouer. Intelligit inimicus, cū in corde tractauerit dolos, qñ submisit uocē suā a subiectione cessando, ne credideris ei, qñ septem nequitia sunt in corde illius, qui operit odiū fraudolenter, reuelabit malitia eius, &c. Tertius castitatis gradus est, ita edomitas hīe carnis cōcupiscentias, q̄ uix rarissimē, & tenuissimē sentiātur. Et ex affectu talē induisse se castitatis amorē ut horreat, & ita detestur oēs carnales motus, q̄ quasi nauis indē patiatur, nec possit audire tractari de operibus carnis, nisi cum horrore cordis, & extorsione. Si uerō p̄ utilitate aliorum de matrimonij casibus aliquid tractandū occurrerit, ita quietos motos suę carnis sentiat, ac si de luto uel lapidibus, uel similibus tractaret. Et cū per soporem somni, humoris abundantia naturaliter se resoluit, ita quiete & insensibiliter p̄fluat, ut nec turpiū pharasiarū imaginationibus illudat, nec in sensu scæde delectationis titillet. Ita q̄ perfectæ castitatis distinctio prout in hoc peccati corpore potest haberi, a uiris perfectissimis obtinetur. Ut autē stabiliter in hoc gradu, &

continuē

continuē perseuerent, puto ad hoc requiri priuilegium singulare, eō q̄ supra possibilitatis naturalis metas esse uideatur in carne uiuere, & carnis uitia non sentire. Frigiditā ex natura, uel ex debilitate corporis, carnis motibus carere plerunq; possunt, sed mentis castitas cum prædicta carnis puritate, ex sola uirtute cum Dei gratia possidere. Vnde & Propheta, hæc quali prodigiū miratur, cum dicit. Venite & uidete opera Dñi, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella ulq; ad fines terra. f. tentationum carnalium, usq; ad terminos mortis, & sequitur, igitur; Vacate & uidete quoniam ego sum Deus, &c. Vacatio notat quietem, uisio intentionē, quia bellis uitiorum sopitis, & hostibus subiugatis mens ualet iam in se quiescere, & Deo intendere & intelligere, quoniam ipse est Deus qui tam potenter potuit, & tam pie uoluit impetus tentationum, & uitiorum comprimere, & pacem facere, quam se per scripturas sapē promittit homini bonæ uoluntatis donare, iuxta illud Leui. Dabo pacem uisceribus uestris, dormietis, & non erit qui exterrear, auferam malas bestias, &c. Qui Deo uult intendere, necesse habet uacare, & se super se leuare, & Psalm. Elōgaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectabam eum, qui saluum me fecit, &c. in Tren. Bonum est præstolari cū silēcio salutare Dñi, sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. Vacandum est a concupiscentijs, a perturbationibus, ab occupationibus mundanis. Ista maximē impediunt uocationem spūalem. Qui autē nihil concupiscit in mundo, p̄ se uel pro charis suis, iam non habet undē perturbetur, quia nihil timet amittere commodi, honoris, uel rerum, & si excutiat se a factis alienis, ut nec curiosē discutiatur, nec temerē iudicet ea, nec occupetur cogitando, & tractado, potest se tantō liberius ad interiora transferre intuentia, quātō ab exterioribus est magis expeditus. Nam qui uult in superioribus intendere, debet ab inferioribus liber esse. Auis si habet pennas ligatas, uel infectas, aut ponderosas, non potest se in alta uolado subleuare. In spūalibus illa superiora interiora sunt, quo ad experiētias spūales.

DE SEPTIMO
PROCESSV,

in quo spiritualis uitæ perfectio consistit,
diuiditur in capitula uigintitres.

De Christianæ perfectionis recapitulatio. Cap. I.

Nunc de septimo gradu, siue profectu religionis est aliquid dicendum. Et quia de uoluntatis profectu supra tractatum est, qui consistit in ordinata dispositione affectionum, in qua attenditur actiua

platiuz uitæ profectum appropinquare considerationis passibus studeamus, eō q̄ uolentibus in spiritu proficere, istud non in utile uideatur. In contemplationis profectu sepius status uitæ religiosę, scilicet processus sapientiæ cōsistit, habens intelligentiæ lumen, & suauitatis internæ saporem. Sapientia secundum nomē eius, est sapida scientia. Dicitur autē supra, q̄ perfectio spiritualis uitæ in tribus consistit principaliter, scilicet in rationis illuminatione, in uoluntatis rectitudine. Et in memoriæ iugi circa Deū occupatione. Memoria ut in Deū intendere iugiter assuescat, eiq; inhareat, quinque uias tenere, & frequentare adiscat, quæ sunt, lectio, collatio, meditatio de Deo, oratio. Et contemplatio, lectio, & collatio bonæ sunt, quasi semina & materia bonæ meditationis. Vnde qualia uis tibi meditati, uel oranti occurrere in cogitatione, talibus colloquijs, lectionibus, aut negotijs, prius occupare stude memoriam. Quia qualis liquor nati infunditur, talem redolebit. Et quales herbas in horto cordis plantaueris, talia femina germinabunt. Collatio spiritualis instruit intellectum, affectum inflammat, memoriā bonæ & sancte cogitationis prole fecundat. E conuerso, ociosa confabulatio, tempus perdit infructuosē, affectū infrigidat, inutiles cogitationes cordi inserit, conscientiam rodit, profectum spūalē impedit, poenam meretur. Lectio talis frequenter, de qua postea non sit inutile in oratione cogitare, quæ illuminet ad Dei notitiam, accendat ad eius amorē, & mores bonos instruat. Animet ad tollerandum aduersa, mundi contentum ingerat, & desiderium patrię celestis, doceat discernere inter uiria & uirtutes, & uincere tērationes, & alia utilia ad salutē doceat procurare. Lectioem sapē interrumpat oratio, sicut alias actiones ut semper mens ad Deū eleuetur, a quo nobis bonum influere necesse est.

De motu intentionis. Cap. II.

Intentio nostra, aliquando mouetur pro Deo, aliqñ ad Deum, aliquando in Deum. Pro Deo mouetur in actione, quam pro ipso principaliter facimus, licet de ipso interim nō cogitemus. Ad Deū mouetur in lectione, & collatione, & aliqua meditatione, quando de Deo est, quia tunc mente uersamur quodammodo circa Deum, licet in ipsum quasi ad secundam personam mentis intuitum non dirigamus. In Dñi mouemur oratione, qñ mens ipsum cogitat, & ipsum alloquit, ipsum complectitur, eiq; affectu deuotionis adheret. Quod autē horum ut illius sit simpliciter. Sciendum, q̄ illud quod magis unit hominem cum Deo est oratio, cum tota beatitudo hominis in Deum transformari. Alia tñ quō ad quid eltiōra sunt, quandoq; ut cū p̄pter obediētiā, uel charitatē pximi intermitteretur oratio, & operibus charitatis insistitur, uel cū discernitur in quo magis ad beneplacitum Deo seruiatur.

De tribus

Quibus
exerceat
tut mens
ad sapiam
comparā
dam.



Orandi tres sunt modi. Vnus vocalis per uerba composita & uisitata sicut cum psalmis, hymnis, collectas, & alias orationes, uel laudes compositas, ad excitandam deuotione, uel soluendum debitum recitamus. Triplex autem est attentio. Vna superficialis tantum, ut scilicet attendat quae dicit, quem psalmum interim dicat, uel quam antiphonam, uel orationem. Fructus attentionis huius est, q non cogitur repetere cu sciat se dixisse. Pro labore etiam corporis, quem bona intentione Deo orado obtulerit, quo se cogit seruire Deo mercedem qualemcuq; merito expectabit. Alia attentio est literalis, qua homo sensum literalem tantummodo attendit, quid exterius uerbo sonant, hunc dat fructum, ubi ali quid in superficie sonat deuotum, ut in Misere mei Deus, & in similibus locis, ubi etiam ab illiteratis si tantum uerba intelligerent, aliqua deuotio caperetur. Sed illis uerbis pertransitis, ubi intellectus mutatur uerborum, & deuotio refrigerat. Qualis enim deuotio habetur ex literalis sensu in istis uerbis. Qui emittis fontes in conuallibus, inter medios montes pertransibunt aquae. Quae tamen omnia facta sunt iuxta intellectum spualem. Tertia attentio est spualis, uel intellectualis, quando ex uerbis psalmodiae uertit sensus spualis, ut cum historia exitus filiorum Mrael ex Aegypto, & plagarum Aegypti referat ad spualem nostram ereptione de peccato, uel d saeculo, & ad peccatorum submerionem inle- tibus compunctiois, & demonum cruciatus, & multa alia. In tali attentione est maximus fructus, quia & erudit animam per spiritualem intelligentiam, & afficit eam per deuotionis affectum, & iste est scipius orationis fructus. Alius modus orandi est saepe efficacior per uerba. f. ex proprio motu formata, ut cum homo Deo familiariter confabulatur uerbis suis, uel etiam uti uerbis alterius, affectui suo consonantibus, quasi coram Dei praesentia, cor suum effundens & uel necessitates suas ei conquerens, uel peccata confitens, & misericordiam postulans, & gratiam & auxilium implorans contra tentationum pericula, & tribulationu grauamina, uel quascuq; suas uel suorum necessitates. Hic modus orandi magis requirit opportunitatem silentij, uel solitudinis circa se & oej, & quietis, quo plenius, & securius se in Deum effundat affectus. Maior est etiam labor in eo capiti & corpori, ideo no pot ita freques esse & durabilis, sicut prior in prima & secunda attentionis specie maxime debilibus & corpore, & aliqui eam frequentantes destrueti sunt, unde tales saepe & frequenter sic orant & leuiter, ut ex frequentia a Dei familiaritate non elongentur, & ex leuitate & breuitate non destruantur.

Psal. 103.

Secundum autem diuersas causas orandi, modus diuersarum personarum format affectus & uoces in oratione & diuersarum personarum imagines in eo quod orat. Aliquando enim homo personam rei assumit coram iudice astans, cum timore orans, sed dicens Deo. Noli me edemmare. Item Non iras in iudicio cum seruo tuo. Item. Dne ne in furore tuo, & his similia, haec oramus cum dicimus, Sed libera nos a malo. f. damnationis aeternae. Aliquando quasi obfessus tentationum, & tribulationum pericula non ualens per se effugere. Insuper timet se Deu offendisse, & ppter peccata sua meruisse, ut tradatur hostibus, inuocat auxilium potentis oras, ne memor iniquitatis eius derelinquat eum, & dicens. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. Item, Ne proicias me a facie tua. Item in Iosue. Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum, cito libera nos. Conueniunt enim aduersum nos oes reges Aniorreoru. Praeter enim finalem damnatione nulla ira Dei grauior, q non defendere a peccato. Hanc maxime meretur superbia & ingratitude & incuria, ut homo profundius cadere permittatur. Hoc est quod oramus. Et ne nos inducas in tentationem. f. peccati. Inducere Deus dicitur, cu nos custodit, ne inducamur. Sicut indurare dicitur cor peccatoris, cum per gram non emollit interna unctionis. Hoc maxime in pugna tentationis & tribulationis onere timendu est, ne suo pondere nos opprimat, & in peccatum deiciat. Alioquin optanda esset tribulatio horrenda, q animam purgatiorem redderet, & maioris esset meriti uiriliter tolleranti. Aliquando quasi seruus qui gram Dni peccando perdidit, supplicat sibi dimitti peccata sua, & negligentias quas comisit omittendo debita, & perpetrando illicita, uel ea quae debuit negligentius & purius persoluendo, dicens, secundum multitudinem miserationum tuarum, &c. Item propter nomen tuum Deus propitiaberis peccato meo, multum est. n. & similia. Hoc petimus, dicendo. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, quia ea benignitate debemus dimittere in nos peccantibus quolibet modo, quo desideramus nobis dimitti, quod peccamus. Aliqu quasi mendicus & pauper coram diuite patrefamilias procumbens, & inopiam suam ostendens, flagitat panem gratia amplioris quo confortet, consoletur, & sustentetur ad resistendum malis. Triplici aut pane indigemus, que nobis ab amico comodari instanter petere debemus, hoc est, caelesti, spuali, & terrestri. Coelestis, est corpus Christi, iuxta illud Ioan. Pater meus dat uobis panem de caelo uerum. Spualis est uerbum Dei, & gratia interna, mentem ab interiori inedia uirtutum & donorum alimento inficiens, teste

Optima declaratio...

Tota...

Psal. 142.

Psal. 1.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 1.

Ioan. 6.

Psal. 103.

Psal. 103.

Psal. qui ait. Panis cor hominis confirmet. Terrestris, est uictus & alimentum, quo corpus haec sustentari necesse habet. Huc poscimus dicendo. Panem nostru quotidianum da nobis hodie. Si ne quo nullo die subsistere ualeamus. Omni enim hora Dei gratia indigemus, & ideo semper ea postulare iubemur ad oia aggredienda. Aliquando quasi filius patri per oia parere, uel placere affectans patrem deuote orat, ut eum a uoluntatis suae beneplacito in nullo discrepare pariat, in actibus, uoluntatibus, ac moribus cu sibi ita conformem faciens, ut nihil in eo paternos oculos offendat, hoc solum sibi reputans solatium, & su per omnia desiderans, ut pater caelestis tantum in eo uoluntate suam perspiciat, siue exercendo in aduersis, siue consolado in prosperis, siue deprimendo, uel quocunq; modo sibi magis placeat. Verè filialis & fidelis affectus est, nulla quae sua sint querere, non commoda, non honores, non consolaciones, sed solummodo beneplacitu pij patris. Hoc est magnu a Deo petere, & magnu obtinere, ut tales nos in hoc peccati corpore faciat, ut illi summa ueritati placeamus, & ab eius directionis regula non deuiemus. Nihil melius uel utilius in hoc mudo posset nobis conferre etiam summus pater, q tales nos facere, ut ei per omnia placeamus. Vnde Psal. dicit. Dne ad te confugi, doce me facere uoluntatem tuam. Hoc petimus cum dicimus. Fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra. Ut sicut illi superni ciues ad uoluntatem tua sunt dispositi, ita & nos hic p modulo nostro, ad uoluntatis tuae beneplacitu disponamur. Aliquando anima quasi sposa Dei in ipso unico dilecto suo quiescere desiderans, & eius frui solis amplexibus ardentè sitiens, p cuius amore omnia ei inferiora uulnerunt, quia fit in suam aliter temperari non sperat, nisi tota illuc transeat, ubi eum facie ad faciem irrepercuta uiderat acie. Flagitando praecatur, hoc citius adimpleri: cum Apostolo dissolui cupiens, & esse cum Chro, quia multo melius, & securius est tam iucunditate fruitionis Dei, q securitate & euasione ois mali, & quia magis esset ad placitum summae ueritatis, q possit in hoc corpore, quantumcuq; proficiens fieri, quia dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a Dno, & in multis offendimus oes, ita ut si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Cum. n. peccatum dicatur auersio a summo bono, & ad bonum inferius conuersio. In quantum inde auertimur, in tantu peccato non caremus, & qui magis auertit magis peccat, & qui minus, minus. Nihil. n. inde auerti, non est peregrinantium, sed est permanentium: effectus tu sapius hinc inde distrahit. Memoria in multis alijs occupatur, & intelligentia cecuriens ipsam ueritatis lucem pure non intuetur. Ex his fit, q aliquando in istis inferioribus impingimur & impellimur, ut cadamus, nisi Dns suam

manum supponat, ut non collidamur. In Psal. Dauid gemens dicit. Sitiuit aia mea ad te fontem uiu, quando ueniam, & apparebo ante facie Dni: Et hoc oramus cum dicimus. Adueniat regnum tuu, ac si dicamus, podere peccati & corpore praegravati non ualeamus adhuc uolare, adueniat igitur regnum tuu, & nos celeriter hinc assumas, ut ab ista miseria liberemur. Interim operare in nobis tibi regnum in iustitia, & pace, & gaudio spussancti. Aliquando quasi inebriatus spiritu immemor summet hono, Deo deditus, & ei per amorem inhaerens, super oia ipsius honorem & gloriam promoueri, & eius notitia ad oes dilatari desiderans, tam pro ipso, q pro ipsum salutem orat patrem, ut sanctificationis suae gratiam & notitiam oibus manifestet. Infideles ad cognitionis suae lumen uocando per fidem: & fideles ad satisfactionis suae gratiam conuertendo per amorem, rebelles, per ostensionem suae potentiae uiriliter contundendo, & quauis non possit, uel nolit sine alijs caelesti gaudio frui, anhelat tu & satagit plures secum trahere, orando, docendo, bono exemplo praecedendo, praedicando, & quocunq; alio modo honore Dei & proximorum salutem, & profectum spuaalem promouendo, & tali affectu uidetur loqui. Apostolus uis uis dicit. Tristitia est mihi magna, & dolor contu cordi meo: optabam. n. eo ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, & c. Moses quoque eodem affectu uidetur orasse dicens. Aut dimitte hanc noxam populo tuo, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Non q Apostolus uellet a Christo separari, uel Moses deleri, sed quia affectum quem ad proximorum salutem habebant, euidentius exprimere non ualebant, quasi non reputantes sibi esse plenum gaudium, introduci ad epulas caelestes, illis quos diligebant, & pro quibus mori optabant, foris fame cruciatu. Hoc oramus cum dicimus. Sanctificetur nomen tuum, ut nominis tui sanctificatio plenius in nobis innotescat, quo te perfectius agnoscere & amare & reuereri possumus, & sanctitatis tuae similitudinem induendo, tibi patri, sicut ueri filij conformemur, ut unus tecum spiritus efficiamur in tuam transformati claritatem, haec orationis formam Christus docuit, & his septem petitionibus omnia petenda conclusit, & oes orationum effectus comprehendit, sicut patere pot diligenter intuenti. Dignitatis aut ordinem in petendis seruauit, & ideo quae ultima hic ponit, illam ipse Deus primam ponit. Quid aut plus peti potest, nisi liberari a malo futurae damnationis, custodiri in descrimine praesentis tribulationis, peccata nobis ignosci, gratiam augeri & infundi, & ut ad uoluntatem Dei uiuamus & regnum eius consequamur, & honorem nominis eius uideamus, & omnes illuc peruenire, & sanctitatem eius ab omnibus agnoscere, & imitari siue sigillatim siue commixtim? Quicquid oramus ad aliquod uel ad aliquem praedictorum respicit,

Psal. 41.

Rom. 9.

Exo. 32.

Quo Paulus uoluerit esse anathema & Moses de libro deleri.



spicit, quia aliquando pro uno obtinendo oramus singulariter, aliquando duo, uel plura simul petendo proponimus: & sicut orantes solent coram principibus (ut petitio eorum sit efficacior) modo commendare ipsorum clementiam quos rogat, modo proprias aggravare miseras, ut ad misericordiam citius spectantur; modo aduersarij accusate fraudes & malitias, ut sibi sit in auxilio, hosti uero in odio, sic & nos in oratione facere debemus coram Domino, sicut scriptura docemur.

De gratiarum actione. Cap. V.

Ofo, qd.

Sunt adhuc duae species orationis, scilicet gratiarum actio, & uox laudis largi sumpto nomine orationis, secundum quod oratio dicitur pia mentis intentio in Deum. Gratiarum actio, est omnia bona a Deo data scire, & pro eis ipsum laudare corde, uoce & opere. Gratias agimus, cum bona quae accipimus, gratiae Dei non nostris meritis ascribimus. Laudare Deum, est Deum laudabilem intelligere, & eius magnificentiam cum exultatione, & admiratione extollere, uel pro eo, quod in seipso est, uel pro his quae facit, gratias agimus Deo, cum de bono quod ab ipso nobis profluit, eius bonitatem commendamus. Ad gratiarum actionem pertinet beneficia quae accepimus, diligenter recolere, subtiliter intelligere, fideliter confiteri, studiosè conseruare, beneficium diligere, eius offensam cauere, & gratiam acceptam non ociosè negligere, sicut ille piger seruus, qui abscondit pecuniam domini sui, sed ad id quod datur eam exercere, & inde non insolescere, uel extolli.

Math. 25

De septemplex consideratione ad gratiarum actionem attinente. Cap. VI.

Ad gratiarum actionem accedit septemplex consideratio, triplex circa ipsum beneficium, duplex circa benefactorem, & duplex circa eum cui praestatur beneficium. Beneficium commendat, si est notabile & pretiosum in se, si est utile accipiendi, si est multiplex & sapius iteratum. In benefactore duo consideranda sunt: nempe si sit magne dignitatis, & si magno affectu dat beneficium. In eo cui praestatur beneficium, duo similiter consideranda sunt. Si uilis est & contemptibilis: si indignus & immeritus, qui non meruit, sed demeruit ut tale beneficium perciperet a tali. Haec omnia in diuinis beneficijs excellentissimè reperimus. Ipse dator est summus omnium & immense dignitatis, a quo magnum est, si dignetur etiam cogitare de nobis. Tanto affectu, & tanta beneuolentia dat beneficia sua homini, quod si modica daret, gratanter essent recipienda. Charitas enim eius supereminet omni scientia, ita quod a nullo sensu potest aestimari. Ipsa beneficia eius, quibus in nobis operatur salutem, tam pretiosa sunt, quod nullo

precio sunt condigna. Quid enim potest condignum gratiae Spiritus sancti cogitari, quam dante fidelibus suis, uel corpori Christi, & sanguini, & gloriae coelesti, praeter alia ab alijs; aestimatione & numero, quae ab eo percipiuntur? Quanta utilitas nobis ex his donis proueniat penset: quid ualet iustificatio a peccato: gratia sanctitatis, adoptio filiorum Dei, consolatio interna, defensio a periculis, consortium Angelorum, & beatitudo corporis & animae ex fruitione uisionis Dei. Ita & aliae sunt utilitates beneficiorum Dei: in his omnis felicitas consistit. Quam saepe nobis ista conferat attente, quoties enim perdimus per peccatum gratiam Dei, toties nobis reddit offerendo si uolumus recipere. Item quoties abutimur donis eius, uel negligentes sumus in eius seruitio, uel ingrati, uel elati de donis eius, toties mereamur ea amittere, siue sint spiritalia, siue corporalia, siue temporalia, & quoties non aufert cum demeremur, toties dat. Quibus autem tanta beneficia praestet, tantus Dominus in promptu patet. Quid enim sumus, nisi puluis & fumus, miser & inopes, repleti multis miserijs, expositi omnibus periculis, & sumus penè nihil. Adde quod ista uilitate Deo Optimo rebelles sumus, & pro dilectione & beneficijs reddimus ei contumelias & contemptum, inobedientes, negligentes, ingrati, & elati. Quanta est ergo pietas Dei illis tanto affectu, & studio, sic bene facere, qui nec beneficia eius agnoscere, nec conseruare, nec re gratiando digne recipere student? Benefacere promerenti iustum est, benefacere nihil promerenti, sed tamen humiliter petenti, pium est: benefacere nihil promerenti, nec desideranti, magis est, pium, pijsimum autem, & non nisi diuini cordis est, benefacere contemnti & aduersanti, & hoc uili & seruo pigro, & figmento suo. Gratiarum actio meretur bona accepta conseruari, & augeri, & ad maiorem profectum conuertri, & maiorem fructum inde prouenire. uerbi gratia. Qui dono sapientiae gratus fuerit, quod accipit conseruatur in eo, ne perdat, augetur ut plus & plus sapiat, & ut maior inde utilitas proueniat, tam in proprio merito, quam in aliorum adificatione. E contra, ingratitude meretur amittere quod habet, nec alia accipere, & quae retinet infructuosè tenere, & fraudari premio, maius supplicium mereri pro negligentia & contemptu. Cui n. plus donatum est, plus repetiet ab eo. Ex se ipso potest quisque perpedere, quam detestabile uitium sit ingratitude, cum hoc omnes odio habere soleant in alijs quibus, benefecerunt, si nullas uel paruas ab eis tamen gratias receperunt, uel amorem. Ei ideo non indignatio nis est, sed clementia in Deo, quandoque negare petita ingratis, ne forte grauioris culpa reatum incurrant, si pluribus beneficijs acceptis, plus fiant ingrati.

De lau-

De laudatione Dei. Cap. VII.

Laudatio Dei dignissimus est affectus, & nascitur ex consideratione diuinae bonitatis, & ex admiratione profundae sapientiae Dei & ex stupore altitudinis diuinae potentiae & immensitatis. Maiestatem quidem ipsius intelligimus, uel per doctrinam fidei, uel per operum eius uestigia colligimus, uel per illuminationem inspirationis internae puro uentis intuitu contemplamur. Omnia quae de Deo cogitari uel dici secundum ueritatem possunt, uel sentiri, non nisi laus ipsius est, eo quod in Deo nihil sit nisi summe laudabile, amabile, & admirabile, & uenerandum: Et quanto perfectius cognoscitur, tanto uerius laudatur, & ardentius amatur. Diuinae laudis amplissima est materia, quia tam ipse Deus, quam omnia opera eius docent eum super omnia laudabilem esse. Laudare Deum, est eum laudabile agnoscere, uel ostendere: unde sancti Dei omnes creaturas non tantum rationales, sed et irracionales & insensibiles, ad laudem Dei inuocant, quia omnia opera eius eum ostendunt laudabilem in se, & in omnibus laudabilis agnoscitur eius uirtus, potentia, & puida sapientia: eius clemens misericordia, benigna patientia eius tolerantia, iusta meritorum retributio, larga remuneratio, & incomprehensibilis super omnia eius dignitatis exaltatio, secundum ista septem intelligimus septemplex diuinam laudem materiam, cui omnia quae laudem Dei sonant, possunt includi, sex enim sunt principalia Dei opera ad quae omnia alia reducuntur septimo uero non est opus, sed ipse operans Deus in se quiescens, & ab omnibus operibus suis super omnia elatus. Horum figura sunt opera primorum sex dierum, in quibus Deus omnia fecit, quae in seipso uel in septimo perfecit, & compleuit quae fecerat sex diebus. Sed cum omnia fecisset Deus sex diebus, & nihil in septimo legit addidisse, quod perliceret, sed potius ab omni opere cessasse & requieuisse, quomodo ea perfecit si nihil eis addidit? nisi quia per hoc datur nobis intelligi, quod omnis creatura de se imperfecta est, & ipse Deus est omnium operum suorum perfectio, & in ipsum reflectitur omnis creatura, a quo fuit sicut in primam causam, ex quo omnia per causam formalem, per quem omnia per causam efficientem, in quo omnia per causam finalem: Et hoc fuit propter glorificationem rationalis creaturae in qua clauduntur omnes aliae creaturae, cum propter rationalem creaturam omnia reliqua creata sint, & ipsa sit capax omnium per intellectum, & naturae similitudinem, & hoc maxime in homine, cui ad seruendum oia ista uisibilia sunt creata. Primum opus Dei potest dici creatio, in quo laudabilis apparet eius mira uirtutis potentia, quod tam magna, tam multa, tam uaria,

Figura Notabilis.

Sex opera Dei ipso solo Deo digna.

eam solida, tam notabilia, uirtute plena potuit, sic facile, sic subito, sic decenter ex nihilo producere, & sic naturaliter locare, cum extra medium nihil sit super quo mundi moles quasi super basim collocetur, ideo dicit, Sap. Si uirtutem & opera eorum, id est uisibilia & factorum mirati sunt, intelligant ab ipsis quoniam quae haec constituit fortior est illis. Secundum opus Dei est uniuersorum gubernatio, in quo euidenter apparet laudabilis sapientia prouidentiae Dei, quia nihil omnium quae sunt a maximo usque ad minimum, latent eius scientiam, sed omnium nouit proprietates, uirtutes, operationes, & singulorum multiplices rationes naturales, & causales quare singula sint, sicut sunt, & non aliter, & haec omnia sic praordinat, ut quasi naturaliter, uel causaliter uideantur fieri, & tamen ista librata sunt in eius prouidentia, ut nunquam excedant dispositionum eius limites, & omnia bonis cedant in bonum per eius prouidentiam, & malis in malum per eius aequitatis iustitiam, & licet in his & in alijs specialiter dicatur laudabilis uideri eius potentia & prouidentia, uel alia in Deo laudabilia, tamen in singulis eius operibus omnia similiter intelliguntur, sed causa breuitatis transeo. Tertium opus Dei, est humani generis redemptio, in qua specialiter apparet laudabilis eius clemens misericordia, qui nostrae miseriae compatiens, decreuit nostram naturam assumere, & debitum satisfactionis nostrae pro peccato nostro moriens exsoluere, & sic de mortis debito nos eripere, & in pristinam restituere dignitatem. Quid elementius? Quid misericordiosius cogitari posset, quam Dominum summum pro uili seruo fieri minimum, innocentem pro reo liberando se morti tradere, pro inimicis glorificandis ingloriosam fieri, & ab ipsis pro quibus patitur se occidi permittit? Quartum opus Dei, est opus iustificationis nostrae, in quo laudabilis apparet benigna diuinae patientiae sustententia, quae peccatores non solum patienter tolerat, sed & benignè a peccato iustificat & defendit, & gratiam merendi donat, & occasiones merendi prouidet, & sacramenta quasi uasa gratiae instituit, ut per ea infundatur aqua gratiae a peccato iustificantis, & Spiritum sanctum dat fidelibus ad compunctionem & consolationem, et ad uarias uirtutes & gratiarum operationes, faciens de inimicis amicos Dei, & filios & haeredes: liberum arbitrium ad bonum promouens, nec tamen libertatem auferens, in uoluntarios faciens uoluntarios non cogendo, sed inspirando, & omnes occasiones procurando. Quintum opus Dei, est iusta meritorum retributio, quo ad reprobos, in quo laudabilis apparet eius iustitia, quae detestatur omne uitium, & peccatum, & oem bonum diligit, & cogaudet quasi sibi concedenti bono. Laudatur et eius iustitia qua malum impunitum non patitur, & secundum meritum

Sap. 13.



meritum suum locat in peccato perseverantem, et quo se spoliavit peccator, prius eum fructu operum suorum, et facit eum in tormentis gustare, et laudatur eius sapientia, qua scit de malis elice- re bona, & cogere sibi servire in pena, qui uole- bant ei subesse in culpa. Et ordinat omnia cede- re malis in penam, quae hic conuertant in pecca- tum, ut corpus, tempus praesens, intellectus, & alia quae data eis fuerant, uel oblata ad occasio- nem merendi, & gloriae meritum augendum, quae ipsi conuerterunt ad peccandi instrumen- tum, sed Dei iustitia eis conuertit ad poenae cu- mulum, ut corpus per quod hic peccauerunt, il- lic in poena recipiant, & per hoc amplius crucie- tur, intellectum ad temporalia conuerterunt, & per hunc inexcusabilius accusabuntur. Tempus quod a Deo seruiendum acceperant, in peccato consumpserunt, & ideo sine fine punientur, sicut hi non posuerunt finem in peccato, ut qui pec- cant in suo aeterno hic, puniantur in aeterno Dei illic: & qui in Deum infinitum peccauerunt in infinitum quo ad durationem poenarum crucie- tur. Laudatur etiam Dei bonitas, qui hanc ma- lorum poenam ordinat ad beatorum letitiam, quod talia per Dei gratiam euaserunt. Ita autem ornat Dei iustitiam reprobatorum danatio, sicut eius bonitatem beatorum saluatio. Sextum o- pus Dei est gloria bonorum, in qua laudatur eius larga & mirifica remuneratio, qua pro paruo & breui merito, eternam & ineffabilem sanctis dat in caelo gloriam, & letitiam, & foelicitatem, & omnia eis ordinat in bonum, tam bona, quam ma- la, & propria & aliena, & non solum mala poena, sed etiam mala culpa, ut de bonis propriis glo- rientur, & de alienis congaudendo delecten- tur. De malis propriis gaudent quae euaserunt, & de alienis, quia in similia non inciderunt. Gau- dent de propria foelicitate, quae est multiplex, gau- dent de omni electorum gloria, tam multiplici- ter, quam multiplex est omnis simul gloria, tam in numero, quam in multitudine & magnitudi- ne, & de quolibet sicut de se gaudent, qui tantum diligunt illum habere quae habet, quod nollent ea habere, ut alter careret eis, sed de gloria Dei tantum plus & super omnem & suam gloriam, & sanctorum gaudent, quantum plus eum diligunt supra seipsos & supra omnes alios, maxime cum gloria Dei sit infinita, & ideo super omnem me- suram debet esse gaudium de gloria eius, licet creatura non ualeat infinite diligere & gaude- re: & adhuc gaudet quisque sic diligi ab omni- bus, sicut diligunt seipsos. Insuper gaudent se di- ligi a Deo plus inextimabiliter, quam a seipsis, & omnium gaudia sibi gaudent esse communi, & ad plene participandum exposita, ut hauriat de omnibus quam cupiunt, & capere possunt, si- cut proprium. Ibi erit gloria spirituum & cor- porum, ibi videbitur Deus secundum diuinitatem facie ad faciem, & secundum humanitatem glo-

Pro quo aeterno, & finito, da- nati aeter- naliter, & in infini- tum crucia- tur.

riosam, in quam desiderant Angeli prospicere. Sicut autem sunt certi electi se gloriam illam ha- bere, ita certissimi, quod nunquam possunt ea amittere, sibi est facietas sine fastidio, & deside- rium cum desiderati plena adoptione: ibi pura & plena laus resonat, dum omni corde suo lau- dant Deum pro tam magnifica bonitate eius, quae eos ab aeterno ad hanc gloriam praedestinauit. Possit qui uellet haec sex opera Dei, in quibus est omnium operum eius consumatio, & referre ad primorum sex dierum significationem, ut opus creationis assignetur primo diei, in quo post om- nium materiam creationem, facta est lux dis- tinguens noctem & diem, quia spiritualis crea- tur, & corporea est distincta luce intelligentiae rationalis. Opus gubernationis significatur per opus secundae diei, in quo aquae superiores inter- positione firmamenti, distinguuntur ab inferioribus, quia caelestia quantum situ distant a terrenis, tantum & qualitate, & tanto nobi- liori modo diuinas influentias recipiunt, quibus iuxta modum sibi congruum gubernantur. Opus redemptionis significatur opere tertiae diei, in qua aquis inferioribus segregatis, terra appa- ruit arida, & fructifera, quia peccatis totum genus humanum occupantibus semotis ab Ec- clesia, apud infideles remanentibus, Ecclesia diuersis gratiarum actionum generibus saecun- datur. Opus iustificationis significatur opere quartae diei, in qua luminaria caelestia sunt, quia per solem charitatis, & lunam fidei, & stel- las aliarum virtutum, corda fidelium illumina- nantur, & uitae ordinem, & meritum uigore- rem, quasi pro luce, & uigore siderum conser- quantur. Opus iustificationis bonorum & con- demnationis reprobatorum, iuxta meritum retributionem, significatur opere quintae diei, in qua ex aquis natalitia, & uolatilia facta sunt, quia ex eodem genere hominum, alii sen- sum eleuantur ad caelestia per gratiam, alii re- linquuntur in reatu damnationis, in qua na- ti sunt, per demeritum culpae originalis, & a- qualis. Opus glorificationis signatur per opus sextae diei, in qua homo ad imaginem Dei fa- ctus, omnibus mundanis praeficitur, quia per gloriam fit homo deiformis, & illi unitur si- cut membrum capiti, cum omnium sit uerus Dominus, principaliter Iesus Christus Domi- nus noster. Septimae diei non est opus, sed o- perum Dei completio per quietem in Deum, quia Deus quiescit in se, & nos in Deo, unde & sabbatum appellatur, id est requies, quia per requiem in Deo proficit omnis rationalis creatura, qui est causa & forma omnis ratio- nalis creaturae, cum semper adhuc omnis ratio- nalis creatura conetur, ut rationale doceat men- tem, se & Deum suum agnoscere, & ei ad hoc seruiat, ut eam ad Deum seruitium admoneat, et ad eum lau- dandum accendat. Qui hoc sabbatum quiescen-

Coelum sex opus Dei, sex illi primorum dierum

Ecce. 43.

Psal. 37.

Ioan. 4.

1. Cor. 1.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

do non celebrat, pactum Dei cum homine violat, qui super omnia uult hominem in se quiescere, & sibi per amorem tenaciter inhaerere. Ipse sum- ma est suae laudis materia, quem nulla operum suorum magnificentia ualeat docere laudabilem sicut est: Sicut opus mutum nescit artificis sui peritiam uocaliter enunciare, sed tacendo inuit, quam sit laudabilis qui talia uoluit, scit, & po- tuit tam facilliter operari, unde dicitur in Eccl. Maior est omni laude. Septem autem uisitationis uerbis Ecclesia utitur ad laudandum Deum, qua- si septem iubilatorum tubis mysticis, his septem materiis quali conuenientibus, laudare, benedi- cere, magnificare, & confiteri, honorificare, & su- perexaltare, ac glorificare.

De tertio modo orandi. Cap. VIII.

Tertius modus orandi est mentalis, cum ta- cito ore mens sola sua desideria Deo pan- dit, & affectum cordis Deo effundit, ut cum reueren- tibus per amorem amplectitur, uel cum reueren- tia adoratur, & ueneratur, tantum latius se in Deum diffundens, quantum plura ualeat affectus comprae- hendere, quam lingua exprimere, dicens Deo. Domine ante te omne desiderium meum, & ge- mitus meus a te non est absconditus. De hoc Do- minus dicit. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & ueritate. Spiritus est Deus, & qui a- dorant eum, in spiritu oportet adorare, & haec o- ratio magis uidetur propria, cum Deus magis cor attendat, quam uerba oris, sed uerba ideo apponimus, ut cum mens pigra est ad se eleuan- dum in Deum, per uerba orationis sustentata, eleuetur, ut memoria Deo inhaereat, intelle- ctus sensum tendat, affectus per deuotionem in- flammatus gustet, quam lauis est Dominus ex intentione suae orationis afflatus. Deus enim qui creauit nos, scit quid nobis necesse sit, ante- quam petamus eum, & ideo non indiget, ut per orationem insinuemus ei quid desideramus. Itaque ad hoc fecit nos, ut beneficeret nobis gratia, et propter semetipsum, oratione nostra non in- diget fieri ad miserendum, quod ante disposu- rat facere, sed amplius nobis in hoc profectu- percurat, cum gratis nobis benefacit, sicut ab aeterno disposuit: Et tamen orationis nostrae stu- dium ad multiplicem nobis utilitatem conuer- tit, atque ita oratio nostra non est causa eius be- neficentiae, sed nisi ut si non propter illam, tamen per illam nobis miseretur.

De multiplici utilitate orationis. Cap. IX.

Multiplex est enim orationis utilitas, in qui- bus etiam alias bonas actiones oratio ex- cellit. Prima quia per eam facilius & citius im- petramus quae a Deo desideramus, ita ut quan-

doque citius aliquis obtineat, quod diutius ieiun- nis, & aliis laboribus, & piis operibus uix ob- tineret, licet alia bona opera ad hoc aliquatenus suffragentur, unde in omni calu, in omni pe- riculo, in omni desiderio semper inuenimus san- ctos, principaliter ad orationis studium refugisse, quasi inde prompeius quod petebant conse- cuturi, in Matth. Omnia quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis. Quid enim non potest oratio efficere? Oratio iram Dei placat, in Exod. Orauit Moses dicens, &c. Placatusque est dominus ne faceret malum quod locutus fue- rat, &c. Veniam peccatorum impetrat in Mat- th. Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Itaque dimitte nobis debita nostra, & i Nau. ix Dimisi iuxta tetrationis impetum & alibi. Orauit Moses & abortus est ignis. De Amalech narra- tur in Exodo. Item uicia cordis expellit, iuxta il- lud. Disperge illos in uirtute tua, & depone eos a te in die tribulationis. Item uigilantem & o- rante, &c. De hostibus uindicat. Orauerunt Eze- chias, & I sa. aduersus Senacherib. Difficultates planat. Vociferante populo, muri Iericho cor- ruerunt. Dei familiaritatem confert in Psal. Pro- pe est Dominus omnibus inuocantibus eum & in I sa. Clamabis & dicam. Ecce adsum. Item san- ctorum Angelorum praesentiam donat in Psal. Praeueniunt principes conuicti psallentibus. Bernardus. Credimus Angelos, &c. Impetrat do- na Spiritus sancti ut in Act. Repleti sunt omnes Spiritu sancto & in Luc. Pater uester dabit spiritum bonum petentibus se. Item dat donum sapientiae in Iac. Si quis indiget sapientia, &c. & in Eccl. Quae sunt sapientiam palam in oratione mea. Gratiam predicandi, de hoc Paulus. Orantes pro me, ut detur mihi sermo in opera- tione oris mei. Item reuelatione secretorum in Iere. Clama ad me, & annuntiabo tibi grandia & firma. Item potestatem quorumcumque mira- culorum in Iaco. Elias orauit ut non plueret, & in Iac. 5. Item pro puero suscitando in 3. Regum. Item temporalia subsidia, Psalms. Oculi omnium, &c. ut pacem & aeris temperiem. Item quoru- cumque aduersitatum subleuationem. Item quoru- cumque aduersitatum subleuationem. Fames si oborta fuerit, aut pestilentia, &c. Item quoru- cumque utilium, & necessariorum donatio- nem ut Paulus dicit. Nam quid oramus, &c. Item uitam aeternam ad Rom. Omnis qui cum- que inuocauerit nomen Domini saluus erit. Bre- uiter omnia contraria saluti reprimunt, & ne- cessaria confert, & conseruat, & perficit. Vult enim Dominus non tam orari ut donec quod ante donare disposuit, sed uult ut nos plus oran- do mereamur, per fidem in quantum credimus orandum, quem non uidemus, per spem qua obrinere confidimus perita, per charitatem per quam exauditionem amplius amemus. Iuxta illud. Dilexi, quoniam exaudiet Domi- nus uocem orationis meae. Item per humi- litatem,

Marth. 11
Orationis
efficacia
effectus.
Exod. 32.
Matth. 18.
& 6.
Num. 11.
Exod. 17.
Psal. 58.
& 49.
I sa. 37.
Iosue. 6.
Psal. 214.
I sa. 58.
Psal. 69.
Act. 2.
Luc. 11.
Iac. 5.
Eccl. 5.
Ephes. 6.
Ierem. 33
Iac. 5.
3. Reg. 17.
Ibidem. 8
Rom. 8.
Ibidem. 10.
Psal. 114.



licitatem, qua in supplicatione perseveramus. Itē per desiderium, quo bona adipisci cupimus maxime virtutes unde Deo placeamus. Oratio etiā quasi speculum clarior, facit semper hominē agnoscere defectus suos, uel profectus, quia conscientia lucidius ibi se sibi representat, & uel ex profectus consideratione in fiduciam spei erigitur, uel ex defectus consideratione confunditur. Oratio quoq; magis mentem à terrenis eleuat & elongat, quàm cetera actiones, quia cū illa negotiantur cum Martha circa frequēs ministerium in seruitiis: ista tamen cum Maria pedibus Domini inharens, cum solum sibi propitium esse exorat.

De multiplici respectu Dei ad orantem. Cap. X.

Multis autē modis affectus orationis, Dei respectum sibi representari sentit. Aliquādo uidetur sibi, quod ante aspectum Domini oret, quasi Deus nec audire dignetur, nec attendere. Iuxta illud. Auertisti faciē tuā à me, & factus sum conturbatus. Item Iob. Ecce clamo ad te & non exaudis, stō & non respicis me. Indē oritur aliquando tedium orādi, quasi uana sit oratio quam Deus non dignatur acceptare. Item aliquando quasi iratus apparet, & implacabilis, & indē conscientia confunditur, & timore conturbatur. Iuxta illud Iob. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuę aduersaris mihi. unde Propheta orat. Iere. Non sis mihi tu formidini, spes mea in die afflictionis, & Psalm. Non intres in iudicium cum seruo tuo. & Isa. Multitudo uiscerum tuorum, & miseriarum tuarum continuerunt se super me. Quāta sit animę illa tribulatio, & meror, ille nouit qui propter hoc ab instantia supplicandi nō desistit. Non enim propterea à prece cessandū est, quia Deus non acceptat, sed eō instantius orandum est, quia Deus probat per hoc orantis constantiam, & purgat humilitatis se conscientia, remunerat afflictī patientiam. Bernar. Obsecrationibus insistendum est, sed in omni humilitate & patientia, quia non referunt fructum nisi in patientia. Qui enim cœlum desuper sentit aneūdum nullam deuotionis uel roris scintillam pulsando in oratione percipit, & terram cordis sui ferream, dum nullo psalmorum uel orationum irriguo ad fructum compassionis emolitur, sed ueluti mulier Chananea, auersum à se Deum aestimat, peccata sua quasi canis immunditiam filii sui sibi exprobrari reputat, & pane filiorum se indignam arbitratur: sed tamē prudenter aduertendum est, q̄ ista pauida mētis imaginatio, qua durum & austerum sibi proponit Deū, qui mitis & benignus est, & i charitate pius & misericors est, aut est deceptę mētis propria cōfictio, qua format sibi idolum pro eo quod nō est ipse, aut est dispensata permissio ad terrendum & hu-

Psal. 29. Iob. 30. Vbi supra Jerem. 17. Psal. 141. Isa. 63.

miliandum, & corrigendū, uel purgandū animā quo postmodum suauis sapiat ei benigna Dei respectio, sicut post expertam amaritudinē, desiderabilior fit dulcedo. Aliquando quasi aliis occupatus, orantis affectum Deus non curare uidetur, quasi uideat, & orantem tranquillē sustineat, sed non respondeat ei aliis intentus: Hoc uidetur Propheta sensisse cum dicit. Exaudi Deus orationem, & ne despexeris deprecationē meā, intende mihi & exaudi me. Item. Verba mea auribus percipe do Domine, &c. Aliquando uidetur quasi benignē orantē intendere, sed tacendo non innuere ut preces illas suscipiat cum affectu, unde dicit Iob. Cum inuocantem exaudieris me, nō credo, q̄ exaudieris uocē meam. i. nescio si exaudieris. Aliquādo uidetur & benignē orantem respicere, & clementer eius orationibus assensum præbere, & fauorabiliter annuere desiderio obsecrantis, & hæc deuotæ mentis cōfidentia solet indicium exauditionis esse, de qua dicit Dominus. Qui nō hæsitauerit in corde suo sed crediderit, quod eūq; dixerit fiat, fiet ei. Oīa quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis & fiet uobis & Jac. Postulet autem in fide nō hæsitans, qui enim hæsitat, nō æstimet q̄ aliquid accipiat. Nec tamen statim dissidendum de exauditione quando non pro uoto succedit oranti, sed perseverare debet orando & pulsando, donec amicus quasi uictus importunitate orantis, det ei quod postulat. Quandoq; nauis, cum petitio nostra uno modo formata hæsitacionem facit quasi non debeat admitti, si aliter formetur fiduciam exauditionis reportat. Aliquādo enim orans formam assumit serui, Dominum & iudicem suum humiliter & timorātē ad misericordiam prouocando, sicut Publicanus ille, qui oculos non audebat ad cœlum leuare, sed percutiens pectus suum dicebat. Deus propitius esto mihi peccatori. Aliquādo assumit formam familiaris amici, & domesticici, & cū fiducia & reuerētia rogat, & quasi à latere consulit Deo. ut hoc faciat, uel exponens errores & causas quare sic debeat fieri, uel expediat. Sicut Abraham orans pro Sodomitis. Et Moses orans pro populo dixit. Ne quæso dicant Aegyptii, calidē eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleter de terra. Quiescat ira tua & esto placabilis, &c. Item alibi. Ne audiant Aegyptii, quod occideris tantam multitudinem quasi hominē unum & dicant. Non poterat eos introducere in terram pro qua iurauerat, idcirco occidit eos in solitudine. Aliquando quasi filius confidens de dilectione paterna, non tam obsecrat, quàm quasi imperat patri, ut exaudiat eum, expertam erga se beneuolentiā patris allegās. Sicut Moses, cū dixeris nouite ex noīe, etiam inuenisti gratiā coram me. Si ergo inueni gratiā in conspectu tuo, ostende mihi faciē tuam, ut sciam te et inueniā grām an oculos tuos, respice populū tuū gētem hanc. Itē si inueni grām in cōspectu tuo Deus, obsecro, ut

Psal. 47. & 5. Iob. 9. Man. Jac. 1. Nota figuram Leui c. 6. Luc. 11. Genes. Exod. 17. Nam. Exod. 34. & 34.

erout gradiaris nobiscum, & auferas iniquitates nostras atq; peccata, nolq; possideas. Item obsecro Deus, peccauit populus tuus peccatum maximum. Aut dimitte ei noxam hanc, aut si non, dele me de libro tuo in quo me scripsisti. Magna fiducia hominis ad Deum: non rogat se deleri de libro Dei, sed ea fiducia qua præsumit nō delendum de libro uitæ, ea petit illud præmitti, non dubitans se exaudiendum. Unde quod petijt, impetrauit.

Quod oratio multipliciter delectat Deum. Cap. XI.

Valdē autem delectatur Deus in hoc, ut frequenter oretur, propter multiplicem orandi utilitatem. s. ut Deo indefinenter inhæreat, quod summē homini est utile iter omnia. Iuxta illud. Maria optimam partem elegit. Itē ut beneficia Dei multipliciter expiamur, p multarum precum exauditionem. Itē ut abundantia affectu deuotionis in amorem Dei excrecat, idē benignē prouidet nobis plures orandi occasionēs, quibus ad orationem sæpius stimulamur, sine pro ipsis, siue pro aliis orando, aut pro malis euadendis, aut bonis assequendis, ut cum affectus deuotionis tepefcit ad vnum, in alio recalescat, sicut ignis subiiciendo ligna, ut nō deficiat restauratur, unde dicitur in Leui. Ignis in altari semper ardebat, quē nutrebat sacerdos, subiiciens manē ligna per singulos dies imposito desuper holocausto. Ignis est iste perpetuus, qui nunq̄ deficiet i altari. Tu ergo Dei sacerdos i. sacris deditus, cum per noctem negligētē, deprehenderis ignem deuotionis i altari cordis te puisse, mane, id est appente prima lucis agnitione, ligna deuotōis diuersis occasiōibus quasi adiacentibus, nata si nis collecta subiice, ligna ex magna silua supplicationis materiam ministrātia, sunt peccata quotidiana & aliqua magna. Silua sunt negligētia nostra, & miseria, & defectus uirtutum & gratiarum, & uitia tam spiritualia, q̄ carnalia, & tentationes, & uarii euentus quibus pulsamur, & incommoda quæ patimur, & timemus, & pro quibus dolemus, tam pro nobis q̄ pro aliis quorum miseriis cōpatimur. Ligna magna silua, sunt omnia quæ desideramus habere, pro quibus oramus ut impetremus: similiter omnia beneficia nobis collata, pro quibus gratias agere debemus. Item p defunctis exorare, ut à peccatis soluantur, Et pro gloria sanctorum Deum collaudare, multam deuotionis materiā, quasi perpetui ignis nutrimentum subministrāt, quo suppositi operis holocaustum, odorem reddat suauitatis. Affectus enim amoris Dei, & sancti timoris, cum seruore bonæ uoluntatis, in spiritu humilitatis, & motu pietatis, & gaudio spei nunquam debent in corde serui Dei extingui. Ista nanq; sunt, in quibus uirtus deuotionis maxime consistit: semper enim debet mens Deo

denota per aliquam piā occasionem assuescere se ad Deum erigere, orando, supplicando, gratias agendo, laudando, pro diuersis causis te omni tempore offerentibus. Iuxta illud. Luc. Oportet semper orare, & nunquam desicere, &c. Item sine intermissione orate, in omnibus gratias agere & Psal. Benedicam dominum in omni tempore. Quāto frequentius quis orat, tantō oratio fit ei delectabilior & efficacior, & quāto rarius orat, tantō insipidior fit & tardiosior, sicut experientia sæpē docet. Quandoq; nanq; sæculares uidemus adhuc in statu peccati positos, ex multo orationis usu, magna deuotionis plerumque perfundi dulcedine: quæ licet ex uera charitatis radice non perfluat, ostendit tamen Deus per hoc, quantum sit paratus iustis gratiam infundere, si non negligant querere, qui adhuc in peccato positus, sed tamen per studium orationis eius se familiaritati quo quo modo applicatibus, suæ dulcedinis experientiam non abscondit. Quid erit fidelibus amicis, si sic duleem, quandoq; se Deus exhibet adhuc inimicis? ut habetur in Neem. Manum tuam non prohibuisti ab ore eorū, de quibus præmittit, quod fecerunt sibi uitulum & adorauerunt. Quam ergo excusationem habent religiosi prætere, qui diuina laudis in experti sunt, quā etiam secularibus si studiosi sint, non negare uideamus? Bernar. Arguit nos de peccato negligentia, & inopia, & incuriē ipsa inopia nostra, sicut fauus sine melle, & murus absq; temperatione, & cibus absq; cōdimento. Ita uita religiosi sine studio iternæ deuotionis, quāuis plurimi istis temporibus non solum non sentiant, sed nec querant, nec desiderant, nec curent, immō nec credant, sed inuideant & persequantur in aliis deuotionis gratiam. Tamē scire debent, quod omnis religio arida & imperfecta est, & ad ruinam promptior, quæ spiritum diuinæ sanitatis non querit, quæ præcipuum conamē ad corporis studium, & internæ puritatis non impendit, in qua expressissime spiritus sanctus testimoniū reddit spiritu nostro, quod sumus filii Dei. Austeram uitam corporalis exercitationis, quasi ad modicum utilē despiciamus, & ardua pietatis opera actualiter non habemus, sicut olim sancti, qui pro fratribus animas posuerunt, & similia magna gesserunt. Item sublimia uirtutum exercitia pauca uidemus, ut sunt sanctæ obedientia, perfectæ patientia, humilitatis præcipua, & paupertatis extrema. Si ergo istis caremus, & adhuc orationis studium postponimus, in quo gloriari de nostra religione poterimus? fortē de solo nomine, & exteriori habitu, & uerbis scripturæ quā in foliis, & in ore magis, quā in affectu & in opere, gestamus? Sed nisi abundauerit iustitia nostra (ait Deus) plusq̄ Scribarum & phariseorum, non intrabitis in regnū cœlorum. Pharisei in exteriori apparatus, & nomine religionis tantum, gloriabantur. Scribæ

Luc. 18. Orandi frequētia quā sit utilis, & necessaria. 1. Theol. 5. Psal. 33. Neem. 9. Math. 5.



autem, in uerbis scripturae sibi laudem & nomen magisterij acquirant, qui autem uerba tantum sectantur, nihil habebit, Et qui omnia opera sua facit, ut uideatur & laudetur ab hominibus, mercedem non habebit apud Patrem, qui in caelis est. Qui orationis studio uult intendere, assuescat primo aliquando orationi uacare, deinde saepius ad orationem recurrere, deinde diutius in oratione persistere, tantum frequenter quantum licet orationi incumbere, nec pro fastidio uel leuitate desistere, nisi quando uel corporis debilitas, uel uergens necessitas, uel rationis utilitas inde auocat, & iterum reuertatur in idipsam, ne per diuinam abstractionem redeat in distractionem orandi, & refrigescat, affectus quoque ad singulos modos orandi & diuersis modis petitiones formet, & diuersas petitiones attendat, ut tandem in aliqua specie deuotionis affectum concipiat, & illi quando sapit inhareat. Si autem debilitas capitis, uel corporis cohibeat, & sensus exteriores sub disciplina retineat, & Dei auxilium ad singula humiliter inuocet, & patienter (si pro uoto non succedit) assidue sustineat. Ipsa quoque retardatio proficiendi uia profectus dum humiliatur. Et per hanc melius a superbia defendimur, quia saepe nimia proficiendi securitas, extolendo mentem deicit, & feruor comunicatus uires corporis exurit. Et ideo Deus pietatem cursum temperat nostrum, ut longius procedat.

De tribus retrahentibus a profectu & salute. Cap. XII.

Figura.

Tria sunt quae maxime a profectu retrahunt, non solum perfectionis, sed etiam salutis, sicut in pluribus experimur. Remissa uoluntas, horor difficultatis, diffidentia de auxilio gratiae Dei. Remissa uoluntas uult bonum, sed sine conatu laboris, & ideo consuetudo leuitatis retrahit eam a proposito profectus proficiendi. Ideo pigra uoluntas seipsam rationis instinctu cogere debet, & quasi pigrum animal, stimulis timoris Dei, & spe praemii agitare & uiolentare. Horor difficultatis per discretum & assiduam mitigatur usum. Gratia Dei sicut adest incipientibus, ita non deest proficere studentibus, & uilius est nobis semper timere, ne forte subtrahat nobis, ut tanto studiosius eam conseruare laboremus, quam si certi essemus, quod nunquam perderemus, quae tunc negligentius eam recuperaremus, & minus proficeremus. Timor enim facit sollicitum & agilem, & securitas plerumque desidiam & torpentem. Dominus noluit dare filiis israel manna in tanta quantitate, ut pluribus diebus sufficeret, sed singulis diebus colligeret, excepto sabbato designans, quod quotidie panem gratiae cibum animae petere debemus, dicentes. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et qui dat hodie, cras quoque dare paratus est, tantum non negligamus petendo colligere, quantum sufficit ad salutem.

fectum. Cum in oratione te sentis exauditum, & illud quod petieris impletum esse, noli extolli, quasi pro tua sanctitate te Deus exaudierit, & pro tua dilectione fecerit quod rogasti. Sed cogita, quod pro sui bonitate illud facere per se disposuerit, uel aliorum bonorum potius preces attenderit. Et gratias age Deo, qui te suae dispositionis cooperatorem habere, & aliorum amicorum suorum orationem te in hoc participem facere dignatus est, ut in orationis actu & pietatis affectu merearis, & exauditionis fiducia consolentis, & ex petitionis tuae impletione iustificeris, & ex his crescas in amorem Dei, qui benignè procurat nobis occasiones, quibus ad orationis praesidium compellamur, ut imminentes molestias euadamus, uel bona desideria inspiret, quae orando impleri potest, ut dum rogatus exaudierit, magis ametur a nobis, & tanto sollicitius eius uoluntati parere studeamus, quo eum nostris desiderijs, & promptè fauere, & pie obedire uideamus.

De causis quare non exaudimur orantes. Cap. XIII.

Causa autem quare non exaudimur orantes, plures sunt, nempe. Aut ex multis demeritis culparum orantis dicere. Isa. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, & causam subiungit, dicens. Manus uestrae sanguinae plene sunt. i. peccato: & Ioan. Scimus quia peccatores Deus non exaudit, & iterum dicit, Isa. peccata uestra absconderunt faciem eius, ne audiret. Aut ex tepore orandi, quia non feruenter & deuote orat. iuxta illud. Orabit, & exaudiat uos, cum quaesieritis me in toto corde uestro, quasi dicat, non aliter. Aut quia non perseverat orando, donec obtineat sicut dicit Luc. Si perseverauerit pulsans, propter importunitatem surget, & dabit ei: & in Iudith. Scitote, quoniam exaudiet preces uestras, si permaleritis, &c. Aut ex diffidentia exauditionis, ut habetur in Iac. Siquis uestrum haesitat, non extimet, quod aliquid accipiat: & in Eccle. Ante orationem prepara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. i. si uelit exaudiri, & in Matth. Nescitis quid petatis, & in Iac. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis, & in Deute. Cum ploraueritis coram domino non audivit uos, neque uoluit accipere uocem uestram. Aut ut magis ad petendum procedat. Greg. Sancta desideria dilatio crescit. Aut ut tanto cautius custodiat acceptum, quod difficile impetrat. & Chryl. Deus adhuc beneficium suum praehibet, ut nobis non sit uile, quod praestat. Aut ut humiliter orans dum tardius exaudiat, & sic duo bona proueniunt, ut insolens reprimat elatio, & tamen petitionis non casset effectus: Aut in aliud tempus exauditio differtur magis contrarium, aut ut ille petenti. Sic Moses gloriae Dei sibi ostendi petiit, quam non tunc sed post meruit uidere. Aut et aliorum suffragiis quare iuuari, quae forte ardua petitio, uelut praesumptio reprimatur. Sic Ezechias misit ad Isaiam, ut oraret pro se & populo. Et Iosias ad Haldam prophetissam, unde dicitur ad Ro. Obsecro uos, ut iuuetis me orationibus uestris, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudea: & in Matth. Si duo ex uobis consenserint, etc. Aliquando et si negatur unum quod forte minus expedit, pro eo datur aliud utilius et melius, ut Paulo cui situlus carnis non est ablatas, ut uirtus in infirmitate perficeretur. Ut illic saepe est exercitatio tribulationis, quam quies prosperitatis, licet haec plus optemus. Ex his per contrarium potest aduertiri, quae ualent ad exauditionem orationis. i. culpa remotio, feruor et instantia, et fidei confidentia, humilitas, et aliorum suffragia, et acceptae gratiae, et gratiarum actione, studiosa conseruatio, ut et ea tantum petatur a domino, quae ipse non uult magis expedit et quando.

Rom. 15.

praesumptio reprimatur. Sic Ezechias misit ad Isaiam, ut oraret pro se & populo. Et Iosias ad Haldam prophetissam, unde dicitur ad Ro. Obsecro uos, ut iuuetis me orationibus uestris, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudea: & in Matth. Si duo ex uobis consenserint, etc. Aliquando et si negatur unum quod forte minus expedit, pro eo datur aliud utilius et melius, ut Paulo cui situlus carnis non est ablatas, ut uirtus in infirmitate perficeretur. Ut illic saepe est exercitatio tribulationis, quam quies prosperitatis, licet haec plus optemus. Ex his per contrarium potest aduertiri, quae ualent ad exauditionem orationis. i. culpa remotio, feruor et instantia, et fidei confidentia, humilitas, et aliorum suffragia, et acceptae gratiae, et gratiarum actione, studiosa conseruatio, ut et ea tantum petatur a domino, quae ipse non uult magis expedit et quando.

De specialibus orationibus. Cap. XIII.

De specialibus autem orationibus, quas solent habere quidam. Vtrum expediat eas dici certis horis, uel diebus, nota, quod quibusdam expedit magis, quibusdam minus. Insipientibus enim et rudibus, et affectu deuotionis nondum imbutis magis expediunt, ut saltem consuetudo moueat ad orationis studium, ne semper uagi circa exteriora, a Deo fiant alieni, et frigidi torpeant, et nunquam aliquo deuotionis igne calefiant. Deuotionis autem affectu imbuti, & amplioris cum Deo familiaritatis gratia subleuati, si nimis psalmodiarum, & similiarum orationum multiplicationi intendunt, spiritum obtinuerunt, deuotionem impediunt, cordis libertatem quasi quodam pondere praegrantant, & melioribus ablatis, minus pro illo tempore utilibus occupantur, scrupulis inhaerent. Utantur tamen & ipsi plerumque huiusmodi orationis subleuamento, quasi quodam assiatu, donec flamma deuotionis accensa uerborum folijs non indigeat, purius se flagrans, & tranquillius in sublime attolens. Et iste modus uidetur expeditior, ut spectrales orationes tunc ex bona consuetudine ruminentur, quando maior non habetur deuotio. Quando uero superuenit melior deuotionis insusio, uel utilior, uel plus uergens occupatio, consuetudo intermittatur orationes, ad quas, quis non tenetur, donec tempus redeat opportunum. Quales autem orationes sunt utiliores, puto super hac uniformem dari non posse regulam, cum sic de cibus corporis, diuersis diuersa conueniant, & modo hoc, modo illud magis fructuosum edentem, sed haec uidetur tunc esse fructuosius, quod orante magis secundum Deum delectat, & quod deuotionis spiritum promptius excitat, & mentis fiduciam erigit in Deum. Omnis ergo orationis fructus, & finis est Deo adhaerere, & unus cum eo spiritus fieri per liquefactionem purissimi amoris, & speculationem serenissimae cognitionis, &

Oratiois scopus.

absconione in Dei uultu ab omni mundanorum strepitu per excessum quietissimae fructuionis, ubi omnes uires animae & potentiae a suis dispersionibus simul collectae, & in unum uerum & simplicissimum & summum bonum fixae, in quandam diuinam confortationis & aeternae stabilitatis similitudinem transformantur. Sunt autem quidam gradus inferiores, quasi scalares ascensus, quibus paulatim proficit anima, & illi fini appropinquat. Primo assuescit dispersiones memoriae, quibus per diuersa mundi oblectamenta, & multiplicantur a distracta uagabatur, per usum orandi colligere, & in unum bonum desigere, quod est finis omnium desideratorum & delectabilium, sed quia adhuc memoria lubrica & instabilis est, eo quod multis, & multiformibus diu adhaerit, quaerens in quibus delectaretur, uel curiose occuparetur. Nec uidetur stabiliter inhaerere diuinis, uel propter euagandi consuetudinem, uel pro tenuem spirituum notitiam. Ideo utitur sustentaculo uerborum in oratione, quod Spiritus Sanctus ad hoc inspirando hominibus ministrat, ut per ea more paruulorum, quasi baculis sustentanti, assuescant assurgere, & erigere se ad Deum. Et hoc fit cum homo conatur uerbis orationum & psalmodiarum intendere, & intellectu ex eis spirituales elicere, & deuotionis affectum exprimere, sicut qui ex duro silice ferro ignem excutit, qui illuminat & accendit, sed per assiduam usum orandi cum adiutorio gratiae Dei, qui studiose proficiendi semper subuenire paratus est, memoria aliquam stabilitatem, ita quod iam sine graui difficultate ualet orationi intendere, & euagationes mentis facile cohibere. Iuxta illud. Aedificans Hierusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit. intelligentia est, quae prius quasi cecutiens fuit in exterioribus & uisibilibus inuoluta, incipit dilatari, & illustrari ad uidentium, quae prius non uidebat, uelut qui in cubiculum de foris ueniens subintrat, & primo, quasi nihil uidentem, impingit in parietes & scabella: deinde paulatim incipit cognoscere grossiora, & tandem uidet clarè minima, ita quod est mirat superuenientem, quae nec plene uidere potest omnia, quae sibi iam manifesta apparent. Ex hac illustratione dilatatur mens ad multa cogitanda, & alia colligit ex oratione, aut intelligit ex spirituali illustratione, alia discit ex diuina reuelatione, & confert illam cum his, quae apprehendit ex humana eruditione, & imbibit ex sacra lectione. Et consolatur non modicum, quod uidet & alios eruditos & sanctos eadem sensisse, quae ipse Spiritu sancto illustratus, intellexit. Ex quo se curus redditur, quod non ab alieno spiritu, uel a proprio sensu uisibili opinione seducatur, cum eundem spiritum sentit in se esse, & in prioribus sanctis. Cautè tamen & humiliter est agendum, ne forte ex praesumptionis culpa homo decipi mereatur, & proprio spiritu ueritatis, sequatur spiritum erroris, credens spiritum sanctum loqui, quod est proprii cordis opinio, uel imisio per Angelum malum, qui saepe transfiguratur se in Angelum lucis, persuadens

Psal. 146.

Simile.



falsa sub ueritatis colore, iuxta illud Ioan. Noli te credere omni spiritui, sed probate spiritus si ex Deo sint. Et nihil recipiendum est, quod ab ecclesiasticorum doctrina magistrorum, & approbatorum theologorum traditione discordat. Nec recedendum in dubium, quod ab eis uniuersaliter cum testimonijs sanctorum patrum fuerit rationabiliter diffinitum, quia ueritate reperta, qui curiose per superuacua subtilitatem altius perferendo, fodere nititur profunda scripturae quasi aliquid inuenturus, quod ab alijs non fuit inuentum, uanitate diligens, querit mendacium. Et quia Deus summe suauis & bonus est, & oia quae ab ipso fluunt sunt sapida & bona, ideo cum intellectus coeperit in agnitionem ueri dilatarari, statim gustus animae, hoc est, interior affectus, incipit quodam spuali sapore in cognitis delectari, & sic quod in solo intellectu fuerat scientia, accedente sapore affectus dicitur sapientia, id est sapida scientia ex cognitione ueri, sapientia ex adiuncto amore boni. Licet enim oes animae affectiones suos habeant proprios saporis. i. motus sibi conuenientes, amor tamen quasi principalis suo motu oes alios informat, maxime cum ipse ad summum & uerum bonum debito modo fuerit coeuerus, qui natus est nihil solidius amare quam summum bonum. Oia alia quae per illud non diligit, tenendo magis quam in eis quiescendo diligit, & ideo cito ei per facietatem in fastidium uertuntur. Et rursum alia querit si forte uel in illis quiescat, sed non inuenit, nisi forte attingat summum bonum, quod cum attingerit, quasi in debito fine suo quiescit, & tunc reliquae affectiones debitos motus suos exercent, iuxta ipsius amoris mensuram. Quantum enim amas quodcumque bonum, tamen gaudes de eius adeptione, tamen speras uel cupis illud adipisci, tamen times uel odis hic quod possit illud quod amas auferre, tamen doles de non habito, & tamen pudet de e contrario, si quod diligis sit honestum. Quoad autem amor contrarios sentit affectus, id est timoris, doloris, pudoris, & odij, tunc minor & debilior est in se, quasi distractus, & nondum in se totus collectus, etiam dum adhuc spei locus est, nondum potest esse perfectus, dum non habet quod amat in fruitione, sed tamen in expectatione. Et quanto expectatio incertior, tanto & amor tepidior. Cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, quia fruitionis gaudium perfectum erit, cum amor quod cupit iam tenuerit, nec amittere ultra timuerit, nec de contrario aliquid sibi inesse senserit, uel quod pudendum sit, uel dolum. Perfecta enim charitas foras mittit timorem, cum iam in se nullam habuerit materiam odij, uel causam erubescientiae uel doloris. Quoad ergo charitas magis augetur, tanto aliae uirtutes & uirtuose affectiones amplius purificantur, quousque oes in eam solam transformarentur, ut iam non sit timor, uel dolor, spes, uel pudor, sed tamen summo gaudio seruens amor, & illi bono tena-

1. Cor. 13.

citer inherens, quod solum sufficit animae desiderium implere, ipsum amorem eius in se poterit transformare, ut iam cognoscat sicut & cognita est, & amet sicut amata est, quousque nulla creatura non tamen potest amare Deum, sicut amata est ab ipso, sed tamen sicut accipit. Deus enim sicut est causa omnium causarum, ita & diligit omnia in seipso, & propter seipsum. Et ideo sicut eius cognitioni nostra non approximat, ita & amor noster eius amori non poterit comparari, nec in patria, quanto minus in uia, ubi multipliciter affectus uix, uel nunquam potest se colligere ad se, ut totus simul feratur in Deum. Proficit autem homo Deo deditus in studio inherendi Deo, sicut primo cum labore mentis euagationes comprimat, & ad Deum colligat, deinde ex usu studij istius, facilius iam cor suum cohibere & secum habitare discit, iuxta illud Exo. Maneat unusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur ostium domus suae die sabbati, & sabbatizabit populus, tandem facilius non solum sed etiam delectabiliter Deo ualebit inherere, ut auulso ab huius quiete sit ei tribulatio non modico, sed semper uellet si posset talibus delictis inherere. Unde scriptum est. Amantissimus Domini habitabit in eo confidenter, quasi in thalamo tota die commorabitur, & inter humeros eius quiescet. Sunt in gradus & profectus in hac commoratione, ut primo delectabiliter Deo inhereat, & inuitus ab eo euellatur sicut paruulus a patre blandiente, uel famelicus inuitus separatur a cibo. Nec mirum, spualis enim iucunditas non solum delectabilis est fruendo, sed & pulchra & honorifica habedo & promerendo, delectat, honestat & locupletat. Suauis est gustus celestium deliciarum. Honorabilis amicitia Dei, & ciuium familiaritas supernorum. Fructuosa charitas & meritoria sublimium praemiorum. Omne quod appetitur, propter aliquod istorum trium desideratur, uel quia putatur delectabile uel honorabile uel utile, sed in quo oia simul conuenire non inuenitur, nisi in fructibus celestium & spualium delectatione. Alia enim delectant, sed turpia sunt & nocina, alia honesta uel utilia, sed difficilia & laboriosa. Virtutis autem affectus & sapientiae gustus, & diuina suauitatis fructus dulcis & uenerabilis conscientiam latificat, assecurat & magnificat. Sed tamen si sponsi amplexibus omnia deuora inhianter inheret, incipit inter eius brachia aliquo modo consopiri, sicut potatus nobili uino in soporem resoluitur, ut non solum delectabiliter, sed & tenaciter Deo inhereat, & quasi uino quodam abstrahatur ab omni uisibilibus sensu & memoria, sic tamen temperate, ut nec plene sumer obliuiscatur, nec tamen uere copos sit sui. Iuxta illud Psalm. Si dormiatis inter medios clericos, id est inter medios terminos mundi & caeli. Item Cant. Ego dormio, & cor meum uigilat. Est enim talis iste somnus sicut illorum, qui incipiunt dormire, & tamen uideretur sibi, ea quae circa se sunt, aliquo

Exo.

Deut.

Rom. 7.

Psal. 119.

Stigma hominis in hac uita perfectio.

Psal. 67.

Cant. 5.

aliquo modo sentire & intelligere, sed praesens opere non aduertunt, nisi uelint uti sibi facere, ut ad se plenus reuertantur. Amor enim Dei cum pura intelligentia cognitus, inebriat mentem, & ab exterioribus abstractam, suauitate Deo conglutinat & coniungunt. Et quanto amor uehementior & intelligentia lucidior, tanto ualidius in se mentem rapit, quousque tandem omnium quae sub Deo sunt plene oblita, in solo diuinae contemplationis radio liberè figuratur, licet breuiter, quasi in quodam corrusco luminis coelitus emicantis, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum, multum cogitantem. Sensus enim hominis per se pauca potest, & uix tenuiter cogitare, subleuatus autem afflatu superni luminis tanto plura inde intuetur, quanto supra se sublimius eleuatur. Sed corruptio terreni corporis, & uariae huius uita occupationes depriment animam, & reuocant ad seipsum, ut gemens clamare cogatur cum Apostolo. Infelix ego, quis me liberabit de corpore huius mortis. Item Psalm. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Quanto minus mens sobria est, ad ista inferiora & humana cogitanda & tractanda, tanto plus a superioribus & coelestibus, per deuotionis intuitum elongatur. Et quanto seruentius ab inferiorum memoria, affectu & intellectu ad superna sustollitur, tanto perfectior est deuotio, & purior est contemplatio, quia simul non potest perfecte utriusque esse intenta, quae ab inuicem sicut lux & tenebrae sunt diuisa. Qui Deo inhaeret, in lumine uersatur. Qui inheret in tenebris, in tenebris est.

Quae est in uita hominis sublimior perfectio. Cap. XV.

Haec est hominis in hac uita sublimior perfectio, ita uniri Deo, ut tota anima cum omnibus potentis suis & uiribus in Deum collecta, unus spiritus fiat cum eo, ut in meminerit nisi Deum, nil sentiat uel intelligat nisi Deum & omnes affectus in amoris gaudio uniti, in sola conditoris fruitione suauiter quiescant. Imago enim Dei in anima, in his tribus potentis expressa consistit, uidelicet in ratione, memoria, & uoluntate. Et quando istae non sunt ex toto Deo impressae, non est anima deiformis. Forma enim anima Deus est, cui debet imprimi, sicut sigillo signatum. Haec nunquam plena est, nisi cum ratio perfecte iuxta capacitatem suam illuminatur ad cognitionem Dei, qui est summa ueritas, & uoluntas perfecte afficitur ad amandum summam bonitatem, & memoria plene absorbetur, ad intuendam & fouendam & tenendam summam felicitatem. Et quia in horum consummata adeptione constat gloria beatitudinis, quae perficietur in patria, liquet, quod istorum perfecta inchoatio, est perfectio uiae in hac uita. Quam-

nis autem omnes uirtutum conatus ad hanc perfectionem tendere uideantur, tamen specialiter orationis studium ad hoc nititur, ut anima toto affectu & intellectu & memoria in Deum feratur, quia alijs postpositis, anima soli Deo inherere desiderat cum orat. Unde orationis perfectio est, cum anima illud obtinet, ad quod oratio tendit, ut tota ab infimis abstracta solis iungatur diuinis, nec uolens, nec ualens aliud sentire nisi Deum, ubi uere quiescit anima, ibi delectatur in splendore lucis & amenitate diuinae dulcedinis, & in securitate pacis. Haec autem spiritualis amenitas, non potest per aliquas imaginabiles describi similitudines, nec per sensibilem depingi comparationes, quia pure spiritualia tantum differunt a sensibilibus, sicut spiritus a corpore. Spiritus uero rationalis nec corpus est, nec corporis similitudo. Circa uero hunc contentem contemplationis excessum, sunt diuersae deuotionis species, quas breuitatis causa praeter eo, quibus scriptura uel tractatores scripturae diuersa nomina imposuerunt, ut iubilus, ebrietas spiritus, spiritualis iucunditas, liquefactio, quae expertis & uacantibus explananda relinquo. Aliqua tamen breuiter tangam istorum. Et quia iubilus usum non habet a scriptura, uidetur, quod iubilus sit quoddam spirituale gaudium, cordi repente ex aliqua deuota cogitatione uel collatione infusum, quod totum cor concutit ex sui uehementia. Quosdam tremore commouet, & delectabiliter cruciat, quia motus gaudii confortatur, sed ex impetu fortitudinis corpus debilitatur, & aliquando per risum, aliquando per quosdam clamores, aliquando per alios gestus & singultus, quasi euaporando erumpit, nec ualens se intra se tacitus continere. Gregor. Iubilum namque dicimus, quando ineffabile gaudium mens concipit, quod nec abscondi potest, nec sermone aperiri, & tamen quibusdam motibus praeditur, quamuis nullis proprietatibus aperitur. unde de Psalm. dicit. Beatus populus qui scit iubilatio nem. Non ait qui dicit, sed qui scit, quia sciri quaedam iubilatio potest, sed dictu non exprimi ualeat. Ebrietas spiritus dici potest, quae libet amoris & gaudii deuotio, ex qua quasi ex uini fortitudine feruor spiritus sancti sic exhilarescit, & te intra se cohibere non ualet. Unde Apostoli spiritus sancti feruore astuantes, multo pleni dicebantur: & Iob ait, En uenter meus quasi inuisum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Nouas dicit non ueteres, uel quia ueteribus cordibus non infunditur talis deuotio sed nouis. i. in nouitate uita ambulatibus, uel nouas dicit, propter fortitudinem spiritus, quae si nouas dirumpit, quanto magis ueteres. i. fragilia corda & infirma? uel nouas dicit, quia talis feruor spiritus nouis & nondum exercitatis mentibus nuper infusus, minus ualet se se cohibere, quin erumpat per iusuratos gemitus, uel uoces uel singultus. Sic nouum uinum in uase ebullit, quod in ueteratum

Iubilus quid.

Psal. 38.

Iob. 31.



ueteratū quiescit. Quāq; etiā corpus quasi obri-
gescit, & membra inhabilia & inflexibilia fiunt
ex subita feruoris & suauitatis influentia, & hoc
pōt esse, quia spūs oēs distendantur cordi inflam-
mato, quia extensione neruorum & obstrusione
uiscerum spūalium, membra amittunt habilitatē
officiorum suorum, ut lingua loquelā, manus ope-
rationum, & pedes & cura gradiendi, quouq;
feruor iterum remittatur, & nūq; spirituum aper-
tae fiant ut prius, nec mirum si hęc diuinā affe-
ctiones possunt efficere, quarum uirtus fortior
est, cum etiam humanā affectiones hic interdū
ualeant, ut subitus terror & subita & immodera-
ta letitia, & subitus dolor, & odium immensum
& imperatus amor, sicut sēpe compertum est,
& in extasim uel stuporē, uel phrenesim alios ex
huius omni raptos feruore esse, & membra in ri-
gorem uel tremorem uersa, uel etiam febres ex
uehementi molestia incidisse. Quid etiam mirū
si ex magna spūs hylaritate, quā spūs sanctus in-
fundit cordi, aliqñ erumpit in aliqua aperta hy-
laritatis indicia, uel si quāq; singultibus & affe-
ctibus apertis imperare non ualeat, & huius in-
ternā deuotionis motus abscondere, cum uidea-
mus sapius, aliquos ex stulta leuitate à risu &
insolentibus chachinis nō posse se cohibere, etiā
ubi pudor humana imperat disciplinam. Et ali-
quando ex humana tristitia oborto fletu nō pos-
sit homo, quāuis libēter faceret, imperare. Cum
enim scriptum sit, Deus noster ignis consumens
est, & Deus charitatis est, quid mirum si feruor di-
uinā charitatis cordi infusus totum hominem
commouet, sicut si uitro fragili & uasificili bul-
lientem liquorem, uel ignem ardētem infundas,
trepidationis fragorem concitit. Cor nāq; diui-
ni amoris gaudio, uel diuino fructu desiderio
inflammatum, in se dilatat & extenditur,
& quasi intra angusta pectoris se capere nō suf-
ficiens, quodammodo erumpere conatur, nisi flā-
mā, quam intus patitur, foras eructet, & ardoris
sui refrigerium quaecunq; inueniens euaporet.
Quod cum non potest, uel ex humano pudore
non audet, mirabiliter in semetipso cruciatur,
& corpus ualdē ex talibus motibus debilitatur,
quia uirtus diuinā dulcedinis intollerabilis est
imbecillitati terreni corporis, sicut si ignem in-
tro immittas, undē legimus sanctos ex diuinis
uisionibus & reuelationibus corruisse, & uir-
ibus emarcuisse, de quo legitur in Dan. Visionē
hanc grandem uidi, & non remansit in me for-
titudō, & emarcui, nec habui quicq; uirium, &
iacebam consternatus super faciem meam. Itē
in Tren. De excello misit ignē in hostibus meis,
& erudiuit me. Ideō spūs sanctus in igne super
Apostolos uenit, quia uirtus diuini amoris sicut
ignis illuminat & inflammat. Spūalis iucunditas
dici potest, quoddam gaudium, quod à spūs san-
cto infunditur, quo gaudiū animus in Deo, quie-
scit, siue pro perceptis diuinis beneficijs uel p-
missis. Et licet aliqui putent spūalem esse leti-

Simile.

Dan. 10.

Tren. 1.

tiam, cum aliqñ religiosi inter se iucundi sint,
tū sciunt, qd spūalis letitia sicut caret amaritudi-
ne tristitię seculi, & acedie torpore, etiā ita dis-
solutionis leuitate. Spūalis. n. letitia dupliciter
accipitur, scilicet specialiter & generaliter: spe-
cialiter, & tunc est motus spūalis gaudij in spi-
ta sancto, ex intuitu beneficiorum Dei, & futurę
glorię, & bonitatis diuinę. Generaliter, & tunc
est quadam mentis hylaritas, à bona confidentia
ad Deum & bonę cōscientię testimonio, red-
dens hominem beneuolum & deuotum, ad om-
nia agenda & sufferenda pro Deo, & omnia quę
Dei sunt diligenda & promouenda. Ideō bis di-
cit Apostolus. Gaudete in Dño sēper, iterum
dico gaudete, primō generaliter, secundō spe-
cialiter. Liquefactio autem animę aliud non ui-
detur esse, nisi quedam emolitiō à duritia sua, p-
quam flexibilis redditur, & uoluntaria ad amā-
dum se amantem Deum, & liquefscens ad reci-
piendum diuinā uirtutis impressiones, ut sicut
liquor liquorī, ita spiritus Dei spiritum homi-
nis influens miscetur, & unus fiat anima spiri-
tus cum Deo.

Letitia
spūalis
plex.

Phi. 4

De generibus compunctionum & deuotio-
num. Cap. XVI.

Cum autem multa uideantur deuotionum
genera uel compunctionum, possunt tñ vij.
distingui differētia, iuxta singularium af-
fectionum uarietates. Aut. n. surgit deuotio ex
timore, aut ex dolore, aut ex desiderio, aut ex
amore, aut ex compalsione, aut ex gaudio, aut
ex admirationis stupore. Ex timore, ut cū quis
compungitur timore futuri supplicij, uel cū ti-
met à Deo derelinqui propter demeritum pec-
catorum suorum, dicens Deo. Ne proicias me à
facie tua, & ne derelinquas me Dñe Deus meus.
Ex dolore, ut cum dolet se offendisse Deum, &
gratiam eius amisisse, uel cum dolet se tam parū
profecisse, & tam parui esse meriti apud Deum,
& in tm. Dei oculis displicere, ut dicat cum Psal.
Auerte faciem tuam à peccatis meis. Ex deside-
rio, cum suspirat & anhelat ad gratiam amplio-
rem uirtutum, & ad familiaritatis diuinę suau-
uitatem, uel ad Christi pręsentiam in celo, uel
ad sancta desideria adimplenda, & dicat cum
Psal. Dñe ante omne desiderium meum, & cū
Isaia. Dñe nomen tuum & memoriale tuum in
desiderio animę meę. Anima mea desiderauit
te in nocte. Ex compalsione cum Christo passo
pię compatitur, & gladius illam animam Deo
fidelem trāsuerberat & uulnerat, qui Marię ma-
tris animam letaliter pertrāsuit, aut cum pro-
ximorum incommodum, aut animarum pericu-
lis compatitur, & zelus domus Dei, & miurizę
Deo illatę comedunt eam, nec sinunt eam dor-
mire somno dissimulationis, quā contristeretur
ad singulorum calamitates, adeo ut dicat cum
Iob. Flebam super eo, qui afflictus erat, & cōpa-
riebatur

Spūalis
compunctio-
nis uaria
causa

Psal. 50

Ibid.

Psal. 37

Iob. 37

riebatur anima mea pauperi. Ex amore diuino
cum recolit, q benignē secum egerit, & quanta
sibi beneficia indigno & immeritō contulerit,
uel cum pensat gñalia beneficia omni generi hu-
mano impenta, & incarnationis & passionis be-
neficia, & sacramenti altaris & spūs sancti sacro
sancta charismata, uel cum ipsius Dei ingemina-
tam intueret benignitatem, quę tāta est, sicut im-
mensitas & aternitas, quę mensuram non habet
neq; finem. Et ideō sine mensura & sine fine dili-
gendus est. Amore Dei nihil potest esse delecta-
bilis, uel honorabilis, uel utilius, per hanc affe-
ctionem dilectionis Dei, singulariter spiritus san-
ctus testimonium reddit spiritui nostro, q su-
mus filij Dei: de hoc specialiter dicitur. Qui di-
ligit Deum, hic cognitus est ab eo: & ego dilige-
tes me diligo. Cognosci à Deo & diligi, est ab
eo approbari. Amor Dei est omnium affectionū
bonarum condimentum, & tantō plus sapiunt
Deo catera uirtutum affectiones, quanto plus
de hoc habuerint condimento, nec pōt esse uir-
tus uel deuotio, quę ex amoris radice non pullu-
lat. Ex gaudio surgit deuotio, cum exultauerit
in Deo, memor beneficiorum eius, ut cum in spe
gratię eius confidit se esse de numero saluādo-
rum, uel congratulatur saluti & profectui proxi-
morum, uel cum in exultatione spūs congaudet
glorię beatorum, & mente perambulat celestis
patrię uarias mansiones, ex quibus omnibus uel
singulis cor exhylaratur, & quasi iucunda uolu-
cris, quę clauso pectore uidit i iubilo, & affectu
exultationis laudis quasi quærat exire de angu-
sto pectore, & cū Psal. dicat. Cor meum & caro
mea exultauerūt in Deum uiuum. Ex admira-
tionis stupore, cum illuminato intellectu fulgore
sapientię, stupet magnitudinem potētię Dei,
& profunditatem sapientię, & suauitatis & beni-
gnitatis eius, uel distractionem iudiciorū eius
uel abyssum claritatis incomprehensibilitatis &
immesitatis eius, uel quicquid est de natura di-
uinitatis & glorię maiestatis, uel quorumlibet
operum eius admirabili ratione. Undē dicitur
in Iob. Magnus fortitudine & iudicio & iustitia
Dens, & enarrari non potest, ideō timebūr eum
uiri. Aliqñ commixtim ex diuersarū affectionū
motibus deuotio conflatur, ut timor cum dolo-
re, amor cum gaudio & admiratione, compas-
sio cum desiderio ardore iungatur. Et quasi aro-
mata simul contrita, liquore supernę unctōnis
compacta, & calore ignis diuini decocta, pigmē-
tum salutare efficiant, ad sanandum animarum
languores efficac & salubre, sicut illi qui pigmē-
ta sanitatis conficiunt, aliqñ de singulis, aliqñ de
pluribus, & modō de illis, modo de istis compo-
sitionem faciunt pro uarijs remediorum causis.
Cum autem deuotio sit pię affectionis pingue-
do, & magis se habeat ad affectum q ad intelle-
ctum, sicut uideri potest in simplicibus deuotis,
& literatis pluribus in deuotis, perfecta tñ non
est deuotio sine lumine intellectus, sed aliter se

1. Cor. 2.

Psal. 87.

Iob. 36.

habet intelligentia simplicium deuotorum, &
aliter literatorum. Literati. n. sciunt subtiliter lo-
qui de quacunq; etiā spūali materia, & uerbis
proprijs exprimere quę uolunt, & pulchrē diui-
dere & distinguere, & causas, & cōgruas ratio-
nes assignare, & sermone composito persuasibi-
liter & ornate ponere: Et ex paruis quę longū
texere tractatum, & ea quę plana sunt & nota p-
se, uerbis artificiosis inuoluere, ut rudibus de i-
timis philosophię medulis extracta uideantur.
Deuoti autem simplices, clarius uident ueritatē
in se, & profundius de ea sciunt cogitare, & pon-
dus eius pensare, & saporis intimi uenas per ga-
stum affectus scrutari, & per purę intelligentię
radium quęcunq; lucidius discernere, licet ne-
sciant uerbis expressis propriē distinguere, ta-
men ex ipso saporis gustu naturalis uirtutis dif-
ferentias cognoscere, magis q per argumentorū
coniecturas sciunt. Exemplum de quolibet
mechanico artifice in arte sua perito, & de sub-
tili philosopho, quorum alter scit de arte pulchrē
discere, & alter propriē operari. Vel exemplū de
medico theorico, & pratico, quorum alter ma-
gis nouit artem per scientiam, alter per expe-
rientiam.

Exemplū

Exemplū
aliud.

De reuelationibus, uisionibus, imaginationibus, &
demonstrationibus. Cap. XVII.

Isto de illis quę ad spūalium profectū spe-
ctant, uidendum est breuiter, de his quę in
spūalibus experientijs magis pertinent ad
intellectum, ut sunt reuelationes secretorum, &
uisiones & imaginarię demonstrationes, in qui-
bus quidam de ueritate aliqñ erudiuntur, & plu-
rimi deluduntur, his autem tantō minus immo-
randum est, quanto frequentius ea sibi immittē-
tes decipiunt, et quantum est minor profectus
in talibus, etiam cum uera sunt, licet à rudibus
& spiritualium charismatum ignaris, magis ma-
gnę sanctitatis & sapientię uirtus in his consi-
stere extimetur.

De generibus uisionum. Cap. XVIII.

Quatuor sunt genera uisionum, & totidē
sunt genera reuelationum, quāuis etiam
uisiones dici possint reuelationes, quia
in eis aliqua secreta reuelantur. Quędam uisio-
nes dici possunt corporales, quę uigilanti corpo-
raliter ostenduntur, ut Moyses uidit Dñm in ru-
bo ardenti. Et patres Angelos uisibiliter susce-
perunt. Ad hanc potest referri quorumlibet sen-
suum experientia, ut auditus, gustus, odoratus
& tactus, uel uisus pro quolibet sensu solet poni.
hinc in Exod. dicitur. Videbant uoces & lampa-
des, et sonitum buccinę &c. Voces nāq; & soni-
tum buccinę, non uisu, sed auditu percipere po-
tuerunt. Alię sunt imaginarię uisiones, quę uigi-
lanti non corporaliter, sed imaginariē osten-
duntur,

Exod. 3.

Exod. 16.



Ezech. 13

Eccle. 34

dantur, siue in somno siue in excessu mentis rã pro, ut uisiones Ezechielis, Danielis, & aliorũ sanctorum in nouo & ueteri testamento. Aliæ sunt imaginariæ quæ dormientibus ostenduntur, ut Iacob uidit Dñm in uisum scala. Et Pharaon, et Nabuchodonator somnia uiderunt præfagia futurorum. Iste omnes uisiones conueniunt simul in hoc, qd non solum bonis, sed etiam malis ostenduntur. Item qñq; ueræ sunt, & per eas erudimur aliqui ad ueritatẽ, & qñq; deceptoris & alii qui ex his deluduntur. Unde in Ezech. Vidistis uisionem cassam, & diuinationem mendacem locati astis. Item, qd non faciunt sanctum nec ostendunt. Alioquin Balaam sanctus esset, & eius asina quæ uidit Angelum, & Pharaon qui uidit somnia præfagia futurorum. Item, qd etiam si ueræ sunt, tñ per se meritoria non sunt, & qui multa talia uidet, non est melior, & qui nulla non est minor, sicut est de miraculis alijs. Item, qd pluribus sapẽ magis nocuerunt talia q̃ profuerunt, quia inaniter inde gloriantes extollebantur. Multi etiam putantes uisiones uidisse, quæ nõ uiderant, sed necebant se & alios, uel ad quæstum auaritia retorserunt. Multi slexerunt se mendaciter uidisse uisiones, ne aut haberentur inferiores ceteris: aut ut præ ceteris honorarentur quasi sanctiores, quibus secreta Dei ostendatur. In quibusdam etiam solent huiusmodi uisiones esse præludia infantiæ, quia cerebro suo & sumis ipsum obnubilantibus, uisus oculorum confunditur, ut parent sibi apparere aliquid ueraciter, quod pharasticũ est & falsum, iuxta illud Eccle. Sicut parturientis, cor tuũ phantasias patit, ne de deris cor tuũ in illis. Alia est uisio intellectualis, qua illuminat mētis oculus luce ueritatis puræ, qua ipsam ueritatẽ in se cõteplat, uel intelligit in uisione imaginaria ueritatẽ, q̃ in illa significat. Sicut cum Paulus raptus in Paradisum uel in celum tertium, uidit inuisibilia & audiuit uerba inenarrabilia, qua non corporearum rerum imaginis, sed ipsius ueritatis splendorem, purẽ intuitus est: similiter & Ioan. Euangelista, licet subfiguris corporearum rerũ describat Apocalipsim, creditur tñ omnia purẽ uidisse & intellexisse, q̃ ibi figuratim describit, uel propter capacitã aliorum, quibus ipsa pura ueritas pro sui splendore imperceptibilis fuit, uel magis propter mysteriorum reuelationem, quæ non passim omnibus propalanda sunt, ut exerceantur digni, & excludantur indigni à sacratorum mysteriorum intelligentia, sicut & à reliquarum sanctorum scripturarum uelamimibus sunt operta. Hic significabat uelum ante sancta sanctorum expressum, intra qd non licebat populo, sed solis sacerdotibus introire. Similiter sanctuarium inuolutum, in profectioe Leuitis imponebatur portadum, quod anteq̃ inuolueretur, non licebat alijs q̃ sacerdotibus contingere uel uidere, hic significante Spiritus sanctus, qd profunda scripturæ mysteria perfecti aliquatenus uident. Alij autem inuo-

luta portare debent, dum sunt in hac uita uelamine figurarum. Ipse enim imaginariũ uel corporaliũ uisionum figura, cum ueræ sunt secundũ spiritualem significantiam, non sunt uerẽ secundum rei existentiam. Non enim uerum est substantialiter, esse boues in celo, uel leones, uel aquilas, & alia quæ in Apocalipsi & alijs prophetarũ uisionibus describunt, sed ibi sunt cœlestes uirtutes, quorum merita uel officia istarũ bestiarũ, uel aliarũ rerum proprietatibus figuratim designantur. Credimus Christum glorificatum in celo, nec ultra secundum suã substantiã ueritatẽ nasci de uirgine, lactari uel pasci, uel alia q̃ Euãgelista docet, cum fecisset hystoriatim, dum corporatim cum hominibus in terra conuersabatur. Et tñ sic sapẽ refertur, aliquibus sanctis apparuisse in uisione, uel nascens, uel matris ubera lactans, uel extensus in cruce, non qd ita secundũ ueritatem fieret, sed qd illis propter aliquam singularem consolationem, & deuotionis exercitacionẽ, uel p̃p̃ aliquã spũalẽ significacionẽ, sicut apparet, p̃ Pau. cũ dicit. Scimus. n. qd Christus resurgens ex mortuis, iã nõ moriẽ, & mors illi ultra nõ dominabit. Sic nec ultra corporaliter lactabitur, uel nascetur. Ita de alijs sanctorum uel angelorum apparitionibus est tenendum. Non uidentur autem prætermittendum, qd quidam decepti à seductorij spiritibus, uel proprijs falsis opinionibus, putant sibi apparere in uisione uel ipsum Christum, uel eius gloriosam genitricem, & non solum amplexibus & osculis, sed etiam alijs in decentioribus gestibus & actibus ab eis demulceri, ut sicut spiritus ipsorum interius ab ipsis consolatur spũaliter, ita & caro exterius sibi congruo oblectationis sensu, sensibiliter demulceatur, & carnaliter consoletur, quod nõ solum esse falsum & seductorium, sed etiam blasphemia grauis esse comprobatur. Spiritus sancti uisitatio, sicut contra omnia uicia reprimenda & detestanda infunditur, ita & singulariter contra carnalis illecebras opponitur. Et ubi spiritus mundicie suo iubare resplenduerit, continuo omnes prauẽ uoluntatis motus euanescere, & uelut tenebras subueniente lumine dissipare necesse est. De his uerò qui cum aliquando dulcedinem spiritualem sentiunt, continuo etiã carnalis delectationis pruritu illecti sedantur, ne scio quid iudicem, nisi qd potius eligo illis careere floribus, quos de luti sordibus legere deberẽ. Et sicut illos damnare non audeo, qui inuiti quæque in huiusmodi spũalibus affectionibus, carnalis fluxus liquore maculantur. Ita etiam excusare nescio, qui tali fluxu ex consensu cum delectantur, qualiscunq; eorum intentio uideatur.

De pluribus modis reuelationum.
Cap. XIX.

Reuelatio secretorum uel futurorum pluribus modis fieri uiderur, in quibus sicut in uisio-

Verisimilitudina doctrina, contra superstitionem iudicantiam.

Act.

Reuelatio multipli conuincit.

Zach. 4.

Psal. 84.

uisionibus prædictis plurimi seducuntur, putantes spiritum esse, quod proprius sensus slexerit, uel spiritus erroris suggererit, & ideo uaticinijs iam usq; ad fastidium repleti sumus de Antichristi aduentu, de signis appropinquantis iudicij, de destructione religionũ, de persecutione Ecclesiæ, de regni destructione, & uarijs mundi prælijs, & alijs pluribus quibus etiam uiri graues & deuoti platiquam oporteat creduli extiterunt, de scripturis Ioachim & aliorum uaticinãtium uarias interpretationes extrahentes, quæ etiam si uera essent & autentica, tñ religiosi plurima inuenirent, in quibus fructuosius occuparentur, cum & Christus in Apostolis tales curiosas temporum inquisitiones repræserit, dicens. Non est uestrum nosse tempora uel momenta, q̃ pater posuit in sua potestate. Reuelatio aliquando fit per uocem & uerba expressa, ut Petro, Ioãni, & Iacobo in monte cum Iesu. Vox de nube dixit. Hic est filius meus dilectus, unde Petro dictum est. Beatus es Simon bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus celestis, &c. Vel sicut Samuelli primò sermo factus est in sylo. Aliqñ fit per somnum, ut Ioseph uiro Marię dictum est in somnis, ut acciperet Mariã, & fugeret in Aegyptum & rediret. Et Magis similiter dicitur in somnis, ne redirent ad Herodem. Et in alijs pluribus locis simile inuenitur. Aliquando fit per spiritum Angelicum, uigilanti intrinsecus, ut pater in Zach. Angelus qui loquebatur in me dixit ad me. Nunquid nescio, quæ sunt hæc? &c. Aliquando fit per spiritum interius in mente iuxta illud Psalm. Audiam quod loquatur in me Dominus Deus &c. Et hoc duobus modis, uno modo cum inspirat menti aliquid agendum, uel dicendum, uel de proprijs docet uel alienis. Sicut propheta inspirauit quod faceret, uel diceret, uel cum futura eis, uel absentia, uel abscondita reuelauit. Secundo modo cum non de speciali facto illo uel illo, sed generaliter ad plura per mentis illuminationem ostendit, quid secundum ueritatis iudicium sit melius uel non melius. Sicut docet omnes iustos declinare à malo, & facere bonum, et per spiritum consilij uel scientiæ, uel sapientiæ beneplacitum Dei agnoscere, & eligere potiora. Est & alius modus reuelationis per spiritum sanctum, cum homo ex Dei inspiratione orat Deũ pro alia speciali causa, uel propria, uel aliena, & per affectum deuotionis, & fiduciã exauditionis intelligit se exauditum in hac petitione. Sed licet confidat quod illud pro quo orauit habiturũ sit prosperũ successum, nescit tñ sapẽ quia uia habebit processum. Econuerso cum non sentit sibi ifundi fiduciam exauditionis hic colligit non habiturum effectum suæ petitionis, licet nõ sit in hoc omnino certus, quia nescit an hoc sit defectus deuotionis, uel iudicium negatæ petitionis, hoc tñ reuelationis genus est specialiter deuotis mentis familiare. In hoc tñ aliqñ quidã

deuoti inueniuntur decepti, sicut & interna inspiratione. Et hoc taliter fieri posse uidetur. Cum homo deuotus Deo, aliqñ intendit orationi, & per magnum deuotionis affectum confidit Deũ sibi esse fauorabile, optat sibi uel alteri, uel orat illud uel illud quod tunc desiderat euenire. Et cũ fuerit iam in affectu deuotionis, & fiducia diuinæ propitiationis anteq̃ illud optaret, accedente modo optatẽ rei desiderio fit affectus feruentior, & fiducia ad Deum ex feruore constantior. Et quia præsumunt spiritum sanctum hanc deuotionem operari cum spiritus malignus non possit affectus deuotionis infundere, quam nunq̃ habet, confidit se non decipi, & in concepta spe desiderij sui non confundi, quem testimonium adauctæ per spiritum sanctum deuotionis & confidentiæ credit approbasse, sed in hoc potest esse deceptio, qd spiritus hois ex desiderio rei quam diligit, cum de illa studiosẽ cogitat illarescit, et cum in nulla prius erat deuotione ad Deum, ita qd aliqñ pro desiderio illius rei uel euentu, facile prouocaretur ad lachrymas, maxime si est res q̃ spectat ad deuotionem qualemcunq; sicut sapẽ etiam cum pro nanagloria quis optat gratiam prædicandi, uel prophetandi, uel miracula faciendi, uel aliud simile, unde cor delusum huiusmodi fantasmatibus illarescit, & per uanam gloriã, uel letitiam pinguescit. Quanto ergo magis cordis affectus exhilaratur & deuotior efficitur in se, cum cogitat & optat quod desiderat non ex leuitate uel uanitate, sed ex maturitate & charitate, dum interim est in aliqua spiritus consolatione, quæ facili occasione potest ad ampliora deuotionis incitamenta subleuari. Et quod tunc confidentia proprii sensus loquitur, putat loqui spiritum sanctum, dum non subtrahit deuotionis gratiam quam dedit, immò dilatato cordi per desiderij sui appetentiam, eò copiosiorẽ gratiam infundit, quò cordis exhilarati capacitas locum ampliorem in se gratiæ preparauit. Cor enim beneuolum & beneuolentia iucundum, est aptius ad deuotionis gratiam, q̃ tristitia & amaritudine constrictum, quia spiritus sanctus amor est, & beneuolentia & iucunditas patris & filij, & similia similibus magis congaudent naturaliter. Lætitia est cœlestis patriæ proprium. Mœror tristitiæ est huius exilij negotium: Amartudo desperatis est infernale supplitium.

De cautela in uisionibus habenda, & de sensibili dulcedine. Cap. XX.

In omnibus igitur reuelationum & uisionum generibus magna cautela habenda est, ne falsa pro ueris, noxia pro salutaribus, exigua pro eximijis, & incerta pro certis recipiantur. Solas autem spiritus sanctus per donum consilij, & gratiarum discretionis spirituum scit homine expedire & certum reddere, quid in illis recipiendum sit uel respiciendum, & quomodo eis utendum, sicut



sicut & prophetas & sanctos docuit, quibus non solum uera ostendit, sed etiam per ueritatis testimonium, quia uera essent interius demonstra...

Sensibiles consolatio nes quomodo discernenda.

2. Cor. 1.

Ignobile naq; corpus & corruptibile, sicut pecus brutalibus est assuetum. Tertius tribus & uilibus iuxta illud Gen. Comedes herbam terrae, & hic post peccatum.

Consilium de his, qui uult debilitatis causa deuotionis. Cap. XXI.

Quarant aut deuoti aliqui ex deuotionis uehementia debilitari. Vtrum sit melius debilitatem corporis subire, & spiritum per deuotionis studium cum Deo roborari, & gratiam oblatam non abiicere, aut pro nimia debilitate a deuotione se subtrahere, & spiritum extinguere, & exterioribus occupationibus se dare pro corporis releuatione. Ad hoc (saluo meliori iudicio) ut consulendum nimis debilibus, quod interdum possunt se utiliter subtrahere a studio deuotionis, & conatu proprio non adhiuc instare, nec quasi extorquendo exprimant deuotionis affectum, quia tales uolenti conatus debilitant et ualidiores. Si aut sine laborioso conatu offerat se gratia, & ingerit se illis non quaesita, nec abiiciat ea ex toto, nec omnino totos se immergat ei, maxime si uel metum ex hoc debilitari se sentiat, sed temperate & in quadam spem libertate superficialiter inhaereat. Iuxta illud Prover. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, quod satis est iuxta uirum tuarum mensuram. Ut uilium non est ad horam habere temperatius gratiam deuotionis, quam omnino exhaustis uiribus, & destructa uirtute naturali, totaliter ea perdere, & irreuerabiliter ea carere, quia sic destructi postea nimis incipiunt sibi nec copari, & ut recuperent uires amissas per indifferentionem, non solum delicatius, sed et dissolutius, quam expedit se habere. Exhaustis namque uiribus capitis maxime & cordis, iuxta audeat et ad studium deuotionis per moram aliquam aspirare, quia retrahit eos continuo molestia debilitas. Ex quo magis uolunt contra illam conari, eodem minus possunt. Et ideo consilium est consolationes diuinas moderatius querere, cum debilitas corporis obsistat, ut diuturnius eis frui possint, & auctas ualeant tollerare, quam ad breue tempus in eis ita discretim delectari, ut eas postea fugere oporteat, & sine spe recipi admittere pro uirtutis defensione. Vase non corrumpitur liquor effunditur, unde dicitur in Psal. Defecit caro mea & cor meum, quia cum corporis uirtus omnino deficit, cordis est uigor a deuotione languescit. Fit et plerumque studiosis deuotionis, ut dum magis conantur habere deuotionis gratiam, minus habeant, & cum uehementius instat, aridiores & duriores corde fiunt, sicut in summis festiuitatibus & deuotis temporibus passionis Christi & natiuitatis & similibus, & maxime cum se ad sanctam communionem studet sollicitum praeparare. Et multi ex hoc sepius committuntur, & ex ista parte turbantur, ex cordis pusillanimitate interpretantur, quod forte sunt indigni uisitatione diuina, & quod non placeat Deo, ut sic indigni & indeuoti ad sacram communionem accedant, & sic saepe

Eccle. 9.

Cur Deus subtrahit consolationem gratiam, quaeque ratione...

Optimam prodeum...

Propter...

Duae tentationes inasperantur.

Psal. 77.

se subtrahit a cibo uitae & medicina salutis, sed cum homini incertum sit, an sit dignus amore uel odio secundum rationem dispositionis, & merito singulorum soli Deo sint nota, si non possumus secundum ueritatem unicuique consulere, quid sentire in hoc debeat & facere, tamen quare Deus tunc subtrahit bonis & studiosis deuotionis gratiam, cum ea libentius haberet, & instatius quarunt propter, uel super hoc rationes assignari. Prima humilitationis, quia magis humiliatur homo, cum non habet tunc deuotionem quam alio tempore, & magis confunditur in seipso. Sicut seculares plus confunduntur, si in Pascha non coicant, cum solitum est coicare ceteros, quam toto reliquo tempore. Secunda, purgatio peccati, quia forte per aliam exercitiam minus purgatus est, uel aliqua habet delicta, quae non recolat, & ut dignus accedat ad Eucharistiam, & amplius purgetur a peccatis, in hoc punitur in quo magis doleret, & quod dolor grauior, eodem purgatio efficacior, & maxime, quia forte alio tempore minus studiosum quaesitum deuotionis gratiam, uel oblatam negligenter receperit, nec dignas pro ea gratias retulit, punitur modo in quo peccauit, ut tunc illa careat cum desiderat, quam ante neglexit cum habere poterat, & cauior de cetero in hac parte fiat. Tertia, ut ex hoc eruditior in gratia fiat, quod a Deo fit non ab homine, cum non potest homo pro uoluntate sui arbitrii habere, sed Deus qui dat ex se, quod uult infundit, & quod uult subtrahit, prout sibi placet, & prout accipienti iudicat conuenire. Item quia ex gratia sua dat non pro meritis hominis, quia si daret semper cum quaeritur, & non daret nisi quaeretur, putaretur iam tamen dare secundum merita requirentium, & non secundum gratiam liberalitatem. Ideo quod studiosi quaerentibus negat ex iustitia, & non quaerentibus quod dat ex gratia. Duae namque sunt tentationes deuotorum satis consuetae maxime nouis & imperfectis, haesitatio, & elatio, haesitatio namque saepe an a Deo sit talis gratia, uel homo per se illos motus a suo conatu procuret, & est satis importuna tentatio. Aliqua etiam uel homini, quod forte possit esse demonis illusio, & sit perplexus, quod quod studium deuotionis cogitat omnino postponere, & simpliciter uocalibus orationibus & actionibus solum intentus esse, quasi in illis sit securior, quam in studio interiore deuotionis. Et hoc precipue patitur, cum deuotionis gratia subtrahitur, & sic dupliciter tribulatur, turde subtractione gratiae, & de haesitatione, si fuerit a Deo gratiam quam habebat. Sic discipuli ante plenam immersionem, saepe uacillabant in fide Christi, dum modo uisus miraculis eius & excellenti doctrina, credebant eum esse uerum filium Dei, modo uisus eius passionibus pro nobis susceptis, titubantes haesitabant, sicut eo passus, antequam certi essent de eius resurrectione, dixerunt. Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel, quasi dicerent. Ad hoc saepe frustrati sumus. Sic & post resurrectionem suam uiso eo gaudebant & dubitabant, donec per multa augmenta de ueritate eius certificati sunt, maxime post

ascensionem ipsius, & spiritus sanctus emissionem. Ita & deuoti Christi fideles, modo gaudent de consolatione interna gratiae, modo dubitant & tristantur. Ideo uarie operatur in eis spiritus sanctus. Nunc illo modo postea alio modo iam infundit eis consolationem & iam subtrahit, donec pluribus iudiciis experiantur ueritatem & utilitatem suae uisitationis, praesente gratia gaudet de consolatione, & securi sunt de ueritate. Absente ea utriusque muneris solatio caret. Sapiens autem in die malorum, non immemor studet esse bonorum, quorum recordatio reuocat eum a pusillanimitate spiritus & tempestate. Et hoc ualet ei contra istam primam tentationem haesitationis. Rursum in die bonorum non immemor studeat esse malorum, per quae humilietur, & timore ab elationis tumore comprimatur, & sic secunda tentatio sanetur. Extolluntur uero deuoti quadrupliciter, quia aut gloriantur se deuotionis gratiam praecedentibus studiis & laboribus meruisse, aut praeter ceteros qui hanc gratiam non uidentur habere, se a Deo dilectos, aut maiorem sibi gratiam esse datam, quam tamen sit in ueritate, aut se melius scire uti, & gratius recipere, & fructuosius impendere, & minus negligere quam alij, qui simile donum gratiae acceperunt. Contra priorum tentationem haesitationis ualet constantis fiducia credulitatis, quod a Deo sit ista gratia & diligens consideratio ipsius gratiae, si semper sit motus eius ad bonum tamen. Et humilis consolatio uel consolatatio super illa apud aliquem peritum & exercitatum in talibus, & prompta uoluntas acquiescendi, qualiter in gratia debeat se habere, & supplex oratio ad Deum ne permittat hominem decipi a sensu proprio uel spiritu alieno. Contra alteram tentationem elationis ualet diligens cognitio propriae indignitatis, & temporis & negligentiae & ingratitude & inanis gloriae, & timida expectatio reddendae rationis de gratia collata & neglecta, & pauca suspicatio subtrahendae gratiae, & derelictionis a Deo propter uitam praeteritam, quia iam causa correctionis tollerata sunt, & non emendata, & studiosa consideratio aliorum qui in gratia, in uirtutibus, & in omnibus bonis studiis incomparabiliter nos praecellunt. Quarta ratio deuotionis subtractione, cum quicumque studiosus quaeritur, quia aliqui ex imperio cordis conatu, libertas metus obruitur, dum quasi per uolentiam extorsionem accelerat, affectum deuotionis exprimere, & si non iuxta desiderium cordis statim potest elicere gratiam quaesitam, contristatur, & amplius ex hoc induratur, & quod impetuosis cupit se ad deuotionem cogere, minus proficit, et amplius arefcit. Sicut qui botros in torculari uel oliuas in prelo subito et mens uehementer comprimit, liquor magis turbidus et insipidus fluit, quam si paulatim et moderatius compressisset. Quod enim liberior, eodem pinguior est deuotionis affectus. Ideo alio tempore saepe est homo deuotior,

Deuoti quadrupliciter extolluntur.



uotior, quia tunc spiritus suae libertati relictus, se sponte eleuat in sublime. Violenta naq; acceleratio praefocat spiritum in corpore. Morosa autem respiratio cordis refrigeratio est. Quinta ratio potest esse meritum maioris gratiae & gloriae, dum desiderium non adimpletum affligendo purgat animam, & patientia desolationis, & humilis sufferentia mororis, quasi lima reddit animam clariorem & magis susceptibilem splendoris. s. diuini, & amplioris gratiae gloriae; capacem. Lux enim uultus Dei & fulgor claritatis Dei non omnibus aequaliter semper fulget, sed quanto purior est anima & a uitio liberior, magis capax lucis est, & illuminationis desuper effluentis, sicut uolumen clarum uel metallum bene limatum & politum radios luminis amplius recipit, & splendidius efficitur: quia igitur afflictio lima est animae, quae rubiginem uitiorum abradit, ut detergo peccato, quod sua obscuritate radios diuini luminis & fulgoris uelut obex animae excluderat, lucem gratiae recuperet. Purgat Deus aliquam corda deuorum per subtractionem illius consolationis, cuius caritativa maxima est eis afflictio, ut sic purgati, aptiores fiant habundantioris gratiae percipiendae in praesenti & gloriae in futuro, etiam si hanc afflictionem specialis culpa merito non contraxit. Si uero desiderat aliquis experiri, utrum melius sit sapius an rarius corporis Christi suscipere sacramentum, uidetur mihi quod non possit super haec omnibus dari regula uniformis. Varia enim sunt hominum merita, diuersa operum studia & multa desideria, & multiplices sancti spiritus operationes in singulis, et diuersi etiam status in religione. Et ideo sicut agrotantibus non potest una forma obseruari in dandis medicinis corporis, siue propter diuersitates complexionum, aut uirium, uel loci, uel temporis seu dietae, uel aliorum consideratione, pro quibus aut rarius, aut sapius, aut in maiori, aut in minori quantitate ex eadem medicina datur: ita & de medicina quae est corpus Christi intelligendum est. Mundialibus enim curis occupati rarius possunt sese ad illud recipiendum expedire, qui tantum spiritualibus curis & studijs sunt intenti. Et alij magis, alij minus sunt circumspiciti in custodia uitae suae, & morum, & conscientiae suae puritate. Aliquando etiam ardentiori desiderio trahuntur ad illius cibi salutarem perceptionem. Alii uero quodammodo terrentur cum debent accedere, & nisi conscientia urget & consuetudo religionis induceret, uel timor maioris a Deo elongationis impelleret, ualde raro accederent ad illud mirificum sacramentum. Vix tamen aliquis ita religiosus uidetur esse & sanctus exceptis sacerdotibus, quin semel in hebdomada sufficiat ei ex consuetudine communicare, nisi specialis causa quandoque; & raro plus suadeat, ut infirmitas superueniens, uel singulariter solennis festiuitas, uel inusitata deuotionis feruor, & intemperata desiderii sitis pro

A communione frequentia et laudabilis.

illius susceptione, qui solus sufficit ardorem anime se amantis refrigerare. Et quia talis ardoris impetus non nisi a spiritu sancto infunditur, ideo legibus humanae consuetudinis & statutis mortalium non ardetur, sicut aliquos quandoque uidimus, licet paucos quibus uiuere Christus erat, ita ut si non frequentius pane uitae reficerentur sacramentaliter, quasi uideatur uita corporis uelle iam deficere pluribus indicijs prodeuntibus hunc defectum. Et qui ante tam debiles erant, quod nec incessum directum habere poterant, post receptionem illius sacramenti tantum confortabantur, quasi nullam ante inuenerint debilitatem. Manifeste iuxta illius sententiam ueritatem. Caro mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus, quia nullus cibus materialis uel potus possit sic celeriter & efficaciter non solum corpus, sed etiam animam recreare. Salubre & utile est tamen, quod homo sapere se ad illius medicamenti susceptionem praeparat, & quanta deuotione ualeat, illud percipere studeat, & post perceptionem in studio deuotionis se conseruet attentius maxime religiosi, & qui se obtulerunt Deo ad ei perpetuo seruendum. Sic enim erant in maiori custodia uiae suae & conscientiae, dum & ante & post eucharistica perceptionem, ob reuerentiam ipsius student magis innocenter uiuere, & studio deuotionis frequentius intendere. Et licet aliquando tepide, tamen confidens de misericordia Dei, fiducialiter accedat, quia si se indignum reputet, cogitet quod tanto magis ager necesse habet requirere medicum, quanto magis sentit se agrotum. Non est enim opus ualentibus medicus. Nec ideo quaeris te iungere Christo ut eum sanctifices, sed ut sanctificeris ab ipso. Nec propterea praetermittenda est facta communio, si quandoque non sentit homo specialem deuotionis gratiam, cum se ad illam praeparare studet, uel cum in ipsa praeparatione nihil post forte minus deuotum sentit quam uellet, quia forte ex aliqua praedictarum causarum ratione solet illis euenire. Circa sacerdotes autem, potest haec forma teneri, ut nec nimis raro, nec semper continue & impretermissis sacramentum studeant immolare. Nimis enim continue celebrare, aliquam uidetur notare irreuerentiam, cum uix aliquis tam deuotus sit, quod semper eadem deuotione ferueat, quod semper illud cum debita reuerentia faciat & cordis ardore, quin aliquando tepeat quantulumcunque. Nimis etiam raro celebrare, quamuis ex reuerentia solet aliquando fieri & humilitate, tamen quandoque torporem nutrit, quia minus circumspicendus est homo in omnibus, quasi non indigere uideatur sui custodia, cum non proponit accedere ad mensam Christi. Humilitas etiam non est usquequaque secuta, propter quam diu se subtrahit, quia sicut non est dignus sepe corpus

Nota. Sap. 8.

1006

corpus Christi percipere, ita nec semel. Ideo non recipimus illud, quasi qui digni sumus, sed ut illos nos sapere uisitate, & habitaculum cordis, & corporis nostri subintrante, magis ac magis digni efficiamur. Quo. n. introierit benedictus Deus, sicut olim domum Obededom benedixit propter arcam Domini, in qua manna seruabatur, pro hoc David noluit eam reducere cum benedictione, & in Sap. dicitur. Proposui hanc adducere mihi, sciens, quoniam communicabit mecum de bonis suis. Quae bona praetereo, quia in scripturis pluribus inueniuntur.

De diuersis affectionibus quibus trahimur ad communicandum. Cap. XXII.

Diuersis autem affectionibus & intentionibus diuersi ad communicandum trahuntur, uel ad celebrandum. Aliquos trahit amor Dei, ut dilectum ad se sepius inuident, eumque in semet ipsis delectabiliter amplectuntur. Aliquos propriae infirmitatis intuitus, ut eum quasi medicum ad se uocent, per quem ab infirmitate curentur. Aliquos conciliata delictorum suorum, ut per eum quasi per hostiam placationis, ab omnibus peccatis expiati purgentur. Aliquos praesura alicuius tribulationis, ut per eum qui omnia potest, ab omni aduersitate citius liberentur, & tutius protegantur. Aliquos desiderium alicuius gratiae, uel beneficij impetrandi per eum, cui pater nihil negare potest, pro se intercedentem. Aliquos gratiarum actio pro beneficijs diuinis, cum nihil dignius habeat reddere Domino pro omnibus, quae nobis tribuit, quam calicem salutaris, id est Iesum accipere. Aliquos laus & honor Dei, & sanctorum, cum non habeamus maius quo possimus uel sanctos pro sua dignitate laudare, quam Christum immolare Deo patri. Aliquos charitas & compassio proximorum, cum pro salute uiuorum & requie defunctorum nihil efficacius interpellat, quam sanguis Christi pro nobis effusus: hoc est summum auxilium nostrum, cum oramus Deum, & illum intercessorem inuocamus, qui nos patri reconciliauit, & semper interpellat pro nobis. Postquam ignoscat Deus malis, aut bona det aut mala tollat, & pro concessis tibi gratis dando, uigilatis.

De his qua petuntur in oratione. Cap. XXIII.

Multis de orationis studio & uirtute omissis, quae studiosius orans melius per experientiam discit homo, in fine dicendum, quod omnia quae petimus sunt ista, aut oramus pro malis quae fecimus ignoscendis, aut pro malis quae patimus ammouendis, aut pro bonis quae cupimus adipiscendis, aut cum gratias agimus pro acceptis, uel pro promissis, quae nobis concedat Deus. Qui uiuit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

Eiusdem Seraphici Doctoris in remedium defectum religiosi.

Praefatiuncula.



Implicissimo animo hesternae uice me accedebas frater Roberte, & quo modo Deo placere posses, suppliciter exposulabas. Quod solabor uerbo serioso, caelo, & operoso, satisfacere uolens uoto tuo. Cum ergo creuissent uerba, creuit deuotio tua sancta. Tribus horis elapsis me fatigato & lingua cessante, respondebas. Dic pater. Ego libenter audio. Uisus ego admonitionis & discretionis remedio, largam reportauit lachrymam & euulatum magnum, obedientiaeque meae necessitatibus constrictus, uisitationis opus prosequi cogebar. Omnino coturbatus discedebas. Media autem nocte (ut solitus sum) misereri mihi Deum creatorem meum intimis praecordijs flagitabam, occurrit mihi textus Matthaei, ut non offerrem Deo laudes matutinas, quin prius reconciliatus tibi, te consolares secundum gratiam a Deo datam. Breue ergo hoc uerbum tibi obstringo, quo consolatus & praefectus conuersatus, tibi proficiuus, & alijs exemplaris efficiaris. Hoc autem breue uerbum toti huic congregationi pro remedio defectuum, & incremento profectuum derelinquo. Quod & in tredecim partes distingo.

Capitulum. I.

Primo studeat frater quilibet, quantum potest se uilissimum reputare, & indignum omni beneficio Dei, ipse sibi displiceat, soli Deo placere cupiat, ab alijs uilis & non humilis reputari. Et quod ipse sit uilis, ex summa Dei clementia recognoscat, gratias agens quod tam uilem hominem & promptum ad omne malum, & tardum ad omne bonum, dignatur sibi in seruum sumere, & quod maris est, in filium adoptare. Non ergo reputes magnam, quod Deo seruis, sed maximum reputa, quod ipse dignatur te habere seruum suum.

Primum remedium contra defectum est se uile reputare.

Capitulum. II.

Secundo. De nullo nisi de peccato & ad peccatum inducente, & a bono retrahente frater doleat, immo de qualicumque alia tribulatione iniuria & afflictione gaudeat, tribulantes instantissime diligat, & specialem orationem pro ipsis faciat, Deo inde copiosas gratias referat, & ad hoc se insufficientem esse recognoscat, quia quem Deus diligit castigat, nam ipsa tribulationes ad Deum nos ire compellunt.

Secundum de solo dolore & in omni tribulatione gaudendum.

Prover. 3. Hebr. 12. & Apo. 3.

m Capitulum.



Capitulum. III.

Tertium... Nihil enim potest... praeferre... cessaria appetendum

Tertio. Nihil de temporalibus nisi stricta necessitate requirat, aut quocumque modo appetat, sed Christo Domino in omni deiectione corporalis consolationis se conformare studeat. Et hoc maximum debet reputare, quod Rex regum & Dominus dominantium Christus, sic utilem servum suis ornamentis dignatur induere, & sibi latum foedum assimilare. Ideoque quanto videt se ditiores, & pluribus corporis consolationibus abundare, tanto debet intimius & profundius contristari, cernens se eo magis a Christi similitudine elongari.

Capitulum. IIII.

Quartum... In bonis, & indifferentibus alterius, uti potius quam proprio parendum.

Quarto in bonis & indifferentibus, alterius, quam suam potius studeat adimplere voluntatem, immo semper in exterioribus actionibus studeat abnegare, aliorum beneplacita affectans cum omni vigilantia in licitis adimplere: & hoc circa omnes, maxime circa suos superiores studeat observare.

Capitulum. V.

Quintum... Nemo despicitur. Luc. 16.

Quinto. Nullum quantumcumque miserum despiciat affectu, ut sic omnibus compatiatur intus, sicut mater copateretur unico filio suo. Omnes eorum miseriae reputet suas, & omnes sicut sibi ipsi (si potest) subueniat: omnes enim pauperes ut paternos reuereri debet, nam ipsi sunt, qui alios recipiunt in eterna tabernacula.

Capitulum. VI.

Sextum... Nemo de peccato iudicandus.

Sexto. Nullum iudicet de peccato, cum ignoret, quid divina gratia in anima operetur. Si autem aliquem per signa evidenter conuincit peccatorem, plus de peccato illius doleat, quam si corpori proprio mors immineret. Recogitet animam sic letaliter vulnerata, preciosiores corporibus uniuersis: & ideo sicut corpus meum a morte, sic, immo magis deberem proximum meum cum omni diligentia custodire, & a peccato retrahere, oratione, exhortatione, & exemplo.

Capitulum. VII.

7. Bonum proprium diligendum

Septimo. Bonum proximi diligat ut suum: & sicut mater in bonis filij iucundatur, sic ipse bonis omnium iucundari debet, & maxime de spiritualibus, & ad spiritualia inductiuis. Sicut etiam sua sic & aliorum bona procurare debet, & procurata promouere. Semper de proximo plura bona credat, quam intueri ualeat.

Capitulum. VIII.

8. Deus super omnia diligendus.

Octauo. Nihil praeter Deum diligat, ut in omnibus Deus sincere sine socio diligatur, nec alliciat quanta cumque sanctitas alienius, aut beneficiorum immensitas, ut aliquem diligat amore singulari, sed diuina charitate omnium bona, & omnes in Deum referat, & propter Deum me-

liorem plus diligat. Potest tamen beneficia beneficij reprehendere, orationes ad Deum fundendo.

Capitulum. IX.

Nono quicquid egerit, quibuscumque; etiam negocijs implicetur, Deum in corde suo semper memoriter retinere studeat, & honore Dei semper omnibus anteponat, sed ad hoc praecipue nitatur, ut Deum sic praesente cogitet, ac si ipsum, qui essentialiter, potentialiter, & praesentialiter ubique est, in sua essentia uideret: sicque eum timeat, & reueretur, & intenso amore in ipsum ferat, & sic eo (ut potest) in uia fruatur, ut in eo, & non in alio quiescat.

Capitulum. X.

Decimo. Si dicta assequi potest, maxima Dei beneficia esse cognoscit, reminiscatur nihilominus ceterorum Dei beneficiorum, primo quod eum sua insigniuit imagine, secundo quod natura humanam assumpsit, & pro ipso mori dignatus est, tertio quod in praesenti se praebet in cibum, & in futuro in praemium. Quod ut percipiat in uia, aspiciat ipsum in crucis patibulo, & sic ei compatiatur, ac si Christi uulnera in suo corpore sustineret, praecipue autem doleat, tot animas tantum immenso beneficio frustrari. Sic igitur Christum cogitando ardenti amore, dicat orationem sequentem. Matri etiam Christi omnem quam potest, exhibeat reuerentiam, & dicat. Dulcissimae Iesu dignare donare mihi misero peccatori, matris tuae dignae seruire.

Capitulum. XI.

Domine Iesu Christe meum cor uulneribus tuis faucia, & tuo sanguine mebrua mentem meam ut quocumque me uertam, semper te uideam crucifixum, & quicquid aspexero, mihi appareat sanguine rubricatum, ut sic totus in te tendens, nihil praeter te ualeam inuenire, nihil nisi tua uulnera ualeam intueri. Haec sit mihi consolatio Domine mihi tecum mori, & tibi copati. Haec intima mea affectio continue meditetur. Non quiescat cor meum nisi in te bone Iesu, quia mihi semper mala erunt sine te, tu enim es uirtus omnipotentis.

Capitulum. XII.

Multum mirari debemus, quomodo homo semel degustans dulcedinem Dei, potest aliquatenus ab eo separari: quomodo non obliuiscatur omnium ex ebrietate uini coelestis, quomodo possit comedere, bibere, & dormire, & quomodo possit aliquid aliud nisi suum benignissimum Dominum intueri, & in eo summa dulcedine oblectari, dum ipsum in omnibus sciat esse, & cum in omnibus ualeat inuenire, ut in omnibus quiescat, ipsum contemplanando, & amando. O quam bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde.

Quis suauis est spiritus tuus in eis. O quam amaritudine repleri deberet animus, qui etiam ad momentum a tanta dulcedine sequestratur.

Capitulum. XIII.

13. De praedestinatione... ne quomodo sit diabolo respondendum.

Si de praedestinatione aut praescientia Dei Diabolus tibi aliquam tentationem immiserit, sic ei respondeas. Quicquid sit de me, certum est te esse damnatum, si autem & ego damnabor, & post hanc uitam Deum meum habere non debeo, habebit per totum tempus uitae praesentis, & tanto ardentius, quanto breuius nouero me habiturum. Momentum igitur temporis non omittam, quin secundum posse meum totaliter fruatur ipso, & semper in ipso delectabor, ex quo in futuro sua praesentia priuabor: & tu Diabole si tecum esse oportet, scias quod tandiu in Dei seruitio perseuerabo corde, ore, opere, omni membro, omni momento, quadiu possum. Quod si quis sic Deo adhereret, ceteras consolationes reputaret absinthium. His ergo praemissis inferas te non dampnari, quia omnia sua iudicia contrariantur damnationi, ut patet in omnibus regulis sancti Euangelij. Obseruatis, praedictis, impossibile est me dari. Aut certe ibo ad matrem, & magistrum misericordiae uirginem Mariam, quae non misereri non potest, & petam ab ea, ut filium inclinet ad parcendum peccatis meis. Nam ipsa pro peccatores mater Dei esset, & ipse filius propter peccatores redimendos uoluit esse filius hominis. Unde proprium est amorum misereri, & parcere: nec propter me tam nobiles proprietates derelinquant. Quod si praedestinatus sum, & aeternam uitam cum angelis possidere debeo, ex nunc angelicam uitam ducam & cantabo. Pars mea Dominus, propterea expectabo eum. Haec enim pars dignissima perdit per unum uilissimum mortale peccatum, ideo fortissimo studio haec sunt custodienda. Sic ergo concludit Diabolo. Quicquid futurum est, non desistam a Dei seruitio, & uae tibi qui non uis tanto Domino ministrare.

SERAPHICI DOCTORIS SANCTI BONAVENTURAE OPUSCULUM DE PERFECTIOE UITAE PROLOGVS.



Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Nemine celsi sapienter fateor, nisi eum solum quem spiritus sancti docuerit unctio. Ille enim (testis David Propheta) solus uere beatus est, solus uere sapiens, cuius mentem Dominus erudierit. Lex enim Domini sola est immaculata, sola irreprehensibilis, sola conuertens aetas ad salutem. Huius autem legis doctrina

na siue eruditio, non foris tantum querenda est in litera, sed potius per deuotam mentis affectum. Est autem desideranda in spiritu & uirtute, ut ille uideatur intrus doceat, qui solus nouit exterioris legis asperitatem in interioris dulcedine commutare. Docet autem lex Domini quid agendum, quid fugiendum, quid credendum, quid orandum, quid desiderandum, quid timendum. Docet immaculatum esse & irreprehensibile. Docet seruare promissa, desistere commissa. Docet mundana contemere, carnalia respicere. Docet non cor totum, animam totam, mentem totam in solum conuertere Iesum Christum. Ad huius doctrinae comparationem, omnis mundana sapientia est stulta & fatua. Bern. Dicat quicumque uult, ego non dico sapienter, dum non timebit Deum neque diligit. Qui huius doctrinae auditor non obliuiosus, sed factor fuerit studiosus, hic uere sapiens erit, & beatus. Beatus ergo homo ille quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Tu itaque Deo deuota dilectio mihi, reuerenda soror rogasti me, ut de cordis mei penuria aliquid dictando scriberem, in quantum animi deuotionis gratia ualeas pro tempore erudire. Sed certe fateor pro insufficientia mea huiusmodi eruditione me potius indigere, praesertim cum apud me nec uita foris respiciatur, nec deuotio intus ardeat nec scientia suffragetur, tua tamen deuotionis prouocatus desiderio, & sicut cum humilitate suppliciter postulasti. Rogo autem beatitudinem tuam soror sanctissima, quatenus magis pensis intentionis affectum, quam operis effectum, magis doctorum ueritatem, quam sermonis uenustatem: & ubi tuo non fatifeci desiderio propter breuitatem, & occupationem, ipsum mihi benigne indulgeas & ignoscas. Ut autem facilius possis inuenire quod quaeris, ideo singulorum capitulorum praemissos titulos: Et primo agitur de uera sui ipsius cognitione. Secundo de humilitate. Tertio de perfecta paupertate. Quarto de silentio. Quinto de studio orationis. Sexto de passionis Christi memoria. Septimo de perfecta Dei charitate.

Quo homo peruenit ad cognitionem sui ipsius. Cap. I. Ad perfectionis uitae fastigium spiritus sancti Christi conascendere cupienti, primum necesse est ut a se ipsa incipiat, ita ut omnium exteriorum oblita, ingrediatur in secretum conscientiae suae, ubique omnes defectus suos omnesque consuetudines, omnes affectiones, omnes operationes, omnia peccata praesentia quam praeterita diligenti consideratione discutiat, examinet, & inspiciat, & si quod minimum peccatum apud se inuenit, statim desinat in amaritudine cordis sui. Et ut ad hanc cognitionem dilectae soror melius possis uenire, scire debes, quod omnia peccata nostra & mala, aut committimus per negligentiam, aut per concupiscentiam, aut per nequitiam: et circa ista tria debet omnium malorum tuorum uersari recordatio, alioquin ad tuum ipsius cognitionem perfectam nunquam poteris peruenire. Si igitur ipsam cupis cognoscere, considera mala commissa & ea deplange. Primum debes cogitare si aliqua in te

Quid diuina lex doceat.

Capitulum omnium summa.

Omnia peccata trifaria committimus.



DE PERFECTIONE

Trium summa diligentia obseruan... sit uel fuerit negligētia. Debes (inquā) cogitare... qualiter cor tuū custodias, q̄ negligenter tps tuū expedis, q̄ malum finē operi tui imponis. Hāc. n. tria cum summa diligentia sunt obseruanda. f. ut cor tuū benē custodiat, tps utiliter expendatur, & consumatur, & finis bonus & debitus in omni opere p̄figatur. Item debes cogitare, q̄ negligens fueris in orōne, q̄ negligens in lectione, & in operis executione. in his. n. tribus debes diligentissimē teipsam exercitare & excolere, si uis fructū bonum facere, & dare in tēpore suo, ita ut nequa quā onū sufficiat sine aliquo istorum. Irē debes cogitare, q̄ negligens sis uel fueris ad p̄nitendū, q̄ negligens ad resistendū, & q̄ negligens ad proficiendū. Debes. n. cum summa diligentia delicta mala commissa, repellere. diabohea tentamēta, & proficere de una uirtute in aliam, ut possis peruenire ad terram p̄missionis. Sic debet circa negligentiam tuā uersari cognitio. Si autē melius teipsam cupis cognoscere, debes secundo cogitare, si in te uiget uel uiguerit concupiscentia uoluptatis, curiositatis, aut uanitatis. Certē tūc uiget concupiscentia uoluptatis in religioso hoīe, q̄ appetit dulcia, uidelicet saporosa, q̄ appetit mollia. uel est imenta delitiosa, q̄ appetit carnalia, uidelicet oblectamenta luxuriosa. Certē tūc uiget concupiscentia curiositatis in Dei famula, q̄ appetit scire occulta, q̄ appetit uidere pulchra, q̄ appetit hēc rara. Certē tūc uiget concupiscentia uanitatis in Christi sponsa, q̄ appetit hoīum fauorem, q̄ querit humanā laudē, q̄ desiderat humanum honorem. Ista oīa debet ancilla Iesu Christi tanq̄ uenenū fugere, quia istae sunt radices oīs malī. Item si certam & perfectā uis hēc notitiam, debes tertio recogitare diligenter, si in te uigeant uel uiguerint nequitia, iracundia, inuidia, & aecidia. Audi quod dicit sollicitē. Certē tūc in religioso hoīe uiget iracundia, q̄ uel animo, uel corde, uel affectu, uel signo, uel facie, uel uerbo, uel clamore quantūcuq; modicam indignationē, & ex corde rancorem proximo suo ostendit. Tūc autē in hoīe regnat inuidia, q̄ gaudet de proximi aduersitate, & tristatur de pximi prosperitate, q̄ latatur de malis pximi, & rabelicit de bonis ipsius. Tūc autē aecidia regnat in religioso, q̄ fuerit tepidus, somnolentus, ociosus, tardus ad chorū, negligēs in cantando, remissus in excutiendo torporem, dissolutus in colloquio, innotus in missa, tristis in facie, & tediosus in cella. Hęc oīa debet sp̄sa Christi detestari, fugere tanq̄ uenenum mortiferum, quia in his cōsistit corporis perditio & aīa. Si igitur Deo amabilis famula, ad tui ipsius perfectam uis uenire notitiam, & cognitionem, redeas ad teipsam introrsus ad cor tuum, & discas scopare sp̄m tuū. Discite quid sis, quid fueris, & esse debueris, quid esse potueris. Quid fueris per naturam, quid modō sis per culpā, quid adhuc esse poteris per gratiam. Audi adhuc soror, audi Prophetā Dauid, quō se tibi in exēplū p̄pō-

nat cū dicit. Meditatus sum (inqt) nocte cū corde meo, exercitabar, & scopebam spiritū meum. Meditabatur ille cum corde suo, meditare & tu cum corde tuo. Scopebat ille sp̄m suum, scope & tu spiritum tuum, exerce agrum istum. Attēde ad teipsam, absq; dubio inuolens huic exercitio, inuenies thesaurum nouum & absconditum preciosum: ex hoc enim exercitio crescit auri copia, multiplicatur scientia, augmentatur sapientia: ex hoc exercitio cordis oculus mundatur, ingenium acuitur, intelligentia dilatur. Nihil reete astimat, qui seipsam ignorat, qui conditionē suā dignitatis non pensat. Nescit omnino, nescit de spiritu quid de Angelo, quid de diuino sentire debeat, qui spiritum suum primō non cogitat. Si nondum idonea es redire ad teipsam, si nō dum digna es intrare tabernaculum primū, qua fronte praesumes ingredi tabernaculum secundum? Si cupis eleuari ad secundum & tertium caelum, sit tibi transitus per primum, id est cor tuum: & qualiter hoc possis uel debeas facere, ecce iam satis docuit te superius. Audi tamen qualiter beatus Bernar. optimē te informat dicens, integritatis tua esto curiosus operator, uitam tuam assidua discussione examina, & cogita diligenter, quantum proficis & quantum deficis, qualis sis in moribus, qualis in affectibus, q̄ similis Deo, & q̄ dissimilis, q̄ propē, & q̄ longē. O q̄ magni periculi res est in homine religioso multa uelle scire, & seipsam nescire. O q̄ propē ille religiosus est perditioni & interitui, qui in cognoscendis rebus est curiosus, in iudicādo aliorum consciētias sollicitus, seipsam autem ignorat & nescit. O Deus inuis unde in religioso, & tanta caecitas? Ecce in promptu ratio est, quia mens sollicitudinibus distraeta, non inerat ad se per memoriam, quia phantasmatibus est obnubilata, non reddit ad se per intelligentiam, quia concupiscentijs illicitis illecta, ad se nequaquam reuertitur per desiderium suauitatis interna, & latitiae sp̄ualis, ideo totaliter in his sensibilibus jacens, non potest ad se tanquā ad Dei imaginē irare, & sictorus miser se ignorat, & nescit. Omnibus ergo postpositis, tui ipsius habe memoriam, & notitiam. Hoc etiam beatus Bernardus orabat dicens. Deus det mihi non aliud facere, & scire, quā ut meipsum cognoscā.

De humilitate, & quibus gradibus peruenitur ad humilitatem. Cap. II.

Verū qui uult defectus proprios cordis oculo cōtēplari, necesse est, uerē humiliari sub potētī manu Dei. Ideo te famulā Chri admono, ut cognitionē tuorū defectuū adepta, ualdē humiliter sp̄m tuum, & tibi ipsi uilescas. Humilitas. n. uirtus est (ut dicit Ber.) qua hō uerissima suisuis cognitione, sibi ipsi uilescit. Hac uilitate uilit p̄ n̄ Franciscus, hanc amauit, & exq̄sivit ab initio religionis suę usq; ad finē, p̄ hāc mūdū reliquit. Hāc uirtutē maximē a filio Dei, soror Deo deuota

Quando uiget in religioso concupiscentia.

Quando iracundia.

Quando inuidia.

Quando aecidia.

Quid discutiendū.

Psal. 76.

Bernardus doctrinam aduenit

Humilitas quid sit

IN OTTAVI TAE

deuota adificere debes, q̄ ipse dicit. Discite a me q̄a mitis sum & humilis corde. Qui. n. uirtutes sine humilitate congregat, in uētū paleas mittit, ut dicit beatus Gregor. Sicut. n. principium omnis peccati est superbia, sic fundamentum oīum uirtutum est humilitas. Discite autē ueraciter esse humilis non fallaciter, sicut qui nequiter se humiliat ut hypocrita. De quibus dicit Eccles. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Verus. n. humilis (ut dicit Ber.) seipsum uult uilis reputari, non humilis predicari. Si igitur soror dilectissima ad perfectam humilitatem uis peruenire, oportet te per triplicem semitam incedere. Prima semita, est consideratio Dei. Debes. n. considerare Deū ut auctorē oīum bonorū, ideo debes sibi dicere. Oīa opera uestra operatus es in nobis Dñe. Et quia talis est, ideo debes sibi oīa bona attribuere, & nihil tibi considerans q̄ non fortitudo tua, aut robor manū tuarū fecit bona quae habes, quia Dñs fecit nos, & non ipsi nos. Et talis cogitatio destruit totā superbiam eorū qui dicunt. Manus n̄ra excelsa, & non Dñs fecit hęc oīa. Hęc superbia exclusit a gloria celi Luciferū. Non considerabat se Lucifer de nihilo factum, sed potius aspiciebat suum decorem, suam pulchritudinē, qualiter oīs lapis pretiosus operimentum eius, & extulit eum superbia cordis sui: & quia superbiā sequitur humilitas, ideo statim eiectus est de sede nobilitatis suae in locum extremæ uilitatis, & qui fuerat inter Angelos excellentissimus, factus est inter demones miserrimus. O quā uis sunt hodie Luciferiani, & imitatores Luciferi, filij & filiae superbiae, quos patienter tolerat Dñs. Cum autē tolerabilior sit superbia in diuite, q̄ in paupere, ut dicit Bern. super Can. oportet ergo ancillā Chri semper ualde humilē inueniri, quae debet intrare in locū Angeli repudiat: humilitas. n. sola placet Deo, siue in hoīe siue in Angelo. Non credamus, q̄ uirginitas placeat Deo. sine humilitate: certē nec Maria mater Dei fuisset effecta, si superbiam habuisset in se. Propterea dicit Ber. Sine humilitate audeo dicere, nec Maria Deo placuisset: & ideo est uirtus magna, sine cuius obtentu non solum uirtus nō est, sed etiā in superbiam erumpit. Secunda semita est rememōratio Chri. Rememorari debes q̄ Christus humiliatus fuit usq; ad uituperatissimū genus mortis & intantū factus est humilis, ut quasi leprosus reputaretur. Vndē dixit Isa. Propheta. Reputauimus eum quasi leprosum & a Deo humiliatum, immō intantū fuit humiliatus, ut tēpore ipsius nihil uilius eo reputaretur. Vndē idem Isa. dicit. In humilitate iudiciū eius sublatū est. Ac si diceret. Tanta eius humilitas fuit, tantū se detecerat, ut nullus de eo daret rectum iudicium, ut a nullo crederetur Deus esse. Si ergo ipse Dñs & magister noster ita uilis & contēptibilis reputatus est, & non est seruus maior Dño suo, & discipulus non est super magistrū, si ancilla Chri es, si

discipula, uilis & contēptibilis esse debes & humilis. O q̄ abominabilis est ille religiosus Dñs, qui uelē sumit humilē & cor superbiū. O q̄ inuitilis est ille Christianus, qui Dñm suum uidet humilē, & despectū, & ipse exaltat cor suū, & ambulat in magnis & i mirabilibus super se. Quid amplius detestandum in sponsa Chri? quid grauius puniendū in ancilla Chri, q̄ postq̄ summus factus est imus, immēsus paruus, & homo putredo, & uermis, apponat se magnificare? De talibus dicit beatus August. O pellis morticina quid extenderis? O sanies foetida quid inflaris? Caput humile & mēbrū superbiū? q. d. Non decet. Tertia semita per quā debes incedere si uis ad p̄fectam humilitatē peruenire, est uispectio tui est. Tunc teipsam charissima soror circūspicis, q̄ cogitas undē ueneris, aut quo uadis. Considera ergo, undē ueneris, & scias, quia de massa perditionis, de puluere & limo terrae facta es, & in peccatis cōuersata, & exal es de beatitudine Paradisi. Et hęc consideratio sp̄m tumoris abijcit & excludit, intantum ut clamare incipias. cū tribus pueris in Daniele, sumus hodie humiles in uersa terra p̄pter peccata nostra. Considera etiā quō tendis, tendis. n. ad corruptionē & incinerationē, quia puluis es, & in puluere reuertis. Quid igitur superbis terra & cinis? Si hodie es, cras non eris. Si hodie sanus, cras infirmaberis, forte. Si hodie sapiens, cras fortē stultus eris. Si hodie diues in uirtutibus, cras fortē mendicatus eris & miser. Quis ergo miser ille Christianus est qui audeat superbiere, cum tantis miserijs & calamitatibus undiq; se uideat circumdatum? Discite igitur o uirgines sacrae, humilē hęc spiritū, humilē incessum, humilē habitū: sola. n. humilitas est quae diuinā mitigat irā, quae diuinam inuenit grām. Quāto. n. magnus es, humilia te in oibus, dñe in Eccle. & corā Deo inuenies grām. Hoc modo Maria inuenit grām apud Dñm, sicut ipsa testatur dicens. Repperit humilitatē ancillae suae. Nec mirū, quia humilitas charitati locum parat, mentē a uanitate euacuat. Propter qd dicit Aug. Quāto sumus a tumore superbiae inaniore, tāto sumus dilectione pleniores. Et sic ut aqua cōfluit ad ualles, sic grā sp̄s sancti cōfluit ad humiles, & sicut aqua quāto fortius fluit, tantō magis ascendit: sic q̄ toto corde humiliatus, p̄cedit, magis p̄pinq̄at ad Dñm, & impetrat grām. Propterea dicit Eccl. Oīo humiliantis se nubes penetrat, donec appropiquat ad altissimū non consolabitur, quia Dñs timentiu se faciet uoluntatē, & deprecationē eorū exaudiet. Sitis ergo o famule Dei ancilla Christi humiles, ita ut nunq̄ superbiā in cordibus uestris permittatis, quia magistrū habuistis humilē. f. Dñm n̄m Iesum Chm. Et quia dñam habuistis humilē. f. uirginē Mariā Reginā oīum. Sitis humiles, q̄ p̄m habuistis humilē. f. beatū Frānciscū. Sitis humiles, quia matrem habuistis humilē. f. beatā Clarā, humilitatis exemplar. Sic tamē sitis humiles,

Tertia semita.

Dan. 9.

Gen. 3. Eccle. 10.

Eccle. 3.

Luc. 11.

Eccle. 35.

Psal. 144.

Ad humilitatē exhortatio.



DE PERFECTIONE

cū membrum est, & magna exaltat, & sequitur. Lingua nostra ignis est uniuersitas iniquitatis. Vbi dicit Glo. q̄ penē cuncta facinora concinunt aut patrantur in ea, uis audire d̄ famula Dei, uis scire quanta mala ex lingua prodeunt, si diligenter non custodiat? Audi & dicā. Ex lingua prodeunt blasphemig, mormurationes, dissentiones, periuriū, mēdaciū, detractiones, adulatio, male dictio, conuitiū, contentio, bonorū derisio, prauū consiliū, tumor, iactantia, secreti reuelatio, indiscreta cōminatio, indiscreta promissio, multiloquium, scurilitas. In ueritate magna cōfusio sexui scamineo est, maximū dedecus est facris uirginibus, non habere oris custodiam, non seruare linguā disciplinā, cū cuncta mala p̄ linguā inquietudinem cōmittant. Certē frustra audeo dicere, q̄ ille religiosus gloriatur de possessione uirtutis in corde, qui dissipat disciplinā silentij per inquietudinem multiloquij. Si quis (te sitē scriptura) putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducēs cor suum, huius uana est religio. O Iesu Christi sponsē, intuemini uirtutū speculum Mariā, & discite ad silentij disciplinā. Quantā maturitatis fuerit beata uirgo satis patet. Si. n. percussas Euangeliū, per pauca, & cū paucis eam locutā inuenimus. Cū quatuor tantum personis legimus eam habuisse sermonem, & non nisi septem uerba eā locutā fuisse. Cum Angelo duo, cū filio suo duo, cū Helisabeth duo, cum ministris in nuceijs unum. In hoc cōfunditur nostra loquacitas, qua proni sumus ad multiplicationem uerborū, cum tñ magna sit utilitas silentij. Vna utilitas est, quia inducit cōpunctionem. Homo cū tacet cogitat uias suas, & locum habet cogitandi, q̄ multiplex sit suus defectus, & ex hoc surgit cōpunctio. Item dicit Propheta Dauid. Obmutui, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Alia utilitas silentij est, quia demonstrat hoīem cœlestē esse. Argumentū quasi insalibile est, ut si sit homo in theutonia & nō loquatur theutonice: uidetur, q̄ non sit theutonice. Sic q̄ est in mūdo & mūdāna nō loquit, euidēter demonstrat, se i mūdo nō esse. Qui. n. de terra est, de terra loquitur, ut dicitur in Euangelio Ioan. Nihil aut tantū in religioso hoīe ualeat ad cōseruandū silentium, nisi ut fugiat confortiū hoīum, & ducat uitam solitariam. Ille. n. homo qui eleuatur iam supra statum hoīum, non debet habere consolationem & consolatorem, nisi solum Deum, & ideō debet esse solitarius & tacere: ex quo enim Deum habet pro socio, nō debet curare de humano consortio. Propterea dicitur in Tren. Sedebit solitarius & tacebit, quia leuabit se supra se. Sedebit solitarius (inquam) confortia hoīum fugiendo, & tacebit de cœlestibus cogitando, & meditando, & leuabit se supra se, cœlestem dulcedinē degustando. Et si oībus religiosis necessarium sit silentium ad perfectionem uirtutum, maxime tñ uirginibus dedicatis Iesu Christo est necessarium, ut disciplinam ser-

Quot mala ex lingua prodeant.

Jacob. 1.

Mariæ exemplum.

Beata uirgo cū quatuor tantum habuisse sermonem, & septem uerba dixisse legitur. Luc. 1. Ioan. 1. Luc. 1. Ioan. 1. Silēij utilitates. Psalm. 38.

Ioan. 3.

Tren. 3.

uent silentij. Ita enim earum sermo deberet esse pretiosus, & ita deberent esse uerecundæ in labijs, ut nunquam nisi magna necessitate loquerentur. Ideō beatus Hieronymus dicit. Si sermo uirginis modicus & rarus, nec tam eloquentia pretiosus q̄ pudore. Hoc etiā consuluit Philosophus. Ad summam perfectionē uolo te esse breuiloquio, & submissa uoce. Audi uerbosa famula, audi uirgo clamorosa & garrula, certē ut possis asuescere silentio, debes facere sicut fecit Agathon Abbas, de quo legitur in uitis patrum, q̄ lapidem in ore suo per trienniū mittebat, donec taciturnitatem addisceret. Alliga & tu lapidem ad linguam, affige linguam tuam ad palatum: pone digitum super os tuum, ut possis taciturnitatem addiscere, quia magnū dedecus est sponsæ Christi, ut cum alio q̄ cū sponso suo Christo Iesu uelit habere sermonem. Loquere ergo raro, & pauca, & breuiter, cum timore & pudore, immō in tua causa uix loquere. Tege faciem tuā uelo uerecūdiæ, consue labia filo discipline, & sermo tuus sit breuis, pretiosus, & utilis: sit modestus & humilis. Loquere famulā Dei raro, & parū, quia in multiloquio nō deerit peccatū. Non loquaris uerbum ociosum, quia de omni uerbo ocioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Verbum ociosum est (ut dicit Glo) quod sine necessitate dicitur proferentis, aut utilitate audiendis. Semper igit melius est tacere, & utilius q̄ loqui. Quia dicit sapiens, locutum me esse aliquando penituit, & cuius uerō nunquam.

De studio orationis, & qualiter orandus est Deus. Cap. V.

Supra modū cupienti ēt p̄ficere sp̄sa Ch̄i est necessariū, ut assiduis oronum studijs & deuotionibus animū suū exerceat, quia uera religio sus oronem non frequentans assidue, nō solū est miser & inutilis, quin immō corā Deo fert aiam mortuā in uiuo corpore. Cū n. tantę efficacię sit deuotionis uirtus, ut ipsa sola hostis maligni deuincat tentamenta, & uersutias Diaboli, q̄ solus famulā Dei impedit ne sursum ad cœlos atcedat. Nō. n. est mirū, si tentationibus succubat frequenter miserabiliter, q̄ studiū orōnis nō frequentat. Vñ bt̄us Ihs̄. dicit. Hoc est remediū eius, q̄ uitio r̄ū tētamētis astuat, quoties quolibet uitio t̄gitur, toties se ad orōnē subdat, q̄ frequens orō uitorū impugnationē extinguit. Et hoc est qd̄ Dñs dicit in Euangelio. Vigilate & orate, ne intretis in tentationē. Est aut t̄tę uirtutis deuora orō, ut ad oīa ualeat, & in oī t̄pe homo possit p̄ eā lucrari, in hyeme, in æstate, in sereno, & in tēpore pluuiāli, immō in quacūq; hora lucra hō orōne deuota, plusquā ualeat totus mundus, q̄ tali orōne acquirat hō regnū cœlorū. Ut aut cōgnoscas quō & qualiter orāi debeas, quātū mihi donauerit Deus, te iformabo, licēt ego i hac pte & in hoc negotio magis indigēā informari q̄ tu. Scias

Exemplum

Propheta

Mariæ

Verbum ociosum

Coll. 4.

Matt. 26

Matt. 14 Luc. 22 Orationis uirtus.

VITAE

Ad perfectā orationē tria requiruntur.

Scias itaq; Deo digna famula, q̄ ad perfectā orationem tria sunt necessaria. Primum q̄ in oratione cōstituta fueris, tunc erecto corpore & erecto corde oībus sensibus clausis, debes sine strepitu ex amore & cōtrito corde de omnibus mulerijs tuis cogitare. Præsentibus, præteritis, & futuris. Primō debes siquidem solite cogitare, q̄ magna & q̄ multa peccata omnibus diebus uitæ tuæ cōmitti, q̄ magna & q̄ multa bona in seculo & in ordine omīstis, q̄ magnā & q̄ multā creatoris tui gratiam frequenter amīstisti. Debes etiā cogitare, q̄ longē facta es à Deo per peccatum, quē olim fueras propē, q̄ dissimilis facta es Deo, quā aliquando fueras ualde similis, q̄ pulchra aliquādo fueras in anima, quā modō ualde turpis es & foetida. Debes cogitare quo tēdas per peccatū, quia ad portas inferni: quid tibi occurrerit, quia tremendus dies iudicij, quid p̄ omnibus his tibi dabitur, quia æterna mortis incendij, & statim pro his omnibus debes peccus tuū cum Publicano tundere. Cū propheta Dauid debes rugire à gemitu cordis tui. Et cum Maria Magdalena debes lachrymis rigare pedes Iesu, nec debes aliquem modū habere in lachrymis, quia sine modo dilectum tuū Iesum offendisti. Et hoc est quod ait beatus Ihs̄. Quādo cū Deo i oratione necessariū est, est gratiarum actio: ut uidelicet suo creatori cū omni humilitate grates referat, pro beneficijs iam ab eo receptis. Et hoc cōsulit Paulus Apostolus dicens. Orationi instantes, uigilantes in ea in gratiarum actione. Nihil enim est, q̄ hominē ita dignum reddat diuinis muneribus, sicut semper Deo gratias reddere, & agere pro receptis donis. Vndē beatus Augustinus scribēs ad Aureliū dicit. Quid melius animo gerimus, & ore pronūciamus, & calamo exprimimus, q̄ Deo gratias? hoc nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest. Debes ergo i oratione posita cū gratiarū actione meditari, quia Deus te hominē fecit, quia christianā te fecit, quia innumerabilia peccata tibi indulsit, quia incidisses i multa peccata, si Dñs te non custodisset, quia mori in seculo te non permisit, quia ad altissimā & perfectissimā te religionem elegit: & quia sine labore tuo te paup̄ & pascit, quia pro te homo factus est, circuncisus & baptizatus est, quia pro te pauper & nudus, humilis & despectibilis, quia pro te ieiunauit & esuriuit, laborauit & fatigatus fuit, quia propter te plorauit, sudorē sanguineū sudauit, te sanctissimo corpore suo cibauit & sanguine potauit: quia propter te colaphizatus est, cōspatus est, derisus & flagellatus est, uulneratus & crucifixus est: mortem turpissimā & amarissimā sustinuit, quia sepultus, resurre-

xit, ad cœlos ascendit, Spiritum sanctū dedit, & quia tibi & omnibus electis cœlorū regnū dare promisit. Est enim gratiarū actio supra modum utilis in oratione, nec sine ea aliqua potest ualere oratio. Nā ingratitude (ut dicit beatus Bern.) est uentus urens, & exiccans fontem pietatis, rorem misericordiæ, & fluētā gratiæ. Tertiū quod ad perfectionē orationis necessario requirit, est ut animus tuus nihil aliud in oratione cogiter, præter illud solum quod præcat. Valde enim indecens est, ut quis cum Deo loquat̄ ore, & aliud meditet̄ corde, & dimidiū cor dirigat in cœlū, & dimidiū maneat in terra, & talis oratio nūquam exauditur à Deo. Vndē super illo uerbo. Psal. Clamaui in toto corde meo &c. dicit glo. Diuisum cor nō impetrat quod perit. Debet. n. famula Dei tēpore orationis, cor suū ab omnibus exterioribus curis & mundanis desiderijs, ab omnibus carnalibus amoribus reuocare ad interiora: & illi soli in toto corde & tota mente intendere, ad quē suam orationē dirigat. Et hoc cōsulit tibi sponsus tuus in Euang. dicens. Tu autem cū oraueris, intra in cubiculum tuū, & clauso ostio. i. corde tuo, ora patrem tuū. Tunc cubiculū es ingressa, q̄ omnes cogitationes, omnia desideria, oēs affectiones tuas, in secreto cordis tui reuocasti. Tunc clausisti ostium tuū, quando cor tuū diligenter custodis, ut per nullas cogitationes tuas phāsticās possit in deuotionē impediri. Oratio enim est (ut dicit beatus Augustinus) cōuersio mentis in Deū, per pium & humilem affectū. Audi d̄ beatissimā soror, audi d̄ famula Iesu Christi, & inclina aurem tuā ad uerba oris mei. Noli falli, noli decipi, non amittas magnū orationis tuæ fructū, non perdas suauitatē, nō frusteris dulcedinē, quā in oratione haurire debes. Oratio enim hauriū est, quo Spiritus sancti gratiā haurit̄ de fonte superfluētis dulcedinis illius beatissime Trinitatis. Et hoc expertus erat ille deuotissimus Propheta Dauid, qui dicebat. Os meū aperui, & attraxi spiritū. Os meū aperui dicit, & hauri. Nunquid iam nō dixi tibi quid sit oratio? Audi iterum. Oratio est cōuersio mentis in Deum. Vis scire quō debes mētem tuam in Deū cōuertere? intende, cū stas in oratione, te totā debes in teipsam cōuertere, & colligere, & cū dilecto in cubiculum cordis tui ingredi, & cū eo sola morari, omniū exteriorū obliuisci, & toto corpore, tota mente, toto affectu, toto desiderio, tota deuotione debes te leuare supra te. Nec debes spiritū tuum ab oratione relaxare, sed tam diu per deuotionis ardorem sursum ascendere, donec ingrediaris in locū tabernaculi admirabilis usq; ad domum Dei, & ibi utrunq; cordis oculo dilecto tuo uiso, & utrunq; degustato q̄ suauis est Dñs, & q̄ magna dulcedo eius, in amplexu eius ruas, impressis labijs intimæ deuotionis oscula figas, ut sic totā à te alienata, tota in cœlum rapta, tota in Christum reformata & transformata, non ualeas cohibere spiritum

Ingratitudo quid.

Psal. 118.

Math. 6.

Oratio quid.

Psal. 118.

Quid sit oratio.



Psal. 76.

Bibliot. de causis in mentis alienatione deducitur.

Psal. 72.

Esther. 15.

Psal. 83.

spum tuum, sed exclama cum propheta David, & dic. Keniuit colosari anima mea, memor sui Dei, & delectatus sum. Ut aut cor tuum soror charissima deotionis oronem in sublimis eleuet, & ferbetus in Deu infiamet, nota diligenter, q tribus de causis in meis alienatione deducimur. Aliqn per magnitudinem admirationis. Aliqn p magnitudinem deuotionis. Aliqn p magnitudinem exultationis. Dico q fit aliqn p magnitudinem deuotionis, ut mes seipfam non capiat, & supra seipfam eleuata in alienatione traseat, qn tota igne celestis desideriu succedit, ut oē quod foris est uertat i amaritudine & fastidiu, & amoris intimissima ultra humanu modu excreseat, q aiam ad cerā similitudine liquefacta in seipsa defecere faciat, ad instar sumi aromatū, in superna eleuat, & ad summā patriā emittat, & tūc cum propheta exclama & dic. Defecit caro mea, & cor meū, Deus cordis mei, & pars mea Deus i aternū. Item aliqn fit p magnitudinem admirationis qn diuino lumine mens irradiat, & summa pulchritudinis admiratione suspēsa, tūc uehementi concutitur stupore, ut a suo statu funditus excutiat, & in modum fulguris corruscantis, quātō p̄fundius p̄ despeccū sui uitae pulchritudinis respecta in ima deiicit, t̄antō sublimius tantōq; celerius per summorum desideriorū ardore releuata, & sup̄ semetipsam rapta in sublimia eleuatur, & tūc cogit clamare cū sanctissima Esther. Vidi te dñe quasi Angelū Dei, & cōturbatum est cor meū p̄ timore gloriā tuā. Valde n. mirabilis es dñe, & facies tuā plena est gratiarum. Itē aliqn p̄ multitudinem exultationis, qn intima illa interna suauitatis abūndantia potata, immo plene inebriata, qd fit, quid fuerit penitus obliuiscat, & in supermūdanū quendam affectum sub quodam mirā felicitatis statu rapta transformatur, & tūc cogit clamare, & dicere illud propheta. Quā dilectā tabernacula tuā Dñe uirtutū, cōcupiscit & deficit aia mea in atria Dñi. Sic ergo famula Dei debet exercere aium suū ex deuota in Deū orone, & dicere p̄ frequentē ordinis uersum, p̄mūdātū, & purificatū cordis oculū, p̄ infatigabile deuotionis spūm, quatenus efficiat. idonea ad cōtēplāda diuina, & degustādā diuinā dulcedinis lauauitātē. Nō. n. decet aiam insignitā Dei imagine, decoratā Dei similitudine, redēptā Dei sanguine, capacē beatitudinis, uolūtate circa ista t̄palia, sed ascēdere debet sup̄ Cherubin, & uolare sup̄ p̄nas uerorū. i. ordines angelorū, ad cōtēplāda ipsam Trinitatē, & Ch̄i humanitatē, & meditari gloriā & letitiā sup̄norū ciuiū. s. angelorū & sanctorū oium. Sed q sunt hodie, q huiusmodi meditationibus uacent? qui sint exploratores gaudii celestis? qui corde & animo conuersentur in cōlis? Rari sunt. Vnde bene potest dici de quibusdam religiosis, illud uerbu, quod beatus Bern. dicit. Quorum studiū debet esse deuotione cōlis penetrare, mēte circuire supernas mansiones, salutare Apostolos & cho-

ros prophetarū, martyruq; admirare triūphos, omnibus his postpositis, turpi se mancipant corporis seruituti, ad obediendū carnī, & ad satisfaciendū gula & uentri.

De passionis Christi memoria. Cap. VI.

Quoniam deuotionis feruor per frequentē passionis Christi memoriam nutritur, & conseruato in homine, idē est dicendum consequenter, ut semper oculis cordis sui Christum in cruce tanquam morietem uideat, q deuotionem in se uult cōseruare inextinguibilem. Propter hoc Dominus dicit in Leuitico. Ignis in altari meo semper ardebit, quē nutriet facerdos, subiciens ligna per singulos dies. Audi soror deuotissima. Altare Dei est cor tuum, in hoc altari debet semper ardere ignis feruidē deuotionis, quem singulis diebus debes nutrire per ligna crucis Christi, & memoriā passionis ipsius. Et hoc est quod dicit Isaias propheta. Haurietis aquas in gaudio, de fontibus saluatoris. Ac si diceret. Quicumq; desiderat aquas gratiarum, aquas deuotionis, & quas lachrymarum, iste hauriat de fontibus saluatoris, id est, de uulneribus Iesu Christi. Accede ergo tu pedibus affectionū tuarum ad Iesum uulneratum, ad Iesum spinis coronatum, ad Iesum patibulo crucis affixū, & cum beato Thoma Apostolo, non solum intue- re in manibus eius fixuras clauorum, non solum mitte manum tuam in latus eius, sed totaliter p̄ ostium lateris eius ingredere usq; ad cor ipsius Iesu, ubiq; ardentissimo amore crucifixi in Christum transformata, clauis diuini amoris affixa, lancea p̄cordialis dilectionis transfixa, intimā compassionis transuerberata, nihil aliud quāras, nihil aliud desideres, in nullo alio uelis consolari, q̄ ut cum Christo tu postis mori in cruce. Et tunc cū Apostolo Paulo exclames dicēs, Christe confixus sum cruci. uiuo iam non ego, uiuit uerō in me Christus. Debes aut p̄ hunc modum passionem Christi in memoria habere, ut cogites, quoniam passio eius fuit ignominiosissima, acerbissima, generalissima, & diuturnissima. Pri- mū cōsiderare Deo dignissima famula, q̄ ignominiosissima fuit mors Iesu Christi sponsi tui. Fuit enim Crucifixus tanq̄ fur & latro. Nulli. n. in ueteri lege tali morte puniebantur, nisi pessimi, & sceleratissimi, & fures, & latrones. Adhuc attende maiorem Christi ignominiam. Fuit. n. in loco turpissimo & uilissimo Crucifixus, scilicet in monte Caluarie, ubi multa ossa, & cadauera mortuorum iacebant. Ille siquidem locus erat morti damnatorum deputatus, & ibi decolabantur, & suspendebantur pessimi homines. Adhuc uide Christi maiorem ignominiam, q̄a inter latrones tanquam latro suspēditur, & in medio tanquam princeps latronum. Vnde dicit Isai. Cum sceleratis reputatus est. Adhuc intue- re sp̄s tui ignominiam, quia aeri deputatus est, & in-

Leuit.

Isai.

Ioan.

Gal.

Chri.

Luc.

Isai.

ter

ter cælum & terram suspensus, ac si non esset dignus mori in terra, aut uiuere. O digna indignatio & iniuria, Dño orbis totus negatus est orbis, uilius in mundo nihil aestimatum est Dño mūdi. Sic ergo mors filij Dei fuit ignominiosissima propter genus mortis, quia in patibulo suspensus, propter socios mortis, quia cum iniquis deputatus & cōdemnatus, propter locū mortis, quia in monte Caluarie feridissimo crucifixus. O bone Iesu, o benigne saluator, quia non semel sed multoties cōfunderis. Quāto quis pluribus locis cōfunditur, tantō ignominiosior efficit mun- do. Ecce tu Dñe Iesu in hortu ligaris, in domo Annæ alapa caderis, in atrio Cayphæ cōspueris, in hospicio Herodis illudersis, in uia crucem baiulans in golphatha crucifigeris. Heu me ecce libertas captiuorum, gloria angelorū, uita hominum occidit. O Iudēi miseri bene impleuistis quod promissistis. Dixistis enim. Morte turpissima cōdemnemus eū. Beatus uero Bern. dicit. Exinani aut semetipsum, formā serui accipiens, ut subesset: Filius erat & factus est seruus: & nō solū formam serui ut subesset accepit, sed etiā mali serui ut uapularer, ut poenā solueret eū culpam nō haberet: & erat non solū seruus seruorū Dei, sed propter tria seruus seruorum Diaboli factus seruiens, infima peccata peccatorū expurgādo. Nec hoc suffecit, sed mortē omni morte cōfusibiliorē elegit. Humiliauit enim semetipsum factus obediens usq; ad mortem, mortem autē crucis, q̄ ignominiosior est, ut dicit glosa. Secundō considera & attende uirgo Deo deuota, passio Christi q̄ acerbissima fuit. Crux enim illa benedicta, membra extensa contrahi in dolore mortis non permisit, quod tā solet esse quoddam leuamen & solatium cordis anxietati, nec habuit illud caput reuerendū diuinum ubi ad dimissionē animę se inclinaret. Attēde adhuc melius, q̄ acerbissima mors Christi fuerit. Quāto quis tenerior, tantō patitur grauius: nunquā autem fuit corpus ita tenerum ad sustinendū passiones, sicut corpus saluatoris: corpus enim mulieris tenerius est q̄ uiri corpus, caro autē Christi tota uirginea fuit, & de Spiritu sancto cōcepta, & de uirgine nata: igitur passio Christi fuit omnīu passionū acerbior, q̄a omnīu uirginum tenerior. Si enim ad solā mortis recordationem, Christus in sancta anima sua p̄a teneritudine carnis tantū afflicus est, ut sudor corporis fieret sicut sudor sanguinis decurrentis in terram, quāto superadditus est ei dolor, quanta eum afflicta est poena in degustatione acerbissimæ mortis & passionis? Ideo dicit beatus Bern. Angustias corporis tui Domine Iesu Christe, certissime indicabat sudor ille sanguineus, qui orationis tempore de tua sanctissima carne decurrebat in terrā. Quid fecisti dulcissime puer, ut ita tractareris? Quid comissisti o amantissime inuenis, ut ita iudicareris? Ecce ego sum causa tui doloris, ego plaga tua: occisio nis. Adhuc uide diligētius quā amara Christi

mors fuerit. Quāto quis innocentior, tantō poena ad tolerandū grauior. Si enim Christus propter sua peccata sustinuisset, aliquantulū ei esset tolerabilior, sed ipse peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et hoc ipsum testā Pilatus dicens. Ego nullam causam mortis inuenio in eo. Ipse enim est cādor lucis aeternę, & sc̄e culum sine macula, Dei maiestatis & bonitatis, imago illius sicut dicitur in libro Sap. Considera adhuc plenius, q̄ poenalis fuerit mors sponsi tui Iesu Christi. Quāto generalior, tantō poena acerbior: Christus autem sponsus tuus passus est in omni parte corporis sui, sic q̄ nullū ita paruū membrū in eo esset, quin poenam haberet: nullus ita modicus locus, quin repletus esset amaritudine. A planta enim pedis usq; ad uerticē non fuit in eo lanitas. Vnde pra nimia doloris uehementia clamauit, dicens. O uos omnes qui transitis per uiam, attendite & uidete dolorem meū. Reuera Domine Iesu Christe nunquā fuit dolor similis dolori tuo. Tanta enim fuit doloris tui effusio, ut totū corpus tuū sanguine aspergeret. O bone Iesu o dulcissime Domine, nō gutta sed unda sanguinis ita largiter p̄ quinque partes corporis tui emanauit de manibus & pedibus tuis in crucifixione, in capitis coronatione, de toto corpore in flagellatione, de ipso corde in lateris apertione, mirum uidet si quid sanguinis remansit in te. Dic quāso dilectē mi Dñe, dic cum unica sanguinis tui gutta potuisset sufficere ad totius mundi redemptionē, cur tantū sanguinem de corpore tuo effundi permisisti? Scio Domine & uerē scio, quia nō propter aliud fecisti, nisi ut ostenderes quanto affectū diligeres me. Quid igitur retribuam Domino, pro omnibus quae retribuit mihi? Certe Dñe quādū uixero, memor ero laborū tuorum, quos sustinuisisti in pradicando, fatigationū in discurrendo, uigiliarū in oratione, lachrymarū in compassione, dolorū, conuulsiōnū, sputorum, colaphorū, subsannationum, clauorū, uulnerum, alioquin requirit à me sanguis, qui effusus est super terrā. Quis igitur dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontem lachrymarū, ut possim flere die ac nocte mortem dñi mei Iesu Christi, quā non pro suis sed pro meis peccatis sustinuit? Vulneratus est enim propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, sicut dicit Isaias propheta. Vterius cōsidera, & attende diligenter, quia mors & passio Christi fuit diutina. A prima enim die natiuitatis suae usq; ad ultimū diem mortis suae semper fuit in passionibus & doloribus, sicut ipse testatur per prophetam dicens. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Et alibi dicit. Fui flagellatus tota die. i. toto tēpore uitae meae. Adhuc aliter considera, q̄ morosa fuit passio Christi, ut poena eius magis duraret, ut dolor non citō finiretur, ut mors protraheretur, & sic diutius cruciaretur, & fortius uexaretur. Ex his omnibus q̄ dixi, colligere potes o uirgo Christi, o famula Dei,

1. Pet. 2.

Ioan. 18. & 19.

Sap. 7.

Isa. 41.

Tren. 1.

Hierem. 9.

Isa. 53.

Psal. 87. Psal. 72.

Dei,



Dei, q̄ probrosa, q̄ dolorosa, q̄ uilis, quam morosa fuit mors, & passio dulcissimi sponsi tui Iesu Christi. Et hec omnia sustinuit, ut ad amore tuū te accederet, ut pro omnibus his toto corde, tota anima, tota mēte ipsum diligeres. Quid enim beneuolentius, q̄ q̄ Dominus propter serui salutem accipiat serui formam? Quid magis informat hominē in salutem, q̄ exemplū tollēdi mortem propter iustitiā & obedientiā diuinā? Quid uero magis incitat hominē ad diligendū Deum, q̄ tanta benignitas, q̄ pro nobis Dei filius alrissi meritis, posuit animā suam? Hoc tanta benignitatis est, ut nihil clemētius, nihil benignius, nihil amabilius cogitari possit. Hac benignitas tanto magis ostendit maior, quāto pro nobis grauiora & abiectiona sustinuit, uel pati uoluit. Deus enim qui pprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quō non cum illo omnia nobis donauit? Ex quo inuitamur ad ipsum amandū, & amatum imitandū. Vah ergo illis, qui tanta benignitatis beneficijs sunt ingrati, in quorū animabus nullū mors Christi habet effectum. Vndē inquit Bern. Vide caput Christi inclinatum ad te osculandū, manus per fossas ad largiendū, latus apertū ad diligendū, totius corporis extensionem ad te totū impendendū. Vah iterum illis qui suis peccatis rursum Christū in semetipsis crucifigentes, super dolorem uulnerū ipsius dolorem adiciāt. Sed uah tertio illis, quorum corda ad planctū emoliri non possunt, neq; ad beneuolentiā puocari, & ad boni operis uirtutē inflammare non ualet tanti effusio sanguinis, effusio tanti pretij, tam ingens magnitudo. Certē isti tales inimici crucis Christi, plus Christum Dei filiū hodie ad dexteram Dei patris in cœlis sedentē crucifigunt, q̄ olim fecerunt in crucis patibulo pendentē. Ad tales & de talibus Dominus conquerendo per beatum Bern. loquit̄ dicens. O homo uide quid parior pro te, si est dolor sicut quo crucior, ad te clamō qui pro te morior, uide pœnas quibus afficio, uide clauos quibus confodior, & cum sit tātus dolor interior & exterior, planctus est grauior, cū te sic ingratum experior. Caue tibi mater caue, ne tātō ingratis beneficio, ne tātō pro te dato in deuota susprelio, sed pone istum crucifixū sicut signaculum super cor tuū, ut sicut sigillum in cera molli, sic Iesum sponsum tuū imprimas cordi tuo, & dicas cum Propheta. Factum est cor meum tanquā cera liquefscens. Pone eum etiam ut signaculum super brachium tuum, ut uidelicet nunquā desinas operari, nunquā fatigeris laborare pro nomine Domini Iesu, sed cum operata omnia fueris, tūc primum incipe, quasi nihil feceris. Si autem aliquando aliquid triste, aliquid graue, aliquid reidij, aliquid amaritudinis acciderit, uel certē si forte aliquod bonum dissipauerit, statim recurras ad crucifixum. Iesum pendentem in cruce. Ibi intue re coronā spineam, clauos ferreos, lan-

Rom. 8.

Hebr. 6. Psal. 68.

Phil. 2.1. Cant. 8.

ccam lateris. Ibi cōtemplare uulnera Christi pedam, & uulnera manuum, uulnera capitis, uulnera lateris, uulnera totius corporis: recolens q̄ qui sic pro te passus fuit, qui pro te tantā sustinuit, quantum te amauerit. Crede mihi, quia statim tali intuitu omne triste latum, omne graue leue, omne tediolum amabile, omne asperū dulce & suauē reperies: sic ut & tu incipias exclamare cū beato Iob & dicere. Quā prius noluit tangere anima mea, nunc propter angustias passionis Christi, cibi mei sunt, q̄ dulcia & delectabilia facta sunt mihi. Vndē legitur, q̄ cum quidam conuersus fuisset ad religionem, in tantum factus est impatiens propter asperitatem ciborum, & caterarum disciplinarum religionis, & cum ex nimia impatientia angustratus fuisset, procidit ante imaginem crucifixi, & ibi replica re cepit cum multis lachrymis intolerabiles angustias, & labores ordinis, insipiditate ciborū panis & potus, & statim ex latere imaginis cepit sanguis emanare, & cum ille fortiter hēs suas angustias replicaret, respondens imago Christi dixit. Quandoquēq; sentiret aliquam asperitatem in cibo uel in potu, ut intingeret in sanguine & sanguinis Christi.

Iob. 6.

Exemplū mirabile

De perfecta Dei charitate. Cap. VIII.

Superius te famulam Dei prout Deus inspirauit, docui qualiter animum tuum exercere debeas, ut quasi gradatim ascendere possis, & de uirtute in uirtutem proficere. Nunc septimo loco restat dicendum de forma uirtutum, scilicet charitate, quā sola ducit hominem ad perfectiōnem: ad mortificandam enim uitā, ad proficiendum in gratia, ad consequendum omnium uirtutum perfectionem summam, nihil potest dici melius, nihil excogitari utilius charitate potest. Propterea dicit Prosper in libro de uita contemplatiua. Charitas est uita uirtutum, mors uitiorum, & sicut sicut cera a facie ignis, sic pereunt uitia a facie charitatis. Tanta siquidem uirtutis est charitas, q̄ ipsa claudit infernum, sola aperit cœlum, sola Deo amabilem reddit. Tanta uirtutis charitas est, q̄ ipsa sola inter uirtutes uirtus nominata est, quam qui habet, diues est, & locuples, & beatus: quam qui non habet, pauper & mendicus est, & miser. Vndē super illo uerbo ad Corinthios. Si charitatē non habuerō, dicit gloria. Attende quanta sit charitas, quā si desit, frustra habentur cetera, si autem adsit habent omnia, quam qui habere cœperit, Spiritū sanctum habebit. Et beatus Augustinus dicit. Si uirtus nos ad beatam uitā ducit, nihil esse omnino uirtutem affirmauerim, nisi tantum summū amorē Dei. Cū igitur charitas uirtus tāta sit prae ceteris uirtutibus, charitati est insidēdū: & nō cui libet charitati, sed ei solū qua Deus diligit super oīa, & pximus post Deū. Qualiter autē creatorē tuū diligere debeas, ipse tuus spōsus docet i Euāgelio dicens.

Charitas laus

r. Cor. 13

Matth. 23. Q̄o Deus diligens.

dicens. Diligens Dominum Deum tuum, extoto corde tuo, & ex tota aia tua, & ex tota mente tua. Intende diligenter famula Iesu Christi dulcissima, quam dilectionē dilectus tuus Iesus requirit a te. Vult certē amantissimus tuus, ut amoris des cor tuū, totā aiam tuā, totā mēte tuā, sic ut in toto corde tuo, tota aia tua, in tota mente tua nullus oīno cū eo aliquā partem possideat. Quid ergo facies, ut certē Dominum Deū tuū ex toto corde diligas? Quomodo ex toto corde diligere Deum est, ut ad nullius rei dilectionē magis sit inclinatum cor tuum, q̄ Dei, ut non delesteris in spē mundi amplius q̄ in Deo, nō in honoribus aut parentibus, si autē in aliquo istorū sit animus & amor cordis tui, iam non ex toto corde Deum diligis. Vndē Aug. dicit. Minus te amat, qui te cum aliquo amat. Si autē em aliquid amas ex cuius dilectione in amore Dei nō proficis, iam non ex toto corde Deum diligis. Et si quid diligis, pro cuius amore ea quae Christo teneris negligis, iam non ex toto corde diligis. Dilige itaq; Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, non solum ex toto corde, uerū etiā ex tota aia diligendus est Dominus Iesus Christus. Quomodo ex tota aia? Audi beatum Aug. docentē te. Et tota aia (inquit) Dominum diligere, ex tota uoluntate sine cōtrarietate. Certē tūc ex tota anima Deum diligis, q̄ nō quod tu uis, non quod mundus consulit, non quod caro suggerit, sed quod Dominum Deum tuum seire uelle, sine contradictione libetere facis. Certē tūc Deum ex tota anima diligis, q̄ pro amore Iesu Christi animam tuam si necesse fuerit, morti libetere exponis, si autē in aliquo istorū negligens fueris, iā nō ex tota aia Deum tuum diligis. Dilige ergo Dñm Deum tuum ex tota aia tua, & cōforma uoluntatē tuā, uoluntati diuinae in oībus. Et nō solū ex tota aia, sed et ex tota mēte. Audi iterū beatum Aug. te docentē. Et tota (inquit) mēte diligere Deū, est diligere eū ex omni memoria sine obliuione. Amen.

De finali perseuerantia. Cap. VIII.

Postq̄ oīum uirtutū adeptus est q̄s principiu, nec tñ in cōspectu Dei apparet gloriofus, nisi uirtutū cōsummata adsit perseuerantia, q̄a nullus oīno mortalis quātūcūq; perseuerans, est laudādus in uita sua, nisi prius hoc totū qd̄ inchoauit, bono & felice sine cōcludat. Vndē beatus Bern. dicit. Tolle perseuerantiā, nec obsequiū, nec beneficium, nec gratiam, nec laudē fortitudo p̄stabit. Parū n. ualet, hoīem fuisse religiosū, siue fuisse humilē & parietē, fuisse deuotū & cōtinētē, Deū dilexisse, & cœlicas uirtutes habuisse, nisi adesser perseuerantiā: cū n. oēs uirtutes currant, sola perseuerantia accipit brauiū. Quia nō ille q̄ incipit, sed q̄ perseuerauerit saluus erit. Vndē Io. Chry. dicit. Quae utilitas feminū florētū, & postea tabescētū, quasi diceret, penitus nulla. Si i-

Perseuerantia laus.

Matth. 23

git Christi dilectissima, aliquas honorū operū hēs uirtutes, immo q̄a multas habes, in his perseuera, in his p̄pice, in his usq; ad mortē uiriliter Christi age militiā, ut cū extrema dies finisq; uitae aduenierit, p̄stipedio & mercede laboris, det tibi corona gloria & honoris. Vndē Iesus Christus unice tibi dilectus, alloquit̄ te in Apo. dicens. Esto fidelis usq; ad mortē, & dabo tibi coronam uitae. Hac corona nihil aliud est, q̄ p̄miū uita aeterna, ad quā adipiscendā, inflamare te debet desideriu oīum Christianorū: est. n. tā magna, ut nullus oīno eā astimare possit, sicut dicit beatus Grego. tā multa, ut nullus eā dnumerare queat: est deniq; tam longa & durabilis, ut nunq̄ terminari possit & finire. Ad hanc mercedē, ad hanc coronā inuitat te dilectus sponsus tuus, dilectissimus Iesus Christus in Canticis canticorū dicens. Veni de libano sponsa mea, ueni de libano coronaberis. Surge ergo amica Dei sponsa Iesu Christi, colūba sponsi aeterni, ueni & propera ad nuptias filij Dei, quia tota cœlestis curia expectat te, q̄a oīa parata sunt. Est enim paratus speciosus seruus tuus, ut tibi seruiat, & nobilis cibus preciosus & delectabilis, ut te reficiat, societas dulcis, & praeuicabilis, ut tibi cōgaudeat. Surge ergo, & propera festinanter ad nuptias, quia ibi est paratus seruus speciosus, ut tibi seruiat, iste seruus non est alter, nisi cœtus angelicus, imo ipse aeternus Dei filius, qui de seipso testatur dicens in Euāgelio. Amē dico uobis, quia praecinget se, & faciet illos discumbere, &c. O q̄ magna gloria tūc erit pauperibus abiectionis, q̄ ministrū habebunt ihū Dei, & summū regis, & rotum conuentū exercitus regni cœlestis. Est et ibi paratus cibus preciosus & delectabilis, ut reficiat, ipse n. Dei filius mensam pprijs manibus posuit, sicut ipse de se in Euāgelio testatur dicens. Ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnū, ut edatis & bibatis super mentam meā in regno meo. O q̄ suauis & delitiosus est cibus ille, quē preparauit in dulcedine sua pauperi Deus. O q̄ beatus est ille, qui in regno cœlorū panē manducabit illū, qui in clybano uirginalis uteri coctus est igne Sancti Spiritus. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternū. Tali cibo, tali pane, cibari & reficit suos electos Rex cœlestis in mensa sua, sicut in libro Sap. dicitur. Angelorū esca nutriti uisisti populū tuum, & paratum panē de cœlo praestitisti ei sine labore, omne delectamentū in se habetem, & oīs saporis suauitātē, & desiderijs uniuersū usq; uoluntati. Ecce talis est refectio diuinā mēsa. Et nihilominus parata est ibi societas dulcis & p̄uicabilis, ut tibi cōgaudeat. Illic n. erit Iesus cū Patre & Spiritu sancto. Illic Maria cū florifero exercitu uirginū. Illic Apostoli, Martyres, Cōfessores, & oīum electorū cœlestis exercitus. Miserabilis profus, qui tā nobilissima societati nō fuerit sociatus. Valdē mortuū habet desideriu, qui huic societati iungi nō desiderat. Sed tu o praclarissima Dei famula, scio te quidem

Apo. 2.

Beatitudinis cōmē datio.

Cant. 4.

Luc. 12.

Luc. 22.

Luc. 14.

Ioan. 6.

Sap. 17.



PRIMA PARS TRACTA-
TVS SERAPHICI DOCTORIS
SANCTI BONAVENTURÆ,
QVI STIMVLVS AMORIS
INTITVLATVR.

Præfatio.



TRANSFIGE dulcissime Domine Iesu medullas animæ meæ, suauissimo ac saluberrimo vulnere amoris tui. Vulnera ut scera animæ meæ uera & firma & apostolica charitate, ut uerè ardeat, liqueat & liqueat anima mea, solo semper amore & desiderio tui, concupiscat & deficiat anima mea in atria tua, cupiat dissolui & esse tecum. Da ut anima mea te solū semper esuriat panē uitæ celestis, qui de cælo descendisti, panem angelorum, refectiōne animarum sanctarū, panem nostrum quotidianum & supersubstantialem, habetem omnem saporem & omnē dulcorem, & omnē delectamentum suauitatis, in quem desiderant angeli prospicere. Te semper esuriat, te comedat cor meū, & dulcedine saporis tui repleatur uiscera animæ meæ. Te semper sitiāt fontem uitæ æternæ, fontem sapientiæ, fontem scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis & ubertatis domus Dei. Te semper ambiat, te quat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, de te loquatur, & omnia operetur ad laudem & gloriam nominis tui, cum omni humilitate & discretione, omni dilectione & delectatione, omni facilitate & affectu, omni patientia & pace perfecta, omni longanimitate & perseverantia usq; in finem. Ut tu solus semper sis mihi omnia i omnibus, semper sis mihi spes mea, gaudium meū, iucunditas mea, fiducia mea, diuinitas mea, dilectio mea, quies mea, tranquillitas mea, dulcedo mea, suauitas mea, cibus meus, refectio mea, tutela mea, sustentatio mea, expectatio mea, refugium meum, auxilium meum, refrigerium meum, patientia mea, protectio mea, refugio mea, locutio mea, meditatio mea, operatio mea, thesaurus meus, in quo solo fixa & firma & immobiliter radicata sit semper, mens mea & cor meum. Amen.

Quomodo homo debet libenter Christi passionem meditari. Cap. I.

Crrite gētes undiq; & miremini erga nos infabilem Dei charitatē, & erga ipsum cecitatem & miseriam nostram, ac damnosam periculofamq; malitiā manifestam. Si enim clementissimus Dei filius dono sui amoris uoluit non pro

suos, sed pro nostro bono, inseparabiliter coniungitur natura humana: quanto auidius, pro nostra propria utilitate, debet anima nostra tibi inseparabiliter amoris uinculo copulari. Si enim tatus Deus & Dñs, tanto charitatis seruore, uoluit tam uilissimos cineres sibi unire, quanto libentius debet unusquisq; cor suum ad eum dignè recipiendum totaliter aperire. Quæ est tam grandis uesania animæ nostræ, qd hoc negligit facere, & currit iam nō Deo suo, sed potius Diabolo & uilissimis stercorebus adherere? Nec enim Dei filius carnē assumpsit, ut carnī etiā ad modicum adhereret: nā ipse assistens in carne, carnē dirē afflixit, carnalia semper contempsit, & anima eius semper adhæsit patri suo. Sic certè carnē nostrā, debemus te iunjs & abstinentijs, uigilijs & laboribus, mortificare affligere & domare: operibus charitatis & misericordiæ totis uiribus insistendo, mentes nostras ad diuina continuè erigendo. O mirabilis cecitas hominis, qui cum consistat ex anima & carne, tanquā ex nobili & ignobili, incorruptili & corruptibili, totam tempus suum solū expendit in prouisione miserabilis suæ carnis, solū quæ sunt carnis cupiēs & requirens, animam aut simpliciter negligit, nec de ipsa curat, ac si ipsa nihil esset. Non enim curat uel studet ipsam pascere, potare, uestire, recreare, consolari, nec etiā in summo bono & delectabili quietare, & breuiter nō uult sibi in aliquo subuenire. Et tū sine comparatione leuius est, dulcius, amabilius, suauius, iucundius, & utilius, animā q̄ corpori ministrare. Vbiq; enim & semper se ostert homini Deus, & nisi sui ipsius mortis filij pretiū non requirit. Corporalia aut semper fugiunt, & nunquā in eodē statu permanent, nec cū tota hoīs anxierate sollicitudine & labore, pōt uix una hora possideri ab aliquo in hoc mūdo: nisi forte dicamus uerius, qd ille plene oīa terrena possidet, qd oīa huius mūdi plene despiciat & cōtemnit. Sed mirabile est ualdē, & summe detestabile hoc, qd facit sibi aīa a carne aliquantulū inclinata, nō tū coacta, nā uoluntariē se subijcit ipsi carnī, & carnis mandata, & beneplacita nititur adimplere: Deo aut suo renuit subiacere, nec aliquo modo uult, etiā i proprio sui bono, i in propria utilitate ipsius animæ, Dei facere uoluntatē. Non enim mouet exteriori exortatione, nō excitat interna inspiratione, nō allicitur beneficiorū donatione, non corrigi aduersitatū inflictione. Nulla poenitentia, nullo modo, nullo ingenio mouet ad seruiendū Deo suo: sed in seruitio corruptibilis & miserabilis carnis, & ipsius Diaboli immobilitatis perseuerat. O fatuitas cæca. O cecitas maxima. O iniquitas manifesta. Certè si aīa non esset peior & irrationabilior omni bestia, Deū suū cuius similitudinē habet super oīa diligeret, & de cæteris simpliciter nō curaret, cū ab ipso Deo tot & tanta beneficia receperit gratis data. Sed si o anima diligit solū carnē, nullā carnē aliā saltē diligas, nisi Christi. Hæc enim pro te & totius humani gene-

Vilius & suauius anima q̄ corpori, in seruire.

ris salute, super ara crucis fuit totaliter oblata, eius igit dulcissima & salutifera tibi, sed tibi peioram & crudelissimā passionē, in corde tuo affidue retineas cū affectu. Nā uenerabilis passionis Christi cōtinua & deuota meditatio, mentē tuā ab huius mūdānis seculi & carnalibus cōcupiscentijs sequestrabit, cor tuū ad spiritalia & cœlestia subleuabit, quid cogitandū sit, quid loquendū, quid respondendū, quid tacendū, qd uel qualiter agendū sit, tibi ueraciter indicabit: te demū ad ardua & difficilia incitabit, ut uilissimis despiciaris & affligaris, summū desiderium tibi prestabit, te in cogitatu tuo, opere uel sermone perfectissime regulabit, & breuiter in cunctis necessitatibus tuis, tibi sufficientissime ministrabit. Nā si fueris pauper, indeficienti thesauro ditabit, si in tenebris, te luce clarissima illuminabit. Si inscius uel ignarus, te sapientia uerissima magistrabit. Si rigidus uel crudelis, te ad cōpationē & misericordiā dulciter inuitabit. Si debilis, te in superabili fortitudine roborabit. Si paucus, te uigore mirabili assecurabit. Si aridus ratione suæ gratia, te uberius irrigabit. Si durus & asper, te cōpunctionis lacrymis mollicabit. Si anxius & amarus, te deuotionis pinguedine impinguabit. Si piger & accidiosus, te pietatis operibus occupabit. Si frigidus, te diuini amoris igne inflāmabit. Si fatigatus, suauitatis requiem tibi prestabit. Si turpis uel deformis, te incredibili pulchritudine decorabit. Si sordibus macularus, sui calidi sanguinis leuius te lauabit. Si tristis flebilis seu moestus, te ineffabili gaudio lætificabit. Si fatuus & uulneratus, unguento preciosissimo te sanabit. Si lubricosus uel lasciuus, castitatis & puritatis cingulo te firmabit. Si alicuius alicuius peccati morbo infectus, perfectissime te curabit, & cōtra illud uitium & quicquid: tige ignea ipsius Diaboli, inuincibilis uirtutis clipeo te armabit. Si exul a patria uel peregrinus, te simul ducēs, uia eundi ad cœlestem patriā tibi clarissime demonstrabit. Quid plura? Ipsa nāq; deuota & assidua memoria, & meditatio passionis Iesu Christi a malis oibus te seruabit, bona singula tibi dabit, i presenti Dei gratia te ditabit, in futuro sua gloria te dotabit. O passio desiderabilis. O mors summe admirabilis. Quid enim mirabilius, qd mors uiuificetur? Vulnera sanentur, sanguis lauet albefaciat & decoret, quid magis stupendum, qd q̄ nimis intensissimus dolor nimium & uehementissimū dulcorem inducat, & apertio lateris cor diuisum cōiungat. Quis unquā audiuit uel uidit, qd sol obscuratus plus solito illuminet, & qd passio ignominiosa glorificet & extollat. O magnū misterium & admirabile sacramentū. O magnū & obstupendū ineffabilis pietatis opus. Nā Christus iacēs in cruce, nos eleuat ad superna. Christus sistens in cruce, nos inebriat dulci potu. Christus nudus exiēs in cruce, uirtutū uestibus nos induit atq; ornat, manus i ligno conclauatæ crucis, a peccatorū uinculis nos abfoluunt,

Passionis christime dicitio, quam uti lis sit.

1. Cor. 9.

Matth. 13

Sap. 5.

Psal. 16.

Psal. 35.

Apo. 19.

Isa. 32.

Matth. 24 & ca. 5.

Rom. 8.

1. Cor. 2.



absoluit, Christi pedes i cruce cōfixi, faciūt sine mora ad eolum nos currere, Christus inclinato capite i cruce emittēs spūm, nobis spirat vitā etegnam. O amabilis, o venerabilis passio Iesu Christi, q̄ sui deuotū mediatorē, sic dulciter ac salubriter inebriat, & simpliciter alienat, ut iā ip sum nō solum reddat angelicum, sed diuinum. Nā talis cōtemplator cōmorans in Christi passionibus & tormētis p̄ meditationē, seipsum ēt nō uidet, nec aliquid aliud, nisi Deum. Semp̄ n. & ubiq; intuet̄ Christum passum dulcissimum, & sic intuēdo, deuotionis & cōpassionis lachry mis uberius irrigatur, & lachrymando suanistimē delectatur. Vult. n. cum Christo crucem baiulare, ipse portat in corde, cælū & terram pugillo tenentem, & sic p̄ eo leuissimē sustinet omne onus. Vult ēt cū Christo spinis coronari, & ipse ab eo corona gloriā coronatur. Vult cum Christo nudus in ligno crucis frigescere, & ab eo nimio amoris ardore accenditur. Vult cum Christo acetū gustare, ut ab eo dulci poculo inebrietur. Vult cum Christo in manibus & pedibus cū clauis cruci affigi, & ipse ab eo soluitur a uinculis culpæ & pœnæ, quibus erat ligatus. Vult cum Christo in latere uulnerari, & a planta usq; ad uerticem crudelissimē flagellari, & ab eo oīs sua plaga sanatur, & cœlesti medicamine solidatur. Quid plura? Vult cum Christo a cunctis maledici, exprobari, & ab oibus derelinqui, & ipse a Christo & a suo patre benedicatur, ab angelo honoratur, & a Virgine Maria in filium adoptat. Cū Christo uult tristari, affligi, pati, in cruce pēdere, & eum amplecti: & Christus ipsum summē delectat, plurimū iucundat, nimium consolatur, & ab ipso sustentatur, & dulcissimē amplexat. Secum n. uult faciem mortis pauore pfusam, inclinare: & Christus suum caput eleuans, eū iucū disimē & suauissimē osculatur. O mors amabilis, o mors admirabilis, o mors uenerabilis & summē delectabilis. O cur nō fui loco illius scilicet cruce, illius sacratissimi ligni, ut sic fuisset Christo manibus & pedibus inseparabiliter cōclauatus? Certē omnino dixissem ipsi Ioseph abarimathia. Non auferas ipsum a me, sed me similiter sepelias secū in sepulchro. Non. n. uolo ab eo, ēt ad monumentū modo aliquo separari. Sed quia nūc hoc nō possum facere corpore, saltem uolo facere corde. Bonum mihi est. n. semp̄ secū esse. Et ideō i ipso uolo facere tria tabernacula: unū i manibus, aliud in pedibus, & tertiu mains in latere suo, i quo uolo q̄scere & dormire, bibere & comedere, legere & orare, & breuiter oīa singula mea negotia praactare. Ibi reges meā i scūlo scūli, ibi habitabo, qm̄ sic elegi. Ibi dulciter loquar ad cor eius, & ipsum cū lachrymis & pris p̄cibus exorabo. Nec dubito, q̄ plenē & de facili, q̄cqd uolero obtinebo. Sic. n. faciēs, dulcissimē mris suæ & meæ Virginis Mariæ, sequar uestigia, passionis filii gladius p̄transiuit. Tūc securē ad ipsam ibo, & cū spe & fiducia al-

loquar uulneratus, & sic eā ad q̄ uolero ad plenū dulciter inclinabo. Et nō solū sibi apparebo cū filio suo crucifixus, sed ēt p̄sepe ad iēs, ibi cū eo iacebo paruulus sup̄ p̄eno, ad matrē pueriliter uagiedo, ut sic ibidē cū filio suo crucifixus, suis castis uberibus merear ablaetari. Mifcebo autē lac mris, cū sanguine filii, & idē faciā mihi unā salutarē & dulcissimā p̄otationē. O sacratissima, amātissima, & dulcissima uulnera Iesu Christi. Nā cū quadā uice ea oculis meis subintrarē, a pris p̄tinus, uino & recētī sanguine oculi mei fuerūt repleti. Sicq; ut nihil uides, cœpi ire manu palpās, donec pueni ad intima suæ ineffabilis charitatis. Quibus vndiq; circōplexus, reuertē nequi. Ideoq; ibi hito, ibi q̄esco, & q̄bus uescit̄ cibis pascor, ibiq; delectabiliter inebrior suo potu. Ibi totus ardeo amoris feruore. Ibi totus p̄fundor iucūditatis dulcore. Ibi simpliciter fruor abūdātia oīs boni, intm̄, ut iā tibi nesciā, nec aliquo modo ualeā, uel superficialiter explicare. O mirabilis dignatio Iesu Ch̄i. Nā q̄ prius p̄p̄tōribus iacuerat i uirginali utero, nūc dignat̄ me peccatorē maximū intra uiscera cōportare. Sed tū timeo ualdē frēs, ne fortē ueniat citō par tus eius, & ab illis summis deliciis tūc excidam, q̄bus nūc foeliciter fruor tota mente. Certē & si me pepererit, debeat utiq; sicut mater lactare uberibus, me lauare manibus, portare brachiis, mulcere osculis, fouere gremio, & uoce dulcisona q̄tare. Aut certē scio, qd̄ faciā, qm̄ pariet me Dns meus Iesus Christus. Scio. n. q̄ eius uulnera sunt aperta, & ideō occultē p̄ ea adhuc in eius uterū introibo. Qd̄ si adhuc me pariet, ego ipsum iterū sub introibo. Et hęc toties replicabo, quousq; sibi inseparabiliter ero cōglobatus. O c̄citas magna filio: ū Ada, q̄ p̄ hęc paterna uulnera nesciūt introire, sup̄ suas uires in uanū laborāt, & a p̄ta sunt hostia ad q̄tē. An ignoratis stulti, qd̄ sit gloria beatorū? Cur ergo pigri corde, tardatis p̄ Ch̄i corporis foramina in tantū gaudiū itroire? Quo sic infantis miseri, q̄ beatitudo angelorū patet, et iā circūstās paries est cōfractus, fenestra a p̄ta, scala apposita, et oīa necessaria sunt parata, et tū ascēdere negligitis et intrare? An fortē expectatis, q̄ prius resoluat̄ corpus uestrū, credētes, q̄ in p̄senti aīa uestra i Christo ualeat quietari? Sed crede mihi o homo, q̄ si dulcissimum Iesum Christum, per hęc sua angusta foramina intrare studeueris, perfectam quietem, et mirabilem dulcedinem sentiet, et gustabit non solum anima tua, sed etiam corpustuum. Et quod carnale est, et ad carnalia tendit de sui natura, ex illorum et dulcissimorum uulnerum ingressu et gustu, fiet adeo spirituale, ut iam ceteras prater illas, quas ibi sentit̄ delicias, reputet esse nihil. Immo si fortē aliquā anima propter aliquam causam licitam, distabit ēt esse ad tempus ab illis uulneribus recedendum, continuo fore ibi morandam, corpus asseret. Si ergo ita accidit de corpore nostro

Nota
cum
Sub
Et
Boni
uentura

suo carnali & graui, quantum ipsam quasi credis animam perfundi dulcedine, quæ per gloriosa foramina intimius coniungitur cordi Christi? Exprimere tibi nequeo, sed experire hæc & scito. Ecce enim aperta est apotecha paradisi, omnibus aromatis medicinalibus tota plena. Uulnerum igitur fenestras sub intra, & ibi uenies & accipies medicinam curatiuā, restauratiuam, conseruatiuam, & p̄seruatiuam. Ibi quæcūq; delicata electuaria tua anima petierit, sū me tibi. Si enim uolueris suauitate mellisua de liniri, per illa intrare uulnera non postponas. Ecce aperta est ianua paradisi, & per Longini lanceam gladius uersarthis est ammotus. Ecce lignū uitæ tam in ramis, quam in stipite perforatum. In quibus foraminibus, nisi tuos pedes affectus. & manus posueris, non poteris capere fructus eius. Ecce apertus est thesarus diuinæ sapientig & suauitatis æternæ. Intra ergo uulnerum aperturam, & gratis cum summa delectatione delicias suauissimas obtinebis. O quam beata lancea illa, & q̄ beati clauis illi, qui huiusmodi apertionem facere meruerunt. O si fuisset loco illius lanceæ, quanta dulcedine fuisset perfusus. Nanquid de Christi latere exiissem? certē nec exiissem, nec exire modō aliquo potuissem, neque uoluissim, sed dixissem, hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eā. O stulti & tardi corde. Quid ad possidendum in breui aliquid uanum transitorium & caducū, cū magno sudore periculo & labore, per ineptas & obscura foramina conamini introire, uide multotiens egredi non ualeatis? Et tamē ad possidendum plenē & semper dulcissimum & amabilem Iesum Christum, summum bonum infinitum, æternum, delectabile, & iucundum splendorem, & candorem lucis eterne, a quo & in quo omnia bona possidentur, sine quo breuiter nihil habetur, nec haberi potest, per apertas, & patentes iam portas negligitis, immo contemnit̄ subintrare? O anima ad imaginem & similitudinem Dei facta, quomodo te potes amplius continere? Ecce sponsus tuus dulcissimus, pro te crudeliter uulneratus, & iam factus gloriosus, splendidus, & speciosus p̄ filiis hominum, te cupit uidere, te in sponsam habere, te dulcissimē amplecti, tibi secretissimē loqui, oscula tibi mellisua dare, omniaq; tibi bona donare, & tamen sic ad ipsum negligis festinare? Nam pro nimio tui amoris feruore, uoluit lancea suum latus aperiri, ut tibi demonstraret, quod tibi tribuit cor suum. Sibi etiam plenē uoluit pro te manus & pedes clauis grossissimis perforari, ut cū ad ipsum peruenires, sic tuæ manus intrent in suas, & tui pedes in suos, ut sibi inseparabiliter coniungaris. Obsecro te o homo, ut iuxta consiliū Apostoli omnia probes, hoc saltem experiri coneris. Et siquidem bonum tibi ui-

debitur, hoc firmiter tene, & indē nullo tempore discedas. Non enim dubito, quod si hoc fueris diligenter expertus, omnia prater hoc amaritudinem reputabis. Velles utiq; libenter, postquam ad cor dulcissimi Iesu Christi intraueris, illa uulnerum suorum hostia tibi penitus obserari, ut sic indē exire, uel trahi amplius non ualeres. Admiraberis tunc ualdē tuā & aliorum super hoc diu habitam cœcitate. Gaudebis tamen, & exultabis de tanta tanq; admirabili dulcedine, quam tu senties ubicunque. Et intantum etiam inflamabitur cor tuū, ut quasi nitens uellet de materiali corpore egredi, & solum in Christi uulneribus habitare, inebriabitur enim incredibili dulcedine & feruore, ut uix poterit ad aliud inclinari. O admiranda & ueneranda uulnera Iesu Christi, corda faxea & ferrea mollificantia, mentesq; congeatas inflamantia, & pectora adamantina liquefacientia p̄ amore. O certē uita dulcedo, & spes nostra. Si autem per meditationem istius gloriosissimæ passionis, peruenires ad dulcedinem de qua dixi, uel etiam ad matorem, attende diligenter, ut non uelis illam passionē meditari, propter aliquam dulcedinem temporalem, sed ut tui creatoris summum beneficium recognoscens, in eius feruentius accendaris amorem, & hæc debet esse tua deuota & continua oratio.

Oratio.

Domine sancte Pater omnipotens æternæ Deus, propter tuam ineffabilem charitatem, & tui filii dulcissimi qui pro me sustinuit mortem, & eius Gloriosissimæ Matris excellentissimam sanctitatem, ac beati Francisci, & omnium sanctorum merita preciosa, cōcede propitius mihi misero peccatori, omni tuo beneficio bono nitens indigno, ut te solum diligā, tuoque amore semper ferueam, tuum honorem semper faciam, beneficium passionis Iesu Christi filii tui continuē in corde semper habeam, meam miseriam semper recognoscā, & ab omnibus conculcari & contēni summo desiderio cupiā. Sicq; nihil me reficiat nisi tu, nihil me contristet nisi culpa mea, per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Quomodo homo debet compati Christo crucifixo. Cap. II.

Ad compatiendum Domino Iesu Christo pro te crucifixo. Primō studeas, toto posse te totaliter sibi unire p̄ feruentē amoris affectū. Nā quantō ardentius eū amabis, tantō magis suæ passionis cōpateris dolori. Et quantō plus fueris sibi cōpassus, tantō plus in eū tuus accendetur affectus. Vndē tādū sic se mutuo augebūt dilectio & cōpassio, donec ad p̄fectū puen-

rit, nisi forte remanserit propter aliquam negligentiam tuam uel miseriam. Omnem autem presumptionem, disidentiam, & negligentiam à corde tuo, summo studio propellas. Debet enim homo tam nobile opus aggredi humiliter confidenter, & instanter cum quanta potest cordis sui mundicia. Et quamuis forte sibi merito videatur indignus, & neq, nihilominus ab hoc penitus non desistat, sed cogitet, quod propter peccatores præcipue Christus est crucifixus. Quod si sic sibi unaris amoris feruore, ut tibi videatur cor tuum iam sibi non tibi coniunctum, quomodo tunc eius uulnera suauius non gustabis? Aut quas in suo corpore passiones habebit que non uberius perfundant cor tuum? Studeas igitur quantum potes, ut cor tuum totaliter in tret in ipsum, & te extra ipsum nihil esse reputa, ac de te siue extra te nihil esse putes, uel cures. Tota quippe cura & sollicitudo tua uertatur circa dominum tuum passum. Nam eius es quicquid es. Nec debes quicquam alteri exhibere. Si ergo tu totaliter transferaris in ipsum non possum credere quin eius uulneribus uulnereris, quin eius precioso sanguine perfundaris, quin eius illusiones, & contumelias, flagella, & obprobria sentias in te ipso. Quantam autem tunc incunditatem, & dulcedinem assequeris, Dominus Iesus per suam misericordiam te faciat uberius experiri. Male enim scirem hoc tibi calamo declarare. Quod si tibi ista nimis alta uidentur, nec potes ad hoc bene pertingere sicut uelles. Tunc secundo potes te exercitare modo alio grossiori, debes enim cogitare quam tam passionem sustineres, si excoriareris ut beatus Bartholomeus, aut assereris, ut beatus Laurentius, aut uersis pedibus crucifigereris, ut beatus Petrus, aut capite trincareris, ut beatus Paulus, aut certe truncaris manibus & pedibus, uel ceteris membris cæcis, carnibus dentibus ferreis laceratis, & sale & aceto perfusis, ossibus nudatis, & huiusmodi innumerabilibus cruciatibus & tormentis patereris, sicut ceteri martyres passi fuerunt. Et cum ista omnia super te, & in te cogitando diligentius conceperis, quidam horror de tot & tantorum crudelium tormentorum consideratione tibi uenerit, tunc cogita, quod tuus Dominus Iesus Christus pro te uilissimo pectore, multo intensiores, & acerbiores dolores passus fuit in cruce, quam tu patereris in oibus tormentis prædictis. Tunc autem omnes & singulas angustias & afflictiones, omnes & singulas penas & passiones, omnia & singula obprobria, uituperia, & uulnera, quæ pro tuis peccatis patienter sustinuit Iesus Christus, in corde tuo diligenter & sigillatim connumera. Connumera quoque & per singula discurrendo, unumquodque tota attentione & consideratione præpondera. Et sic faciendo, omnia inseparabiliter, & singula applica cordi tuo. Considerando insu-

per qualis & quantus amoris feruor fuit ille, qui sic Iesum benignum ad patiendum pro te peccatore induxit. Et sic meditando afficiatur totaliter cor tuum illis doloribus, ac si omnes in tuo corpore sustineres, amarissimis quoque lachrymis uberius perfundaris. Et tactus salubri dolore intrinsecus, gemitibus ac suspiriis die noctuque affligaris assidue. Nec est dubium, quod hæc omnia amara tibi, cito in mirabilem dulcedinem conuertentur. Quod si forte adhuc istud secundum tibi non ualeat, tunc tertio hoc materialius experire. Facias tibi uinum flagellum multum afflictuum, & non multum læuuum, & in abscondito egregie te flagella, nec pares toto corpori, donec fuerit bene perfusum dolore. Et tunc cum illos senties dolores, ad Christum passum tuum dirige cogitationem. Et meditare diligenter, quod sponsus tuus dilectus, amor tuus, desiderium tuum, & uita animæ tuæ Angelorum solatium, beatorum præmium, Dominus Iesus Christus pro te uilissimo stercore, multo intensiores dolores & cruciatu sine comparatione, uoluit in suo corpore usque ad mortem patienter sustinere. Et non dubites, quod iste modus tertius ad remedium tibi ualebit. Nam per passiones proprias nos ad se ipsum compari parienti. Insuper ad prædicta addantur deuota & pia orationes, ut quasi continuè depreceris Dominum Iesum Christum, ut suis uulneribus uulneret mentem tuam. Et tu ad ipsa uulnera & passiones semper dirigas cordis aspectum, ut sic propter tuam nimiam & laudabilem importunitatem, à sua amabili largitate impetres quod intendis. Si autem (quod ablit) nullum omnium istorum prædictorum remedium tibi ualeat, tunc te ipsam quasi tertium abhorrens, contra duriciam cordis tui amarissimè plores, & dicas heu heu, utque quo cordis mei duricia negissima præualebis auersus Dominum tuum in cruce passum, cuius uulnera uicerunt diaboli potestatem, ueneficia primorum parentum superauerunt, portas inferi confreguerunt, aperuerunt ianuas paradisi. Et in tantum abundat malitia cordis mei, ut non euincatur à tam excellentissima bonitate? In tantum crudeliter duricia cordis mei, ut non frangatur, nec penitus emolliatur à tanto sanguine innocentis agni occisi? Ita congelatur frigiditas cordis mei, ut non liquefiat à tanto ardore feruentissima charitatis? Et quid nequius, quid durius, quid frigidius malitia cordis mei? Hei mihi quid faciam, quia in tantum sum infirmus, & salubre, & omnino mihi ad uitam necessariam, passionis uidelicet Domini mei nequeo recipere medicinam. Non cessent oculi mei à gemitu, & plorata, sed sint mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, donec habundantia nimia lachrymarum, saltem emolliat duriciam cordis mei, saltem eius congelatam malitiam liquefaciat, & emundet.

det. Vah Vah mihi infelicissimo hominum. Quò ibo, quid faciam? Ex quo animæ meæ uitam nescio penitus inuenire. Est enim erga me summa diffusio domini mei, clementiæ Dei, & non ualeo, etiam quid modicum degustare. Sed debet certe in sterquilinio, & mētis meæ sanie testa radam. Affligam de cæterò ualde dire, & non parcam aliquatenus uitæ meæ, laborabo in genitibus & fletibus, & in suspirijs prædolore, & recogitabo in amaritudine animæ meæ singulos annos meos. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Flagellabo uespere corpus meum, & in matutinis erit castigatio mea. Anticipabunt uigilias oculi mei, & meditabor in nocte cum corde meo. Tristabitur anima mea usque ad mortem. Caro mea & cor meum deficient in dolore. Renouam consolari animam meam, donec in afflictione inuenero dominum afflictorum. Scopabo spum meum à malitia sua, & exercitabor per postem in Dei amore ignite cor meum, humiliabo in terra uitam meam, & collocabo me in obscuris foraminibus Iesu Christi. Anxiabitur spiritus meus super me donec sic intrem in sanctuarium Dei. Ut intelligam prima, & neuissima mortis suæ. Tunc si forte potero me eius sanguine inebriabo, & sua lancea scindam duriciam cordis mei. Et sic in isto modo cor meum exultabit in domino, & delectabitur in salutari suo. Tunc benedicam dominum in omni tempore, & erit semper laus eius in ore meo. Quod si cor meum nullum percipiat tam suauis passionis dulcedinem in uulneribus Iesu Christi, tunc certe deficiet in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus finiètur. Et cor turbabitur in ira, oculus meus, anima mea & uenter meus. Etico meum iam non carneum, sed durius lapide & frigidius glacie, tanquam stercus uilissimum abhorrebo. Et dicam, o cor pessimum iam non humanum, sed diabolicum, usquequo resistes in mensa largitati diuini amoris? Quare non magis delectaris in uulneribus Iesu Christi dulcioribus super mel & fauam, quàm in delectationibus mundi, & carnis, omni amaritudine plenis? Cur non magis asistis Deo pro te patienti, & te ad cælum trahenti, quam diabolo te ferienti & in abyssum temerenti. Cur magis compateris pedi uel ungulæ manus tuæ, quam Christo capiti tuo? Vbi quæso stultitia maior, ubi prorsus malitia peior? O homo, non ne uidetur, quod illum uel illam rem plus diligas, cui plus compateris in dolorem? Si sic, ergo plus diligis pedem tuum, quam caput tuum Iesum Christum, nam plus compateris pedi in modica afflictione, quam Christo in tam grauissima passione & morte, & plus tedit cor tuum ad ligandum pedem tuum, quam ad amandū Christum, plus ad condolendum pedi, quam compatiendum Christo. O cæcitas maxima, o malitia inaudita, o crudelissimi homines ueneno-

sis & mortiferis serpentibus deteriores. Nam serpentes in tantum compatiuntur capiti suo percusso, ut pro capite totum corpus exponant flagello, sed certe uidetur, quod tanquam membra arida & putrida, iam finis excisi à capite nostro Christo, quia ipso sic crudeliter uulnerato, eius uulnera penitus non sentimus. Heu heu Domine mi, quare me fecisti, si non debeo tibi capiti meo esse conianctus, aut si sum tecum conianctus, cur non sunt tecum uulneratus? Pro me enim tu Domine uulneratus es, non pro te. Et tu uulnera portas, non ego. Hoc uerè non est æquum uel iustum. Ego quippe non tu deberem dignè uulneribus esse subiectus. Quia certe ego sum qui peccaui, ego qui egi iniq, tu uerò qui es agnus immaculatus, cur pateris? Tu qui es ouis innocens cur ad immolandum es ductus? uertatur obsecro hæc uulnera tua in me & in domum patris meis. Redde nobis Domine redde uulnera nostra, ne tu qui innocens penitus es, & Sanctus, uidearis reus & nocens, portando sic in te uulnera aliena. Quod si non uis nobis reddere uulnera nostra, saltem tecum conuulnera corda nostra. Volo enim ego penitus mori, nisi uulneres mentem meam. Abhorreo enim mi Domine uidere cor meum, nisi uulneribus plenum, cum uideam te saluatorem meum, sic crudelissimè & uilissimè pro me crucifixum. Aut ergo benignissime Iesu des mihi uulnera tua, aut uulnera me tecum, aut certe des mihi licentiam materiali gladio transuerberari cor meum. Nolo enim Domine, nec possum uiuere sine uulnere, cum te undiq, uideam uulneratum.

Quomodo homo debet se reputare indignum tantò beneficio, ut est in medio Christi passionis. Cap. III.

Si forte hæc omnia prædicta non tibi ualuerint, tunc excogita & cognosce, quod tam nobilissimo & excellentissimo beneficio propter tua multa scelera es indignus. Et iam de cetero te non reputes hominem, sed bestiam uilissimam & ingratham, & sit amodo cum bestiis, & iumentis habitatio tua, quia sic indignus es confortio aliorum, forte si multum te humiliaueris sic faciendo, ille qui respexit humilitatem ancillæ suæ, respiciet humilitatem, & dolorem animæ tuæ, & dabit tibi cor nouum, & mutabit te in uirum alterum, ut sic cognoscere possis Dominum tuum passum, sed o Domine Deus quando hoc erit? Nam tantum differre, mors mihi intollerabilis est, sed si plus expectaueris, forte desiderio liquefiam, & sic postmodum in liquido uulnera prouentia imprimi non ualebunt. Nā anima mea Domine incipit iam læguescere, & quasi ad nihilum redigor, desideras toto corde, in tuis uulneribus consolari. O Domine mi,

ubi quæso est sapientia tua, an fortè ignoras, quòd melius est te habere creaturam uulneratam, quàm ad nihilum redactam? Non ergo dulcissima Deus me tantum differas uulnerare, ne fortè multa dilatioe amittas, quem tuo preciosissimo sanguine redemisti. Curre Domine curre uelociter, & cor meum uulnera festinàter, ne fortè de me nihil inuenias si expectas, sed heu mihi miserrimo, quàm uilissimus factus sū, quia tu, qui etiam inimicos diligis, uideris me penitus odire. Nunquid plus quàm inimicus sū ego? Nam ut inimicos liberares, uoluisti te totaliter uulnerari. Et ecce miser quia iam quasi deficio, & simpliciter de me non uideris curare, non enim peto benignissime Iesu ut pro me amplius uulnereris, sed quod mihi iam mortuo solum applies tua uulnera, ut reuiuiscam.

Oratio.

O Domine Iesu Christe cor meum tuis uulneribus faucia, & tuo sanguine inebriamentem meam, ut quocunq; me uertam, te semper habeam crucifixum, & quicquid asperero, mihi appareat tuo sanguine rubricatum, ut sicut totus in te tendens, nihil præter te ualeam inuenire, nihil nisi uulnera tua ualeam intueri, hæc mihi sit consolatio magna, tecum mi Domine uulnerari, uel mihi sit intima afflictio, à te admodicum separari, uel sub te admeditari: nõ que sciat cor meum bone Iesu, donec te inueniat centrum suum, ibiq; terminet appetitum suum. Amē.

De planctu uirginis iuxta crucem.
Cap. VIII.

Stabat iuxta crucem Iesu Mater eius. O Domina mea, ubi stas? Nunquid iuxta crucem? immò in cruce cum filio cruciaris. Ibi enim crucifixa es secum, hoc solum restat, quòd ipse in corpore, tu uerò in corde es passa, nec non singula uulnera per corpus eius dispersa, in tuo corde generaliter sunt unita, quia nempè tuam ipsius animam gladius pertransiuit. Tu Domina in tuo corde es lanceata, tu amarum clauis inclauata, tu de spinis coronata, tu illusa & exprobrata, tu contumeliosa & à maledictis affecta, tu etiã felle & aceto porata. O Dulcissima Domina, cur iuisti immolari pro nobis? Nunquid non sufficiebat nobis Christi passio, nisi crucifigeretur & Mater? O suauissimum cor amoris, cur conuersum es in cor doloris? Aspicio charissima Domina cor tuum, & iam non est cor sed fel amarum, myrrha & absinthium uideo. Quæro matrem Dei, & inuenio spinas, clauos, lanceam, spongiam, atque acetum. In cruce quoq; quæro Mariam, & inuenio sputa, ludibria, flagella, & uulnera, quia tota conuersa es in ista. O uerè Maria, quia amaritudine plena. Quid fecisti? Cur

uas sanctitatis, fecisti uas contumeliæ & horroris? O castissima Domina, cur non eras solitaria in camera tua? Quare ad caluariæ locum uenisti? Non erat tua consuetudo uenerabilis Domina, ad talia spectacula properare. Cur quæso, non te tenuit uerecundia uirginalis? Cur nõ te tenuit pauor muliebris? Cur nõ te tenuit horror facinoris? Cur non te tenuit turpitudine loci? Cur non te tenuit multitudo uulgi? Cur non te tenuit detestatio mali? Cur non te tenuit clamoris uehementia? Cur non te tenuit armorum frequentia? Cur non te tenuit stultorum uersania? Cur non te tenuit demoniacorum caterua? Sed hæc omnia non considerasti Domina mea, quia cor tuum alienatum erat à te præ immenso dolore. Non eras quippe in te, sed in afflictione filii, & in uulneribus unigeniti tui. In morte dulcissimi Iesu Christi. Non enim considerabas uulnus, sed uulnus, non præsuram, sed fixuram, non clamorem, sed linorem, non horrorem, sed dolorem. Sed quæso te ò amantissima Domina. Iam reuertere ad locum pristinum, ne fortè cum percussione pastoris te etiam irreuerabiliter amittamus. Heu heu nobis orphanis. Cur uno tempore utroq; priuamur regimine? Vah nobis miseris, qui in hac lachrymarum ualle una hora utroq; orbamur parente. Reuertere reuertere tu saltem ò Domina mea, nec nos in tanta miseria & dolore sic desolatos dimittas. Nam sine te penitus uiuere non ualemus. Nec enim pro te ò amabilis Domina, hæc sententia promulgata est, nec etiam est consuetudo, mulieres tali morte damnari, sed (ut puto) ò Domina hæc uerba non potes audire, quia incredibili amaritudine es repleta. Totum enim cor tuum ò chara Domina, uersum est circa filii tui amarissimam passionem. O mira res, ò stupendum prodigium. Tota quippe es in uulneribus Iesu Christi, & totus Iesus Christus crucifixus est in intimis uisceribus cordis tui. Quid hoc mirabilius? Quomodo quippè est hoc, ut continens sit in contento? O homo uulnera cor tuum, si uis intelligere quæstionem. Aperi cor tuum clauis & lancea, & clarè ueritas subintrabit. Non enim intrat sol iustitiæ in cor clausum. Sed quæso te ò misericordissima Dña, uulnera corda nostra, ut sic fortè ualeamus intelligere quæstionem. Uulnera dulciter corda nostra, & in mentibus nostris tui filii renoua passionem. O intima Domina, cor tuum undique uulneratum coniunge cordi nostro, ut sic tecum tui intimi serui uulneribus pariter uulnerentur. Cur cor tuum Domina saltem non habeo, ut sic quocunq; pergam, semper tuo dulci filio uideam te confixam? O piissima Domina, si fortè non uis mihi dare tuum dilectum filium crucifixum, nec et cor tuum uulneratum, saltem quæso mihi

mihi misericorditer tribue tui filii contumelias, uulnera, illusiones, obprobria, & flagella, quia scio te sine dubio simpliciter habere ista, quæ enim mater si posset non libenter à te & à suo filio auferret toto posse passionem, infirmitates & flagella, & in suo poneret seruo? Aut si fortè ò Domina, sic inebriata existis uulneribus, nec uis ea à tuo corde uel à corpore filii tui separare, nec aliquid ea dare? saltem quæso Domina illis ignominijs, & uulneribus indignissimum me coniunge, ut sic tibi & filio tuo solatiuū sit, socium habere poenarum. O quàm beatus essem, si possem uobis saltem uulneribus sociari. Nam quid maius, quid dulcius, quid nobilius, quid utilius homini? O Domina, quàm libenter haberem cor unitum cordi tuo perforato. Non ne cor tuum Domina plenum est dulcedine gratiarum? Et si apertum est, quomodo illa superabundans gratia, non duceret cor meum taliter sibi unitum in sua uulnera? & si filius tuus est gloria beatorum, quomodo sic perforatus est? illius dulcedo gloria non emanabit in cor meum, nisi immediatus sit unitam. Non enim intelligo hoc aliter posse esse, sed tibi meo ualde, quia aliquando sumus multum à longe, & credimus esse prope. O carissima Domina, quare mihi quod peto non tribuis? Sic tu Domina offensa pro iustitia, cor meum uulnera. Uulnera obsecro cor meum ò Domina mea, nec me permittas sine uulneribus stare. Vbi quæso Domina ubi pietas tua, ubi est tua magna misericordia? O benigna Regina, ò Mater misericordia, ubi pietas tua omni pietate plena, ubi est ineffabilis, & immensa clementia tua? Quomodo ergo pia Domina non exerces in me tuæ miserationis effectum? uerè Domina mea tu es misericordia Regina, nec est in hac uita sic miser, cui non impetres misericordiam salutarem, si ad tuum declinauerit regimen. Certè Domina cum te aspicio nihil misericordiam cerno, nam pro miseris facta es tristis, & in agonia. Pro miseris facta es Mater Dei. Misericordiam insuper genuisti, & demum tibi miserendi officium est commissum, undiq; misericordia tu uallaris, solum misereri appetere tu uideris, nam multum es sollicita de miseris. Nos in filios tuos adoptasti, nos uoluisti regere Domina, & ideo Regina misericordie debere tu uocaris. Si ergo misericordia plena. Quis quod petierit non obtinebit? certè nescio nisi qui se miserum non cognoscit, quia non subest tuo regimini nisi miser. Aut fortè ille, qui etiam si se cognoscit miserum de tua tamen misericordia non confidit. Illi ergo soli pauent, qui se existimant esse iustos, uel qui misericordiam tuam non requirunt. Nos ergo miseri tecum de cætero in uulneribus habitemus. Tecum ploremus, tecum clamemus tecum pleni lachrymis, & singultibus uociferemur.

Quo planctu plorabimus? ò plena doloribus. Infusa nobis ò plena lachrymis, præbe nobis regulam ò uulneribus plena. O Dulcissima Domina audio clamorem tuum, sed non intelligo uocem. Vox enim tua dulcis, sed plena est singultibus amarissimis. Quid nam dicis? Fili mi quid fecisti fili mi? O dulcis fili, ò suauis amor ò cari spes, quæ nam est causa tanti cruciatu, ò decor meus, ò uita mea ò refugium meum, ò baculum senectutis meæ, quare me dereliquisti, quare me sic desolatam dimittis? ò dulcis fili, ò scintilla anima mea, quo ibo sine te, quo declinem absq; baculo? Vbi manebo? O infelix femina sine filio meo, ubi inueniam mihi dilectum meum? Cur ista ante tempus non indicasti mihi? cur ista noluisse sustinere absq; sinu matris tuæ? quare me non postulasti, ut tecum uenirem crucifigi? Nolo enim absq; te uiuere, non ne tu uita mea, lux mea, consolatio mea, refugium meum, portio mea, dilectum meum, honestas, humilitas, benignitas, gaudium meum, & omnes deliciae meæ? Vinere enim sine te mors mihi est. Tecum enim uellem ligari, tecum talapis cædi, tecum flagellari, spinis coronari, & breuiter omni tuo uulnere uulnerari. Non possum sine uulnere stare. Te enim intuens ò Dulcissime fili, uulnerantur tota uiscera mea præ nimio dolore, te uideo sic crudeliter uulneratum, te ab amicis derelictum, te facie liuidum, te in mediolatronum. Heu fili mi, heu mi me dolentem, quod faciam? Quare me permittis stare iuxta crucem, & te in cruce? O chara fili, quare non acquiescis petitioni in felicissima matris? Quare uis sine matre stare? Non ne cor meum tecum est? Sum me ergo & corpus meum, ut ambo in cruce moriamur. O fili amabilis. Quid est, quòd nihil dicis matri tuæ? An fortè oblitus es mei, uel de me non curas? Saltem indica mihi causam tanti facinoris. Quæ nam fuit causa filii poenarum, filii obprobriorum, filii sordium, filii clauorum, filii uulnerum, filii felle & aceto mixtis potatæ, filii lachrymarum? loquere, fili mi loquere. Aperi os tuum dulcis amor, sonet uox tua in auribus meis. Indica mihi quid faciam, quomodo tecum moriar, quomodo in cruce ascendam, ut possim te amplecti, te osculari, te lachrymis meis abluere? O amara crux, quare sic me crucias? O erudelitissimi clauis ex quibus filius meus tollitur à me. Saltem nunc reddite mihi filium meum iam mortuum, ut & ego moriar cum illo. Heu heu me dolens femina, infelix femina, relicta femina, orbata femina, uulnerata femina, quomodo ab omnibus sum derelicta & oblita. Non est, qui consoletur me. Non est, qui solacietur me in tanta amaritudine positam, sola manens, sola sum sedens in tristitia, sola plorans filium meum, sola lugens dilectum meum. Fili mi dereliquerunt me, amici mei spreuerunt me, Noti mei fugerunt à me. Omnes

nes enim que sua sunt quarunt, de filio meo nullus uideatur curare. O fili charissime, o fili benigne. An forte & tu dereliquisti me? Vel forsitan sine causa mortuus es? Quia nec mihi respondes, nec isti de te uidentur curare. Quare factus es mihi crudelis, cui semper fuisti benignus? Quid est fili mi quod nihil respondes matri tue. An forte non me audis, quia longè sum forsitan à cruce, uel quia nimis planè uocifero? Veniam propè, altius clamabo ad dilectum meum. Assumam planctum nouum, lamentum nouum, dolorem nouum, recentis lachrymas, & uulnera noua. Et sic semiuua manens, ad te accedam, ut sciam causam, pro qua dilectus meus cruciatur. O Dña mea, sufficit sufficit. Noli ultra accedere. Noli altius clamare. Noli amplius lachrymari. Noli amplius tristari, ne forte amittamus matrem cum filio. Iam enim sufficit uobis. Iam nimis amaricata es. Iam lamentum tuum audio. Dolorè tuum sentio. Lachrymæ tuæ molierunt cor meum. Uulnera tua me incipiunt uulnerare. O Domina uulnerum, audi clamorem filiorum Adæ. Obscero Domina mea ne ultra accedas, sed perfice in nobis quod incepisti. Tu enim uulnerata es, uulnera & cor meum uulneribus tuis amarissimis, ut tecum habitemus. Nam uita nostra tu es. O uita mirabilis, quæ mortuos uiuificare conaris. Per te Domina uiuificamur, per te illuminamur, per te à morte liberamur. O uita non senescens. Vita mortem non timens. Immo mortem expellens, mortales immortales constituens. O certè uita amabilis. Vita desiderabilis. Vita delectabilis. O uita carnales uitas ad nihilum redigens, & abhorrens. O certè uita contra mundi uitam. Qui uult te habere, se affligat, delicias respuat, delicata quæq; contemnat, quia qui amplius mortificatus fuerit, te amplius possidebit. O uita uulnerata, uulnera & mentem nostram, ut simul tecum in uulneribus habitemus. Non. n. absq; uita uiuere possumus. Si uita nostra es, cur non semper in nobis es? Cur non uulnera tua nobiscum sunt? Audi uulnerata Domina. Audi benigna Domina, chara Domina, audi seruum plorantem. Quo uis ire o Dulcissima Domina? Noli ultra ad crucem accedere. Magna enim amissus perdendo patrem, quare uis ut amittamus matrem? Nihil tristata es, nimis uulnerata es, nimis cruciata es. Noli Domina mea, noli querere causam tanti cruciatus. Sine me inquirere uulnera, sine me clamare, sine me plorare. Tu enim derelicta es a filio tuo, ego à creatore meo. Tu à genito tuo, ego à Domino meo. Tu enim habes filium crucifixum, ego patrem. Tu prolem cruciatam, ego patrem & matrem uulneratos, tu quem genuisti, ego pro quo uoluit à discipulo tradi. Tu quem lactasti, ego pro quo uoluit

lucè cruci tradi. Tu quem amplectabaris, ego pro quo uoluit coronari spinis. Tu quem manibus nutruisti, ego pro quo uoluit crucifigi. Tu quem osculabaris osculasti, ego pro quo uoluit uulnerari. Sine ergo Domina mea sine me flere, quia magis mihi licet quàm tibi. Tu enim innocens es & absq; peccato, ego sum nocens & peccator, ipse uerò quem ploras est ille, qui soluit meum peccatum. Ego qui peccando mereo pœnam. Ipse uerò qui moriendo soluit culpam, & tulit offensam. Ego qui clausum, ipse qui aperit celum, & spoliavit infernum. Si causam queris o Domina mea, ego sum causa. Tu enim ploras, sed ego sum causa. Tu enim uulnerata es, sed ego non, qui debeo uulnerari. Si uulnera ergo tua magis debent esse mea, quàm tua. Redde Domina redde quod debes. Quia mihi mea uulnera, mea dico, quia pro causa facta sunt. Nam tuum est corpus filij tui, quia illum genuisti, lactasti, nutruisti, induisti, amplexata es, osculata es, & curam habuisti. Mea enim debent esse uulnera, pro cuius causa perpetrata sunt. Certè si parentes mei non peccassent, ista uulnera non fuissent. O felix culpa, quæ talia meruit uulnera. Nam uulnera debent esse mea, pro quo soluantur culpa. Tolle ergo Domina mea, tolle quod tuum est, & da mihi uulnera mea. Sed certe si iuxta pietatem dixeris, quod debent esse tua, quia filius tuus est, & quia de stirpe nostra est, pro quibus soluitur culpa, uel certè, quia ista magis mereris, quia dignior es. Nolo ultra tecum querere rationem, sed societatem. Tu enim uulnerata es o Christi Mater, uulnera & seruum sine uulneribus miseram, & nil aliud præter uulnera postulantes. Non peto celum, nõ terram, non lunam, non sydera, sed uulnera. Non ne tu es Domina spes nostra? Non ne tu es Domina regis? Non ne tu es Mater præmij? Non ne tu es, quæ nos tantum exaltari desideras? Si ergo nos uis facere gloriosos, immo quia uis, quare negas nobis causam? Nam absq; uulnera saluari non possumus. O Domina mea, O uita mea, O spes mea, O dulcedo mea, O bona Domina uulnera corda nostra. Non ne plus sine comparatione nos diligis, ac bona nostra procuras, quàm mater carnalis? Quid enim aliud habes facere, quàm corda nostra uulnerare? Non enim possumus sine uulnera filij tui fratris nostri flere. Verecundum enim nobis ualde est, uidere filium tuum Dominum nostrum sic uulneratum, & te Dominam nostram sic crudeliter uulneratam, & nos peccatores serui uestri uilissimi, sic liberi pertransire, & illasi. Certè dulcissima Domina scio quid faciam. Ad te pro omnibus incessanter clamabo, quæ non respuis lachrymantem, nec deseris miserorum preces. Quomodo non clamabo o Domina mea sic orbatas? Nam orbatas à patre, uideor

deor derelictus à matre. Clamabo angustiatas, miseris infinitis oppressus. Clamabo corde anxius, stomacho vacuus, dolore acerbissimo percussus. Clamabo autem, ne forte doloris immensitate percussa, uidearis dereliquisse. Quare ergo obdormis o Domina? Exurge adiuua nos clamantes ad te. Quid ergo amplius moraris? Quare si nos affligi permittis? Si multum tardaueris, uocem clamando amittam, & amplius uociferare nequibo. Heu mihi, quid ruc faciam, cum à te penitus fuero derelictus & destitutus? Tunc quid faciam, cum mihi non poteris tua uulnera ministrare? Citò citò Domina subuenias clamanti, ne in manibus deficiam inimici. Festina cara Domina, & tuum iniquissimum seruum ad te clamantem parcendo adiuua, & eripe de manibus & periculis tui hostis, induere seruos tuos o bona Domina armis, scilicet uulneribus filij tui, ne deficiamus in prælio. Pugnamus enim cum hostibus tuis. Si enim aliud te Domina allicere non debet, nisi quia tuus hostis audeat seruos tuos inuadere fraudulenter, deberes ad nos quàm citius festinare. Curte Domina, curte & uulnera seruos tuos uulneribus sacris, ne uulnerentur ab hostibus tuis, uulneribus mortis. Curte ne, glorientur in tuis clientulis dominari. Curte ne dicant, ubi est eorum Domina, de cuius auxilio confidebant. O Dña nostra non mireris si clamamus, quia nimis impugnati nimis elongati, nimium sumus à uulneribus tuis separati. O anima mea, cur non es potius à corpore separata, quàm à tua Domina sic uulnerata exulara? Exules enim sumus à patria, exules à uisione diuina, & non ut exules à gratia. O Domina mea, quare exul sum à societate diuina? Si exul sum à matre, certè & à Christo patre. Heu mihi, cur sum in tam longum exilium relegatus? Cur in ista ualle lachrymarum derelictus? Quare facta es mihi sic crudelis? Quare me sic desolatam relinquis? An forte non me audis? Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuertere. Non dubito Domina, quod si nostras aspexeris miserias, si aspexeris istos nostros dolores, non poterit tua miseratio retardare sua uulnera. Uulnera Domina uulnera seruum tuum clamantem, languescentem & plorantem. O Domina mea. O fons pietatis. Laus sanctitatis. Flumen bonitatis, O Mater desiderabilis, quàm beati sunt, quos aspiciunt oculi tui. Aspice Domina aspice in me & miserere mei, quia unicus & pauper sum ego ualde. Nam tribulationes meæ multiplicatae sunt dolores mei circumdederunt me, oculi mei languerunt præ nimia tristitia. Nam tantum differre, mors mihi est. Præbe Domina, præbe mihi uulnera tua. Attende Domina suspiria nostra. Audi dolores nostros, præbe autem ad lamentum nostrum. Quis ergo Domina ad te non suspirabit

amore, suspirabimus etiam & dolore. Undique nos angustia premunt. Quomodo ergo non suspirabimus ad te? Tu enim es solacium miserorum, refugium expulsoꝝ, liberatio captiuorum, mater paruulorum, consolatio afflictorum, Domina uniuersorum, etiam inimicorum. Nec est qui uoluntati tuæ possit obuiare. Sic ergo afflicti, sic miseri, sic lachrymosi, sic dolorati ad te Dominam suspiramus, suspiramus ad te affectantes tuum filium uidere, suspiramus etiam desiderio uulnerum, tanquàm paruuli ad tua uulnera anhelantes. O clemens Domina, o pia Domina, o Dulcis Domina, cur non aquiescis petitionibus meis? Conuerte Domina, conuerte oculos tuos misericordes, et uide tristitiam nostram. Non enim possumus sine uulnera à te recedere. Uulnera Domina, uulnera nos uulneribus tuis, quia nil aliud uolumus, nil perimus nisi uulnerari. Quid est Domina, quod sic mihi de his uulneribus es avara, quæ semper cunctis fuisti, & es dulcis, liberalis, & larga? hoc solummodo quero, hæc uulnera sine intermissione solummodo peto cum clamore, cum pijs lachrymis, canzelatis manibus, tuis prouolutus pedibus, benignè & humiliter postulo & postulabo, nec desinam à ploratu, donec me sensero tuis uulneribus uulneratum. Et sic tandem, aut hæc uulnera mihi tribues, aut me percutes ut recedam. Et sic sine uulneribus non recedam. Quia tantum stabo ad tua flagella, patienter sustinendo dolorem, donec à te ero undiq; uulneratus. Si autem me uolueris sine percussione blandiri, perseverabo constans, & tua libenter recipiam blandimenta, & ipse tuæ blanditiæ meum cor amoris seruore dulcissime uulnerabunt. Si autem nihil dixeris uel feceris mihi, tunc cor meum crudelissime uulnerabitur præ nimia tristitia, & dolore, & sic saltem à te sine uulnera non discedam. Hæc omnia dulcissima Domina ad te exclamando perficiam, nec cessabo, donec sentias cor meum tuis uulneribus uulneratum, uel à doloribus meis cruciatum. Sed si ambire nolueris, uel certè non merear à tuis uulneribus uel doloribus meis uulnerari, sic afflicti, sic desolatus, sic lachrymosus, sic doloratus, sic anxius, sic à te semiuuius relictus, ad crucem amplexatus dilectum filium tuum Dominum meum, iterum sicut potero exclamabo, ut qui miseratus est super latronem, in cruce ipsum consententem, miseretur etiam super seruum crucis pedibus prouolutum, & dicam sic.

Oratio.

Domine Iesu Christe o uerè amice, qui me sic dilexisti. O amantissime sponse fac luctu ex spūto, & line oculos tuos, ut qui cæcus sum, uidere ualeam dolores tuos, & uulnera tua.



ua. Introduc me Domine, quatuor indignis-
simum famulū tuum, in gazophylaiū ueri templi,
ut intueri ualeam, quid quantūq; in cruce ob-
tuleris patri pro nobis. Fortasse anima mea,
quāuis a te uero sponso multis iniquitatibus
induita, offerret tibi duo minuta. Respice me,
quāuis prodigum filium, ad comedendum uti-
tulum saginatum in cruceq; assatum. O uere
magister, doce me thesauros sapientiae beatissi-
mae mortis tuae. Iterum atq; iterū Domine ape-
rire digneris latus tuum mihi nequisimo seruo
tuo, ut oculi qui depradati sunt animam meā,
in tuo latere inueniant pradam meam. O bone
Iesu nimis faxeum est cor meum, nisi emoliat
sanguine tuo, nimis dispersum est cor meum, ni-
si recolligatur in latere tuo. O dulcis pastor, nam
ego sum illa ouis quae periit & errauit, pro qua
in cruce posuisti animam tuam. Ecce ego sum
agnosce eam, & introduc me in foraminibus pe-
trae in caulas uulnerum tuorum. En Domine
mi tua passione me diligenter custodias. Nam
sine tua morte morior, sine tuis uulneribus ab
inimicis uulneror, sine tuis flagellis uirga non a-
quitatis, sed iniquitatis flagellor. Et quia nesciui
perseuerare postulando, & amplectendo tuā dul-
cissimam passionem, iam quasi ad nihilum red-
ductus sum. Vā mihi quia dimisi ignominiam
crucis, factus sum omnium ignominiosissimus.
O Domine quia dimisi stultitiam crucis, stultis-
simus & uanissimus factus sum, quia infirmita-
tem tuae passionis neglexi, infirmisissimus factus
sum, quia in doloribus uulnerum tuorum nō in-
traui, spinis crudelissimis inimicorum conhxus
sum. Quid dicam? nisi cor meum domine ape-
riatur a uulneribus tuis & doloribus, quod a ne-
quistimis uitis aperitur, nisi sciat latitare in
uulneribus tuis a latronibus plagis ipso. Ipo-
liabitur. Nam passio tua Domine perfectissima
medicina est, sine qua nulla medicina nullum re-
medium potest inueniri. Per uulnera enim tua
bone Iesu, omnia uicia ad nihilum deueniunt.
Ipsa est quae aures sepit, ne audiant uana uel pra-
ua, oculos claudit, ne aspiciat mortifera uel no-
cua, & breuiter omnes sensus meos custodit,
edocet & dirigit. Ipsa enim fouet mutuam dile-
ctionem, auget internam deuotionem, eleuat
ad supernam contemplationem. Hanc ergo Do-
mine acerbissimam, & ignominiosam passionē
da mihi in matrem, quādiu mater tua uulneret
me, uel certē tu bone Iesu trāsfige medullas cor-
dis mei tuis crudelissimis flagellis. Nunc uenio
& requiro eam. Obsecro Domine, ne mecum
agas iuris rigore, sed tuae clementiae benignissi-
ma dispensatione, hanc ergo da mihi Domine,
quia hanc amaui, hanc dilexi, & concupui,
hanc totis uisceribus amplexari cupio. Da ergo
Domine, da mihi uulnera tua. Ipsa sola mi-
hi sufficiunt. Ipsa sola medullitas me nutriant,
& sufficiunt in hac uita, ipsa sunt uita mea, con-

solatio mea, delicia mea. Ipsa enim o bone Iesu
passio tua lax est & sapientia mea. Ipsa reducit,
adducit & deducit me. Sine ipsa deuo, sine ipsa
erro, sine ipsa a portu salutis declino. O care Ie-
su, nihil aliud a te peto in hac uita, nisi ut perfe-
ctē crucifixus sim tecum in cruce. Certē dulcis-
sime Iesu, nolo uiuere, nisi tecum moriar. Aut er-
go da mihi mortem corporalem, aut in corde
meo imprime tuam mortem. Heu mihi miser
quare natus, nisi dominum meum amplectar in
cruce, & requiescam in uulneribus eius? Nunc
autē magis eligo ad pedes tuos crucifigi, quā
tecum in deliciis affluar paradisi. Hanc tuam bea-
tissimam passionem uolo, hanc peto, hanc to-
tis internis medullis concupisco. Omnibus pro
ipsa abrenuntio, & etiam meipsum relinquo.
Ipsa mihi sit anima & corpus meum, & omnes
consolationes meae. O dulcis samaritane uulne-
ra me uulneribus tuis, mebrua me sanguine tuo
pretioso. Scindant cor meum dolores tui. Quid
est bone Iesu, quod me sic deseris esurientem?
Sic spernis clamantem? Nam pro me fecisti coe-
lum, solem, lunam, & stellas, ignem, aerem,
terram, & aquas, aues, pisces, bestias, & repti-
lia, arbores & olera, aurum & argentum, & u-
niuersa quae sine sursum sine deorsum ambitu
contineantur. Sed quis haec de manibus tuis qua-
siuit? sine petitione sine instantia, haec nobis u-
niuersa dedisti. Et tota die ac nocte affligo ani-
mam meam, petendo uulnera tua dulcissima,
postulando ignominiosam mortem tuam, esu-
riendo potari sanguine tuo pretioso, & uix unā
guttam non ualeo impetrare. Scias Domine,
quod mihi omnia uulnerūt pro ipsa morte tua.
Tolle Domine tolle uniuersa, omnia tibi resti-
tuo, & da mihi uulnera tua. Haec super caelum
aspiciunt cor meum, super sidera mihi resurgent,
illumināt intellectum meum super aerem, super
ignem accendunt meum affectum, super aquas
emoliant animam meam, & super terram fla-
billunt & facundant affectum meum. Haec su-
per auiibus, & piscibus utiliora, fructibus suauio-
ra, arboribus & oleribus amoeniora, auro & ar-
gento, & margaritis pretiosiora. Immo certē
haec omnia nihil & uanitas sunt, respectu tuae
beatissimae passionis. Hanc uolo, hanc peto Do-
mine, hanc tribue mihi in matrem. Non peto
Domine non peto mundi delicias, sed tuas angu-
stias, non pulchritudinem, sed tuam crudelis-
simam mortem. Citō Domine Iesu citō tri-
bue mihi causam, iam amplius noli differre. Nā
infans sum & indigeo lacte. Non enim potest
infans absq; lacte uiuere. Praebe Domine pra-
be ubera uulneribus tuis, ne fortē deficiam
exaustus. Intrent cor meum uulnera tua, &
ipsa intrent intima mea, & erit anima mea
reficiata pinguedinis, dulcedine, liquefacta a-
moris ardore & exhilarata odoris suauitate.
Sed quis sum ego domine, ut a te talem matrem
audeam

audeam petere, quam solis amicis tuis & inti-
mis proceribus tuis comangis? Sed quāuis ua-
nitas & detestabilis sanies sim, tamen semper
de tua immensa clementia praesumo, & si nō ha-
beam puritatem & sanctitatem dulcissimam ma-
tris tuae, ut dignē secum tibi compatiar, latronis
tamen prauiditatem habeo, ut secum ad latus tuū
crucifigi debeam. Magis enim in hac uita deside-
ro domine cum latrone tecum in cruce ascende-
re, quā cum Petro Iacobo & Ioanne in mon-
tem transfigurationis ascendere. Nam mihi ma-
gis placet ad praesens, oculo mentis te uidere cō-
spicuum, quā transfiguratum. Et si non sim tan-
quā uelut nobilissimum in templo, ut in mor-
te tua scindar, sum tamen foetidissimum monu-
mentum, ut ad apertionē tui lateris aperiri de-
beam. Quid in me quaris Dñe? Si in morte tua
petrē scilicet sunt, ego sum durior petra. Si enim
terra mota est, & ego terrenissimus sum. Quid
ergo iniquitatis deest in me, ut non indigeam
tua morte? Esti caelestis non sum, ut tibi compa-
riēdo nequeam cum Sole obscurari, tū inferna-
lis conuersationis sum, ut in hoc triduo mortis
tuae a te debeam uisitari. Non ergo te Dñe rera-
hat iniquitas mea, quin mihi hāc nobilissimam
matrem ignominiosam mortem tuam, insepara-
biliter mihi eius desiderio astuanti coniungas.
Ipsa n. est excellentissima omnium gratiarum,
quas mihi tribuere possis. In ipsa fuit summa
Dei dignatio, summa ad nos Dei diffusio. Ipsa
sua sapientia & prudentia percussit superbiam
stram. Sua potentia animas de inferno transue-
xit in caelum. Sua bonitate & humilitate placa-
uit, immo & donauit Deum. Ad cuius fragran-
tissimum odorem sentriunt, & suscitantur mor-
tui. Ad cuius suauissimum tactum roborantur
infirmi. Pro cuius dulcissimo gustu reficiuntur
& cōsumantur perfecti. Talis est o filii o filie He-
rusalem sponsa mea amica mea, mater mea &
desiderium animae meae. Ipsa inimicum meum
Diabolum superat, me a mundo alienat, & car-
nem meam castigat. Mihi ergo absit gloriari ni-
si in cruce Dñi nostri Iesu Christi, in quo est sa-
lus uita & resurrectio nostra, per quā mihi mū-
dus crucifixus est, & ego mundo. Magna mihi
quippe Dñe gloriatio, quod pro me caelum, ter-
ram, sidera, & alias inferiores creaturas fecisti.
Sed multō sine comparatione mihi maior glo-
riatio, quod pro me formam serui accipiens, factus
es similis mei, me regens, me gubernans, me nu-
triens, me cunctis animalibus preponens & exal-
tans. Pro me autem factus es & suriens, striens, it-
nerans & laborans, tantūq; incommoda patiens,
ut penē uniuersa mūdi mala sustinneris. Tu dul-
cissime Dñe omnia ista non mihi sufficiunt, nisi
superaddes & uulnera tua. O bone Iesu. O cha-
ra spes. O dulcis amor nonne è caelo es lapsus,
ut me perditum quæreres, ut damnatum redi-
meres, ut me uenditū tuo sanguine pretioso re-
cuperares, ut me exulem a patria, tuis sacratif

simis uulneribus ad propria remeares? O dulcis
pastor. O cordium exhilarator quid retribuam
tibi pro omnibus, quae dedisti mihi? Certē nescio
Dñe Iesu quid tibi tradam, cum nihil sim absq;
uulneribus tuis. Quid a me postulas, o dulcis
amor? An fortē tuis cor meum, ut maneat tecum
in uulneribus tuis? O q̄ libenter tibi dabo illud,
dummodo eum uulneres. Tolle Dñe tolle cor
meum, & uulnera illud. O Dñe quae est ista locu-
tio, quomodo ausus sum tibi uelle dare cor meū
tam prauum, tam iniquum, & sic inquietum? Et
tamen omni die, & omni hora audio te cla-
mantem. Fili da mihi cor tuum. Ex quo libenter
tibi dabo illud. Dñe tu te totum mihi dedisti,
& a me solum cor meum requiris? O immensa
clementia. O ineffabilis benignitas. O mira di-
gnatio. O lōgicudo, latitudo, sublimitas, & pro-
fundum charitatis diuinae, uilissimum lutum
sum, detestabilis sanies, & uilissima creatura. O
q̄ magnū mihi est Dñe, ut tu tam excellēs Rex
regum & Dñs dominantium a me uilissimo, &
inutili seruo tuo, digneris postulare & uelle cor
meum. Certē si haberem cor ita magnum, q̄
ipsum solum esset maius, q̄ omnia simul corda
filiorum hominum, & q̄ affectus omnium Ange-
lorum. Et ut mirabilis loquar. Si cor meum
adeo esset magnum, ut plura corporalia & spūa
lia simul actu contineret, uel continere posset, q̄
caelum Empireum, q̄ montes, & colles, & om-
nes abyssi, ipsam certē totum & totaliter tibi
darem, & dare deberem. Et adhuc tibi tanto
Dño hoc totum munusculum paruū esset, im-
mō nihil esset. Quāto ergo magis illam modi-
cam scintillam cordis quā habeo, tibi dabo,
& libentissimē & totaliter in te & in tua uulne-
ra ponam? Hoc enim per maximum est, non ti-
bi, sed mihi, ut cor meum digneris habere. Non
ne ergo stultus es, si illud de cetero alicui crea-
tura applicarem, cum tu Deus & creator meus
ipsum uelis, & petis habere? Certē nolo etiam q̄
in me ipso amplius maneat, sed uolo q̄ ipsum
tecum in te totaliter requiescat. Tu enim ipsum
creasti ad te dignē laudandum. Melius enim mi-
hi est & cordi meo, ut ipsum remaneat tecū in
cruce uulneratum, potius q̄ in iucunditate ter-
renorum omnium, potius in tuo latere, q̄ in ater-
na iucunditate & bonitate immensa, potius ad
praesens in tribulatione, q̄ in diuina maiestate.
Potius in tuo labore, q̄ in meo corpore. O q̄ me-
lius mihi est stare in tua securitate, q̄ in mea
fragilitate, potius in tua lamentatione quā in
mea iniquitate. Tolle Domine, tolle cor meū,
& ure eum sancti spiritus igne. Ut te semper q̄-
rat, te sitiat, te amplectetur, & osculetur, te cum
clamans doloribus uulneretur, tecum lu-
gens misericordiam impetret, & te-
cum moriens uitam inueniat, te-
qui es benedictus in saecula
saeculorum. Amen. Quō

Prou. 17.
Quod ho-
mo cor-
sui Deo
praebere
debeat.



Quod homo propter celestium gustum, terrena abhorere debeat. Cap. V.

Psal. 72.

Multum mirari debemus, immo non mirari nitentur, quomodo homo semel degustans dulcedinem Dei, possit ab eo aliquatenus separari, quomodo non obliuiscatur omnia ex nimia ebrietate, etiam comedere & dormire. Et si aliquando aliud ante ipsum ponatur, quomodo potest aliud quam suum Deum benignissimum intrinseci, etiam in eo summa dulcedine delectari, & cum ipsum sciat in omnibus esse, & in omnibus ipse ualeat inueniri. O quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. O quam dulcis, & suavis est spiritus eius in eo. O quanta amaritudine, quanta tristitia, quanta anxietate repleri debet animus, qui etiam ad momentum a tanta dulcedine sequestrat. Certè si homo esset bene inebriatus sui creatoris amore, nihil in omnibus quereret, nisi quomodo suo creatori posset diligentius, & perfectius deservire. Et propriam penitentiam quantum posset uoluntatem abscidens, solumque magis placere Deo studens, cum impetu animi ipsum assequi niteretur, & coniungi. Ut sic in omnibus & per omnia non quæ sua sunt quereret, sed quæ Iesu Christi. Obluisceretur quodammodo sui, memor solius Dei. Hic talis & tantus præfurore, & amoris immensitate non multum (ut credo) distingueret inter gradum & gradum, uitam & uitam, statum & statum, personam & personam, tempus & tempus, locum & locum. Sed solum quocumque modo, & quacumque hora discernere posset, suo creatori placere. Quid amplius, statim proficere conaretur, & toto animi affectu tendens in Deum omnia comunicans. Quia quanto creaturæ ad Deum minus reducuntur, à se inuicem amplius distinguuntur. Et quanto ad Deum amplius reducuntur, tanto se mutuo amplius uniuertur. Omnia ergo communicans, id est ad unum usum commune omnia reducens. Quod facit quis, cum nihil requirit in omnibus nisi honorificentiam Dei, ad quam sunt uniuersa, & ad hoc omnia ordinat, & in uero creatore coniungens, quæ uerum est, cum uniuersa in Deum collocat, & solum Deum in omnibus intuetur, & in uno creatore omnia coniungens, in omnibus nihil nisi Deum uideret, semper suspirans, semper anhelans ad seruiendam in omnibus Deo suo. Nam totus accessus, totus ignitus, non considerat quid sibi suauius, quid dulcius, sed quid Deo amabilius. O felix talis, qui cum actiua contemplatiua haberet, & sic Deo ministraret ut Martha, & tamè à pedibus non discederet cum Maria. Sic se angelicus spiritus niteretur conformare, qui nobis ministrando, à diuina contemplatione non uacant. Quid est aliud nisi cum ministrat fano, cum seruit infirmo, semper in eis Deum intueri, & frui Deo proximo assistendo, manum porrigit ad proximum & cor ad Deum, proximo seruit ut homo,

Actiua uita cum contemplatiua mixta, plurimum iuuat.

mini, sed ut in homine Deo. Totum semper refert ad illum, qui dixit. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et ideo cum in lecto uidet infirmum, uidetur sibi, quod uideat Christum suum, ac per hoc nihil sibi difficile, nihil abominabile, nihil ignominiosum facere pro infirmo, ac pro alijs uidetur desolatis. Sed omnia dulcia, omnia suauia, omnia amabilia iudicat, cum sic in proximo Christo ministrat. Credo sine per iudicio, quod qui sic ut dictum est, serueat & diligenter Christo in proximo ministraret, pure per Christum & totaliter tendens in ipsum, quod plus mereretur, & uirtuosius moueretur, & à Deo amplius approbaretur, quod si proprio Christi corpori ministraret. Et hoc patere potest. Unus enim pessimus homo, si uideret Christum in uno lecto, & bene cognosceret ipsum esse, credo non esse dubium, quod sibi diligenter ministraret. Sed sibi Christo in proximo cum tanto seruire, & diligentia ministrare non posset, non perfectus, ut credo, immo, ut ita loquar, plus quam perfectus. Et ideo toto animi conamine hanc gratiam nitamur habere. Quis enim decetero abhorrebit leprosum, declinat in infirmum, negliget desolatum, cum in eis uideamus Christum? et plus possumus mereri, & Deo placere, ut probatum est, quod si ministraremus & ipsi Christo. Cur autem tota die anxietatis post Christum? indicabo tibi quem diligis anima tua, o sponsa dilecti. Certè in infirmaria iacet, & ibi angustatur, ibi torquetur. Curte & sibi ministra, sibi compateri infirmanti. Cur instas sponsa quotidie, ut sponsi oculo osculeris? accede ad leprosum & osculare eum, quia ibi iacet sponsus. Cur sponsa miserima præ sponsi amore languere te dicis, & ipsum quotidie nudum, discalciatum, & afflictum ante te uideat trahere, & negligis, nec etiam compateris sibi? Et si non possumus fratres omnibus præstare obsequia, quia multi sunt super indigentes, saltè omnibus cordis comparsione donemus, & in omnibus consideremus Christum. Credo sumiter, quod si ipsum neglexerimus in ceno, ipsum non habebimus in celo. Audi quid dicit, infirmus eram, & non uisitastis me. Timeamus ergo fratres mei illam sententiam, quæ statim sequitur, scilicet, Ite maledicti in ignem æternum, &c. qui toties negleximus eum. Non ergo decetero interroga mus eum ubi iaceat, ubi cubat in meridie, quia iam nouimus locum, scimus quod in infirmaria iacet, non restat nisi præstare obsequium. Audite obsecro consilium meum, & non aspiciatis ad factum meum. Qui enim uult, ut dixi, cum actiua contemplatiua habere uitam, ut suum Deum in omnibus contempletur. Videtur, quod hæc uia sit breuis & bona. Videlicet ut se totum recoligens, intret ad cor suum, & intima cordis ingrediens, se reuoluat in Deum, ut nihil nec uideat nec sentiat nisi Deum, & sic tunc quodammodo deificatus, & transformatus in Deum, ad quodcumque se uertet, non considerabit nisi Deum,

Mat.

Infirmi seruiunt plus, quam si ipsi & ministrant.

In infirmaria iacet, & ibi angustatur, ibi torquetur.

Mat. 23.

Ibidem.

Cant. 11.

& quicquid operis facit, non iam homini, sed Deo facere existimabit, & sic in labore actiua, & contemplatiua uitæ seruet. Et si contingat, immo quia continget ab hac nobili discedere forma, ad ipsam statim nitatur redire, & hoc totiens faciat, ut quasi in habitum ducat. Et hoc magis oratione, & diuina largitate, quam aliqua industria impetrare se credat. Et si hæc omnia nimis tibi difficilia uidentur, saltè ad hoc conare, ut semper & in omnibus quæras facere, quod magis honorificum Deo sit, & cõforme Christo, utile tibi & proximo, afflictiuum & ignominiosum corpori proprio. Sed si hoc habere cupis tu contemplatiue, & toto corde desideras, à Deo confidenter postules, & desiderium animæ tue tribuet Deus tibi, & tua non fraudaberis uoluntate, sed mentem tuam eleuans, te præueniet in benedictionibus dulcedinis, & tanquam corona lapidis pretiosi à semetipso circumdabit mentem tuam. Scias tamen, quod nullus perfecte poterit inuenire Deum, nisi qui perdidit semetipsum. Nullus poterit cum Deo stare, qui suum affectum habet ligatum, uel inclinatum alicui creaturæ.

De diuina bonitate erga nos. Cap. VI.

Deus meus quomodo sum ausus te alloqui, uilissima creatura. Nam ego fœtidissimus sum, ego horribilissimum sterco, & uermis nequissimus sum. Tu autem Deus Deorum, rex regum, omne bonum, omne honestum, omne pulchrum & optimum, omnis utilitas, omnis amenitas, & omnis suauitas. Flos splendoris, fons dulcedinis, fons odoris, fons amenitatis, fons iucunditatis. Fons amoris, & intimæ dilectionis amplexus. Et tunc me rogas, & ego à te faciem meam auerto? Me sequeris, & ego à te dice fugio? De me à bonæ Iesu es sollicitus, & de te non curas? Mihi semper seruis, & ego te semper offendo? te mihi tribuis, & ego te contemo? Me ergo miserum & uanissimum diligis, & ego te infinitum, & inenarrabile bonum sperno, & horrorem, fœtorem, & mortalem dolorem, tibi colendissime, benignissime, amatissime spõ se præpono? Nam plus me allieit creatura quam creator, uanitas quam eternitas, & instabilissima miseria quam felicitas summa, plus me inclinant sordes, quam eleuat pulchritudo, seruitus quam magnitudo, & amaritudo quam dulcedo. Nam & si meliora sunt uulnera diligis, quam fraudulenta oscula, tunc plus approbo & affecto fraudulenta oscula odieris, quam uulnera diligis. Sed ne reminiscaris Dñe delicta tua, ne parētū meorū, sed pietatis tuæ uiscera, & dolores uulnerum tuorum. Non quod ego, sed quod tu in me fecisti respice. Non quod ego egi, sed quod tu pro me sustinisti considera. Si me uolendis diligis, immo quia me chare diligis, cur me mihi relinquis? Cur cor meum quod sic anxius queris, uagari permittis? O dulcissime sponso, non me permittas à te elongari. Me tene

timore, stringe amore, quicquid dulcore, uulnera uulnera, inebria sanguinis potatione. Certè ego nequeo, nescio, nolo tibi seruire, non uult cor meum tibi adherere. Immo uix particula cordis te amare. Hæc tunc in me operari tu potes, tu scis, hoc de me tu uis, & à me exis. Quid ergo hospes aia mea, deficiat ego in beneplacito tuo, uel meo? Obsecro ut non præualeat homo, sed Deus, o bonæ Iesu noli in hac contrarietate deficere, sed me reficere, noli succumbere, sed festinater succurrere. Nunquid non sum totus tuus, non ergo te permittas prædari, non tibi iniuriari, non te tua intentione fraudari. Nam me totum ad tuum honorem fecisti, ut tibi perfecte in presenti obsequar, & te in æternū fruam. Non ergo indigneris Dñe contra creaturam tuam quam psalmisti, & pretioso sanguini redemisti. Sed contra peccatam quod ego commisi, & inimicum cui ego cõfessi, ut in me destruas & anihiles, & à me eloges omnem nequitiam, & immunditiam, quia ut destrueres opera Diaboli, in mandum uenisti. Non inueniatur in me, nisi quod tuum est. Quæ ergo conuentio Christi ad Belial? aut lucis ad tenebras? Cur ergo Dñe nobilissimum opus tuum Diabolica suggestione permittis fœdari? Cur animum meum iniquitati misceri? Cur ergo bonæ Iesu, festina, suscita amicum, immo totum hominem tuum, uincat sapientia tua meam malitiam, & diabolicam astutiam sub plantet, memor esto obprobrij seruorum tuorum, inimicorum obprobriorum tuorum. Memor esto quid pro me fecisti, immo quid pro me aliquando sustinisti, & ne frauderis tanto labore. Memor esto quod sedule me quaesisti, & quasi gaudenter inuentum, in humeris tuis portasti. Sed heu Domine habita portione, quæ mihi contingebat, quia unicuique das secundum propriam mensuram, abij in longinquam regionem, & uiuendo luxuriose, id est nimis, me & creaturas tuas indebitè & lasciuè amando, & totam substantiam meam dissipauit. Nunc tempus recognoscendi penuriam & miseriam meam, & famelico appetitui, ad paternæ misericordiæ uiscera redeuntem, oculis tuæ pietatis ignosce, & dignate, mihi gradibus tuæ gratiæ latibundus occurrere. Cum amplexibus pacis & quietis oscula largiaris. Certè Dñe recognosco, quia in cælum, id est totam curiam cælestem, & Ecclesiam Romanam, immo in omnem creaturam tuam, & coram te, te contemnendo, peccauit. Immo tibi soli peccauit, & malum coram te feci. Et certè non sum dignus, uocari filius tuus, non etiam mercenarius tuus, aut etiam seruus, aut aliqua uilissima creatura tua. Sed dulcis Iesu miserere mei in uulneribus tuis, & dele iniquitatem meam, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Quia dicunt animæ meæ inimici mei, non est salus ipsi in Deo eius. Obsecro Dñe, speratur & detur mihi charitatis stolla. fidei feruentissime amulus, & calceamenta elegantis, & firmantis spei. O bonæ Iesu,

1. Cor. 6.

Psal. 30.

Psal. 3.



Iesu, aperi cor meum ad uulnera tua, ut quantum me diligas cognoscam. Ut sic ebrius tuo sanguine, totus i tui resoluatur amore. Intret dolor tuus in intima mea, & omnem amorem expellat alienum, sicut tecum crucifixus mundo, ut sic mortuus, uita mea sit abscondita tecum in Deo. O uita beata, uita felix, da mihi quod peto, unum est mihi, & unum solum peto. Abscedat ergo pharasma multitudinis, unus est dilectus meus, unus est sponsus meus, unus est amor meus Iesus Christus, Deus meus & spes mea in aeternum. Nihil ergo sapiat, nihil alliciat nisi Iesus Christus. Nihil iudicet me scire, nihil amare, nihil affectare nisi Iesum Christum, & hanc crucifixum. Sit namque totus meus, ut sim totus suus, & fiat cor meum unum cum ipso, & sic abscondita erit uita mea mundo, & associata ipsi Christo. Ergo bone Iesu recollige me uisceribus, refice me uberibus, inebria me uulneribus, Et a ergo anima mea ad uiscera compassionum uade, quibus plorauit in infantia super Hierusalem, super Lazarum, & in cruce super peccatum tuum. Respice anima mea, & uide quantum te dilexit sponsus tuus, quantum te quaesuit, & humeris proprijs portauit. Vide quantum pro te lachrymatus est. Occurrere anima mea, occurre obuiam sponso tuo, & associa te ipsam per quod plorat. Ablue te fluminis eo impetu egredientis de tuo corde, & latificabis ciuitatem Dei tui. Si enim fluuius lachrymarum egrediebatur de loco uoluptatis, id est de Christo, plenus delictis, quanto magis debet egredi de loco iniquitatis, & omnium spurciarum, id est de corde superbo & corde iniquo, odio, mensurioso & nephandissimo? Ergo bone Iesu pro me summis delictis plenus, plorasti. Eas igitur & anima mea ad uerba instructionum, exortationum, & promissionum, quia Dñe uerba uite habes. Eas etiam ad uulnera exprobrationis, illusionis, occisionis & doloris, scilicet passionis & compassionis. Attendite (inquit) & uidete, si est dolor similis, sicut dolor meus. Immo Dñe attendam, & uidebo, si est amor sicut amor tuus. Et ideo nihil nisi te, & propter te uolo amare. Tu enim Dñe me iniquum & pessimum contemptorem tuum, sic charè amasti, sic itimè dilexisti, ut tanta pro me dignaretur sustinere & pati. Et ego infinitum bonum, & patrem pijsimum te sponsum dulcissimum omnis pulchritudinis & suauitatis, cur non tam diligam, ut saltem pro te moriar mundo? Immo moriar mihi, ut totus tecum affixus, in quo nihil sentiam nisi te, nihil queram nisi uulnera & obprobria tua, ut uiam iam non ego, uiuat autem in me Christus. Quid ergo retribuam Christo meo, quid Dño meo, quid sponso meo dilectissimo pro tot laboribus, tot necessitatibus, tot iniurijs, tot obprobrijs, tot flagellis, tot angustijs & uulneribus, quæ pro me sustinuit? O Dñe quid tibi retribuam? Nihil habeo nisi peccatum, non decet tanto Dño offerre malitiam, non superbiam, non aliquam foeditatem

tem tantæ puritati. Sed quid retribuam tibi, nihil boni habeo. Sed da mihi Dñe quid retribuam, largire mihi de thesauro tuo o bone Iesu. Porrigere mihi uulnera tua, & sufficit mihi. Nam calicem salutaris accipiam, & nomen tuum inuocabo Dñe. Accipe Dñe sacrificium laudis, accipe hostiam immolantis. Tolle cor meum dulcis Iesu, tolle, & ne permittas amplius illud uagari. Nam omnia ossa mea exultabunt in Deo meo, quia totum me offeram salutari meo. Quiescat cor meum in dulcedine bonitatis immensa, laudabo excellentiam summam glorie. Sequar uestigia passionis acerbæ. Omnia abiiciens, totus in te stans, nihil in te sentiens, resoluatur in te, & in te requiescam, abscedat uanitas, accedat deitas, transformet charitas, & sim totus diuinus. Aperiatur cor, aperiatur uulnera, iungatur intima, & sim unus cum Christo. Amen.

Quomodo Deus permisit se uulnerari, & de recognitione tanti beneficii. Cap. VII.

ODñe ferrum creaturam insensibilem, uoluit tuum corpus uulnerando intrare. Et creaturam rationalem ad similitudinem tuam creaturam imaginem, per iam facta uulnera ingredi non permittis? Quid est hoc Domine Deus? Nunquid cor meum uilius omni ferro? Aut forte times, uel cogitas ipsum fore durius, & crudelius? Sed tamen quid tibi oberit mea crudelitas, si ad te per aperta uulnera introibo, cum ammundo sis penitus impassibilis, & ab omni passione immutabilis? Si enim per tua uulnera intrem, quantumcumque per ipsa discurrendo, attingam & palpem cor tuum, & carnes tuas præ amore nimio manducem, tu tamen impassibilis permanebis. Et nihilominus ex hoc meus satiabitur appetitus, ita tamen ut semper in tui amore amplius intendatur. Et quid plus uociferor tota die? Tardas, & non uenis, & iam ego lassus desiderio incipio insanire, quia me regit non quippe ratio, sed potius ardens amor. Qui me uident, me derident, & utrum tui amore sim ebrius, non cognoscunt. De me inuicem colloquuntur, & dicunt. Ut quid iste insanus uociferatur tam fortiter in plateis? Et iam quantum sit desiderium cordis mei, penitus non aduertunt. Ignorant enim, quod amor intus impedit totaliter usum sensus, & qui feruenter te querit, se ipsam in te simpliciter derelinquit. Qui enim inquit te sollicitè & pleno corde, sic certe de extrinsecis parum curat, ut frequenter quid faciat, penitus non aduertat. Veni ergo bone Dñe, & noli amplius tardare, ne forte nimio desiderio tui hanc simplex, & simpliciter sine sensu. Sed forsitan hoc requiris, ut cum ab omnibus fuero abstractus, purus intrem ad te per tua uulnera gloriosa, quibus tu es plenus. O cor amantis. Heu mihi Dñe mi, quomodo uideo te sic crudeliter uulneratum? Quanto dolo-

re uideo te aggrauatum? Quis mihi tribuat, ut pro te moriar dulcissime Iesu. Te enim uident in tanto dolore, uiuere non possum, nec sustinere. Te aspiciere horreo supra modum. Te autem penitus liberari, mors mihi esset eterna. Et ideo uera angustia mihi sunt nudiq, & quid eligam ignoro, nisi tecum pariter crucifigi. Nam tuas angustias considerans, in me ipso quasi deficio, & iam exanimis efficior præ dolore, uidentis, quod pro me sustines tanta mala. Quid fecisti Dñe mi? Quare pro me uilissimo, tu altissimus ascendisti in cruce? Et quid sum ego uilissimus uermis, & putredo abhominabilis, pro quo tu Dñs omnium debeas sic affligi? O Dñe mi cum tu sis summa sapientia Dei patris, quare talem commutationem fecisti, & facere elegisti, ut uidelicet uitam dares pro morte, gratiam pro malitia, & gloriam pro miseria magna? Quis, quare hæc feceris, pater esse poterit cogitare? Nimis quippe magna fuit dilectio tua Dñe mi. In hoc uere apparuit tuæ immensitas pietatis. Non enim in te uideo aliquam causam mortis, nisi superabundantiam charitatis immensæ. Si enim hæc mortis causa debeat dici, hanc certe in te plenè fuisse fateor, & simpliciter confirmo, quia hoc non possum uere negare, si forte in hoc uelles te excusare aliquo modo. Sed nonne melius erat bonæ Iesu, ut non essem creatus, quam creatus te occideretur pro morte? Cur ut sic te dure affligerem, me fecisti? Cur carnes meas non comedo præ dolore? Cur non totaliter lacerò corpus meum? Aut quomodo me tamen sustines super terram, qui fui tota occasio tuæ mortis? Aut quomodo saltem omnis creatura in uindictam tui, non persequitur me in mortem. Nonne mirabile uideretur cogitare, te benignissimum Dominum pro me sic uilissimo seruo crucifixum, & mortuum tali morte, & non statim deficere præ dolore nimio, pariter & amore? Et quomodo me ipsum tamen sustineo, quem propria manu (si non esset contrarium uoluntati tuæ) materiali gladio crudeliter me occidam, cum fuerim tota occasio tuæ pœnæ? Cum magna certe patientia me debeo sustinere, sicut etiam aliquem meum mortalissimum inimicum patienter coram meis oculis sustinerem, quem cum toto corde libentissimè occiderem, si auderem. Sed nonne nequissimum, & penitus detestabile, & intolerabile est, quod post tam admirabile, uenerabile, amabile, & fructuosum beneficium tuæ sanctissimæ passionis, non cesso te offendere inconspicuum oculorum tuorum? Heu heu me miserum, quia huius talis & tanti beneficii penitus sum ingratus. Non solum enim tibi non seruiro, quid saltem pauci boni faciendo, sed nec etiam tibi regratior, nunquam aut uix aliquando & tepidè tuam passionem & mortem, mihi ad memoriam reducèdo, ac si passio tua breuiter nihil esset. Sed quod peius est, in gratias tui immemor, & in gratias huius beneficii, non desino à peccato. O bone Iesu tu te mihi dedisti, & ego te reuoco? Tu meas

tenebras affugasti, & ego ipsas incurro? Tu mundum fecisti & odisti, & ego diligo ipsum? An forte non uides clementissimè, & patientissimè Domine, quod ego semper nitor facere contraria tuæ perfectissimæ uoluntati, uel bonitati, & in facie tibi aperte resisto? Si enim dicis mihi, uolo ut facias hoc, respondeo, uolo facere. Si autem dicis nolo, respondeo nolo. Scio quippe, nec possum dubitare, te Deum meum summum bonum esse ueraciter, ubi sum. Nec me deseris, quocumque pergam: et tamen ad te nolo nec dignor aspiciere, ac si penitus ibi non esses. Immo ad te tantum curro attendere, ac si non esses alicubi, uel simpliciter nihil esses. Sed conuerto continuè cordis & corporis faciem ad huiusmodi mundana & uana, & quandoque etiam ad alia, quæ in congruum & ualde uerecundum est, etiam nominare. Et in tantum frequenter cor meum amoris uinculo colligatur eisdem, ut ad te, cuius est, nequar eleuari. Et certè hoc est ualde detestabile, & abusio magna. Sed nunquid bonæ Domine uoluisti pro me frustra mori in cruce? quem tu moriens sic charè emisisti, frequenter pro nihilo perdidisti, dum frequenter me ipsum ad peccatum conuertis? Ut ergo deceterò non possis me amplius perdere, te benignè Iesu & misericors Domine ex intimo affectu cordis mei, cum amaris lachrymis & importunis precibus exoro, & postulo humiliter, quantum possum, ut me tecum statim occidas, me tuis uulneribus totaliter uulneres, & omninò me tecum pariter crucifigas, ne unquam à te plus ualeam separari. Sed possim feliciter tecum uiuere in aeternum. Qui uiuis & regnas per infinita secula seculorum. Amen. Quicumque uoluerit supradictum beneficium facilius, & dignius impetrare, ad beatam & benedictam uirginem Mariam Iesu Christi matrem, summè sibi & nobis compassam, cum tota affectione & deuota oratione & cum lachrymarum effusione currere, non postponat. Et ipsam matrem Dei & peccatorum, tamquam bonus & deuotus filius in omnibus pro posse studeat imitari. Hoc enim semper habeas pro regula generali, ut eius scilicet uirginis Mariæ semper uestigia simpliciter imiteris, cuius appetieris suffragia postulare, quia tunc proculdubio, te sibi tanquam matrem ueraciter exhibebis. Et ipsa te tanquam suum filium ueraciter adiuuabit, & quæ dignè ab ea petieris, tibi dabit. Et in omnibus tibi necessarijs ad salutem, simpliciter ministrabit. Et tandem in cœlesti gloria te apud se feliciter collocabit. Amen. Hæc omnia supradicta o contemplatiue, debes etiam appetere hominibus uniuersis, & pro omnibus debes Deum sollicitè deprecari. Et quando uideris aliquod bonum in tuo proximo abundare, de hoc debes sibi mirabiliter cogitare, etiam si illud bonum non uideris esse in te. Quod si hoc non feceris, sed potius dolueris, tria maxima mala in hoc peccato committis. Primum est, quia honorem Dei, qui in bonis uniuscu-

B. Virgo imploranda, ut Xpi uulnera uere meditemur.

Odiendi seipsum methodus non uulgaria.



uniuscuiusque exultat, uideris odire. Secundum est, quod passionem Iesu Christi, qui ad hoc passus fuit, ut unusquisque abundet in uirtutibus contemplationis, non recolis uel honoras, sed uideris penitus obliuisci. Tertium est, quod charitatem, qua proximum tuum sicut teipsum debes diligere, & eius bonum sicut tuum proprium debes affectare, diuidis, laceras, & corrumpis. Multum ergo & sollicite bonum proximi diligere procuras, & precipue spirituale, & etiam cum necessitas incubuerit, temporale. Et sic faciendo, tibi Dominus spiritualia exhibebit, & tandem te ad caelestia conuocabit, ad quae ipse nos perducit, qui pro nobis uoluit crucis obprobria humiliter sustinere. Non cessat autem antiquus hostis, tanquam leo rugiens undique circumire, ut uiros praecipue contemplatiuos multiplicis deceptionis laqueo capiat, & deuoret in momento: et si forte non potest eos decipere in hoc, ut uelint alios iudicare, saltem nititur ad hoc eos deducere, ut quia uident se in multis bonis operibus, quae faciunt proficere, ceteros qui eisdem laboribus non uacant, existiment imperfectos. Aut certe illos etiam qui eadem qua ipsi, sollicitudine & quiete, contemplatione & meditatione, deuotione & oratione, abstinentia & uigilantia seu ceteris uirtutibus non utuntur. Aut quippe etiam illos quos cernunt secundum suum proprium iudicium ociosos, uel etiam illos quos uident circa talia implicatos, in quibus ipsimet tales qui modò proficiunt, aliquando ostenderunt, sed o error perniciosus, pessimus & occultus, qui sine exteriori conuersatione, uult deteriorem hominem iudicare. Non enim requirit adificium spirituale, tantum languorem corporis quam cordis. Nam ante Deum secundum quidem sine primo semper, sed nunquam primum sine secundo aliquid nobis ualet. Frequenter etiam quod uni erit perutile, alteri erit mortiferum & nociuum, & sic ut facies hominum sunt diuersae, sic modi uiuendi, & in bono proficendi diuersimodè uariantur, & ideo quando te uidebis laudabilibus operibus resurgere, alios uero circa eadem negligentes, cogitare debes, quod illi uel in occulto, uel saltem in cordis thalamo, Deo laborent opera delicata, Et quia Deus illos propter interiorum cordis sanctitatem diligit singulari amore, non curauit, nec uoluit eos exterioribus laboribus aggrauare, ne forte tantum sustinere possent, ut tam exterius quam interius laborarent. Debes ergo, ad istam tentationem repellendam, primo in corde tuo cogitare, quod non est consuetudo, ut filij regum ad lucrandum panem suum manualibus operibus quotidie se affligant, sed potius sine labore magno, quod delicatè de regalibus diuitijs nutriantur: nam sicut est ad literam, quod oportebit multoties unum fratrem ad habendam unam deuotionem, seu aliquam interiorum ordinationem & consolationem, multò & diutius laborare, alius uero in

Multi-
plex uer-
fuitia de-
monis
aduersus
contempla-
tiuos.

sola mentis suae conuersione ad Deum illud idè uel melius obtinebit. Secundò debes cogitare, quod illud bonum quod usque nunc laborasti habere, & modò de nouo incipis degultare, sit iam diu in alijs ueteratum, & fortiter radicatū. Et fortassis ista est una ratio, qua ipsi sicut tu circa bona spiritualia exterius affici non uidentur, quia dulcedo spiritualis alicui de nouo adueniens, mutationem eidem inducit, sed non sic (ut credo) illum immutat, qui iam longo tempore est mutatus, sed potius perficit & conseruat, & uideris te quodammodo liquefieri pra amore, alios uero minime cogitare debes, quod ad similitudinem solis naturalis, aliqui ad calorem spirituales ipsius solis, in fine pra nimio amoris feruore adeò liquefiunt, ut exteriora membra uix aut nullatenus ualeant sustinere. Alij uero deficiunt totaliter, non solum ab aquositate peccati, sed etiam ab humiditate reliquiarum peccati, & ita consolidantur in bono, & contra malum fortificantur, ut iam nihil à charitate qua est in Christo Iesu eos ualeat modo aliquo separare. Aliqui uero ex nimia deuotionis dulcedine maturefcunt in tantum, quod iam interius quam exterius sibi dulcissimi & mellissimi uidentur, & abolita omni mentis acerbitate, iam iam potius in patria quam in uia habitare cernantur. Alij uero crescant ad modum arborum, & quamuis tales magnam dulcedinem non degustent, tamen crescentes de die in diem, apud Deum sunt maiores, & sic proficiunt, & fructum proferunt de suo. Aliqui uero putrescunt totaliter, sicut mali. Cum ergo aliquem istorum affectuum perferueris in te fore, debes firmiter credere fratrem tuum illo eodem affectu te perfectius resurgere, uel etiam effectu alio meliori & magis Dei dilectio sit cum illo, siue ipse solus, siue cum fratribus commoretur. Et cogita te in amore Dei non modicum imperfectum, cum uix ualeas te ad proximum conuerrere, quod multum offendas Dominum Deum tuum, & quod uix aut nunquam te possis ad Deum conuerrere, quin te oporteat à proximo sequestrari, quod certe imperfectionis est. Nam Angeli qui sunt in charitate perfecti, ita bene mouentur in Deum cum sunt nobiscum, uel nobis ministrant, sicut quando solum assistentes Deo in caelo Empireo commorantur. Hoc autem non ideo dico, ut credam sic totaliter posse esse in nobis, dum sumus uiatores, & sic à nobis posse fieri dum sumus in uia, sed tamen aliquantulum possumus eos sequi. Ad haec etiam potes cogitare, quod cum fratres tui quos iudicas imperfectos, sunt ab istis exterioribus sequestrati tanquam soli Deo uacantes, ita frequenter moueantur in ipsum, quod propter nimiam intensiorem & eleuationem mentis, corpus dissolui uideatur, & ad maximam redigatur debilitatem, et ideo ut uires resumant, ne penitus deficiant, & ne etiam sua utili praesentia ab alijs auertantur, se offerunt saepius solatio proximo-

rum,

rum, ad honorem tamen Dei semper haec omnia facientes. Et ideo stultum est & summe periculosum, suum fratrem pro truisa qualibet radicare, aut imperfectum quolibet reparare. Multi enim sunt honestissimi exterius & solliciti circa bona, qui tamen interius lasciuia & pigri, nihil aut parū boni operis operantur. Multi e converso sunt exterius dissoluti, qui in corde sunt pacifici, quieti, & fidelissimi amici Dei, aut certe quod perus è, aliqui sunt hominibus odoriferi, qui coram Deo sunt fetidissimi etiam in hoc mundo, & iam suae exterioris sanctitatis, suam condignè receperunt mercedem. Aliqui uero e converso apparent hominibus peccatores, quorum tamen interior conuersatio est in caelis. Non tamen dico quin multoties exterior conuersatio respondeat interiori, sed quia hoc uel etiam contrarium discernere non ualeamus, ideo omnes esse filios Dei salubriter iudicemus, & nos esse inferiores ceteris, humiliter reputemus. Nam de bonis proximorum, & eorum excellentia sanctitatis sumus ignari, sed de nostris defectibus & malitijs penitus sumus certi. Magna ergo immò maxima praesumptio est, si qui proximorum mores nobis non placet, uelimus ex hoc limitare circa nos diuinam influentiam bonitatis. Quid est uesanius, & arrogatius esse potest, quam uelle diuinam complacentiam, secū dum nostram placentiam regulare? Hoc tamen factum manifeste, quoniam ea quae in proximis sunt nobis non placent, Deo cuius est cuncta discernere & iudicare, suspicamus, uel etiam iudicamus penitus non placere. Quando etiam uides eos circa exteriora sollicitos & intentos, cogitare debes, quod hoc totum ad laudem faciant creatoris, & quod magis in hoc circa Deum afficiantur, quam tu cum te rectè conuertis ad Deum. Fortassis enim ibi sicut Deum diligunt, uehementer conantur & studet eum quærere per singulas creaturas, cum ipsum nimis in omnibus & per omnia diligibilem, desiderabilem, & laudabilem non ignorēt. Hoc sine dubio est maximum gaudium & letitia in praedictis, quae uident esse in rebus uilissimis & minimis diuinam potentiam, sapientiam, & clementiam magnificè commendandam. Et ideo fortè illa uilia & minima sic praetant, nec nobis curant auxiliari, cum nobis omnia sint nociua. Et fortasse quoniam credis eos esse ociosos, tunc inenarrabili letitia spirituali interius perfruuntur, quoniam hoc tibi dissimulent sapienter. Aut fortè, quia reputant se uiles & peccatores, non praesumunt se sicut dignos, diuinam faciei praesentare continuè, sed se frequenter uilibus & minimis adiungentes, ipsum Deum nituntur reuereri in corde, ita tamen & taliter, ut aliqui eum immediatè & dulciter contemplantur. Et haec est fortè ratio, quare sic saepe cum alijs iucundantur, quia uide licet oritur in eis letitia magna ex hoc, quod sic uiles hoies & peccatores, quos se existimant, possunt & merentur cum eis, quos filios Dei reputant conuersari, & si dices mihi per aliquos, ergo talis

uel talis deberet cum melioribus conuersari, & cum sanctioribus habitare, respondeo eos rationabiliter excusando, quod fortè & digne illos apud Deum reputant meliores, qui apud homines minorem simulant sanctitatem, aut fortassis hoc est, quia esse cum illis non se reputant fore dignos, cum à conuersatione illorum, nimis uita illorum dissimilis esse uideatur. Et ideo eis sufficere uidetur, si possunt cum illis Dei filijs conuersari, quos ualent aliquantulum imitari. Sciunt enim, quod in hominibus similibus facilius est transitus, aut fortè uolunt esse cum minus perfectis, ne bona sua intentio cognoscatur. Potes etiam cogitare, quod hoc fortè concesserit eis Deus, ut uidelicet circa ista extrinseca implicentur, & cum fratribus conuersentur minus perfectis, quia sic est Deum difficilius possidere, quam si quieti & solitarij remanerent, & quanto cum maiori pugna & labore Deum obtinent & acquirunt, tanto talis acquisitio magis meritoria & laudabilior est in eis. Quis enim dubitat, quod si homo implicatus ne gocijs actiua uita adeò perfecte possidet Deum, sicut ille qui solitarius comoratur, laudabilior & uirtuosius hoc esset, ipso sic solitario implicato, & certè ubi est maior resistentia, ibi & frequentius magis incenditur actus amoris, & per multiplicem intensiorem actus sui, facilius augetur substantia charitatis. In quo autem est maior charitas, in eo maius praemium rationabiliter debet esse. Cur ergo credis tales implicatos perdere? non certè perdunt aliquid, sed lucrantur, & cum eos exillimabis inuenire in patria infimos, eos fortè super te inuenies exaltatos, si tamen ibi fueris dignus esse. Multum enim est timendum nobis, ut sicut eorum humilitas profunda eos summe exaltat, ita magna superbia nostra nos miserabiliter deiiciat in profundum, aut certè de talibus cogita, quod ipsi magis approbent se posse Deo seruire in his minimis, ad quae se inueniunt promptos, quam ipsi uelint captare ardua, & ibi deficere ut tu facis. Multum enim uituperabile reputant, & debet summe incongruum reputari, sic defectuose agere, & seruire tanto ac tali Dño imperfectè. Aut etiam cogita, quod ipsi tam operentur in occulto quam in publico, & tam circa terrena, quam circa caelestia occupantur, ut sic ab eis in oibus inimicus humani generis spugnetur, & ipsi in oibus mereantur, & ipsi fortè plus merentur in uno solo motu interiori, quam tu fortè non solum in multis, sed in oibus mereris, & ideo eos non iudices te minores, sed lauda Deum, qui te dignatus est eis misericorditer sociare, quorum fortassis meritis spiritualiter tu nunc uis, & in gloria fortè uiues. Haec autem oia praedicta, dixi ad depredandam diabolicam tentationem. Et quauis sic sit aliquis, aut sic possit esse, & sic de proximo credendum est, quod si sic est, tamen simpliciter magis placet mihi & credo, quod Deo est magis placet uita contemplatiua quam actiua, solitaria quam domestica, & magis mihi placet honestas quam dissolutio,

tio,



rio, & hanc credo esse magis ab omnibus eligendam. Nam licet actiua possit in Deum ordinari, & a sapientibus ordinetur, tñ q̄ propinquius est fini, magis est eligendum, & magis ipse finis q̄ illud quod est ad hanc, & sic se habet iste dug hua, actiua scilicet & contemplatiua. Tamen non est dubium, quod persona quantum ad istas duas uitas, possunt se habere sicut excedentia & excessa. Nam aliqui actiui possunt esse, & aliqui sunt maioris charitatis & meriti q̄ aliqui contemplatiui, & conuerso, & etiam aliqui dissoluti q̄ honesti, & conuerso. Quid tñ nos habemus, dummodo Deo placeamus, maximum erit nobis, quia proculdubio in tanta hominum multitudiue pauci sunt, immo forte paucissimi Deo grati. Cuius rei causa, & pro nobis & pro ipsis debemus & habemus non modicum, sed multum & quotidie & quasi inconsolabiliter lachrymari, & cum feruore maximo assidue Dominum deprecari, ut sua ineffabili pietate & infinita misericordia dignetur, nos indignos & miserabiles facere sibi gratos, aut si sumus, dignetur nos usque in finem in sua gratia conseruare. Quod ipse nobis concedat, qui pro hoc uoluit incarnari, & crucifigi. Amen.

Qualiter homo debet se ad amorem Dei exercere, & quantum potest ignire cor suum. Cap. VIII.

Quia cor contemplatiui non cessat, seu cessare non debet inuestigare, quomodo sui creatoris amore amplius inardescat, & proposui aliquid ad hoc balbutiendo perducere inductiuum. Primo enim agnosce o homo, q̄ nihil est, q̄ ad eius amorem tantum te inflammer, sicut tot & tantorum beneficiorum donatio copiosa. Hoc enim ipso q̄ sic cum recogitas tam promptum, curialem, liberum, & benignum ad largiendum tibi gratis, innumerabilia & ineffabilia dona, ipsum te nimio amoris feruore diligere recognosces. Et quid enim hodie magis excitat ad amorem, q̄ ueraciter & perfecte diligere & amare? Hoc enim faciunt homines quantumcunq; crudeles, quia uidelicet diligunt se amantes, quemq; erga suum creatorem instigante serpente antiquo hoc negligunt adimplere. Cogita ergo o homo quicquid uelis, & inde creatorem tuum inuenies, non modicam materiam diligendi. Accede ergo ad ipsum per huc modum. Debes .n. non fictiue, sed ueraciter cogitare de Deo tuo, q̄ ita simpliciter ipse est ubi tu es, sicut ipse est in caelo Empireo, & te cogita non tuum, sed suum esse. Nec dubites, q̄ quicquid non ad damnum, sed ad salutem aia tua ab eo petieris, simpliciter impetrabis. Hec oia certe sunt maxime incentiua amoris. Quo ergo non diligis summum illum cuius es, & qui paratus est oia tibi dare? Nonne multum amas illum, qui aliquid praestat tibi? Nonne ergo sup oia illum debes diligere seruenter, qui oia q̄ possides dedit tibi? Qui tot & tantis benefi-

cijs te ditauit? Qui non solum alia a se uel a te, sed se & te tribuit tibi ipsi? Si ergo te diligis, quomodo ipsum qui te fecit non diligis? Tu te destruxisti, & adhuc non desinas destruere, & te amas: illum uero qui te fecit & refecit, costruxit & restruxit, regulat & conseruat, non amas? Dic ergo Dño Deo tuo. Dñe creatura tua sum, & opus manu tuarum, & mihi te ipsum negare non potes, sed anteq̄ procedas, hanc qua dixisti meditare, & accedere spre nimio ardore amoris. Quis .n. amplius se ualeat continere, quin oibus oblitis, saltē in Deum suum se totum proiciat non per partes, cū ipse Deus qui est summum bonum, gloria & delicia Angelorum, uita & primum beatorum, ipsi homini peccatori misero, infirmo, & corruptibili, in tantum ut eius miseriam nemo possit exprimere, semetipsum pra nimia charitate non ualeat denegare? Et quantumcunq; sit homo infirmus & peccator, si tamen toto posse ad ipsum se conuerterit, & ipsum constanter petierit, ipsum proculdubio possidebit, hac nos ipse desiderat petere & largiri, dum inquit, petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Nescio igit quid amplius laboremus, cur nos quotidie affligamus, cū creator oium possidere feliciter ualeamus? Quid ergo amplius querimus? Si .n. oē bonum possumus sic de leui habere, cur nitimur uitā istā plenā cūctis miserijs, tam sollicitē & auide possidere? O Dñe Deus meus quid tibi boni fecimus, q̄ nobis indignis te summum bonum tribuisti liberē? Nihil tibi confert, si te habeamus, & tū sic nos intēse diligis, q̄ te esse nobiscū, delicias tuas dicis? Quare amatissimē Dñe nos peccatores in tñ diligis, ut libētius te ipsum nobis tribuas, q̄ aliqd aliud quod petatur? Et certē nec ego uolo decetero aliud possidere, ex quo debita petitione habere ualeo Deū meū. Ornabo me monilibus, & introducā ipsum in thalamū cordis mei, & de cetero ibi secū dulciter requiescā. Bene scio, q̄ nihil aliud ipse petit, nisi intrare ad cor meū, desiderat, & ita diutius est q̄ pulsauit, doleo .n. ualde, q̄ tñ carui bono, dicam igitur ei. O dulcissimē Deus meus scio p certo, & uideo manifestē, q̄ tu plus me diligis, q̄ ego diligā memetipsum. Quapropter de me amplius non curabo, sed solum tuis delictijs perhenniter inherebo, & tu mei curā habeto, non .n. tibi & mihi intēdere simul possum. Et iō mittā te intēdere infirmitati meae maxime, ut ipsam subleues manu forti, & ego intēdā tuā ineffabili bonitati, ut feliciter sic delecter. Et quantum tecum multum lucrer, & tu breuiter nihil mecum, scio tñ, quod libentius mecum es, ut me promoueas & conserues, quam tecum sim ut tu perfruar bonitate. Et undē hoc bonum Domine? Certē hoc est ut clare uideo, quia ego me ipsum summē odio, sed tu me diligis supra modum. Si enim uellem amatissime Domine discurre per singula signa tuā ardentissimae charitatis, sine dubio deficerem in narrando. Quia nec bona natura, nec bona fortuna,

nec

nec bona gratia, nec bona gloria, si linguis hominum loquar & angelorum, explicare etiam superficialiter ualere. Et ideo hijs tacitis & dimisis, in solum tuum dilectum filium pater eterne aliquantulum respirabo. Quanta fuit erga hominem tua ineffabilis dilectio, & singularis Deus meus? Qui tantum eum dilexisti, ut uelles hominem esse Deum, & Deum hominem appellari. Quid enim sibi amplius facere potuisti, q̄ q̄ tibi eu inseparabiliter uniuisti? Quid dicā, de sexu fragili, ipsum uoluisti nasci, & q̄ erat & est tuus unigenitus proprius filius, uoluisti filium uirginis nominari, multum quidem Dñe secundum utriq; sexum exaltasti genus humani, qui aequaliter filium uoluisti esse hominē, & filium mulieris. Nā hoc dilectionis signū, uoluisti gratis Angelis tuis ostendere. Non enim Angelos apprehendit, sed semē Abrahā. Mirū est ualde, q̄ pra tui amore, corda filiorum hominū non scinduntur. Quid enim aliud habebas facere domine Deus, q̄ cum peccauimus, q̄ tam cito nos sicut peccantes Angelos in inferni profundum deiecere, & alia creaturam nobiliorem, si uolebas, creare, & producere in instanti? Quāra fuit ista dilectio bone Deus, q̄ post lapsum dignatus es, nos querere tam sollicitē & benignē. Nec non post tām nostram offensam uoluisti nos amplius, q̄ prius miseriter conditer exaltare. Quid quāro fuit illud? Nunquid exaltationem meruit culpa nostra? Certē non. Sed ne amplius fugeremus te, humanitatem nostram tibi unire inseparabiliter uoluisti. Mira uideatur tua ualde dilectio Deus meus, qui cum sis summus, te odientes diligis sic intēse. Quomodo igitur nos caeci, & miseri, te non sic diligimus omne bonum? O cor lapideum meditantis, quomodo in tam excellenti dilectionis affectu non defecis pra amore? Quantum est enim nostri creatoris digna bonitas, qui tantum desiderat nos sibi per dilectionis uinculum indissolubiler colligari? Quid potest aliud cor hominis cogitare? Ut nos sic exaltaret Deus noster, uoluisti humiliter paruus nasci, ut nos bestiales effectos per peccatum, caelestes faceres, caelum deseruisti, & inter bestias uoluisti in praesepio collocari. O magna diuinae bonitatis diffusio. O derestabilis nostrorum excēcatio oculorum. O glacies non cor, cur non liquefas ad hunc calorem? O lapis non caro, cur non scinderis pra amore? Heu heu mihi quā nescio, per quam uiam Deus amplius nos requiratur: ex quo per hanc penitus non habet nos. Sed quid dicam, Christus, qui est receptaculum expulsum, uoluit fugere in Aegyptum. Nunquid Domine qui ubiq; eras, fugere indigebas? Non certe, quia omnes inimicos tuos in tua potestate simpliciter habebas. Sed ideo fugere uoluisti, ut hec pro me patiens, tuū mihi monstrares amorem, & ut sic ad te fugerem persecutus. O Deus meus bene uideo, q̄ tu totus es meus, & me uis totaliter possidere. Sed quid plura? Taceo sua uita processum, qui totus est dilectione plenus, &

Dulcius est lapide, q̄ conceptu do passio- nem Christi non resoluisti la chrymas.

uolo festinare ad alapas, & cōspua. Cuius enim hominis cor hoc immēse amoris euidētissimū signū, sufficiat et toto uite suae tēpore perfectissimi me cogitare? O clemētissime Deus meus, si nihil aliud mihi fecisses, nec facturus esses, ex hoc solum q̄ tu summus Deus eternus uoluisti pro me, & in mea natura assumpta, hanc opprobria humiliter sustinere, deberem totaliter tuo igniti amore. Quid enim maris Deo? & quid uilius peccatore? & tamen Deus pro peccatoribus uoluit illudi & conspui. O Deus meus quid fuit istud, q̄ a creatura tam uilissima quam in momento delectere poteras, & penitus annihilare, tot & tāta turpia & uilia, ignominiosa & dolorosa, tam patientissimē tollerabas? Et dicentibus te esse peccatorem, immo demoniacum, tam benignissime respondebas? O summa & ineffabilis tuae manifestatio charitatis, dum talia & tanta pro nobis a demoniacis sustinebas. Quid tibi bona Iesu tantum cura erat de nobis, q̄ te pro nobis omni opprobrio & pene humiliter supposebas? O cor durius lapide, sine ferro. O cor iam non cor, cur non accenderis ex amore? Nam lapis calore soluitur, & in aqua uertitur, & tu ad penitentiam auferentis & tanti calor, immutabile perseueras? Vtinam ergo lapidea essent, & non carnea corda nostra. Et quid certe mirabilis, immo inimitabilis in homine posset dici, q̄ q̄ caro factis cordis mueniatur durior & insensibilior omni petra? sed nonne dixit Deus, q̄ auferet a nobis cor lapideum, & daret carneum? Vtriq; dixit, sed utramq; econuerso auferat carneum, & tribuat lapideum, ex quo lapideus citius & facilius, q̄ carneus immutetur. Ad uerendum nostram hoc dico. O cor durissimum, cur sic fortiter te diligentem, non diligis pro posse? O cor immensissimū, cur mortiferē sic te odis, o cor nequissimum, cur sic fataliter te laeas & consumis, o crudelissimum cor, cur mortem diligis plus q̄ uitam, o cor non cor, cur non te offers tam sollicitē te querere? Cur non aperis, ad te die nocteque lamentabiliter propulsant? Cur in te non recipis, tam dulciter te petentem? O lapides & saxa & ceterae creaturae insensibiles, serte uberius uel annia mei cordis. Certē Domine Deus meus, si me simpliciter odisses, ex quo tu es Deus meus, & solus protector & gubernator meus, & totum refugium meum supra omnes diligere te deberem. Quomodo ergo magis hoc debeo, cum tu me summē diligas, & tuis beneficijs sequaris me per deuia fugientem? Nam in tantum me diligis, ut te ipsum pro me uidearis odire. Nonne tu iudex & Dominus uoluisti a seruis & peccatoribus pro me iudicari, flagellari, & occidi? Nonne a discipulo traditus, triginta argenteis uoluisti uendi; a Iudaeis cum gladijs & fustibus capi tanquam latro, uinciri ut malefactor? Anne primo, deinde Caipha praesentari, per inuidiam mendaciter accusari. Ah Herode alba uelle illudi, & ut fatuus reputari, a Pilato nequiter

Apostrophe ad cor.

o iudicari,



Indicari, a suis militibus flagellari, oculos uellari, purpura indui, palmis percuti, flagellis caedi, contumelias affici, sputis foedari, colaphis obrui, clauis conungi, pennis affligi, spinis coronari, cum iniquis deputari, cruce damnari, corpore nudari, manibus perforari, pedibus confodi, felle & aceto potari, lancea uulnerari, sanguine perfundi, & sic tandem turpissimam & crudelissimam mortem; amarissimam pro peccatoribus uoluisti patientissimè sustinere: semper contumaciter, semper siluisti, ut agnus mansuetissimi os tuum nunquam ad malum aperuisti, nullum impatientiae signum ostendisti, non maledixisti, non murmurasti, sed patrem pro tuis occisoribus dulciter exorasti. O summa patientia, o ardentis & feruentis amoris inaudita beneuolentia, o suauissima dulcedo cordis, o melliflua suauitas amoris, O inextimabilis dilectio charitatis, o immensa pietas Saluatoris, o ineffabilis benignitas Dei nostri, pati enim & mori uoluit creator pro creatura, pater pro filio, Dominus pro seruo, magister pro discipulo, innocens pro reo, sanctus pro peccatore, iustus pro iniusto, denique pius pro impio & indigno. O Deus meus quid mihi amplius facere debuisti, aut dic, quid mihi amplius facere potuisti? Certè si tot & tanta mihi fecisset unus uilissimus rusticus, ipsum toto affectu deberem diligere in æternum, & ego te non diligam Deus meus? Absit. Certè enim non dico sanguinis effusio, quæ tota plena est charitate, sed solutus aspectus deberet me in tuo amore totaliter inebriare. Quomodo ergo magis tua grauissima passio sic penosa? Certè & clare uideo, quod me totum uoluisti, dum mihi te totum sic amorosè & dulcorosè totaliter tribuisti, & quis requirebat hoc de manu tua Domine mihi? cur tibi tanta cura fuit de tam uilissima creatura? certè nihil aliud nisi tua nimia bonitas, & immensa dilectio hoc egit. Nam si omnino redimere me uolebas, aliter certè quam per mortem tuam me poteras redemisse, sed ideo sic me indignum redimere uoluisti, ut me in tuo amore amplius inflammares. O amor & desiderium cordis, o dulcedo & suauitas mentis, o ardor & inflammatio pectoris, o lux & claritas oculorum, o aurium delectabilis symphonia, o hostia odorifera Deo patri, o melliflua gustatio fluxus sanguinis, o amantissima palpatio lateris, o dulcissima osculatio pedum, o suauissima amplexatio brachiorum, o salutifera contractatio corporis, o reuerenda inclinatio capitis, o anima mea, o uita mea, o uiscera cordis mei, o medulla ossium, negetatio carni, organorum significatio, intellectus inspiratio, o tota & totalis delectatio & exultatio mea, suauitas & iucunditas mea, solatium & tripudium meum, iucunditas mea, solatium, gaudium & letitia cordis mei, o cur non sum totus in tuo amore conuersus? Quare aliquid est in me nisi amor? Quomodo possum aliud

loqui, possidere, appetere, uel meditari? Cur non sum illaqueatus & captus amore? Quid iucundius, quid plus uel amplius capit quam amor? O Deus meus undique me tuus amor circundat, & tamè nescio quid sit amor, heu heu mihi, cur sic insensibilis maneo sine causa, cur uanitas plus quam ueritas me abstraxit, cur creatura iniquitas, plus quam saluatoris & creatoris mei benignitas me allicit? Cur miseras & peccata plus quam redemptoris mei amorem, & beneuolentiam adamaui? O quantum dilexisti hominem Deus meus, qui non solum pro ipso in cruce patri & mori uoluisti, sed etiam ipsum apud inferos uisitasti, & ipsum tecum ad superos reduxisti. Non potuisti Domine mittere aliquem Angelorum, nisi eum extraheres pro teipsum? Cur ubique uis hominem sociare? Cur semper cum homine tu uis esse? Cur omni loco & tempore cum homine uis tam domesticè habitare? Et in omnibus cum eo tam dulciter & amicitiam conuersari? Quid habet quæso iste homo, nisi uilia & spernenda? Cur ipsum diligis sic intentè? Postquam enim resurrexisti, uoluisti etiam adhuc per quadraginta dies homini apparere, secum se glorificatus, ueluti familiariter uoluisti. Et pacem sibi donans te ei uisibilem & palpabilem tribuisti. Sed bone Domine nonne sufficiebat homini, quod pro ipso fueras crucifixus? & quod demum ipsum extraxeris de inferno? uideretur manifestè, quod tu in tantam dilexeris istum hominem, ut ab ipso non ualeres te modo aliquo abstinere. An fortè ignorabas, quod de tam excellentissimo tuæ passionis beneficio debebamus esse ingrati? Nam etiam quos speciales habueras, non tam ingrati quam in creduli extiterant. Quomodo ergo potuisti nos plus eis intueri? O quam admirabilis & ineffabilis est tua dilectio bone Domine, cum nullo modo possis ab homine separari. Nonne etiam, quia accessurus eras ad dexteram Dei patris tui, potestatem homini dimisisti, ut cum uelit te habeat in altari? Hanc quippe potestatem antequam mori inciperes, homini tribuisti, ne te per tuam mortem amittere formidaret. Sed cur hoc facere uoluisti, cum spiritum sanctum ad hominem esse missurus? Cur igitur tam semper auidè uoluisti cum homine comorari? Sed uerè ut uideo, nos tuo corpore glorioso in corporare totaliter uoluisti, & tuo preciosissimo sanguine nos potare, ut sicut tuo inebriari amore, tecum semper unum corpus & unam animam habeamus. Quid enim est aliud tuum sanguinem, qui est potus animæ bibere, nisi nostram animam tuæ sanctissimæ animæ indissolubiler colligare? Hoc est certè quod uis, hoc est quod desideras Deus meus. Hoc Domine mi redemptor est, quod tanto tempore procurasti, & pro hoc semper a tua infantia laborasti. Hoc nobis quæso misericorditer concedas, qui pro nobis plenus amore, uberius tuum preciosum sanguinem effudisti. Amen.

Experire
maxima
amorem
Christi
et
gaudio

Quomodo

Quomodo homo perfectè se odiat, et Deum perfectè diligit. Cap. IX.

Quia ad dilectionem Dei habendam impedit dilectio sui, & quanto amor plus in uentre intendit, tanto in altera apparet plus remissus. Ideo ut perfectè possimus Deum diligere, perfectè nos debemus odire. Tunc autem te odis perfectè, quia appetis pleno corde ab omnibus conculcari, & uilissimus reputari, flagellari, uilipendi, deici, contemni, & quasi ad nihilum redigi in hoc mundo, & hæc omnia repuras esse pauca. Itè quia in tuis, seu tibi illatis iniuriis, & tribulationibus, te fore dignum putabis, hæc dico præ tunc, quia multi hodie sunt, qui aduersa sustinent, & appetunt sustinere; ut sic ab hominibus de eorum tolerantia comedatur. Tales pœuldubio non se perfectè odiunt, sed potius diligunt, & mercedem suam iam recipiunt in hoc mundo. Tunc etiam te perfectè odis, quando non solum cupis ab aliis conculcari, sed etiam te in teipso tantum abhorres, ut uix teipsum ualeas tollerare, & efficiaris nimis abominabilis tibi ipsi. Et uelles etiam a creaturis irrationalibus, & insensibilibus simpliciter impugnari. Et cum propter tuam necessitatem aliquid delectabile, uel et non afflictuum recipis, contra teipsum non modicum conturbaris, solum Deum quæris, & omnia reuicis extra ipsum. Ad hoc autem per maximum donum habendum, ualebit, si confideret & ex toto corde petieris hoc a Deo. Ex parte autem tua possunt esse aliqua induciua, & dispositiua ad donum istud. Primum quidem considerare debes, quod in peccato fuisti genitus & conceptus. Et postquam fuisti a peccato originali sacro lauacro regeneratus, lauatus, & lotus, & iam usum liberi arbitrii habere cepisti, Deum tuum usque ad hanc horam continè offendisti, immemor & ingratus primæ lotionis, quæ in te deriuauit a latere Iesu Christi, diuinam non reuerèdo maiestatem, in cuius præsentia existeras, ac temetipsum letaliter offendendo, plusquam aliquis tuus crudelissimus inimicus. Quomodo igitur si ista diligentius cogitabis, te simpliciter non odibus? Et quid nos odimus, nisi mala mortifera, & nociva fugiamus? Quid autem magis est mortiferum & nocuum, quam opponere se totaliter suo bono? Quid periculosius quam salutiferi sanguinis Christi euomere medicinam? Quid perniciosius homini, quam suæ animæ occisio procurata? Et tu tibi talis fuisti, & in omnibus prædictis maxime offendisti, etiam plusquam ualeas cogitare. Debes secundò cogitare, quod quando ab extrinsecis magis molestaris, tanto magis tibi undique præcluditur uia, ne uageris per deum, & ne illicitè affectum tuum applices creatura, sed in solo creatore altissimo requiescas, quis ergo non odierit summæ illius clausuræ aperiorem, undè quis existens cum Deo, possit ab eo egredi, & exire? Certè tali clausura talis aperiatur, quando propria tribulatio non amatur, sed ab animo fugatur. Vo-

lens quippe talis homo potius quiescere in stercore, quam in Deo. Cogita ergo o homo, quod soli Deo debetur reuerentia siue honor. Et ipse solus in se & in suis creaturis est a nobis simpliciter diligendus. Et ideo si uerè & perfectè Deum diligis, te diligis, & honorari ab hominibus, debes penitus abhorre. Quomodo non meritò abhorrebo illud mihi attribui, quod est Dei? immò potius oppositum affectabo, ne fortè si uellem tenere medium, currem in extremum. O quam utiles sunt istæ afflictiones extrinsecæ. Nam certè per ipsas ad cognitionem nostræ miseriæ uenimus, & per talem cognitionem nostram, magis citò & perfectius ducimur in cognitionem Dei. Nam quanto quis suæ fragilitatis, & uilitatis magis est cognitor, tanto magis est diuinæ maiestatis inspectator. Quis ergo renuet se odiri, & ab hominibus conculcari? certè nescionisi stultus. Si ergo times o homo, illa quæ ab hominibus inferuntur, multo magis debes timere illa, quæ tibi a Domino infligentur, & si illa times, certè ista diliges & amabis. Nam istæ tribulationes sunt uia ad patriam, & sunt matetia magni boni. Consolationes uerò sunt uia ad pœnas, & occasio magni casus, istæ scilicet consolationes & honores, animas inficiunt & deturpant. Illæ autem, scilicet tribulationes, animas lauant amaculis, & purgant a scoria peccatorum. Ut sic de albata & munda dignè uideant Deum suum. O Deus, quis non appetet hoc habere, nisi qui non appetit te uidere, et ad tuam gloriam euolare? Et quomodo probabitur aliquis esse tuus uerus amicus, nisi pro te aduersa uoluerit sustinere? Nunquid uera amicitia tui, comprobatur in consolationibus, et honoribus huius mundi? Certè si sic esset, pauci inuenirentur mali, quia ualde pauci sunt illi, qui non appetant consolari: sed certè illi tui filii concernuntur, quos flagellis corrigere non desistis. Nam semper cum talibus commoraris. Non ergo quis aduersa renuit, sed summè diligit, nisi fortè ille miser, qui non nult tæquam spiritualis amicus, immò tanquam charissimus filius cum Domino habitare: hæc nos stimulant, ut festinemus currere, et proficere ad maiora, hæc nos faciunt currere, et proficere ad maiora, ut contemplerur in cœlestibus Deum nostrum. Hæc sunt certè, quæ ceteris membris patientibus nos instruunt compati, et compatiendo nos cogunt, eis misericorditer subuenire. Quomodo enim proximo meo iniurias, et damna, uel quæcunque aduersa patienti compatiar ego, qui hoc nunquam penitus sum expertus? Propterea Apostolus dicit de Christo. Non (inquit) habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Et hoc certè, quia ipse Christus eas in suo corpore expressè probauit, sicut innuitur ibidem. Nam languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit.

Compati proximo, signum regnandi est. Hebr. 4.

Isa. 53.



uit. Si ergo exemplo eius, nos hic in presentia non compatimur proximo, quomodo regnabimus secum? Aut si compassionem ad invicem non habemus, quomodo ad invicem membra sumus? Et si forte comembra, nunquid vivas non certe sed mortua & insensibilia sumus. Quid igitur aliud restat, nisi ut de corpore excidamur? dicitur adhuc mihi tu homo, quomodo ipsi tuo capiti Christo scies compati pro te passio, quando in te ipso passionem nullatenus experiris? aut si Christo non compateris, quomodo potes ipsi tanquam capiti conformari? sed certe si solum istud & nihil aliud te moveret, deberet facere te avidum passionum. Quid peius & magis mortiferum, quam patientibus non compati, & tanti beneficii passionis Christi esse ingrati? aut quid fructuosius & suavius, quam ex corde plenam compassionem gerere illius amarissime passionis? hoc certe nullus perfecte potest facere, nisi forte qui iniurias est expertus: aut dic mihi tu homo quid nobilius & dignius, quam Dei filio assimilari? Quomodo ergo si per consolationes & honores fuerimus dissimiles in presenti, poterimus in regno confratres sibi esse minime certe. Quid enim abominabilius, quam pro me stercore videre Dei filium in assumpta humanitate, iniurias maximas & opprobria innumerabilia sustinere, mortem turpissimam & gravissimam tollerare, & me velle ab hominibus honorari, & sui delictis huius mundi? O homo non homo, sed stercus & plusquam stercus, ipse actor & iudex tuus super se reflexit iudicium tuum, & pro iniuria quam sibi feceras, semetipsum ad mortem crudelissimam iudicavit; & tu qui adhuc non cessas sibi iniurias inferre, vis ab adversis omnino pertranfire in manus? Saltem infelix coram oculis sic pro te afflicto pratende merorem, & corde te offer sibi, ad consimilia pro eo libentissimè patiendum. Certe ex quo ipse est sic pro te sufficienter punitus, si tu hæc quæ ipse sustinuit, volueris iterum sustinere, & hæc toto corde appetieris, non sustinebis: quia ipse non vult, quod pro eadem iniuriabis passio inferatur, sed illud quod credis iniuriam, in honorem ipse convertet: & quod credis tribulationem esse, consolationem videbis, & ubi esse dānum putabis, inuenies fructum multum. Et quantum iniuria fuerit maior, tantum honorabilior eris, & quantum passio acerbior, tantum eris charior Deo tuo: & quantum tribulatio & afflictio fuerit intensior & diuturnior, tantum magis te Deus consolabitur in mercede: & si omnia pro ipso amiseris, certe ipsam qui est bona omnia possidebis: & si omnes te fuerint persecuti, ipse nunquam te deseret, sed ubique & semper iuvabit te: si in hoc mundo à cunctis fueris expulsus, ipse te recipiet in suo regno: si autem honores petieris, à Deo econverso deprivaberis, si consolationes & delicias, tribulaberis & affligeris. Si temporalia vel diuturnitas mendicabis, & pauper efficiaris. Quid plura? Si præter Deum aliquid appetieris, te ipsum

Nota.

affliges, immò si te dilexeris, te occides. Si vero te ipsum oderis, & solum Deum dilexeris, vita vivas, & ipsum plenarie, & feliciter possidebis. Nam qui Deum diligit, Deum habet: & quantum perfectius eum diligit, tantum perfectius habet ipsum. O stultissimi homines, cur hic oculos vestros non ponitis, si vultis vos & omnia abhorre re? Certe cum videritis vos possidere omnium creatorem, & mens vestra fuerit in eo quietata, omnia ab eo reputabitis penitus vanitatem. Et corpora etiam vestra, dum adhuc sunt mortalia, abominabilia tanquam stercorea sint vobis. Et sicut qui auferret stercorem, vel aliud abominabile ab oculis vestris: sic qui usque ad mortem affligeret corpus vestrum. Et sicut cum quis detestaretur illud, quod abominamini, gauderetis: sic cum quis iniurias, & opprobria testando, vobis dixerit vel fecerit, exultabitis. Nam nihil vobis poterit advenire adversum. Consolationes enim & honores, & quæque prospera, non poterunt vos decipere ullo modo, quia de ipsis non curabit is, immò contraria cupietis. Adversa etiam vos non valebunt deicere, quia ipsa summè desiderabitis in hoc mundo. Et quantum tribulatio erit maior, tantum maior consolatio erit vobis, eo quod magis in hoc casu implebitur desiderium cordis vestri. Et si forte in aliquo, sic non esset, deberet certe in eo penitus ita esse. Et quis non deberet gaudere, si separatur à vanitate, & coniungitur veritati? Nomen hæc omnia sunt vanitas, vanitas vanitatum, & omnia vanitas simpliciter, præter Deum? Et quid est veritas, nisi Deus? Omnia igitur præter Deum, & quæ in ipsum non tendunt, sunt à vobis simpliciter abhorrenda. Si enim sic esset homo, ut in solo Deo vellet affici, & ipsius solius sitire honorem, te autem (ut dictum est) non diligeres, sed odires, & appeteres ab alijs conculcari, despici, & contemni: viam proculdubio ipsi Diabolo præcluderes in tantum, ut nullatenus ad te posset intrare. In hoc enim concordant omnes doctores, quod omnis mali causa est timor vel amor, immò etiam ipsius timoris causa est amor sui ipsius. Quomodo ergo ex timore poteris peccare, quia desiderabis affligi, & contemni & ab omnibus simpliciter conculcari? Et quomodo amore tui peccare valebis, cum te perfecte odias, & diligas solum Deum? Hoc certe si habueris, & servaveris, ad perfectam innocentiam & ad sanctitatis consumationem pertinges. Et qui aliquando fuisti servus Diaboli, efficiaris nunc specialis amicus, immò amantissimus filius Dei tui, & in Regno suo reputaberis inter omnes. Cur ergo ista assequi sic tardamus? Quare negligimus tantum hanc mentis perfectionem, satis de facili obtinere? Nunquid hoc donum excellentissimum, nobis largitor omnium bonorum poterit denegare, si hoc ab eo voluerimus toto corde, cum instantia postulare? Certe non, de hoc enim te certifico, sicut

Quies me
tis, magis
non unit
Deo, quæ
corpora -
lis labor.

sicut possum, quia non denegabit, sed libentissimè tibi dabit. Non dico, quod det tibi pati, quia hoc non omnibus concedit, sed tibi indubitanter tribuet velle pati. Et forte quod etiam pati (si dignus fueris) dabit tibi. Et si fortassis dicis mihi non possum, nec possem tantum laborare, ut ad tantam sanctitatem venirem, quod solum Deum diligerem, & me exosum haberem super omnia, & quod possem simpliciter appetere ab omnibus vilipedi. Ego tibi respondeo, quod ad hoc non requiritur iste labor extrinsecus, aut corporis valetudo: sed potius solitudo, & requies corporis, labor cordis & quies mentis. Non requiritur inquam multus labor extrinsecus, quia per illum non unitur, sed distrahitur, interior vero labor humilitatis & pietatis, ad hoc & ad omnia est utilis, dum tamen homo mentis quietem custodiat in labore. Nec etiam requiritur valetudo corporis, quia valetudini spiritus hæc repugnat. Requiritur autem omnino labor cordis in surgendo, & euellendo se totaliter ab istis infimis & caducis, & se ad cælestia elevando. Et dum sic ascendes in te, tunc requiritur quies mentis. Multum enim abhorret Deus illum, qui ipsum degustat, & ibi simpliciter non quiescit, sed potius, tanquam Deus non esset sibi sufficiens, recedit à Deo, & reddit ad ista stercorea amplexandum, & sic coinquinatus & infectus, ad amplexus Dei iterum vult redire, sed certe sic facere uni vili rustico, & timeremus & verecundaremur, & tamen ipsum Deum plus omni rustico vilipendimus, & quasi nihil de ipso breviter iam curamus, & nihilominus voluntati, quod ipse in omnibus nostræ satisfaciatur voluntati, sed non sic debet esse. Sed si intrare adeo volueris sine repulsa hoc excellens, vel etiam aliud quodcumque donum, ad ipsum reverenter conscendas, nec inde recedas, sed perenniter ibi quiescas, rogando eum instantius & devotè, ut ad vomitum non permitrat amplius te redire, & si sic feceris, non dubito, quod ab eo suo lumine illustratus, tuas miserrias recognoscas, & super omnia te odibus, diuinam experieris bonitatem, & omnia mundi, velut stercorea abhorrebis. Et sic tandem dignè & meritò, inmensi amoris vinculo coniungeris inseparabiliter soli Deo. Quod ipse nobis concedat, qui per cuncta sæcula regnat. Amen.

Quod homo commutetur in Deum. Cap. X.

Abstrahi oportet ab amore proprio & universoni creature, ut charitatem Dei perfecte habeamus.

Mirabilis mutatio dexteræ excelsi. Sicut enim apud homines temporalia diligentes, est summè admirabile, si quis unum stercus foetidissimum, commutaret in omnes delicias huius mundi, utputa, si quis pro uno vilissimo & fetidissimo stercore, haberet huius mundi plenariam potestatem, & quantum ad temporalia ad modum Imperatoris, & quantum ad spiritua lia sicut Papa, & nullam resistentiam posset pati,

& insuper, quod maligni spiritus sua obtemperarent in omnibus voluntati, & quod non solum terra & quæ in ea sunt, sed & cælorum sydera, sibi parent ad nutum. Itè quod posset mortificare, vivificare, infirmos sanare, & mortuos suscitare, cursum quoque naturæ simpliciter immutare. Et quod haberet omnes divitias & delicias, quas citra Deum posset excogitare, immò quas Deus posset producere, dicit amen in Deum non ducerent. Sic certe, immò sine comparatione, multo magis est admirabilis, laudabilis, venerabilis & amabilis illa commutatio, qua quis se commutat in Deum. Nam maior est sine comparatione, distantia inter Deum & hominem, quam inter quamcumque vilissimam & infimam creaturam ad omnia, quæ citra se facere posset Deus. Tunc autem homo se commutat in Deum, quando eligit se odire, & diligere solum Deum, & circa aliud non vult, nec potest affici, nisi solummodo circa Deum, & in illum solum suum iacit affectum. Illi ad hæret tantum, & de ulla re, nisi de Deo breviter nihil curat, & semper & totaliter sitit, quomodo per se & per alios, honoretur simpliciter Dominus Deus suus. O commutatio dulcis & suavis, & summè desiderabilis. Nam talis homo suorum peccatorum plagas, in Christi vulnera commutavit. Sui mentis fecditatem, in diuinam bonitatem, amaritudinem cordis, in summam dulcedinem creatoris. Nam totus factus est Dei, & nihil nisi Deum requirit. Cor suum plenum est ipso, & totus in eo est ipse Dominus Deus. Se exiit, & Deum intrauit, & zelo Dei succensus, facit guerram sibi ipsi, tanquam suimet crudelissimo hosti. Si ergo talis est commutatio ista, sicut verè talis est: Cur serue nequam, infidele mancipium, creatura inutilis, hoc ad implere retardas, & te negligis immutare? Sed caue diligenter, ne cum torpore operis, gravamine cordis, anxietate peccatoris, in sensualitate mentis hoc studeas adimplere. Sed potius hoc facere intendas, cum maxima aviditate animi, cum fervoris intensione, & cum immensitate amoris. Maximè cum nihil homini utilius nihil delectabilius, & nihil nobilius esse possit. Si ergo te ipsum exiueris, & per hunc modum in Deum intraueris, caue cum omni diligentia, ne modo aliquo extra ipsum valeas amplius inueniri. Et si aliqua mentis infirmitate, aut negligentia, forte contigerit te exire, illuc statim cum fletu recurras, & Deum suppliciter deprecaberis, ut tibi indulgeat, & dignetur te feruum recipere fugitivum. Et tunc proponas firmiter in corde tuo, ab eo amplius non exire. Non tamen tale propositum facias, ut ad novam culpam te obliget & astringat, quia fragiles sumus, & ex nobis simpliciter inconstantes. Et si milies ab eo exieris, totiens studeas ad ipsum redire quam citò. Regula istius capituli bona est. Nullas enim bene poterit cum Deo esse perfecte, qui suum



affectum habet ligatum, vel inclinatum alicui creatura.
De ordinatione ad proximum.
Cap. XI.

DE proximo tuo accipe breuē doctrinā, unūquēq; hominem mundi reputa temetipsum. Si hoc bene cordi tuo impresseris, non est dubium, quod suum bonū diliges, sicut tuū. Et quod ad salutem suam spectare cognoueris, hoc tua oratione & exoratione, aut alio modo, quo poteris, pro eo tanquam pro te, sollicitē & fideliter procurabis. Et cum uideris ipsum bona facere uel dicere, ita repleberis gaudio, ac si tu illa eadem uerbo, uel opere adimpleres. Si autē sciueris ipsum esse in peccato, aut in aliquo spiritali defectu, tu sibi nimium condolebis, & ipsum a malo (pro ut poteris) reuelabis, & ad bonum toto posse conduces. De miseris autē corporis, sic compatieris sibi, ac si in te ipso illas haberes, & ita libenter & diligenter seruias ei, sicut faceres tibi ipsi, immo multo libentius sibi, quam tibi, quia tu cernes manus primum esse tibi, cum etiam te debeas odire, & illum amare. Et si forte te offenderit dicto uel facto, tu non plus curabis, quam si tu tibi illa fecisses, uel tibi dixisses, immo eō tibi ipse magis placebit, quo cum eo maiorem materiam merendi uidebis. Si uero tu aliquid boni dixeris uel feceris sibi, non plus de hoc eleuaberis in corde tuo, quam si alius in eisdem sibi, uel uerbo uel facto seruiisset. Et si tu aliquem defectum culpabilem feceris coram eo, de hoc tu plus non curabis, quam si in priuato (ubi nullus uidisset) fecisses. Inde etiam sequitur, quod si unumquemque reputaueris te ipsum, proculdubio nullum proximum specialem habebis, quia omnes certe tibi singulares putabis. Nullū enim plus altero diliges, nisi in quantum ipsum noueris meliorem, & non in quantum sit tibi magis familiaris uel notus, nec etiam circa quantumcumque bonum debes simpliciter affici, sic solummodo circa Deum, siue in se absolute, siue etiam in quantum isti uel illi, tot & tanta bona largitus est, possumus tamen pro illis magis orare, pro quibus sumus magis domino obligati. Nec tamē sic est orandum pro illis, ut alios penitus dimittamus, uel obliuioni tradamus, nihil autem appropries tibi, nisi tuas culpas, & tuos defectus. Te ceteris uiliorem cognosce, & non solum propria, sed etiam aliorum peccata repura esse tua. Et pro ipsis, tanquam pro tuis ueniam cum lachrymis a Deo implora, nec dicas, quomodo possum omnem hominem extimare meliorem, hoc te docebit facere perfecta charitas, quæ te cum eis coniungens, te faciet unum cum eis, hoc inde clarus intuetur. Ad hoc autem faciendum mouetur de facili ille, qui cor suum in honorem Dei totaliter radicauit, nihil aliud, nec in se, nec in aliis appetendo. Unde hæc est regula per optima. Quod qui uult Deum perfecte diligere, &

Proximo compatie dū plus quam nobis.

Regula

proximum simul, nihil aliud, nisi solum honorem Dei sitiat, & cum magna aueritate & sollicitudine cordis, solum Deum requirat, nihil aliud intendens in omnibus.

Quod homo semper sit ordinatus in loquela, cogitatione, & operatione.
Cap. XII.

Seruus Dei nunquam debet, nec aliud nec aliter cogitare, loqui & operari, quasi si Deū suum facie ad faciem semper uideret, nec est dubium, quod sic ubique & semper est nobis præsens Deus, & nos & cuncta nostra ita uidet, ac si iuxta sedem suam in Empyreo celo essemus, quamuis hic non sic influat, sicut ibi. Et ideo quamuis non uideamus ipsum Deum, ex quo tamen indubitanter scimus, & certi sumus ipsum esse iuxta nos, immo etiam in intimis cordis nostri, non debemus aliquo modo plus uel minus, nec aliter cogitare, loqui aut facere, quam si semper & ubique eum clarissime uideremus. Tantum enim timeret seruus Imperatoris, si sciret pro certo, se clarē & totaliter ab Imperatore uideri, quamuis ipse nullatenus uideret Imperatorem, ne posset uidere, quantum timeret, si manifeste ipsum Imperatorem uideret, immo certe multo magis. Nullus enim seruus est, qui ex hoc proprie timeat, quando suum Dominum uidet, sed potius ex hoc timet, & merito habet timere, quando a suo Domino diligentius obseruatur, & ab eo cognoscit pro certo se clarē uideri, unde si seruus sciret pro certo, quod suus Dominus non posset eum uidere, nec scire illud quod facit, utiq; sicut credo suum Dominum non timeret, sed tunc multum haberet timere, & merito timeret, quando pro certo sciret a Domino se uideri, etiam si ipse suum Dominum penitus non uideret. Quomodo ergo magis debemus, semper summē reuereri cum magna deuotione & amore, cum immensa reuerentia & timore, cum maxima nostrorum scelerum erubescencia & confusione, ipsum dominū Deū nostrum, qui nobiscum ubique & semper est, & nos, & nostra continuē intuetur, non solum illa quæ foris patent, sed etiam omnia intima infima & secretissima cordis nostri? O uituperabilis, & execrabilis stultitia, immo malitia nostra. Quis ergo est tam magnus, & infimus peccator in mundo, qui furtum, adulterium, & quodlibet vis peccatum præsumeret patenter committere, ubi & quando a cunctis posset uideri, & capi? Aut quæ nam est mulier tam mala, tam lasciuia, tam lubrica, tam adultera, tam meretrix sine fronte, uel quomodolibet vis peccatrix, quæ in medio platearū & in meridiis, cunctis cernentibus, non summē erubesceret, ad fornicationem sui corporis præbere consensum, & quæ non valde timeret, quodcumque etiam aliud scelus committere in publico, ubi

charitas

Prouide bā Dm in conspectu meo semper

Exemplū

ubi posset de facili comprehendere? Nonne omnibus qui male agit, odit lacem, querit latebras, fugit publicum, petit angulos & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius? O miserabilis cecitas cordis nostri. Nam si uidero & cognouero firmiter, me ab hominibus clarē uideri, dum uolo facere quicquam mali, statim præ uerecundia uel timore desinam a peccato, etiam quantumcumque sim tentatus & audax ad peccatum, & quantumcumque aliam oportunitatem habeam ad peccandum, & tamen coram Deo meo, in cuius conspectu sum non erubescō, nec formido peccare, sed intrepidus & inuerecundus, multoties, & multipliciter mala, immo in numerabilia scelerata, maxima, grauissima, turpissima etiam ad loquendum & nefanda, committo coram oculis eius. Nunquid forte non uidet Deus quæ facio? Nunquid forte non audit quæ loquor? Nunquid fortassis non intelligit quæ cogito? Vtiq; uidet, audit, intelligit & cognoscit, quia omnia sunt nuda & clara oculis eius. Cur ergo infelix, non summē timui taliter, & tandiu peccare? Cur mihi non summē erubui, tot & tanta graua & turpia, sine fronte & franco committere? O Deus meus quoties te offendit? O creator meus, quot & quæta in te peccata commisi? Mirum est, quomodo tandiu non demersisti me in profundum inferni. Summē mirabile est, quod quando te primò offendit, non statim proiecisti me a facie tua in tenebras exteriores. Vbi est stertus & stridor dæmonum. In ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius, valde stupendum est, quod tantum me peccatore maximum, & inimicum tuum mortalem sustinueris, & adhuc patienter sustines super terram. Unde hoc mihi a te? Certè ex donata mensabilis pietatis. O magna iniquitas mea. Sed o maior bonitas tua, o immensa malitia mei peccatoris, sed o immensior clementia tui saluatoris. Nam ubi abundauit meū delictum, superabundauit tibi gratia tua. Ego me ipsum perdidit a te recedendo, tu me inuenisti, ad te me reducendo. Ego me ipsum uendidi, in te culpas committendo, tu me redemisti, pro me penas patienter, tu me uiuificasti, pro me te occidendo. O inextimabilis dilectio diuinæ charitatis. O intollerabilis abominatio meæ iniquitatis. Heu miser & infelix ego, cur non semper perfundor lachrymis? Cur non ubiq; affligor suspirijs? Cur non undiq; flagellor uerberibus? Et si non fortè Christi amore, penarum saltem mei dolore culparum, peccauit enim crudeliter, lapsus sum fortiter, cecidi grauiter, corruī miserabiliter. Nullū inuenitur peccatum, cuius non sum ego fordibus coinquinatus. Nullus est morbus uitiorum, a quo ego non contraxerim contagium. Nulla fordium sentina extitit, quæ in me miserum non confluxerit, cur igitur saltem me ipsum non plango die ac nocte? cur non profusus uerius lachrymis, lauare studeo maculas mentis? Cur uoce

perfecta confessionis os meum non aperio, simpliciter Deo meo dicens Peccati, Deus meus miserere mihi. Nunquid fortè tu homo hac facere erubescis, uel times? Sed miser & infelix, quomodo times, Deum penitendo placare, eū non timueris ipsum offendendo turbare? Aut quomodo nunc erubescis lachrymis te lauare, cum tunc non erubueris per culpas te totum scindere? Quid magis timendum, Deum culpa offendere, uel ipsum penitentia placare? Quid uerecundius, seipsum peccatorum fordibus detutpare? illud simpliciter & præ timore, & uerecundia fugiendum est, istud uero cum expectat, simpliciter est faciendum. Non uitali primum, ideo prosequaris secundam, & citò dicit tibi repus præstitit Deus, expectat enim te adhuc ad penitentiam, quia non uult mortem tuam, sed magis ut conuertaris & uiuas. Tu male fecisti, cum grauer offendendo, peius facis te defendendo, non humiliter de offensa penitendo. Sed pessimè facies, de cetero te simpliciter non corrigendo. Pone ergo ammodo finem peccatis, pone legem nequitiae, habeat culpa modum, habeat iniquitas terminum. Jam desine peccare. Et si forte non amore Dei, saltem præ eius uerecundia & timore. Non enim potes te abscondere ab oculo eius, neq; fugere manus eius. Si enim abibines a peccando præ confusione & timore humano, multo magis abstinerere debes præ confusione, & timore diuino. Nunquid insensate magis uerecundaris de homine mortali, & ipsum magis times quam Deū æternum? Nunquid magis creatoram, quam creatorem? Nunquid magis iudicem corporis, quam totum? & iudicem corporis & animæ, qui potest te totum mittere in gehennam? O immensa stultitia. O grandis uesania. O miserabilis excecatio oculorum. Et unde hoc? Certè quia excecavit nos malitia nostra. Heu heu nobis. Quid faciemus? Certè nihil aliud restat nobis, nisi ut operi cedere & cilitio, procidamus in facies nostras coram Deo, præ culpam nostrarum uerecundia & tremore, & ab eo ex corde & cum lachrymis, ueniam humiliter imploremus dicentes, miserere nostri domine miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione, quia peccauerimus tibi. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. O lux mundi illumina nos, qui in tenebris, & in umbra mortis sedemus. O lux uera in tenebris lacens, remoue tenebras, non tam ignorantia, quam summa malitia nostra. O splendor gloria, & candor lucis æternæ. Illumina nos, ut te & nos perfectissime cognoscamus. In flamma nos, ut te solum in omnibus & super omnia feruentissime diligamus. Purifica nos, ut sic a peccato mundati te de cetero, saltem præ tui erubescencia, & timore nullatenus offendamus. Letifica nos, ut tibi lata facie aspi-

o 4 stentes



flentes, potius amore q̄ timore, tibi dignè & laudabiliter feruamus. Fortifica nos, ut tibi indissolubiler adherentes, nunq̄ à te in perpetuum recedamus, sed semper hic per gratiam, & in futuro per gloriam, te feliciter persequamur. Amè.

Quod homo potest conseruari in statu. Cap. XIII.

Mirabile est ualde fratres charissimi, quomodo sic modica similla, sicut est cor nostrum non absorbetur totaliter ab immensa bonitate diuina. Et quo seruis Dei, non semper amore tam amantissimi Dni inebriatus incedit, hoc certe penitus fieret si uellemus, & conaremur illi immensa diuina bonitati, simpliciter applicare cor nostrum. Unde de hoc non dubitet aliquis, quod quanto magis illi summam bonitati uellet applicare cor suum, tantum melior & perfectior esset. Et qui in summo applicare posset, ita ut penitus oblitus omnium, praeter ipsum Deum, toto animi conamine tenderet in eum, ibique aliquandiu quiesceret, non statim inde recedens, tunc credo, quod talis nimis abfortunatus dulcedine, consumaretur in statu. Tunc talis inter consolationes, & tribulationes, honores & uituperia, blandimenta & opprobria, prospera & aduersa, insensibilis totaliter pertransiret, nihil penitus sentiens, nisi Deum suum solum honorare affectans. Tunc certe talis posset merito dici comprehensor potiusquam uisitor, beatus non miser, Angelus non homo, non peccator, sed sanctus. Et si ad hoc pertingere cupis o homo, hanc breuem regulam tene. Quicumque uult esse consumatus in statu, debet de sua propria uirtute totaliter desperare, & plenarie se dimittere in brachijs pietatis immensa. Toto corde simpliciter confidat de ipsa in omnibus, fideliter agat, de continentibus, quantum in se est, penitus nihil omittens in hijs quae potest cernere ad sui Dei pertinere honorem. Sed & hoc etiam obtinere, quod in perfecta regula scriptum est, est donum Dei per maximum. Et si quis ipsum cognouerit in se esse, hoc certe totum non a se, sed a suo Domino recognoscat, sciens pro certo, quod penitus est impossibile, ipsum ad tantum donum posse pertinere sua sola uirtute. Et quod nullo modo ad hoc donum de se est aptus uel pronus, sed potius est talis de se ad digna mortis eterna.

Regula notabilis.

Quod homo in breui potest esse perfectus. Cap. XIII.

Quicumque ad summitatem montis Domini per contemplationem cupit uenire hoc diligenter attendat, quod semper per mentis elevationem in Deum ascendat, & nunquam quiescat dum uigilat, ut quiescat. Nam isto assensu mirabili non quiescere, est quiescere. Et qui quiescit necessario fatigatur, intantum ut iam amplius non possit ascendere ullo modo. In ascensu enim montis materialis,

Regula contemplationis continuanda.

quia caro infirma est, quiete interpollatim requirit. Sed ascensu spiritali, quia spiritus quidem proptas est, contrarium exigit ut scilicet non quiescat. Et quanto magis sic fatigatur, tanto uelocius & magis cito ascendet. Currando quippe fortior & rocentior fiet, & erit semper audior ad maiora. Delectabilius & suauius, & dulcius gradietur. Et ipsum majus, uel magis currere, sibi leuius & iucundius apparebit. Et ideo stulti sunt illi, & quod sit contemplatio simpliciter inexperti, qui causa resumendi uires, re quiescant aliquando, uel quiescere uolunt. Habeant enim pro certo, quod tunc in illa quiete non resumunt uires, sed potius uires dispergunt. Nam si contemplatiuus fortiter currat, tunc quiescere facit, & nisi intantum intendatur, ut in soporem degeneret, non auferret totaliter sensum suum particularium actuum, sed ad modum ebrii esse liberos non permittat, tunc quasi quicquid uideris, reputabis quadam diuina gratia abundare. Et quamuis prima ebrietas summe suauis est ei, si plane incedit, tunc ualde incipit fatigari. Si totaliter quiescit, tunc totaliter uires disperdit. Et ideo nihil aliud contemplatiuo restat facere, nisi cum uirgine in montana ascendere cum festinatione. Si quis autem hoc capere non potest, sed uult omnino aliquando quiescere, & tamen ascensum in desiderio habet, tunc sibi hoc restat remedium, quamuis ad ea quae dicta sunt non ualeat adaequare. Videlicet ut saltem modum materialiter ascensionem non dimittat. Nam qui materialiter montem ascendunt, & in medio fatigatum quiescere uolunt, non descendunt ad quiescendum in ualle, quia sic nunquam possent ad summitatem attingere, & sic à cunctis merito stultissimi haberentur. Sic certe stulti reputandi sunt ab omnibus, & nunquam ad contemplationis cacumen perueniunt, qui hodie per contemplationem modicum uel etiam multum ascendunt, & tamen finaliter affecti tadio hoc assensu ad locum unde uenerant, siue ad statum à quo ascendendo recesserant reddunt ad quietem, credentes quippe sic in peccatorum seu uanitatum uallibus, & in planitie imperfectionis delectabiliter quiescendo effici fortiores postea ad ascensum. Ignorantes prorsus, quod sic non solum non fiunt fortiores, sed uix poterunt ad statum & locum ad quem prius ascenderant peruenire. Et ista est forte ratio sicut credo, quam hodie sic pauci contemplatiui supercilium montis attingunt. Sed si homo ascenderet hodie quantum posset, & ibi forte fatigatus quiesceret non retrocedens aliquo modo, et tunc inde se altius eleuaret, & ibi eria figeret pedem cordis, et post cras iterum altius ascenderet quantum posset, & ibi staret penitus non descendens, et sic ultra procedendo faceret omni die. Dico uobis & firmiter credo, quod iste talis plus in ascensu contemplationis proficeret in uno mense, quam alius in quinquaginta annis qui continue retrocederet quiescendo.

Luc.

Notabile documentum.

Et credo

Et credo, quod etiam iste in breui consumaretur in statu, & esset gloriosus coram Deo, & toti caelesti curia predilectus. Si autem contemplatiue ascendens in montem timueris in aliquo, statimurras ad caernas lateris & sanguinis uulnerum Iesu Christi. Si uero nullo modo te potes abstinere à ualle, quia ibi forte nutritus es, nec uis implere quae dixi, hoc saltem facias, ut scilicet ad uallem miserabilem tuae miseriae, & etiam potius humani generis, per humilitatem tui, & per compassionem proximi salubriter condescendas dolendo summe, & lachrymando tam protius, quam per aliorum peccatis, & pro omnibus ueniam à Deo simpliciter postulando. Quod ipse elementer concedat, quod est benedictus in aeternum, & ultra. Amè. Unde in breui regula, haec omnia praedicta comprehendere. Qui per contemplationis ascensum uult attingere uerticem montis, nunquam quiescat. Et si paulisper quiescit, uel quiescere uoluerit, non retrocedat, sed iterum postea sursum ascendat, donec affectus plenè fuerit, quod intendit, nisi forte descendere uelit ad suorum, uel aliorum tristitiam peccatorum.

Epilogus dictorum

STIMVLI AMORIS SECUNDA PARS.

De decem requisitis ad spirituales profectum, & primo.

Quod homo studeat, se uilissimum ostendere. Cap. I.

Primo studeat homo quantum potest, se uilissimum reputare, & indignum omni beneficio Dei, sibi displiceat: soli Deo placere cupiat. Ab alijs uelit uilis, & humilis reputari. Et ex hoc summam Dei clementiam recognoscat, quod cum sit sterus uilissimum, ad immensa maiestatis iniuriam proptissimum, & in omnibus foetidissimum dignatur eum Deus sibi in seruum assumere, & quod maius est, in filium adoptare. Non ergo reputet magnum, quod Deo seruiat, sed potius maximum reputet, quod ipse Deus dignatur, habere sic insufficientem & miserum seruitorem.

Decem documenta spiritualis profectus.

Quod homo non doceat, nisi de pietate.

De dilectione pauperum.

paupertate, & omnis consolationis corporis deiectione, se studeat ad conformare, & hoc debet maximum reputare, quod Rex regum, & Dominus dominantium Iesus Christus, seruum sic uilissimum, suis dignatur induere ornamentis, & sibi lutum foetidissimum simulare. Ideoque quanto uideret se ditiores, & in pluitibus consolationibus corporis abundare, tanto debet intimius & profundius contristari, cernens se magis ex his, fore à Christi similitudine elongatum.

Quarto ut in his bonis, & indifferentibus, alterius plusquam suam adimplere studeat uoluntatem, immo semper suam in exterioribus actibus studeat abnegare, aliorum beneplacita affectans, cum omni uigilantia in licitis adimplere. Et si haec omnia, cum ca omnes faciens, suos superiores debet totis uisceribus amplexari, & quaecumque dixerint, honesta fieri uelle, uel etiam signo aliquo intimauerint, debet suo posse, cum magno desiderio affectui demandare.

Quod qui libet debet adimplere uoluntatem Christi.

Quinto quod nullum quantumcumque miserum despiciat. Sed erga omnes materno commouetur affectu, & sic omnibus intime compatitur, sicut ipse compatere suo unico filio praedilecto. Omnes aliorum miseriae reputet esse suas. Et sicut ipse sibi met, ita si potest, debet omnibus subuenire, & quauis in compatiendo & ministrando debeat erga nos materialiter se habere. Debet tamen omnes tanquam patres & dominos reuereri.

Quod nullum despicit.

Sexto quod nullum iudicet de peccato cui, ignoret: quid diuina gratia in anima operetur. Sed si aliquem per signa aliqua manifesta coniecerit peccatorem, plus de peccato illius doleat, quam si in suo proprio corpore deberet mille mortis supplicia sustinere. Recognoscat enim diligenter, quod periosior est anima quae sic letaliter uulneretur, quam omnium corpora hominum, & caelorum, in quantum corpora. Et ideo sicut corpus meum à morte, sic immo multo magis debet proximum meum cum omni uigilantia custodire, & à peccato retrahere, oratione, exortatione, exemplo, & breuiter modis omnibus quibus possem.

Quod unum iudicet.

Septimo ut bonum proximi diligat sicut suum. Et sic ut mater de bonis filij iucundatur, sic debet de prosperitate omnium uiuentium exultare, & maxime de his quae spiritualia sunt, uel ad spiritualia inductiua. Et sic ac si sua essent, aliorum bona debet summopere, & sollicitè promouere, & semper plura & maiora bona debet de proximo credere, quam ualeat intueri. Debet nihilominus etiam de bonis temporalibus proximo non modicum congaudere.

Quod bonum proximi diligat.

Octauo ut nihil praeter Deum diligat, aut non nisi pure propter Deum, ut sic omnia propter Deum, & in Deum, & ipse Deus in omnibus & super omnia solummodo diligatur, nec ad magis diligendum hunc uel illum, alliciat magis propinquitas, uel beneficiorum immensitas, seu quoruscumque bonorum commoditas temporalis, sed potius maior uirtus, & sanctitas cuiuscumque, ut sic oes in Deum referens

Quod bonum proximi amet.



referens & communi amore & charitate diligens meliori, & sanctiori charitate vinculo strictius copuletur. Potest tamen & debet pro beneficiis, & propinquis, & precipue parentibus coram Deo salute animarum orationem effundere specialē.

Nono ut quicquid faciat uel dicat, & pro quibuscuq; negotijs implicet, Deum semper actum in corde habeat, & nihil aliud quam honorem suum in omnibus actualiter, uel habitualiter intendat. Sed ad hoc precipue nitatur, ut sic semper Deum presentem intelligat, ac si ipsum qui presens est in sua uideret essentia. Sicq; eum timeat, reuerentur, & intenso amore in ipsum feratur eoq; prout potest in uia fruatur, ut in ipso & non in alio requiescat.

Decimo, ut si predicta omnia uiderit se facere posse: adeo maxima beneficia accipere recognoscat. Debet quoq; ceterorum Dei beneficiorum innumerabilium reminisci, & precipue quod eum ad suam imaginem uoluit insigniri, seq; nostram naturam assumere: se ipsum pro nobis morti tradere, in uia se nobis in cibum, in gloria uero in premium tribuere semetipsum. Et quia nondum ipse homo Deum in patria est adeptus, est saltem in uia aspiciat in patibulo sicq; sibi compatiatur: ac si eius uulnera in suo proprio corpore sustineret. Et de hoc precipue debet dolere, quod tunc uidet frustrari beneficio sic immenso. Cernat Iesum deniq; in altari exhibitum sibi in cibum & potum, omnis saporis suauitatem habentem. Et sic in ipso toto affectu delectans clamet, & dicat hanc orationem. Oratio.

Domine Iesu Christe tu qui es panis uita, me de te satiate digneris, ut nihil prater te sciam, uel sitiam. Tene Domine mentem meam ut interueniente uerbo tuo: a te uero sole iustitie repareretur. Qui uiuis, &c.

Matri Christi etiam omnem reuerentiam exhibeat & dicat sic. Oratio.

O dulcissime Iesu dignare me infimum omnium peccatorum matri tuae reuerentiam debitam exhibere. Et tu clementissima Domina mihi indignissimo impetra ut perfecte sim semper tuae deditus seruituti, & tibi omni tempore obsequar pura mente & corde deuoto continue tuae benignitati assistam. Amen. Oratio.

Domine Iesu Christe cor meum tuis uulneribus saucia, & tuo sanguine inebria mentem meam: ut quocumq; me nertam te semper uideam crucifixum. Et quicquid aspexero, mihi tuo appareat sanguine rubricatum, ut sic totus in te tendens nihil prater te ualeam inuenire, nihil nisi uulnera tua ualeam intueri. Hec mihi sit consolatio magna tecum mi Domine uulnerari. Haec sit imago mihi afflictio sub te aliquid meditari. Non quiescat cor meum bone Iesu donec te inueniat centrum suum. Ibiq; suum terminet appetitum. Amen.

De predestinatione. Cap. II.

SI de predestinatione, aut de praescientia Dei tibi aliqua subrepat cogitatio, sic responde diabolo talia proponari. Quicquid sit de me certe est esse damnatum. Sed & si ego praescitus sum, & Deum meum habere non debeo post hanc uitam totis meis uiribus laborabo, ut saltem ipsum habeam in praesenti & ipsum possideam quantum possum ne in utroq; statu caream tanto bono. Momentum igitur temporis de cetero non transibit, quin se cundum meum posse totaliter fruatur ipso & semper in ipso summa incunctitate delecter, ex quo aeternam misericordiam assequi non debeo in futuro. Nunquid summa uelantia esset si certus sum me aeternabus ignibus cruciandum, uelle me inimicis tradere in praesenti, & ex nunc cum Diabolo incipere conuersari? Et non ne sufficere illa miseria absq; hoc quod me nunc miserum faciam ante tempus, immo certe plus praedestinati me Deo meo pro ut poterem totaliter exhibebo, ut nihil sit in me, nec cor, nec lingua, nec cetera membra quae sunt occupata in seruitio Dei mei, ut saltem dum possum in quantum possum habeam summum bonum, sicut n. seculares, qui iam quadagesima non debent comedere carnes, uolunt in carnis priuio carnibus abundare. Sic certe de Deo deberet facere qui de sua praescientia esse certus. Et hoc precipue faceret sine dubio si quod sciat se Deum extra ad modicum degustaret. Ceteras enim delicias abstinentiu reputaret. Sed quantumcumq; quod Deus praescitauerit me si certus. Scio quod se ipsum negare non poterit. Unde enim totis uiribus amplexabor, & ipsum mentis uisceribus fortiter stringens, etiam si auctora apparuerit, nisi mihi benedixerit non dimittam. Quod si benedixerit mihi eum tunc etiam non dimittam & sine me recedere non ualebit. Licet enim mihi est sibi inferre uolentiam in hac parte eum ipse comedit illos qui regnum caelorum capiunt uiderent. Aut certe scio quid faciam. In caueris n. suorum uulnerum me abscondam ubi quietius latitabo & sic extra se ipsum me non poterit inuenire. Quod si intra se ipsum me inueniet, eum me exire compellere non decebit, quia dixit, eum qui uenit ad me non eiciam foras. Et sic me condemnare non poterit, nisi se uoluerit uindicare. Aut ad matris suae pedes pronolatus iacebo, & quod propter peccatores mater Dei sit effecta iuridice allegabor, & ut mihi uentiam impetret humiliter postulabo. Et sic repulsam pati non potero ab ea, quia ipsa fons pietatis ab omnibus predicatur. Ipsa enim non misereri ignorat, & misericordis satisfacere nunquam nesciuit. Nec credo quod propter me nouam uelit adiscere lectionem. Ideoq; ex compassione maxima ante filium suum meum (si dici potest) misera apparebit, & mihi ad indulgentiam quae citius poterit suum unicum inclinabit, & sic triplex habeo refugium, quod quasi

Tria obseruanda uiro contemplatiuo.

triplex funiculus difficile confrigitur. Quod si ego praedestinatam uitam aeternam debeo cum Angelis possidere, certe debeo ex nunc Angelicam uitam ducere, non humanam. Totum illi me debeo exhibere in seruitium, qui se mihi totum in premium preparauit, ut hac portione contentus nihil aliud ammodo mihi liceat affectare. Iustus enim est, & si aliud quam ipsum quererem, contra me posset rationabiliter indignari. Et sic quem uisus sum mihi beneuolum, cito merito uiderem iratum, & contra me non iniuste, sed digne, & iuste sententiam inferentem. Igitur in fine Diabolo sic concludam. Quicquid de me futurum sit, a Dei seruitio non desistam. Et uerum tibi quia non potes tanto Domino ministrare, & eius dulci praesentia iucundari.

Haec sunt, quae ducunt hominem ad contemplationis quietem. Cap. III.

SI ad contemplationis quietem uolueris peruenire, tu intra te studeas radicare haec tria sollicitudine obseruando. Primum est, ut quantum & qualiter tuum creatorem offenderis, quantumcumq; ab alijs quotidie offendatur consideres diligenter, & diligenti consideratione assidue mediteris, & de tuis sceleribus summe dolens, alijsq; intinens compariens, tanquam tibi die noctuq; si potes abundantius lachrymeris, tuis lachrymis uberius irrigando cor tuum, ab omni macula abluendo, Deum tuum tuis sceleribus offensum cancellatis manibus, flexis genibus, lachrymosis gemitibus & suspirijs, ac importunis precibus tibi ad misericordiam inclinando. Non enim sumus in statu letitiae, sed meroris. Et magnum est ualde, si Deum nostrum sic nostris delictis grauiter & frequenter offensum, poterimus toto tempore uitae nostrae placare prolando. Et hoc ad magnam nostram consolationem debemus summopere eligere, in praesenti nostras uidelicet & aliorum nequitias gemere & plorare: quia ipse benignissimus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & totius consolationis, anime sic fideliter in amaritudine existenti: post gemitus & suspiria, & lachrymarum inundationem exultationem infundit. Sicut n. aqua in utre putrefacta, & solis calore decocta in uinum conuertitur, sic imperfecte coacta lachrymae amarum, feruore charitatis decocta in uinum letitiae conuertuntur. Nec enim decet tantum Deum & Dominum: tam nobili dono in anima habitare, nisi ipsam mundissimam inuenierit, & cum omni diligentia ab omnibus peccatis, & maculis expiatam. Secundum est, ut nitaris quantum poteris, Christo compati pro te passo. Vbi n. & semper eius passionem & mortem sibi crudelissimam & penosam, sed nobis necessariam & dulcorosam, debes in corde tuo assidue meditatione perscrutare. Nisi enim sibi compatiendo nouerimus nos compati, secum non poterimus iucundari. Si autem

bene eius passionem fueris meditatus, & multum intraueris latus eius, certe peruenies ad cor eius. O felix cor, quod sic cordi Christi dulciter colligatur. Cuius leua sub capite eius, & dextera amplexatur. Recte tunc sponsus cum sponsa in cubiculo requiescit. Sed obsecro te o anima, mihi narra dulcedinem quam tu sentis. Quae so te, mihi delicias quibus cum sponso tuo Christo affuis non occultes. Sed ut bene uideo me non audis, quia cor tuum abortum est nimio praedulcore. Iam tui interpretis existentis in carcere es oblita. Certe enim te, sic amenitate nimia esse raptam, ut iam non sit tibi uox penitus, neq; sensus. Quicquid, autem ad contemplationis quietem & dulcedinem, nisi per Christi lateris hostium uoluerit introire, furem se reputet & latronem. Tertium: ut nihil possidere cupias nisi Deum, et quicquid praeter Deum cordi tuo oblatum fuerit, uel uideris, uel audieris nominare, debes de huiusmodi tanquam de caducis folijs non curare. Ipsi soli stabilias mentem tuam. Ipsum solum omnibus relictis tu sequaris. Ipsi soli indissolubiliter colligaris. Tunc enim te suis brachijs sustentabit, & castis amplexibus te constringet. Tunc in auribus tuis melos suae eloquentiae resonabit, & tibi melliflua oscula exhibebit. Verum tunc praedeltijs te non poteris sustinere, quia nimia dulcedine abforberis. O felix anima quo abijisti, quae sic nos in tanta amaritudine reliquisti? Nobis obsecro nuncia, si tibi sufficiunt illa bona? An uis, ut tibi de nostris delictijs & exenijs transmittamus? Sed ut puto nos reputas non exenijs, uel delictijs, sed potius stercoreibus abundare. Quid ergo tibi offeremus o anima tanta taliaq; iucunditate repleta, cum tu maxima nostra bona non solum recipere, uerum etiam nec pensare, audire, uel respicere non dignaris. Quare sic quae diligimus, tu contemnis? Sed tu uideo nobis non loqueris, quia raptam es in cubiculum a dilecto. O amor ineffabilis, qui cor sic fortiter conglutinat suo fini. O mira benignitas Creatoris, qui se singulariter diligentem, dono uisitit excellenti.

Contra superbiam. Cap. IIII.

Superbe homo, Luciferi imitator responde mihi. Nunquid cogitas te Deum esse. An omnia a Deo esse ignoras. Si enim a te aliquid esse protestaris, certe te Deum esse fateris. Sed amplius uide, ut magis tua insania reprimatur. Nonne de alieno stultum est gloriari, cum ergo cuncta sint a Deo. Si gloriaris de aliquo, te manifeste comprobas esse stultum. Si autem hoc ignoras, non es dicendus homo sed bestia, carere penitus hominis ratione. Audi ergo infans. Si gloriari uis, & stultus apparere non uis, exclude quae tua non sunt, & tunc de reliquo gloriaris. Sed certe si omnia non tua a te excluderis, in nihilum penitus redigeris. Ergo de nullo gloriaris, si non uis incurere uanitatem. Si uero specialiter ad



ter ad donagratum facientia descendas: de illis gloriari non potes, quia te illa habere ignoras, immo si de illis gloriaris, eo ipso illa non habes. Sed etiam quod tu ipsa habeas supponamus. Quia illa illa possideas uideamus. Nonne tibi infideli seruo proditori Dni. destructori tibi met iustitiam qua tu possides, noſter benignissimus Dns tanq̄ pannum albiſſimū gratis dedit. Et tñ tu cū stillare non cessas sanguine menstruoſo. Sed uesania plene, ut inā saltē meretricis mulieris frōtem haberes. Quāſo, quā est meretrix sic corrupta, quā de suo menstruo gloriatur, immo quā uelis inuenias meretricem, quā de hoc non intime confundatur. Nec etiam audeat sponsa, suo sponſo amantissimo reuelare. Quid ergo o stulte in malitia gloriaris? Si tñ semel in mense ad modum mulieris deficeret sanguis tuus, causam haberes forsitan gloriandi. Sed erubescere & dolo, quia quotidianus est, & quasi continuus fluxus tuus. Si ergo a te tantum malum, & a Deo tantū bonū cernis esse, in Deo gloriaris cōtinuē. Et de tua turpitudine coram diuine maiestatis oculis assidue erubescere, quidelicet sic deficere nō desistis. Sed fortē dices in me nolo gloriari de cetero, sed tñ ab omnibus commendari. Sed impie latro audi. Nōne stultum est & periculosum, largissimo Dño tuo, qui omnia quā habes tibi tribuit, abundanter furari illud, quod est ei carissimū: maximē ubi hoc uideat, & cognoscat, sibiq; displiceat & non ualeat sustinere? Sic certē stultus es, qui ab hoibus laudem quāris. Ideo cum uniuersa per semetipsum operatus sit, Deus oēs laudes, & omnia laude digna ad honorem referas Dei tui. In teipſo autē hoc cogita diligenter, quod ad hoc creatus es & redemptus, ut non tu, sed Deus tuus in tuis operibus cōmēdatur. Tu ergo uoluntatem Dni tui fideliter assequaris, ut laudari abhorreas: Deum autē ab omnibus gaudeas exaltari, & quantō magis ab aliquo cōmēdatur: tantō in maius gaudium eleuetur. Et studeas quantum potes omni tempore, omni loco Deū tuum lingua & opere honorare. Semper actu fœlis suae laudi intendas. Si n. benē diligeres Deum tuum, eiusq; honorē appeteres ut deberes, males quibuscūq; amarissimis semper pasci, & stercus etiam ab omnibus reputari, immo tanquam stercus ab omnibus abhorrerī, ac tanquam lutum foetidissimum ab omnibus conculcari, q̄ quibuscūq; delictijs abundare, q̄ quomodolibet ab hominibus eleuari, q̄ qualescūq; perfui corporea sospitare, si inde Deus tuus amplius laudaretur. Supposito etiam quod par esset meritum utrobique, hoc tñ deberet gratissimum nobis esse ut altissimus Deus noſter a nobis & de nobis ali quod laudis munusculum recipere dignaretur. Sed propter nostram miseriam, in contrarium uertimur tota die. Sed o mira ineffabilis, amabilis q; clementia Saluatoris, quā tam benignissimē nostris miserijs condescendit. Quis illam poterit nunciare? O homo non sis quāſo de tan-

ta misericordia ingratus: sed gaude & mirare de tam dulci Deo gratias agere non desistas. O mi Domine, quid tibi contuli ego reus, quod me superbum & arrogātem, tam dulciter pertrahas, & fones tua benignissima charitate. Quid & cuncta beneficia mihi tribuisti, & tribuis tota die. Et undē est mihi tanta gratia, quam inueni, quod sic me ante te sustines etiam ad momentum. Certē hoc non mereor, sed dignus sum, cum inferis habitare, immo bone Domine, nec etiam inter creaturas tuas mereor nominari. Quid igitur tibi p̄ his faciam? Quam tibi satisfactio nem perſoluam? Quam tibi remuneratiōnem rependam? Quid recōpensare poterō bonis tuis? O Domine immensitas bonitatis. O ineffabilis misericordia, grā, & charitas Saluatoris. Quid tibi pro tot tantisq; beneficijs poterō exhibere? Ego nescio, nec ualeo satisfacere pro delictis, ne dum pro beneficijs laborare, nec etiam aliud tibi possum tribuere nisi tuum. Scio ergo quid faciam, quia me totum tibi totaliter exhibebo, & me totum tuum proiciam in teipsum, & semper amore, timore, & uerecundia plenus, omni tempore, omni loco, ex omnibus uiribus meis, tibi quam poterō, & sciuerō reuerentiam exhibebo. Et si dignaberis, tibi pro posse libenter, ac fideliter ministrabo. Et si hoc parum est, sicut uere parum, est tamen quia feci quod sciuī, & potui, nō indebitē acceptabis. Sed maximum mihi esset, si me dignaberis tecum in aera commorari. O q̄ dulcis mihi erit, tunc tua praesentia summē bona. Accedam tūc cum silentio, & discooperiā pedes tuos, ut sic me digneris tibi ad ueniam in matrimonio copulare: Non quiescam certē, donec tecum tuis strictis amplexibus congaudebo, donec tuis mellifluis & castis osculis exultabo, donec inenarrabili dulcoris suauitate pertitus, in tuis brachijs dulciter conquiescam. Tunc uerē delictijs assuam, & ammirabitur, & dilatabitur cor meum, quando tam mirabili iucunditate repletus, nihil nisi te cupiam habere, nihil p̄ter te uidere, audire, gustare, sentire, nec etiam cogitare ualeam in hoc mundo. At tamen & nunc te obsecro amabilis Domine mi, ut nullo tempore, uel loco, meo regimini medearis, quia sum meq; animā destructor, & crudelissimus homicida. Omnia autem bona quā mihi dignaberis elargiri, sicut & tu clementer tribuis, ita ipsa misericorditer tu conserues, ut tibi soli sit honor & gloria in saecula saeculorum. Amen.

Quod tentationes utiles sunt. Cap. V.

Mirabilis benignitas altissimi, qui nos tentare permittit, non ut capiamus, sed ut timeamus ad te portum tutissimum capiamus fugam. More enim bone matris facis o Domine, quā ad horam aliquando suum paruulum dilectum filium a se elongat, quem semper tamen apud se habere desiderat uidere. Cui sic elongato ali-

Allegit ad eorum laudē & ueritatem

quando timorem terribilem incurrit in occulto, ut sic puer timore perterritus, ad matrem cōfugiat, & discat in periculis ad matris gremium properare. Nam tunc mater brachia extendens bilum ad se fugientem cum gaudio recipit, & amplexatur, sibi arridet & dulcia oscula elargitur: eum lacrimat & confortat, sibiq; uerba consolationis, prudentiē, & doctrinē pariter subministrat. O felix tentatio Deo permittente & prouidente, persequens in hoc mundo, quā ad diuinos amplexus etiam in praesenti fugere nos expellit. O dulcis Domine qui sic te nobis tribuis refugium salutare, qui sic nos undiq; effugari permittis, ut scilicet ad te tutorem citius fugiamus, & tecum omni tempore securi commoremur. Non ergo ad damnum, sed meritum: non ad uitium, sed uirtutum exercitium & augmentum, tentationes mundi te habere patiaris, o homo. In omnibus tamen cum timore, sollicitē, sobriē uigila, & labora. Et ne aduersarius tuus diabolus tanquam leo rugiens te circueundo capiat per consensum, uelociter ad Deum tuum summum & solum refugium studeas currere toto posse. Ibiq; si tentare uoluerit, resistebis. Sin autem, capi poteris & damnari. Si autem a Deo te nimium elongasti, nec potes ad eum citō currere per lamentum penitentiae, & laboris, saltē per augmentum seruentissimi amoris, & deuotissimę contemplationis subintrata totaliter cauernas uulnere Iesu Christi, & in sui lateris puteo te abscondas, nec timeas, quod te tunc inueniat inimicus. Hoc enim semper habes pro regula generali, quod quantumcūq; Deum tuum altissimum ad te profundē uolueris inclinare, in corde tuo porta uulnera Iesu Christi, & te eius conspersum sanguine, patri suo & tuo tanquam unigenitū repraesenta. Ipse enim tanquam pater dulcissimus, tibi statim plenariē prouidebit. Accede ergo ad Christū, & eum lachrymis deprecaberis suppliciter, ut ex quo ipsum non decet demō uulnerari, dignetur in tuo sanguine sua uulnera renouare, teq; totaliter suo sanguine rubricare. Et sic indutus purpura Iesu Christi, poteris securus introire palatium Dei patris. O tentate hęc uulnera quoridie meditare, quia hęc semper tibi erunt in refrigerium & solamen. Nec dubites, quod si ea benē in corde tuo expresseris, nullus tentationis aditus apparebit. Quis enim uidens Dominum gloria, non suis, sed nostris pprijs sceleribus sic grauirer uulneratum, auderet iterum scelera perpetrare? quis adeo impius & crudelis, pro ipsorum uulnere Iesu Christi compassionē & reuerentia, non desisteret a peccato? saltem miser desistat, quia desistere habet timorem intollerabilis poenae sibi debitae in futuro, quae sine comparatione grauior & acerbior est, huius mundi poenae omnibus simul sumptis. Si autem contra te Christum uideris meritō indignatum, tunc ad solam spem & fiduciam

Nota.

oium peccatorum recurras, scilicet ad matrem Christi Virginem gloriosam. Et ipsi tanquam matri Dei omnem reuerentiam exhibeas, quantum potes, ac perfusis lachrymis eius auxilium postules incessanter. Et uere dico tibi, quod si ex corde importunis & lachrymosis oculis precibus ad eam toto posse pulsaueris, non quiescens ab ea, sine dubio quod uolueris, quam citius in petrabis, secum enim creuit miseratio, & sibi satisfacere miseris ex officio est commissum. Undē illud quod ipsa cum magna diligentia exercet communiter erga omnes, tibi soli nullo modo poterit denegare. Quod si nullo modo te senseris consolari, non tamen dissidas, uel desperes, sed crede, & intellige tunc Deum tuum te diligere, qui ideō hoc facit & permittit, ut inde magis peccatorum tuorum profunditates uideas, & cognosceas: & ut tuā miseriam nō ignores. Et hoc est maximum donum Dei, non enim sibi placet praesumptio aliquorum, qui se iustos reputant apud ipsum, & ad ipsam altissimum tanquam ad familiarem amicum praesumptuose & irreuerenter quodammodo, & nimis domesticē appropinquant. Vult enim, ut quilibet quantumcūq; bonus, & iustus, uilem, peccatorem, miserum, & quasi nihil se reputet apud Deum, uel in seipſo, & quod ad ipsum accedat cum magna reuerentia & timore, cum magna uerecundia & rubore de malis commissis, cum magna tristitia & dolore de bonis omissis, cum magna tamen spe & fiducia, omnem gratiam, & misericordiam ab eo finaliter obtinendi. Et magnum est ualde & ad maximum donum Dei, si hoc putet ipse homo, quantumcūq; bonus. Si Deus Deorum, Rex regum & Dominus dominantium dignaretur, eum a longē etiam quid modicum intueri. Ideoq; homo pleno corde Dei magnitudinem, suamq; prauitatem confiteatur, & dicat. Domine non solum non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed nec ut tibi appropinquare ualeam ullo modo. Sufficit enim mihi ualdē, si tuae pietatis oculis me clementer digneris respicere a remotis. Dico autē tibi o homo, quod si in hoc perseveraueris humiliter, non quiescens, non solum te uidebit, sed ad sua secretissima introducet, quod ipse dignetur mihi & tibi facere, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Qualiter homo ordinet cogitationes suas: ita quod semper habeat Deum in corde. Cap. VI.

Homo uis agnoscere quomodo tuum dirigas cogitatum? Semper enim ut humiliatio tua sit in medio tui, debes considerare diligentius temetipsum, cogitando undē ueneris, ubi sis, & quo post hanc uitam miserabilem sis iturus. Item cogita & recogita infinitam Dei uirtutem, eiusq; ad te ineffabilem charitatem, quae ad suam imaginem de nihilo te creauit, & pro-

Confiderationes uerae & de uoce ad ueram humilitatē acquirendam.

pter



per te totum numerum produxit, omnia subi-
ciendo sub pedibus tuis, & cunctorum animan-
tium te dominum statuendo. Item cogita,
quomodo te perditam per peccatum, Deus mi-
sericors in hunc mundum ueniens, sollicitè te
quaesuit, & pro tuis peccatis moriens, crudeli-
ter super crucem suo preciosissimo sanguine te
redemit, sicq; te de potestate & seruitute Dia-
boli liberauit, & ad regna caelestia te gratis, &
dulciter inuitauit. Quid plura? Hac & huius-
modi beneficia innumera & immensa, tibi
à Deo impensa cogita diligenter, & ipsum Deum
ac Virginem Mariam matrem eius, in omnibus
& per omnia, ubiq; & semper habeas ante oculo-
los cordis tuis; sicq; coram ipsis existens, suamq;
admirans magnitudinem, ac tuam miseriam re-
cognoscens, quantum poteris resilies in te ipsum
admirans non modicum, quomodo Deus di-
gnatur rem tam foetidam & uilem coram suis
oculis praesentari, & te etiam ad momentum in
sua patitur praesentia commorari. Hoc faciens,
sic de hoc dono maximo, & de omnibus alijs
quantas poteris, referas Deo grates. Et hoc etiam
quod regratiari sibi possis, tibi reputa magnum
donum, & hoc donum, scilicet, quod dignatur te
in sua praesentia commorari, & alia omnia, quae
tibi concessit, debes cum omni uigilantia dili-
gentius custodire, & semper cum magna auidi-
tate mens tua transeat ad maiora. Et si propter
tuam miseriam, aut aliquam occupationem ex-
terioriorem, cogitatu tuo à sua praesentia absentar-
baris, cum auiditate quam citò sollicitè reuertii
studeas ubi eras, & hoc sic faciens, qualem pro-
cessum habere debeas citò te docebit. Hoc ta-
men pro certo habeas, quod quicquid sit de alijs
semper te debes ad nihilum redigere, quantum
potes, & omnium peccatorum te infimum reputa-
re, & tam pro te, quam pro alijs debes à Deo tuo
tibi praesente, cum omni humilitate ueniam lac-
chrymabiliter postulare, & tuam consideratione
semper super hoc poteris dirigerere in hunc mo-
dum. Nunquam enim debes cogitare, quod alij
peccatores adeo sint elongati, quin & si non
continè, ad horam tamen ad Deum se uertant
in corde, & quin tunc fortè te intimus ipsum re-
cogitent, & cognoscant, & quin maiori coram
ipso assistant reuerentia, & maiorem considera-
tionem suorum habeant peccatorum, & se sibi
humilius representent, quin etiam maiori affe-
ctu moueantur in praesentia tanti boni. Et si hoc
pleno corde non poteris cogitare, hoc ipso de-
bes te superbissimum reputare, nec poteris de
congruo huic tuae superbiae praeponderare con-
cupiscentias aliorum. Nullum etiam quantum-
cunq; publicum peccatorem indices, uel contem-
nas, quia nescis finem eius. Potens est enim Deus
iustificare impium & malignum. Te ergo & non
alios indices in hoc mundo, quod si facere non
potes, debes tunc firmiter praesumere, quod super-
bia sit illud uitium, in quo ceteros singulariter

tu excedis, ex quo non potes tuam aspicere pra-
uitatem. Et certe si hoc est uerum, satis bene &
dignè potes te omnium infimum appellare, sed
forte tua superba cogitatio dicit tibi, quomo-
do de infidelibus hoc potero cogitare, scilicet,
ut sim infimus eis, cum ipsi nec Deum cogno-
scant, sed audi superbia caeca, an ignoras, quod si
Deum cognoscis, ipsamq; credis te redemisse
suo sanguine pretioso, & contra ipsum cum in
superbia eleuaris, quod longe grauius peccas, quod si hoc
omnia ignorares? Nonne ubi cum peccato est
maior cognitio, maior contemptus tibi esse po-
tatur? Nullam ergo excipias de infane te fore pe-
torem, sed pleno corde te humilia apud Deum,
te uiliorem & maiorem peccatorem ceteris re-
cognoscens. Et si fortè tunc (quod absit) tibi sup-
repat maligna cogitatio dices. Ergo tu es à Deo
reprobatus, hanc quam citò excludere debes,
nec talem cogitationem tecum permittas mo-
do aliquo commorari, licet enim timere habeas
non modicum de peccatis, magis tamen ac ma-
gis sperare debes, & Dei altissimi superextolle-
re pietatem, & confidere simpliciter in uulneri-
bus Iesu Christi, & in summa clementia suae ma-
tris, immensa enim & insinua est misericordia
Saluatoris, adeo ut si in te solo essent omnia pec-
cata mundi, quae facta sunt unquam, uel possent
de cetero perpetrari, adhuc in infinitum super-
excederet misericordia Dei nostri, & tibi omnia
peccata mundi si cum lachrymis & humiliter
ad eum recureris, propter suam pietatem lar-
gissimam condonabit. Si etiam tunc tibi ueniat
cogitatio, utrum sis in charitate uel non? Time-
re proculdubio debes, & cauere, ne determina-
te in partem aliquam inclineris. fideliter tamen
age, & de diuina misericordia Dei nostri, si
enim hoc egeris & tui consideratione te reputa-
ueris peccatorem, die noctuq; obrutum in pec-
catis undiq; ac de tanta tenebrositate summe do-
lens ad fontem pietatis Christum cum lachry-
mis deuotè & humiliter conuerteris mentè tuam
ori etur nempè in tenebris istis lux tua, quod eleua-
beris Dei nostri summi dulcissima pietate ad
caelestia contemplanda, & in delitijs abundabis:
ut dicas merito cum Propheta. Nox illuminatio
mea in delitijs meis. Quod rotum ipsa praesta-
re dignetur. Qui uiuit & regnat in unitate spūs
sancti Deus. Amen.

Quod anima inebriatur in amorem Dei. Cap. VII.

Altitudo diuitiarum sapientiae, & scientiae
Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia
eius, & inuestigabiles uiae eius. Quis ascendet
in montem Domini, aut quis stabit in loco san-
cto eius? Sed & si quis uoluerit ascendere, per qua-
ntum uiam ascendet cum omnes inuestigabiles
sint? Audi dilectionem, & uocationem tuam ani-
ma dilecta, & summe gaude, cum enim cuncta
supradicta omni uigilantia sollicitè studueris
adimplere,

adimplere, tunc iam sic Deo incipies appropinqua-
re, ut uere nihil praeter eum ualeas cogitare, ut
omnia praeter eum tibi in fastidium, abomina-
tionem, & amaritudinem nimiam conuertant,
& quasi libentius uelles animam à corpore se-
parari, quam te à continua, uel quasi continua
Dei meditatione, & (ut ita dicam) fruitione etiā
ad modicum temporis absentare. Quasi etiam
tibi uidebitur, ut etiam te ipsum non habeas, nec
aliquid aliud praeter Deum. Quid tibi referram
tunc de tuo dilecto, o anima amore eius repleta,
immò quasi in eius amorem conuersa? Ausculta
ille (inquam) dilectus tuus o dilecta, à quo non
potes nec uis aliquatenus separari, seipsum pau-
lis, per subtrahet à tuo continuo cogitatu: ita ut
cor tuum circa aliud incipiat deuagari, & tunc
tu uidentis à te eum quem sic fortiter diligis ab-
scidisse, nimio & incredibili dolore repleta, an-
xia circumquaq; discurrens, undiq; sollicitè, & au-
de quarens, quomodo possis eum quem sic for-
titer diligis inuenire. Omnibus creaturis breui-
ter nunciabis, immò ipse dilectissimus sponsus
tuus se tibi quod totius praesentabit, tibi occurret,
tibi obuiabit, tibi clarè & sponte offeret semet-
ipsum. O quanta tunc latitiae reuinesces, o quan-
ta dulcedine perfueris: cum enim uidebis ama-
tissimum sponsum tuum, quem prius cum tanta
auiditate quaesieras circumquaq; tunc eum ni-
mio amoris eius dulcore repleta amplexaberis
dulcius toto posse, tamen semper cum reuerentia,
& timore. Quanta uero & qualis tibi aderit con-
solatio, si bene sapiens fueris sollicitè poteris
experiri. Sed audi o amantissima Deo tuo: cum
enim te securam reddiderit, se à te iterum ab-
sentabit, & tunc adhuc cum maiori ardore, quod
prius ipsum requisitū habebis. Quid dicam tibi
bituerit à te se toties absentabit, donec sic eum
sis sollicita custodire, ut plus te non audeas red-
dere iam securam, sed omnia habeas iam suspen-
sa. Sed o felix anima, audi dulciter & ausculta
quid tibi faciet dilectus tuus, quando secum in-
cipies quietari, uino quippe dulcissimo suauiter
incipiet te potare, & tu eius mellisua dulcedine
degustata, amplius incipies affectare, & tunc ip-
se largissimus amplius tibi dabit, & quanto plus
tibi dabit, tantò ab eo amplius postulabis, & ipse
benignissimus tunc tibi uberius ministrabit.
Quid dicam tibi: saciari nunquam poteris, do-
nec inebriata fueris & perfusa undiq; suo uino.
utrum autem post tam frequentem & nimiam
inebriationem, soporem uel raptum conseque-
ris, si Deus tibi concesserit poteris experiri, lar-
gissimus enim est, & plus sine comparatione quod
credi ualeat elargitur, hoc tamen semper debes
habere in corde, quomodo tu es uilissimus, fra-
gilis, & peccator, & quomodo non es modo ali-
quo ad hoc aptus, sed omni beneficio & gratia
simpliciter es indignus, & permaximè donum
debet tibi uideri & esse, si ipse Deus dignatur,
tua peccata delere, & quantumcunq; tibi in hoc

mundo acerbitate poenarum inflicta. Qui Deus
semper sit laudabilis in saecula saeculorum. Ame.

Quando anima rapitur, diuersimodè inebriatur. Cap. VIII.

Via habemus in pluribus locis supradictorū
capitulorum hominum duritiam diuina in-
fluentia posse inebriari, ut mens tua amplius ele-
uetur, uolo ut differentiam illarum ebrietatum
non ignores, debes enim intelligere, quod uerus cō-
templatiuus quāuis multas alias consolationes
habeat speciales, tamen antequam ueniat ad so-
porem & raptum, ad quos pauci attingunt, ua-
let ebrietatem duplicem experiri. Prima est que
dam abundantia incunditatis in corde, & uehe-
mens iubilatio mentis, quae per intensum desi-
derium uitae aeternae, aut per deuotam confide-
rationem passionis Christi, aut per magnum fer-
norem singularis amoris in Deum, uenit in me-
tem, ex quadam nona diuina irradiatione infu-
sa, & ista latitiae tantum abundat in corde, ut
etiam in corporis membra redundet, faciens
cuncta praesens gaudio aridare, & talis praesens
exultatione ad modum ebrii, praecipitanter gra-
ditur, quietem non sustinens, & cunctas creatu-
ras quas inuenit, sui conditoris amoris magni-
tudine amplexatur: & bene potes credere, quod cor
talis non multum applicatur ad terram, quia
etiam aliqua mundana uel terrena sibi occurrant,
omnia despiciens reputat esse uana. Alia dulce-
do ebrietatis est, quando nimia suauitate reple-
tur cor ex diuino consortio, hanc uenit per con-
templationis quietem, & in tunc etiam ista dulce-
do abundat in corde, ut exterius in singula me-
bra redundet, adeo ut totus homo, tam interius
quod exterius, mellisuius uideatur: & sicut prima
ebrietas praesens hilaritate non sustinet quietem, sic
ista secunda praesens nimia dulcedine quiescere fa-
cit: & nisi intantum intendatur, ut in soporem
demigrat, non aufert totaliter sensum, seu par-
ticulares actus: sed tunc ad modum ebrii liberos
non permittit, & tunc quicquid uidebis reputa-
bis quasi quadam diuina gratia abundare: &
quamuis prima ebrietas sit ex intensione lati-
tiae, & secunda ex intensione dulcedinis, tamen
non oportet dubitare, quod etiam illa sentit dulce-
rem, & ista latitiae non priuatur, & quāuis non
necesse sit timere de prima, sed potius sit gau-
dendum de secunda, tamen quia consistit in qua-
dam ammirabili dulcedine cordis semper tutius
est dubitare, eò quod Diabolus transfigurans se in
Angelum lucis, consuevit aliquando homini si-
milia procurare non ut reficiat, sed ut despiciat
& inficiat hominē sic occultè, uellet enim Dia-
bolus ut homo superbiret, & se aliquid reputa-
ret, ut sic dum superbè talibus deceptus frueretur
delitijs, miserabiliter, & dignè auerteretur à
Deo, hoc bene aliquando ipse Deus permittet
conuenire: cum n. aliqui aliqui non ueri cōtempla-
tium

De extra
& annago-
gicis exce-
libus.

2. Cor. 11.



tiam nimis de se ipsis præsumunt, aliosq; contem-
nit, & credunt se Deo esse proximiores, cum tã ab
eo nimis sint propter suam superbiam elongati, Diabolus pater superbiz habet potestatem in
eos, ut talibus delictis deciperet eos possit: & ideo
cum summa diligentia est aduertendum, ut quã-
docunq; tibi acciderit, q; faciem tuam mentis in
Deum dirigas, ne ab eis pro tuo modo
discedat, ut si delectari te oporteat, solum de-
lecteris in Deo, & nunc si à Deo erit illa dulce-
do, deberet intendi: si uero à Diabolo, deberet
primari, & annihilari, uel saltem remitti: quod si
Deus te uoluerit aliquando consolari, ut pro tuis
aliorumq; peccatis amaritudine frequenter re-
plearis, & in ipso aliquando delictis perfruaris,
sibi regrariari studeas toto posse, & ad hoc tã li-
citur est timere, ne præsumptionem incaute in-
curras. Potes autem cogitare ad humiliandum cor
tuum super hac dulcedine, q; Deus pro paruo
bono quod forte fecisti, quod tã forte reputas ef-
se magnum, fortasse nunc uult tibi in præmium
dare illud, quia forte præmijs æternis te non re-
putat esse dignum. Potes & timere & merito, ne
hæc dulcissimum unum tibi adhuc spiritaliter
febricitanti suauiter propinatum, æterna
mortis periculum præstet tibi, hoc est, ne te oc-
casionally faciat superbire, ob quam superbiam
indiceris postea dignè æternis ignibus crucian-
dus: ideo pleno corde dũ sumus in hac ualle mi-
seriæ constituti, debemus magis appetere, pro
pprijs peccatis cum Christo crucifixio affligi, q;
periculosos delictis assui in hoc mundo, quia sic
quotidie peccaremus, immò quasi continue lu-
stemere, ut sic purgati postea semper cũ Dño glo-
riemur, & sicut nunc sumus uilissimi serui Dei,
sic debet nobis placere, imò debemus appetere à
cunctis uilissimi reputari: & sicut ad honorem
Dei facti sumus, sic in nobis & in alijs illud solũ
debet placere, quod ad Dei cedit gloriam & ho-
norem, & illud solum displicere, quod in contra-
rium noscimus peruenire: & de indifferentibus
nullo modo debemus curare, nisi quia oia debe-
mus ad laudem Dei referre. Quod nobis ipse
concedat, qui per cuncta sæcula regnat. Amen.

*Quomodo homo serueat in amorem Dei, ad opera
Dei. Cap. IX.*

Vera pia,
& zelubris
cogitatio.

SI attenderes ò homo, q; Deus ad suam imagi-
nem te formauit, & pro te tot & tam nobiles
condidit creaturas, & tuam assumens & exal-
tans naturam, tã charissime suo sanguine te re-
demt, & non solum ut ipsum habeas in cibum in
præsentia, sed se ipsum in futuro tibi in pñium re-
promisit, nunc quoq; te etiã & cuncta creata regit,
& conseruat sua ineffabili gratia, quã infun-
dit: & hæc oia ad tuũ facit honorem, si hæc (in q;
oia bene attēderes, & in ipsum Deũ tuũ tēderes
ut deberes, eius quoq; reuerentiam appeteres &
honore, certè pro eo quasi tui oblitus, p nihilo te
nunc subijceres òi morti, & cuncta tã pspere, q;

aduersa, a quo aũo humiliter tollerares, immò q; quid
honoris, uel consolationis, quicquid iniurie
uel tribulationis tibi quocunq; contingeret, ro-
tũ nihil ac si nihil tibi accideret reputares, oia
tã referres in laudẽ & gloria Creatoris, nec etiã
quã aliquid ad Dei honore, ad salutẽ tuã faceres,
utrũ illud esset difficile, deberes mō aliquo iudi-
care, sed quodã impetu mētis, nimio amoris di-
uini ardore ignitus, deberes toto nixu studere,
cuncta laude digna effectui uelocius demãdare.
Si. bene Creatoris tui esses amore succensus ò
homo, quomodo aliquid pro ipso tibi illatum
uel præceptum, impositum uel iniunctum, in-
iuriolum aut onerosum, graue uel difficile re-
putares? omnia certè talia tibi leuia, amabilia,
dulcia & suauia apparerent, & ita sollicitè & li-
benter hæc oia adimpleres, q; oia ea perfecis-
ses, nihil quasi crederes te fecisse, immò potius
defecisse, teq; ex hoc tã exolum haberes, ut uix
te ipsum aliquatenus tollerares, & quã maiora
posses facere sollicitè cogitares, uel saltem quã
facia sunt perfectius adimplere, pponens in cor-
de tuo, te ipsum de male uel minus benefactis,
grauiter flagellare. Nam certè doleres non mo-
dicum & erubesceres in teipso, tã altissimo Do-
mino & benignissimo Deo tuo sic defecisse, p-
grè, & miserimè ministrare. Quid plura? quan-
tò plus proficeres, tantò plus te deficere cogita-
res, & sic amplius erubesceres, & doleres, & nun-
quam cessares, sed semper maiori ardore succē-
sus, maiora reincipere conareris. Nunq; certè de
his, & in his, quæ ad honorem Dei pertinet, tuis
posset refici appetitus, semper. n. cupidus, semper
audus, semper famelicus appareres. O admirabi-
lis & delectabilis calor amoris diuini, qui sic
citò facit digerere oẽ molestũ, qui tam citò in
dulce amarũ conuertit, inspidum in lapidum,
fastidiosum in appetibile, in facile difficile, ho-
nerosum in leue, & breuiter oẽ triste in suauē,
pulchrũ, delectabile, & uicundũ, & tandẽ oẽ la-
borẽ conuertit in præmium sine fine. Non dubi-
to, q; tũc nimio amoris seruore ebulleret cor tuũ,
intantum ut summè exolum haberes, & oĩo ut
tares, quicquid etiam ad momentum subtraher-
ret te à tam fructuoso & suauis seruitio Dei tui,
& semp tibi ipsi piger uidereris, defectuosus, &
negligens in obsequio tanti Dei, alij autẽ serui
Dei in comparatione tui, tibi promptissimi, &
seruentissimi apparerent, eorum tã pronitas tibi
esset ad gaudium, & tua pigritia ad merorem.
Accede ergo homo ad cor altum, & in tuis acti-
bus exaltabitur Deus tuus: si enim habueris cor
infimum & terreum, minima seruitia maxima
reputabis, & quæ quasi nihil erunt, tibi difficilia
apparebunt, & illa quæ pro te, uel pro uno uilissi-
mo amico tuo libenter faceres, pro Deo tuo al-
tissimo eadem facere grauaberis ultra modum,
dulcia & amabilia reputabis amara, & amarissi-
ma dulcia reputabis. Oculo infirmo irradiationem
solis iustitiæ abhorrebis, & ambulare in
tenebris

tenebris affectabis, de bonis æternis & spiritua-
libus non curabis, sed ad transitoria & terrena,
immò ad ster cora cor tuum miserabiliter incli-
nabis. In hyeme præsentis uitæ applicabis ma-
num per pigritiam sub maxilla, & ideo in ege-
state mentis mendicabis. Sed uã tibi miser, qui
iam non poteris etiam bestijs comparari, utinã
iumentis similis factus esses, quæ suorum subue-
hant honora dominorum. Quam ergo excusa-
tionem miser in extremo iudicio poteris inue-
nire, quando eriam bruta & irrationabilia ani-
malia ad iudicium tibi erunt? Si ergo ad seruiẽ-
dum Deo manus & pedes habeas sic ligatos, ip-
se misericorditer te soluat, & custodiat, dirigat
& conseruet, cuius misericordia est plenus totus
orbis. Amen.

*Quod contemplatiuus non iudicet alios.
Cap. X.*

Delitio
diabolica.

Cor. 2.

Diabolus in malicia antiquatus, uiros con-
templatiuos cernens in celestibus conuer-
sari, unde ipse propter superbiam est de-
iectus, nititur omni modo omnes quos potest
secum trahere ad inferna, & quia uidet se eos nõ
posse uincere in aperto, conatur saltem eos de-
cipere in occulto, & quãquam diuersa mala
diuersis temporibus suggerat uniuersis, tamen
præcipue uiros contemplatiuos contemplatio-
tionis tempore per superbiam nititur grauer
molestare, ut scilicet ipse contemplatiuus de se
quid magnum præsumat, & ceteros reputet ui-
tiosos, Apostolicum inferrens sententiam di-
cens. Omnia iudicat spiritualis homo. Sed ò pes-
sima & mortifera pestis, immò mors grauissima
& occulta, hæc Deum fugat, præsumptionẽ ne-
quissimam abhorret, hæc fraternam lacerat
charitatem, hæc uescentem impium facit ster-
cora amplexari, hæc cuncta ad honorem Dei re-
ferenda, facit diabolice fraudi dare. Sed ò mi-
ser homo nunquid in altum contemplationis a-
scendisti, ut te faciens aliorum iudicem, debeas
ceteris maius præcipitium sustinere? pone ergo
te ò infelix consideratione tui in nouissimo lo-
co, & tunc cadere non ualebis, ò insensate com-
menda Dei opera, cum simpliciter sint perfecta,
& commendaberis & tu. Attēde ò homo in dul-
cis contemplationis cacumine constitute, & co-
gnosce, qualiter Deus propter sui honorem fa-
ciens creaturas, diuersis diuersa munera uoluit
misericorditer elargiri, ut sic non tantum ab
vno simpliciter, sed à multis multiformiter ho-
noretur. Voluit quoq; sui immensi thesauri sa-
pientiæ & scientiæ suę, inestimabiles, & ineffabi-
les diuitias propalare, ut ex hoc commendandẽ
suam magnificentiam, materiã multiplicem ha-
beremus. Debes ergo primitus cogitare, q; Deus
est summè potens, sapiens, & bonus pater fami-
lias, ordinans ordinatissimè domum suam, pen-

fat enim filiorum suorum potentiam, sapientiã,
& bonitatem, & secundum suã præsentia uolun-
tatem, diuersa diuersis committit officia, & tri-
buit dignitates. Cogita ergo primò tu qui con-
tēplationi uacas, quod Deus benignissimus pa-
ter tuus, misericorditer egit tecum, dum sciens
te ad omnia imbecillum, noluit te sibi in pericu-
losis, arduis, difficilibus, ac implicatis operibus
ministrare, sed ex dono suã immensæ clementiæ
te tanquam infirmum, per contemplationis ge-
tem dulcius uoluit consolari. Alios autem cer-
nens in charitate seruentes & fortiter radicato,
uoluit super periculosa, & difficilia ordinare, ni-
hilominus eis quietem tribuens post laborem,
& consolationem etiam non modicam in labo-
re. Si ergo te uideris spūalibus ihare, ceteros au-
tem circa alia laborare, non eos iudices, sed im-
mensam Dei bonitatem, & profundam eius sa-
pientiã inspice cum timore, pariter & amore.
Te infirmum cognosce & debilem, cum uerecũ-
dia & dolore, alios uerò seruentiores, & fortio-
res te considera in charitatis operibus & labo-
re. Quò. n. te ualdè debilem, forte poteris reputa-
re, qui pp tuã nimiam infirmitatẽ et lecti molitiẽ
similem contēplationis dulcedinẽ, nõ uales dul-
cius sustinere, quin omni quasi uento cuiuscunq;
tentationis ad modũ aridinis, nõ modicũ mo-
uearis? Quid ergo faceres, si te oporteret una
manu ædificare, & hostes altera effugare? nempe
solo pauore deficeres. Lauda ergo piissimũ Deũ
tuũ, qui potentes statuit in arduis & aduersis, la-
pientes intētos fecit studijs, clemētes bonorũ di-
stributores & paliũ ordinauit, te autẽ ne deficeres,
uoluit quiescere, & uicidari, & refici p contēpla-
tionis dulcedinẽ degustatã, ne errares, noluit te
curiosa & subtilia indagare, ne tuã simplicitate
malus dispensator esses, uoluit te tanq; pauperẽ
oia & palia abnegare. Non ergo in aliquo te exal-
tes ceteros uilipendens, sed potius e conuerso cũ-
ctos te in omnibus meliores reputa, profundè
humilians te metipsum: nõ alios iudices, sed ex-
alta, nec etiam à prædictis excludas eos, quos ui-
deris ociosos, debes enim cogitare, q; ipsi tanq;
uir sapientes, & probi, thesaurum iam acqui-
situm intra se prudenter abscondunt, ne fures ip-
sum inueniant exterius, & furentur: cogita enim
quod ipsi laborabant in occulto, & in publico
requiescunt. Aut certè pensa, quod ille qui de-
dit pondus uentis, permittit tales aliquando
deficere in istis manifestis, & minimis, ne de
maximis quæ sibi occultè concessit, in super-
biam eleuentur, & quãuis sic debeas facere de
omnibus supradictis, tamen quia uides tales nõ
sine periculo esse, debes tu qui in quiete exi-
stis, pro eis assidue, & seruentem orare, aut si
potes, debes eos allicere ad quietem. Debes
quoquẽ secundò, omnia ad laudem reducere
creatoris, quod quidem bene poteris face-
re per hunc modum, uel fortè melius aliter,
si hoc aliter Deus tibi dignabitur indicare.



uir comendatus rectus & iustus cernens, quod si faciens suam uoluntatem, animam suam plus te teris offenderit, & quod contra Deum semper superbe egerit in uindictam Dei & sui, suam uoluntatem nitetur simpliciter abnegare, & quia si seipsum abhorrens desiderabit ab omnibus conculari, semper tamen ad honorem Dei sui omnia referendo. Quod ipse nobis clementer concedat, qui patri suo obediens, pro nobis peccatoribus uoluit crudeliter cruciungi. Amen.

Quaestio carnis, ad Deum Patrem de Christo. Cap. XIII.

CARO contra Christum animam per contemplationem eleuantem Deo Patri dure conuocatur, sic allegans. Tibi (inquit) Deo Patri iusto, ac tuae misericordiae infinitae dure conuocor, & de tuo filio Domino Iesu Christo, & peto humiliter & instanter, ut iustitia tua consideret diligenter uolentiam maximam mihi factam a tuo filio praedilecto, & ex hoc tua ineffabilis misericordia ad concupita mea summae misericordiae citius condescendat. Ille enim tuus bonus filius plenus sapientia & uirtute, me sua sapientia circumuenit, & sua forti potentia magnam uolentiam mihi fecit, ille tuus filius gloriosus a regalibus sedibus ueniens, magnum ad terram de caelestibus saltum fecit, seque sua magna sapientia & profunda sub carne mihi simili occultauit, nam exinaniuit semetipsum accipiens serui formam, & sic habitu inuentus ut homo, cum profundissima humilitate, & benignitate inenarrabili ad me callide subintravit, omnibus fuit humilior, omnibus despectior, omnibus dulcior, omnibus benignior, omnibus amabilior & gratiosior in hoc mundo, ipse signis & portentis undique mirabiliter corruscabat, ipse suo specioso aspectu, gratioso affatu, uirtuoso effectu, materno affectu, paterno profectu, ad sui beneuolentiam & amore placide, dulciter & benigne, cunctos tanquam filios charissimos inuitabat, & ut ardentius & feruentius in sui amorem igniret, & accenderet, uniuersas omnium necessitates assumpsit plenarie in seipso, & omnium infirmitates in suo corpore portauit pacifice, & quiete, & quod manus immo maximum charitatis signum fuit, ipse pro salute omnium uoluit crudelissime cruciungi, uoluit tam passione quam etiam compassione uehementer affligi, cordis sui feruentem amorem per lateris apertionem uoluit demonstrare, inde quoque uoluit sacramenta saluberrima in cunctorum remedium emanare. Quid plura? Gloriosum corpus suum in cibum salutiferum & in potum suauissimum summi pretiosum sanguinem, sub specie panis & uini sumendum fidelibus dereliquit: Et tandem seipsum oibus daturum in praemium copromisit, singulos tua praecipua seruantes patres fratresque uocabat, demum non so-

Phil. 2.

Matth. 23

Luc. 12.

lum in uia sed etiam in patria firmiter assererebat quod praecingeret se, & omnibus ad tuam mentem transiens ministraret. Quid amplius loquor? Si enim linguis omnium hominum loquerer, & etiam angelorum, non possem aliquatenus explicare eius admirabilem sanctitatem, & suas ineffabiles uirtutes, & gratias infinitas, nec etiam ualere uel scire aliquo modo declarare immensa & pretiosa dona innumerabilia & inenarrabilia beneficia, quae mundo contulit, & quae magis in posterum promisit. Fidelibus se daturum. His igitur omnibus, & his similibus & maioribus, quae nec scio nec possum tibi etiam superficialiter enarrare, nimis, immo simpliciter sibi dulciter allexit dilectam animam, mihi in sociam deputatam: Et non solum allexit, sed intus suauiter intrans, eam ad se sua traxit uirtute, & nunc intantum suis blanditijs eam sibi coniunxit, & tam indissolubiler suauissimi & ardentissimi amoris uinculo colligauit, ut iam de me penitus nihil curet, sed potius me spernat, deiciat, odiat, affligat, mortificet & conculcet, & simpliciter ad nihilum redigat uitam meam. Et quod grauius mihi esse uidetur, ipsa in grauius iniurijs & offensis ab ea mihi illatis, nullatenus facta, procurat sollicitudine & laborat, ut ab alijs talia, uel similia mihi crudeliter inferantur, inferentes summè diligit & commendat, & pro eis orationem tibi porrigit specialem, sic quod mortificor & non curat: in limo iaceo & exultat, iaceo astricta ferro, praesa catenis, ligata uinculis, uincta compedibus, non desunt tormenta, non desunt cruciamenta, supplicia nunquam desunt, quotidie crudeliter in me saeuitt, ipsa quotidie me flagellat, ipsa assidue nouis cruciatibus me lacerat: ipsa quoque ut ceteri dolores, doloribus meis dolores addit, ad hoc ut intensius doleam summè cupit. Quicquid breuiter crudelle potest super me excogitat, ut sic moriatur huic mundo, hac enim gloria sua uidetur mihi, scilicet posse inferre iniuriam, contumeliam, poenas, flagella, & quicquid uilissimum aut grauisimum dici potest, sicque me afflictam, & desolatam in mea continua miseria dereliquit, ipsa uero uult semper cum tuo dilectissimo filio commorari, a se me suam fidelem sociam percul pellens. Nunc enim cum tuo filio apparet parua in praesepe natiendo, nunc uero secum Virginis Matris eius brachijs amplexatur, uirginis humeris deportatur, lacte uirginis conuocatur, nunc secum sicut & bibit, nunc secum esurit & cibatur, nunc secum frangitur, & quiescit, nunc secum reploratur tristitia, & latatur. Sed quid plus? eum tuo tam nobili, & amantissimo filio uigilat tota dies, & de nocte uero dormiens, secum dulciter in suo cubiculo requiescit: & non ueretur, nocte sibi tanquam propria & dilecta sponsa suae cellulae, ianuam aperire, & ille tanquam sponsus ad eam

ad eam ingreditur laeo uuln: Tunc ipsa stricis, & castis amplexibus mox eam recipit gaudiose, & mellis uis osculis, ac ineffabilibus, & incredibilibus delectationibus, eo continue & dulciter fruitor tota nocte. Nunc tandem, secum traditur, uenditur, capitur, & ligatur, nunc secum dulcitur, presentatur, accusatur, maledicatur, blasphematur, nunc secum oculis uellatur, colaphis caeditur, palmis percutitur, flagellis atteritur, uel sibus suis exuitur, in faciem conspuatur, contumelias afficitur, poenis affligitur, purpura induitur, spinis coronatur, cruce damnatur, cum iniquis deputatur, manibus perforatur, pedibus confoditur, felle potatur, lancea uulneratur, sanguine perfunditur, sicque secum crudelissime flagellatur, patitur, moritur, & sepelitur. Nunc uero gloriosa secum resurgit, in caelum conscendit, letitia perpetua secum gaudet. Ipsa nempe praedilectum filium tuum, tanquam sponsa sponsum nunquam uult deserere, etiam ad momentum, ubi enim ille est, & ipsa secum est, & ibi assistit, ipsa quocumque ille perexerit secum uadit. Quid plura? Ipsa nunquam sine ipso alicubi inuenitur, ubi ille & ista, ad nihil potest se uertere sine ipso, immo nihil potest appetere propter ipsum, sine ipsa nec ubi quirit esse, quia certè nimio eius amore languens & capta, nullo modo potest uiuere sine ipso. Quid igitur dicam tibi Deus pater de filio tuo dilecto, qui animam mihi deditam, sic suo inebriauit amore, ut a me sit facta penitus aliena? Quid resseram tibi iuste Deus, iudex fortis patiens, & benignus, de Iesu Christo filio tuo. f. qui a me amabilem sociam meam sic rapuit uolenter, & iam sibi sponsam propriam dedicauit? Si rapinam commisit filius tuus, quales raptum restitui. Si appropriauit sibi quod forte suum non erat, iubeas reddi. Si a me quod meum erat alienauit & rapuit, iubeas dari mihi, non enim parum mihi uidetur, sic rapere unicam meam sociam, iam meo corpori copulatam, sine qua esse uel uiuere nequeo in hac uita. Cur enim anima mihi deputata, unigenitam filium tuum diligit sic intense? Cur crudeliter sic me odit? cur simpliciter cetera derelinquit? Solius tui filii amore aborta, graditur sine sensu. Iam nihil odorat praeter eum, uidet nihil, audit nihil, gustat nihil nihil breuiter sentit uel cogitat, nisi ipsam, secum ipsa desit ijs habundat, secum cubat, nimio eius inebriata dulcore amoris. Nec ideo mirum est, si anima mea tuo dilecto filio sic adhaesit, quia ipsa certè nisi esset lapide durior, & ferro insensibilior, ex quo tot & tanta sibi contulit, & confert continue natus tuus, aliter facere non deberet, immo si aliquo modo contrarium facere acceptaret, omnibus ingrata & fatua merito appareret, ubi enim est sic durus lapis, qui tanto ardoris amore non calefieret? non scinderetur? immo qui non liquefieret sicut cera? Quantum ergo magis creatura sensibilis seu sponsa igniretur, & quasi tota liquefieret pro amore, si a tali & ta-

to sponso sibi fierent supradicta: et ideo non conuocor tibi de anima mea pater benigne, quia certè quod debuit adimpleuit, sed de tuo charissimo filio conuocor in hac parte, quod eam ad se suis immensis beneficijs sic alexit, & me in tanta miseria dereliquit.

Clementissimus Deus Pater respondet carni. Cap. XIII.

Quia creatura mea es, tibi iustitiam cum misericordia exhibebo, tu enim cum ancilla esses anima, tibi tanquam domina a me data, semper tamen sibi domuari in omnibus uoluisti, tu mala turpia & nephanda semper egisti, & animam tibi sociam hac facere coegisti, tu semper male, superbe, inordinate, & nequiter te habuisti, & animam non mihi, sed tibi seruire fecisti. Tu cuncta mala eam docuisti, ad singula peccata eam pronam reddidisti, & ab omni opere bono eam simpliciter prohibuisti, & non solum ad cuncta scelera perpetranda eam turpiter inclinasti, sed quod peius est, ipsam ad imaginem meam creatam, seruituti diabolice miserabiliter subdidisti, eam iumentis similem, immo uiltorem & peiorem bestijs tu fecisti, eam immundam, foetidam, & abominabilem exhibuisti, eam super omnem caliginem denigrasti, & intantum breuiter tua superbia, uanitate, concupiscentia, & ceterorum peccatorum turpitudine eam undique foedasti, et creaturam meam tam nobilem, ad similitudinem meam factam, cognoscere penitus non ualeres: Quia igitur ipsa anima iam mihi facta dissimilis ex peccato, a meo amore simpliciter recesserat, & nimio inordinato amore adhaerens tibi carni, uolui dilectum meum unigenitum incarnari, ut sic carne indutus, facilius & conuenientius posset ipsam allicere ad nexum, & suum seruitium, & amorem: Et quia ipsa anima iam mortua erat, tibi carni miserabiliter adherendo, ideo ut uiuificaretur, uolui dilectum filium meum incarnatum pro ipsa flagellari crudeliter, & occidi, nec fuit in hoc aliqua filij mei circumuentio, sed mea suaque comendabilis dignatio, & ineffabilis dilectio charitatis. Et quia tu caro animam a sua creationis principio decipisti, & semper contraria & nocua sibi intulisti, meus dilectus filius qui summè eam semper dilexit, compatiens ualde sibi, exhibuit se totum sibi, cum mirabili dulcedine, & amore, ut sic citius, & plenius eam merito alliceret ad seipsum, ideo mea iustitia exigit & requirit, ut animam quam semper abusa fuisti, dimittam ex nunc totam & totaliter nato qui eam redemit, ornauit allexit, & abluit suo sanguine pretioso, qui eam tanquam sponsam mirabiliter dicit, & dotauit incorruptibili & sextimabili thesauro iucunditatis, pulchritudinis, dulcedinis, & amoris.

Ex diuina iustitia anima tota filio Dei debetur.



ris: Et ideo dignum & iustum est, ut ipsa anima te uelud sterco abhorreat, despiciat, & contemnat, atq; merito cupiat & procuret, te despici ab omnibus in hoc mundo. Sed quia tu a me in principio non solum iustitiam, sed & misericordiam humiliter implorasti, uolo ut tu & in presenti illa suauissima & admirabili dulcedine, q̄ ipsa anima in meo gustat filio, aliquando profundaris, & ultra hoc, in futuro te dorabo, & si bene animæ obediens toto posse, ex nunc non solum a pena aeterna, sed & purgatoria simpliciter te ab soluo. Qui uiuio æternū, & i seculū seculi. Am.

SERAPHIC DOCTORIS SANCTI BONAVENTURAE TRACTATUS, QVI SPECVLVM ANIMAE DICITVR.

Præfatio.



ARBOR mala fructus malos facit, dicit Dñs: secundum glosam interlinealē ibidem, mala arbor mala uoluntas est, ex qua secundum alia glosam fructus mala operationis procedit. Huius autem arboris folia mala uerba sunt, secundum glosam in principio psalmistæ super illud. Et foliū eius non defluet. Per folia enim uerba signatur, folia siquidem uanitatem & fluxibilitatem habent, quod est de natura uerborum. Huius arboris rami sunt affectiones diuersæ, quæ ex uoluntate procedunt, & secundum eius conditionem pensantur. Si enim uoluntas mala est, ramis suis suam corruptionem immittit, secundum illud Apostoli, Si radix sancta, & rami, &c. Truncus autem istius arboris est uoluntatis consensus, quoniam sicut radix ramos suos, nisi mediante trunco non potest expandere, sic nec radix mala uoluntatis ramos uitiorum non potest emittere, nisi mediante consensu. Siquidem secundum Greg. suggestione, delectatione, & consensu peccatum perficitur. Radix autem istius arboris, secundum Apost. est cupiditas. Licet autem radix arbori præstet originem, tamen a fructu incipimus, per folia & ramos, & truncum descendentes per ordinem ad radicem, ut iterum incipientes ab ipsa, qualiter procedant ascendendo, ostendimus. Sciendum igitur, q̄ hæc radix, quæ cupiditas uel concupiscentia nominatur secundum Bedam, ex corruptione seminis transfusa, p̄ primos parentes ad posterum habet ortū. Sicut autem materialis radix humorem trahit & germinat, sic radix concupiscentiæ secundum Greg. ab imaginatione suggesta, ab extrinseco summit naturam, qua mediante germinat, cum delectatio ex

imaginatione procedat. Tunc autem emittit uirus, cum ex delectatione consensus oritur, quia secundum Aug. est duplex consensus, scilicet in delectatione & ope. Cum enim ex imaginatione & delectatione morosa cum aduersione periculi, consensus in delectatione sequitur, et si ope non complectamur decernat, mortale est. Et p̄ hoc secundum Aug. totus hō dānabitur, licet ille progressus peccati, qui dictus est, potissime in peccato carnali locum habeat, & manifestius ibidem appareat, tñ & in omnibus alijs mortalibus locū habet. Si enim quodcumq; peccatum mortale, mente per cogitationem tenueris, & delectationem consensus in ipsum sequatur, absq; consensu in opus si facultas adesset, nihilominus est mortale. Ut autem de radice ista pleniorē notitiam habeamus, & quo ex ipsa fructus mala operationis procedat, quadruplicem actuum differentiam assignamus. Sunt enim quidam actus, qui de natura sui boni dicunt. Sunt alii qui quantum de natura sui esse indifferentiam habent, nec boni nec mali in genere moris dicuntur, ut leuare festucam, & hmōi. Sunt alii qui de natura sui mali dicunt, & tamē aliqua de causa uel fine, bonitatem moris sortiri possunt, ut occidere hominem, quod quidem existere iustitia bonum fieri potest, licet de sui genere malum dicat. Sunt autem secundum Aug. alii, qui ita habent deformitatem annexam, q̄ nullo bono fine uel intentione possunt fieri, nec facientē excusare, ut fornicari, uel iniustitiam facere, uel adulteriū committere, & hmōi. Hoc igitur circa istam materiā est sciendū, q̄ secundum Ambro. Affectus boni operi imponit, & ex intentione opera iudicantur. Quod quidē de duobus primis generibus actuum intelligit Aug. q̄ bonum est, uel indifferens. Si enim aliquis intentione inanis gloriæ pascat pauperē, uel ex contemptu festucā erigat, ex mala intentione procedit, & tōnē radice sortitur. In alio autem genere actuum, sola iusta intentio opus bonū facere potest. In quarto autem genere actuum, nulla intentio uel finis potest facere bonū actū. Quocumq; enim intentione quis fornicationē, uel actum adulteriū committat, nullatenus excusatur. Hoc etiam circa istā arborē est sciendū, q̄ fructus istius arboris, rami, & fructus cū foliis, ex quibusdā circumstantiis quantitatem assumunt, sicut materialis arbor ex sterquilini, & corruptionis iniectione in fructibus & alijs recipit incrementū, secundum q̄ dicit colonus ille in Luc. Hæc autem circumstantiæ hoc uersiculo continentur, uidelicet. Quo, quis, ubi, cū quo, quoties, cur, quō, quā. Quo motu supple, utrum ex tentatione graui uel leui, uel nulla, si malitia uel infirmitate, uel ignorantia. Quis, persona, prælatus, uel ordinatus, clericus, uel alius, uel alij in exemplum positi religiosi, uel huiusmodi, in quibus peccatum aggravari potest ratione personæ. Ubi, si in loco sacro, uel communi, ita q̄ malum possit esse alijs in exemplum. Cum quo, si multos ad simile malum traxit, &c. Quoties, si habuit in consuetudine.

Nota.

Actuum quatuor differentiarum.

Luc. 17. Circulati tiam conplexio.

Cur. f. quo sine uel intentione, licet enim malum facere bona intentione, non excuset a toto, tamen excusat a tanto. Similiter autem & peruersa intentione, aggravat peccatum. Quomodo, si forte modum nouum, modum effrenatum peccati inuenit. Quando, ut si forte tempus facti, uel orationi deputatum, in peccato expendit. Sunt autem alia circumstantia, quæ specialē speciem dant peccato, ut cognoscere uxorem alterius, & similia, quæ nullatenus a confiteute omitti debent, & plenius in arboris prosecutione patebunt. Quod autem ut iam supradictum est, secundum Apostolū, rami & fructus ex radice pensantur, satis de facili potest quisq; perpendere, si peccatum eius radicem mortalem habeat, & ponit in exemplum. Videre enim mulierē, de se non habet rationem peccati, nec tangere, & tamen si de radice luxuriæ procedat directē, cuius malus habitus later interius, est mortale. Quando autem radix rationem mortalem habeat, in prosecutione, & formatione arboris poterit plenius pertractari. Hoc autem addo, q̄ illud mortale de suo genere dicitur, quod directē est contra Deum uel proximum, directē autem dico, quia sicut in materiali arbore ex truncō uel ramis, quædam pullulationes in directē procedunt, quas adulterinas uocamus, ita ex radice mala uoluntatis, quam concupiscentiā nominamus, multa semina procedunt, quæ directē contra Deum uel proximum non faciunt, sed aliter qualiter indirectē, & talia uenialia nuncupantur, undē etiam aduertendum, q̄ multa talia ponuntur in formatione istius arboris, quæ licet in se & in suo genere mortalia non dicantur, tamen ad suam radicem relata, & eidem coniuncta, possunt habere rationem mortalem, licet autem contingat interdum, q̄ unum opus, & idem ex diuersis trahat originem, ut percutere, ex superbia, inuidia, & ira potest procedere, tamē idē actus in arbore nullatenus iteratur. Sed verē penitēs arboris inspector diligenter aduertat, qui bus ex causis & radicibus actus ille inueniatur in ipso, digna etiam deliberatione cōsideret progressum peccati, quomodo radix concupiscentiæ germinauerit in ipso, & circumstantiis de quibus superius est expressum. Et si de fructu uel foliis, uel ramis arboris se comedisse aduertat, per confessionem euomat, ut animæ recuperet sanitatem. Hæc enim arbor, de cuius fructu mortifero, protoplasti parentes contra præceptum summi medici gustauerunt, & mortem experti sunt, quam ad posterum transmiserūt. Et hæc est arbor, quæ secundum testimonium Matthei excidetur, & in ignem mittetur, & ardet. His ergo prælibatis, arborem imaginariam describamus, in cuius radice sit illa Apostoli auctoritas. Radix omnium malorum cupiditas. Truncus autem istius arboris taliter describatur, quod ab imaginatione incipiat, & in delectatione morosa cum aduersione periculi sit eius medium, &

in consensu triplici terminetur, scilicet in consensu, indelectationem, & in opere, secundum q̄ progressus peccati superius est expressus. Quia autē omne peccatum uel cogitatione, uel locutione, uel opere perpetratur, & sicut supra probatum est, in ramo mala uoluntas significatur: in uerbo autem folium, fructus in opere: ideo omnia peccata quæ in progressu occurrunt, quæ ad cogitationem pertinent per modum rami, quæ uerō ad locutionem per modum foliorum, quæ autē ad opus per modum fructuum in arbore describantur. Sed hos ramos, fructus, & folia, describamus huius arboris. Siquidem secundum Ioānis testimonium, tres rami principales ex radice concupiscentiæ prodeunt, quoniam omne qd est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ, q̄ concupiscentia honoris nominatur. Et de hoc ultimo primo est dicendum, tanq̄ de grossiori, & a quo plures rami, honusti fructu, & folijs mortiferis oriuntur, & primò de superbia.

1 Ioan. 2.

De primo principali ramo, scilicet superbia. Cap. 1.

Hic igitur ramus, qui superbia nominatur, in genere suo mortale peccatum dicitur, quoniam directē est contra Deum & eius reuerentiam. Quum scilicet creatura ultra qd a factore accepit extollitur, & quasi ulupare præsumit. Unde & Greg. xxxiiij. moralium dicit. Euidētissimum signum reprobatorū, est superbia. Per hoc patet, quod illa superbia est mortalis, qua quis se ultra merita extollere appetit, & se melioribus anteponit, & hoc si ex deliberatione procedat. Sicut enim alia peccata carnalia motus habent, qui præueniunt rationem, quibus ratio non cōsentit, sic & superbia motus plurimi in homine rationem præueniunt, quos ratio aduertens reprimit, uel saltem non consentit. Hic autem ramus superbiæ tres præcipuē ramos habet. scilicet præsumptionem, contemptum, & inanē gloriam. Præsumptio in hoc consistit præcipuē, q̄ homo præsumit gratiam se habere, uel ex se, uel pro meritis suis, uel falso, uel plus alijs, undē uersus. Ex se pro meritis falso plus omnibus instat. Et secundum hoc præsumptio quatuor ramos habet, secundum Greg. in moral. Hi autem rami cum suis fructibus & folijs habent rationem mortalem, eo modo quo de superbia est prædictum. Ex hoc autem ultimo ramo. scilicet plus omnibus, duplex ramus oritur. Hoc enim in gratuitis sicut in uirtutibus, uel in gratis datis. scilicet in gratuitis exterioribus potest intelligi. Ex quorū ramorū medio oritur elatio cordis inordinata, & confidentia de se, & inepta audacia. Ex ramo autem, qui est præsumptio de bonis gratuitis, oritur folium diuinæ tentationis, & fructus discriminis. Appellatur Dei tentatio, quando quis experimentū diuinæ potentia quærit, ut sicut pete-

Præsumptio quid

Matth. 7.

Totus hic tractatus ad confessionē sacramentalē debite faciendam dirigitur.

Psal. 11.

Rom. 11.

1. Tim. 6.

Simile.

Matth. 3.

1. Tim. 6.



re absq; necessitate. Discrimen autem dicitur, qñ quis se exponit periculo, in sola diuina uirtute consistens, contempto humano adiutorio absq; necessitate fidei uel Ecclesie, & habet rationem mortalem, unde dicitur in Deut. Non tentabis Dñm Deum tuum, dicit glo. Deum tentat, qui habens quod faciat, sine ratione se committit periculo. Secundus ramus superbie est contemptus, eò enim quo quis alios se præsumit supergredi, Deum contemnit & hominem, & secundum hoc hic ramus in duos diuiditur, uidelicet in contemptum Dei, & proximi, qui planè habent rationem mortalem, quia contra charitatem Dei & proximi sunt directè. Ex ramorum istorum medio procedit ramus inobedientie, p quam à potestate alterius & subiunctione se eximit, nulli uolens subesse. Ex primo autem ramo, qui est contemnere proximum, procedunt isti fructus, scilicet, se à societate & uerbo subtrahere, & gestu indignationem uel contemptum ostendere, folia etiam ex ipso procedunt, quæ sunt uerborum indignatio, irreuerentia in uerbo, quæ oia sunt cõtra charitatem ad proximum, & mortalia sunt, secundum q ex superbia & contemptu nascuntur. Est autem erronea alterius detestatio per contrarium. Derisio autem & subsannatio differunt, qñ derisio fit in uoce, sed subsannatio fit in gestu, uel trahendo linguam, uel faciendo nutus, & similia: irreuerentia autem in modo loquendi. Cum hoc autem folio est irreuerentia in facto, ex quorum medio procedunt isti fructus, scilicet irreuerentia facta parentibus, prælati, principibus, maioribus, senioribus, patribus spiritualibus, & sanctis uiris, locis & rebus sacris & temporibus, ut in uiolatione festorum cõtigit, & præcipue sacramentis, maxime sacramento altaris. Qui enim excommunicatus, uel suspensus, uel interdictus, uel in mortali peccato soleu niter in Ecclesia officiat, uel sacramentum administrat, uel recipit in mortali, uel irregularis, uel inconfessus post mortale, cum copia sacerdotis celebrat, uel notorius peccator, officium correctionis exercet, uel excommunicato scienter participat in diuinis, ex hoc scienter faciat, & gnarus iuris existat: irreuerentiam diuinis exhibet, & mortaliter peccat. Hoc etiam sciendum est, q excommunicati uel interdicti, qui se ingerunt diuinis, si hoc scienter faciant contra præceptum Ecclesie, mortaliter peccant. Alia etiam superposita rationem mortalis peccati habere possunt, secundum q ex ramo contemptus procedunt. Secundus ramus, qui ex contemptu Dei & proximi oritur, est in superbia, quæ quidem respectu Dei manifestè mortale est, respectu etiam maiorum quibus obedire debemus, siue paratibus, siue prælati rationem mortalem habet, si præcipiantur licita & honesta. Undè dicit Apostolus. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et parentibus non obedire, ab eodem Apostolo inter mortalia computantur. Ex medio au

Deu. 6.

Contem-
ptus quid

Irreueren-
tia pecca-
tum.

Nota pro
excoica-
tis.

Rom. 13.

Rom. 1.

tem ramorum inobedientie respectu Dei & proximi, procedit ramus impatientie similiter bipartitus cõtra Deum, & proximum, & ista quidem impatientia ex inobedientia oriri dicitur, quia cum à superiori aliquid faciendum imponitur, quod peruersè displicet uoluntati, in ipsa impatientia excitatur, qñ nihil aliud est, q immoderata animi perturbatio, ex dicto uel facto alterius, quod per tonam ipsius tãgit, & in quo se reputat grauari, unde hoc laborat uitio, qui infirmitates, uel infortium, uel onus impositum non sustinet patienter, & habet rationem mortalem, cum usq; ad odium Dei & proximi se extendit. Et secundum hoc, ex hoc ramo impatientie procedit aliud, scilicet odium Dei, qui licet in se odio haberi non possit, tñ in effectibus suis odiri potest. Ex hoc ramo foliū blasphemie & murmuris nascitur, & manifestè rationem habet mortalem: Ex ramo aut impatientie ad prælatum, oritur & murmuratio, folium. s. uento superbie agitatatum. Est autem murmuratio iniusta querela contra superiores, latenter multorum auribus inculcata, & habet rationem mortalem, secundum q ad alterius diffamationem anhelat. Cũ hoc autem folio est fructus obstinationis & pertinacie. Est autem pertinacia, perseverantia in malo proposito, contra uoluntatem superiorum. Ex qua oritur folium rebellionis aperta, & fructu transgressionis secum habet, quæ omnia habet rationem mortalem, secundum q ex inobedientia oriuntur, cum fructu autem transgressionis sunt excommunicationis interdicti, & suspensionis sententia, quas sustinere procedit ex inobedientia, si debite infligantur. Item ex ramo inobedientie ramus infidelitatis procedit, secundum quã aliquis se ab obedientia Romane Ecclesie alienat, Et quidem hic ramus in hos ramos se diuidit. s. in hæsitacionem, dubitationem, & errorè, & hos fructus habet, heresim, schisma, sortilegium, & diuinationis, superstitionisq; folia, quæ etiam fructus apostasie & idolatrie secum habent: Et de singulis quid sint per ordinem exprimamus. Est autem hæsitatio, mentis titillatio contra fidem, cum scilicet intellectus non perfecte consentit his quæ sunt fidei, sed dubitat, quod etiam de suo genere est mortale. Est autem error, quando iam tenetur contrarium fidei, siue scienter siue ignoratè, sed tñ multum interest, qui enim credenda nouit per fidem Ecclesie, & tenet contrarium, peccat mortaliter: qui autem ex simplicitate ignorat, si tamen intentionem & uoluntatem habeat generaliter credendi, quod credit Ecclesia, nullatenus iudicandum est mortale. Si quis ex simplicitate ueritatem uidere oculis corporalibus credat, non propter hoc contemnendus est, cum paratus sit credere quod credit Ecclesia indistinctè. Undè dicit August. Errare potero, sed hæreticus non ero. Est autem hæresis, obstinata affirmatio contra fidem: Schisma autem à scissione dictum est. Undè ille schis-

Quomodo
Deus
odiuat.

Murmura-
tio in
scriptis.

Pertinacia
quid.

Hæsitatio
quid.

Error quid.

Hæresis
& schisma.

le schismaticus dicitur, qui ab unitate Ecclesie se separare intendit, licet eadem sentiat, quæ tenet Ecclesia & fides charolica, secundum Augusti. contra Faustum. Sortilegium est, cum id quod futurum est inquiritur, & habet multas species, quæ per folia in arbore designantur, scilicet diuinationes per alta, per incantationes, per demonum consultationes, per garrum auium, quod dicitur Augurium, per ligaturas nominum, temporum obseruationes, & somniorum, quæ omnia prohibentur ab Ecclesia tanquam mala, & habent rationem mortalem, quia quod soli Deo competit, attribuitur creaturæ. Hoc tamen circa obseruantiam temporum, & orationes debes aduertere, quod sortiantur Sortilegii rationem, quando scilicet creditur, quod magis ualeant ad unum effectum, q ad alium, uel quando quis confidat in dererminato orationum numero, uel effectum optatum, ut q sic fecerit, infallibiliter consequi putat. Quid autem sit apostasia, à fide, uel idolatria plane patet. Tertius ramus superbie est inanis gloria, quæ quis appetit suam excellentiam ostendere, quæ habet rationem mortalem, inquam quis gloriam sibi appetit, quæ soli Deo debetur, quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos, unde qui gloriam non refert in Deum, uel sic gloriam affectat acquirere, q si ex hoc assequatur, offensam Dei non metuit, mortaliter peccat: unde Aug. in lib. de ciuita. Dei, dicit hoc uitium inimum est præ fidei, si maior in corde sit cupiditas gloriæ, q Dei timor & amor. Si autem in bono proprio quis inaniter gloriatur, ita tamè q ibidem non sistat, uel actu uel habitu in Deum referat, nec ut hoc acquireret aliquo modo Deum uellet offendere, nullatenus est iudicandum mortale. Ex hoc inanis gloriæ ramo, quatuor rami oriuntur. s. Ambitio honoris, & fauoris humani appetitus, confusions timor, & laudis amor. Ex primo autem ramo inanis gloriæ, qui est ambitio, oritur fructus pompa, qui tres fructus habet, & unum folium. s. fastum in superfluo comitatu, & apparatu, & fastuoso gestu, & affatu, quæ licet modò talia non sint ex suo genere, tamen pro ut oriuntur ex ramo superbie, mortalia esse possunt. Ex secundò ramo qui est appetitus humani fauoris, est adulationis folium, q quandoq; mortalis & quandoq; uenialis, qui enim ad malum alium incitat, malum factum eius laudando per adulationem, uel alii occasionem præbet ut in peccato remaneat, uel ut ultra merita sua efferat ipsum. s. falso laudando, in tali adulatione est mortalis. Si autem sola intentione placèdi, & ut Dei gratia augeatur, quam i ueritate ipse commendat, mortaliter nullatenus iudicatur. Et hoc August. in sermone de purgatorio iudicat ueniale, secundum igitur hoc, folium adulationis in tria diuiditur, quia aut adlatio est de bono habito, uel de malo. Item ex ramo appetitus fauoris humani, oritur prodigalitatatis fru-

Sortilegii

Augurium,
unde dicitur.

Apostasia

Inanis gloria
quid.

Sortilegii

Augurium

Sortilegii

Augurium

Sortilegii

Augurium

Sortilegii

Augurium

Sortilegii

ctus, fit enim homo prodigus, ut humanam fauorem acquirat. Habet autem prodigalitas rationem mortalem, secundum q bona, quæ utiliter & in pauperes fundi debeant, inutiliter expenduntur, & in personis inhonestis non seruando modum uel tempus, & quidem hoc uitium maius est in personis ecclesiasticis, quorum bona ultra sustentationem personæ & status, debent pauperibus erogari. Secundum hoc autem prodigalitas quatuor fructus habet, quia nec personæ cui dat, nec modum, nec tempus considerat, & in curiam secum habet. Est autem incuria, quum q sic curam de bonis suis abicit, q bona eius depereunt, quæ à Deo collata sunt, ut ex indè sustententur pauperes Christi: hæc autem incuria non iudicatur mortalis, nisi secundum q ex aliqua ratione mortali procedit. Quandoq; enim ex contemptu temporalium procedit, tamè semper ad indiscretionem pertinet, & ex tanta negligentia procedere potest, quod mortalis esse possit, ut si fortè indigentiam manifestam uiderit, & bona quibus eos iuuare possit, deperire permittit. Item ex tertio ramo inanis gloriæ, qui est timor confusionis, hi procedunt fructus: mala scilicet uerecundia, & falsa humilitas. Verecundia autem hos habet fructus secum. s. erubesceriam diuinorum, ut quum quis erubescit uel facere missam, uel orare. Item uerecundiam paupertatis parentum, uel pauperum amicorum. Item in confessione, secundum q aliquis confessionem dimittit, uel non confitetur ueritatem propter confusionis timorem. Falsa autem humilitas est, cum aliquis seipsum humiliat, ne per superbiam minus reputetur ab aliis. Item ex illo ramo, qui est timor confusionis, hæc folia oriuntur, uidelicet ueritatis negatio in iudicio, uel extra iudicium, ueritatis impugnatione, falsa excusatio, & peccati defensio. Ista autem q ad timorem confusionis pertinent, habent rationem mortalem, non ex genere, sed secundum q amor fauoris humani amor diuino præfertur. Et eligit hoc magis contra Deum facere, quam confusionem humanam incurere. Hoc tamen circa negationem ueritatis in iudicio aduertendum est, q ex suo genere mortale est, & quia superiori in iudicio obedire tenemur, & iustitiæ opponitur, sitamen aliquid superior interroget, q secundum iuris ordinem interrogare non debet, potest appellari, sed nullo modo licet mentiri. Ex quartò ramo inanis gloriæ, qui est amor humana laudis, oriuntur tres fructus, scilicet hypocrisis, ostentatio, singularitas, & iactantia foliū, quod in quatuor est diuisum. Aut enim est de bono habito, uel non habito, aut de malo factò, uel non factò, & de his per ordinem uideamus. Est autem hypocrisis (secundum Isidorum) simulatio boni non existentis, unde est mendacium in signo, sicut enim mendacium oè non semper est mortale, sed quando est in detrimentum proximi, uel cõtra ueritatem fidei uel morū: sic nec hypocri-

Incuria
quid sit.

Humilitas
falsa
quid.

Hypocri-
sis.



hypocrisis semper est mortalis, nisi qñ sit intentione decipiendi sub specie bonitatis, sicut illi qui simulant sanctitatem, ut bona Ecclesie habeant, quæ habere digni non sunt, & Ecclesiam per suam simulationem decipiunt. Quando autem sit intentione laudis, tunc de ea sicut de inanis gloria iudicandum est, sicut superius est expressum. Offensio est, qñ bonum, quod quis habet, uel habere se putat, exterius ostendere nititur, ut laudem humanam ex inde consequatur: nec est mortale ex suo genere, nisi secundum qñ inanis gloria iudicatur mortalis. Singularitas est, quum quis uult singulariter apparere, & seculi materijs inuenitur, cum scilicet communia quis non dignatur facere uel docere, uel modum singularitatem in factis latagit ostendere, & hoc quandoq; rationem mortalis habere dicitur, secundum conditionem radicis, eo modo quo manis gloria, quæ propter hoc intenditur esse mortalis. Iactantia qñq; mortalis, quandoq; uenialis. Quum enim quis se iactat de bono quod habet, uel se habere putat, ut inane gloriam consequatur, tunc iudicandum est de tali iactantia sicut de radice ipsius. Quum de bono quod non habet, tunc est ibi mendacium, & tunc si tale est mendacium, quod sit contra diuinam reuerentiam, uel proximi charitatem, habet rationem mortalis: contra Dei reuerentiam se iactabat Pharisæus. Quum autem quis de peccato mortali qd non fecit, uel quod fecit, se iactat, mortale est, qñ in peccato facto sibi complacet, & unde confusionem meruit, querit gloriam, si factum suum in alios extendit. Item nota, qd fructus singularitatis, qui procedit ex inanis gloria (ut iam supradiximus) non solum per modum fructus in opere, sed etiam per modum rami, debet describi in arbore, ad significandum uoluntatem singularitatis apparenti. Ex hoc autem ramo procedit ramus inuidie, sic autem ex uoluntate singulariter apparenti procedit, quia dum quis uideri singulariter appetit, si aliquem uideri in gratia præminere, qui eius offuscet gratiam, eidem inuidet, & est peccatum mortale. Est autem inuidia, tristitia de bono alterius secundum Dam. Circa quod notandum, quod hoc quatuor modis potest contingere, uno quidem modo, cum quis bonum alterius sibi esse damnosum aduertit, & cum quis de promotione inimicorum tristatur, & hoc rationem mortalis non habet. Item secundum qd quis bonum uidet in alio, in quo defectum patitur, & ex quo dolet, non quidem quia alius bonum habeat, sed quia ipse non habet, & non habet rationem peccati. Item alio modo dolet quis de bono alterius, in quantum ipsum indignum uideret bonis quæ habet, & hoc etiam non habet rationem peccati in bonis temporalibus, quæ homini quandoq; proficiunt ad ruinam. Alio modo quis dolet de bono alterius, secundum qd per bonum alterius gloriam suam putat diminui, &

Offensio

Singularitas

Iactantia

Luc. 18.

Inuidia quid.

hoc est inuidia quæ iudicatur mortalis, et quia ex ramo procedit superbia: et quia directe opponitur charitati, in qua uita animæ conseruatur. Sicut autem de superbia dictum est, qd quidam motus præueniant rationem, quibus ratio non cõsentit, nec habent rationem mortalis, ita & de inuidia est dicendum. De ramo autem inuidie præcipue exeunt duo rami, scilicet exultatio in aduersis, & dolor in prosperis, qui (sicut dictum est de inuidia) rationem habent mortalis. De primo autem ramo, scilicet de gaudio in aduersis, oriuntur hi fructus, machinatio, scandalum, insidia, proditio, suspitio, & iudiciu. Inter hæc folia, discordiarum seminatio, secretorum & confessionis reuelatio, signo, uel uerbo, uel circumstantia, & falsum testimonium. Machinatio, est mali occulta, et studiosa procuratio. Scandalum (secundum Aug.) est dictum uel factum minus rectum, præbens alij occasionem ruinæ, quum scilicet aliquis alium in malum inducit, & est mortalis, quum aliquis per consilium uel exemplum ex intentione inducit in malum. Insidia sunt (pro ut hic de insidijs loquimur) inuestigatio & consideratio factorum alterius, ut accusari possit deprehensus in malo. Proditio est, cum aliquis amicitiam ad alium simulat, ut ipsum decipiat, de quo dicit Boetius, qd nulla pestis efficacior est ad nocendum, qd familiaris inimicus. Suspitio est, cum quis facilius est, ut malum de alio suspicetur: unde Tullius, suspitio est mala opinio ex leuibus causis, & hoc ex mala affectione inuidie procedit, & tunc habet rationem mortalis, alias autem non iudicatur mortalis. Iudicium peruersum, est cum quis ad alium male affectus, non solum malum suspicatur in ipso ex causis leuibus, uerum etiam diffinit in corde uel ore sententia: peccatum mortale committi ab aliquo, & hoc de suo genere est mortale, ex quacumq; radice procedat, unde glosa super illud ad Corint. Nolite ante tempus iudicare, suspensiones uitare non possumus, quia homines sumus, iudicia tñ, id est sententias diffinitiuas cauere debemus. Hoc autem iudiciu semper est nimis graue peccatu, & procedit, cum quis ex sola suspitione ex causis leuibus condemnatur. Item folia quæ de ramo isto procedunt (sicut dictu est) sunt discordiarum seminatio. Quum enim aduersitati quis congaudet alterius, alios concitat cõtra ipsum, quod est peccatum mortale, unde in prouerbijs dicitur. Sex sunt quæ odiuit Dominus, & ultimum ponitur tanq; peior, qui seminat inter fratres discordias. Item secretorum reuelatio tñ est peccatum mortale, cum tale secretum est, qd in illius qui secretum commisit, potest uerti in detrimentum: tunc autem maximum est peccatum, quum uidelicet ad reuelationem confessionis, uerbo, uel signo, uel circumstantia aliqua quis procedit. Secundus ramus inuidie principalis, est dolor in prosperitate proximi, quod (ut supradiximus)

De ramis fructibus & folijs inuidie.

Admonda de bono fecerunt Suspitio quid.

1. Circa

Pro. 6.

ctum est de inuidia) habet rationem mortalis. Ex hoc autem ramo procedit detractionis foliu, quo proximi prosperitas impeditur, hoc autem folium principaliter in duo diuiditur, quia qui detrahit, aut hoc est eius bonum diminuen- do, aut eidem malum imponendo. Primum folium quatuor folia secum habet, scilicet bonum proximi tacere, dimittere, peruerrere, & negare. Ex secundo autem ramo hæc folia procedunt. Malum libenter audire, dissimulare, cõfirmare, aggrauare, addere, reuelare, & imponere, de quibus uideamus qualiter habeant rationem mortalis. Sciendum igitur, qd est denigratio famæ alterius per uerba occulta. Unde Salomon dicit Eccle. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil habet eo minus qui occulte detrahit, habet autem ex suo genere rationem mortalis. Cum enim (secundum Sapientem). Melius sit nomen bonum, qd diuitijs multæ, sicut mortale est rē inuito domino pertrahere, & qui hoc facit ad restitutionem tenetur, sic etiam alterius famam auferre, mortale est, & qui hoc facit, ad restitutionem tenetur, hoc tñ circa istam materiam est aduertendū, qd quodlibet breue uerbum quod in derogationem uertit alterius, non est iudicandum mortale, maxime quum ex habitu inuidie non procedit. Ad detractionem autem spectat (ut dictum est) bonum proximi tacere, quod quidem mortale est, cum uidet aliquis iniuste famam alterius deprimi, sicut enim in arcta necessitate tenemur, proximo in rebus temporalibus prouidere, sic etiam & in necessitate famam eius seruare. Diminuer bonum alterius est, cum aliquis commendatione alterius audire non pot, sed eã diminuit, quod charitati opponitur, & si ex ramo inuidie procedat mortale est, quandoq; tñ absq; mortali contingit, ut cum quis audit commendari indignum uel ultra merita, & ex hoc potest oriri aliqua deceptio, tunc non habet rationem peccati. Conuerrere bonum alterius, est bonum qd negari non potest, mala intentione factum asserere, unde de tali dicitur. Bona in mala conuerrens insidiatur, & in electis ponit maculam. Qd manifeste habet rationem mortalis, quum procedit ex inuidia, tñ cum hoc ex falso procedit iudicio, de hoc quandoq; iudicari debet, sicut de malo iudicio est dictum. Quum quis bonum peruertit alterius cum mendacio, tale mendacium cum sit pernitiosum, rationem mortalis sortitur. Item negare bonum alterius, quod scitur inesse pertinet ad detractionem mortalem. Item de alio malum libenter audire, uel occasionem detractionis præstare, uel dissimulare cum possit corrigere, est mortale, unde Apostolus. Detractores Deo odibiles esse commemorat, dignos morte iudicari, non solum autem facientes, sed consentientes. Tamen circa hoc debemus dicere, qd si aliquis detractionem alterius apudiat, & non ex inuidia, sed ex nerecundia, uel aliquo timore humano ne offendat aliquem, non est iudicandum mortale, nisi sit talis persona, qd ex officio corrigere debeat, cui posset cedere in mortale. Item malum auditum de aliquo confirmare, & additis circumstantijs aggrauare, uel dicto alterius addere mendaciter, uel ueraciter ad diffamationem intendendo, est mortale, multum tñ interest, utrum hoc procedat ex inuidia, uel indiscreto zelo iustitiæ, quandoq; enim contingit mala aliorum facta ex quadam indignatione uel leuitate loquendi, nec intentione diffamandi contra aliquem malum recitari, uel etiam aggruari, quod esset durum iudicare mortale. Hoc tamen a plerisq; magis dicitur, qd crimē alterius etiam uerum, extra correctionis ordinem reuelare, mortale est. Ordo autem correctionis fraternæ est a Dño institutus qd ait. Si peccauerit tibi frater, in te, id est te sciente, uade & corripere eum &c. Hic etiam circa istam materiam est notandum, qd crimen alterius detegere, ubi non potest prodesse nisi ad diffamationem, est contra ordinem correctionis fraternæ. Item ex medio duorum ramorum inuidie descriptorum, procedit ramus rancoris, quum enim inuidus bonum proximi non potest diminuer, nec eidem malum inferre, prorumpit in cordis rancorem. Est autē rancor, motus cordis grauis ex mala affectione procedens in proximum, & habet rationem mortalis si ex inuidia procedat, uel libera uoluntate: Ex libera autem uoluntate dico, quia contingit interdum, qd aliquis homo propter suam ineptitudinem, uel illatam iniuriam, sine motu displicentia uideri non potest, quod quidem in multis magis habet rationem passionis qd peccati, dum uoluntas libera non consentit. Ex hoc autē ramo rancoris procedit ramus odij, qui manifeste habet rationem mortalis, quia recta charitati opponitur, in qua uita animæ conseruatur. Hoc etiam aduertendum, qd non solum secundum preceptum tenemur diligere amicos, sed etiam inimicos & malos, uitium tamen in aliquo non tenemur diligere, unde & si quis contra alium moueatur propter eius uitium, quandoq; non est uitium, sed uirtus, licet quandoq; zelus indiscritus circa hoc possit contingere, & sic oditur uitium quod aliquando redundat in personam. Debent autem (secundum Aug. in speculo) corrigi uitia hominum, cum dilectione personarū, & odio uitiorum. Ex ramo autem odij oritur ramus iræ. Est autem ira (ut hic accipit) inordinatus animi motus, ad nocendum proximo sine causa: et cum sit contra charitatem, habet manifeste rationem mortalis. Hoc tñ notandū est, qd qualibet ira non debet iudicari mortalis, secundum enim Grego. Est ira per zelum, & est ira per uitium. Est autem ira per zelum, cum quis multum intensè contra malum mouetur, & in punitionem tendit, quod quidem uirtutis est, nisi zeli indiscretio interueniat, sicut de odio immoderate est prædictum. Ira autem per uitium, est cum, quis contra proximum mouetur iniuste, &

Eccle. 10.

Pro. 22.

Eccle. 11.

Rom. 1.

Matth. 18

Rancor quid.

Inimici & mali sunt diligendi, nō tamen uitium.

Duplex ira describitur. I. per zelum, & per uitium.

ad



ad eius penam intendit. Et quandoq; (sicut de alijs uirjs est dictum) talis motus prouenit iudicium rationis ex cōplexione, uel ex causa alia, & tunc non habet rationem mortalis. Ex hoc autem ramo irē procedit ramus appetitus uindictæ, & fructus crudelitatis, & folium discordiæ quæ consistit in uerbis. Circa appetitum uindictæ intellige, q̄ aliquis uindictam de aliquo dupliciter potest appetere, aut in quantum est in proximi nocuentum & procedit ex odio, aut in quantum per penam potest corripi proximus, ne de cetero ad peccatum declinet, & hoc modo uindictam appetere non est malum, licet autem uerē puniens debet aduertere, q̄ quandoq; mens sibi met mensuratur, & quod facit ex odio, ex bona intēctione fieri sibi ipsi simulat, & in hoc conscientiam suam mendaciter informat. Ex ramo appetitus uindictæ oriuntur hi fructus. Calumnia, uexatio, & damnificatio. Calumnia est falsi criminis impositio, & est manifeste mortale, quia est perniciosum mendacium, & procedit ex odio, & quia iniustitia inuenitur ibidem. Est autem uexatio, quum quis alium trahit ad iudicium sine causa, & ipsum in persona sua uexat, & in expensis damnificat, quod fit quandoq; per falsas literas, uel falsō impetratas, uel non suas, sed alterius, uel iuris ordine prætermisso, uel ad impossibilia obligando, ut citando corā diuersis iudicibus ad loca distantia & iniuste, in quibus causis non solum quis peccat mortaliter, uerum etiam ad restitutionem omnium damnorum & expensarum tenetur. Item, damnificatio est quum quis in temporalibus bonis damnificat, & est mortale. Hoc etiam potest fieri dupliciter, aut impediendo bonum habitum uel habendū, aut malum inferendo, quod etiā fit pluribus modis, quæ per modum fructus in arbore describuntur, unde circa hoc est notandum, q̄ quinq; modis est quis reus damnificatione proximi, scilicet faciēdo, præcipiēdo, consulēdo, iuandō, & dissimulandō, scilicet quum prohiberi potest uel impediri damnum proximi, & uoluntariē sustinetur: et quatuor casibus primō dictis, qui sic reus est, ad restitutionem tenetur: et in omnibus istis est peccatum mortale, qm̄ hæc omnia directē charitati proximi opponuntur. Hoc tamen circa dissimulationem damni alterius est aduertendum, quod alterius damnum dissimulare, non semper iudicandum est mortale, puta cum quis ex timore magis q̄ ex ira uel odio dissimulat, timens ne forte malefactores contra ipsum moueantur, & in damnum proprium possit aliquo modo redundare, uel in casu ubi probabiliter credit, quod sua correctio non proficiat, unde Augustinus primo de ciuitate Dei. Si propterea quisque obiurgandis & corripiendis mala agentibus parcat, ne deteriores efficiantur, non uidetur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. Secundus ramus iræ est crudelitas, ex qua oriuntur hi fructus. Incar-

Calūnia quid. Vexatio. Damnificatio.

ceratio, percussio, uerberatio, duellum, bellum, mutilatio, & occisio, de quibus aliquid uideamus. Est autem crudelitas (secundum Senecam) atrocitas animi in exigēdis pœnis. Ex hoc etiam ramus feritatis procedit. Est autem feritas, cum quis sauit in proximum absq; aliqua culpa præcedente in ipso, & in hoc à crudelitate differt, quia crudelitas est excessus in insigendo pœnam pro peccato commisso, habet autem utrumq; rationem mortalis, quia opponitur charitati, si tamen excessus in puniēdo, ex zelo iustitiæ quandoq; contingat ut alij terreantur, nisi sit excessus notabilis, non esset de facili iudicandum mortale. Punire autem absq; omni culpa & causa, semper habet rationem peccati mortalis, absq; autem causa dico, quia sine culpa quæque quis punitur, non tñ sine causa, sicut patet in crimine læsæ maiestatis: Et quandoq; etiam illi de terra alicuius in quantum sunt res domini offendentis, absq; culpa propria in temporalibus puniuntur. De incarceratione autem, & uerberatione, uel percussione, mutilatione, uel occisione proximi, clarum est q̄ habent rationem mortalis, nisi fiant per iustitiæ auctoritatem, iuris ordine, & moderamine obseruato, uim uel repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ, hæc n. opponuntur charitati proximi, & licet de suo genere mala sint, tñ multum aggrauantur secundum radicem, si ex radice odij oriuntur, hoc tñ de percussione notandum, q̄ parentum percussio specialius est peccatum, a quo simplex sacerdos non potest absoluerē, & est contra præceptum diuinum de honore parentum, percussio autem clerici grauior est quam alia, & si grauis est ad solum Papam pertinet absolutio. De bello autem notare debemus, q̄ ad iustum bellum tria specialiter requiruntur, sine quibus habet rationem mortalis, uidelicet principis auctoritas, unde Augustinus contra Faustum, suscipiendi belli auctoritas, atq; consilium, penes principes sit. Item iusta causa, unde idem Augustinus debent esse bella, quæ ueliscuntur iniurias, tertiō requiritur intentio recta, unde idē ē. Augustinus de uerbis Domini. Apud ueros Dei cultores: bella non crudelitate, aut cupiditate geruntur. Duellum autem, nota q̄ secundum iura est prohibitum, & secundum rationem habet rationem mortalis, & in appellatione, & in Domino cuius auctoritate fit, & procuratoribus, & in pugilibus propter pecuniam: Et hoc patet cum manifeste habeat rationem tentationis diuinæ, & a forti debilis per naturam uincatur, dicunt tamē quidam, q̄ consuetudo excusat in hoc facto, cuius contrarium tenetur communiter à theologis & iuris peritis. Tertium quod ex ramo iræ procedit, est discordia folium, secundum q̄ consistit in uerbis. Ex discordia enim animorum, etiā discordia uerborum procedit. Hoc autem folium in huiusmodi folia est diuisum, quæ sunt, irritatio, comminatio, contumelia, improprium, maledictio,

Credulitas. Feritas. Simplex sacerdos non potest absoluerē. Tria ad iustum bellum requiruntur.

ledictio, procacitas, clamor, & irreconciliatio. Circa materiam istam in generali notandum est, q̄ discordia in uerbis contentio dicitur, quæ ut uerbis alterius procaciter contradicit, unde contentio duorum dicitur, dicit enim modum mortinum & contradictionem. Potest igitur inordinate aliquis contradicere proximo, malum & falsum dicenti, & tunc ratione contradictionis peccatum non habet, sed in modo potest esse excessus, scilicet cum excedit modum negotij uel personæ, & potest esse mortale, cum quis ad confusionem anhelat alterius ex ira forte, uel odio, uel sit tanta contentio, q̄ ex inde scandalum oriatur. Quum autem quis contendit cū aliquo, & ueritati etiam contradicit, uel ueritati impugnat ex inuidia, uel ira, uel odio, tunc est mortalis contentio, & hæc est contentio quæ inter opera carnis ab Apostolo numeratur. Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Huiusmodi autem contentionis species est irritatio, quæ aliquis proximo loquitur pungitiuē, secundum q̄ quæq; contingit, q̄ homo ex odio quod habet ad alterum, libenter eum uerbis stimulat & irritat, sicut de fratribus Ioseph in Gen. dicit. Odierant eum, nec poterant ei quicq; pacifice loqui, & sic est mortale peccatum, secundum q̄ ex odio uel ira mortali procedit, unde de hoc iudicandum est secundum rationem radicis. Item cum hoc folio est comminatio, cum scilicet aliquis alicui se malum facturum promittit: & sicut lædere proximum est mortale, sicut dictum est superius, sic malum comminari, quod si fieret mortalis esset: peccatum mortale est, si sit deliberatio, & proponat facere quod minatur, unde scriptum est. Ante sanguinem, maledicta, contumelia, & minæ. Sequitur uidere de contumelia, improprio, & conuitio, & notandum, q̄ contumelia, est obiectio criminis perpetrati, improprium, est cum quis iniuriosē reducit ad memoriam auxilium, quod contulit necessitatem patienti. Unde ait Sap. pauca dabit, & multa improprietabit. Contra uitium autem est, cum defectus corporalis, uel aliud quodcūq; crimē obicitur ad confusionem personæ, & de his uideamus quomodo habeant rationem peccati. Hoc igitur circa istam materiam est notandum, q̄ cum (secundum Philosophum) uoces sint signa intellectuam, multum considerandum est, quomodo uerba dicant. Contingit autē quæq; talia uerba dici ex idiscreto zelo, uel zelo iustitiæ aut amoris, uel ex quadam surreptione & subito motu iræ, & tunc non esset iudicandum mortale, nisi tantus esset excessus & uerba sic mordinata, q̄ aliquis per talem contumeliam in diffamationem incurreret manifeste, tunc enim zelus iustitiæ nullatenus excusaret, quin peccaret mortaliter, sicut si aliquis aliquem ludendo interficeret per cautelam, tñ posset peccare mortaliter. Cum autem quis alteri conuictum, uel contumeliam, uel improprium dicit, motus ad proximi

Gal. 5. Gen. 37. Eccl. 22. Eccl. 20.

mi confusionem & dehonorationem intendens, tunc agitur contra charitatem proximi, & peccat mortaliter, & sic intelligitur uerbum Domini dicentis. Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis. Item folium discordiæ (ut dictum est superius) est maledictio, ut cum aliquis malum alij imprecatur optatiuē, & manifeste habeat rationem mortalis, quia est contra proximi charitatem, si tñ mente ita teneatur, sicut ore profertur. Et hoc modo loquitur Apostolus cum dicit, Maledici regnum Dei non possidebunt. Contingit tñ uerbum maledictionis esse ueniale, uel propter paruiteriam mali optati, uel quia ludo, uel surreptione, uel zelo iustitiæ, uel non malo affectu uerba dicuntur. Et hoc modo Augustinus in sermone de purgatorio, hoc iudicat ueniale. De clamore autem uerborum, & procacitate sciendum, q̄ quæq; contingit, q̄ licet intentione uerborum committitur grauius dicantur, tñ tantus clamor & procacitas potest esse, q̄ scandalum sequitur, uel etiam ex intentione proximus prouocatur, & tunc habet rationem mortalis, eo modo quo dictum est de contentione: si tñ ex deliberatione procedit, & ex ramo iræ uel odij procedit, aliis autem non iudicaretur mortale. Item ad discordiam pertinet, irreconciliatio, cum scilicet quis proximum per contumeliam uel alio modo læsit, & ipsum pacificare contemnit. Sicut enim rem alterius ablata uel famam, tenentur restituere proximo, sic & pacem, petendo ueniam: unde conuenienter dicit Augustinus in speculo, q̄ melior est ille, q̄ quæuis ira sapē tentetur, tñ ad ipetrandum festinat, ut ei dimittat, cui se fecisse agnoscat iniuriam, q̄ qui tardius irascitur, & ad impetrandum ueniam tardius inclinatur, unde non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, unde facta sunt uulnera, quod si quis contemnat facere, peccatum committit, sicut patet per uerbum ueritatis dicentis. Si offers &c. secundum gloriam, manus nequaquam acceptatur talis offerentis, ante reconciliationem fratris. Et per hoc manifeste probatur, q̄ est ibi peccatum mortale, non enim nisi per peccatum mortale committit acceptionem diuinam, hoc tñ sanē debet intelligi, cum scilicet talis sit offensa, q̄ rationem mortalis habuerit. Qualiter autem contumelia rationem mortalis habeat, iam dictum est.

Matth. 5. 1. Cor. 6. Matth. 5.

Concupiscentia diuitiarum. Cap. II.

Secundus ramus qui ex radice concupiscentiæ, & ex trunco mali consensus procedit, est concupiscentia oculorum, qui alio nomine auaritia nominatur. Dicitur autem auaritia, secundum q̄ est auaritas aris, id est pecunie, ita quod per pecuniam omnia temporalia delignantur: unde auaritia, est inordinatio animi circa temporalia habita uel habenda, quod duobus modis potest contingere, uel mordinatē amando

Auaritia quid.



amando uel appetendo, uel iniuste acquirendo. Circa hoc tñ aduertendum est, q̄ utroq; modo potest esse mortale, cum. scilicet aliquis amorem diuinarum, præfert charitati Dei uel proximi, uel cum iniuste præfertur, uel per rapinam temporalia acquirunt, & sic auaritia ab Apostolo inter mortalia computatur. Sicut autem de alijs uirij dictum est, q̄ sua uenialia habet, dum scilicet rationem præueniunt, sic etiam auaritia q̄libet non iudicatur mortalis, ut cum quis ad temporalia inordinate afficitur, tñ salua charitate Dei & proximi, uel proximus in tam modico leditur, q̄ nullo modo iudicaretur mortale. Secundum hoc igitur, ex primo ramo auaritiæ tres rami principales procedunt, qui dicuntur, inordinatum desiderium habendi, inordinatum haberi amorem, et inordinatum dolorem amissi: & eo modo quo dictum est de auaritia, est iudicandum de ipsis. Item ex primo ramo, qui est inordinatum desiderium habendi, procedunt hæc. scilicet sollicitudo in mente, & iniustitia in opere. Hæc autem sollicitudo potest habere rationem mortalis, scilicet cum propter sollicitudinem rerum temporalium, dimittuntur necessaria ad salutem. Unde ex hoc ramo sabbati uiolatio oritur, cum scilicet contra præceptum diuinum uel Ecclesiæ, tempora non seruantur. Per hoc autem sabbatum in lege nostra dominica intelligitur, & festa alia ab Ecclesiâ instituta. Observatio siquidem diei dominicæ est de iure diuino, scilicet præceptum diuinum, ut habetur in Exo. Memento ut diem sabbati sanctifices. Ex constitutione Ecclesiæ, & spiritus sancti familiari consilio, propter solennitatem resurrectionis Dominicæ, & propter quietem, quæ octauæ etati respondet, succedit dominica sabbato, & in ipsa cessare à seruilis opere debemus, & uacare diuinis. Hoc tñ circa istam materiam est notandum, q̄ observatio ista quantum ad aliquid est moralis & de iure diuino, quantum autem ad aliquid ceremonialis, & ad ius posituum pertinet, quod enim homo aliquod tempus habeat ad uacandum diuinis, hoc pertinet ad morale præceptum, sed q̄ tali uel tali die, uel ab isto opere cessetur, uel ab illo, hoc ad ius posituum pertinet. Igitur mandatum diuinum transgreditur, qui sic temporalibus negocijs occupatur, q̄ nunq̄ uacat diuinis. Præcipue etiam festum uel dominicam uiolat, qui peccato operam dat, hoc est enim opus seruale, quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Unde Augustinus de decem cordis. Melius faceret Iudaus in agro suo aliquid utile, q̄ in theatro seditionis existere, & melius scemina eorum die sabbati sanam facerent, q̄ tota die in Neomenijs suis impudicè saltare, quod tamen intelligendum est de ludis, qui sunt cum peccato mortali. Non enim intelligo sabbatum uiolari per peccatum ueniale, quia secum compatitur obseruantia mandatorum. De operibus autem mechanicis quæ seruilia dicuntur, sicut iam dictum est, ad Ecclesiam

Exod. 20.

Ioan. 7.

pertinet iudicare qualiter sit abstinendum, unde Ecclesia pro tempore necessitatis, quæ legem non habet, dispensat, unde in hoc casu præceptum uniuersalis Ecclesiæ particulariter, uel consuetudo generaliter approbata ab omnibus est obseruanda, unde de mercatis, & quæ adrigatione, & negociatione, & mundinis, & talibus, quæ quandoque fiunt in multis locis diebus dominicis & festiuis, utrum sit mortale uel non, à legislatoris interpretatione dependere uidetur, si enim hoc Ecclesia prohibeat sub uirtute obedientiæ, constat transgredi esse mortale peccatum. Secundum quod ex ramo inordinati appetitus temporalium procedit (ut dictum est) est iniustitia in opere, quæ in duos fructus principales distinguitur, quia autem est aperta iniustitia, aut occulta, quæ fraus alio nomine nuncupatur. Iniustitia autem aperta hos fructus secum habet, qui sunt, furtum, usura, rapina, & iniqua sententia, de quibus aliquid uideamus. Circa furtum nota, q̄ furtum est occulta rei alienæ contractatio inuito domino, & habet rationem mortalis, in quantum est contra iustitiam, & opponitur charitati proximi, unde lex diuina dicit. Non facies furtum: hoc tamen aduertendum, quod tam modica res posset esse, uel tam modici ualoris, quod non haberet rationem mortalis, nisi forte adesset uoluntas maius accipiendi, si facultas adesset, uel in illo modico esset alterius notabilis damnificatio, plus enim quandoque damnificatur pauper in paruo, quam diues in magno, uel nisi forte esset tanta necessitas, q̄ accipere rem alterius cogere, tunc enim potest aliquis rem alterius pro extrema uel urgenti necessitate corporis accipere, quia in necessitate omnia sunt communia, & tunc furtum dici non debet, quia suum est, quod in necessitate accipit, uel etiam pro necessitate alterius, unde Ambrosius. Esurientium panis es, quem tu detines, & loquitur de auaro. Huius autem furti quatuor sunt species, scilicet, rei occulta acceptio, rei inuenta detentio, sacrilegium, & proprietas in religiosis. Circa rei inuentionem nota, quod quædam inueniuntur in litore maris uel aquæ communis, talia enim cedunt in proprietatem inuenientis. Similiter & thesauri qui inueniuntur in terra, qui non fuerunt à tempore à quo sit memoria in bonis aliquis, tamen secundum leges, dominus terra debet habere medietatem, unde in Matthæ dicitur de inuentione thesauri absconditi, q̄ emit eum. Illa autem quæ inueniuntur, quæ probabiliter fuerunt in bonis alterius, retinere, est furtum, unde Augustinus. Siquid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. Si autem possessor inueniri non possit, consuetudo terra est seruanda. Circa sacrilegium nota, q̄ sacrilegium est ratione acceptationis sacræ rei, uel in loco sacro, & secundum hoc triplex est species sacrilegij, ut quando aufertur sacrum de

Notabile pro religio.

Exod. 22.

Leuit. 6.

Notabile pro principibus.

Exod. 22.

Leuit. 6.

Leuit. 6.

de sacro, uel non sacrum de sacro, uel sacrum de non sacro. Quartò circa furtum religiosorum in retentione proprij, notandum est, quod dicit Augustinus de religiosis, q̄ si quis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnatur, tunc autem intelligo hoc celari, & habere propriam rationem, quando sic celatur, q̄ si etiam prælati in uirtute sanctæ obedientiæ præciperet, q̄ reuelaretur, etiam celaretur. Nec aliter intelligo mortale, nisi quando contra uoluntatem prælati præceptoriam detineretur. Hoc etiam notandum de religiosis, & dispensatoribus, & filijs familiaribus, & uxoribus, quod furtum possunt committere, si notabiliter dominos rerum in dispensando damnificant, contra uoluntatem & intentionem dominorum, quum autem intuitu pietatis, etiam commune bonum procurando, nec mala intentione dant aliqua, uel dispensant, non est iudicandum mortale. Sequitur de rapina. Est autem rapina, quum quis rem alterius manifestè per uolentiam accipit iniuste, & habet manifestè rationem mortalis, sicut de furto dictum est, unde in Isa. dicitur. Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam. Potest tamen esse ueniale, uel etiam nullum, eo modo quo de furto dictum est, uel etiam in bello iusto, quando bona inimicorum rapiuntur. Quid autem requiratur ad bellum iustum, dictum est superius. Cum rapina autem sunt fructus alij, scilicet inductio noua ralia, uel consuetudinis exactio, extorsio, munerum acceptio, & ludus alearum. Circa primum notandum, quod nouas talias, uel leges, uel consuetudines constituere, ad extorquendum pecuniam absque iusta causa, habet rationem rapinæ. Item exactio est, cum quis debitum inordinate exigit, & potest habere rationem rapinæ, cum scilicet creditor uidet damnatum notabilem debitoris, nec necessitatem patitur, sed commode potest expectare, tunc enim posset laedi charitas, & tanta posset esse necessitas, q̄ exactio haberet rationem mortalis, unde qui à subditis talias & seruitia isto modo exigunt, nec necessitati eorum quantumcumq; sint pauperes compatiuntur, rectè raptores dicuntur, unde hæc quæ de exactione dicta sunt, contra illud præceptum mortale sunt, quod ponitur in Exod. Si pecuniam dederis mutuo populo meo pauperi, non urgebis eum quasi exactor. Tertius fructus rapinæ est extorsio, quod quidem est cum quis terrendo, uel adulando, uel uolentis precibus extorquet ab aliquo seruitium, uel aliquod temporale, & tunc quidem potest habere rationem mortalis, cum tollitur ratio uoluntarij arbitrij, ab illo cui infertur talis extorsio, & talis est qui minatur uel rogat ab eo, qui potest nocere, & cuius offensa probabiliter timetur, nisi habeat quod petit, & hoc modo extorsio uiolenta est, & sic est contra præceptum in Leuitico positum, ubi iubetur, non ali-

quid extorqueri. Quartus fructus rapinæ est munerum acceptio, quæ quandoque non habet rationem peccati, scilicet cum pauper dat diuiti, reus iudici, creditori debitor. Suspecta tamen est talis munerum collatio & receptio, & intentione dantis uel recipientis citò posset inueniri ratio mortalis peccati, unde cum diues à paupere recipit, ut ipsum secundum iustitiam tueatur, cum alijs hoc facere teneatur, & iudex cui datur aliquid ut peruertat iudicium, uel ut iustitiam consequatur, cum munus recipit, aut iudicium peruertit, aut iustitiam uendit, manifestè habet rationem mortalem. Creditor etiam qui à debitore munus recipit, in rationem debiti uidetur quod accipiat, & si hac ratione non accipit, tunc habet rationem usuræ. Quandoque tamen non habet rationem peccati, ut cum quis simpliciter recipit munus absque mala intentione, nec habet rationem quare possit suspicari, quod mala intentione donetur. Quintus fructus rapinæ est ludus alearum seu taxillorum, qui prohibitus est tam à iure canonico quam civili, unde & de hoc dicitur quidam, q̄ sit peccatum mortale, eo q̄ sit contra ius canonicum & civile. Et quod ex ludo habetur, nullo bono titulo possidet, nec potest retineri, sed debet pauperibus erogari. Quia enim qui in ludo lucratur iniuste lucratur, & qui amittit iuste amittit, ideo qui lucratur, eisdem à quo lucratur restituere non tenetur, nisi forte induxerit ad ludendum. Cum autem ludus satis uideatur ex radice rationem habere mortalis peccati, quia scilicet ex auaritia uidetur procedere, & quia ludo multa committantur peccata, scilicet fraus, mendacium, perjurium, blasphemia, scandalum, amissio temporis, et ira frequenter, ideo hæc causa prohibitionis ludi esse uideatur. Quum ludit aliquis causa recreationis, peccatis supradictis exclusis, non uidetur habere rationem mortalis. Tertius fructus principalis iniustitiæ ad proximum quæ ex ramo auaritiæ procedit, est usura. Dicitur autem usura ab usu aris, sunt enim quedam res quarum usus est rei consumptio, quarum dominium in accipientem transfertur, ut pecunia, & bladum, & uinum, unde qui ralius usum uendit, usurarius dicitur, & habet rationem mortalis peccati, & in quantum contra præceptum morale iustitiæ est, quia uendit alii quod suum non est, cum iam sit translatum dominium. Unde scriptum est. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Usura enim in has species diuiditur. Est enim usura in spe, quum quis non expressè contractum usurarium facit, licet speret pro mutuo se aliquid accepturum, & hac intentione dar mutuum, alijs non daturus, constat quod talis quantum ad Deum, qui cor intuetur, usurarius iudicatur, unde Dominus. Date mutuum, nihil inde sperantes. Item est usura non solum intentione, sed & opere, cum

Usura qd.

Exod. 22. & Psalms. 14.

Luc. 6.



quis debitorem ad amplius obligat quoquo- modo, uel tacite uel expresse; tacite quidem, mutando speciem pro specie, ut bladum pro blado, & huiusmodi, ut ea recipiat tempore ca- riori, uel dando antiquum pro nouo, ut melius recipiat innouatum, in quibus casibus usura co- mititur, cum proprium commodum non neces- sitas proximi ibidem attendatur. Tunc autem potest manifeste sciri corrupta intentio, cum solummodo praecluditur infra tempus, quo ca- rius uenditur: cum quis autem huiusmodi in- tendit seruare usq; ad tempus, quo uenduntur ca- rius, licet debitor in se periculum suscipiat, non tamen in creditore iudicatur usura, si hoc facit ut proximo subueniat. Item tacita usura est, cum quis ratione dilationis plus iusto uendit & acci- pit, & cum quis ratione mutui seruitiū uel mu- nus accipit, ut superius est exprellum. Item est usura tacita, cum quis aliquid commune habet cum aliquo, quicquid sit illud, & periculum uel damnum non sit commune. Item est usura ma- nifesta, cum promissum ex pacto interuenit acci- piendi amplius, uel etiam obligatio ex pacto ad simile mutuum faciendum. Secundus ramus principalis auaritia est iniustitia occulta, quae in contractibus multis modis contingit, scilicet uendendo, emendo, commutando, & hoc po- test esse quando circa spiritualia uel tempora- lia, sit fraus in numero, pondere, & mensura, in ualore, seu in quantitate, in defectu taciturnita- te, cum scilicet notabilis est defectus & occul- tus rei uenditae & tacetur, & ita care uenditur, ac si non esset ibi defectus aliquis. Item notabi- liter care uendendo, uel propter necessitatem ementis, uel propter solutionis dilationem, uel propter simplicitatem ementis, qui rei ualorem non nouit. Item in uenditione suspecta locutio, plurima, scilicet rei falsa commendatio, periurium, execratio uerborum, duplicitas seu falsitas, quae omnino secundum quod ad nocumentum proximi, uel deceptionem ordinantur, sic contra proximi charitatem sunt. Hoc tamen aduertendum, quod sicut supradictum est de furto, ita pos- set esse proximi tam modicum nocumentum, quod quantum esset de ratione contractus, non iudicaretur mortale, hoc tamen circa menda- cium est notandum, quod sicut habetur super illud Psalm. Perdes omnes qui loquuntur mendacium, triplex est mendacium, scilicet iocosum, officio- sum, quod fit propter bonum proprium, uel est pro- ximi, & periculosum, quod fit in nocumentum proximi, uel fidei detrimentum, & hoc ultimum de suo gene- re est mortale, unde cum mendacium fit in proximi nocumentum in contractibus, patet quod habet rationem mortalis. Hoc est circa periurium & iuramentum, quod iuramentum est iuramentum, ab- que discretione & deliberatione factum, iustitia caret iuramentum illicitum quod est in detrimen-

In iusti- tia in con- tractibus.

Menda- cium. Psalm. 5.

Iuramen- tum.

tum salutis aeternae, ueritate autem caret quum falsum iuratur. Circa iuramentum etiam est sciendum, quod duplex est iuramentum, scilicet as- fertorium, & promissorium. Iuramentum asfer- torium est cum falsum iuratur, uel quod credi- tur esse falsum ex suo genere est mortale, & con- tra praecipium diuinum, de non assumendo no- men Dei in uanum, hoc autem sic intelligendum uidetur, cum quis ex deliberatione peccat, & se peccare aduertit: Circa iuramentum promisso- rium notandum, quod cum quis promittit per iura- mentum aliquid se facturum, & deliberatiue, te- netur illud adimplere, aliter est transgressor pra- cepti, nisi forte ad implendum reddatur impo- tens, uel nisi iuramentum uergat aliquo modo contra Dei uel proximi charitatem. Dicit enim Isidorus. In malis promissis rescinde fidem, in turpi uoto muta decretum. De uerborum au- tem duplicitate & falsitate, quando fit in proxi- mi deceptionem & nocumentum, sicut de men- dacio iudicandum uidetur, unde dicit Isidorus. Quacumque arte quis iurauerit, Deus (qui con- scientia testis est) illud accipit, sicut ille cui iu- ratur intelligit. Circa fraudes, quae in emendo fiunt notandum, quod quandoque in uendito- re est simplicitas, uel necessitas, & hoc modo contingit fraus in emptore, scilicet cum res em- mit uilius, uel ratione simplicitatis uilius uen- dit, uel necessitatis, uel ignorantiae. Item pecca- ta locutionis in emptoribus frequenter inueni- untur, cum scilicet res mendaciter uilipendit- ur, & rationes quae circa uenditores sunt di- ctae, & eo modo quo dictum est de uenditore, sic etiam de fraude in commutationibus est simi- liter iudicandum. Item (ut dictum est) non so- lum consistit iniustitia & fraus in contractu te- poralium rerum, sed etiam circa spiritualia. Et quidem potest fieri, uel circa iudicia, & sic est fru- ctus iniustitiae, uel circa beneficia, & sic simonia. Est autem simonia (secundum quod coeter diffinitur) studiosa uoluntas emendi, uel uende- di aliquid spirituale, uel spirituali annexum, & ha- bet rationem mortalis, quia manifeste est ibi iniustitia contra Deum, cum spiritualia non pos- sint cadere sub pretio temporali, & quia non po- test quis uendere uel emere illud cuius non po- test habere dominium, spiritualium autem non sunt Domini, sed ministrum, und e Apost. ait. Sic nos exultimet homo &c. Item quia gratis acci- piuntur, gratis conferri debent. Iuxta illud Mat- th. Gratis accepistis &c. Simonia autem tribus modis committitur, & secundum hoc tres fru- ctus habet in arbore, committitur enim a ma- na, ut munera corporalia conferendo pro spiri- tualibus obtinendis. Item munera lingua, ut per preces carnales & iniustas, spiritualia obti- nendo. Item munere ab obsequio, uel cum quis per seruitium humanum, iniustum uel ino- honestum, spiritualia obtinet. Item nota alias species simoniae, quia permutando, transigen- do

Isid.

Leob. de- prim. de- cas. in- uenit. l. 10.

Simonia- quae.

1. Cor. 13. Marc. 10.

Lingua- munera- simoniae- ca.

do spiritualia beneficia absq; superioris aucto- ritate contrahitur simonia secundum iura. Ap- pellatur permutatio, cum sit mutatio dignitatu, uel quorumcumq; beneficiorum Ecclesiasticoru. Transactio autem, est de quacumq; re spirituali non gratuita pactio. Hoc autem circa materia generaliter est aduertendum, quod spirituale dare uel accipere pro temporali, ita quod spirituale ca- dat sub precio, est uitium simoniae. Licet autem pro labore & pro sustentatione, secundum bonas consuetudines accipere seu dare. Item (ut dictum est) alius fructus iniustitiae seu fraudis est ad pro- ximum, scilicet iniusta sententia, & multos fructus mortiferos habet, qui sunt iustitiae peruersio, siue di- latio ordinis, iuris mutatio, falsum testimonium, iniusta aduocatio, literarum abusus, quae omnia habent rationem mortalis, secundum quod cedunt in proximi nocumentum, & ex radice auaritiae procedunt, ut pecunia emergatur. Circa quartum scilicet de iniusta aduocatione nota peccata, quae ibi inueniuntur frequenter, scilicet iniustu- patrociniū, litis prolongatio, & iuris sophisti- ca allegatio, iniustum consilium, scilicet de men- datio seu periurio in iudicio faciendo, quae ma- nifeste rationem mortalis habent, cum sunt in proximi nocumentum. Circa quintum scilicet literarum abusionem, nota etiam multa pecca- ta, quae committuntur hoc facto, scilicet iniusta impetratio, ut cum ueritate tacita uel falsitate fuggesta, literae ad uexationem proximi impe- trantur, iniusta extensio, ut cum quis habet lite- ram ad aliquas personas specialiter, uel ad cer- tum numerum personarum, uel ad certum nego- tium, & ultra literae uirtutem uel tenorem, exten- ditur ad negotia uel personas. Item additio uel diminutio per rasuram, uel sicut, cum quis bul- lam subtiliter raserit, uel bullam falsam facit in quo ultimo casu, ipso iure maiorem excommu- nicationem incurrit. Tertius ramus principalis qui ex auaritia procedit, est inordinatus amor habitus, & ex hoc ramo hi fructus procedunt, ini- iusta congregatio, immisericordia seu incopa- sio, restitutionis dilatio, irrecompensatio, illi- beralitas, de quibus est uidendum quomodo ha- bent rationem peccati. Circa primum de ini- iusta congregatione est notandum, quod iniusta con- gregatio est, cum quis bona sua, seu fructus ter- ranae congregat solo ardore habendi, uel ut ca- restia procuraretur, & res seruatae postmodum ca- rius uendantur, & iterum precium reponatur, & hoc quidem rationem mortalis habere potest, dum est tibi intentio ita congregandi, nec disper- gendi loco & tempore, sed solo ardore habendi, & luxuriandi in eis, & hoc exemplum patet in illo diuite de quo dicitur, quod dicebat, anima mea habes, &c. Cui responsum est. Stulte hac nocte re- petent animam tuam. f. demones, &c. ergo ma- nifestum est, quod inficiebat peccatum mortale. Secun- dus fructus est immisericordia in effectu, cum. s. p- ximus in arcta necessitate uidet, & scitur hoc, &

non subuenitur ei, cum tamen omnia in necessitate debent esse commoda, & tunc potest esse mortale, & secundum hoc ma- li iudicabitur de defectu misericordiae, sicut patet in Mat. ubi sic intelligit Amb. ubi dicit. Pa- sce fame morientem si non paupis occidisti. Non solum autem est in precepto proximum iurare in datione temporalium, sed etiam in alijs actibus misericordiae, sicut patet in Mat. ubi supra. Tertius fructus est restitutionis dilatio, in illis. n. casibus in quibus non transfertur Dominum, sicut in furto, rapina, & si- milibus, semper est detentor in mora, & peccat mortaliter retinendo, licet poeniteat accepisset, si tamen ad sit reddendi possibilitas, uel opportuni- tas, unde & Aug. dicit. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. In his autem in quibus do- minium transit in accipientem, sicut in mutuo non est quis in mora, nisi secundum conditiones ap- positas, & sic posset esse tanta conditionis trans- gressio in proximi laesione, quod posset hinc rationem mortalis. Quartus fructus inordinati amoris te- poralium est irrecompensatio, cum. s. quis multa bona accipit ab alijs, & ex inordinato amore te- poralium, aliquid recopensare dimittit, quod ma- nifeste est contra ius naturale. De hoc tamen secundum radicem iudicandum est. Currum hoc ex auaritia procedat, quae habeat rationem mortalis: qualis autem auaritia radicem mortalis habeat dictum est. Si- cut autem de irrecopensatione, ita & de illiberalita- te dicendum est, cum quis non est liberalis in dando.

March. 3

Tertius principalis ramus, est concupiscentia carnis. Cap. III.

Tertius ramus principalis, qui ex radice con- cupiscentiae, ex tronco male uoluntatis pro- cedit, est carnis concupiscentia, secundum Ioannem in canonica sua. s. in quaerendo delectationem, & ui- tando molestiam, & secundum hoc in duos ramos prin- cipales iste ramus diuiditur. Primus autem ramus qui ex quaestione delectationum consistit, in duos ramos diuiditur, quia quaedam est delectatio per- tinens ad conseruationem indiuidui per actum re- fectionis: alia est pertinens ad conseruationem speciei per propagationem seminis. Quantum autem ad primum specialiter peccatum gulae consistit: Est autem gula, secundum quod habet rationem peccati mor- talis, inordinatus appetitus uel usus nutrimenti, rationem subuertens, & auertens a Deo: & hoc pa- tet in illa gula praecipue, qua quis precepta Dei non timet praetergredi, ut delectamenta ciborum sequatur, & illa in qua etiam ratio subuertitur, cum ex deliberatione seu aduersione rationis proce- dit, ut cum quis scienter se inebriat, uel naturam propriam grauat, unde Gregorius trigesimo mo- ralium sic loquitur de gula dicens, quod dominan- te gula uitio, omne quod egerint homines, for- titer perdunt. Sicut autem alia uitia sua ue- nialia habent (ut supra dictum est) ita etiam gula sua uenialia habet, ubi circa actum nutri- tionis & desiderium, non est inordinatio con- tra

1. Ioan. 2.

Gula qd.

Luc. 12.

q tra



trā Deum, nec auersio rationis, quia tales actus nō sunt quandoq; in potestate hominis. Ex hoc autem ramo præcipue tres rami exeunt principales. f. incontinentia gula, immodestia, & dilectio. Circa primum. f. de incontinentia gula notandum est, q̄ istos fructus habet secum, anticipatorem, frequentationem, & ieiunij fractionem. Anticipatio, est cū quis horam comedendi anticipat, quod potest fieri tēpore ieiunij, uel alio tempore. Si autem tēpore ieiunij quod est in præcepto, cum hora comedendi secundum iura, & consuetudinem assignetur post meridiē, qui horam notabiliter anticipat sine causa, sola comedendi libidine, fraudem facit, nec tale ieiunium reputat, ut si quis fortē hora tertia comederet, & sic se implet, q̄ postmodum illa die non esuriret. Qui autem fraudem facit legi, cōmittit in legem, undē Calcedonense Concilium. Nullatenus iudicandi sunt ieiunare, qui antē comedūt, q̄ uel pertinemē celebratur officium, quod tempore quadragesimali dicitur. Alias autem post nonam. Item ista anticipatio fit etiam alio tempore, ut multi qui uolunt comedere statim quādo de lecto exeunt, sicut bruta etiam quandoq; absq; aliquo appetitu ex praua consuetudine, qd̄ est graue peccatum, & uix potest contingere, quā a radice mortali procedat. Secundus fructus est frequentia cibi uel potus, quod nisi cogat ætas, uel infirmitas, uel iusta necessitas, manifestē contrā rationem est peccatum, quæ prohibet Apostolus, qui ponit comestationem inter opera carnis, de quibus dicit, qui talia agunt, regnum Dei non possidebūt, per quod patet manifestē, q̄ aliqua comestatio habet rationē mortalis, cum. f. procedit ex gula, eo modo quo habet rationem mortalis, quando autem habeat rationem hanc dictum est supra. Tertius fructus incontinentiæ gula, est fractio ieiunij ab Ecclesia instituti, qd̄ fit in numero, & qualitate: in numero, comestionum pluries comedendo, in qualitate cibi, cibū uetitum comedendo, ut comedendo carnes, uel lactinia, & huiusmodi in quadragesima. Et de hoc ieiunio est sciendum, q̄ quicūq; hoc ieiunium non obseruat absq; dispensatione superioris, iusta necessitate laboris necessarij, uel paupertatis notabilis, uel ætatis, uel infirmitatis, est transgressor præcepti, & sic peccatū mortale cōmittit, undē Hieronymus ad Lucinū loquens de ieiunio dicit. Vnaquæq; puticia abundat in suo sensu, & præcepta maiorum, leges Apostolicas at birretur, per quod patet, ieiunium esse in præcepto. Secundus ramus principalis gula, est immodestia. f. cum in nutriendo corpus modus debitus non seruatur, & duos fructus habet. f. auiditatem, & nimietatem. Est autem auiditas, inordinata in comedendo gulosis, & est peccatum cum morus brutales & inordinatos debeat refrenare, & potest quandoq; sine peccato esse, ut cum homo non subiacet suæ potestati, & quandoq; est ueniale, ut cum non ita reprimat sicut

Notabile pro Religiosis, præcipue circa ieiunij

Gala. 5.

Ieiunium

Immodestia.

debet, & potest esse mortale, si ex radice mortali procedat, sicut de frequentia dictum est. Secundus autē fructus immodestiæ in cibo est nimietas, ut cum quis comedit in nimia quātitate, uel bibit. Ex hoc fructu nascit̄ corporis grauitas & infirmitas, mēt̄ is hebetudo & cecitas, iudicij p̄cipitatio, incircūspectio, ebrietas, loquacitas, incepta latitia, & dissolutio. Circa materiam istam notādum in generali, q̄ ille nimis dicitur comedere, qui ultra cōmoditatem naturæ comedit, & bibit, & est contra rationem, & per consequens peccatum, cum actus nutritionis sit ad conseruationem indiuidij, & per talem culpam fiat naturę subuersio, undē patet, q̄ ibi est abusio & peccatum, & tantum in grauamen naturæ procedere potest, si ex deliberatione fiat, q̄ habebit rationem mortalis: ex deliberatione autem dico, quia quandoq; ex passione famis, uel preceptu æstimata necessitatis hoc potest fieri, quod de facili non esset iudicandum mortale. Ex hoc autem fructu (ut dictum est) est corporis grauitas & infirmitas, quæ ex nimia cibi sumptione procedit, & hebitudo mentis, & cecitas, quæ licet magis rationem potius q̄ culpæ habeant, tamen causa peccati esse possunt, cum quis ratione infirmitatis uel grauitatis carnis, iam non potest facere, nec implere id ad quod a natura ex præcepto tenebatur, uel cū ex nimia sumptione cibi uel potus, in talem hebetudinem uel cecitatem mentis incidit, q̄ necessaria ad salutem non cogitat nec diiudicat, & transgreditur, uel sententiam, uel uerbum precipitat in proximi nocumentum, & tunc manifestē non excusatur, quin in talibus possit peccare mortaliter in talium commissione, cū factus sit ineptus ad talia exercenda, dando operam rei illicitæ. Et hæc intelligo, nisi amisisset totaliter rationē, uel fortē corporis potestatem, eo modo quo de ebrietate dicitur. De ebrietate autem notandum, q̄ si quis sciens uini uel liquoris fortitudinem, & aduertens q̄ ex eius nimia sumptione potest ebrietatem incurrere, nimis summendo peccat mortaliter, quia scilicet usu rationis se priuat, & omnium peccatorū periculis se exponit, undē Ambrosius in libro de Patriarchis, uitandam dicitur ebrietatem, per quam crimina uitare non possumus: nam quæ sobrijs cauemus, per ebrietatem ignoranter committimus. Et Apostolus ad Gal. inter opera mortalia ebrietatē cōnumerat. Pōt tū ebrietas cōtingere, absq; mortali & ēt ueniale, ut cū qs liquoris fortitudinē nō agnoscat, uel liquorē inebriantē p̄ alio bibit, uel si ducit nō aduertēs, uñ & Aug. cōtrā faustū. Loth de ebrietate excusat. Cū autē quis rōne ebrietatis, uel occasione, peccatum mortale ignoratē postmodū cōmittit, si mortalis fuit ebrietas, nō totaliter excusat, tñ scdm q̄ ratio uoluntarij diuini, sic peccatū excusat a tātō, licet nō a toto. Si autē ebrietas absq; p̄cō contingit, tūc a p̄cō mortali excusare pōt, uñ Aug. Loth ebriū ab incestu

Luxuria.

Gal. 5.

Sensu qd.

Ebrietas.

Gala. 5.

Loth excusat.

incestu.

est excusat, dicens contra faustū Loth culpādus non quātū incestus, sed quātū ebrietas meruit. In cum quis ad se redierit, debet de illo peccato dolere, (ut credo) quod etiam confiteri, quæ ad superiorem pertinet iudicare, utrū talis fuerit ebrietas, quæ peccatum ualeat excusare. Itē solum istius immodestiæ est loquacitas, quæ multa folia secum habet, scilicet, multiloquium, uaniloquium, stultiloquium, turpiloquium, de quibus cum uoces sint signa intellectū, iudicandum uidetur secundum rationem radicis. Ultimus fructus nimia commelitionis est inepta letitia & dissolutio, quæ fortiuntur rationem peccati secundum radicem, & in aliquibus secundum scandalum, seu occasionem scandali, quod tantum esse poterit, quod habebit rationem mortalis. Tertius ramus principalis, qui ex gula procedit, est inordinata delectatio, & hos fructus etiā secum habet, scilicet. Sollicitudinem in querendo. Studiositatem in p̄parando. Multiplicitatem in diuersificando. Chareliam in emendo. Voracitatem in summendo, quæ rationē peccati fortiuntur secundum rationem radicis, & personarum, & statuum, uel secundum quod in talibus sit ita notabilis superfluitas, atq; sumptuositas quod pauperum indigentia, & necessitas, hoc faciat habere rationem mortalis eo modo, quo superius de prodigalitate est dictum. Secundus ramus principalis, qui ex radice carnalis concupiscentiæ procedit, est delectatio inordinata circa actum, qui pertinet ad conseruationem speciei, ut dictum est supra, quæ luxuria appellatur, quæ quidem habet rationem peccati, in quā tum repugnat rationi uel naturæ, & habet rationem mortalis, sicut patet ad Gal. Vbi inter carnis opera computatur. Hic autem ramus cum p̄cedenti ramo cōuenienter inseritur, quia ex gula procedit, & gula ei materiam administrat, quæ semen secundum Philosophum est superfluum alimentum. Sicut autē dictum est de alijs peccatis, q̄ motus proprios & diuersos, qui præueniunt rationem, nec adhibetur consensus, non habent rationem mortalis, sic etiam de luxuria est dicendum. Ex hoc autem ramo tres rami speciales p̄cedūt, qui sunt, inhonestas, carnalis affectio, & incontinentia. Inhonestas hos fructus emittit, quæ est inuerecunda in uerbo, in gestu, in facto, in habitu. Circa inuerecundiam hoc est aduertendū, q̄ licet sit passio, tamen ex uitio oritur. Cum. n. inuerecundia sit de turpi proprie, quia qui inuerecundus est, turpia uideēt diligere, undē de ipsa iudicandum est secundum rationē radicis. Neque. n. quāq; est in potestate hominis, quando uoluerit uerecundari, quia huiusmodi passiones, ut frequenter complexionem sequuntur. Circa inhonestatem in gestu, uel facto, uel uerbo sciendū, q̄ multum ex affectu pensatur, uel secundum q̄ ex hoc ratione temporis, uel loci, uel personæ potest oriri scandalum, & tunc ex aliqua circumstantia, posset tantam prestare occasionem scan-

dali, q̄ posset habere rationē mortalis, ut si forte persona religiosa uel posita in exemplū, chorreas, uel tripudia duceret, uel si forte a quocūq; in Parasceue talia exercerentur. Inhonestas etiā in uerbo, quæ securitas dicit̄, de qua dicit Apostolus, nec nominetur in uobis, ex affectu penitentiæ uel secundum scandalum ratione personæ, uel secundum q̄ uerba talia alios ad malum incitat, eum & tali intentione dicuntur, & sic posset habere rationem mortalis. Et sic etiā de choreis, & cantilenis & lusibus intelligendū est, per hæc igit̄ quæ dicta sunt, patet quomodo histriones, saltatrices, & tales ioculatores, q̄ inhonestis uerbis & factis, homines faciunt delectari, non penitentes quæ uerba uel facta proferant, dum tamen possint pecuniam extorquere, non sunt in statu salutis. Dare etiam talibus, est in peccato fouere, undē Augustinus super Iohannē. Dare res suas histrionibus, uitiosum est. Qui autē talia exercēt officia absq; inhonestate ad recreationem hominum (cum quandoq; talis recreatio sit letitia & uirtus, etiam secundum Philosophum intra pelia nominantur) non tales damnandi, nec talibus dare iudicatur peccatum. Circa inhonestatem habitus, notandum, q̄ iste fructus quātior secum habet, scilicet, superfluitatem, preciositatem, curiositatem, & inhonestatē. Superfluitas autē consistit in duobus, numero & mensura, ut cum habentur uestes plures, uel nimis lateæ uel desuantes. Item curiositas in ueste duobus modis inuenit. f. in colore & modo facturæ. Inhonestas autē est cū modus facturæ, uel in impudicitia prendit, & ad malū puocat, ut preciositas uel uelutium, uel circa collū, & gurtur, tale quod, huius autē inhonestatis sunt fructus, uñctio, lottio, deceptio, cōpositio, multiplicatio, adinuentio, ut cū fiunt unctioes uel lottiones ad acquirēdū colorē, uel deceptions in mutando capillis, uel faciendo caput & hmoi. Item cōpositio, ut cū nimis stricti sotulares, uel singularis modus in cōpositione seruat. Itē multiplicatio ioculium, etiā adinuentio noui modi in talibus, quæ oia, quō rōne peccati habeant, uideamus. Circa ergo hanc materiā est notandū, q̄ ista quatuor possunt hñe rōnem peccati, uel rōnem pernerse intentionis, uel cōtrarię consuetudinis, uel conditionis personę, uel pis, uel rōne radicis p̄nt hñe rōnem peccati, uel en ista ex superbia oriunt̄, & ad inanē gloriam ordinantur, uel cum ista sunt intentione placendi, & ad luxuriā puocandi, & si radix mortalis sit, & ramus mortalis erit: dicit enim Augustinus, q̄ non solum appetere, sed etiā appeti uelle, criminofum est. Hæc etiam ratione consuetudinis cōtrarię, p̄nt hñe rōnem peccati, ut cum quis querit habitum, qui consuetudini terræ non cōgruit, uel unguentis utitur, uel modo ornat, & incedit in scādalum proximorum, ut si uir ueste muliebri uteretur, & conuerso, & huiusmodi. Et ita talibus tanta posset dari occasio scandali, quod posset iudicari mortale,

Ephes. 5.

Inhonestas habitus.

q 2 undē



undè Aug. tertio confessio. Consuetudo uel lex terra, nulla ciuis uel peregrini libidine uioletur. Item ratione conditionis personæ, quia aliud decet clericum, & personas ecclesiasticas, uel s. latu & religiosum, aliud personas laicas, aliud diuitem, aliud pauperem, aliud uiduam, aliud coniugatam. In hoc igitur potest contingere ratio peccati, secundum q. quilibet persona suum statum in aliquo prædictorum excedit, ut si forte tot paria uestium uelit habere burgenis aliqua, quot Regina, & sic de alijs, undè sic potest in talibus excedere statum suum, q. oportet concludi, q. ex aliqua mala radice pcedat, & q. uergat in scadalam proximorum. Quarto ratione tēporis, ut cum quis utitur talibus & talia multiplicat tempore necessitatis pauperum, & cum tanta est charitatis, q. pauperes arctam indigentiam patiantur, q. deberent pauperibus erogari, quæ in talibus superfluitatibus expenduntur, & tanta possit esse ex una parte superfluitas, & ex alia tanta indigentia, q. possit habere rationem mortalis eo modo, quo dictum est de prodigalitate. Secundus ramus principalis luxuriæ est carnalis affectio, quæ duobus modis contingit, uel secundum q. aliquis ad carnem suā seu corpus inordinate afficitur, uel etiam ad alium. Primum autem istorū, cura carnis uocatur, de qua dicit Apostolus. Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Huius autem rami sunt multi fructus, secundum diuersa opera, in quibus consistit carnalis delectatio, & secundū hoc est mollities in uestibus, in culcitrīs, in lineis, in sedilibus, & in lectis quies corporis. Item sollicita cautio aduersitatis, uel frigoris, calorīs, famis, & huiusmodi, & ista licet de se non habeat rationem mortalis, tamen circa ista tāta potest esse sollicitudo, q. ista præponuntur amorī diuino, uel aliquod diuinorum præceptorum omittitur, uel aliquid contra Deum fit, ut talia habeantur. Item carnalis affectio quandoq. habetur, ut cum quis rōne eorum, quæ ad carnem pertinent, inordinate diligit, post est carnalis affectio nuncupari. In hoc aut potest esse duplex excessus. s. in affectu & effectu. In affectu aut potest esse duplex, uel secundum q. caro sonat in naturam, secundum illud Apostoli. Carnem suam nemo odio habuit, uel secundum quod sonat uitium, secundum illud. Caro & sanguis Dei regnū non possidebunt. Primo modo est quando excessus in diligendo filios uel parentes, ut cum amor creatori præferatur, ut si quis Deum offendere magis eligeret q. amorem talium ammittere, uel eorum quodcūq. detrimētum uidere, quod esset peccatum mortale secundum uerbū Domini dicentis. Qui amat p̄rem, aut matrē, aut filios plūsq. me, nō est me dignus. Est aut alius amor carnalis, secundū q. caro sonat in uitium, & ex corruptione carnis rascitur, ut cum quis ad aliā personā sic qnq. afficitur, q. licet in actu peccati consensus non interueniat, tamen ad actum illum talis affectio

Rom. 13.

Ephē 5.

1. Cor. 15.

Matt. 10.

aliqua lter ordinatur, quod ex eius fructibus comprobatur, cum scilicet ex mutua colloquio ne, uel societate, uel aspectu, uel uisu, carnis stimuli oriuntur. Constat autem secundum Apostolum, q. si rami sint mali, & radix etiam mala erit. Hoc etiam patet, q. habet rationem peccati, quia ex tali affectione ratio ammittit dominium, & uoluntas etiam rationem quandoq. sequi non potest, tali affectione ligata, cum scilicet affectus trahatur ad cogitandum de re amata, nec sit in potestate eius cogitationem dimittere. Insuper & ad Dei delectationem eleuari non potest, tali affectione depressa. Insuper & quandoq. corporis detrimentum incurrit. Cum igitur aliquis se sciēt inebrians, quia usum & potestatem rationis uoluntariē ammittit, & in corpus proprium peccat, quia ex hoc deterioratur in corpore, multo amplius uidetur, q. qui in talē affectionis seruitutem se sciēt inicit, cum nō ita cito sicut ebrietas transeat, peccat mortaliter, undè & hoc uidetur dicere Augustinus in speculo, cum de talibus dicit, secundum q. concupiscentiam carnis alterutro declarantur ardore, & intactis etiam ab immunda uiolatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Sicut autem supradictum est, q. quandoq. ebrietas rationem mortalis nō habet, cum aliquis fortitudine uini uel conditione decipitur, non aduertens sic, & si quis per contubernium personæ alius in talem affectionem incidat non aduertens, non iudicāre peccatum, immo potius passionem. Si indē aduertens, affectionis periculum fouet, affectionem & nutrit, iam in talem affectionem consentit. Si autem aliquis talem affectionem sentiret & semper displiceret eidē, aut si esset ugens necessitas, uel magna utilitas conuiuendi uel colloquendi, uel consolandi personam huiusmodi, non crederem iudicandum mortale, nisi per talem affectionem sentiret in se notabile spiritualium detrimentum. Et si forte talis esset persona, quam oporteret actus spirituales exercere, & per hoc impediretur ne possit implere officium competenter, tunc licet in societate personæ illius possit sequi utilitas: tamen ex ordine charitatis tenetur occasionem uitare, cum damnum suum magis quam alterius uitare teneatur. Item ex affectione carnali in effectu oritur acceptio personarum & peruersio ordinis charitatis & fauor mali. Circa primum, scilicet de acceptione personarum notandum, q. acceptio personarum est, cum aliqui personæ aliquid utilitatis impeditur, cum tamen illud idē faciendi alteri, maior ratio inueniatur, & hoc quidem ex affectione inordinata orit̄ & contra legem, iuxta illud. Non accipietis cuiusquam personam. Hæc acceptio personarum quadruplicem fructum habet, quia in beneficijs, electionibus, honoribus, & iudicijs. In beneficijs est dupliciter, ut cum dantur beneficia Ecclesiastica, uel temporalia. Circa collationem

Rom.

1. Iacob. 2.

Matt. 20.

Iacob. 2.

Honor qd.

Deut. 16.

Cant. 2.

Oculo charitatis.

Acceptio personarum.

Deut.

Correctio proximi.

collationem beneficiorū Ecclesiasticorum, tunc intelligo acceptiōnem personarum habere rationem mortalis, cum beneficium ecclesiasticū alicui indigno confertur, sciēter dignis postpositis, siue sit intuitu consanguinitatis, uel etiam beneficij temporalis, uel affectionis spiritualis. Similiter autem & indignum eligere ad dignitatem Ecclesiæ, contēpto paupere instructiore, undè Augustinus super illud. Nolite in personarū acceptiōne, &c. Quis (inquit) serat, si quis diuitem eligat ad sedem honoris Ecclesiæ, contēpto paupere instructiore & sanctiore? Si autem sint temporalia beneficia, sic in eis potest esse personarū acceptiō mortale peccatum in necessitatis articulo, quando quis tenetur beneficiū conferre ex præcepto, & cum datur beneficium illi, qui non indiget ratione particularis amoris, & ille qui est in arcta necessitate contemnitur. In his autē, in quibus non tenetur quis dare, non cadit acceptiō personarū secundum illud Matth. Aut non licet mihi, quod uolo facere. Circa tertiam, scilicet de acceptiōne in honoribus est notandū, q. cum quis solum ratione diuitiarum honoratur absq. ratione uirtutis uel status, peccatum est, secundum illud. Quicūq. diuitem propter diuitias honorat, peccat. In hoc aut potest habere rationem mortalis, ut si quis pauperes sanctos contemneret, nec eis ratione sanctitatis honorem præstaret, nec aliquem, nisi diuitem uel potentē honorare uellet, cum secundū Philosophum honor non sit aliud, q. testimoniū ueritatis. Circa quartum, hoc notandum uidetur, q. qui sic personam in iudicio accipit a uero iudicio deuiando, manifeste facit contra iustitiam & proximi charitatem, & ita non est dubium, quin peccet mortaliter, undè & contra legem est, quæ dicit. Non accipies personam, ut a uero iudicio deuias. Circa secundum principaliter, quod ex affectione carnali oritur. s. de peruersiōne ordinis charitatis, hoc primò notandū est, q. charitas ordinata esse debet, secundum illud. Ordinauit in me charitatem. Quatuor autem sunt secundum charitatem diligenda per ordinem. s. Deus, nos, proximus, & corpus nostrum. Hic aut ordo est necessarius ad salutem respectu honorum spiritualium. s. q. amor alicuius creaturæ Deo nullatenus præferatur. Item q. non faciat aliquis peccatum propter dilectionem proximi. Item q. corpus proprium nō tantum diligit, q. ex hoc aliquo modo peccatū uellet committere. Item q. salutem proximi, proprij corporis dilectioni præponat. Tertius fructus affectionis carnalis est fauor mali, & hoc fit multis modis, qnq. n. ex familiari amore contingit, q. peccatū alterius dissimulat, & scdm hoc, est incorrectio, cōsensus, procuratio seu adiutoriū, & cōicatio in casu illicito. Circa primū notandū, q. correctio proximi est oibus in p̄cepto, cum tñ scitur uel credit, q. correctio peccatū impediāt qd aliās fieret. Et licet sit oibus in p̄cepto, illis tñ scitur, q. bus incūbit ex officio, ut sunt. Dñi, Prin-

cipes, Prelati, & magis in hoc peccare p̄nt. Quod aut correctio sit oibus in p̄cepto, patet per Aug. de uerbis Dñi. Si negligis corrigere, peior factus es eo, qui peccauit. Itē procuratio p̄ti est consensus in peccatū, & adiutoriū quodcūq. & partiet patio, si sint respectu p̄ti mortalis, erūt eiusdem generis scdm Apost. dicentē. Qui talia agūt, digni sunt morte, non solū q. talia agunt, sed et qui consentiunt facientibus. Tertius ramus carnalis concupiscentiæ est, ut dictum est, Incontinentia, quæ præcipue circa actus uenereos consistit. Ex hoc ramo procedit, turpis imaginatio, motus carnalis, delectatio simplex & morosa, aduersio periculi, consensus in delectationem, & consensus in opus, & deinde fructus operis malus. Circa materiam istam notandum est, q. in consensu in delectationē primò mortalis ratio inueniē. Sicut. n. dicit Aug. si mente delectatio teneatur, & uoluntate, cum aduersiōne periculi, & in delectationem hmoi consentit, etiam si in opus extrinsecum non interueniat, consensus nihilominus est mortale peccatum, & propter hoc totus homo dānabit. De consensu aut in opus mortale, quin habeat rationem mortalis, non est dubium, fructus aut operis per quinq. sensus distinguitur. s. in auditu, uisu, odoratu, loquella, & tactu. In auditu aut, multiplex contingit peccatū luxuriæ, pro ut luxuria inordinatam delectationem ducit. s. in curioso auditu rumorū, instrumentorū musicorū, cantilenarū scurrilū, & uerborū inhonestorū: q. oia uident iudicanda scdm habitū, quo qs mouet ad audiendū talia. s. scdm conditionem radices. Visus etiā inordinatus perfructuosus fructus habet. Aspectus pulchritudinum & uisus delectabilū, cum inordinatione delectationis, & curiosus aspectus mulierū. Item nutus aspectus, signa & nutus. Item aspectus factorum impudicorū, & motuum, seu carnaliū peccatorū, de quibus dicit Aug. in speculo. Nec dicatis nos h̄re animos pudicos, si habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus, impudici cordis est nuntius, & cum sibi mutuo aspectu corda nuntiant impudica, & alterutro delectantur ardore. Intractis ab immunda uiolatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Secundū hoc igitur, satis potest patere, qm inordinati aspectus possunt h̄re rationē mortalis, cum. s. ex malo consensu, periculum graue & probabile peccati mortalis, in se uel in alio aduertitur ex aspectu. Qm scdm sapien. Qui amat periculum, in illo peribit. De odoratu autem, iudicandum est scdm conditionem radices. De loquella aut secundum, q. ex carnali concupiscentia oriri uidentur, multi prodeunt fructus. s. scurrilitas, de qua iam dictum est, cum de inhonestate uerborū fecimus mentionē. Item incitatio, & pronocatio ad peccatum, uerbo uel scripto, uel nuncio. Item attractio per uerba dulcia, quæ affectu pensant. Circa tactum hoc aduertendum uidetur, q. in tactibus multiplex peccatū inuenitur, secundū q.

Rom. 1.

Oculus nuntius est animi.

Eccl. 2.



loca circa quæ tactus contingit; habent maiore inhoneſtatē, & magis poſſunt ad luxuriā, puocare, uñ hoc circa illā materiā eſt tenendū, q̄ li-
 didi tactus, & oſcula abſq; etiā conſenſu in opus carnale, hñt rōnem peccati mortalis, ſcđm q̄ in eis oriē delectatio carnalis uoluntariē, & deliberatiuē, uñ ſuper illud, fornicatio & omnis immundicia, &c. dicit Glo. In oſculis & ample- xibus, de quibus dicit Apoſt. ibidem, q̄ non ha-
 bent hereditatē in regno Chriſti & Dei. Hic autē tactus diſtinguit, quia uel ſit in perſonā ppriā uel in aliā, & eodem modo habet rōnē peccati. Cū tactu autē, poſit corruptio carnis, quæ pollutio dī, quæ duobus modis contingit, aut p̄ actū tactus, ſeu imaginationē delectationis moroſa, aut per actum carnalem. Si primō modo perta-
 ctum uel imaginationē, hoc contingere pōt du- pliciter. Aut dormiendo, aut uigilando. Circa pollutionē in ſomno hoc breuiter eſt notandū, q̄ talis pollutio ſecundū ſe non habet rationem peccati, eo q̄ tunc liberū arbitrium uinctū ſit, ſi per comparationē. Pōt autē contingere ex ſuper-
 fluitate cibi uel potus, uel ex turpi imaginatione in uigilia pcedente. Quod ſi cauſa mortalis ſit puta quia uigilando conſenſit, uel actū gula mor-
 talem exercuit, ſecundum hoc pollutio eſt ſignū grauioris, & tunc dī & circumſtantie ſunt in cō-
 feſſione notandæ uel dicendæ. Cum autē talis pol-
 lutio illuſione Diaboli, uel debilitate retentiua, uel uirtute excluſiua contingit, nec adest com-
 placencia, non habet rōnem peccati. De pollutio-
 ne aut uigilando ſic diſtingit, q̄ ſi eſt pcurata p̄ ta-
 ctū, uel imaginationē uoluntariā, quoquomodo, uel per auditū uel uſum, uel motū. Ois. n. talis re-
 ſolutio, ſi ſit pcurata, uel ſi cōſenſus interueniat eſt mortalis quocūq; modo. Et ſi ſemen extra-
 uas naturale uoluntariē emittatur, habet rōnē mortalis peccati, quod etiā contrā naturā eſt. Si aut in tactu ſit ſexuſ mutatio, etiam grauiſſimū eſt peccatū, & talia peccata nec nominari debēt & ignominioſa dicunt. Pōt etiā huiuſmodi pol-
 lutio contingere per actū carnalē, & hoc dupli-
 citer, q̄ uel per actū matrimonialē, uel per actū mechię. In actū aut matrimoniali pōt cōtingere deordinatione, in modo, in tēpore, & in cauſa. In modo quidē peccatū eſt, cū modus, qui naturā nō cōgruit inueniūt. In tēpore aut, cū tēpore mē-
 ſtruorū debitū exigit, quod eſt contrā legem ſi ſcienter fiat eſt peccatum mortale. Item cū tē-
 pora orōni, honeſtati, & feſtiuitatibus ſancto-
 rū deputata, non obſeruantur, quod tñ mortale, non dico. Item in cauſa, cum in actū hmōi non proleſ, ſed carnis delectatio queritur, quod licet excuſetur per matrimonium, tñ poſſet hñe rōnē mortalis, ſi uſq; ad hoc inordinatio excedatur, q̄ imaginando alienā mulierē cognoſcat ppriā, uel ſi eo affectu cognoſcat, q̄ etiam ſi uxor ppriā nō eſſet, uellet nihilominus delectationē cōplere. Si aut p̄ actū mechię talis inordinatio cōpleat, ſcđm hoc, hmōi peccati ſex ſpēs diſtingunt. Simi-

plex fornicatio, ſolutus cū ſoluta. Adulteriū, li-
 gatus cū ligata, uel altero ipſorū ligato, ſuprum in deſloratione uirginū. Raptus, qui conſiſtit in uolenta mulieris cognitione. Itē inceſtus, q̄ eſt cum cognoſcit conſanguinea uel affinis. Itē ſa-
 crilegiū, cū. ſ. Deo dicat uirgines, uel uiduæ co-
 gnoſcant, uel in ſacro loco talia exercent de qui-
 bus oibus per tranſeundū iudico, cum abſq; ha-
 ſitatione hñt rōnem mortalis. Secundus ramus principalis, qui ex carnis corruptione contingit (ut dictū eſt ſupra) eſt inordinatio in euitandis aduerſis, & ex hoc ramo pcedit uitiū capitale, quod acedia noiatur. Eſt autē acedia ſcđm actū ppriē ut eſt uitiū principale & capitale, triſtitia quādā aggrauās, quę ita deprimit animo hoies, ut eidē nihil agere libeat, & maxime bonū aliquod ſpūale, hñt aut rōnē p̄ti mortalis, in quantum q̄ ſpūale triſtitia bona ſpūalia deuſtat deliberatiua, nec placet ei, quod frequenter ex carnis corrup-
 tione pcedit, in quantum. ſ. aliquis curā carnis ag-
 gēs, ſpūalia refugit, carne contrā ſpū dominatē, uñ a bō Greg. 31. mor. inter capitalia uitia cō-
 putat. Sicut autē de alijs eſt p̄dictū, non quilibet acedia, nec quilibet motus acedia, habet rōnē mortalis, ſed oportet, q̄ ex deliberatiōe pcedat. Ex hoc ramo pcedunt ſcđm ſcđm. de ſumato bō no, & ſcđm Greg. 31. mor. Que ſunt puſillanimitas, torpor, euagatio mētis, ſtabilitas corporis, triſtitia cordis, & deſperatio. Circa primū, de pu-
 ſillanimitate ſciendū, q̄ ille puſillanimitas dī, q̄ ani-
 mū puſillū hñt, ad exequendū bona opa, q̄ facili-
 ter operari poſſet, uñ ſicut p̄ſumptio habet rōnē peccati, q̄a per eā tendit homo ad ea, quæ eius poteſtate excedant. Ita & puſillanimitas eſt pec-
 cātum, dū recuſat tendere in illud bonum, quod cōmenſuratū eſt ſuæ perſonæ, & inde eſt, q̄ ſer-
 uus, qui accepit pecunia Dñi ſui & fodijt in ter-
 ra, nec operatus eſt ex ea propter quandam pu-
 ſillanimitatis timorem punitur à Dño, ut patet in Mat. & in Luc. Habet autem puſillanimitas ra-
 tionem mortalis, cum puſillanimitate dimittū-
 tur neceſſaria ad ſalutem, ut diuina præcepta. Poſſet nihilominus habere rationem mortalis in caſu, ut ſi quis detrimentum fidei uel damnum proximi ſpūtuale, uel etiam temporale ex pu-
 ſillanimitate deſenſionis, predicationis, uel cor-
 rectionis diſſimularer, undē Gregor. in paſtoral. dicit, q̄ illi, qui prodeſſe utilitati proximorum refugiunt, ſi diſcretē iudicentur exemplo, tātis rei ſunt, quantis uenientibus ad ſe prodeſſe po-
 tuerunt. Ex ramo autem puſillanimitatis pro-
 cedit timor ſeruilis, humanus, & mundanus, qui eodem modo (ſicut de puſillanimitate dictum eſt) ſortiuntur rationem peccati. Eſt au-
 tem timor ſeruilis, cum quis (ut ſeruus) dimittit malum facere, non propter dilectionem, ſed pro-
 pter pœnæ timorem. Timor autem humanus dicitur, cum quis parcens carni ſuæ, ſpū-
 tualia bona refugit, quæ carnis delectationi-
 bus aduerſantur. Eſt autem timor mundanus, cum

cum quis propter timorem mundi, perſonę (ſci-
 licet alicuius) dimittit bonifacere ſolummodo. Primus aut timor ſem p̄ cū mortali peccato eſt, ſcilicet cū quis peccatū dimittit facere ſolummodo rōne pœnæ. Secundus aut timor & tertius hñt rōnem mortalis, cū p̄pter huiuſmodi neceſſaria ſaluti dimittunt. Circa ſcđm de torpore notan-
 dum eſt, q̄ tunc quis torpere dī, cū ad bene ope-
 randum inuenitur inefficax, ſicut aquam tepē-
 ram, ſeu tepidam eſſe dī, cum non eſt effiacis ca-
 loris, undē tibi in Apocal. dī. Utinam eſſes cal-
 dus, aut frigidus, ſed quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Et talis torpor ex diſpli-
 centia boni uidetur pcedere, quæ tanta eſſe po-
 terit, q̄ erit cum peccato mortali, ut cum quis palatū animæ ſic corruptū habet, q̄ in nullo bo-
 no ſpūali cōplacenciam inuenit, & p̄pter hoc quicquid boni facit, tepidē & inuote facit. Vñ ex hoc ramo pcedit negligentia, cū q̄ negligit facere qd̄ debet, uel ſi forte illud facit, q̄ abſq; diligentia facit. Et ſcđm hoc dupliciter pōt ha-
 bere rōnem mortalis, uno modo ſi dimittantur per negligentia neceſſaria ad ſalutem. Alio mo-
 do, ut ſi forte talia ſiant, ſic cum contemptu hñt, q̄ quoquomodo ſiant, non curat omnino, & ſic intelligit illud. Qui negligit uitam ſuam, mor-
 tificabitur. Ex hoc aut ramo negligentia multi fructus oriuntur. ſ. ommiſſio, ignorātia, obliuio. Circa omiſſionem ſciendū, q̄ multiplex eſt om-
 miſſio, quę multipliciter hñt rōnē peccati. Eſt. n. ommiſſio boni p̄poſiti uoti p̄miſſi, iuramēti de-
 biti, ut iſtū ſaluti. Circa ommiſſionē boni p̄poſiti notandū, q̄ hñt rōnem peccati, ſecundū rōnem radice, ſeu cauſæ, nec. n. de ſe habet rōnem mor-
 talis, niſi fuerit propoſitum boni neceſſarij ad ſa-
 lutem. Circa ſecundum. ſ. de ommiſſione uoti ſciendū, q̄ uotum eſt conceptio melioris pro-
 poſiti, animi deliberatione firmata, & talem p̄-
 miſſionem abſq; cauſa uel deſperatione debita ommittere, habet rationem mortalem, undē David. Vouete & reddite, ubi dicit Gloſa, q̄ uo-
 uere eſt uoluntatis, ſed reddere eſt neceſſitatis. Circa tertium, ſcilicet de ommiſſione promiſſi notandū, q̄ p̄miſſum non cōplere, qñ eſt ſim-
 plex promiſſio, niſi compleatur peccatū eſt, niſi adſit impedimentum legitimum, uel iuſta cau-
 ſa dimittendi promiſſum, habet aut rationē pec-
 cati eo modo, quo & mendatium. Tunc enim im-
 pletur mendacium, cum nō impletur p̄miſſum. Patet igitur, quomodo poteſt habere rationem mortalis, quoniam ſicut mendacium, quod in dā-
 num uergit alterius, habet rationem mortalis, ſic & frulare promiſſum cum damnificatione alterius, ut ſi forte aliquis p̄mittat adiutorium alicui, in proſecutione alicuius negotij, & poſt-
 modum ille ſuccumbit, uel notabiliter damnifi-
 catur in negotio, p̄p̄ defectū promiſſi. Itē circa hoc ſciendū eſt, qd̄ ſcđm iura eſt p̄miſſio, ſe-
 cundū quā cōpetit actio in iure illi, cui ſit p̄miſ-
 ſio, ut cum quis factū uel uerbo, uel fide præſtita

corā bonis, ſe obligat ad implendū p̄miſſum, & tunc ſecundum iuſtitiam promiſſam tenetur im-
 plere. Aliter directe faciendo contrā iuſtitiam, peccatum mortale committeret. In promiſſis autem, quæ uergunt in detrimentum ſalutis, nō obligatur quis, undē Iſidorus. In malis promiſ-
 ſis reſeinde fidem, in turpi uotu, muta decretū, de ommiſſione iuramenti, hoc idem dicendum, q̄ ſicut quis in iuramento aſſertoriē peierando, peccat mortaliter, ſi hoc deliberatiuē faciat, & ſe iurare aduertat, ita etiam, qui iuramentum promiſſorium frangit ſine cauſa, idem genus cul-
 pæ incurrit. Circa ommiſſionem uerō iniuncti notandum eſt, q̄ pœnitentiam iniunctam à di-
 ſcreto confeſſore contemnere, & ſine cauſa ali-
 qua dimittere abſq; diſpenſatione, uidetur ha-
 bere rationem mortalis, undē Auguſtinus in epi-
 ſtola. Nihil aliud agit, qui uerē pœnitet, niſi ut id quo malē fecerat, impunitum non ſinat. Circa ommiſſionem debiti hoc eſt notandū, q̄ homo dēt aliqua de iure naturali agere, ut facere alij, quod ſibi uult fieri. Aliqua de iure diuino, ut p̄-
 cepta decalogi, aliqua de iure poſitiuo ex præ-
 cepto, ut ſemel in anno conſiteri proprio ſacer-
 dōti, ideſt illi qui poteſt abſoluere, & ſemel in anno. ſ. in paſcha communicare, niſi ex cauſa legiti-
 ma dimittatur, & ille qui eſt in ſacris ordi-
 nibus conſtitutus, uel beneficium habet eccle-
 ſiaſticum, tenetur ad horas canonicas ex præ-
 cepto. Circa primum autem & ſecundum, ſcilicet de ommiſſione iuris naturalis & diuini, in pro-
 ſecutione prædictorum dictum eſt. De tranſgreſ-
 ſione ſeu ommiſſione eorum, quæ ad ius poſiti-
 uum pertinent, hoc ſciendum eſt, q̄ qui ius poſi-
 tiuū ſcienter omittit, ſi id ius ſit præceptorium, inobediens eſt, & peccat mortaliter, undē illa q̄ ad ius poſitiuum pertinent, & habent rōnem p̄-
 cepti dimittere, peccatum mortale indicatur. De his uerō, quæ ad officium diuinum ſpeciali-
 ter pertinent, eſt notandū, q̄ in hoc multiplici-
 ter peccatur. ſ. dicendo officiū inattentē, inde-
 uotē, extra horā, corruptē, & diminutē, inde-
 tñ nō facile eſt iudicandū mortale, niſi hoc p̄ue-
 niat ex cōtēptu. Simpliciter aut dimittere offi-
 cium, in ordinato in ſacris, in religioſo clerico & p̄ſe-
 ſo, in bñficiato in eccleſia, mortale cōter iudi-
 caſ. Circa ommiſſionē utiliū ad ſalutē, hoc nota-
 re poſſumus, q̄ quilibet utilia ſaluti teneſ q̄rere, maxime illa, ſine quibus non pōt hñe q̄ſcogitatio-
 nē illorū, q̄ ſunt neceſſaria ad ſalutē, uñ maximū eſt, q̄ ille qui ſermones & monitiones, & ſocie-
 tatē bonorū euitat, hac intentione, ne. ſ. hac oc-
 caſione moueat ad bonū, uel ut cognitionē eo-
 rū nō habeat, q̄ neceſſaria ſunt ſaluti uel utilia, re-
 ſiſtit ſpū ſancto & grā Dei, & ex hoc mortaliter peccat, ut potē qui ſuā ſalutē contēnit. Secundus ramus, qui ex negligentia procedit (ut dictum eſt) eſt ignorantia, ſecundū q̄ poteſt habere rōnē peccati. Nulla enim ignorantia poteſt habere rationem peccati, niſi ex negligentia oriatur, uñ

Apo. 3.

Prou. 19.

Vorum, quid.

Mat. 76.

Augustinus de natura & gratia. Non tibi deputamus ad culpā, q̄ inuitus uadis ad culpā, sed q̄ negligis querere salutem, unde qui de salute sua diligens est, per ignorantiam damnari non potest, quia si in eo ignorantia esset, inuincibilis esset, quā excusat omnino, ignorantia igitur quā peccatum est, ex negligentia oritur, quā multiplex potest esse. Ignorantia facti, & iuris. Circa ignorantiam facti, notandum, q̄ tunc dicitur esse facti ignorantia, quando aliquis facit factum malum ex genere, & ignorat, q̄ tale factū faciat, de quo tamē nouit, q̄ peccatum est, ut si quis credit interficere feram, & interficit hominē, uel credit cognoscere suam, & cognoscit non suam. In hoc casu secundum modum negligentia, potest ibi esse peccatum. Si enim in hoc casu non apponit aliquam diligentiam, quam debet, ita poterit esse crassa negligentia, q̄ non excusabit à peccato. Unde Lamech, qui putauit occidere feram, & occidit Caym, non excusatur. Contra ignorantiam iuris nota, q̄ est ius naturale, diuinum, & positium. Circa ignorantiam iuris naturalis nota, q̄ nullus excusatur, quin peccet, faciendo contra legem naturalem. Hoc autem ius naturale, seu lex naturalis appellat illud, ad cuius cognitionem, potest homo per naturalia attingere. Cōstat enim, q̄ qui tale quid ignorat, hoc ei ex negligentia contingit. Circa ignorantiam iuris diuini, s. mandatorum decalogi, & articulorum fidei, notādū est, q̄ hęc ignorantia mortalis est, q̄ in potestate cuiuslibet est hoc scire, & à lege naturali deriuatur. Circa ignorantiam iuris positii, notandum, q̄ quilibet illa, quæ pertinent ad officium suum, & de iure positio sunt, scire tenentur, & talium ignorantia est mortalis. Hic distinguendum uidetur. Quædam enim sunt iura præceptoria, quædam monitoria, quædam consultatoria, unde de iure præceptorio, hoc intelligo, sicut dictum est supra de iure positio, ubi de omissione diximus. Licet autem (ut dictū est) naturalis iuris ignorantia, seu etiam iuris alterius non excuset, tamen si contingat, aliquem multa peccata per ignorantiam commisisse, quorum non potest in modico tempore habere notitiam. In modico autem tempore possunt per contritionem generalem dimitti, sicut alibi diffusius tractari habetur. Item ex ramo ignorantia procedit error conscientia, & eius transgressio & perplexitas & discrimen. Est autem error conscientia, cum conscientia dicat aliquid sciendum, ad quod non tenetur quis, uel quod facere non est peccatum. Qui enim facit contra conscientiam (secundum Gregorium) edificat ad gehennam, & si sit conscientia iudiciū, q̄ ommissio aliqua, uel transgressio sit mortalis, peccat mortaliter dimittendo. Cum autem conscientia dicat aliquid faciendum necessario, quod tamē peccatum mortale est, mortaliter peccat dimittendo, & nihilominus faciendo, & tunc perplexitas est manente conscientia, quæ tamen dimittit

Ignorantia multiplex.

Conscientia erronea.

ri potest & debet. Tunc autem discrimini se quis exponere dicitur, cum aliquid timet & dubitat esse mortale, & tamen id facit, & tunc etiā mortaliter peccat, quia discrimini se exponit. Hęc autem quæ dicta sunt (ut frequenter) ex negligentia & discussione conscientia procedunt, quæ negligentia tanta esse poterit, q̄ mortalis erit, sicut de ignorantia iam dictum est. Tertius ramus, q̄ ex acedia procedit, est obliuio, quæ in duos ramos diuiditur. Est enim obliuio peccatorum, & beneficiorum Dei, & hominis, ex qua ingratitude oritur & in deuotio. Circa obliuionem peccatorum est notandum, q̄ peccata propria obliuisci ex negligentia, est peccatum, cum quis tenetur conteri & confiteri de peccatis suis, quod non potest facere, si obliuioni tradantur, & tãta circa hoc poterit esse negligentia, q̄ habebit rationem mortalis, sicut de ignorantia est prædictum. Item beneficia Dei obliuisci, nec considerare, & sic Deo esse ingratum mortale est, unde bene in quodam sermone de talibus dicit Bernardus. Quantos uidemus, quasi obliuisci sui, & peccatorum suorum: Dei quoq; & beneficiorum eius in memores, sic ut non redimere sed amittere tempus, & de moribus & affectionibus suis ultima apud ipsos uix mentio fiat? Vltimus ramus qui ex acedia procedit, est omnium pessimus, scilicet desperatio, quia quis peccatorum suorum immanitatem cōsiderans, & de Dei misericordia diffidens, laxat frenum peccatis. Et hoc quidem grauissimum est peccatum, quod dicitur in spiritum sanctum, de quo dicit Dominus, non remittetur in hoc sæculo, nec in futuro. Non q̄ non possit dimitti, sed quia uix dimitti potest, uel quia ibi non est color excusationis, q̄ locum præstat diuinæ misericordiae. Hoc autem peccatum conuenienter ex acedia oriri dicitur, quia (ut dictum est) acediosus complacentiam aliquam in bono non inuenit, & ideo à bono opere se subtrahit, spes autem ex merito operis prouenit, hic uerò circa peccatum in spiritum sanctum notandum est, q̄ huius peccati se species à sanctis assignantur, scilicet desperatio, de qua dictum est. Item præsumptio, cum quis in tantam prorumpit insaniam, q̄ non cogitat iusticiam in Deo esse, sed quicquid faciat, ad gloriam sui prouenire credi. Impenitentia, cum quis proponit, q̄ nunq̄ penitebit de peccatis suis. Et iuxta hunc ramum est alius, qui licet non dicatur peccatum in spiritum sanctum, tamen peccatum mortale est. s. cum quis se cogitat esse in mortali peccato, & in offensa diuina, & non statim penitet, sed adhuc remanere in peccato intēdit. Quarta species peccati in spū sanctū est obstinatio, cum quis sic malo adherere intēdit, q̄ nulla persuasione uel timore redire ad bonum intendit. Quinta est impugnatio ueritatis agnitæ. s. cū q̄ impugnat fidei ueritatē, ut licētius peccet. Sexta est inuidia fraternalis gr̄a, cū q̄ in tantā præcipit malitiam, q̄ gr̄am Dei multiplicari in mūdo & fidē cre-

Peccat in Patre, Filio, & Spiritum sanctum, quid sit.

Obliuio duplex.

Epilogus dictionum.

Psalm. 18.

Peccat in Spiritu sancto.

Mala.

scere, uidere nō pot. Hęc autem prædicta in spū sanctum dicunt, qm̄ licet cōtra totam trinitatē sint, tñ sunt præcipue contra bonitatem diuinam, q̄ spiritum sancto appropriatur, sicut potentia patris, sapientia filio. Dñ. n. q̄s peccare in patrem, cū peccat ex infirmitate: In filium, cum peccat ex ignorantia: In spiritum sanctum, cum peccat ex malitia, quod habet magis rationem peccati. Solum peccant in spiritum sanctum, qui ipse ueritatis existunt usq; ad mortem. Spiritus. n. sanctus charitas est diuinitatis, est amor genitoris & genitæ ueritatis, qui suam gratiam nobis tribuit, sui ipsius harram. Qui igitur peccat & gratiam suam recuperare nō amat, & nunq̄ curat ab eo diligere, qui totus est amor & charitas, nec ad illud tendit unde sumpsit, harram in spiritum sanctum peccat, & nunq̄ post mortem (sicut neq; uiuens) cōsequetur ueniam. Sicq; nullus peccat in spiritum sanctum, qui fugit ad ipsum. Ecce radicem arboris mala, trūcum, ramos cum foliis, & fructibus plenis ueneno mortifero, secundum intellectus mei paruitatem descripsi. Sed sicut Dauid, cū dicebat. Delicta quis intelligit, &c. Neq; enim peccatorum grauitatem & conditionem me scire suppono, unde & siquid in hoc opusculo scriptū lector inueniat, quod ei scrupulum dubitationis ingerat, peritiores medicos consulat, qui sibi securius arboris fructum, & ipsius periculum ualeant indagare. Neq; intentionis meæ est, hic aliquid temerè asserere, uel alicui præiudicium generare, ut autem ea quæ dicta sunt, planius innotescant, ipsa breuiter recapitulo eo modo, ordine, quo sunt in arbore describenda.

Epilogus prædictorum, ubi arbor describitur.

Radix mala arboris est cupiditas, secundū Apostolum. Ex qua, truncus mala uoluntatis procedit, qui incipit in imaginatione mala, & procedit in mala & morosa delectatione, & cōsumatur in malo cōsensu, q̄ duplex est. s. consensus in delectationem, & in opus. Sunt aliqua circumstantia, quibus aggrauatur peccatū, quæ in hoc uersiculo continetur. Quid, quis, ubi, cum quo, quotiens, cur, quomodo, quando. Ex præmissa radice concupiscentia triplex ramus procedit, scilicet concupiscentia honoris, concupiscentia oculorum, & concupiscentia carnis. Ex primo ramo hi rami procedunt. s. præsumptio, inanis gloria, contemptus, præsumptio hos habet ramusculos. Ex se pro meritis, falso plus oibus, & hos ramos habet præminentia in gratis & gratis datis. Ex primo ramo procedit foliū tentationis diuinæ, cū fructu discriminis. Ex præminentia & gratis datis sunt hi rami, elatio mentis, confidentia de se, de qua procedit fructus inordinatæ audaciæ. Ex ramo contemptus, est ramus duplex, contemptus Dei, & contemptus proximi, & horum medius est inobedientia ad Deū & ad proximum. Ex contemptu Dei procedunt hi fructus, irreuerentia rebus diuinis exhibita,

locis, personis, temporibus, sacramentis, suffinere interdictum, suspensiones, excommunicationem, recipere quodcunq; sacramentum in mortali peccato. Quodcunq; sacramentū ministrare, uel Ecclesiam officiare, officium correctionis exercere. Inconfessus sacramentum recipere, habita copia sacerdoti. In statu suspensionis, uel interdicti, uel excommunicationis, uel irregularitatis celebrare. Item in excommunicatione se diuinis ingerere, uel interesse. Item cum excommunicato in diuinis participare, & contempri proximi hi fructus procedunt, subtractio à uerbo, a societate, gustu, uel modo, indignationem ostendere. Hęc sunt folia, indignatio uerborum, ironia, derisio, subsannatio, irreuerentia in uerbo. Ex inobedientia procedit ramus impatientia, cum fructu murmurationis blasphemiarum, pertinacia, rebellionis, & transgressionis, & hęc possunt esse contra Deum, & contra proximum. Item ex ramo inobediencie in infidelitatis ramus procedit, & hi rami ex ea exeunt, diuinitas, apostasia, idolatria. Item hęc folia prædicta, prout in uerbis existunt, scilicet peruersum dogma, seu prædicatio. Secundus ramus superbiae est inanis gloria, ex qua quatuor rami oriuntur, honoris ambitio, fauoris humani appetitus, confusione timor, & laudis amor. Ex ramo ambitionis oriuntur hi fructus, scilicet pompa, quæ in tres fructus diuiditur, scilicet fastum in superbo apparatu, & comitatu & gestu ex cordis affectu, & folium fastus in uerbo. Ex appetitu fauoris, procedit folium adulationis, quod tripartitū est, quod aut est de bono habito, aut non habito, uel de malo facto. Item ex appetitu fauoris oritur fructus per digalitates quadripartitus, quia non considerat tempus, nec personam, nec modum, & incuriam secum habet. Ex ramo timoris confusione hi fructus procedunt, mala uerecundia, & falsa humilitas in uerbo uel in facto, uerecundia mala diuiditur, quia aut est de bono opere, uel de paupertate parentum, uel de naturali defectu, uel carentia gratia gratis data. Item in confessione hęc folia secum habet, nempe excusationem, defensionem, ueritatis negationem, iudicio uel extra iudicium ueritatis impugnationem. Ex amore humanæ laudis hi fructus oriuntur, simulatio seu hypocrisis, ostentatio, singularitas. Item iactantia est folium, quod quadripartitum est, q̄ aut est de bono habito, uel non habito, uel de malo facto, uel non facto. Ex singularitate procedit ramus inuidia, quæ est secundum iudicium capitale. Inuidia uerò in duos ramos diuiditur principales, q̄ sunt, exultatio in aduersis proximi, & dolor in prosperis. De exultatione in aduersis oriuntur hi fructus, machinatio, insidia, scandalum, proditio, suspitio, iudicium. Item habet folia, discordiarū seminatio, secretorum reuelatio & maxime confessionis, uerbo, signo, uel circumstantia. Item falsum testimonium. Ex secundo ramo, scilicet de dolore prosperitatis proximi, procedit detra-



detractiois foliū, & ramus rancoris. Detractio aut diuidit, quia aut fit bonū alterius diminuēdo, uel destruendo, uel malū imponendo. Primū foliū alia quatuor secum habet. scilicet bonū proximi scire, diminuere, peruertere, & negare. Secundum foliū hæc etiā secum habet. Malū libenter audire, dissimulare, confirmare, aggrauare, addere, reuellare, imponere. Ex ramo rancoris, procedit odiū. Ex ramo odij, pcedit ira, quæ est tertium capitale. Ex ira, pcedit fructus crudelitatis, & hi fructus percussio, uerberatio, incarcerationio, duellū, bellū, mutillatio, occisio. Ex folio discordiæ hi filij oriuntur. Irritatio, cōminatio, cōtumelia, improprietū, conuictiū, maledictio, peccitas, clamor, irrecōciliatio. Ex ramo appetitus uindictæ oriunt. Calūnia, uexatio dānicatio, Vexatio hos fructus secū habet, quia fit p falsas literas, uel falsō impetratas, tacita ueritate, uel suggesta falsitate, uel p non suas, uel non ad hoc impetratas, uel corā diuersis iudicibus ad impossibilia obligando: dānicatio in duos fructus diuidit, quia fit aut bonū impediendo habitū, uel habendū, aut malū inferendo, quod etiā multis modis fit. scilicet faciendo, percipiēdo, cōsulendo, irorando, dissimulando. Secundus ramus principalis, qui ex radice cōcupiscentiæ pcedit, est cōcupiscentia oculorū, quæ auaritia nominat, & est quartū uitiū capitale. Ex auaritia aut tres rami principales, inordinatū desiderū habēdi, uel inordinatus amor habiti, & inordinatus dolor ammissi. Ex inordinato desiderio habēdi pcedit duo fructus. scilicet sollicitudo, & iniustitia. Ex sollicitudine aut procedit festorū uolatio. Iniustitia aut diuidit, quia aut est manifesta, aut occulta, quæ fraus nūcupat: iniustitia aperta hos fructus habet secum. scilicet furtū, rapinā, usuram & iniquam sententiā, furtum in quinque diuidit, qui sunt. Occulta rei acceptio, rei inuenta detentio, sacrilegiū, & proprietatis in religiosis, & mala dispensatio, rapina hos etiā fructus habet, qui sunt noua talia, uel consuetudinis inductio, exactio, extorsio, numerum acceptio, & ludus alearū: usura diuidit, quia quādā est in spe, quādā in rei contractu. In contractu aut est multiplex usura. scilicet in uenditione, emptione, mutua cōmutatione, ratione tēporis, uel rei, uel periculi, uel obligationis, uel corruptæ intentionis. Itē contingit fraus in cōtractibus, in emptione & uenditione, in numero, pondere, & mensura, in ualore, in qualitate, in taciturnitate defectus. Itē notabiliter carē uendendo pro necessitate euentis, uel debitū solutionis, uel p simplicitate euentis, uel debitū de plurima mala locutionis folia cōtingunt, mēdaciū, periuurū, duplicitas. Ex ramo autē mali contractus oriū fructus simoniæ. Itē ex iniustitia ad proximū (ut dictū est) oritur iniqua sententia, & secum habet hos fructus, qui sunt iniustitiæ peruersio, ordinis iuris immutatio, sententiæ dilatio, iniusta aduocatio, literarum abusus. Mala aut aduocatio, hæc folia secum habet, iniustum

patrociniū, iniustū consiliū, litis prolongatio, iuris sophistica allegatio, literarum abusus, fit his modis iniusta ipetratio, tacita ueritate, uel suggesta falsitate. Iniusta extorsio. Additio uel diminutio, siue quæq; falsificatio. Secundus ramus principalis auaritiæ est inordinatus amor habiti, & ex hoc ramo hi fructus procedunt, iniusta congregatio, ad proximū incomparsio, restitutiōis dilatio, beneficij irrecompensatio. Tertius ramus principalis, qui ex radice cupiditatis pcedit, est cōcupiscentia carnis, quæ in duos ramos diuidit. In quarendo inordinatē delectationē & uitādo molestiā. Primus ramus diuidit, quia aut est circa delectationē actus, qui pertinet ad cōseruationē indiuidui. scilicet circa actum nutritionis, aut est circa actū, qui pertinet ad cōseruationē speciei. scilicet circa actū generationis. Primus igitur ramus qui ex cōcupiscentia carnis oriū, est inordinata delectatio circa actū nutritionis, & quintū uitiū capitale, quod castimargia dicit. Ex uitio aut gula tres rami principales procedunt. scilicet incontinentia gulæ, immodestia, & inordinata delectatio. Ex incontinentia gulæ hi fructus pcedunt: anticipatio horæ, nimia frequentia, fractio ieiunij. Secundus. scilicet ex immodestia, auaritas & nimietas. Cū fructu aut isto, qui est nimis sumere, sunt hi fructus, corporis grauitas, infirmitas, mentis hebetudo, cæcitas, precipitatio iudicij, incircōspectio, loquacitas, inepta letitia, dissolutio, ebrietas. Loquacitas aut hæc folia secū habet, multiloquiū, uaniloquiū, stultiloquiū, turpiloquiū. Tertius ramus gulæ est inordinata delectatio circa cibū, & hos fructus secum habet. scilicet sollicitudinem in procurando, studio sitatē in preparādo, multiplicatē in diuersificando, caristiā in emēdo. Secundus ramus qui ex carnali cōcupiscentia pcedit, est inordinatio circa actū generatiuum, qui luxuria dicit, & est sextū uitiū capitale. Ex luxuria tres rami principales procedunt: inhonestas, affectio, incontinentia, inhonestas, hos fructus habet inuerecundia in uerbo, in gestu, in habitu. Inhonestas in gestu habet choreas & tripudia, & corporis motus. Itē inhonestas in uerbo habet scurilitatē & hystriōnatū. Itē inhonestas in habitu hos fructus secum habet. scilicet superfluitatē, preciositatē, multiplicatē, curiositatē. Superfluitas in duobus cōsistit, in numero & mēsurā. Curiositas cōsistit in colore & modo facturæ, & cōpositione corporis. Huius cōpositionis fructus sunt, ad inuentio noui modi, nouorū iocalū. Itē unctioes, lotiones, fardatio, suppletio capillorū ex alienis. Secundus ramus luxuria principalis, est carnalis affectio, & iste est duplex, quæ pot esse respectū sui uel pximi. Si respectū sui sit, hos fructus habet, primō curā carnis, quæ habet hos fructus, mollitiē in uestibus, in cultriciis & talibus. Itē nimia sollicitudinē in uitando penā, frigus, calorem, sitim, famē & hmoi. Carnalis affectio ad proximū duplex pot esse, uel ad parentes, uel ad alios: pot etiā esse in affectu, uel in effectu.

SERAPHICI DOCTORIS
SANCTI BONAVENTURAE,
LIBER, QUI DIETA SALVTIS
VVLGO INSCRIBITVR, CUNCTIS
RELIGIOSIS, ET PRÆCIPVE
PRÆDICATORIBVS MAXIME
UTILIS, & APPRIMÈ NECESSARIUS.

Auctoris Prologus.



HÆC EST VIA, ambulante in ea, & non declinetis ad dextram neq; ad sinistram, ait Isaias. Magnā misericordiam facit, qui erranti uia ostendit, maxime de nocte in terra hostiū, & tēpore guerrarum. Errantes sunt peccatores, iuxta illud quod dicitur. Omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei. Et Ioannes dicit. Si dixerimus, quod peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Cum igitur omnes simus peccatores, ergo omnes sumus errantes, sicut dicitur. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uitam suam declinauit. Non est peccatū instar niuis frigidū, i. infrigidans dilectionē, obscurum. i. obscurans rōnem, ineptum faciens ad bonā operationē. Venit (inquit) nos quādo nemo poterit operari. Terra hostiū, est mūdus, in quo principatur Diabolus, ut testat Dns dices. Nūc princeps mūdi huius, eijcietur foras. Tēpus guerræ, est tēpus præsētis uitæ, quia nunc caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē, ut dicit Apostolus. Quia igitur omnes peccatores & errantes sumus, per consequens extra uia ueritatis imus, & in nocte, & in terra hostili, & in tēpore guerræ mortales sumus, & existimus. Ideo prædicator uerbi diuini, maximā misericordiā facit errantibus, in tantis periculis constitutis, quādo uiam salutis eis ostendit. Vnde magnum meritū apud Deum & coronā acquirit. Ideo dicitur. Qui cōuert fecerit peccatorem ab errore uia suæ, saluabit animā eius a morte, & operit multitudinem peccatorū. Officium enim prædicantis uerbi Dei, est propriè errantes dirigere, & ad uia salutis reuocare. In cuius persona uerbum Dei, pmissum peccatoribus errantibus, est authenticè proclamātū, cum dicitur. Hęc est uia ambulate in ea. Quoniam autem peccatores tripliciter possunt errare. scilicet malam uiam eligendo, & in uia errando, & a uia diuertendo, ideò prædicator in uerbis istis ppositis, docet nos spālitter tria de uia ista salutis. scilicet Salubriter eligere, uiriliter incedere, & uigilanter insistere. Primò igitur docet nos uia salutis subtiliter eligere, cū dicit. Hęc est uia, scilicet & nulla alia ad salutem eligenda. Secundò docet nos per uia salutis uiriliter

effectu. Ex ramo carnalis affectionis oritur appetitio personarū. Peruersio ordinis charitatis, & fauor mali. Personarū acceptio est in beneficijs, electionibus, honoribus & iudicijs. Fauor mali hos fructus secū habet, dissimulationē, incorrectionem, consensum, adiutorium, et cōmunicationem. Tertius ramus principalis concupiscentiæ carnalis, est incontinentia, quæ per hos ramos sculos procedit, qui sunt, turpis imaginatio, morosa delectatio, consensus in delectatione, & cōsensus in opere. Item hos fructus secum habet, id est quinq; sensus, in auditu, uisu, odoratu, gustu, & tactu. In auditu curioso, scilicet rumorū, canticorum, instrumentorum, uerborum dissolutorum & scurilium, in uisu, in aspectu oculorum, pulchritudinum hominum & mulierum, inhonestorum membrorum, gestuum, spectaculorum, in uerbo scurilia dicendo, ad malum incitando uerbo, uel in attrahendo, in tactu multipliciter, in osculis & tactibus libidinosi sui uel alterius, & ex hoc sequitur pollutio dormiendo, uigilando per naturalem actum in uase debito, uel contra naturam per actum naturalem matrimonij actiue. Item ex hoc per actum matrimonij uel mechig. Per actū matrimonij modo inordinato, uel tempore illicito, uel intentione non recta. Mechia autem sex fructus ponuntur, fornicatio, adulteriū, stuprum, raptus, incestus, & sacrilegium. Secundus ramus principalis concupiscentiæ carnalis, est inordinatio in pœnis uitandis, ex qua oritur ultimum uitiū capitale, quod accedia nominatur. Ex accedia procedunt hi fructus, pusillanimitas, torpor, euagatio mentis, instabilitas corporis, tristitia cordis, & desperatio. Ex pusillanimitate procedit timor seruilis, humanus, mundanus. Ex torpore procedit negligētia, cuius fructus sunt, omisio, ignorantia, & obliuio, omisio multiplex est, scilicet boni propositi, uoti promissi, iuramenti iniuncti debiti, utilium salutis, pertinentium ad ius naturale, uel diuinum, uel positium. Ignorantia est multiplex, scilicet inris naturalis, diuini, & positini, item facti, item affectata, crassa, & supina, & inuincibilis. Ex ignorantia procedit error consciētiæ, & eius transgressio. Obliuio est duplex, peccatorum & beneficiorū Dei & hominis. Ex his oriū ingratitude, & indeuotio. Ultimus fructus est desperatio, peccatum in Spiritu sanctū. Peccati in Spiritu sanctū sex species distinguuntur, scilicet despectio, præsumptio, impoenitētia, obstinatio, impugnatio agnita ueritate, & inuidētia fraternæ gratiæ. Siquis autem plenius de sin... gulis uelit habere notitiam, ad tractatū superiorem recurrat.

Ignorantia multiplex.

Isa. 30.

Rom. 3. 1. Ioan. 1.

Isa. 53.

Ioan. 9. 1. Ibi. 12.

Gal. 5.

Iacob. 5.



igit, q̄ est primū & principale, ac capitale uitū, het multiplicē typū in natura & in scriptura, cui cōgrue cōparat. Cōparat primō uento, pp tria: q̄a uetus extinguit lucē, & exicat rorē, & exuffiat. Quēre: sic supbia extinguit lucē sapiē, exicat rorē gr̄a, exicat uel exuffiat puluere uanitatē mūdā, & ideo cū hō sit puluis ex sua cōditiōe, iuxta illud. Puluis es, & i puluere reuerteris: magis timēdus est uetus superbiē in alto q̄ in basso. i. in statu plationis, q̄ subiectionis: q̄a uetus si in alto puluere inueniret, citius exuffiaret, q̄a pstant altissima uēri, ut dicit poeta. Secūdo, cōparat superbia fumo, q̄a sicut fumus magis ascēdēdo deficit, sic superbus plus exaltatus, plus euāescit, iuxta illud. Mox ut honorificari fuerint & exaltati, deficiētēs quēadmodū fumus deficiēt. Tertio, cōparat paleā pp leuitatē, & incōstantiā, & defectū ualoris, q̄a sicut torrens trahit paleas & ista leuia ad oceanū: sic torrens tentationis trahit secū uanos nō humiles ad oceanū inferm. Quarto, cōparat stille aquosā, q̄ inflat & statim adhiilat, & uesica q̄ mox deficit dū tñ acu pūgat: sic superbus mox inflādo deficit, & pūctus modica febre, uel tribulatiōe adhiilat. Quinto, cōparat araneā, q̄a sicut aranea se euiscerat texēdo telā, ut muscas capiat: sic superbus pdit aiām, ut capiat laudē humanā, uñ dī. Telas aranea texerūt. Sexto, cōparat feretro, q̄a sicut feretrum tūc solū ornāt, cū mortuus i eo ponit: sic uiri & mulieres p̄cipue tūc ornāt feretrū corpis sui p exteriorū uestiu paraturā, cū aiā intus est mortua p superbiā. Septimo, comparat superbus luctatori incauto. Nā si in lucta unus de luctatoribus possit leuare pedē alterius, deicit ipsum, sic si damō possit leuare pedē .i. hoīs affectiōe p superbiā, deicit eū in dānationē aternā, uñ dī. Deiecit eos, dū alleuarent. Octauo, cōparat gallinā, q̄a sicut gallina statim cātat, cū posuerit ouū: sic superbus statim uult uideri, cū fecerit aliqd opus bonū. Nono, cōparat lupo. Dicit. n. q̄ lupus uno mēse uiuit de ueto: sic superbus uno mēse. i. mēsurā uitā suā, uiuit, uel pascit nēto gloria mūdā, iuxta illud. Effraim pascit uentū. i. gloriā mūdā, sequit̄ aētū rota die. i. superbus semp est famelicus laudis humanā. Dāna uerō, q̄ superbia facit in hoīe, sunt spāliter quinq; Primū. n. hoīem arefacit, ut melius accēdat, illū sine humore gr̄a & sine cōpāsiōe efficit, uñ dī. Nō te extollas in cogitatione aiā tuā, & sequit̄ ibi, ut nō derelinquaris ut lignū aridū i eremo. i. in inferno, ubi cōcremābūt arbores infructuosā. i. p̄tōres. Secūdo, hoīem cōsumit. i. oē bonū hoīs adhiilat & pdit, iuxta illud. Cōsumit brachia ipsius. i. hoīs superbi, primogenita mors. i. superbia, q̄ est primogenita filia p̄tū uel Diaboli. Tertio, hoīs infatuat & decipit, cuius signū est, q̄a superbus p̄ciōsa uilipēdit. i. gr̄am & gloriā, & uilia carē emit. i. gloriā trāsitoria, iuxta illud. Arrogātia, & superbia cordis tui decepit te. Quarto, hoīem p̄cipitat, & ideo hoīem ad alta leuat, ut maior & grauior sit

ruina, de qua dicit. Qui se exaltat, humiliabit. Quinto, hoīem penitus facit infelicē, superbus. n. ab eo est infelix, q̄a de bono semine malā messem colligit, q̄. n. sunt bona alijs, in malū conuertit. De sanitate. n. infirmat, de uita morit, de medicamine uulnerat, a uictō uincit, a mortuo superat, atq; occidit. Hęc oīa eueniūt superbo: q̄a de dono tuo gloriat, & sic de bono efficit malus, & de uirtute efficit uitiosus, iuxta illud. Contritio & infelicitas i uis eorū. i. superborū. Filia uero superbiē sunt septē. i. p̄sumptio, ambitio, inobediētia, irrecerētia, erubescētia boni, & irrisio honorū, uel simpliciū. Hęc at p̄tā, q̄ a superbia nascunt, figurant̄ p septē annos, q̄bus filij Israel seruerunt Causanraathaim Regi Mesopotamiā, Causanraathaim interpretat̄ tenebrosa migras, p quā figurat̄ Diabolus, q̄ ex iniquitate tenebrosus est, q̄ bñ dī rex Mesopotamiā. Vana gloria & hypocritis, q̄ dī eleuata p superbiā, q̄a ipse ē rex super omnes filios superbiē, ut dicitur in Job.

De inuidia. Cap. IIII.

Inuidia est tristitia alienę felicitatis, & in aduersitate letitia. De inuidia nota spāliter tria. i. Typū quē gerit, actū quē facit, & factū quē parit. Inuidia. n. het multas similitudines odiosas, est. n. sicut uermis in ligno, rubigo in ferro, tinea in uestimēto. Nā sicut ista rodūt p̄p̄riū subiectū, & cōsumūt illud plusq̄ alta, sic inuidia rodit inuidiū, & plus inuidus nocet sibi, q̄ alijs. Secūdo est sicut draco, q̄a sicut draco inhiat̄ elephātis partui, ut ipsum pungat mordeat, uel comedat, sic inuidus bono alieno inhiat̄ iudicio prauē suscipitiōis, & postea mordet uel pūgit aculeo mutationis, & inficit ueneno detractionis. Vnde de inuido dī. Frater sui draconū, & socius struthionū. Tertio similis est le. p̄so, iudē, pditori, & Diabolo. Leprosus. n. uellet q̄ nullus eēt sanus, & Diabolus q̄ nullus eēt bonus. Vñ dī. Inuidia Diaboli, mors intrauit in orbē terrarū. Iudas cōtristatus fuit de effusione unguētū super Christū, ut habet̄ in Mat̄. Sic inuidus instat̄ leprosi, & Diaboli dolet de bono p̄ximi, & admodū iudē pditoris tristat̄ de bona fama fratris & odore uitutis. Vnde magnam iniuriā faceret Dñs inuido, si eū poneret in paradiso, moreret̄ enim prae dolore, ubi uideret̄ alios gaudere. Quarto, similis est inuidus oculo menstruat̄, nam sicut illa inficit speculū cū respicit eū: sic inuidus inficit p̄ximū, cū respicit eius bonū, qm̄ oī studio laborat pone re aliquā maculā in p̄ximo. Vñ dī. Bona in mala cōuertit insidiator, & in electis ponit maculam. Quinto, similis est inuidus noctuē & igni gr̄aco. Noctua. n. de nocte uidet, & de die excacatur, & ignis gr̄acus in aqua fortius inardescit, siue succendit: sic inuidia in aquis gratiarū fortius exardescit, uñ deberet extingui, & ad modū noctuē a luce excacat̄, uñ deberet illuminari, sicut Helely, q̄ nō poterat uidere lucernā, donec extingueret, ut dī in lib. Regum. Sexto, inuidus similis est aqua & nauī & candelā serpentina. Nā in aqua uirga

uirga recta apparet tortuosa. Et in nauī existētibus, cū ipsi fortiter descēdūt, uidet, q̄ mōtes currat uelociter, & ad lucē cādelā serpentina oēs paleas uidēt eē serpētes. Fit aut̄ cādelā serpentina de cera tēperata in aqua, i qua serpēs cocūsus est, & post cū cādelā illa facta de tali cera ardet, ut hoībus, q̄ oēs paleas & oēs alia cādelā qua ibi ardet sint serpētes, sic inuidus ad modū aquę, recta facit tortuosa, & instat̄ existētū i nauī, q̄a cū ipsi inuidi ad infernū descēdūt, uñ eis, q̄ mōtes. i. uiri sc̄i & stabiles ad dānationē currāt, & ad lucē cādelę serpentina. i. inuidia, innocētēs & bonos existimant serpētinōs. Oīa. n. i malū cōuertūt, ut dī in Eccl. Bonū in malū cōuertit insidiator. Septimō, cōparat̄ inuidus Caym, de quo dī. Quicūq; inuenerit me, occidet me, sic inuidū iterficat oīs hō, q̄a aut uidet bonū in hoīe, & tūc dolet, uel malum & sic gaudet, & sic in oī hoīe peccat, aut morit̄ p p̄tū. Octauo, inuidus cōparat̄ acrisiā Sodomorū. i. acritati, qua p̄cusit Dñs Sodomitas, ut dī in Ge. Acrisiā at̄ est passio, q̄ aufert iudiciū. Et dicit̄ ab ā qd̄ est sine, & crisis, qd̄ est iudiciū, q̄a inuidus nō iudicat illa, q̄ oportet uidere & iudicare. Nono, inuidus similis ē nihili, p eo, q̄ dissimilis ē tā creato ri, q̄ oī creaturę, siue bono creato: creator. n. cōicat bona sua liberaliter & creatura similiter. Nā uidemus i sole, q̄ lumē suū cōicat oibus creaturis, & ignis calorē suū (& si) de alijs, sed inuidus nō solū nō cōicat bona sua, sed et̄ (quātū i se est) ad nihilat̄ aliena, q̄a sibi ualdē displicent, & et̄ cū solus inuidus sit nihil, ita uellet, q̄ nihil nisi seria esset. Dāna inuidia sunt spāliter quinq; Primū est, q̄ claudit uia salutis, & aditū paradisi, ē. n. blasphemā i spūsanctum, q̄ nō remittit̄ i hoc saculo, neq; i futuro, ut dī i Mat̄. Sūt aut̄ sex p̄tā i spūsanctū, quorū inuidia est unū. i. inuidia frater nā gr̄a, impugnat̄ ueritatē agnitā, p̄sumptio de ipunitate, obstinatio mētis, desperatio, & finalis p̄nitētia. Dicunt. n. p̄tā i spūsanctū. i. q̄a spūgnat̄ gr̄am spūsancti. Sed m̄ est, q̄ p̄plet hoīem oī malo. Vñ ut plenū doliū uino (qd̄ uulgo dī) est plenū usq; ad oculū: sic inuidus cuius signū est, q̄a malicia inuidi p oculū exit. Nā dī i Eccl. Neq; est oculus inuidi, & i Mat̄. An oculus tuus neq; est, q̄a ego bonus sum? Tertio est, q̄ spoliāt hoīem oī bono, & cā est, q̄a odit & impugnat̄ oē bonū. Aliā nāq; uitia opponunt̄ uni uirtuti, ut supbia humilitati, luxuria castitati, auaricia largitati, & sic de alijs: inuidia uerō (ut dictū est) opponit̄ oī bono, uñ nō tm̄ dī mala sed pessima. Hęc est. n. fera pessima, q̄ deuorauit Ioseph, sicut dī i Ge. Quartū est, q̄a facit hoīem penitus immisericordē, sicut patet̄ i Caym, q̄ ex inuidia nō pepercit Abel fratri suo innocētē. Sicut patuit et̄ in filiis Iacob q̄ inuidia stimulat̄, nō peperit Ioseph innocētē. Sicut patuit et̄ in iudeis, q̄ non pepercerūt Chfō innocētissimo, immō innocētē dño, cuius cā fuit inuidia, ut patet̄ in Mat̄. Quia Pilatus sciebat, q̄ p inuidiā tradidissent eū. Quintū est, q̄a facit hoīem penitus infelicē, inuidus. n. de bonis aliorū

affligit, & de melioratione deteriorat̄, de p̄fectu deficit, de pinguedine marcescit, de sanitate infirmat̄, de uita moritur, & ipse amittere se putat, quod alii lucratur. Et sicut diligētibus Deū oīa cooperatur in bonū, ita inuido oīa cooperatur i malū. Vñ qd̄a pulcherrimē describēs inuidū, ait. Pallor in ore sedet, macies i corpore toto, nō recta facies, liuēt rubigine dētēs: p̄ctora felleuēt, lingua & suffosa ueneno. Versus. Ipsi risus abest, nisi quē fecere dolores, nec fruitur somno, uigiliatibus excitat aures, ingratus q̄ uidet, sc̄abelicitq; uidēdo: succellus hoīum carpitq; & carpit unā suppliciuq; suū est, qm̄ sc̄alicia cernit. Dux sunt filia inuidia. i. tristitia in p̄p̄eris p̄ximū, & exultatio in aduersis, q̄ cōtrariatur spāliter charitati, cuius officiu est, gaudere cū gaudētibus, & flere cū stētibus, ut dī ad Rom. Istā dux filia figuratur p Oolā, & Ooliba, qd̄ interpretatur tabernaculū meū, q̄a in p̄sona diaboli dī, q̄ assumpsit septē spūs nequiores se, & ingressi habitāt ibi. i. in uero. De istis filiabus dī alibi. Dux mulieres filia uenius matris fuerūt. i. inuidia, q̄ ipsas ex diabolo cōcepit. Vñ ille dux filie p̄nt ualdē p̄p̄rie dici diabolica, imitatur. n. diabolu patrē suū, q̄ de bono dolet, & de malo gaudet. Ideo dī. Inuidia diaboli, mors intrauit in roreb̄ terrarū. Imitantur autē illas, quę sunt ex parte illius.

De ira. Cap. V.

Ira, est libido vel appetitus uindictę. De ira nota spāliter tria. i. odiosam eius effigie, eius ruinofam p̄niciē, & eius uiciosam p̄paginē. Ira plures hēt adoptiones & figuras, iter quas primō cōparat̄ igni, nā sicut ignis domū lignēā & oēm materiā aridā accēdit: sic ira accendit p̄cipue aridos. i. hoīs iracūdos, q̄ carēt humore gr̄a. Vñ hō iracūdos est sicut hō hns domū lignēā, q̄ manē est diues, & in uesp̄e nihil hēt, q̄a ignis iracūbus sit sibi domū. i. cōsciētia, & p cōsequēs abstinē sibi qd̄d habebat. Secūdo, iracūdos est similis olla bullienti, sicut. n. olla bulliēdo emittit aquam, & oīa alia, sic iracūdos ebulliēdo p irā emittit stultitiā & uerba inordinata, iuxta illud. Os fatuorū ebullit stulticiam. Tertio, iracūdos similis est apro, nā sicut a p ex furore impingit, & currit cōtra gladiū, sic iracūdos currit ad p̄tū. i. ad cōtētiōē, iuriā, & homicidiū. De talibus, dī. Pedes eorū ad malū currūt. Et Gre. i pastoral. Mētē ipellit furor, quō nō trahit desideriu, et agit incōmoda uelut nesciēs, q̄ postea dolet sc̄iēs. Quarto, iracūdos similis est ifano uel arreptitio, q̄ p̄cipitat se i ignē uel aquā, sic iracūdos in quācūq; maliciā. Vñ dī de illo arreptitio, q̄ ubi cūq; apphēdit eū, allidit eū: sic ira iracūdū allidit, p̄spatiētā molestādo, & spūmat p clamores cōtēdēdo uel cōtēnēdo, & stridēt dētibus maliciāma chinādo, & arefcit, odiū & rancorē cōcipiēdo. Hęc. n. sunt signa irę & opera iracūdię. Quinto, iracūdos similis est calculo emittētē ignē. Nā sicut calculus p̄cussus malleo, emittit scintillā, sic iracū-

Luc. 11.
Psal. 36.
Ira. 58.
Psal. 72.
Osee. 12.
Ecc. 6.
Iob. 18.
Hier. 49.
Rom. 12.
Matt. 11.
Ezech. 23.
Sap. 2.
Ira diffinitio.
Pro. 15.
Pro. 1.
Matt. 9.



iracundus tactus uerbo, ostendit impatiētiā suā, & sicut calculus nō emittit ignē, nisi tangat ali- quō duro: sic multi reputant parietes, qui tamē exardescunt in irā, tacti aliquo uerbo cōtumelio- so. Dicit. n. quōd lapis calore solutus, in as con- nertit. Lapis animus durus & lapideus, q. qñ sol- uit calore iracūdia, statim ad modū aris reddit sonū indignationis & cōtumeliā. Sexto, iracun- dus similis est rāno. Ramus. n. est quodā frutex spinosissimus, habēs ita duras spinas, q. ad impe- tū uenti emittit scintillas (ut dicit Iosephus) sic iratus p. uentū indignationis emittit scintillas spinosissimā cōtentionis. Vñ dī. Egrediat ignis de rāno, & deuoret cedros libani. i. superbos & potentes huius seculi, qui specialiter cōsueuerūt esse iracundi. Septimō, iracundus similis est uasi uacuoposito iuxta ignē. Videmus. n. q. si uas ua- cuū & terreū ponat ad ignē frangit, si aut sit ple- nū aqua, in nullo laedit: sic hō qui est de sua cōdi- tione terreus, si ponat ad ignem aduersitatis uel tribulationis, statim frangit per impatiētiā, si sit grā uacuu: si aut sit grā plenus nō laedit, & ideo dicit. Vasa figuli pbat fornax, & hoies iustos, ten- ratio tribulationis. Dāna irā sunt spālter quin- que. Primō, enim excacat rōnis oculū, nā dicit. Turbatus est ā furore oculus meus. i. rōnis, & p cōsequēs, nō pōt uidere iratus qd iustū, uel iniu- stū, uñ dicit. Ira. n. uiri, iustitiā Dei nō operat. Et Seneca dicit, q. duo impediūt consiliū. f. fellinan- tia, & ira. Secundō, ira facit hoiem pñū ad quod- cūq; pētm. Vulgō nāq; dī de hoie ualde irato, uel accenso, q. oīa faceret. Et ideo dicit. Qui ad in- dignandū facilis est, erit ad peccandū peliuor. Tertiō, reddit hoiem stultū & quasi rabidū. Vñ eo tēpore, quo hō est iratus, perit rō & humani- tas in hoie, & sic p cōsequēs mutat hō, & efficit bestia. Nā hō est animal māluetū natura, ut di- cit philosophus. De stultitia hois iracundi dicit. Virū stultū interficit iracundia. Quartō, auferit homini seipsum, sicut uulgō dicit, q. hō turbatus uel iratus nō est in seipso. Satis aut dānificat, qui perdit seipsum. De tali danino dicit. Qui impa- tiēs est, sustinebit damnū. f. sui ipsius. Sic ecōti- a- riō patiētia, seruat homini seipsum. Nā dicit. In- patiētia uestra, possidebitis aias uestras. Quin- to, auferit homini oēm misericordiā & cōpasio- nem, ideo dicit. Ira nō habet misericordiā, nec erumpens furor. Vñ dē hō iratus fugendus est, si- cut canis rabidus, & leo cōcitatus. Filia irā sunt sex. f. Odium, lis, guerra, incendium, homicidiū, & rapina. Ista sex figurant in Ezechiele cū dicit. Ecce sex uiri ueniebant de uia portae superioris .i. de superbia, quae est porta ad iram, quae respi- cit ad aquilonem. i. aduersitātē, qui generat irā uel turbationem, & uniuscuiusq; uas interitus ī manu eius, quia isti filij & filia iracundiā sunt quasi sex uasa interitus uel mortis aeternae.

De auaritia. Cap. VII.

Auaritia est immoderatus amor pecuniae ac-quirendae uel retinendae. De qua nota specia-

liter tria scilicet: Typum ridiculosum, damnū periculosum, & parrū pniciosum. Auaritia mul- tas habet cōparationes. Primō enim cōparatur auaritia mari mortuo & inferno. Nā sicut mare nunquā redndat, ut dicit in Ecclesiaste. Sic aua- rus nunquā redundat dādo elemosynam, uel fa- ciendo restitutionem, licet ad modū maris oēs suos mundi bibat. i. absorbeat oēs diuitias p cupiditatē. Vñ dē rōne huius insatiabilitatis cō- paratur mari, & eodē modō morti uel inferno, quia nunquā sariatur illa occidēdo, & ille deglu- tiendo. Vñ dē de auaro dicitur. Dilatauit quasi infernus animā suā, & ipse quasi mors & nō ad implebitur. Secundō, auarus similis est talpae in quatuor. Auarus enim ad modum talpae est niger per nequitiam, caecus per ignorantia, quot habet possessiones, tot habet tumulos, ī quibus sepellit seipsum p continuam sollicitudinē, quae quid fodit, ponit supra se, quia de omnibus facit Deum. Tertiō, cōparatur sterquilinio, quia si- cut sterquilinum congregatum corrumpitur & foetet, dispersum uerō facit agros fructificare: sic diuitia auari quādiu sunt congregatae, animam corrumpunt, sed dispersae pauperibus, ipsos nu- triunt & diuitum peccata redimunt, iuxta illud. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. De hoc sterquilinio dicitur. Aurū eorum in ster- quilinum erit. Quartō, auarus similis est rotā molendini, quantūcūq; n. & quotienscūq; uer- tatur, semper tñ in eodē loco inuenitur: sic aua- rus, qui nudus in mundū uenit, quantūcūq; la- bore, nudus tñ de mundo recedit solum. Vñ dē dicit. Nudus egressus sum de utero matris meae, & nudus reuertar illuc. Quintō, auarus similis est porco, porcus enim nihil ualet dum uiuit, sed qñ moritur ualere incipit: sic auarus nō ualet ali- quid in uita, quia uiuēs nō uult restituere, nec elemosynā dare, sed moriens quandoq; incipit liberalis esse, de hoc quod nō pōt secum porta- re, quia Diaboli habet animam, uermes corpus, amici diuitias, quia diuitie deserunt eū, nō ipse diuitias, sicut canis sequēs duos hoies, in capite uiarū ostēdit, quis sit dñs eius, quia tūc sequitur dñm suū propriū, & dimittit extraneū: sic diui- tie in capite mortis sequunt mundū, & dimittit auarum. Nā dicit Apostolus. Nihil enim intulim- us in hunc mundū, nec dubiū, quia nec aufer- re quid possumus. Sexto, similis est auarus pixi- di perforatae superius, quae recipit pecuniā, quā nunquam pōt reddere, nisi frangat, sic auarus, & precipue usurarius pecunias & diuitias haurit & cōgregat, sed nunquā, nisi morte frangatur, eas restituere curat. Ideo dicitur de auaro. Commi- naetur, sicut cōteritur lagena figuli, contritione praualida. Septimō, auarus similis est trunco ar- boris. Nam sicut dominus, qui habet truncū in orto, pōt inserere ramum cuiuscūq; generis uo- luerit, sic Diabolus quādo pōt in corde hominis inserere auaritiam uel cupiditatē, omnia uirga inserit, quia iam habet omniū malorū radicem & prin-

Tim. 6. & principium. Iuxta illud Apostoli. Radix om- nium malorum est cupiditas. Octauo, auarus si- milis est gallinae, nam gallina naturaliter surda ē in augusto uel aestate, sic auarus in aestate. i. ī sta- tu meriti, uel in tempore gratiae, quando debet colligere bonorum operum messem, ad modum gallinae surda est, quia non uale audire predica- tores. Vñ dē auaris dicitur in persona Domini. Vocauit, & renuistis, &c. Nono auarus similis est apostemati, quod est proximum cordi, & rei quae ponitur immediate super pupillam oculi. Apo- stemata. n. tunc est periculosum, qñ est iuxta cor: sic diuitia tunc sunt mortifera, qñ diliguntur ni- mio amore. Vñ dē dicitur in Psal. Diuitia si as- fluant, nolite cor apponere. Per eandem etiā ra- tionem comparatur rei, quae ponitur immēdia- tē super pupillam oculi. Nunq. n. res bene potest- uideri, quae nimis est propinqua oculo, ideo aua- rus male uidet diuitias, quae nimis propē apponit- mentis oculum, & nimis diligit eas, ideo dicit- idem Psal. Oculos suos statuerūt declinare in- terram. Damna auaritia sunt praecipue nouē. Primō. n. facit hominem nudum. Vñ dicitur in Apocalipsi. Dicitis quia diues sum & locuple- tatus, & nullus egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & caecus, & nudus. No- ta hic quinq; infortunia auaritia: est enim mi- ser, quia diuitias cum labore acquirit: misera- bilis, quia cum timore custodit: pauper, quia cū dolore perdit: caecus, quia nihil aliud respicit: & nudus, quia nullum aliud bonum facit. Secundō auaritia facit hominem feruum: nam diuitia non sunt auarorum, sed auari sunt diuitiarum. Ideo signanter dicit Propheta in Psal. Viri diui- tiarum, non uirorum diuitia. Tertiō auaritia facit hominem stultum: nam stultus non praeca- uet periculo quī sit propinquum, sic auarus nō fugit periculum inferni, cum sit etiam morti p- pinquus. Ideo dicitur auaro in Luc. Stulte hac nocte animam tuam repetent a te. f. demones: haec autem quae parasti. i. cōgregasti. cuius erūt quia thesaurizat impius, & ignorat cui congre- gabit ea. Quartō auaritia facit hominem abo- minabilem, uñ dē dicitur in Ose. Facti sunt abo- minabiles sicut ea quae dilexerunt. Nō enim mi- rum est, si Deus abominatur auarum, cum ipse- tantum Deum contemnat: quia plus diligit nu- mum, uel obolum q. Deum, cuius signum est, qd pro obolo aliquando non ueretur. mentiri, nec dare obolum pauperi pro amore Dei. Quintō facit insatiabilem. Vñ dē auarus comparatur hy- dropico, qui bibit & nunquā sariatur. Vñ dē di- cit Ecclesiastes. Auarus non implebitur pecu- nia. Sexto facit hominem insatiabilem, uel soli- tariū, sicut aues rapaces uolant non congrega- tim, sed solitariē, sic auarus semp est solitarius, quia nunquā uult socium in pecunia. Vñ dē de auro dicitur in Ecclesiaste. Unus est & secundum non habet. Et ideo sua est haec maledictio, quae ibidem scribitur. Vae soli quia si ceciderit, &c.

Septimō facit hominem obliuiofum propriae salutis, & in signum huius Manasses & Efraim fuerunt frēs, ut habetur in Gen. Manasses inter- pretatur obliuio: Efraim fructificans, uel cre- scens, & figurat auarum qui est creicens Efraim. i. in diuitis, & est Manasses, quia scilicet obliui- scitur propriae salutis. Octauo facit hominē an- gustiosum, nam dicit in Ecclesiaste. Labor stulto- rum affligit eos, ideo diuitiae dicuntur spina in Luc. quia cruciant possidentes, sicut uidemus, quod spina in pede non sinit hominem quierē dormire. Nono facit hominem tepelluosum, nunquā enim cupidus uel auarus potest habe- re, nec in conscientia, nec in domo propria pa- cem. Vñ dicitur in Prouerbis. Cōturbat do- mum suam, qui seciatur auaritiam. Est enim ta- lis sicut canis, qui dum rodit os irascitur om- ni appropinquati sibi, siue sit extraneus siue no- tus, quia uulgo dicitur, quod canis non uult do- cium in coquina. Filia autē auaritia sunt duo- decim. f. usura, rapina, latrocinium, tallia inu- sta, fraus negociatorum, deceptio aduocatorū acceptio munerum, simonia pro p̄motione cō- sāguineorum, peccata Anachoritarum. i. illorū qui promouentur fauore, & potentia principū, fraus mercatorum, auaritia scientia, & iniqui- tas lusorum. Ista. n. peccata quae generat auari- tia figuratur per duodecim duces, quos Ismael generauit, Ismael. n. erat idolatra, & figurat a- uarum. De quo dicitur ad Ephes. Auaritia est idolorum seruitus. Filij eius recte dicuntur du- ces, quia ferē totus mundus regitur & ducitur istis duodecim peccatis, quae ex auaricia nascun- tur. Nā dicit Isa. Oēs in uia suā declinauerūt, & nusq; ad auariciā ā sumo usq; ad nouissimū. Et in Hierem. dicitur, q. ā minori usque ad maio- rē omnes auaritia student.

De aecidia. Cap. VIII.

Aecidia est paruus amor boni, cū tadio & in- ordinata animi tristitia, & impatientia rei diuinae. De aecidia nota spālter tria. f. Typū tur- pissimū, dānū grauisimū, & partū uilissimū. A- cecidia habet multas figuras, & similitudines de- testadas. Primō cōparat aecidia salicibus, q̄ sunt arbores infructuosae, & solū faciunt umbram: sic aecidiosi & ociosi nullū faciunt fructū, sed solū um- brā Diabolo, & refrigerium. Vñ dē de Diabo- lo in Job. Circundant eum. f. Diabolum, salices infructuosae. Secundō cōparat aecidia febris ethi- cae, uel thisticae, uel lassae, uel paralyti. Febris ethica uel thistica, fit ex cōsumptione humoris natura- lis, sic aecidia fit, quia deficit humor diuinae dile- ctionis & deuotionis. Similiter febris lassae cōpa- rat, nā febris hñōi, uix aut nunq curat, sic piger uel ociosus, cū sit semimortuus, uix corrigit. Est languor de quo dī in Eccl. Languor prolixior grauat medicū. Cōparat ēr paralyti, q̄ facit mē- bra arida & impotentia, sic aecidia facit pedes impotentes ad ambulandum, manus ad operan- dū, & mēbra oīa ad laborem penitētia sustinen- dum

Gen. 41. Gen. 41. Eccle. 10. Luc. 18. Prou. 15. Gen. 17. Eph. 5. Isa. 56. Hier. 6. Aecidia quid, & tria de illa notanda. Job. 49. Eccle. 10.



dum. Vnde de talibus dicitur in Psal. Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt. Tertio comparatur Adonibezech, de quo dicitur. Quod amputauit manus & pedes septuaginta regibus. Adonibezech. n. interpretatur dñator egestatis, & significat acediam, quæ facit subditos suos egentes & inopes: nam dñ in Prouerb. Egestatem operata est manus remissa, idest pigra. Ista Adonibezech amputat manus, & pedes Regibus, quia ad literam, Reges & prelati volunt uiuere nunc ociosi, uel Reges dicuntur viri religiosi, iuxta illud Ecclesiast. Qui unguis Reges ad penitentiam. Religiosi quidem debent se, & alios regere per uiram & doctrinam, sed aliqui habent manus & pedes amputatos per acediam. Quarto comparatur ociosus canis famelicus, huiusmodi. n. piger & ociosus ad modum canis esurit, & omnes sensus uniuersales famè patiuntur, iuxta illud Psal. Famem patientur ut canes, os. n. eius esurit cibaria delicata, lingua uerba uana, manus uilia, cor honores, auris rumores, & oculi uanitates, ideò dicitur in Prouerb. Desideria occidit pigrum. Quinto comparatur ociosus uel piger ferro, terra, & aqua, & uesti, scholari negligenti, homini stanti & non ambulanti, istis. n. sex eadē ratione adaptatur. Ferrum quidem quod non tractatur, citò rubiginatur terra, quæ non colitur, malas herbas generat: aqua quæ non mouetur, citò corrumpitur, uestis quæ non portatur, de facili à tinea corroditur, scholastic negligens qui non adiscit, de necessitate nihil scit, homo stans qui non uadit, facilius cadit, quæ ille qui semper incedit, sic acediosus, quæ non exercet se in aliquo bono opere, ideò succubabit uitij, & uincitur tentatione, unde dicit Hiero. ad Rusticum monachum. Semper aliquid boni facito, ut te Diabolus non inueniat ociosum: facilius. n. Diabolus occupat illos, quos in bono opere non inuenit occupatos. Nam immundus spiritus cum inuenit domum uacantem. s. p. acediam, assumit alios septem spiritus nequiores se, idest uniuersa uitia, & ingressi habitant ibi, ut dicitur in Matth. Sexto comparatur ociosus & piger Letargico, qui moritur dormiendo, sicut Sylara, de quo dicitur quod saporem morti socias, defecit, & mortuus est. Et sicut uulgo dicitur, quod nimis fortiter & profunde dormit, qui culcitram sibi furari permittit, sic piger nimis oppressus est somno acediaz, qui permittit sibi furari culcitram. i. quietem bonæ conscientie. Dana acedia sunt specialiter septem. Primum est paupertas, quæ facit hominem egentem tam corporaliter, quæ spiritualiter, ideò dicitur in Prouerb. Egestatem operata est manus remissa, & in Matth. dicitur de seruo pigro: Tollite ab eo talētum, quia uerè talentum gratie meretur amittere, qui illud negligit multiplicare. Secundum est uilitas, facit enim acedia hominem uilem, unde dicitur in Ecclesiastico. In lapide luteo lapidabitur piger. Lapis luteus potest dici peccatum inimū

dum, ad quod acedia facit hominem proum. Tertium est timor, uel pusillanimitas: facit. n. hominem pauidum & pusillanimitē admodum leporis, unde dñ in Prouerb. Timor dei cecit pigri. s. de cacumine uirtutis. Quartum est spualis corruptio: corrumpitur. n. ad instar aquæ non motæ, ideò dicit Hierem. Moab non est transfusus de uase in uas. Moab interpretatur acediosus, qui de uase in uas non est transfusus, quia in bonis operibus non est occupatus. Quintum est uitio rum accumulatio: replet. n. acedia hominē uniuersis uitis. Nam dñ in Prouerb. Per agrū hois pigri transiit, & ecce totum repleueram urticæ. Urtica rectè figurat acediam, nam urtica habet molle folium, sed in folio habet aculeum pungitium, sic acedia ad modum urticæ, habet i mollicie remissionis aculeum pungitiue tentationis, sicut asinus libenter pascitur hmoi pungitius. i. delectationibus peruersis, quasi aculeatis. Sextum est exprobrabilis accusatio: facit. n. acedia hominem exprobratione dignū, vñ dñ in Prouerb. Vsq̄quo piger dormies? Et id ad confusionem suæ negligentie, mittitur ociosus in schola formicæ ad discendum. Iuxta illud quod scribitur in Prouerb. Vade ad formicam o piger. Et satis est homini magna confusio, quod oporteat eam adiscere à tam paruo & despecto magistro. Et nota, quod pigritia uel negligentia est præcipue reprehensibilis in decem casibus. Primo quoniam est magnum iter, & tēpus breue, sic nos habemus magnum iter. s. usq̄ ad cælum. Iuxta quod dictum est Elia. Grandis. n. restat tibi uia, & tempus est ualde breue. s. uia nostra, quæ est, quasi transitus umbra, ut dñ in libro Sapientie. Secundò est reprehensibilis negligentia, quoniam quis expectatur à magistris, & pigritat uenire, sic nos periculose pigritamus, qui expectamur ab angelis & sanctis. Tertio quoniam quis uocatur ad magna, sic nos pigritari est periculosum, quia uocamur ad magna. s. ad regnum cælorum. Quarto quoniam multa impedimenta sunt in uia, sic nos nullo modo debemus pigri esse, quia uiam nostram impediunt tentationes diuersæ. Quinto quoniam res impignorata non redimitur in termino, sic nobis periculosum est si negligamus animam redimere, quæ est impignorata Diabolo per peccati delectationem. Sexto quoniam præscriptio est propè terminum suum, sic nobis est ualde periculosum, cum Diabolus præscripserit hoim seu aiām p peccata multo tempore, si non inquiratur eius præscriptio. s. lachryma, confessione, & oratione, & hoc fitio. s. lachryma, confessione, & oratione, & hoc fitio. Ante diē mortis, quia dicitur in Ecclesiastico. Ante mortem confitete. Et iterum. Viuus & sanus confiteberis. Seprimò quoniam quis cecidit in turpem locū, turpis. n. locus in quē cecidimus est peccatū, quod est quid turpissimū, & idō nō demus eē pigri ad surgēdū. Octauò quando magnum donum offertur, hoc donum est diuina gratia, & si illud negligimus accipere,

accipere, hæc negligentia est ualde periculosa. Nonò, quando quis est in magno periculo, nisi ei succurratur, est ualde periculosum ei, sic negligentia ualde periculosa est homini pigro, nisi citò anima succurrat, quæ est in periculo infernalis præcipitij. Decimò quando tempus est plantandi arbores, & non plantantur, putandi vineas, & non putantur, seminandi agros & non seminantur, merendi messes, & non metuntur, domandi animalia, & non domantur, curandi uulnera, & non curantur, lauandi uestes, & non lauuntur, salendi carnes, & non saliuntur. In omnibus istis est ualde periculosa pigri negligentia, & meritò sunt reprehensibiles, qui in istis specialiter sunt negligētes, est enim modo tempus ad omnia prædicta spiritualiter faciēda, nunc enim est tempus plantandi per charitatis radiationem, putandi per peccatorum confessionē, ferendi per elemosynarum largitionem, merendi per bonorum operum accumulacionem, domandi animalia per carnis mortificationem, curandi uulnera per penitentia medicationem, lauandi uestes per lachrymarum effusionem, salendi carnes per continentia satisfactionem. Hæc enim decem prædicta sunt, quæ oportet fieri citò, ut dicitur in Apocalip. Filia acedia sunt quindecim Tepeditas, mollicies, somnolentia, ociositas, dilatio, tarditas, negligentia, imperseuerantia, remissio, dissolutio, ignauia, inderotio, tristitia, tædium uitæ, desperatio. Hæc quindecim peccata quæ nascuntur ex acedia, figurantur per quindecim cubitos, quibus ascendit aqua diluuij super montes uniuersos: sicut enim aqua diluuij submersit mundam, sic acedia suffocet ociosum: & sicut tunc quindecim cubitis super omnes montes effluxit aqua, sic ex acedia quindecim generantur peccata. Ideò nota quod contra prædicta peccata, summū remedium est diuersitas occupationum.

De gula. Cap. VIII.

Gula est immoderatus appetitus edendi, & potandi. De gula nota specialiter tria, scilicet typum reprobandum, damnum lamentandum, & partū detestandū. Gula multis rebus detestabilibus comparatur. Primò est squinantia similis, nam squinantia est morbus gutturis, & citò suffocat hominem, sic gula, quæ ad literam est gutturis uitium, facilius strangulat hominem per peccatum, unde dicitur in Ecclesiastico. Propter crapulam multi obierunt morte quadruplici, scilicet morte natura, culpa, infamia, & gehennæ. Secundò comparatur morbo regio, nam ille morbus requirit magnas expensas, & inde dicitur regius, quia soli Reges & homines potentes, possunt specialiter sufficere ad expensas tam grandes: sic gula uitium est tam magnarum expensarum, quod uix potest ei aliquid sufficere. Nam dicitur in

Ecclesiastico. Omnis labor hominis est in ore suo, idest, quicquid ex labore acquirit, ore suo guloza consumit. Tertio comparatur bolismo, nam bolismus est caninus appetitus, qui interficit hominem gulosum, quia non potest satari, sic gula maledicta, ad modum appetitus canini interficit gulosum, qui nunquam potest satari: unde dicitur in Prouerbis. Venter impiorum insaturabilis. Quarto comparatur gulosus sacco pertuso uel perforato in fundo, qui quantuncunq; ex una parte accipit, tantum ex altera parte perdit, talis saccus est gulosus homo, qui ex una parte habet coquinam ad implendum uentrem, & ex altera latrinam ad euacuum: & satis est miser homo, qui semper est deditus tam uili officio. Vnde dicitur. Qui mercedes congregauit, & misit eas in sacco pertuso. Quinto gulosus comparatur porco, nam porcus est animal deditum gula, Diabolus autem nutrit & impinguat porcos & Bachones suos, figurat, ut postea ad summum inferni ponat eos, & in aeternum deuoret & pascatur. Vnde dicitur in March. Si eiicis nos hinc, mitte nos in porcos, idest in gulosos. Sexto comparatur gula freno, nam sicut fessor ducit equum quocunq; uoluerit, postquam ipsum infrenauerit, sic gula ducit gulosum ad omne peccatum, ex quo homo uitio gula infrenari se permittit. Ideò de gulofo dicitur in Psal. In camo & frano maxillas eorum constringe. Septimò gulosus comparatur Esau, qui pro cibo lenticula uendit primogenita sua, sic gulosi pro gula uendunt premia æterna. Nam dicitur in Trenis. Dederunt quicquid pretiosa pro cibo. Octauò comparatur pisci & aui, nam sicut piscis per guttur capitur cum hamo, & auis per collam cum laqueo tenetur, sic gulosus per guttur & collam capitur, gula uitio. Et præcipue inter aues, gulosus similis est aubus pinguis per tria specialiter. Primò quippe quæ auis pinguis non potest multū altè uolare, sic gulosus, nec cælestia desiderare. Itē auis pinguis, sicut sunt coturnices, in uindemiis quoniam sunt bene pingues, de facili capiunt ab accipitre, sic hoies dediti gula, facili uincunt à tēratione. Itē sicut auis pinguis. s. accipiter, quoniam est bñ satur, non uult uenire ad manū Dñi, quoniam sibi ostēdant carnes, sic gulosi fugiunt manus Dei, quoniam ostēdant eis carnes rubeas. s. bñ dicitæ passionis Christi. Nā in Deut. dñ de gulofo. Incrassatus, impinguatus, dilataratus, dereliquit Deū factore suū. Nonò comparatur gulosus cani, qui ducit cæcū in lutū. Nā canis ducēs cæcū, per id quod uidet in lutū, ducit cæcū in lutū, sic gula ducit gulosum in lutū. s. in imunditiam peccati. Et ideò suadet sapiens. Post concupiscentias tuas non eas. Damna gula sunt specialiter sex. Primum est mentis brutalitas quantum ad rationis defectum. Nam dicit Petrus. Hi, scilicet gulosi, sunt uelut irrationabilia pecora, & etiam quantum ad defectū cōpassionis, nulla. n. cōpassione mouetur gulosus ad pauperem,

Psal. 113.
Iud. 1.
Prou. 10.
Eccle. 48.
Canis famelicus acediosus
Psal. 58.
Prou. 21.
Lethargicus.
Iunicū. 4.
Prou. 10.
Matt. 25.
Eccle. 33.

Compara-
tio opti-
ma horta-
tioni.
Prou.
Prou.
Apo. 1.
Siqua de
quinde-
cim cubi-
tis quib-
ascendit
aqua di-
luuij sup
montes.
Gen. 7.
Remediū
contra ace-
diam.
Squinan-
tia, quid.
Eccle. 37.
Morbus
regius.

Eccle. 6.
Bolismus
quid.
Prou. 13.
Aggei. 1.
March. 8.
Psal. 31.
Gen. 25.
Tren. 1.
Cōpara-
tio oim
pulcherri-
ma.
Deut. 32.
Eccle. 18.
1. Petri. 2.



rem & afflictum, ac si esset animal brutum. Vnde dicitur in Amos. Bibentes uinum in phiala, nihil compatiabantur super contritione Ioseph. i. pau peris. Exemplum de diuine epulone, qui non est compassus Lazaro, cui tamen compatiabantur canes, eius ulcera lingendo. Secundum est corporis infirmitas. Nam dicitur in Ecclesiastico. In multis efcis non deerit infirmitas, etiam more triplex. s. natura. culpa, & gehenna. Tertiu est oris loquacitas, sicut patet de Herode, qui in conuiuio temere promisit, & iurauit saltatrici puella, se daturum quicquid peteret, & ad petitionem eius precepit amputari caput Ioannis Baptistae, ut dicitur in Marco. Quartum est inopia rerum, exemplum de filio prodigo, qui dissipauit omnia bona sua, quousque fuit ita pauper, quod cupiebat de siliquis porcorum satiari, quae idem sunt quod fures secundum aliquos, & secundum alios cortices fabarum. Quintum est carnis luxuria, nam ex uicinitate membrorum. s. uentris & genitalium, intelligitur confederatio uitiorum. Ideo dicit Hier. Saturauit eos, & moechati sunt. Sextum est cordis stulticia, unde dicitur in Pro uerbis. Quicumque his delectatur, non erit sapiens & Oseas dicit, quod uinum & ebrietas auferunt cor. Filia gulae sunt duae, scilicet castrimargia, & ebrietas. Castrimargia est excessus in cibo: Et dicitur a castro & mergo. gis, ideo quod omnia mergit in castro uentris. Ebrietas est excessus in potu, & dicitur ebrietas, quasi extra bria, nam bria dicebatur antiquitus calix uel poculum, quod erat mensura potus, nam unum dabatur ad mensuram. Et istae duae filiae sunt illae filiae, de quibus dicitur in Pro uerbis. Sanguisuga duae sunt filiae dicentes. Affer affer. Sanguisuga dicitur uenter, quia ad modum sanguisugae citius obruitur quam satiatur, ut dicit Bernar. Huiusmodi ergo sanguisuga. s. uentris duae sunt filiae, scilicet castrimargia & ebrietas, dicentes affer affer. Nam castrimargia dicit affer cibum, ebrietas dicit affer potum, una uult aliquantulum comedere post potum, & alia aliquantulum bibere post cibum, & sic in infinitum.

De luxuria. Cap. IX.

Luxuria est immoderatus appetitus secundum tactum. De luxuria nota specialiter tria. s. quod habet Typum odiosum, damnatum remorsuum, & partum perniciosum. Luxuria habet multas figuras detestabiles, & similitudines odiosas. Primo enim comparatur gehenna: nam in gehenna sunt specialiter tria. s. ignis ardens, uermis rodens, & sulphur scelerens, sic in peccato luxuria est ignis concupiscentiae, uermis. s. remorsus conscientiae, & sulphur. s. fumus infamiae, & ideo qui est in peccato luxuria, iam quodammodo est in supplicio gehennae. Vnde dicitur in Matth. Expedi tibi. s. o luxuriose, ut precat unum membrum. s. illud uilissimum, &

innominandum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Secundo comparatur luxuriosus fatuus mercatori, qui rem pretiosam dat pro uili pretio, sic luxuriosus animam dat pro uili pretio. s. pro peccato. Vnde dicitur in Pro uerbis. Precium scorti uix est unius panis, mulier autem pretiosam animam uiri rapit, & facit magnam iniuriam iste fatuus mercator Christo, & charissimè emerat animam eius. De uisisset. n. dixisset Diabolo, qui emit animas ad tam uile precium, non possum tibi uendere animam meam, quia alius. s. Christus satis maiori pretio emit eam. Iuxta illud quod dicit Apostolus. Empti enim estis pretio magno. Iste enim fatuus mercator. s. luxuriosus, qui ita magnum forum fecit de mercibus suis, non est mirum si cito amisit capitale suum, & ideo inter omnes peccatores, luxuriosus tenet ad iudicium pauperrimus, nam ipse vendidit & destruxit quicquid habebat. s. Deum & sanctos, animam, famam, gloriam, substantiam, & gratiam. Tertio comparatur luxuriosus coruo, qui cadaueribus adhaeret, ut dicitur in Gene. Sic facit luxuriosus quia dimissa aeterna continentia, & castitatis, adhaeret cadaueribus, id est delectationibus immundis. Quarto luxuriosus comparatur fatuus bellatori. s. inermi, qui uix cauet hostem suum, quando ipsum melius uidet armatum. Arma namque Diaboli sunt mulieres, ille enim sunt balistae Diaboli de longe infigentes. Tunc enim fatuus est luxuriosus, qui non curat hostem suum fugere, sed attendit pulchritudinem balistae. Similiter mulier copata & pulchra cum suis ornamentis, est gladius Diaboli bene sciens, & bene limatus. Luxuriosus est tamen infatuatus, & attentus circa pulchritudinem istius gladii, quod non curat fugere scutum inimici sui. Similiter mulieres sunt castra, in quibus Diabolus ponit uexilla. i. diuersa paramenta. Luxuriosus nimis appropinquat ad castrum ubi uidet arma Diaboli, quia non cauet, percutitur & iaculatur, tantum tacitus est pulchritudine uexillorum. Vnde bene figuratur luxuriosus per Abimelech, de quo dicitur. Quod ueniens ad oppidum Abimelech, appropinquauit ad turrim, & ecce una mulier fragmè molae desuper caput eius iacens, confregit caput eius, cerebrumque effudit. Abimelech iste nimis appropinquans ad turrem, est homo luxuriosus, incaute appropinquans ad mulierem. Fragmè molae quod mulier iecit, & Abimelech interfecit, est tentatio quae a muliere procedit, & miserum luxuriosum interfecit. Quinto comparatur luxuria sagena, nam sagena omne genus piscium capit, nec facit aliquam differentiam, sed quicquid inuenit apprehendit, sic peccatum luxuria ferè totum mundum inuoluit. Nam dicitur de Diabolo, quod piscatur, cum hac sagena. Totum in hamo subleuauit, totum traxit i sagena sua. Sexto comparatur luxuria igni Graeco, Ignis. n. graecus horribiliter ardet, & aquas coburnit, & uix potest

potest extingui, sic ignis luxuria, et in frigidis & mortificatis ardet, & ferè oia deuorat. Nam dicitur de luxuria. Ignis est usque ad consumptionem deuorans. Et Iohel. Ignis. s. luxuria, comedit speciosa deserti, id est pulchros uiros & mulieres huius mundi. Et nota, quod ignis iste graecus, consueuit extingui cum duobus, scilicet cum arena, & cum aceto, quia luxuria habet ista duo magna remedia, a renam. i. considerationem infructuositatis huius mundi, & acetum. i. acrimoniam, & austeritatem penae. Septimo comparatur luxuriosus equo, nam equus nihil ualet sine calcaribus & freno, sic homo nihil habet beatitudinem continetiam cum calcaribus penae, efficiuntur inuilibus ad modum equi non frenati, pro luxuria lasciuia. Ideo dicitur in Psal. Nolite fieri sicut equus & mulus, &c. Octauo comparatur luxuriosus nauis, quae a nauta sine illo gubernatore ducit, sed solum aqua fluxu sequi permittit. Iuxta illud quod uulgo dicitur. Qui vadit ad uentum suum, vadit ad dolorem suum. Nauta n. nunquam per se ad portum ducitur, nisi recte a nauta ducatur, uel regatur. Caro nostra est nauta, & spiritus est nauta, sed nunquam caro ueniet ad portum salutis, nisi a spiritu ducatur gubernaculo uirtutis, imò sequeatur fluxum aquae. i. impetum luxuria, & tandem praecipitaret hominem in mare Oceanum damnationis aeternae. In figura huius dicitur in Matth. quod nauicula operiebatur fluctibus, quia uero caro nostra mergitur fluctibus tentationis, nisi adesset auxiliu diuina uirtutis. Nono comparatur luxuria stercori, & luto pro uilitate, nam sicut porcus fouet in luto, & equus iacet in proprio limo, sic luxuriosus perseverans interdum moriunt in proprio peccato. Et tunc dicitur in Iohel. Coputruerunt iumenta in stercore suo. Super quo dicit beatus Greg. Iumenta in stercore suo putrescere, est luxuriosum in fetore luxuria uitam finire. Dana luxuria sunt sex. Primo. n. hominem ducit ad maximam paupertatem, aufert siquidem gloriam & gratiam, & propriam substantiam. Vnde dicitur, quod filius prodigus, pro quo luxuriosus figuratur, dissipauit substantiam suam in meretricibus, uiuendo luxuriose. Secundo deiecit in pessimam seruitutem, facit. n. quod turpior & uilior pars quae est in homine, dicitur ei. Haec seruitus figuratur pro seruitutem Aegypti, quae erat seruitus lutu & lateris, ut dicitur in Exo. pro qua bene intelligitur luxuria, quae est seruitus luto delectationis. Tertio proiecit hominem in maximam uilitatem, quia hominem (qui similis est Deo & Angelis) facit esse partem brutis. Vnde dicitur in Psal. Homo cum in honore esset, non intellexit. s. quod ad imaginem Dei creatus sit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quarto luxuria priuat hominem omni ratione, sicut animalia brutum turpiter infatuat, sicut patet in Salomone, qui tanta fuit sapientia, & tamen de ipso dicitur, quod deprauatus est cor eius pro muliere. Quinto hominem acriter mortificat, occidit. n. triplici morte. s. morte culpae, morte infamiae, morte gehennae, & ideo dicitur in Eccle. Inueni amariorem morte mulierem. Mors. n. naturalis simplex est transitoria, sed mors luxuria multiplex est & sempiterna. Sexto hominem fortiter il

laqueat, unde dicitur in Eccle. de muliere. Laqueus uenatorum est. i. Daemonum, qui uenant animas peccatorum sagena cor eius, uincula sunt manus illius. Et nota hic de muliere triplex genus capturae. s. Laqueus quo capiunt uolatilia, sagena qua capiunt natatilia, & uincula quibus capiunt animalia siluestria & terrestria. Luxuria uero capit uolatilia. i. superbos, natatilia. i. delitiosos, & animalia terrestria. i. auaros, & sic ferè nihil sibi euadit. Filia luxuria sunt quinque. s. fornicatio, quae est cum muliere soluta, adulteriu, quod fit cum coniugata: stuprum, quod est cum uirgine, uel religiosa, & incestus, qui est cum affine uel consanguinea, & peccata contra naturam. De istis quinque filiabus habet in figura in quarto Regum ubi dicitur, quod quarta pars cabi stercoreis colubarum, quinque & argenteis uendebatur. Stercus colubae quae est animalis luxuriosa, figurat immodicam luxuriam, quinque & argentei quibus sterces emittunt, uel uendunt, sunt istae quinque peccata quibus delectatio luxuria percreat, & bene quarta pars stercoreis emittunt quinque & argenteis, quia cum quatuor sint in peccato luxuria. s. cogitatio, delectatio, consensus, & operatio, unum solum de istis. s. delectatione. i. quartam partem peccati praecipue emittit, & perurat luxuriosus. Ab his omnibus uitiis supradictis nos clementer absoluat, & poterit eripiat, pater, & filius, & spiritus sanctus. Amen.

TITVLVS SECVNDVS SECVNDA DIETA DE POENITENTIA, ET EIVS PARTIBUS, & PRIMO DE EA IN GENERE. Caput. Primum.

Post tractatum de uitiis, sequitur tractatus de poenitentia, quae est secunda dieta salutis. s. a peccatis ad penitentiam uenire. Et nota primo de poenitentia spali ter tria. s. laudes multiphas, partes necessarias, & partes meritorias. Vel per alia uerba: laudes eius figurales. Eius partes integrales, & eius partes uirtuales. Laudes eius monstrat multiplex eius figura, & comparatio: Partes eius integrales sunt: contritio, confessio, & satisfactio. Partes eius uirtuales sunt: ieiunium, elemosyna, & oratio. Habet igitur poenitentia laudes multiplices, secundum diuersas ipsius figuras, & comparationes. Comparatur autem primo spaliter tribus. Est. n. poenitentia sicut aqua calida contra canes, sicut clamor contra fures, sicut arma contra hostes. Est itaque poenitentia sicut aqua calida contra canes, & maxime quantum ad contritionem, sicut. n. cum aqua calida eiecit canis de coquina, sic cum aqua lachrymarum feruente, eiecit Diabolus & peccatum de anima. In cuius figura dicitur in Gen. Ana uenit aquas calidas primo in deserto. Ana qui interpretatur donatus, uel sanctificatus, signat poenitentiam, aquae calidae. i. lachrymae, monstrat poenitentiam contritionem, solitudo uero in qua aqua calida inueniuntur, designat uitam solitariam poenitentis, seu mundificationem.

Eccl. 37. Mar. 6. Hier. 5. Prou. 20. Olex. 4. Etymologia, castrimargia, & ebrietas. Prou. 20. Iob. 21. Iohel. 1. Psal. 31. Caro nostra est nauta, spiritus uero nauta. Mac. 8. Iob. 1. Lon. 13. Exo. 1. Psal. 48. 3. Reg. 11. Eccl. 7.

Pro. 6. 1. Cor. 1. Pappus mus... Gen. 1. Molle... Iud. 9. Figura pulchritudinis. Abacuc. Ignis graecus.

Eccle. ubi supra. Triplex laqueus mulieris. Filia luxuria. Figura pulchritudinis. 4. Reg. 6. Penitentia laudes. Gen. 36. Figura pulchritudinis.



uel meditatione. De qua Ambr. Lacryma lauatur delictum, quod uoce pudor est confiteri. Iste est Ana, qui inuenit aquam calidam, cum pasceret asinos patris sui sacerdotis. Comparatur autem poenitens arbori, cuius radix est contritio, frondes confessio, & flores sancta deuotio, fructus bona opera, humor gratiae diffusio. Vel dicuntur poenitentes radicati in Christo per humilitatem, extensi per charitatem, operati cortice per austeritatem, dantes umbram alijs per bona exempla, & consilia, unde dicitur in Apoc. Nolite nocere terre, & mari neque arboribus. Haec arbores sunt oliua, uitis, & ficus: oliua, actiui misericordes: ficus, contemplatiui claustrales: uitis, sancti praedicatores: & in libro Iudicium dicitur. Ficus noluit regnare super ligna syluarum, id est super homines infructuosos. Est etiam poenitentia sicut clamor contra fures quantum ad confessionem, nam sicut ad clamorem fugiunt fures, sic poenitentis clamosa confessio uel oratio, fugat daemones. Vnde in figura huius dicitur in libro primo Machabeorum. Quod timore Iude, qui interpretatur confessio, repulsi sunt inimici eius. Est insuper poenitentia sicut arma contra hostes, maxime quantum ad satisfactionem, nam satisfactio poenitentis sicut ieiunium, & elemosyna sunt quaedam poenitentis arma. Nam dicit Apostolus. Arma militiae nostrae non sunt carnalia, sed supple carnem macerantia. De elemosyna dicitur in Ecclesiastico. Super scutum potentis, & super lanceam pugnabis aduersus inimicum tuum. Item poenitentia est turbatio inflar maris, accendit inflat ignis, & conclusio inflat lapis. Est itaque poenitentia sicut quaedam maris turbatio, nam sicut mare non emittit immundicias nisi sit turbatum, sic anima mea non emittit peccatum, nisi in se habeat poenitentiam, & contritionis conurbationem & motum. Vnde de poenitentia dicitur in Trenis. Magna est uelut mare contritio tua. Est etiam poenitentia sicut quaedam ignis accensio, nam sicut ignis producit fumum de uiridibus lignis, sic uirtus poenitentiae de peccatoribus educit fumum contritionis, & sicut ligna uirida reddunt aliquem humorem per uirtutem ignis, sic peccatorum oculi, eructant uirtute poenitentiae humorem lachrymosae compunctionis. Nam dicitur in Psal. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Et sicut ligna uirida, quae sunt bene accensa, fortius ardent, uel calefiunt, sic peccatores poenitentes qui sunt igne poenitentiae uehementer accensi, fortius diligunt, sicut patet in Luc. ubi dicit Saluator. Cui multum dimittitur, multum diligit. Sed sunt multi qui non inueniunt ignem, sed aquam crassam, ut dicitur in secundo Mach. Tales sunt qui cogitant uitam suam praeteritam, non ad contritionem sed ad delectationem. Est item poenitentia sicut quaedam sepius conclusio, nam sicut agricola cum eisdem spinis quas extrahit de uinea, claudit uinea contra porcos & bestias, & sic poenitens cogitando peccata sua, debet claudere & munire cor suum, contra tenta-

Apoc. 7. Iud. 9. Mach. 4. Cor. 10. Eccl. 29. Tren. 2. Psal. 118. Luc. 7. Mach. 1.

tiones bestiales, & imundas. Haec est sepius de qua dicit sapiens. Vbi non est sepius, diripiet possessio, quia uere ubi non est sepius poenitentiae, quae animam claudit contra reciduum, facile diripit possessio uirtutum. Item poenitentia est discretè imponenda, deuotè assumenda, & perfectè adimplenda. Est enim poenitentia discretè imponenda, nam sicut uirus serpenti uitam conseruat, sed homini mortem propinat, & sicut ignis aurum probat, & uirgulta scinerat, & sicut talpa moritur in luce, & sub terra uiuit, & sicut ignis (quae cetera animalia timet) salamandram nutrit, & sicut homo sub aqua moritur, ubi piscis delectatur, sic eadem poenitentia non omnibus est imponenda, uel iniungenda, nec contra omnia peccata, sed diuersis diuersa. Nam sacerdos debet discernere iter poenitentiae & poenitentiam, & culpam & culpam sicut ex lege Domini debebat sacerdos, ex mandato Domini discernere inter lepra & lepra, ut dicitur in Leuit. Est etiam poenitentia deuotè assumenda, sicut enim miles non recusat onus, uel potius armorum, sic poenitens non debet recusare onus poenitentiae, & sicut auis non recusat onus penarum, nec peregrinus onus baculi, nec equus onus quadrigae, sic poenitens non debet recusare onus poenitentiae. Vnde ille bonus poenitens Dauid comparat se iumento, cum dicit in Psal. Ut iumentum factus sum apud te. Est insuper poenitentia perfectè adimplenda, ut non solum poenitens poenitentiam uitet, sed poenitentiam reciduum, & oportunitates oes, quasi quaedam radices & germina peccatorum. Sicut heri herba falcata reuiuiscit, sed eradica non, ita peccata de facili pullulant, si non fuerint radicitus euulsa. Iohannes dicit Augustinus. Poenitentia est causa peccatorum excidere, & eis aditum non indulgere. Item bonus & perfectus poenitens fugit Diabolum, sequitur Christum, spiritum mundum, & appetit coelum. Poenitens itaque perfectus fugit Diabolum, & currit ad latibulum poenitentiae, sicut enim auicula ponit se inter spinas, ut possit accipitrem euadere, & eadem ratio, sicut liliū inter spinas crescit ualde bene, ut dicitur in Cant. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias, spinas siquidem quibus liliū claudit, prohibet ne liliū tangat, per hunc modum spinas poenitentiae custodiunt animam, instar auiculae a predali accipitri, instar liliū ab omni tactu delectationis immunde. Bonus poenitens sequitur Christum & imitatur. Nam certe poenitentia fuit uia, qua Christus ambulauit. Vnde post baptismum statim intrauit desertum, ut dicitur in Luca. Poenitentia etiam fuit prima doctrina, quam Christus praedicauit: ut habetur in Matth. Poenitens igitur, si est bonus discipulus, libenter intrat cum Christo poenitentiae desertum, contra simulatos poenitentes, qui ad modum usurarii uolunt esse discipuli Christi, sicut enim usurarius uult esse illius socius, cui mutuat pecuniam in lucro, & non in damno, sic multi uellent sequi Christum in prosperis, & non in aduersis, uellent cum Christo regnare in caelo, sicut filii Zebedaei, & non cum ipso certare in stadio. Vnde dicitur etiam illud. Nescitis quid petatis. Poenitens nihilominus spernit mundi prospera, contra alios quos, qui sunt quasi symea, quoniam inuenit nubes nouas,

Eccl. 1. Hebr. 12. Psal. 29. Leuit. 11. & 14. Propter Machab. Psal. 74. Cant. 2. Luc. 4. Matth. 4. Psal. 118. Luc. 7. Mach. 1.

uas & recentes, propter exterioris corticis amaritudinem, iudicat nucem esse amaram, & spernit nucleum interiorem, sic a multis repudiatur poenitentia, quia uidetur carni amara. Ideo dicitur. Omnis disciplina in praesenti non est gaudium, sed meroris. Poenitens insuper appetit caelum, & sicut puer rumpit uestem uerterem ut citius habeat nouam, sic bonus poenitens lacerat sacco carnis, ut citius animam suam acquirat stellarum felicitatis aeternae. Vnde dicitur. Concedi tibi sacco meum, & circumdediti me laticia.

De contritione: Cap. I.

Nota partes poenitentiae integrales, & nota, quod poenitentia habet tres partes ipsam uirtualiter integrantes. scilicet contritionem cordis, confessionem oris, & satisfactionem operis. Nota de poenitentia, primo quantum ad contritionem, quae est pars prima poenitentiae. Nota, quod contritio de peccatis specialiter debet esse septiformis. Nam debet esse morosa & intenta non perfunctoria, solitaria non publica, integra non diminuta, ordinata non confusa, propria non aliena, gemebunda non delictiosa, & iusta non simulata. Et haec septem sunt in uerbo. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Et iste uersiculus debet esse perpetuae memoriae illorum septem, quae uera contritio debet habere. Primo enim (ut dictum est) debet esse intenta, non perfunctoria, ideo dicit recogitabo, contra illos, qui ueniunt ad confessionem incogitati de peccatis, quia nullam, uel modicam uidentur habere sollicitudinem, cum tamen haec sint maiora debita & maiora negotia, quae habere possit in hac uita. Ista enim debita sunt decem milium talentorum ut dicitur in Matth. Ista enim sunt negotia, per quibus filius Dei mortuus est, & pro quibus congregabit Angelos caelo, & sanctos et homines de mundo, & omnes daemones de inferno, ut dicitur in Matth. Bene autem est fatuus, qui de his maximis debitis & negotijs, nunquam est sollicitus, ut dicit ille bonus poenitens Dauid cogitabo pro peccato meo non dicit pro nummo, ut auarus, nec de cibo, ut gulosus, nec de luto, ut immundus, nec de uento, ut superbus, nec de mendatio, ut uerbosus, sed de peccatis meis ero dolens & sollicitus, quae uulgo dicitur. Quod dolor est detris, uersatur lingua dolentis. Secundo contritio debet esse solitaria, non publica, ideo dicit tibi, quia debet esse solum in conspectu Dei, iuxta illud. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Infirmus non conuenit stare in platea, sed in camera clausa, & consilia ardui negotij non tractantur in publico, sed in loco secreto, ideo dicitur. Tu autem cum oraueris pro peccatis tuis intra cubiculum. scilicet cordis tui. Tertio, debet esse integra, non dimidia. Ideo dicitur, omnes. Modicum enim de liquore corrupto interficeret uas, si re-

Hebr. 12. Psal. 29. Ma. 38. Matt. 18. Matth. 25. Psal. 118. Luc. 4. Matth. 6.

maneret in illo. Ideo dicitur. Effunde sicut aquam cor tuum. Bene autem dicitur sicut aqua, quia alius liquor uix potest bene effundi, quin sibi remaneat aliquid de colore, uel odore, uel de sapore. Videmus enim, quod post effusionem lactis, remanet in uase color, post effusionem uini, odor, post effusionem mellis, sapor. Debet igitur poenitens effundere, non sicut lac, ne scilicet remaneat color pristinae conuersationis, nec sicut uinum, ne remaneat odor prauae imaginationis, nec sicut mel, ne remaneat sapor immundae delectationis, sed sicut aquam perfectam & integram contritionis. Quarto, debet esse contritio ordinata, non confusa. Ideo dicitur, annos. Annus namque distinguitur per quatuor tempora, scilicet hyemem, uer, aestatem, & autumnum. Debet igitur poenitens annos, uel circulum uitae suae distinguere per tempora, ut sua melius possit inuenire peccata, & praecipue debet inuestigare peccator, si in uita sua inueniat hyemem, & frigiditatem temporis, id est corporis & aeternae: uer autem, id est humiditatem corporalis lasciuiae: aestatem, id est caliditatem indignationis & iracundiae: & autumnum, id est siccitatem cupiditatis & auaritia. Haec sunt tempora, quibus distinguuntur anni peccatorum. De quibus dicitur. Anni nostri sicut aranea meditantur. Aranea siquidem meditatatur, & totum studium suum ponit, ut ordinet telam uilem, & fragilem ad capiendum muscas, talis est uita hominis fragilis & uilis, & solum muscas capit, id est delectationes immundas. Vnde dicitur. Ipsi telas araneae texuerunt. Quinto, debet esse contritio propria, non aliena, id est de peccatis propriis, non alienis, propter hoc dicit, meos. Vix enim homo prosperatur, qui dimisit negotijs proprijs, sollicitus est de alienis. Vnde dicit Saluator. Filiae Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flete. Et sic uult Christus, quod nunquam fleamus, uel plangamus mortem suam benedictam, quousque luxerimus culpam propriam, nihilominus non habere gratum, quod nos iudicemus culpam alienam, sed sicut uulgo dicitur. Quilibet plangit telam suam, id est damnum proprium. Iuxta illud Apostoli. Unusquisque onus suum portabit. Sexto, debet esse contritio gemebunda. Ideo dicit, in amaritudine, non in risu. Risus signum est mortis, quando infirmus ridet seruoere infirmitatis, & maxime quando aegrotus affligitur & anxietur, & uaciter sentit aegritudinem sicut crisim & terminum subsequenter, unde dicitur. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Contritio namque amara pro incursum diuinae offensae, amarior, pro damno supernae patriae, amarissima, pro reatu poenae aeternae, facit infirmum quiescere, & cruciatum terminare, & aegritudinem facit animam creticare. Septimo & ultimo, contritio debet esse intima, non ficta uel simulata. Ideo dicit, animae meae. Emplastrum

Tren. 2. Psal. 89. Isa. 59. Luc. 23. Gal. 6. Isa. 38.



enim debet poni super locum doloris infirmi, sicut collirium ponitur super oculum, non in calcaneo, & ideo quia peccatum est morbus animae, ipsa praecipue debet contritionem peccati sentire. Vnde dicitur. Scindite corda uestra, & non vestimenta uestra, contra illos, quorum poenitentia est in uultu, non in spiritu, in ueste, non in corde: cum hypocritas noster medicus Christus animarum nostrarum, doceat poenitentem faciem lauare, uestes componere, caput ungere, & cor pungere, ut dicitur in Matth.

De confessione. Cap. III.

Secundo, nota de poenitentia quantum ad confessionem, quae est secunda pars, eam uirtualiter integrans. Et est sciendum, quod septem sunt in confessione attendenda. Primo, debet esse festina, non tarda, contra aliquos, qui quanto plus possunt, differunt confiteri, nisi in infirmitate grauisima, & tales sunt similes latronibus, quorum confessio aculeo, & quaestio- nibus extorquetur, quia talium confessionem torquet Deus per aculeum febris acutae, uel gra- uis infirmitatis, cum tamen dicat Propheta. Pro- cupemus faciem eius in confessione: sicut ille, qui diffidit de iure suo, debet ante iudicium de pace, & compositione tractare, & diem suum pra- uenire. Secundo, confessio debet esse humilis & uerecunda. Iuxta illud Apost. Quem fru- ctum habuistis tunc in illis, in quibus nunc eru- besceitis? Latrones enim demisso capite, & rubo- re perfusi, scelera confitentur, contra aliquos, quorum sunt horrenda facinora, qui nec timent Deum, nec homines uerentur. Latrones timent patibulum, cum sit tamen breue supplicium, & transitorium, & tales non timent infernum & in terminabilem cruciatum. Latrones uere- cundantur, & tamen parum, aut nihil prodest eo- rum uerecundia, isti autem non erubescunt, cum tamen pars poenitentiae sit ipsa erubescencia. De- talibus dicitur. Confusi sunt, qui abominatio- nem Deo fecerunt, qui post confessionem non sunt confusi, & erubescere nescierunt, quia tales ha- bent utriusque erubescenciae causam & meritum, & tamen habent utriusque erubescenciae signum. Ter- tio, confessio debet esse aperta, non palliata: & dicitur aperta confessio, in qua peccator se ac- cusat, exprimendo omnes peccati differentias, & praecipue aggrauantes circumstantias, quia di- citur. Iustus prior est accusator sui, sic confite- batur Dauid qui dicebat. Dixi confitebor ad- uersum me iniustitiam meam domino, non di- cit pro me, se laudando, uel adulando sicut facie- bat Phariseus, sed aduersum me, se accusando, sicut faciebat publicanus, sicut dicitur in Luc. Quarto, debet esse confessio uera, non ficta, & dicitur uera confessio, quae est cum proposito e- mendandi, non solum oris, sed etiam cordis. De qua dicit Dauid. Confitebor tibi domine in to-

to corde meo, contra aliquos, quorum confes- sio est lupi, de quo narrat fabula, quod semel confi- rebatur iniquitates suas, & inter im erat multum sollicitus, quia uidebat oues recedentes, unde dixit confessori suo, cito cum absolueret, ut scilicet posset sequi oues, sic confitetur aliqui in quadragesima, proponentes ad peccatum redi- re post Pascha. Quinto, debet esse confessio in- tegra, non dimidia, parum enim ualeret, si infir- mus medico febrim reuelaret, & pestem febris celaret, & si nauis aliqua nauis foramina ob- strueret, & aliqua non. Debet igitur poenitens, Deo integram offerre confessionem. Deus enim est rex nobilis, & in mensa regia poni debent panes integri, non fragmenta, Deus enim non confueuit dimidiare ueniam, ideo totum ho- minem sanum facit in sabbato, ut dicitur in Io. Et sicut magni mercatores, in grosso non obla- tam, non denariarum uendunt, sicut pauperes mercatores, praeter ceteris, quia mercatura dei. s. gratia & uenia est res inuisibilis, cum ipse sit summus mercator, ista duo erunt inuisibilia, instar margaritae, uel alterius lapidis preciosi, qui totus emitur, uel totus dimittitur. Ipse autem est negociator margaritarum, qui quarit bonas margaritas, ut dicitur in Matth. Sexto, confes- sio debet esse flebilis & lachrymosa, sicut Petri, & Magdalene, quia misericordia & lachrymae adiuuicem sunt ualde amicae, & ideo ubi est la- chryma, ibi est statim amica sua misericordia. Haec est. n. aqua, quam Christus ualde sitit, & nul- lus fons tantum eum delectat, quantum puteus lachrymarum. In cuius figura, quereuit iuxta puteum Samariae, & petijt aquam Samarita- nae, scilicet lachrymarum a muliere Samarita- na, idest a peccatrice anima, ut habetur in Io. Septimo & ultimo confessio debet esse obe- diens & prompta, ut scilicet poenitens studeat sus- cipere, & obseruare sacerdotis mandata. Infir- mus, qui nihil uult facere pro medico, uix aut nunquam curatur a morbo. Vnde obedire debet poenitens non contendere, sicut Dauid, qui dice- bat, Ut iumentum factus sum apud te, ad iumen- tum nanque non pertinet sibi onera taxare uel im- ponere, sed taxata & imposita. Nota, quod triplex est confessio. Prima est confessio peccati. De qua dicitur. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino. In hoc autem uerbo tanguntur sex, quae debet uera confessio habere. Primum est praemeditatio, quod notatur cum dicitur, di- xi, secundum est compunctio cordis & oris, ut ore simul & corde fiat, quod notatur per confi- tebor. Tertium est, quod sit accusans non excusans, quod notatur per aduersum me. Quartum, quod de malis, non de bonis, quod notatur per iniustitiam. Quintum, quod sit propria, idest de peccatis propriis, non alienis, quod notatur per meam. Sextum, quod sit ad honorem Dei, & honestatem sui, quod notatur per domino, & talis confessio est utilis. Vnde sequitur, & tu remisisti impietatem pec- cati

cati mei. Secunda est confessio laudis, de qua in Eccl. dicitur. Confitebor tibi Domine rex & collau- dabo, & de his duobus dicit Psalm. Confitebi- mur tibi Deus, confitebimur tibi. Tercio est con- fessio fidei. De qua dicit Apostolus. Corde cre- ditor ad iustitiam &c. Et nota, quod confessio, in qua sunt septem conditiones praedictae, compa- ratur uielam, in qua sunt septem chordae. Vnde uie- la confessionis, quae habet istam septuplicem chor- dam, reddit in auribus Dei suauissimam & dul- cissimam melodiam, nec est aliquod organum mulicum, quod ita libenter Deus audiat, sicut ueram confessionem peccatorum, & ideo ma- nus, quae sic tangit uielam confessionis coram Deo, statim reportat salarium, idest ueniam de omnibus peccatis. Vnde dicitur. Narra si quod habes, ut iustificeris. Et Dauid consulit omnibus animis, idest peccatoribus poenitentibus, qui uo- lunt in curia regis aeterni introire, ut tangant eo modo uielam confessionis, ut supra dictum est. Dicit enim Psalm. Introite portas eius in confessione.

De satisfactione. Cap. IIII.

Tercio nota de poenitentia, quantum ad sa- tisfactionem. Et sunt praecipue septem no- tanda, ad hoc necessaria, ut sit perfecta poe- nitentia & peccati medicina. Primo enim ad satisfactionem requiritur abstinentia a pecca- to, sicut enim prima lex quae medicus ponit in- firmo, est abstinentia a cibo, ita primum, quod est necessarium poenitenti, est dieta, scilicet absti- nentia a peccato. Hanc legem imponebat hypo- critas noster Christus aegrotis suis, quos habebat in cura, sicut patet in adultera, cui Christus di- xit. Vade & amplius noli peccare. Secundo re- quiritur ad satisfactionem poenitentiae restituti- o rei alienae, & haec est sicut quidam minutio uel fleubotomia: minuit enim sanguinis substantiam, sed aufert febris materiam, & conseruat uitam: sic qui aliena restituit pecuniam minuit, sed au- fert cupiditatis & mortis aeternae materiam, & conseruat gratiam, & animae uitam. Et sicut sunt quidam infirmitates, quae non possunt sine fleuboto- mia curari, sic quaedam sunt peccata, a quibus non potest quis sine restitutione curari, aut iusti- ficari, sicut furtum, usura, simonia, rapina, & hu- iusmodi, quia non dimittitur peccatum, nisi re- stituatur ablatum. ut dicit Aug. Hanc fleuboto- miam faciebat sibi Zachaeus, qui dicebat. Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum: sed utinam usurarum modo redderent simplum. Ter- tio requiritur ad satisfactionem cinis humili- tatis: cinis enim & aqua calida faciunt bonum lixiuum, sic cinis uere humilitatis, & aqua ca- lida lachrymarum faciunt poenitentiam purga- riuam, & sicut aqua quantumcumque calida, nisi transeat per cinerem, non bene purgat sordes ue- stium, sic lachrymae quamuis calidae, nisi transeat

per cinerem humilitatis, non lauant sordes ui- tiorum. Ideo dicebat Iob. Ago poenitentiam in fauilla, & cinere: in fauilla deuotionis, & cinere humilitatis. Quarto requiritur ad satisfactio- nem poenitentis cilicium mortificationis, hoc est proprium & speciale malagma, & emplastrum carnis repressum luxuriae, & carnalis lasciuiae, & sicut emplastrum temperat & reprimit dolo- rem lateris, sic cilicium mortificationis reprimit libidinem, hoc emplastrum ponebat dire- ctè supra locum doloris Iudith, de qua dicitur. Quod habens supra lumbos suos cilicium, icium nabat, cilicium contra luxuriam, & ieiunium co- tra gulam. Quinto requiritur ad satisfactio- nem poenitentis ieiunium afflictuum, quia ad literam panis & aqua est cibus, & uita infirmi, & praeci- pue prohibetur uinum infirmis. Vnde ille bonus medicus paulus dicit. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Sed nota, quod omnia concedun- tur infirmis, de quorum salute dubitatur & de- speratur, sed alijs, de quibus habetur spes, cu- rentur, subrahuntur nociua, quantumcumque de- lectabilia, ut dicitur. Conuertimini ad me in to- to corde uestro, in ieiunio, & fletu & planctu. Et sequitur ibi. Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus? quasi diceret, ex quo Deus, qui est sum- mus medicus, ieiunare nos praecipit, nequaquam de nostra salute diffidit. Sexto requiritur ad satisfactio- nem poenitentis elemosyna, & hoc est quasi salarium medici. Fidelius enim laborat medi- cus, quoniam sperat bene se remunerari. Et nota, quod sa- larium est taxandum medico, secundum quod plus, uel minus laborauit circa infirmum, & quanto a maiori & periculosiore morbo liberauit egro- tum. Bene est igitur remunerandus medicus no- ster Christus, qui tamen circa nos laborauit, immo propter infirmitatem nostram animam suam mor- ti tradidit, ut dicitur in Isa. Et etiam qui a tam graui & multo implici infirmitate nos liberauit. Ip- se enim, qui sanat omnes infirmitates nostras, & redimit de interitu uitam nostram, ut dicitur in Psalm. Si enim bene remuneretur iste medi- cus, nequaquam de morte timeat aegrotus. Debet. n. remunerari, non in se, quia bonorum nostrorum non eget, sed in haeredibus suis, scilicet pauperi- bus. Reputat enim sibi met factum, quod sit pau- peribus amore ipsius. Vnde ipsa ueritas dicit. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. De isto salario elemosynae dicitur. Elee- mosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Septimo & ultimo requiritur ad satisfactionem poeniten- tis oratio deuota, sicut enim mater pro filio egro- to facit candelam, & emittit uotum, cum nullum consilium, uel auxilium superest medicorum, sic quoniam uidemus spiritum nostrum periclitari graui morbo peccati, debeamus Deo facere candelam bonae operationis, iuxta illud. Lucernae arden- tes in manibus uestris, & emittere uotum deo- tae orationis, & hoc genus demoniorum, scilicet

Iohel. 1.

Matth. 6.

Psalm. 94.

Rom. 6.

Hier. 6.

Prou. 18.

Psalm. 31.

Luc. 18.

Psalm. 118.

Ioh. 1.

Matth. 6.

Ioh. 1.

Psalm. 74.

Psalm. 31.

Luc. 19.

Simile.

Iob. 42.

Judith. 8.

Eph. 5.

Iohel. 2.

Expositio notabilis.

Isa. 53.

Psalm. 101.

Matth. 25.

Tho. 4.

Luc. 11.

cc



cet peccatum non eijcietur, nisi in oratione & ieiunio, ut dicitur in Marth. Oratio namq; pestes mentis curat, & ieiunium pestes corporis.

De oratione. Cap. V.

Oratio quid.

Tertio nota partes penitentia uirtuales, que sunt tres scilicet, oratio, ieiunium, & eleemosyna. Primo specialiter de oratione est dicendum, quid est. Oratio est petitio decretum in Deo uel a Deo. Vel oratio est metis eluatio in Deum. Damasceno auctore. De oratione nota specialiter quinque scilicet, typus decens, uirtus ingens, modus competens, locus congruus, & tempus conueniens. Habet igitur oratio typum decentem, & figuram elegantem. Comparatur autem specialiter tribus. Est enim oratio, sicut incensum diuinae miserationi offerendum, sicut scutum diuine indignationi opponendum, sicut tributum diuine dominationi persoluum. Est ergo oratio primo similis thori uel incenso, quod diuinae miserationi debemus offerre, sicut enim thus uel incensum super carbones positum, spirat suauem & redolentem odorem, uel fumum, sic oratio mersa super carbone deuotionis, multum fragrat in conspectu diuinae maiestatis, & ideo dicitur. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Secundo, est oratio similis scuto, quod diuine indignationi debemus opponere. Nam sicut scutum prohibet ictum lancee, uel sagitta, sic oratio seruat hominem a lancea, uel a sagitta sententia & ira Dei. Vnde dicitur de Aaron, quod proferens scutum orationis restitit ire. Tertio, oratio est similis tributo, quod diuinae dominationi debemus persolvere, sicut enim emphiteora, uel feudatarius soluit tributum regi pro emphiteosi, uel feudo, quod tenet ab ipso, sic tributum laudis & orationis soluendum est Deo pro emphiteosi corporis & anime, quam accepimus in feudo, iuxta illud. Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo. Item oratio habet triplicem figuram aliam, ualde pulchram, est enim uir orans sicut homo regi portans encensum, sicut a rege petens iudicium, sicut a rege petens succursum. Est itaq; homo qui orat, sicut ille, qui presentat regi magni encensum & nobile, ut homo magnus, uel nobilis domicellus, sic oratio est encensum adeo nobile & magni, quod solum debet presentari Deo per hominem magnum, scilicet iustum. Hoc est enim officium Christi hominis & mediatoris nostri, qui orationes nostras, & opera nostra presentat Deo patri, quod figurat diaconus in Ecclesia, uel in missa, cum offert tributum sacerdoti. Hoc est officium Angeli, qui nostras orationes similiter offert in conspectu Dei, sicut dixit Angelus ad Tobiam, quoniam orabas cum lachrymis, & sequitur ibidem, ego orationem tuam offerebam Domino. Et sicut regi non offert qui sibi ministrat, serculum coopertum cum muscis, sic qui orat, non debet regi regum offer-

Psal. 140.

Sap. 18.

Marth. 22

Tob. 12.

re serculum cum muscis, id est cogitationibus uanis & immundis. Est etiam homo qui orat, sicut ille, qui a rege petit iudicium, sicut enim ille qui in iudicio loquitur, debet habere testes de his quae proponit, alioquin non crederetur sibi, uel audiretur, immo a iudice puniret, sic oratio uocalis debet habere testimonium cordis, sed non cauedum est, ne cor orantis sit falsus, uel corruptus testis corruptione scilicet iniquitatis, quia dicitur. Iniquitatem si aspexi in corde meo &c. Sed si conscientia bona, & testimonium fidele ferat orans, iudicium pro se reportat. Nam dicit Apostolus. Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Est insuper orans, sicut ille, qui a rege in obsidione quaerit, uel petit succursum, nam sicut ille qui tenet castrum regis, si obsideretur ab inimicis, reputaretur infidelis, nisi castrum regi denunciatet obsessum, uel peteret succursum, uel nisi expectaret a rege auxilium, uel si post auxilium redderet hostibus castrum, sic cum hostes uisibiles & inuisibiles obsident animam tentationibus, statim debemus regi regum nuncium orationis mittere, & obsidionem denunciare, sicut propheta, qui dicebat. Consilium malignatum obsidit me. Deus enim non differt auxilium mittere, quia fidelis, & statim faciet succursum, cum ad tentationem fuerit prouentum, ut dicit Apostolus. Ad Corinth. Item, qui orat, debet clamare, sicut clamat populus, qui uult ubera, sicut clamat catulus, cum sentit uerbera, & sicut clamat populus, cum uidet pericula. Est itaq; homo qui orat, sicut paruulus uolens ubera. Nam sicut paruulus clamat pro desiderio lactis, sic uiri spirituales debent emittere ululatum orationis deuotae pro uberibus consolationis diuinae, iuxta illud quod dicitur. Meliora sunt ubera tua uino. Est etiam homo qui orat, sicut catulus sentiens uerbera. Nam sicut catulus sentiens uerbera, clamat plus, cum plus percutitur, sic plus debet clamare orando, qui a Domino tribulationis uerbera castigatur. Nam dicitur. Ad Dominum cum tribularer, &c. Est insuper homo qui orat, sicut populus uidens pericula, sicut enim consuevit populus clamare praecipue propter tria. scilicet contra aquam, ignem, & hostes, sic homo debet emittere clamorem contra triplex genus tentationis, scilicet contra carnalem concupiscentiam, quae per ignem figuratur, contra concupiscentiam terrenam seu mundaniam, quae per aquam sicut intelligitur, contra diabolicam guerram, quae proprie hostis appellatur. Haec pericula timebat Dauid, qui dicebat. Pericula inferni inuenerunt me. Item in oratione debemus os cordis aperire, sicut reumaticus aeri, sicut pulliculus matri, & sicut infantulus nutrici. Est itaque orans, sicut homo reumaticus, qui nares habet strictas, necessaria est enim ad respirandum apertio oris, sic qui habet imperfectum odoratum, scilicet desiderij celestis debet aperire os, & emittere uocem orationis.

Psal. 118.

1. The. 5.

Ecd. 39.

Erod. 17.

Psal. 118.

1. Cor. 10.

Gen. 8.

Psal. 54.

Psal. 114.

tionis. Nam dicit propheta. Os meum aperui, & attraxi spiritum. Est etiam os aperiendum orationi, sicut infans aperit os nutrici, sicut nutrix pascere infantem non posset, si puer os non aperiret, sic si uolumus nutrimentum uitae suscipere, orando aperiamus os nostrum ad nutrimentum uitae aeternae, scilicet gratiae diuinae, ut dicitur in libro Sap. Est insuper homo, qui orat, sicut pulliculus, qui quando sentit uenire matrem, aperit rostrum uersus coelum, sic cum frequenter uisitet nos Deus per inspirationem suam, quasi semper debemus habere os apertum per orationem deuotam, sicut dicit Apostolus. Sine intermissione orate. Et de uiro iusto dicitur. Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Item oratio est, sicut armatura militis orans, sicut lucerna uiam demonstrans, & sicut columba oliuam portans. Est itaq; oratio, sicut armatura. Nam sicut miles non exit sine armis ad bellum, ita sine armis orationis nullo modo debemus intrare tentationis conflictum. In cuius figura dicitur, quod Mose eleuante manus ad orationem, uincebat Israel, & cum remittebat manus, superabat Amalech. i. Diabolus. Est autem oratio, sicut lucerna uiam demonstrans, nam sicut lucerna est necessaria in tenebris, sic oratio in rebus dubijs. In cuius figura mulier illa euangelica. i. anima deuota, accedit lucernam, & inuenit dragmam, ut dicitur in Luc. Lucerna est orationis instantia, dragma uero est gratia diuina, quasi perdita fuerit, reperitur est oratione deuota. Et sicut lucerna dirigit gressus, sic oratio dirigit omne bonum opus. Vnde dicit Hieron. ad paulam. In principio cuiuslibet operis boni, promitte signum crucis in fronte cum oratione Dominica. Est insuper oratio, sicut coluiba, quae reuerfa est ad archam cum oliua, ut habetur in Gen. Nam sicut illa denunciavit pacem, & iam cessasse diluuium, sic oratio denunciat poenitentiam, reconciliationem, & ueniam peccatorum, & sicut columba illa portauit ramum oliuae, sic oratio ramum diuinae gratiae, & sicut columba habet duplicem alam, sic oratio habet duplices alas, scilicet ieiunium & eleemosynam. Vnde dicitur. Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & uolabo per orationem, & requiescam per deuotionem.

De ieiunio. Cap. VI.

De ieiunio nota specialiter tria, quibus ieiunium comparatur, quid in ieiunio reprobatur, & quale ieiunium commendatur. Primo enim comparatur ieiunium pluribus, & specialiter tribus. Est enim sicut parcitas ignis, uel lignorum sub olla, sicut agilitas in nauicula, & sicut concauitas in uiella. Est itaq; ieiunium sicut parcitas ignis, uel lignorum sub olla, sicut enim subtrahendo ligna, uel ignem de sub olla, cessat eius bullitio, sic corpori subtrahendo ei-

baria, cessat tentatio carnis. Vnde uersus. Luxuriat raro, non bene pasta caro. Vnde nota, quod ancilla prouida tripliciter impedit ebullitionem ollae, scilicet, ligna subtrahendo: aquam infundendo, & quae sunt in olla mouendo, sic anima poenitens, instar ancillae, contra ebullitionem carnis concupiscentiae, debet ligna subtrahere parce comedendo. Vnde uersus. Subtrahe ligna foco, si uis extinguere flammam. Debet aquam infundere, ad literam aquam, bibendo uinum bene limphatum. Debet ollam mouere, se uiliter occupando, Vnde dicit Apostolus. In laboribus, in ieiunijs, in uigijs, scilicet occupemus nos. Nam caro nostra ad statum Diaboli, sicut catho. ignis accenditur, & sicut olla succensa, atq; serueta. Vnde dicitur. Halitus eius prunas ardere facit. Est etiam ieiunium, sicut agilitas in auicula: nam sicut auis macillenta est agilis, ad fugiendum accipitrem ad uolatum sublimem, sic mens hominis ieiunantis & abstinentis, est habilis ad fugiendum accipitrem, id est hostis tentationem, ad sublimem uolatum contemplationis. De tali dicitur. Volauit super pennas uentorum, uolauit fugiendo tentationem, & uolauit se eleuando ad contemplationem. Econtrario uero est de graui & pingui, sicut de coturnice tempore uindemiaturum, quae non potest accipitrem fugere, nec alte uolare, sic homines carni dediti, nec bene possunt tentationem Diaboli uitare, nec bene celestia contemplari. Vnde in figura istorum Helyas ieiunauit xl. diebus, & xl. noctibus, ut scilicet persecutionem Iezabel euaderet, & ad mortem Dei oreb celeriter perueniret, ut legitur in libris. Regum. Helyas in figura signat animam hominis abstinentis, persecutio Iezabel designat tentationem carnis, & mons Dei oreb significat sublimitatem contemplationis. Est etiam ieiunium, sicut concauitas in uiella. Nam sicut uiella, nisi esset concaua, & corde superextensa, non esset sonora, sic homo nisi uacuus per abstinentiam, & extensus per rigidam poenitentiam, non reddit sonorosam diuinam laudem melodiam. Vnde in figura huius dixit Dominus Moysi. Quod faceret altare concauum, non solidum, ut legitur in Exod. 17. Concauum altare est cor poenitentis, ubi debet immolari sacrificium contritionis, & sacrificium laudis, quod quidem non debet esse solidum, id est delictijs plenum, sed inane & concauum, id est poenitentia & ieiunio attenuatum. Est etiam ieiunium, remedium ad expiandum morbum, bonum ingenium ad impugnandum lupum, & certum ingenium ad impugnandum castrum. Est itaq; ieiunium remedium ualde sanum ad curandum morbum. Nam sicut lex prima medicorum infirmantibus corporaliter, est dieta, sic primum auxilium uexati febris tentationis, est ieiunium & abstinentia. Vnde ieiunium ponitur primo inter opera poenitentiae, quae suadet sumus ille hypocras, scilicet Deus in suis amphorismis, dicens. Conuertimini ad me in toto corde

Nota.

2. Cor. 11.

Iob. 41.

Psal. 17.

3. Reg. 19

Exod. 17

Iohel. 2.



corde uestro, in ieiunio &c. Est etiam ieiunium ualde bonum consilium ad fugandum lupum, sicut enim uulgo dicitur. Fames eiecit lupum de nemore, sic abstinentia & ieiunium fugant Diabolum ab homine. Vnde dicitur. Hoc genus demoniorum non eicitur, nisi in ieiunio & oratione. Nam oratio fugat pestes cordis, & ieiunium pestes corporis, ut dicit Aug. In figura et huius, Iudith ieiunans occidit Holofernem, ut dicitur in Iudith. Iudith quae confites interpretatur, signat penitentem, qui peccata sua confitetur. Holofernes, quem Iudith ieiunans occidit, signat Diabolum, qui confessione, & abstinentia superatur. Est insuper ieiunium ualde certum ingenium, ad expugnandum castrum, sicut enim non est adeo forte castrum, quod non possit expugnari, si possent ei uictualia subtrahi, sic non est adeo rebellis spiritui, qui subtrahendo cibaria, non ualeat a spiritu subiugari. Caro siquidem nostra, castrum Diaboli est, quae semper rebellat se contra spiritum. De hoc castrum dicitur. Cuius fortis armatus, scilicet custodit atrium suum. Atrium Diaboli, est castrum corporis immundi, tunc in pace sunt omnia, quae possidet, huius scilicet turres superbia, fossatum auaritia, rupes inuidia, habens pro muro defensionem culpa propria, habens etiam portas conuersationis indiscipline, habens pacem peruersam intrinsecus delectationis imunda, sed tamen quantumcumque muniat, per ieiunium (ut dictum est) subtrahendo cibaria expugnatur. Item nota, quod quatuor in ieiunio reprobantur, scilicet cum ieiunans uacat peccato, qui enim ieiunat a cibo, & non abstinet a peccato, similis est Diabolo, cui esca non est, & malitia semper inest, ut dicit Isido. De hoc ieiunio dicitur. Hoc est ieiunium, quod eligi. Dissolue colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes. Sed in eodem capitulo dicitur. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Est etiam in ieiunio reprobandum, quod ieiunans quarit ex hoc laudem humanam, & gloriae transitoriae famam. Nam qui ieiunat propter humanam laudem, de hoc, quod subtrahit uis hosti, pascit duplicem hostem, quod enim unico aduersario, scilicet carni subtrahitur per ieiunium, de hoc pascit alios duos, scilicet Diabolum & mundum, tale erat ieiunium Phariseorum, de quibus dicitur. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes, exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes &c. Est tertio reprobandum ualde in ieiunio, quando ieiunans, ideo ieiunat, ut parcat bursa, talis enim nihil aliud uidetur facere, nisi quod subtrahit sibi & ponit in ore Diaboli id est in bursa, quae est os Diaboli. Vnde avarus uidetur multum diligere Diabolum, quod subtrahit ori proprio, unde pascat & impinguet ipsum, tale ieiunium reputat sa-

piens infelicissimum, dicens. Vir cui dederit Deus diuitias, substantiam & honorem, & nihil deest aia sua ex oibus, quae desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem, ut comedat ex eo, sed homo extraneus uorabit illud, hoc uanitas & magna miseria est. Est insuper reprobandum in ieiunio, quando ieiunans, ideo ieiunat, ut Deo suo, scilicet gulae seruiat & uentri, quod fit praecipue tribus modis. Quidam enim sunt, qui ideo ieiunant, ut postea melius comedant, tales nihil aliud faciunt, nisi quod solennitatem Dei sui, scilicet uentris praeniunt uigilia ieiunij detestabilis. Sunt etiam alij, qui tempore ieiunij quarunt magis delectata cibaria, & tunc uolunt comedere splendidius & lautius, & tunc una uice comedunt, quantum in duabus, quoniam non ieiunant, & tales talem gratiam solum faciunt Deo, scilicet, quod duos obolos dent sibi pro uno denario, & eandem gratiam facerent iudeo uel sarraceno. Sunt nihilominus alij, qui tribus diebus plus manducant pro uno miserrimo ieiunio, quod ieiunant. Nam die praecedenti dicunt cras ieiunabimus. Die sequenti dicunt, hert ieiunauimus. Die ipsius ieiunij dicunt, hodie ieiunamus. Et ita defraudant Deum, quia pro tribus obolis non soluant, nisi unum denarium. De talibus conqueritur Dominus. Circueuit me in negotiatione sua Effraim. De tali ieiunio potest intelligi illud. Nolite ieiunare, sicut ad hanc diem. Item triplex ieiunium in sacro eloquio commendatur, scilicet, bonum, melius, & optimum. Bonum est, quod quis ieiunat pro satisfactione peccati. Melius, quod quis ieiunat ad honorem Dei. Optimum, quod quis ieiunat cum exercitio boni operis. Bonum igitur dicitur, quod quis iam post mortem peccati, per contritionem & confessionem resurrexit, & in charitate existit, & ieiunat pro peccatis, quae fecit, si autem charitatem non habet, bonum amittit, quod habet, quia dicitur. Si tradero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest, & offert quasi cadauer mortuum Deo, qui ieiunat in peccato mortali, cum debeamus Deo offerre corpora nostra hostias uiuentes, ut dicit Apostolus ad Romanos. Melius uero ieiunium uocatur, quod ad Dei honorem & sanctorum suorum, gratis & cum deuotione celebratur. De quo intelligitur, illud. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, scilicet oleo unctuose compassiois, & faciem tuam laua, aqua lachrymarum contritionis, ut dicit glossa. Deo ieiunat, qui pro eius amore se macerant, & qui, quod sibi subtrahit, pauperibus elargitur. Optimum ieiunium dicitur, quando homo exterior ieiunat, & homo interior orat, ut dicit Isido. & quod quis ieiunat, ex una parte ieiunando macerat corpus, & ex altera parte bona agere non cessat, contra aliquos, qui nihil possunt facere, cum ieiunant, immo tunc ludunt ad scacos, ut ieiunium non sentiant, & sic oeciando, oeciunt uitam, contra hoc, quod dicit Boetius, quod pro oeciando,

uitando, ocia sectari ridiculosum est. Ieiunium bonum significatur per ieiunium Mosi, ut habetur in Exod. Ieiunium melius significatur per ieiunium Heliae sicut dicitur in libris Regum. Ieiunium optimum significatur per ieiunium Christi ut habetur in Matth.

De eleemosyna. Cap. VII.

DE eleemosyna quatuor sunt specialiter notanda, scilicet. Tempus elegans, motus stimulans, modus regulans, & fructus abundans. Habet ergo eleemosyna typum uel similitudinem elegantem, & specialiter triplicem, est enim eleemosyna, sicut lumen radiosum, sicut lumen copiosum, & sicut semen fructuosum. Est itaque eleemosyna, sicut lumen radiosum. Nam sicut lumen serenat aerem, sic eleemosyna serenat mentem, & sicut lumen fugat omnem tenebram, sic eleemosyna fugat omnem culpam, & sicut lumen debet portari, non post, sed ante hominem, sic homo prudens facit eleemosynam in uita sua, non post mortem. Qui autem eleemosynam non facit in uita sua, sed post mortem suam, similis est homini, qui post tergum uult portare lumen, id est lucernam. Dicit enim sapiens. Ante mortem benefac amico tuo, id est anime tuae, uel Christo in suis membris. Est etiam eleemosyna sicut flumen. Nam sicut flumen manat ex influentia fontis, sic eleemosyna ex influentia pietatis, & sicut fons, unde manat fluuius per occultos meatus procedit a mari: sic pietas hominis, unde manant eleemosyna, per occultam inspirationem uenit ex gratia Dei, & sic eleemosyna uenit a Deo, & datur Deo. Nam dicit Sap. Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant. Et sicut flumen quandoque exit extra ripas, nec est contentum proprijs alueis, ita interdum eleemosyna danda est bonus indifferenter & malis, maxime tempore necessitatis. Sicut pater coelestis, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluuit super iustos & iniustos, ut dicitur in Matth. Est insuper eleemosyna sicut semina. Et nota, quod sex sunt, quibus eleemosyna bene semini comparatur. Primo, quia sicut semen debet abscondi, ita eleemosyna debet occulte dari. Na dicitur. Conclude eleemosynam in sinu pauperis. Secundo, quia sicut semen uidetur perdi, tunc cum potius renouetur, sic eleemosyna uidetur amitti, cum datur, quae tunc tunc optime seruat, & thesaurizatur in thesauro Paradisi. Vnde dicitur sicut. Perde pecuniam propter fratrem. Tertio, semen cum senore surgit, sic qui dat eleemosynam a Deo centuplum accipiet. Vnde super illud. Feneratur Domino, qui miseretur proximo (dicit glossa) centuplum accepturus. Quattuor semen, quod est pretiosum, sicut triticum, in uno anno fertur, & in alio metitur, uile uero, sicut ordeum & milium, in eodem anno metitur & seminatur, sic eleemosyna pretiosa est, quae hic in anno gratia fertur, sed fructus eius in alio anno, scilicet

gloria, expectatur. Vile uero respectu huius, ut datur eleemosyna illa, quae in praesenti remuneratur, quia dicit Saluator. Amem dico uobis ceperunt mercedem suam. Pretiosa uero non solum in praesenti & temporaliter, sed etiam remuneratur aeternaliter, quia dicit Apostolus. Quod pietas ad omnia utilis est, promissionem habes uitae, quae nunc est, & futurae. Quinto, sicut semina gelu praesum, & retardatum, profert uberiorem fructum, sic eleemosyna, quam quis facit, dum sustinet tribulationem, uberior est habitura promissionem, seu fructum, uel remunerationem. Vnde dicitur. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem & cetera. Sexto, semina sustinet molestias multas, sicut gelu, gradines & pluuia, sic homo, qui libens eleemosynam dat, cum cor habeat compassione plenum, talis sustinet omnes necessitates pauperum, & miseras afflictorum. In cuius persona dicit Apostolus. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Item eleemosynarius est, sicut arbor, quae fructum facit, sicut nutritrix, quae puerum nutrit, & sicut mercator, qui merces uendit. Est itaque bonus eleemosynarius ut arbor, sicut enim arbor melius crescit & fructificat cum ab ea refecantur superflua, sic diuites melius proficiunt in gratia refecantes diuitias suas, scilicet dando eleemosynam, quae est de superfluis danda, uel facienda, sicut dicitur. Quod superest, date eleemosynam. Et sicut agricola tolerat in uinea aliquas infructuosas arbores, quae sustinent uites, sic summus agricola Deus in uinea sua, scilicet in Ecclesia tolerat multos diuites, qui cum eorum eleemosyna sustentant pauperes? Vnde dicitur. Vineam pastinavit homo. In uinea siquidem, non solum sunt uites, quae fructificant, immo & paxilli aridi, sic in Ecclesia Dei sunt peccatores & iniusti, qui uites fructificantes, id est iustos, suis eleemosynis sustentant. Homo etiam eleemosynarius est sicut nutritrix, quae lactat puerum. Nam sicut nutritrices conseruerunt impinguari, ut abundant in lacte, & bene nutriant pueros, sic Dominus impinguat diuites bonis temporalibus, ut abundant in lacte compassiois, & nutriant filios, id est pauperes suos. Vnde dicitur. Impinguasti in oleo caput meum. Tunc enim Dominus oleo caput impinguat, quando mentem ad pauperes, oleo compassiois humectat. Est insuper homo eleemosynarius sicut mercator industrius. Nam sicut mercatores pecuniam suam non tradunt eis, qui reddere non possunt, uel eis, qui ad mundinas uenturi non sunt, sic homo prudens non dat eleemosynam hystrionibus, qui nihil habent, scilicet de gratia Dei, & qui uenturi non sunt ad nudinas Paradisi. Ideo dicitur. Benefac humili, & ne dederis impio. Hoc uero in duobus casibus intelligitur, unus quod datur hystrionibus, non intuitu pietatis, sed ratione hystrionibus, alius est si credas, quod propter eleemosynam tuam, impius negligat iustitiam. Et sicut pedagium non petitur a b illis, qui tran-



transseunt uacui, sed ab illis, qui sunt onerati, sic Dñs pedaggiū eleemosynæ, non petita pauperibus, qui sunt uacui rebus transitorijs, sed a diuitibus, qui sunt onerati diuitijs, & pleni temporibus bonis. Vnde dicit Apostolus. Diuitibus huius sæculi præcipue, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum in futurum. Et sicut Dñs terrenus mercatoribus, qui furantur pedaggiū, aufert quandoq; totum capitale, sic illis diuitibus, qui pedaggiū eleemosynæ defraudant pauperem, aufert Dñs nō solum gratiam, immo etiam interdum temporalem substantiam: De tali dicitur. Tollite ab eo talentum & date illi, qui decem talenta habet. Avaro siquidem tollenda est temporalis substantia, & danda illi, qui miserando pauperibus, implet mandata Dñi. Secundò, eleemosyna habet motum stimulantem & specialiter triplicem: Vnde nota, qd ille, à quo petitur eleemosyna, debet præcipue cōsiderare tria, scilicet. Quis petit, pro quo petit, & ad quid petit. Primò igitur, qn pauper petit eleemosynam, debet diues cōsiderare, qd eam petit, quia Dñs, pro cuius amore petit eam mendicus. Deus enim adeò diligit pauperes, qd quicquid sit eis propter amorem suum, reputat sibi factum: Nam dicitur. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Petit ergo eleemosynam per pauperem suum ille, à quo diues petit quandoq; regnum, & ideò cum pauperi negat diues modicum frustum panis, timere debet, qd Deus non audiat eum, cū petit ab eo regnum æternæ felicitatis, quia dicitur. Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, clamabit ipse, & non audietur. Debet secundò cōsiderare diues, quid petit Deus, qn eleemosynam petit in suis pauperibus. Petit enim Deus nō nostrum, sed suum, ideò ualde ingratus est Deo, qd pauperi negat modicam eleemosynam, cum de bonis Dei habeat abundanter ad mēsam suam. Hoc cōsiderauit Dauid qui dicit. Tua sunt Domine omnia, & quæ tua manu accepimus, dedimus tibi. Tertio, debet cōsiderare diues homo, ad quid petit Deus. Deus enim petit non ad datum, sed ad mutuandum, nec tm̄ ad triplas, immo ad centuplas usuras. Vnde dicit Aug. Homo quid fœneras hoi, fœnerare Deo, & centuplum accipies, & uitam æternam possidebis. Et ideò nimis ingratus est, qui ad tales usuras, non uult comodare Deo, ad quales mutaret iudeo uel saraceno. Tertio, eleemosyna habet modum regulantem, & specialiter triplicem. Vnde nota, qd in dādo eleemosynam, debet esse modus iustus, modus gratus, & modus pius, iustus sine iniuria, gratus sine tristitia, & pius sine superbia. Primò igitur, qui dat eleemosynam, debet habere modum iustum, ut. s. det suum, & non alienū. Sicut enim aqua mūda lauat, & immūda cō inquinat, sic eleemosyna mūda, quæ. s. est sine peccato usuræ uel rapinæ, dantē mūdāt, pauperem lauat, & Deum placat. Vnde dicitur. Honora Dominum

de tua substantia, non de aliena, quia eleemosyna de alieno, ut de rapina, usura, uel de furto, dātam inicit, proximum ledit, & Deum offendit. Vnde in figura huius dicitur. Omnis oblatio, qd offertur Dño, absq; fermento erit. s. usura, furci, uel rapinæ, uel cuiuscunq; acquisitionis iniusta. Secundò, qui dat eleemosynā, debet habere modum gratum, ut. s. ostendat pauperi latum uultum, dulce uerbum, & promptam manum. Nam de lato uultu, dicit Apostolus. Hylarem enim datore diligit Deus. De dulce uerbo, dicitur. Responde illi, scilicet pauperi, pacifice in mansuetudine. De prompta manu dicitur. Ne dicas amico tuo uade & reuertere, cras dabo tibi, cū statim possis dare. Tertio, qui dat eleemosynam debet habere modum piū, & sine omni superbia, uel præsumptione, ut. s. dādo eleemosynam, laudem non quærat, pauperem ne despiciat, seipsam sine eleemosyna non dimittat. Qui. n. dat eleemosynam, laudem nitet humanam. Nā dicitur. Te autem faciente eleemosynam, nesciat &c. Debet etiam, qui dat eleemosynā, non propter hoc pauperem despiciere, quia dicitur. Et carnem tuam ne despexeris. Nec debet seipsam sine eleemosyna dimittere, qui uult alijs miserere. Sicut enim nō debere dici misericors, qui extraneis faceret misericordiam, & matri propriæ crudelis & immisericors esset, sic multo minus dicenda est misericordia, uel eleemosyna, quam quis faceret alijs, anima sua neglecta, & in peccato dimissa. Vnde dicitur. Qui sibi neq; est, cui bonus. Et Aug. Quid est miseris misero, non miserante sibi ipse?

TITVLVS TERTIVS
DIETAE SALVTIS,
DE PRÆCEPTIS DIVINIS,
& primò in communi. Cap. I.

Postquam dictum est de poenitentia, dicēdū est de præceptis, quia hæc est tertia dieta salutis, scilicet ad poenitentiam uenire ad præcepta. Et ideò nota de præceptis diuinis specialiter tria. s. qualiter sunt descripta, qualiter distincta, & qualiter edita. Fuerūt. n. descripta indelebiter, distincta rationabiliter, edita uniuersaliter. Circa præceptorum descriptionem est norandū, qd ad obseruandum præcepta diuina, debet nos monere præceptorum scriptura tripliciter, si attendamus, quis scripsit, ubi scripsit, & quō scripsit. Primò. n. si quis, quis scripsit, dicitur qd digitus Dei. s. spūs sanctus. Scriptura. n. magis est autētica & plus obseruanda, qn per manū publici tabellionis. est cōfēta.

ta. Ille tabellio est spūs sanctus. s. qui ex nihilo fecit cælum & terrā & omnia elementa, & corpus Christi formauit in uirginali utero, & de puluere formauit corpora nostra. Item idem scripsit decem præcepta. Ille enim est notarius publicus, qui fecit instrumentum de matrimonio, quod coniunxit Dei filius in uirgine Ecclesia, & in nostra carne, & ipse scripsit testamentū, quod condidit Christus in cruce, in quo legauit spūm Deo patri, matrem Ioanni, & Paradisam latroni, iste tabellio scribet in die iudicij æquitatem diuinæ sententiæ, iste scribet electos in libro uitæ, & breuiter iste scribet omnes cartas & scripturas & instrumenta diuina. Benè igitur, obseruanda est præceptorum scriptura. Vnde dicitur. Deus dedit Mosi tabulas scriptas, utraq; digitus Dei uiui. Secundò, si quæras ubi scripsit, dico, qd in tribus locis. s. in lapidibus marmoris, in profundo pectoris, & in pergamento humani cordis. De scriptura marmoris nota, qd duo fuerūt paria tabularum, primæ post scriptura fuerunt fractæ, instar illarum fuerunt alia renouatæ. Primæ significant innocentiam, secundæ poenitentiam, & ideò si contingat tabulas innocentie frangi, debent saltē præcepta in tabulis poenitentie scribi. Est. n. mirè cautum, qd si instrumenta uetustate, uel aliquo casu consumpta, sunt per manū notarij exēplanda, eandem auctoritatem cum originalibus habitura, quia poenitentia reducit in gradū pristinum, & omnes defectus reuocat ad perfectum, ut dicit Aug. in ypōstition. Vnde dicit Dominus Mosi. Præcide duas tabulas lapideas istar priorum, & scribam super eas, quæ habuerunt tabulæ, quas fregisti. De scriptura præceptorū in corde, nota, qd in hac scriptura, scriptor (ut diximus) est digitus Dei scribens, calamus, lingua prædicantis, iuxta illud. Lingua mea calamus scribæ, & spiritus sanctus scribens pergamentum, est mūdicia cordis, nam in pergamento luto uel immundo, litera nō benè formatur, nec apparet scriptura, immo oportet, qd sit album & mundum. Vnde dicebat propheta. Cor mūdum crea in me Deus. Incaustum huius scripturæ est gratia spūs sancti. Rubrica ornans totā scripturam, est sanguis Christi. Cōtinētia scripturæ est dilectio Dei & pximi, quia finis præcepti est charitas, ut dicit Apost. scribens ad Tim. Hæc scriptura, quia tā chara fuit, ideò intima & secreta est. Ideò sicut iocalia chara & priosa reponūtur cum magno studio, in loco secreto & scrinio pretioso, ideò &c. & de hac scriptura chara & intima dī. Dabo legē meā in uisceribus eorū, & in corde eorū scribā eā. De scriptura præceptorū in corde, nota, qd in triplici parte corporis nostri, quodammodo scripta sunt præcepta Dei, quasi pro sempiterno & cōtinuo memoriali. Scripta. n. sunt in manibus, ubi sunt decē digiti, in pedibus ubi sunt decē articuli, & in quinq; sensibus, ubi sunt organa, sicut duo oculi ad uideūdū, duæ aures ad audiēdū, duæ nares ad odorādū, duæ fauces ad

gustādū, duæ manus ad tēgendū, per qd patet, qd præcepta diuina debēt in nobis dirigere gressus affectionis, ideò sunt decē articuli pedum, quali memoriale decē præceptorū. Debēt et regere sensus affectionis, actus operationis, pp quod sunt decē digiti manū, ad designādū. x. præcepta, seu præceptorū mādara. Debēt nihilominus moderari sensus nostræ cōuersationis, pp hoc in sensibus sunt decē organa, ad designādū decē præcepta. Hic est liber scriptus intus & foris, ut dī in Ezech. Quia præcepta (ut dictū est) debēt esse scripta intus. s. in corde p dilectionē, & foris p operationē. s. in corpore. Tertio, si quæras quō scripsit, dico, qd tria sunt, quæ cōsueuerūt delere scripturā, aqua, ignis. s. & uetustas, sic spūaliter aqua transitoria delectationis, ignis afflictionis, uetustas deficiētiæ cōuersationis, in aqua significatur tēratio carnis inficiētis, in igne tēratio hostis decipiētis, in uetustate tēratio mūdi deficiētis. In quibusdam. n. delet præcepta aqua, uel liquor carnalis delectationis, in quibusdā, ignis, uel seruior hostilis psecutionis, in quibusdā uetustas mundialis cōuersationis, & ideò cōtra ista tria, Deus uoluit præcepta sua indelebiter in lapide scribere, ut nunq; delerētur, nec carnali bestialitate, nec mūdiali pspertate, nec hostili aduersitate. Vnde dī. Cælum & terra transibūt, uerba autē mea nō transibunt. Itē nota, quot tres scripturæ sunt specialiter indelebiles & immobiles. s. leges Imperatorū, donatio inter uinos, & ultimū testamentū. Præcepta autē Dei, sunt leges Imperatoris summi, edita in cōcistorio Trinitatis, quæ legūtur à doctoribus p catholicā prædicationē, repetuntur à scholaribus p bonā operationē. Vnde dī. Hic est liber mādatorū Dei, & lex quæ est in æternū. Sunt. n. præcepta diuina æterna, sicut donatio inter uiuos, & irreuocabiliter donat uita æterna illis, qui inter uiuos. i. in statu græ obseruāt mādara diuina, ideò dī. Si uis ad uitā ingredi, serua mādara. Benè autē dī donatio inter uiuos, & nō inter mortuos, quia in statu culpæ, nō pot quis diuina præcepta obseruare. Sunt nihilominus præcepta diuina, sicut ultimū testamentū. Nā primū testamentū fuit iudeorū, qui præcepta obseruabāt ex timore, & illud fuit reuocatum. Sed m̄ testamentū fuit Christi. s. tpe græ, in quo obseruantur præcepta ex charitate, & illud fuit in morte Christi confirmatum. Vnde Christus dixit in suo ultimo testamēto. Hoc est præceptū meum, ut habetur in Ioan.

De præceptis primæ tabulæ. Cap. II.

Circa præceptorū secundā distinctionē, notādū est primò in gnali de oibus. Et nota secundū Iosephū, qui fuit doctor hybtoricus, qd præcepta diuina fuerūt p aliquas partes i duas tabulas distincta, quia quinq; fuerūt in una tabula, & quinq; in alia. Sed secundū Origenē, & beatum



Et notandum, q̄ triplex est ratio, quare prohibetur mechia uel luxuria. Primo, igit quia mechia est hmoi mundi, quasi uilis infirmitas, q̄a ferē totus mundus tabescit & agrotat, uel moritur isto peccato, & est moribus ita contagiosus, q̄ solo aspectu inhiat hoiem, Vnde saluator noster phibuit aspectu illicitu dicens. Qui uiderit muliere ad concupiscendu eam, iam mechatus est in corde suo. Mulier naq; adultera (sicut basiliscus) solo aspectu interficit hoiem, ppter quod nos non debemus nimis propinquare, uel familiares esse eis: sicut nec infirmis q̄ laborant morbo contagioso, q̄a dicit. De uestimētis, pcedit tinea, & a muliere iniquitas uiri. Secundo, q̄a mechia est maior mercatura Diaboli. In alijs et peccatis lucratur Diabolus unū peccatorē pro uno pctō, sed in mechia (ut uulgō dicit) lucrat pro uno peccato duos, immō tres, & interdū plures. scilicet adulterā & uetula, quā pcurat peccatu, quia et Diabolus in hoc magis multiplicat usuras suas, ideō huic mercaturā uel negocio plus intēdit, immō non curat dormire, uel comedere, tm̄ est itētus huic p̄simā mercaturā. Dicit. n. Qui me comedūt, sc̄tando, nō dormiūt. f. a tentatione cessando. Tercio, quia et mechia est cōior uia inferni, hoc est, strata publica magis lata, q̄a plures ambulā p̄ eā. Alia peccata uēdicant sibi specialia hoium genera, sed luxuria nulli parciūt, & ferē ad oēs genus hoium se extendit. Exēplū de Diabolo, q̄ secundū fabulā habuit uxore, & ex illa habuit septē filias, & maritauit eas. Superbiā dedit mulieribus, quā totū studiū suū ponit in uanitate & in speculo, p̄tine, & crinibus, & monibus, & ornatu capitū &c. Vsurā dedit burgenfibz. Rapinā militibus & magnatibus. Symoniā clericis & pralatis. Hypocrisim religiosis. Et luxuriā uni uersis. De hac uia dicit. Lata est porta & spaciofa uia, quā ducit ad perdicionem, & multi sunt, qui intrant per eam.

Math. 5.

Eccle. 42.

Iob. 30.

Exēplum.

Math. 7.

De prohibitionē furti. Cap. VI.

Quartum præceptū secundæ tabulæ est. Nō furtū facies. In quo phibet furtū, rapina, & symonia, & oīs illicita cōtractatio rei aliene. Et nota, q̄ furtū cū suis comitibus est cōtra triplicem legem. Est enim primō cōtra legē naturæ, secundum quā oīa debent esse cōia. Fures autē & sui comites, nō solū retinēt sua ppria, immō usurpāt aliena, cōtra illud p̄ceptū naturæ, quod scriptum est. Quod ab alio oderis tibi fieri, uide ne tu alteri aliq̄i facias. Est cōtra legē scripturæ, ut dī. Nō furtū facies. Est et cōtra legē gr̄æ. Nā charitas, q̄ est secundū primū p̄ceptū legis gr̄æ, nō querit sua, sed aliena. Charitas p̄cepit dare, dicēs. Date & dabit uobis, cōicando. Hęc autē potius nitit auferre. Charitas autē cōmūctā, facit nos similes Deo, q̄ nō solū & sua & aterna, sed et seipsum p nobis dedit, ut habet ad Ephes. Fures raptōres, & usurarij auferendo alijs, sunt similes morti & Diabolo. Nā mors nitit furari & auferre corpus, Diabolus autē aiām. De talibus dī. Percussimus

Tob. 4.

Exod. 20.

Luc. 6.

Ephes. 5.

Isa. 28.

foedus cū morte & cū inferno. i. Diabolo, fecimus pactū, q̄ furat aiām. Et præcipue usurarij, fures, uel raptōres, q̄ auferūt sua pauperibus, sunt similes morti, q̄ auferūt pauperibus uictū suū necessariū, & p̄ cōsequens uia suam. Nā dī. Panis egenitium uita pauperis est, qui defraudat illū, homo sanguinis est.

De non dicendo falso testimonio, & de peccatis linguæ. Cap. VII.

Quintum præceptū secundæ tabulæ est. Nō falsum testimoniū dices. In quo phibetur oēs peccatū, & oīs inordinatio linguæ, & sp̄aliter cōtra pximū. Sunt autē, secundū doctores, xxi, peccata, uel deordinationes linguæ, & oēs phibent. scilicet blasphemia, murmur, defensio peccati, periuriū, mēdaciū, detractio, accusatio, multiloquiū, uerbū ociosum, scurilitas q̄ ad rem nō pertinet, indiscretio, conuiciū, cōtentio, bonorū derisio, prauum cōsiliū, feminare discordias, maledictio, adulatio, peccatū bilinguiū, rumor, iactantia, & secreti reuelatio specialiter. Et nota, q̄ falsus testis tribus psonis est obnoxius (ut dicit Iob. de summo bono) est. n. obnoxius Deo, quē cōtemnit, & iudici, quē decipit, & pximo, quē laedit. Mendax est sicut denarius falsus, ut potius sicut falsus monetarius, q̄ fabricat falsam monetam, & talis de iurē punitur morte aeterna, iuxta illud. Perdes oēs, qui loquunt mēdaciū. Detractor similis est canī, q̄ lambit in hoie, nō carnē suam, sed ulcera & saniem. Murmurans autē, similis est rota deteriori carri, q̄ plus est q̄ alia garrulosa, quia. f. nō est unctā oleo: sic isti deficit unctio Spiritus sancti. Iactans similis est cuculo, quā nescit nunciare, nisi de seipso. Adulatores similes sunt canibus, qui, cū obuiāt sibi inuicē, osculant se in loco immundo. Bilinguis uel reportator uerborum, similis est serpenti, qui hēt linguā bifurcatā: sic tales loquunt ad duas partes. Qui stultē, p̄mittit, similis est arbori, q̄ hēt lata folia, sicut uitis, q̄ citō folia desinit, ut dicit i Psal. Qui loquitur scurriliter, similis est porco, q̄ ubiq̄ ponit pedē, nō ueret ponere os. Qui peccatū defendit uel excusat, similis est adā, q̄ retorsit culpā suā in Deū, dicēs. Mulier quā dedisti mihi sociā, dedit mihi de ligno & comedi. &c. Qui maledicit, similis ē hystrioni, uilior immō uilissimus est inter oēs, qui uulgō dī ioculator, sic maledicente, q̄ multis est odiosus. Qui multū loquit, est sicut fatuus mercator, q̄ sine numero pōdere & mēsurā uēdit merces suas, & ideō nō ē mirū si interdū defraudet. Qui indiscretē cōminat, similis est canī, q̄ plus latrat & minus facit, nobilis. n. canis sicut leporarius, uix latrat. Qui cōuitiatur, est sicut canis macelli, q̄ semp os portat sanguinolētū. Qui cōtēdit uel cōtētionē incipit, ē sicut ille q̄ a Diabolo mutuū recipit, q̄ in cōtētionē recōtēdit, Diabolo usuras soluit. Qui prauē consulit, est sicut serpens, qui m̄ficat quicquid lingua eius tangit. Qui rumores multos narrat, similis est lupo, qui (ut dicitur) uno mense uiuit de uento. Qui loquitur

Eccle.

Zac. 5.

Psal. 27.

Iob. 30.

Psal. 7.

Prou. 30.

Aggei. 1.

quitur uerba ociosa, est sicut ulmus & alia arbor, quæ nullum fructum ferunt, sed folia tantum. Qui bonos deridet, est sicut cæcus, qui spuit & nescit ubi, sed spuit aliquādo super uultum alicuius, quando credit sp̄uere super terram uel lutū. Qui seminat discordias, est sicut serpens ignominiosus, quia talis uomit ignem, & incēdit rancorem. Qui secreta reuelat, est sicut saccus sine fundo, & sicut uas sine opertorio. De blasphemio & periuro dictum est supra in cap. 2. Et propter hoc per talia quæ a lingua procedunt, uocatur uniuersitas iniquitatum in Zacharia.

De prohibitionē concupiscentiæ. Cap. VIII.

Sextum præceptū secundæ tabulæ est. Non concupisces rem proximi tui. Septimum præceptū est. Nō desiderabis uxorem eius. In primo prohibetur concupiscentia oculorum. In secundo concupiscentia carnis. Et nota, q̄ triplex est ratio, quare specialius ista concupiscentia carnis duplex prohibetur, tum quia est quædam anima labes, quæ citō maculat, & uix potest tergi, tum quia est quidam anima ignis qui subitō inflammat, & uix potest extinguī: tum quia est quædam anima sitis, quæ semper cruciat, & uix potest satiari. Primō igit hæc duplex concupiscentia est anima labes, quæ uix potest tergi. Vna istarum. i. concupiscentia carnis est sicut aqua, ppter labilitatem transitoria delectationis. Altera. scilicet concupiscentia oculorū, est sicut terra, propter ariditatem terrenæ affectionis. Sicut ergo ex aqua & terra fit lutū materiale, ita ex hac duplici concupiscentia fit lutū spirituale, quo anima fordida, & p̄ consequens sc̄tet, & displicet in cōspectu Dei ad modum uilissimi lutū. Vnde dicitur in Psal. Ut lutū platearum delebo eos. Secundō ista duplex concupiscentia est anima ignis, quæ uix potest extinguī. De quo dicit in Iob. Ignis est usq; ad perdicionē deuorans. Inflamat enim aiām, & inflamādo incinerat, & tunc terra soror earū. scilicet superbia uita, quæ est sicut uentus, insufflat in aiām, sic redā etiam in cineres, & dispergit eam in uentū, & per cōsequens ad nihilat. Et ideō dicit in Psal. Quod impius est sicut puluis, quē proiecit uentus a facie terræ. Tercio ista duplex concupiscentia est aiā sitis, quæ uix potest satiari: cuius duæ sunt sanguisugæ filia dicētes, affer, affer, sicut dicit in Prou. Concupiscentia oculorū dicit affer diuitias, concupiscentia carnis dicit affer delicias. Vna non cessat cōgregare, alia nō cessat effundere. Vnde dicit Aggeus. Qui mercedes congregauit, misit eas in saccū pertusum. Homo mundanus diuitiarum & deliciarum sitibūdus, saccus dicitur pertusus, & ideō non est mirū, si nunquā potest satiari, quia nunquā potest impleri ad modū sacci pertusi.

De præceptorū editione ac promulgatione. Cap. IX.

De præceptorū editione uel promulgatione notandum, q̄ sunt utiliter edicta & sub triplici p̄na, & primō sub p̄na corporis & aiā. Lex. u.

imperatoris editur sub p̄na corporis tantū, sed lex creatoris sub p̄na aiā & corporis, ut dī in Matth. Nolite timere eos q̄ occidunt corpus, animā autē nō possunt occidere. Secundō præcepta diuina edicunt, uel mādant sub p̄na bonorum mobilium: bona mobilia dicunt bona gratia, quia possunt perdi & recuperari: bona immobilia dicunt bona gloria, quia semel habita nunquam possunt amitti. Transgressores ergo præceptorū diuinorum, bonis gratiæ & gloria priuant. Ideō obseruātibus datur gratia in præsentī, & gloria in futuro, iuxta illud Psal. Gratia & gloria dabit nobis Dñs. Tercio præcepta diuina edicunt sub p̄na patibuli infernalis, transgressor ergo diuini præcepti, iam est in uia q̄ ducit a Diabolo ad patibulum inferni. Et nota, q̄ tria sunt quæ sunt latroni, q̄ ducit ad patibulum. Oculis uelatur, manibus ligat, & ueste nudat: sic peccatori q̄ ducit ad infernū, uelantur oculi rōnis, ligant manus bonæ operationis, demudat ueste honestæ cōuersationis. Sic ergo præcepta diuina edicuntur sub multiplici p̄na. Ideō dicitur in Psal. Tu mādasti, mandata tua custodiri nimis.

Math. 10.

Psal. 83.

Psal. 83.

Tria notā da q̄ sunt latroni.

Psal. 118.

Quod transgressores præceptorū in stat Tharoonis decem multentur plagis. Cap. X.

Nota, q̄ sicut decalogus est decem præceptorū Dei, sic sunt decem transgressores decalogi, q̄ figurant per decē plagas Aegypti: quæ fuerunt sanguis, rana, cimices, & mulca, animalū pestis, & uelsica, grando & locusta, tenebra & mors primogenitorum. Et p̄ istas decem plagas Aegypti figurant (ut dictū est) transgressores decalogi. Nā sicut plaga illa uastauerunt Aegyptū, sic plaga peccatorū cōrumpunt mundū istum. Prima ergo plaga Aegypti fuit sanguis, oēs enim aquæ Aegypti uersæ fuerunt in sanguinē: & hoc signat sanguinē & corruptionē luxuria. Secunda plaga fuit rana, tota enim Aegyptus bulliuit ranis, & significat loquacitatē & peccata linguæ. Tertia plaga fuit cimices, cuius aculeus amarus quasi inuisibiliter pungit, & significat aculeum inuidiæ. Quarta plaga fuit mulca grauisima, & hoc significat indignationē & peccatū iræ. Quinta plaga fuit pestis animalū, & hoc significat languorem, uel peccatū acediē. Sexta plaga fuit uelsica turgēs & ampulosa, & hoc significat inflationē, & peccatū superbiæ. Septima fuit grando, & hoc significat persecutionē & peccatū iniuriæ, quæ ex superfluitate nascit iniuria uel malitia. Octaua fuit locusta, q̄ deuorauit quicquid residuū fuit in gradine, & significat uoracitatē & peccatū gula. Nona plaga fuit palpabilis tenebra, & hoc significat cecitatē ignorantia. Decima & ultima fuit mors primogenitorū, & hoc significat scandalū uel notam infamiae, quando. scilicet maiores præbent occasionem peccadi uel materiā ruinae. Hęc fuerunt plagæ Aegyptiorū ad literā, & istæ sunt mysticæ plagæ peccatorum transgressionis decem præceptorū: Vñ sicut Aegyptij post plagas istas fuerunt



rūt submersi in mar rubro, sic homines mūdani post plagas istorū peccatorū, si nō fuerūt p pœnitentiam, soti uel sanati, submergentur in inferno cū Pharaone & suis curribus. i. cū Diabolo & angelis suis. Qui aut fuerit trāsgressor diuini pœcepti, nō erit immunis à plagis peccatorum, & à gutture tormentorū, quia dī in Eccl. Qui custodit pœcepta, non experietur quicq̃ mali.

TITVLVS QVARTVS
QVARTA DIETA,
DE CONSILIIIS
EVANGELICIS.

Et primò de religione. Cap. I.



DOST tractatum de pœceptis, dicendū est de cōsiliis Euangeliorū. Hæc est enim quarta dieta salutis. s. de pœceptis ad cōsilia euāgelica, sicut à minus pfectis ad magis pfecta peruenire, & qm̃ istā dietā ambulāt uiri pfecti sicut religiosi, ideo dicendum est hic de religione in cōi. Vñ in noie Dñi de religio neuel cōgregatione nota spāliter tria. s. typū cui comparat, ortum vñ derivat, votum quo ligatur. Habet ergo religio typum multiplicem, q̃ ipsam reddit commēdabile. Vñ nota, q̃ tria commēdātur in religione uel religiosi. s. pōdus maturitatis, amor cōitatis, & fuga proprietatis. Religiosus ergo debet habere pōdus maturitatis, sicut uerus trapezita uel campfor, cognoscit meliores denarios ad pondus, sic absq̃ dubio, in pondere maturitatis cognoscitur religiosus. Nam in Psal. dī. In populo graui laudabo te. Religiosus debet amare communitatem, & hoc multiplici exemplo. Videmus. n. q̃ plures hoies qñ sunt cōgregati incedunt securius, resistūt fortius, solaciant iucūdius. Vñ dī in Eccl. Melius est duos esse simul, q̃ unū. Videmus insup ecōtrario, q̃ anis sola singularis, uel est rapax, ut accipiter, uel amisit sociū, ut turs, sic religiosus singularis, uel est rapax detrahendo, uel iudicando patrē, uel pximum, uel amisit socium. i. Christum, q̃ dī ē in Eccl. Vñ soli. Ideò in oblatione Dñi in tēplo, fuit par turturū, nō sola turtur, ut dī in Luc. Videmus. n. q̃ sola cādela p uētū extinguit, sed nō ita de facili qñ cū aliis ardet, sic plures cōgregati in uinculo charitatis, iūcti melius lucēt p exēplū, uehemētius ardēt p desideriu diuinū. Vñ dī in Psal. Cōgregare illi sanctos eius. Videmus. n. p̃terea, q̃ nō solus denarius, sed plures faciūt thesaurū, nō vnus miles, sed plures faciūt exercitū: nō vnus scholaris, sed plures faciūt studiū, nō vnus bos, sed plures trahūt iugū: nō unū mēbrū, sed plura faciunt corpus unū: nō vna apis, sed plures cōponūt fauē: nō vnū granū, sed plura faciūt acerū, nō una species, sed plures faciūt electuariū: sic cū plures sūt uniti p amoris uinculū, est i eis absq̃ dubio ma-

Tria de religione.

Psal. 34.

Eccl. 4.

Eccl. ibidem.

Luc. 2.

Psal. 49.

Exempla ex q̃libet.

ior abūdāria meritorū. Vñ i figura huius non unus solus discipulus, sed plures discipuli receperūt Spūm sanctū, ut dī i Act. Religiosus debet insup fugere & cauere pprietatē, sicut. n. uespilio bibit oleū in Ecclesia, ubi laudat alii Deū, sic religiosus pprietarius, instar uespilionis, bibit & furat bona monasterii, ubi alii uacāt laudibus & Dei seruitio, sicut Iudas, q̃ solus inter Apostolos pecuniā furatus est, ut dī in Ioā. Itē nota, q̃ tria sunt reprobata spāliter in quolibet religioso. s. indeuotio, dissolutio, & uagatio. Nā religiosus indeuotus, est sicut sirpus, uel iūcas, aut mergus, q̃ interior est aridus, & tñ stat in aqua, uel loco aquoso. Itē sicut piscis q̃ semp bibit aquā, & cum aperit ueter inuenit uacuum, talis iuxta panē morit fame, iuxta fontē morit siti, iuxta ignē morit frigore. Et de talibus dī in Psal. Diuites eguerūt & esurierūt. Est et̃ re. pbāda in religione dissolutio uitæ, & inhonestas in cōuersatione. Nā secularis inhonestē uiuēs, solū infamat seipsum, religiosus uerò inhonestus & dissolutus, infamat totū monasteriū & ordinē suū. Nam sicut qñ uinum pclamatur in uilla, per uinum quod portatur in cipro iudicat homines de toto uino quod est in dolio: sic mūdus per cōuersationem quam uidet in uno religioso, iudicat oēs alios qui sunt in monasterio, uel in ordine suo, & hoc tam in bono, q̃ in malo. Vndē dicit Apostolus. Spectaculū facti sumus mundo. Est insuper in religioso ualde reprobanda uagatio, sicut. n. piscis nō diu uiuit extra aquam, sic religiosus uagabūdus citō moritur per culpam. Vndē dicit Hiero. Ocium mihi carcer est, & solitudo paradysus. Item nota, q̃ religiosus debet se castigare non interficere, prāto obedire non contradicere, & semper in bono proficere, non retrocedere. Religiosus itaq̃ debet corpus proprium non occidere, sed disciplinare, & disciplinam cum ratione regulare, & interdum disciplinā remittere, sicut aquila retrahit alas, ut melius extēdat: & balistarius remittit uel distendit arcum, ut fortius postmodum trahat, sic interdū remittēda & tēperāda est disciplina, ut postea conualeat. Nam dicit Apostolus. Rationabile sit obsequiū uestrum. Religiosus et̃ suo pralato debet obedire humiliter & nō resistere. sicut. n. mēbra iudicantur paralitica, quæ non mouētur ad imperiū capitis, sic puerus est religiosus subditus, q̃ nō sentit motū & spēriū patris spūalis. De talibus dī i Exod. Fiat imobiles quasi lapis. Et sicut oē humidū (sicut dicit Phūs) malē terminatur termino pprio, & benē alieno: sic religiosus bñ regit, si obseruet plati pœceptū, malē uerò, si sequat ppriā uoluntatis uotū. Nā dicit Bern. Tolle ppriā uoluntatē, & infernus non erit tibi. Religiosus insup debet sem p̃ficere, & nō retrocedere, & ideo à latioribus incipere debet, ut p̃ficiēdo ad altiora ualeat puenire. Nā dicit Gre. In uia Dei nō p̃ficere, deficere est. Sicut. n. edificat i fundamēto fit latius, & postmodū cōstruēdo fit strictius, sic religiosus talē p̃fectionē debet scipe, quod

Act. 1.4. Hic homo cepit edificare, & nō potuit colama re, ut dicit in Luc. Debet aut super oia in religio ne p̃ficere, quia dicit saluator. Nemo mittens manū ad aratru, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Sicut. n. stultus est, qui tēpore tēpētatis exiit de nauī, & proiecit se i mari, ita summa stulticia est, tēpore tentationis nauem religionis dimittere, & ad submergendū se i mare seculi p̃cipitare. De talibus aut dicit in Actis. Nisi in nauī manseritis, peribitis. Itē nota, q̃ religiosus debet in disciplina nutriti, & informari tripliciter. s. sicut paruulus in domo, sicut plantula in orto, & sicut uirgula in uirgulto. Debet itaq̃ religiosus admodū pueri, in disciplina diligēter enutrirī & educari. Vndē nota, q̃ debet habere duas obstrices in p̃cessu, duas nutrices in p̃gressu, & duas cōsiliatrices in p̃fectione uel statu. Debet igitur habere duas obstrices. s. obedientiā, quæ liget sibi manus & pedes, & inuoluet eum in panniculo paupertatis: & humilitatē, quæ inclinet eū in p̃sepio & in cunabulo claustrī, cū freno temperantiæ & capistro cilicij. Ista sunt duæ obstrices Hebræorū. i. Religiosorū, quæ conseruabant mares. i. p̃fectos religiosos, & p̃fecte uiuere uolētes, ut habet in Exodo. Debet et̃ habere duas nutrices in p̃gressu. s. ueritatē, quæ doceat eum loqui, iuxta illud Petri. Si quis loquit, quasi sermo nes Dei: & honestatē, quæ doceat eū ambulare, iuxta illud quod dicit Apostolus ad Thef. Præcipimus uobis, ut honestē ambuletis ad eos qui foris sunt. Debet nihilominus habere duas cōsiliatrices in p̃fectione & statu. s. charitatē ad Deum, & ad pximum, nā dicit Apostolus. Caritas fraternitatis maneat in uobis, & austeritatē ad seipsum iuxta illud eiusdē Apostoli. Castigo corpus meū, & in seruitutē redigo. Religiosus instar plantula, debet nutriti in disciplina uel in religione. Vndē notandū est, q̃ hortolanus fodit sapē citē ea plantulas q̃ sunt in orto suo, q̃ spiritaliter debet fieri nouo religioso, plantula uerò de uino loco eradican, & in alio trāsp̃lantantē, claudunt, rigan, purgant, fodunt, & colunt: sic nouicius debet instar plantula, de mundo radicitus euelli, & in religione trāsp̃lantari, & in sancto p̃posito radicari, circūsp̃ectione claudi, deuotione rigan, cōfessione purgari, exercitio & occupatione fodi & excoli, & tales sunt sicut nouellæ plantationes in inuētura sua, ut dicit in Psal. Religiosus insuper, sicut uirgula in uirgulto debet educari in disciplina. Vndē nota, q̃ agricola qñ habet uirgulā uel furculum generosū uel fructuosū arboris, prouidet ei in multis. s. q̃ habeat radicē, stipitē, frondes, & folia, flores & fructus: sic uirgula spūaliter. s. neophitus, uel nouicius in uirgulto religionis, debet habere ista sex. s. Radicē p̃fundā humilitatis, stipitē rectæ int̃tionis, frondes sincere dilectionis, folia honestæ locutionis, flores pulchre cōuersationis, & tandē super oia, fructus

ctus bonæ operationis, q̃a p̃ fructus eorū cognō fecit eos Deus, sicut dicit saluator in Math. De talibus uirgulis generosis & fructuosis dī in psal. Filij tui sicut nouellæ oliuarū, in circuitu mentis tuæ. i. religionis sanctæ. Habet et̃ religio ortū primordiale ualde laudabile. Vñ nota, q̃ ois religio & ois spūalis cōgregatio, uel fraternitas, habuit primò hortū à samuele, q̃ congregauit cunecum p̃phetarū, ut dī in primo Regū. Et ita dicit ibidem magister historiari. Secundo habuit hortū ab Helyseo, cū quo habitauerunt filij p̃phetarū, ut dicit in quarto Regū. Tertio habuit hortū à Ioāne Baptista, q̃ cōgregauit discipulos, ut dī in Ioan. Quarto habuit hortū à Christo, qui cōgregauit discipulos & Apostolos, ut dicit in Math. Quinto habuit hortū ab Apostolis, q̃bus adhaferunt multi discipuli, simul habitantes post missiōnē Spū sancti, sicut dī in Actis. Quia nemo quicquā eorū q̃ possidebant, aliquid suū esse dicebat, sed oia illis erant cōmunia. Sexto habuit hortū à Marco Euāgelista, q̃ apud Alexandria discipulos uitæ mirabilis habuit, ut habet in Ecclesia. s. frica historia. Inde p̃cesserūt monachi, quorum fuerunt tria genera. s. comobitarū, q̃ in cōi uiuebāt, aliorū qui dicebant Remichi, qui bini & trini habitabāt: & Anachoretarū, q̃ soli in deserto uiuebant, quorū auctor fuit Paulus Iustrator, nihilominus princeps Ioānes Baptista, ut dicit Hierony. Habet insuper religio nodū regulantē ualde notabile, qui ipsam facit ualde laudabile. Est enim in ipsa triplex nodus ualde laudabilis. s. nōmen religionis obedientiæ subiugātis, paupertatis alienantis, & castitatis decorantis. Obedientia aufert religioso ppriam uoluntatē, & p̃ consequens internā, iuxta illud Berni. Tolle propriā uoluntatē, & infernus nō erit tibi. Paupertas aufert ipsi terrenā cupiditatē, & p̃ consequens oē malū, iuxta illud uerbu Apostoli. Radix omnium malorū, est cupiditas. Castitas aufert hōi carnalem fecditatē, & p̃ consequens facit eū Angelum, iuxta illud Math. Neq̃ nubent neq̃ nubent, sed erūt sicut angeli Dei in celo. De hoc triplici nodo p̃ ordinē est dicendū. Et primò de obedientia.

De obedientia. Cap. I.

DE obedientia nota specialiter tria. s. p̃conia quibus cōmendatur, au xilia quibus adiuuāt, & officia quibus occupatur. Habet ergo obedientia multa p̃conia quæ ipsam laudāt. Vndē nota, q̃ obedientia est schola saluatoris, nobile genus martyrij, palma triūphalis, & scala paradisi. Primò ergo obedientia est schola saluatoris: Vñ nota, q̃ saluator exemplo suo docuit obedientiā tripliciter. s. ad mūdū ueniēs, in mūdo manens, & de mūdo trāsiens. Ad mūdū ueniēs obedientiā docuit, ut dī i Ioā. Descēdi de celo, nō ut facerē uoluntatē meā, sed uoluntatē eius q̃ misit me p̃ris. Obedientiam docuit in mundo manēs, ut dicit Paulus. Factus est obediens usque ad mortem. Phil. 2.



Obediētā docuit de mundo transiens, nam in passione dixit patri. Nō sicut ego uolo, sed sicut tu. Est etiā obediētia quoddā nobile genus mar tyri & palma triumphalis, quia de collat homi nē, & amputat ei pprie uoluntatis caput. De hoc martyrio dicitur in primo Regū. Melior est obe diētia, q̄ uictimā. Est autē obediētia scala pa radisi, cuius septem sunt gradus quod assignat Bernardus. Primus gradus obediētia, est obedi re libenter sine recalcitracione. Exēplum de Pau lo, qui dicit in Act. Dñe quid me uis facere? Secū dus gradus ē obedire simpliciter sine simulatio ne, exēplū de Dauid qui dixit in Psal. Ut iumētū factus sum apud te. Tertius gradus est obedire hilariter, sine murmuracione, exēplū de Simo ne Cyrenæo, qui portauit in angaria. i. in dolo re crucem Christi, ut habetur in Matthæo. Quar tus gradus est obedire uelociter, sine recalcitratio ne, exēplū de Petro & Andrea, qui ad unam Dñi uocem relicti retibus omnibus, secuti sunt eum, sicut etiā dicitur in eodē Matth. Quintus gradus est obedire uiriliter, sine astimacione; exemplum de Petro, qui dixit. Dñe paratus sum tecum in carcerem, & in mortem ire. Sextus gra dus est obedire humiliter, sine elatione; exēplū de discipulis quibus dixit saluator. Dum fecerit omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite quia serui inuiles sumus. in eodē Luca. Septimus gra dus est obedire perseuerāter, sine discontinuatio ne; exēplū de Christo, de quo dicit Apostolus. Factus est obediens usq; ad mortem. Isti septem gradus erant spūaliter in scala Iacob, de qua ha bet in Gen. Quæ significat obediētā, tum quia Angeli descendebant & ascendebant p̄ illam, p̄ quod intelligit, q̄ obediētia est uita angelica: tum quia scala ista tāgebat cœlos, in quo innui tur, q̄ uera obediētia est cœlestis uita. Itē nota q̄ obediētia est nauis ad cœlum transiens; clauis cœli aperiens, & auis ad cœlū ascendens. Est itaq; obediētia sicut nauis, nā sicut qui est in nauī semper procedit, & tñ ipse quiescit, sic q̄ est in nauī obediētia, semper proficit in mūdo, dormiendo, uigilando, comedendo, abstinēdo, ambulando, quiescendo; quia instar nauis non mouet̄ motu pprio, sed alieno. De hac nauī ha bet in Prouerbis. Facta est quasi nauis inuitoris a mercatoris. Per eandem rōnem obediētis com parat equitātē, nā sicut equitas quiescendo p̄cedit, quia nō mouetur motu proprio, sed equi, sic bonus obediētis q̄ pauisat meret̄, quia non innititur motui uoluntatis suæ, sed maioris sui. Vnde dicit in Canti. Equitatum meo astimilauit te amica mea. Est etiā obediētia sicut clauis pa radisi; sicut enim iobediētia clauis paradisi, ut habet̄ ex Gen. Sic obediētia paradisi aperiuit. Et in figura huius Christus dedit Simoni, q̄ interpretat̄ obediētis, clauis regni cœlorū, ut dē in Matth. Et sicut Dñs maledixit primo homini iobediētis, dicens, maledicta terra in opere tuo, sic benedixit obediētis Symoni Dñs dicens. Bea

tus est Symon Bariona. Est etiā obediētia sicut auis ad cœlū ascendēs, nā sicut auis cum duabus alis uolat ad sublimia, sic obediētis cum duabus alis. i. cū ala paupertatis, & cū ala castitatis scan dit ad cœlestia. Hoc est qd̄ dicit in Apoc. Data sunt mulieri duæ alæ, ut uolaret in desertū locū, mulier ista pōt dici obediētia: duæ alæ pōt dici duo illa uota, simul cōiūcta. i. castitatis, & pauper tatis uolūtaria. Itē nota, q̄ obediētia est summa i merito, uicina Deo, & proxima cœlo. Est itaq; obediētia in merito suprema, & in figura huius Christus Apostolis prapōsuit Symonē obediētis. Vult. n. creator, q̄ oia obediāt obediētis, nec mirū si uult q̄ obediētis obediāt cetera creatu ra, quia et ipse Deus uoluit obediētis obedire. Exēplū de Iosue, de quo dī. Non fuit ante & pos tea tam longa dies, obediētis Dño uoci hoīs. Est et obediētia Deo uicina, in cuius figura Dñs recubuit in domo Symonis, ut dī in Luca. Et oēs q̄ erāt i Bethania diligebat, ut dī i Io. Bethania quippe, domus obediētis dicit̄. Est et obediētia scala cœli, & Deo p̄xima, & in figura huius, Dñs ascēdit in cœlū de Bethania: sicut habet̄ in Luca. Habet et obediētia auxilia, quæ ipsam iu uant. Vnde notandū est, q̄ sex sunt q̄ iuuant obe diētā. i. humilitas scētens, cōsuetudo frequēs, dilectio feruens, auctus terrena cōtemnens, gra tia interius unguens, & praelatus modestē præci piens. Obediētia igitur iuuat, & facit hoīem obe diētis, humilitas, reddit hoīem flexibilem: sicut enim gracilitas & subcilitas uirgæ facit uirgam facilliter inclināre, sic gracilitas humilitatis facit hoīs facilliter obedire. Ideo dicit Apostolus de Christo. Humiliauit semetipsum, factus obe diētis usq; ad mortē. Iuuat et obediētā cōsuetu do, nā sicut equus assuescit circūuolutionibus, ut sciat se ad oēm partem flectere, sic assuesctio obediētis facit hoīs ad nutum obedire. De tali equo bene ductibili dī in Prouer. Equus paratur ad diē belli, Dñs autē salutē tribuit. Iuuat tertio obediētā dilectio Dei, nā sicut ignis facit cerā mollē & tractabilem, sic amor Dei ignitus facit hoīem obedire. Vñ dī in Luca. Ignē ueni mitte re in terrā. i. aiām deuotam. Iuuat nihilominus obediētā cōtēptus mūdi, & separatio uolūtatis ab oī re corporali, sicut enim pellis est tractabi lis a ligno separata, q̄ tñ est rigida, quādiu est li gno affixa, sic aiā cū instar pellis a terrenis seiun git, ad obediētū facillē inclināt. In cuius p̄sona dicit Psal. Paratus sum, & non sum turbatus. Iu uat et obediētā unctio gratiæ interius, sicut. n. coriū unctū fit molle & tractabile, qd̄ tñ ante un ctionem erat durū & rebelle, sic hō facilis est ad obediētā, qñ aiā intus est unctā p̄ gratiā. Hæc est unctio de qua dicit Ioan. Unctio quæ accep tibus maneat in uobis. Tādē iuuat obediētiam modestia præcipientis. Exemplum de Deo, qui unum solum lignum prohibuit, & omnia alia cō celsit dicens. De omni ligno paradisi comedite, de ligno autē sciētiae boni & mali ne comedas. Habet

Habet et obediētia officia, q̄ ipsam occupant. i. tria genera p̄ceptorū. Vñ nota, q̄ debet quilibet obedire p̄ceptis iudicis p̄ naturā, q̄ scripta sunt a Tobia dicēte. Quod ab alio oderis tibi fieri. vi de ne tu aliqñ alteri facias, & i Mat. Oia quæcūq; uultis ne faciat uobis hoīs, ea nolite facere eis. Vel debemus obedire p̄ceptis in iunctis p̄ scriptu ram, q̄ scripta sunt in Exo. Vbi ponunt decē p̄cepta. Nō habebis Deos alienos, &c. Debemus et obedire p̄ceptis inspiratis p̄ gratiā, ut de di lectione Dei & proximi, quæ scripta sunt in Mat. Horum expositionem quare supra i materia de p̄ceptis, & in materia de charitate.

De paupertate. Cap. III.

DE paupertate nota spūaliter tria. i. q̄ pau per tas est cœlestis p̄ciū, cū quo pauperes mer cant, cœlestis prandiū, ad quod pauperes i uitant, & cœlestis foliū, in quo pauperes locant. Primò igit̄ paupertas est cœlestis p̄ciū a quo pau peribus emitt̄ cœlū, sicut dicit Aug. Regnū (iquit) cœlorū paupertate emitt̄. Et nota, q̄ regnū cœlo rum intē emptiois cōuenit pauperibus, q̄ ipsi pprie soluūt p̄ciū quod taxauit Christus, dicens. Ois q̄ reliquerit domū, aut agros, &c. Secūdo pau pertas est cœlestis prandiū, quo pauperes reficiū tur, sicut. n. uidemus, q̄ q̄ clamat ad eleemosy nā uel prandiū, soli pauperes ueniūt & accelerāt, sic ad prandiū cœli ad qd̄ Christus iuitat, soli pau peres intrāt, quod figurat̄ in Luc. ubi dī, q̄ homo qd̄ fecit cenā magnā, &c. Et nota, q̄ tria gene ra hoīum ad illā cenā uenire noluerūt, sed execu sationes friuolas allegauerūt. i. auari diuitiis in crassatis, immūdi impinguatī, superbi delicati ho noribus, iuxta illud Deut. Incrassatus, impingua tus, dilatatus, derelinquit Deū factore suū. Auari figurat̄ p̄ illū, q̄ quinq; iuga bouū emerat. Im mundi, p̄ illū q̄ uxore duxerat. Supbi, p̄ illū qui uillam comparauerat, & ideō oēs isti a cenā illa pprie sunt exclusi, & soli pauperes intratisi. Nā dī ibidē. Voca pauperes & debiles, & introduc. &c. Tertio paupertas est cœlestis foliū, i quo pau peres sedent, sicut dī in Matt. Vos qui reliquistis oīa, & secuti estis me &c. & sequi. Sedebitis & uos sup sedes, iudicātes duodecim tribus Israel. Sed nota, q̄ sicut qui esset supra cœlum, totā ter ram reputaret quasi cœrū, sic pauperes totā ter ram reputāt p̄ minimā & uilem, q̄ in cœlo (ut dictum est) hnt̄ sedem & mansionē suam. Nā dicit Apostolus in persona eorū. Nostra cōuersatio in cœlis est. Itē nota, q̄ pau p̄ habet tria bona. i. vi tā securissimā, mentē quietissimā, & uestē nobilissimā. Primò igit̄ pauperes sunt in uita securis sima securi, quia per paupertatem nō mouent li tes, nō timent fures, nō formidantur rerum tēpe states, sed diuites huius mundi sustinent omnes istas tribulationes. Vnde in figura huius, Caym qui interpretat̄ possessio, habebat caput tremulū, & significat diuitū curā, & sollicitudinem au torū. Secūdo pauperes mente sunt quieti, & a spū

nis diuitiarū minimē lacerati, & ab earū ponde re liberi, & ab earum iniquatione mundi: nam diuitie faciunt ista tria mala, bona siquidē tēpo ralia possessa onerāt, amara inquinant, & amara cruciant, ut dicit Bernardus. Vnde in figura spū ritualis quietis, quā habent pauperes, & anxietates quæ communicant diuitias, Israel a Deo accepit sabbatum id est quietē, & Aegypti anxietates & curas, ut dicit Greg. Propter hoc dicit̄ ad Heb. Relinquitur sabbatismus populo Dei. Ter tiò sunt pauperes ueste decori. i. honestatē cōspi cui, ideō Sapiēs iugit̄ ista duo. Paupertas (iquit) & honestas a Deo sunt, quia in femitis pauperū relucet spūaliter Christi signum, de quo dicitur in Luc. Et in signum cui contradicetur. Et nota, q̄ triplex fuit signū Christi cui contradicatur a diuersis amatoribus mundi. Primum fuit pau pertas, cui contradicetur ab auaris, secūdo fuit castitas, cui contradicetur ab immundis, & tertio fuit humilitas, cui contradicetur ab superbis. Itē nota, q̄ paupertas alia tria bona habet, est. n. pau pertas summē paupertate emitt̄, bonis summē cumula ta, & cœlis summē cōparata. Primò ergo pau pertas est summē Christo copulata, habet. n. Deus pauperes quasi familiares & domesticos, & diuites quasi ignotos & extraneos. Vñ in figura hu ius, Christus in ortu suo prius uocauit pauperes q̄ diuites, piscatores q̄ mercatores, pastores q̄ re ges, pauperes de propē, & diuites Magos ab oriē te. Secūdo paupertas est summē cōparata cœ lo, & causa est, quia est summē elongata a mun do, pauper enim summē cœlum appropinquat, q̄ oīa mundana conculcat, sicut uidemus, q̄ ille qui uult altē attingere, scabellum consueuit sub pedibus locare, sic pauper manu tangit cœlū, q̄ de omnibus terrenis cōtēnendo & conculcan do, facit sibi quasi sub pedibus scabellum. Iuxta illud Deut. Omnis locus quem calcauerit pes ue ster, uester erit. Tertio paupertas est summē cumulata omni bono, optimē enim scit thesauri zare, p̄pterea enim dimittit terrā talpis. i. auaris, sicut porcis. i. immūdis, puluerem serpentibus. i. superbis. Iuxta illud Esa. Serpenti puluis panis eius. Ipsa enim dedignatur simū stabuli habere loco thesauri, simus stabuli sūt diuitie huius mū di, q̄ mundus est stabulū. i. locus iumētōrū, & ho minū bestialū. Ipsa. n. bona imobilia retinet. i. celestia, & dissipat bona mobilia. i. oīa terrena, qd̄ fi guratur i Gen. Vbi dicitur, q̄ Abraā dedit Isaac omnia quæ possidebat, & filiis cōcubinarū largitus est munera.

De castitate. Cap. IIII.

DE castitate nota spūaliter tria. i. Castitas. n. est florens, sicut liliū inter spinas, habet liliū incorruptibile, habet precū impreciabile, habet folium insuperabile, habet precium inter gem mas, & tenet folium super stellas. Primò ergo ca stitas est florēs sicut liliū, nā dī in Canticis. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Et



homo mundanus spreta uirtute, appetit bonum temporale & transitorium, & ratio est, quare uilipeditur uirtus, quia nescit homo precium eius, ut dicitur in Job. Et propter hoc dicit Saluator. Ne mittatis margaritas ante porcos. I. homines immundos & mundanos, quia plus uolunt fursur carnalis & immundae delectationis, q̄ margaritas gratia uel uirtutis. Tertio comparatur paradiso tam caelesti, q̄ terrestri, comparatur in tribus. I. in situs eminentia, in fructus opulentia, & i fontis affluentia. Est enim primo paradysus locus altissimus, ita, q̄ aqua diluuij, usq; ad illu locum non peruenerunt, sic uiri religiosi, uel uirtuosi, uitam habent eminentem, instar paradisi, ita, q̄ nunq̄ submerguntur diluuiio peccati, unde dicit Sap. in persona uiri iusti. Exaltasti super terram habitationem meam. Est secundo paradysus locus fructibus opulentus, producit. n. omne lignum pulchrum uisu, & ad uescendum suaue, ut habetur in Ge. Sic uir iustus uel uirtuosus, omne lignum pulchrum uisu producit, per honestam conuersationem, ad uescendum suaue, per bona operationem & internam deuotionem. Unde dicit in persona uiri uirtuosi. Flores mei fructus honoris & honestatis. Est nihilominus paradysus terrestris locus aquis irriguus: na dicitur, q̄ fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandū paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Paradysi uirtus est uel gratia, quia de fonte diuinitatis oritur, quatuor capita sunt, quatuor principales uirtutes, uel cardinales, q̄ a gratia deriuantur. I. iustitia, temperantia, prudentia, & fortitudo, iustitia habet locum in rebus certis, non enim potest esse iustitia, uel iustitia sententia, nisi in rebus certis, prudentia habet locum in dubijs, temperantia habet locum in prosperis, & fortitudo in aduersis. Comparatur aut uirtus paradiso caelesti, in quatuor: est enim paradysus caelestis, habitatio Dei, locus gaudij, locus lucis, & locus ordinati amoris. Talis est anima uiri iusti & uirtuosi, nam ibi est habitatio diuinae gratiae, ibi est gaudium bonae conscientiae, ibi est lux ueritatis, ibi est amor charitatis, de tali paradiso dicitur. Gratia sicut paradysus in benedictionibus. Econuerso anima peccatoris non dicitur paradysus, sed potius infernus: habet enim quatuor mala opposita bona su pradictis, ipsa enim est habitatio, non Dei, sed de monum, ipsa naq; loco gaudij habet remorsum conscientiae, loco lucis habet tenebras ignorantiae, loco amoris ordinati habet ignem concupiscentiae. Unde de tali inferno dicitur. Quia non infernus confitebitur tibi. I. anima peccatoris, est quasi locus infernalis. Item uirtus uel gratia comparatur alijs tribus. I. signo uel characteri, precio uel pignori, oleo uel unctio. Virtus. n. est signum uel character praedestinationis, sicut enim pastor signat oues signo, quo distinguit oues proprias ab extraneis, sic Deus, qui est pastor animarum nostrarum, ut habetur in Ioan. Ponit in

omibus suis signum gratiae & uirtutis, quo distinguit oues ab hedis, de hoc signo dicitur. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. I. gratiae uirtutis & ueritatis, & debemus considerare quatuor signa, quibus electos suos signat Deus. Est. n. uirtus pignus uel precium saluationis, sicut. n. qui habet precium, te potest emere, & sicut qui habet arram uel pignus sufficiens, certus est de solutione, sic qui habet uirtutem uel gratiam gratuitam, securus est de aeterna saluatione. De hoc pignore habetur. Signati estis spiritu promissionis sancto. I. gratiae, qui est pignus hereditatis nostrae. Est nihilominus uirtus gratuita unctio regalis promotionis: sicut enim Reges, qui promouentur ad regna terrena unguuntur, sic Deus electos suos ungit unctio gratiae, ad obrinenda regna caelestia, & terrena, de hac unctio dicitur. Unctionem habetis a sancto, & nostis omnia. Nota, q̄ electi, qui habent unctioem uirtutis uel gratiae, reges debent dici triplici ratione, tum quia Deus regnat in eis per gratiam, tum quia futuri sunt Reges per gloriam, tum quia eis in hoc mundo seruiunt omnia per obedientiam: omnia namq; eis cooperantur in bonum. I. tam bona, q̄ mala, tam prospera q̄ aduersa uel peruersa, ut dicit Apost. Item uirtus uel gratia tribus alijs comparatur. I. armaturae fortis, p̄bendae nobili, & optime possessioni. Virtus enim est armatura tam fortis q̄ oia uincit, & nunq̄ uincitur uel superatur. Homo autem sine uirtute, est sicut homo inermis in medio hostium suorum. I. inter prospera & aduersa, & ab utrisq; laeditur, & superatur: nam ipsum decipiunt prospera & aduersa, propter quod monet Apostolus dicens. Induamur arma lucis. I. arma uirtutis, ut dicit Glosa. Virtus est praebenda nobilis, quod patet ex duobus. I. ex parte dantis & ex parte recipientis. Sicut. n. Papa & alij prelati conuenerunt sibi retinere collationem pinguem, uel praebendam nobilem uel nobilium, ita Deus collationem huius nobilis praebendae. I. uirtutis uel gratiae retinuit ad manum suam, iuxta illud. Gratiam & gloriam dabit Dns: nullus. n. alius habet has praebendas conferre. Ex parte recipientis patet nobilitas huius nobilis praebendae, quia praebenda uirtutis uel gratiae, nunq̄ confert, nisi amicis & charis, alia naq; bona naturalia & temporalia, quasi uiles praebendae, uel communes, dantur indifferenter inimicis & amicis, unde dicit Augustinus de ciuitate Dei. Interdu abundant plus in talibus inimici q̄ amici. I. peccatores, q̄ iusti. Est nihilominus uirtus uel gratia quasi possessio optima, sicut enim bene sedet possessio, quae est prop̄ ciuitatem, melius, quae est iuxta muros ciuitatis, sed optime, quae est intra muros, propter securitatem clausurae, uel habitationis, sic per optime sedet uirtus, quae est i secreto cordis, unde narrat Seneca de quodam Philosopho, q̄ uxore capta & liberis, cum solus

ex incendio euasisset, interrogatus a Tyranno, quid amisisset: dixit. Nihil (inquit) perdidit: nam bona mea mecum sunt. Bona naq; interiora, sicut sunt uirtutes uel gratia, non possunt auferri, (ut uulgo dicitur) nec uento, nec gelu: & ideo dicit in Psalm. Ois gloria eius filia Regis ab intus: filia Regis est anima fidelis, cuius tota gloria est de interiori possessione uirtutis.

De charitate. Cap. II.

Charitas est dilectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum, uel in Deo, ut habetur in libro tertio sententiarum. dist. 27. De charitate nota specialiter tria. I. eius typum figuralem, eius actum uirtualem, eius fructum finalem. Circa primum sciendum, q̄ multiplex est typus uel figura, cui charitas comparatur, primo enim comparatur auro probato, ferro ignito, & uino condito, nam sicut aurum in ualore excedit omnia metalla, sic charitas excedit omnes uirtutes, & omnia bona opera. Maior autem horum est charitas. De hoc autem auro precioso dicitur. Suadeo tibi emere aurum ignitum & probatum, ut locuples fias. Charitas autem est sicut ferrum ignitum, q̄ est molle & ductile, frigidum uero durum & rebelle, sic anima sine charitate, est dura & rebellis per malitiam, ignita uero charitate, est ductilis per obedientiam, & molis per misericordiam: unde charitas de corde lapideo, facit cor carneum. I. dulce & pius, ut dicitur in Ezech. Charitas nihilominus est sicut uinum conditum, quod dicitur nectar, nam uinum nectaricum uel conditum est dulce, acutum, & forte: in histribus, quae habet uinum conditum inuuitur triplex modus diligendi Deum. Diligendum est enim fortiter, prudenter, & per seueranter, ut dicit Bernar. In hoc autem excedit charitas uinum, quantumcuq; dulce uel conditum, quia charitas est adeo dulcis, q̄ omne amarum dulce facit, cum uino charitatis: hoc est uinum, de quo dicitur. Dabo tibi poculum ex uino condito. Deus enim potat animam conditam uino charitatis, & inebriat eam nectare sui dulcis amoris. Item charitas comparatur alijs tribus scilicet, aui praedae rapienti, nauis in mari nauiganti, & morti carne perimenti. Charitas. n. est sicut auis generosa, quae uiuit de praeda sicut Accipiter, & Falco, & Aquila, iste namq; auis nobilis, uix uel nunquam tangunt terram, nisi quando rapiunt praedam, sic homines charitatem habentes, bona ista transitoria non tangunt, uel terrena per effectum, nisi quando solummodo simpliciter uiuunt in quoru persona dicit Apost. Habentes alimentum, & quibus tegamur, his contenti simus: sicut etiam Aquila, nulla auis effugit, sic charitatem nullu bonu opus euadit: haec est Aquila grandis magnatu alaru, de qua dicit. Alae eius sunt duae. I. dilectio Dei & proximi. Charitas etiam est sicut nauis maris, nam sicut illa non uadit, nisi quod du-

cit ea status uentri, sic qui habet charitatem nauigando per mare huius mundi, solum ducit statu spiritus sancti: sicut illa caelestia aialia, de quibus dicitur ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Haec est nauis, de qua dicitur. Facta est quasi nauis institoris. I. mercatoris, ut dicit Papias. Charitas nihilominus est sicut mors, ut dicitur. Fortis est ut mors dilectio: nam sicut mors perimit carnem, sic charitas carnalitate, & sicut mors aufert sensum mortuo, sic charitas facit hominem insensibile mundo: & sicut mors facit ut puluis. I. corpus reuertatur in terram suam, spiritus redeat ad Deum suum, qui fecit illum, ut dicitur in Ecclesiaste: sic charitas facit considerare proprie carnis fragilitatem, & facit desiderare sempiternam spiritus feliciteratem. Item nota, q̄ charitas tribus alijs comparatur: est enim charitas sicut funis bene tortus, sicut canis bene doctus, & sicut later bene coctus. Charitas. n. comparatur funi bene torto, nam sicut funis bene tortus, est ualde fortis, sic charitas est indissolubilis, quia dicitur in Apoc. Quis nos separabit a charitate Dei? quasi dicat, nihil, & haec charitas fortior est omni fune: non est. n. aliquis alius funis, quae non ualeat rumpere ignis, uel gladius: charitas autem nunq̄ potest rumpi, nec igne tribulationis, nec gladio mortis: iste funis charitatis indissolubilis, componitur ex tribus funiculis. I. de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, ut dicitur ad Timotheum. Et hic est. n. ille funiculus triplex, qui difficile rumpitur, ut dicitur in Ecclesiaste. Charitas etiam comparatur cani bene docto ad uenationem, sicut. n. canis sequens praedam, non sentit spinam, sic qui charitatem habet, & sentit odorem paradisi, quasi non sentit spinam. I. tribulationem huius mundi: in persona talis potest dici, illud Prouerb. Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. Comparat nihilominus lateri bene cocto: sicut. n. later bene coctus, facit solidum fundamentum: & si male sit coctus, facit ruinosum; sic homo bene coctus per charitatis incendium, habet optimum & uirtuosum fundamentum, de quo dicitur in Apoc. In charitate radicati & fundati, sed later male coctus. I. homo tepidus & charitatis modice, cito dissoluitur, & conuertitur in lutum carnalis concupiscentiae, tales lateres male cocti, sunt lateres Aegypti, qui sola palca dicuntur esse cocti, ut legitur in Exodo. Item charitas alijs tribus comparatur. I. arbori uel ligno, oneri uel iugo, glutino uel cemento. Charitas. n. est sicut arbor uel lignu fructuosum, in quo pendet fructus pietatis, flores honestatis, folia ueritatis, & sicut de arbore resecant ramusculi, ut arbor melius crescat & proficiat, sic resecandi sunt amores inordinati, ut amor Dei fortius inualescat. Vn bonus agricola uel hortolanus, purgat palmet feretem fructu, ut fructum plus afferat, ut habet in Ioan. Charitas et est sicut onus leue, & iugum suaue. Est enim onus leue & alleuians, sicut in auibus alarum, & sicut in equis quadriga: na sicut auis cum onere alarum,

Ioan. 10.

Isa. 38.

Ezech. 40.

Ezech. 24.

Gen. 22.

Gen. 2.

Eccle. 51.

Job. 28.

Ezech. 10.

1. Tim. 6.

1. Cor. 13.

Rom. 8.

1. Tim. 1.

Rom. 8.

1. Cor. 13.

1. Tim. 1.



alari, uolat uelocius, & equus cu onere quadri-
 ggi, portat duplum facilius, sic onus penitentiae,
 & tribulationis, facilius est, & p duplu portatur,
 cum aletur in onere charitatis: ipsa n. est iugu
 ferre, & causa huius suauitatis est, qa Christus
 in cruce subiit illud iugum, & adhuc sub eo uult
 esse nobiscum, un ipse portat qua si totu pondus,
 uel maiore parte ponderis, & ideo non est miru
 si iugum charitatis est suauis, ppter quod dicit.
 Matt. 11. Iugum n. meum suauis est, & onus meum leue. Cha-
 ritas nihilominus est sicut glutinum, uel cemen-
 tum: na sicut glutino iunguntur aseres, uel ce-
 mento lapides, sic charitate uniuunt fideles. Hoc
 Gen. 6. glutino uel bitumie limta fuit specialiter archa
 Noe, ut habetur in Gene. Unde si archa Ecclesie
 non uniretur uirtute huius glutini, esset in pe-
 riculo submergendi. Hoc n. uirtuoso cemento
 uniuuntur lapides in spuali edificio, & cu illo ce-
 mento fit murus Ecclesie fortissimus, sine quo el-
 set Ecclesia, quasi aceruus lapidum, ruinae ppin-
 quis, sicut dr. Hierusalem in aceruu lapidu erit.
 Item charitas eleganter & proprie tribus alijsco
 paratur. s. fonti naturali, uesti nuptiali, igni uir-
 tuali. Charitas quidem est sicut fons naturalis:
 sicut n. aqua fontis naturalis, in hyeme est cali-
 da, sic charitas feruet in tribulatione. & sicut a-
 qua fontis est frigida, uel frigeceit interius, cum
 calor inualefcit exterius, sic n. interius tepescit
 amor Dei, cum inualefcit exterius amor mun-
 di: de hac aqua fontis mundani dr. Omnis qui
 Iohn. 4. biberit ex aqua hac, sitiet iterum, quia ut uulgo
 dicitur, talis aqua inflat, & non fatiat, sed de a-
 qua fontis diuini, dicitur ibidem. Aqua quae ego
 dabo, fiet in eo fons aquae saluentis in uita aeter-
 nam. Charitas n. est sicut uestis nuptialis, de qua
 Math. 22. habetur. Quod ille, qui ea caruit, fuit eiectus do-
 nuptijs, sic qui non habet charitatis tunicam, no
 uenit ad cenam aeterna. Et nota, qd charitas di-
 citur uestis nuptialis, quia tegit turpitudinem pec-
 catorum, quia ptegit a frigore tentationum, qa
 Psal. 44. ornat munere donorum: iuxta illud. Altitit Re-
 gina a dextris tuis in uestitu deaurato, &c. Quia
 in malicia fatiari sunt, uidit hoiem: i. totamce-
 tum malorum, non uestitum ueste nuptiali. i. fido
 non habentem, siue charitate. Et nota, qd uestis
 charitatis a quatuor ptecipue commendatur, a
 quibus consueuit comendari uestis nuptialis. s.
 ab artificio, a materia, a calore, a fragrantia. Co-
 mendatur ergo uestis charitatis ab artificio, qa
 Psal. 9. magno studio componitur a Deo, iuxta illud.
 Annunciate inter gentes studia eius. Hac n. sunt
 studia diuina, ut componat in nobis charitatis
 indumentea. Commendatur etiam hac uestis a
 materia: nam alta uestes sunt uel de uelleribus
 aialium, uel uestis lanea, uel de corticibus herba-
 rum, ut uestis lineae, uel de uisceribus uermium,
 ut uestis sericea: uestis autem charitatis fit ex gra
 Spualis, & de uisceribus Chri. Un signanter di-
 cit Apost. Induimini Dnm Iesum Chrm. Comen-
 datur aut hac uestis a colore: est aut duplex eos
 uisus

lor huius uestis. s. byssinus, & purpureus: & sicut
 nubes color, optime sedet super byssinum, uel
 candidum, sic charitas optime stat sup hoiem ca-
 stum, un dr. Byssus & purpura indumentum eius.
 Comendat aut hec uestis a fragrantia, iuxta il-
 lud. Odor uestimentorum tuorum, sicut odor thur-
 ris, & ideo qui portat hanc ueste meret benedi-
 ctione: sicut iacob, un dr. Statim ut Isaac sentit
 uestimentorum eius fragrantiam, bndicens ait.
 Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Char-
 ritas patiens est, benigna est, no emulatur, no agit
 perpera, non inflatur, non est ambitiosa, no qe-
 rit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malu,
 non gaudet super ini quitate: congaudet aut ue-
 ritati, oia sustinet, oia credit, oia sperat, oia susti-
 net: charitas nunq excidit, ut dicit Apost. Item
 uestis charitatis habet duas pecias, quatuor sa-
 gittas, & sexdecim fimbrias uel crepas: est n. par-
 titia sicut tunica nobilis domicelli, dua pecia e-
 jus, sunt dilectio Dei & pximi: in parte dextra est
 pecia dilectionis Dei: in parte sinistra, est pecia
 dilectionis pximi, una est de bysso, alia de pur-
 pura. In indumento eius quatuor sagitte ponu-
 tur, iuxta illud. Diliges Dnm Deum tuu ex toto
 corde, &c. Sexdecim fimbriae uel crepe ponuntur
 sicut supra dictum est: charitas patiens est, &c.
 Charitas coparatur igni in decem. Nam primò
 ignis est uirtuosior oibus elementis, sic inter oes
 uirtutes efficacior est uirtus charitatis, unde dr.
 Ignem ueni mittere in terram: in hoc autè cha-
 ritas excellit igne, quia aqua extinguit igne na-
 turalem, sed aquae nupte no poterunt extinguere
 charitatem, ut dr in Cant. Secundò ignis ardet
 & lucet, sic charitas in hoie ardet per affectum,
 & lucet per exemplum, sicut iohannes Baptista, de
 quo dicitur. Ille n. erat lucerna ardens & lucens.
 Tertiò ignis frigidum ferru accendit, & etiam
 carbonem extinctum, sic incendium charitatis ex-
 pellit ab hoie gelu auaritia, & etiam morte culpa,
 & facit uiuere sicut carbonem extinctum, ut dr
 Translati sumus de morte ad uitam, qm diligi-
 mus fratres. Quartò ignis incinerat, sic uirtus
 & incendium charitatis redigit hoiem in cine-
 rem humilitatis, unde dicebat Abraham. loquar
 ad Deum meum, cum simpuluis, & cinis. Quintò
 ignis semper tendit sursum, sic charitas facit a-
 scendere sursum, uel ad coelum per desiderium:
 unde dicebat Apost. Cupio dissolui, & esse cum
 Christo. Sextò ignis semper est in motu, sic cha-
 ritas semper est in aliquo bono actu. Nam sicut
 dicit Greg. Amor Dei nunq est ociosus, operaf-
 enim magna si est, si aut operari renuerit, amor
 non est. Septimò ignis auferit rubiginem a ferro,
 sic charitas tollit rubiginem peccati. Un dr. Deus
 autè ignis est, usq: ad consumptione deuorans. s.
 peccati rubiginem, per sua ignitam dilectione.
 Octauò ignis scintillas emittit, sic charitas, men-
 tem deuorant scintillas celestium desideriorum
 emittere facit, sicut legitur in Dan. Vir deside-
 riorum es. Nonò ignis facit ollam feruere, & oie
 feruenti

feruenti non incidunt musce, sic mens, quae per
 charitatem feruet, muscas tentationis no rimet.
 Diabolus autè propter infestatione tentationu,
 inter alia nomina sua uocatur Belzebub, qui in-
 terpretatur Deus, uel pater muscarum, ut habet
 in Luca. Decimò ignis seruat lampades a mure,
 mus naq: cum lampade extincta conspicit, mox
 bibit oleum, sed ipsum no audet sugere, quadiu
 conspicit lampade ardere, sic charitas ardens in
 animo, oleum gratiae custodit a spiritu maligno.
 Hoc oleum uolunt prudentes uirgines in suis la-
 padibus hñe, ut cum sponso ualeant ad nuptias
 intrare, sicut dicitur in Matth.

De fide. Cap. I I I.

Fides est uirtus, qua ea quae ad fundamentu
 religionis pertinent, firmiter creduntur, ut
 habet in tertio sententiarum. De fide nota
 specialiter tria. scilicet typus speciosum, eius actu
 uirtuosum, & eius fructum speciosum. Primò
 dico, qd fides habet typum speciosum, uel figuram
 multiplicem, cui eleganter, uel strenue, uel con-
 grue comparatur. Et primò coparatur tribus. s.
 archae testamenti, stellae firmamenti, & petrae fun-
 damenti. Fides quidem est sicut archa testamē-
 ti, Nam dicitur. Propiciatorium non excedit ar-
 cham, sed archa propiciatorium, sic per fidem,
 & nunq sine fide habetur propiciatio peccatoru.
 Fides etiam est sicut stella firmamenti, & pteci-
 pue dicitur stella maris, quia nauigantibus osten-
 dit portum gratiae siue salutis. Dicitur etiam stella
 matutinalis, quia praenitit solem iustitiae. Dicit
 nihilominus stella orientalis, quia ducit Reges
 spirituales, & facit eos Christum adorare, sicut
 illa, de qua scribit Matth. Fides etiam est sicut pe-
 tra fundamenti, na sicut edificium est solidu, qd
 est supra petram fundatum, uel locatum, sic stru-
 ctura uirtutum, & omne spuale edificium opti-
 me locat supra fidei fundamentum, un dicit Dns
 Petro. Super hanc petra aedificabo Ecclesia mea.
 Itè fides alijs tribus bene & congrue coparatur.
 Figuratur n. per mundum speculum, per dextrum
 oculum, & per spose annulu. Fides naq: copara-
 tur speculo mundo, quia sicut turris magna in
 modico speculo cernitur, sic maiestas & magni-
 tudo diuina in speculo fidei representatur, bene
 ipsa est speculum sine macula, ut dicitur in libr.
 Sap. Fides etiam coparatur oculo dextro, sinister
 oculus est ratio, quae solum de naturalibus iudi-
 cat, dexter uero est fides, quae oia tam naturalia,
 qm miracula determinat, & intellectum in obse-
 quium Christi captiuat, ut dicit Apost. Et sicut
 qui amisit oculum dextrum, inutilis est ad bel-
 la, quia scutum operit sinistrum, & sic nullum ha-
 bet oculum, quo uideat ferire, uel cauere aduer-
 sarium, sic qui non habet fidem, inutilis est ad pu-
 gnant spirituale, unde Naas dicit hoibus uel ui-
 ris Iabez Galaad. In hoc serua uobiscu seruus, ut
 uerua oium oculos dextros, ut hñ in libris Regu.

Naas interpretat serpens, uel coluber, & signat ser-
 pentem antiquum. i. Diabolum, qui nititur eruere
 oculu dextrum. i. fidem, ut ad bellum spuale hoiem
 reddat inutile. Ipse n. est coruus infernalis, qui
 cum cadauera inuenit, primò oculum inuadit.
 Fides insuper coparat annulo, quia sicut in sub-
 arratione spose, annulus in digito ponit ad or-
 natione, sic fides ornat rōnem, qui p digitum in-
 telligitur, quia discernit, & sic anima a Deo spi-
 ritualiter desponsat. Na dicit. Sponsabo te mihi
 in fide: annulus iste argenteus potest dici, eo qd fi-
 des instar argenti, luceat per uera cognitionem,
 & resonat per perfectam confessione, quia dicit
 Apost. Corde creditur ad iustitia, ore aut cofes-
 sio fit ad salutem. Item fides coparatur alijs tria
 bus. s. signo uexillari, scuto militari, & radio so-
 lari. Fides n. est sicut uexillum Regis: nam sicut
 uexillum Regis moltrat, qd Rex est praesens in a-
 ctie, maxime ut terreat hostes, sic fides est signu,
 qd Rex regu. s. Deus spens est in pugna, uel tenta-
 tione, ut tugiant demones. Et ideo dicitur. Cui
 resistite fortes in fide: sicut n. uexillu Regis, in si-
 gnu dñi ponitur in arce urbis, sic fides locatur
 in arce mentis. i. in eminentia rōnis, de hoc ue-
 xillari signo dicitur. Leuabit Dns signum in na-
 tiones. i. fidem sup credentes. Fides etiam est sicut
 militare scutum: nam sicut scutu ponitur ad si-
 nistram partem, sic fides praecipua armatur hoiem
 contra aduersitatem, & sicut scutum portatur a
 parte cordis, quod est in sinistra parte hois, sic fi-
 des est armatura metis, & sicut scutum est tria-
 gulum, ita fides credit Deum trinum & unum.
 De hoc scuto dicit Apost. In oibus sumentes scu-
 tum fidei. Fides nihilominus est sicut Sol, uel so-
 lis radius: nam sicut Sol uidetur solum proprijs
 radijs, non torchijs, uel eadels, sic Deus uidetur
 solum radio fidei, quae solum innititur luci pri-
 mae ueritatis, non torchijs. i. lumine naturalis ra-
 tionis, un dicit Amb. In his quae fidei sunt, pisca-
 toribus ereditur, non dialecticis. De hoc lumine,
 uel radio fidei pot intelligi, quod dicit. Dulce lu-
 men, & delectabile est oculis uidere sole. Un no-
 ta, qd Sol no uidetur in ppria rota, nisi ab Aquila,
 sic Deus non uidetur in ppria essentia, nisi ab
 anima ualde deuota, & pennis contēplationis
 eleuata. Item caecus non uidet Solem, sed tñ cre-
 dit uidenti: non uidet uia, & tñ credit cani du-
 centi: nec uidet locu profundum, & tñ credit ba-
 culo tangenti & tentanti, ita simplices, qui per se
 sacramenta non uident, uidentibus. i. praelatis,
 & pastoribus suis se comittere debet, sicut caecus
 comittit se ductori, & sicut ouis comittit se pa-
 stori. Tñ summum periculum est, qm ipsi pastores
 non ductores caei sunt & ignorantes, quia dicit
 Mat. 15. Si caecus caeco ducatū praestet, ambo in
 foueam cadunt. Item fides tribus alijs compa-
 ratur. s. columna sacramentali, aurore spiritua-
 li, & luci primordiali. Fides namq: est sicut co-
 lumna illa, quae praecedebat populum Israel in
 exitu de Aegypto, nam illa ex parte Israel erat
 lucida,

Ose. 2.

Roma. 10.

1. Pet. 5.

Isa. 11.

Eph. 6.

Ecl. 11.

Mat. 15.



Iob. 24. lucida, & ex parte Aegyptiorum tenebrosa, sic fides creditur lucet, & infidelibus est obscura, quia ipsi sunt rebelles lumini, ut dicitur in Iob. Fides etiam est sicut aurora: nam sicut illa est exosa latronibus, sic fides odiosa est demonibus, qui sunt latrones animarum. De ipsis, n. dicitur. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis. Fides autem nihilominus est sicut lux primo creata, nam sicut illa primum opus in maiori mundo, sic fides prima uirtus in minori mundo, hoc est in corde humano, & ideo cum sit primogenita, specialiter benedicatur, sicut antiqui primogenita benedicunt, unde dicitur de talibus. Qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham. Item nota, q. fides ad hoc, q. sit comendabilis debet habere tria. scilicet ueridicam confessionem, magnificam deuotionem, & catholicam probationem. Primo ergo fides debet habere ueridicam confessionem. scilicet ut uerum dicat, ne aliud dicat, aliud credat, aliter uiuat, ut scilicet fides sit uiua non mortua, uera non ficta: res. n. mortua, proprie non est res, nisi equiuoce, sicut homo mortuus non est homo, res etiam ficta, non est proprie dicenda res, sicut leo pictus, non est leo uerus: nec denarius falsus, sicut ille qui est de auricalco, qui debet esse de auro, non est uerus denarius, tales sunt falsi, & ficti Christiani: de quibus dicitur. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Tales sunt sicut chimera, quae est res tantum ficta, & tamen nihil est in rerum natura. Fides ueridica est, quae uerum dicit, sic uiuendo sicut credit: sic credendo, sicut dicit. Talis est moneta uera ad emendum paradysum, & uera arbor & generosa ad producendum frondes diuinae dilectionis, folia salutiferae confessionis, flores honestae conuersationis, & fructus bonae operationis. Secundo debet habere deuotionem magnificam: & est notandum, q. fides ostenditur esse magnifica in tribus. Primo ut in solo Deo confidat, etiam si naturalis ratio contradicat. Talem fidem habuit Abraham, qui uetulus, de uetula & sterili, contra omnem rationem credidit Deo promittenti, q. haberet semen, in quo benedicerentur omnes gentes, ut dicitur. Credidit Abraham Deo, & reputandum est ei ad iustitiam. Talem fidem non habuit Thomas, qui noluit credere, q. Christus resurrexisset a mortuis, nisi oculis uideret, & manibus contrectaret. Tales sunt illi, qui nolunt credere uel mutuari, nisi sub bono pignore: de tali modica fide, dicit Gregorius. Fides non habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum. Secundo fides est magna, si in aduersitate non deficiat, sed tunc plus inualecat: de qua dicit Saluator. Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, &c. Granum sinapis quantum plus terram, tanto fortius niget, talis fuit fides Martyrum, qui per fidem uicerunt regna, ludibria, uerbera, insuper uincula, & carceres: De hac fide dicitur. Haec est uictoria, quae uincit mundum, fides uestra. Talem fidem non habuit Petrus, qui uidens uentum ualidum, timuit & statim uertitus fuit, cui dixit Saluator. Modice

fidei, quare dubitasti? Sic multi infideles uentum ualidum tribulationis uidentes, statim timuunt, & merguntur in mari tentationis, uel desperationis, quod est mare mortuum, in quo nihil potest uinere. Tertio fides est magna, si homo propter dilationem, petere non desistat, quousque obtineat. Talem fidem habuit mulier Chananea, quae quantumcumque fuisset a Christo repulsa, non genuit a prece, quousque fuit exaudita: unde dicitur Saluator. Mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti, quia ut uulgò dicitur. Quod differit, non auferitur. Item fides debet habere professionem catholicam. Et notandum, q. catholica professio Christiana, continet duodecim articulos fidei, qui in symbolo Apostolico continentur. Credo in Deum, &c. Sunt autem duodecim articuli, quia duodecim sunt Apostoli, quilibet autem duodecim Apostolorum, posuit in symbolo suo articulum. Petrus autem dixit. Credo in Deum patrem, &c. Iste articulus pertinet ad Patrem. Et est sciendum, q. aliud est credere in Deum, & aliud credere Deo. Credere Deo, est credere, q. uera sunt, quae dicitur de Deo, & sic possumus credere, & credimus Patri, & Paulo. Sed credere in Deum (ut dicit Augustinus) est credendo amare, credendo in eum per amorem, & in eum uel eius membris incorporari. Nota de isto articulo cum dicitur patrem omnipotentem, quia ipse est Deus Pater, non deest sibi bona uoluntas, quia omnipotens, non deest sibi potestas implendi, quod promittit, quia dicitur. Omnia quaecumque uoluit fecit. Andreas dixit. Et in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum. Iste articulus pertinet ad Diuinitatem Filii. Et nota, q. specialiter Christus dicitur Dominus noster, quia proprie datur nobis duplici iure. scilicet iure creationis, quia nos creauit & fecit, & iure redemptionis, quia nos magno pretio. scilicet sanguine suo redemit, ut ait Apostolus. Empti. n. estis pretio magno. Iacobus maior dixit. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Iste articulus est primus, qui pertinet ad humanitatem. Et nota, q. Maria mater Dei caruit in conceptione culpa, & ideo dicitur Christus de Spiritu sancto conceptus, quia sine culpa fuit, q. Spiritus sanctus fecit in natiuitate Filii. Caruit etiam poena, & ideo dicitur Christus de Virgine natus, quia nullam poenam sentiens, nec dandum sustinuit, quia uirgo peperit, & post partum uirgo permansit, & in hoc Christus dedit exemplum filiis omnibus, ut nullum damnatum nutricibus, uel progenitoribus suis inferrent. Ioannes dixit. Passus sub pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Iste articulus pertinet ad humanitatem. Et nota quatuor in hoc articulo, pro quibus, & in quibus, non solum grati esse debemus Redemptori nostro, sed etiam specialiter, in his quatuor ipsum imitari. Christus, n. est passus, ut nos patiamur. scilicet habendo patientiam in aduersitatibus, & tribulationibus nostris. Christus etiam crucifixus est, ut nos per poenitentiam crucifigamus carnem nostram, cum uitijs, & concupiscentijs. Christus

Christus etiam mortuus est. scilicet in cruce, ut in cruce poenitentiam, usque ad mortem perseueremus. Christus nihilominus sepultus est, ut nos terram nostram mortalitatis consideremus, & cum cinere nostrae mortalitatis (ad modum carnis salis) superbiam condiamus, quia carnes cito putrescunt & corrumpunt, nisi sale condiantur. Thomas dixit. Descendit ad inferna. Iste articulus & tertius pertinet ad humanitatem, descendit autem Christus ad inferos secundam animam, ut extraheret suos de limbo. Nota etiam magnam peruersitatem nostram, quia nos uix uolumus sequi Christum ad caelum, quantumcumque sciamus, q. Christus secutus est hominem usque ad infernum. scilicet ad eum liberandum. Iacobus minor dixit. Tertia die resurrexit a mortuis. Iste est quartus articulus, pertinet ad humanitatem. Et nota, q. Christus resurrexit tertia die, ut nos a peccato resurgamus, tertia die. scilicet poenitentia. scilicet confessione, contritione, & satisfactione. Philippus dixit. Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde uenturus iudicare uiuos, & mortuos. Iste articulus est quintus, pertinet ad humanitatem. Et nota, q. haec duae sunt in isto articulo. scilicet ascensus Christi ad caelos, & aduentus ad iudicium, magna fiducia nobis ingerit, quia scimus, q. causam nostram frater noster indicabit. Bartholomaeus dixit. Credo in Spiritum sanctum, & sanctam Ecclesiam. Credo, q. Spiritus sanctus est in se, & in electis suis, & q. non solum est sanctus, sed et Ecclesia facit sanctam. Et iste est primus articulus, qui pertinet ad Spiritum, & sunt tria in presenti pertinentia ad Spiritum sanctum & duo in futuro. Primum, quod ad ipsum pertinet in presenti, est sanctificatio: nam primus eius articulus (ut diximus) Credo in Spiritum sanctum, & sanctam Ecclesiam. Credo, q. Spiritus sanctus, qui in se sanctus est, ipse sanctificat Ecclesiam, per gratiam & bonitatem suam, quia ipse bonitas est. Mattaeus dixit. Sanctorum communionem. Iste articulus pertinet in presenti ad Spiritum sanctum, quia Spiritus sanctus pertinet in sanctorum communionem. scilicet unionem membrorum in corpore Ecclesiae ad caput. scilicet ad Christum, & alia membra in corpore naturali. scilicet ad illud adiuuicem, sicut Spiritus bonus unit membra in corpore naturali, sic Spiritus sanctus unit membra spiritualia. scilicet fideles in corpore mystico, quod est Ecclesia. Unde sensus huius articuli est, credo sanctorum communionem. scilicet credo, q. sancti, scilicet fideles, tanquam unius corporis Ecclesiae membra, coequant. scilicet uniuntur sibi & capiti suo, & hoc per Spiritum sanctum. Et nota, q. triplex est communio, quam fideles debent habere adiuuicem. scilicet communionem unius corporis, quia faciunt unum corpus, & communionem societatis, ex qua societate venit, quod quilibet, qui est de corpore Ecclesiae, partem habet in omnibus bonis, quae sunt in Ecclesia. Tertia communio est mutuae supportationis, quia unus debet supportare onus alterius. scilicet mala, per patientiam, & bona coiccare per eleemosynam largitionem. Unde dicitur. Alter alterius onera portate. Simo dixit. Remissionem peccatorum. scilicet credo. Iste est tertius articulus, pertinet ad Spiritum sanctum: q.

Spiritum sanctum. n. q. est benignitas ipsa, in baptismo & in poenitentia remittunt peccata. Et nota, q. peccata remittuntur, lauantur, & tolluntur: remittuntur quantum ad culpam, lauantur quantum ad maculam, tolluntur quantum ad poenam. Iudas Thadaeus dixit. Carnis resurrectionem. Iste est quartus articulus, pertinet ad Spiritum sanctum in futuro, quantum ad remunerationem corporis. Et nota, q. in seruitio Regis, qui potest reddere, uel restituere equum, si contingat eum mori in bello, potest miles securum exponere eum, pro ipso Rege, & Duce suo, sic nos equum nostrum. scilicet corpus proprium, securum possumus exponere pro Christo, quia ipse potest equum reddere. scilicet corpus restituere. scilicet resuscitare. Mathias dixit. Vita aeterna amen. Iste articulus est quintus & ultimus articulus, pertinet ad Spiritum sanctum in futuro, quantum ad remunerationem animae, uel et utriusque. Et nota, q. quia si sollicitus est homo ad prouidendum huic miseriae uitae transitoriae, multo magis debet esse sollicitus ad prouidendum illi uitae, quae nunquam poterit finire habere: unum sciendum est, q. tribus modis prouidetur huic temporalis uitae. scilicet meditando, laborando, & mutuam accipiendo. Ibi. n. non est locus mendicandi, sicut pater de diuitibus epulone, qui uoluit medicare guttam aquae, & non potuit obtinere, ut habet in Luc. Ibi etiam non est locus laborandi. Ideo dicitur. Venit nox quoniam nemo potest operari. Ibi nihilominus non est locus mutuam accipiendi, uel emendi, ut patet de fatuis uirginibus, quae uoluerunt mutuam habere, uel emere oleum, & non potuerunt habere. Et ita, qui non uult hic prouidere per bona opera, egestatem aeternam patietur in illa uita aeterna. Ideo dicit Saluator. Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiacentur uobis, &c.

De Spe. Cap. IIII.

Spes est futurae beatitudinis certa expectatio & Dei gratia, & ex meritis proueniens, ut habetur in libro tertio sententiarum. De spe nota praecipue tria. scilicet typum comparationis, factum generationis, & fructum operationis. Primo ergo spes comparatur tribus: est. n. sicut columna domus firmans, sicut galea caput armans, & sicut anchora nauem seruans. Spes itaque est sicut columna, quae domum sustentat: nam columna debet esse solida, & de forti ligno, non fragilis, & uacua, ut arido, sic spes, quae est in Deo, quia est solida, est quasi de forti ligno, & facit aedificium solidum, sed spes, quae est in mundo, est fragilis & uacua, & quasi de arundine, & ideo facit aedificium ruinosum. Nam dicitur. Qui confidit in diuitijs suis, corruet. Sic superuacua & fragilis spes, & fiducia annorum, & amicorum, quia dicitur. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem suam. scilicet carnalem hominem brachium suum. scilicet fiduciam uel auxilium, quod est in solo Deo collocandum. Spes etiam est sicut galea, nam sicut galea est munimentum capitis, sic spes est armatura intentionis. Unde dicit Apostolus. Induite galeam spei salutis. Spes nihilominus est sicut

Luc. 16. Ioan. 9. Mat. 25. Mat. 6. Spei destituta. Spei comparationes. Pro. 11. Hier. 17. 1. The. 5.



sicut anchora: nam sicut anchora seruat nauē cōtra procellas fluctuū, sic spes mentem contra tentationis impulsū. Et ideo dicitur. Confugiamus ad tenendam ppositam spem, quam sicut anchoram anima habemus tutā & firmā. Item spes tribus alijs comparatur. Est. n. sicut arbor fructuosa, sicut gemma preciosa, & sicut mola uirtuosa. Spes ergo est sicut arbor fructuosa: nam sicut arbor profert uberes fructus, quā habet irriguum aquarū uictum, sic spes profert fructus honorū operū, quā sita est, & plantata iuxta irriguū aquarum, unde dicitur. Ego autē sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei mei. Spes. n. est sicut margarita, uel gemma: nam sicut gēma est grata, sic spes est Deo placita, sicut gēma habet ualorem magnum, sic spes facit hoīem preciosum, & sicut gēma est perlucida, sic spes est quodāmodo dyaphana, quia per eā uidētur, & sperantur loca caelestia. De ipsa dicitur. Gēma gratissima expectatio praestolantis. Spes nihilomī est sicut mola. Et nota, q. duae sunt mollae spirituales. scilicet timor supplicij, & spes p̄mij. Timor est molla superior, quā p̄mitiam, ne euaneſcat p̄ relationē, spes est molla inferior, quā animam sustinet, ne deficiat p̄ desperationē. Iſtas duas mollas debet poenitens coniungere, sicut Dauid, qui dicebat. Ab altitudine diei. f. a die iudicij timebo. Ecce molla superior, ego uerō in te sperabo, ecce molla inferior, usq. una sine altera non ualet. Et ideo in figura huius dicitur. Non accipies loco pignoris, inferiorem & superiorem mollam. i. spem & timorē non subtrahas peccatori, & inter istas duas mollas, sit optima mollitura tritici. i. perfecta contritio peccati.

De prudentia. Cap. V.

Prudencia est appetendarum rerū, fugendarumq. scientia, ut dicit Tullius in libro de officijs. De prudentia nota specialiter tria. scilicet. typū decētissimum, actum utilissimū, & partum nobilissimum. Habet autē prudentia typum multiplicem, & elegantem. Comparatur autē specialiter tria. scilicet. assessorī iudicis, quatuor etiam minimis, & astutiae serpentis. Prudentia quidem, est sicut assessor iudicis, uel Regis: nam sicut assessor iudicando dirigit iudicem, uel Regem, sic prudentia rationem, & sicut assessorē absente, interdum peruertitur iudicium Regis, sic cum abest prudentia, peruertitur iudicium rōnis, unde dicitur in Pro. Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumpniam. Prudentia etiam comparatur quatuor minimis terrae. De quibus dicitur. Quatuor sunt minima terrae, & ipsa sunt sapientiora sapientibus. scilicet. formica, lepuleculus, stellio, uel la certus, & locusta: nam & prudens dicitur formica, ratione prudentie. Et nota, q. formica habet decem laudabilia, & a uicis prudentibus imitanda. Formica est animal paruū, uel modicum, in quo laudat̄ humilitas. Grano pascitur, in quo

docetur honestas: socios adiuuat, in quo laudat̄ charitas: sollicita est, in quo laudatur prudentia: nunquam est ociosa, in quo commendatur occupatio: grana detroncat, ne germinent, uel putrescant, in quo monstratur carnis abiectio: temporibus grana abscondit, in quo docetur fugatentationis: tempore sereno granum soli exponit, in quo laudatur uirtus orationis: p̄dusportat maius q. ipsa sit, in quo monstratur zelus compassionis. De ipsi dicitur Pro. O piger, uade ad formicam, & discite sapientiam, quā cū non habeat ducem, nec praceptorē, nec principem, parat in estate, & congregat in messe cibum sibi. scilicet. in messe gratiae, cibum gloriae sempiternae. Item prudentia comparatur lepuleculo: rōne confidentie quā homo prudens habet solum i Deo, sicut lepuleculus locat in petra cubile suum, ut dicitur in Pro. Ita homo in Christo. Petra autē erat Christus, ut dicit Apostolus. Prudentia etiam comparatur stellioni. Nam stellio, uel lacertus, quia alas non habet, unguibus, uel manibus utitur, in quodiligentia operationis laudatur: nam in uiro prudente, diligentia in operatione, supplet defectū naturae. Prudens nihilominus comparatur locusta: nam sicut locusta habet uolatum reciduum, uolat. n. ad alta, & statim cadit in ima, sic prudens uolat ad alta per desiderium patriae caelestis, & cadit ad ima per considerationem propriae fragilitatis, iuxta illud. Ascendit usq. ad caelos, & descendit usq. ad abyſſos. Prudentia tertio comparatur astutiae serpentis. Et nota, q. quinque astutiae uicis serpens, quas uir prudens imitat. Prima astutia serpentis, est custodia capitis: nā caput summū custodit, p̄ quo seruandum, totū corpus exponit, sic sancti Christi, q. est caput nostrū, summū custodiunt, & p̄ ipso oīa alia exponunt, sicut Apostolus qui dicebat. Quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum p̄ Christū detrimere. Secunda astutia serpentis, est depositio pellicis, ponit. n. se in arto foramine, ubi renouat, deposita ueteri pellice, sic in arto poenitentiae, se ipsos mearcerant, ut ueterē conuersionē deponant, sicut monet Apostolus. Deponite uos secundum p̄stina conuersionem, ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Tertia astutia serpentis, est delusio incantatoris. Deludit. n. incantatorē, obrutando unam aurem cum terra, & aliam cū cauda, ut dicitur. Sicut aspidis surdae, & obrutantis aures suas, sic uiri sancti & prudentes, deludant incantatorem. i. tentationē diaboli, quia nram aurem obrutant cauda, id est memoria mortis, iuxta illud. Memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis: & aliam obrutant terra, id est consideratione propriae fragilitatis, quia dicitur. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Quarta astutia serpentis, est insidiatio pedis, insidiatur enim calcaneo, non capiti, sic uiri sancti superant desideria carnis, attendentes, quis finis delectationis, scilicet mors immortalis, uel infernalis, iuxta illud. Finis illorum mors. Quinta astutia

tia serpentis, est fuga mulieris: nam sicut propter inimicitias eius fugit, & latitat sub spinis, sic etiam uiri sancti p̄ inimicitias fornicationis, fugiunt consortium mulierū, & latitant sub spinis poenitentiae, secundum consiliū Apostoli. Fugite fornicationem. Ad mirandas istas serpētis astutias dicit saluator. Estote prudentes sicut serpentes, quas habent cum mulierem fugiunt & latitant. Et ne serpētis astutia fiat uirulenta, temperat eam simplicitas columbina, unde addit, & simplices sicut columbae.

De temperantia. Cap. VI.

Temperantia est nihil appetere unde sit poenitendum, in nullo modum uel legem excedere, sub iugo rationis cupiditatem domare, ut ait Macrobius. De temperantia nota specialiter tria. scilicet. eius typum nobile, eius partum fertilem, & eius actum utilem. Habet autē temperantia typum multiplicem, uel figuram. Comparatur autē temperantia specialiter tribus. scilicet. freno, quo equus regitur, byſſo, quo caro tegitur, & muro, quo castrum cingitur. Est itaq. temperantia, sicut frænnum equum regens. Nam sicut a fessore, median te frano, ducitur equus, sic caro a spiritu, frano temperantiae gubernatur. Maxime. n. frænandus est equus, iuxta aquam, iuxta ignem, iuxta praecipitiū, sic frænnum temperantiae necessarium est carni, contra aquā transitoria delectationis, cōtra ignem concupiscentiae carnalis, & contra praecipitum aeternae damnationis. De hoc freno dicit Apostolus. Sobrietē & iustitiam & pietatem uiuamus in hoc saeculo. Nam quilibet debet uiuere sobrietē quantum ad seipsum, iuste quantum ad proximum, pietē quantum ad Deum. Est et̄ temperantia sicut byſſus carne regēs. Nam byſſus (ut dicit Papias) est genus lini candidissimū, quod crescit in aegypto, & inde fit tela, quae uulgo dicitur serica. De hac tela byſſina fit camisia nobilis & delicata, per q. figuratur castitas & temperantia, & sicut ista camisia nobilis est immediate carni contigua & coniuncta, sic castitas & temperantia, est carni praecipue necessaria, & ei inseparabiliter coniungenda. Et ideo dicitur de muliere forti. Byſſus & purpura indumentum eius. In byſſo figuratur castitas, quae est praecipuum ornamentum mentis, in purpura figuratur temperantia, quae est sicut aurifrigium, uesti appositum ad decorem. Est nihilominus temperantia sicut murus castrum cingens. Nam sicut castrum muratur praecipue ab ea parte, quae magis est infirma, sic temperantia, est q. dam honor Deo assimilans, quidam valor mentem magnificans, & quidam dolor hostē mortificans. Est enim temperantia honor quidam Deo assimilans: Deus enim est Spiritus, ut dicitur in Ioan. Temperantia uerō, est quasi nutrix

spiritualis, q. ablaet filios Dei, & facit de carnalibus spirituales, & sic assimilat Deo iuxta illud. In corruptio facit proximum Deo. Est. n. temperantia ualor quidam, mentem magnificans. Nam sicut ualor magnificat aurum, sic temperantia magnificat & impreciablem facit hominem, temperatum & castum, quia dicitur. Non est digna ponderatio animae continentis. Est igitur temperantia dolor quidam, hostem mortificans. Diabolus. n. libenter quiescit & dormit in locis humentibus. i. in uoluptuosis hoibus, ut dicit in Iob. Temperantia uerō ponit ipsum in arido p̄nia, ubi non inuenit requiem, & sic interficit, uel fugat hostem, quia dicitur. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quarens requiem, & non inuenit. Loca arida sunt hoies sobrii, in quibus requiem non inuenit, quia in talibus non sternit lectū uoluptuorum peccati.

De fortitudine. Cap. VII.

Fortitudo est firmitas animi contra molestias saeculi, ut dicit Gloſa super Matthei. De fortitudine nota specialiter tria. scilicet. typum ualde palchrum, partum ualde dignum, & fructum ualde bonum. Primo igitur uirtus fortitudinis, habet typum multiplicem, & similitudinem elegantē. Comparatur autē specialiter tribus. scilicet. fornaci, quae probat aurum, radici, quae portat lignum, & loricae, quae uetat ictum. Est itaq. fortitudo sicut fornax, aurū probans. Nā sicut fornax reddit aurum lucidū, sic fortitudinis uirtus, facit hoīem honestū & decorum: nā de talibus dicitur. Fortitudo & decor indumentum eius. Et sicut fornax, qdā metalla reddit solida, & qdā liquida, sic uirtus fortitudinis, corda facit nunc solida contra tentationem, nunc liquida p̄ cōpationē, nunc rorida per deuotionem. Nam dicitur. Anima mea liquefacta est, dilectus meus locutus est. Et sicut in fornace est magnus flatus follium, & magnum ignis incendium, sic ignis fortitudinis, solum est in illis, in quibus est flatus diuinae inspirationis, & uehemens incendium charitatis. Et figura huius aduentus Spiritus sancti super Apostolos, ubi fuit eis datus ad robur spiritualis uirtutis, fuit tanq. aduentus spiritus uehementis: ut dicitur in Actibus Apostolorum. Est et̄ fortitudo sicut radix lignum, uel arborem portans. Nam sicut radix portat pondus arboris, & frondes, flores, fructus, & folia, sic uirtus fortitudinis, sustinet omnia bona opa, & merita nostra. Unde dicitur. Confortare, & esto robustus. Est nihilominus fortitudo sicut thorax, uel lorica ictum uerās. Nam sicut thorax, uel lorica, seruat corpus ab ictu gladij, sic uirtus fortitudinis custodit animam a tentatione Diaboli, & cuiuscunque aduersarij. Totus enim mundus non uinceret unum hominem, in quo est fortitudo Dei, sicut patet, quod puellae uirgines, para: Catherinae

Sap. 6.
Eccle. 26.
Iob. 4.
Matth. 12.
Fortitudinis definitio.
Prou. 31.
Cant. 5.
Act. 2.
Ioſue. 1.



therina; Cecilia: Agnes: Lucia: Agata: Barbara: Beata Clara, & cetera uirgines: Reges & tyrannos, & omnia tormentorum genera superabant. Nec mirum, quia fortitudo illa non hominis, sed Dei erat, Vnde dicitur. De caelo fortitudo est. Item fortitudo tribus aliis comparatur. s. uirga quae non incuruatur, ferro quod non superatur, & petra, quae non perforatur. Est itaq; fortitudo similis uirga inflexibili, & talis uirga uel baculus est ualde necessarius ambulanti, & certantibus & laborantibus, sic fortitudo, est quasi baculus & uirga inflexibilis, quae ualde est necessaria, quia locus, in quo sumus, est locus certaminis, locus itineris, & locus laboris. Et haec tria hominum genera, indiget specialiter baculo uel uirga. Ideo dicitur. Virga tua & baculus tuus ipsum me consolata sunt. Et est fortitudo similis ferro indomabili. Nam sicut ferrum non domatur, sed comminuit, & domat omnia metalla, ut dicitur in Dan. Sic uiri fortes mori possunt, uinci uero non possunt, imo ipsi omnia aduersa, & prospera uincunt, & quod plus est, regnum caelorum uiolenter rapiunt. Na uiolenti rapiunt illud, ut dicitur in Matth. Est nihilominus fortitudo similis petrae instangibili, qualis est Adamas. Nam sicut qui Adamatem percutit, ipse magis percutitur, sic qui uirum, fortem molestat, magis laeditur, q; laedat, & sicut Adamas non frangit uolentia, ita uir fortis nulla frangitur impatiencia, & sicut Adamas sciditur sanguine hyrci, sic uir fortis memoria passionis Christi, propter ista de uiro forti dicitur. Ut Adamantem & ut siliem dedi siliem tuam.

De iustitia. Cap. VII.

Iustitia est uirtus, sua unicuiq; tribuens, ut dicit Aug. de libero arbitrio. Iustitia est rectitudo uoluntatis propter se seruata, ut ait Anselmus. De iustitia nota specialiter tria. s. typi figurales elegantiam, partus filialis abundantiam & actus uirtutis efficaciam. Primò ergo, iustitia typum habet multiplicem, & figuram ualde elegantem. Comparatur etiam tribus specialiter, sicut recta semita, sicut recta regula, & sicut recta linea. Est autem iustitia sicut recta semita. Nam sicut illa est rectissima uiarum, sic p uia iustitia citius peruenitur ad brauium sempiternum, immò omnis alia uia est deuium. Nam dicitur in psal. Errare fecit eos in inuio, & non in uiam rectam, ut irent in ciuitate habitationis. De iniustis uero dicitur a se. In circuitu impij ambulat. Est etiam iustitia sicut recta regula. Nam sicut recta regula est rectissima mensurarum, sic iustitia est optima mensura, & certissima mensura ad bonu operandu. Haec est. n. regula diuina quae dirigit opera nostra. Vnde dicitur. Dns diligit iustos. Et sapiens ait. Qui sequit iustitiam, diligitur a Dno. Est nihilominus iusti-

na sicut recta linea. Sicut n. recta linea est pulcherrima linearu, ut dicit phis, sic iustitia rectitudo facit hoiem, in intentione & conuersatione pulcherrimam & decorum. Na sicut statura humani corporis, est pulchrior inter omnes, quae est recta ad caelum: sic statura cordis est pulcherrima, cum per iustitiam est recta ad Deum. Vnde sponsa dicit. Statura tua assimilata est palmae. De hac rectitudine dicitur. Solummodo hoc inueni, q; Deus fecit hoiem rectum. Item iustitia, multum proprie tribus aliis comparatur. Nota, q; triplex est iustitia gñalis, quae dirigit hoiem in omni bono, a qua dicitur factus bonus, iudicialis, q; corrigit, uel coerct ab omni malo, & ista corrigit delicta ppria uel aliena. Carnalis uel moralis, q; reddit unicuiq; ppriu bonu, Est itaq; iustitia, sicut gema in sero aureo, sicut stella in polo artico, & sicut dea in sero microcosmo. Est igit iustitia sicut gema in sero aureo. Na sicut gema in sero aureo est ornamento, quia totu sero ornat, & facit preciosu, sic est sero aureu dicitur gra, eo q; i illa, & p illa coronantur opa nra bona. Na et opa bona, q; fieret extra gram, nunq coronantur merent. In hac corona aurea, uel sero aureo, inferuntur quatuor gemae ualde preciosae, uel quatuor uirtutes principales, s. prudentia, temperantia, fortitudo, & iustitia. Gemma prudentiae ponit in anteriori parte coronae, quia ad prudentiam pertinet, non solum praesentia disponere, imò & futura prauidere. Gemma temperantiae locat a dextris, quia temperantia facit hoiem iustu, & sobriu in dextera, p pitaris. Gemma fortitudinis inseritur a sinistris, quia fortitudo facit hoiem robustu in sinistra aduersitatis. Gemma uero iustitiae incastretur in posteriori parte, sicut Eps in fine pessionis, sicut Rex in fine acie, sicut naua uel gubernator in cauda nauis, sicut ista iusta profertur in fine cae, sicut et post laboru certaminis, dat uictori corona tripharilis. Vnde ab ista, tanq a principali gema denotatur corona. Dicit. n. Apost. Reposita est mihi corona iustitiae. Autifex in cuius aurificina fabricat hae peficiosa corona, est sapia increata. De qua dicitur. Sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam & uirtutem. I. fortitudinem, quibus nihil utilius est in uita hoibus. Ista quatuor uirtutes (ut dictu est) tanq quatuor gemmae preciosae, in aureo sero sunt incastretae. Est etiam iustitia sicut stella Artici Polii: Nam circa ipsam uoluitur caelu, & sicut ipsa non mutat locum, sic uoluptas uitae nostrae, mira uolubilitate uertitur, iustitia uero nullo accidente mutatur, siquidem uita nostra, tota est uolubilis sicut rota, nunc enim homine eleuat honore, quem paulo post humiliando occultat. Iuxta illud. Ascendunt usq; ad caelos, & c. Interdum econuerso hominem humilitate deprecatur, quem postea ad honores attollit. quia dicitur. Suscitans a terra inopem, & de stercore, & cetera, quandoq; hominem a leua mutat in dexteram, scilicet ab aduersis in prospera, interdum a dextris in leuam. i. a prosperis in aduersa.

aduersa. Iuxta illud, quod Abraham dixit ad Iohannem. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo, si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Sed uir iustus in oibus his, semper manet immobilis. Na ipsum humilitas non deprimit, ipsum honor non ambit, ipsum aduersitas non fragit. Vnde dicitur. Qui facit haec, non mouebitur in aeternum. Est nihilominus iustitia sicut dea nostri microcosmi. i. minoris & inferioris mundi, sicut. n. Deus in suo microcosmo uel maiori mundo, disposuit omnia in numero, pondere & mensura: ut dicitur in libro Sap. Sic iustitia in suo microcosmo praesidet, tanq Deus facit, ut in oibus meritis & operibus nostris, sit numerus bonae operationis, pondus sanctae affectionis, & mensura intentionis: Vnde isti Dea nobilissima sacrificium iustitiae debemus offerre, sicut dicitur in psal. Sacrificate sacrificiu iustitiae.

TITVLVS SEXTVS SEXTA DIETA

DE SEPTEM DONIS SPIRITVS Sancti, & primò de dono timoris Cap. I.



Ost tractatum de uirtutibus, sequitur de donis Spiritus Sancti. Et haec est sexta dieta salutaris. s. uirtutibus, ad dona Spiritus Sancti peruenire, quia (sicut diximus) uirtutes docent recte operari, sed dona expedire. Cum autem sint septem dona Spiritus Sancti, quae enumerantur. s. spūs sapien & intellectus, consilii & fortitudinis, scientiae & pietatis & timoris Dni, a sapia autem non puenit ad timorem Dni, sed a timore ad sapiam, tanq ab inferiori gradu ad superiorem, iuxta illud quod dicitur. Initium sapiae timor Dni. Ideo de timore Dni, nota specialiter tria. s. quam multipliciter figuratur, quam uirtualiter operatur, & quam rationabiliter mercatur. Primò ergo, timor Dni habet multiplices figuras elegantes, & comparationes conuenientes. Comparatur autem specialiter tribus. Est. n. timor Dni, sicut hostiarius custodiens ingressum, sicut iustitarius puniens maleficiu, sicut terrarius uel speculator euigilans exercitum. Primò ergo timor Dni est sicut bonus hostiarius, qui diligenter custodit hostium cordis, ne intret inimicus. i. Diabolus, & sicut hostiarius tenet baculum, uel gladium ad timorem intrantium, sic timor Dei, ne permittamus Diabolum ad cor intrare, portat clauem pene aeternae, gladium ex utraque parte acutum, scilicet aequitatem diuinam sententiae, quae condempnabit improbos in anima & corpore: Vnde dicitur. Timete eum, qui potest corpus & animam perdere in gehennam. Secundò timor Domini est sicut bonus iustitarius, qui pimit maleficos & suspendit. Nam sicut illi, qui tenent iustitiam, ponunt in motibus & locis patentibus, pa-

ribulum uel furcas ad expaumentaculum latronu ita timor Domini ponitur in corde hominis, propter expaumentaculum peccatorum, & sicut ille iustitarius crucifigit latronem, sic timor Domini nititur crucifigere carnem, tanq pessimam animam latronem: Vnde dicitur. Conige timore tuo carnes meas. Tertiò timor Domini est sicut bonus terrarius, uel speculator, qui euigilat exercitum. Na sicut speculator, tempore belli maxime, non sinit dormire milites, sic timor Domini, cum fit modo tempus belli & guerrae mortalis contra carnem, mundu & Diabolum, non permittit dormire spiritum, per delectatione uel consensum: Vnde dicitur. Beatus est homo, qui semper est pauidus. Non solum autem tempore belli debet homo esse pauidus, imò et tempore pacis debet esse timorosus, sicut uidemus, q; magni Reges & sapientes, quanuis actu non sit guerra, munit tamen & custodiunt castra sua. De incautis dicit Apostolus. Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus superueniet interitus. Et Eccl. Qui timet Deum nihil negligit, quia nec bonum nec malum, quia per timorem Domini malum euitat, tanquam nocuum, & bonu formidat, & nescit si est gratum, Vnde dicit Iob. Verebar omnia opera mea, sciens quia non patces delinquenti, maxime autem tempore guerra, iste uigil uel speculator madata custodiri portas sensuum, quia ibi est quasi totum periculum sicut ad literam illi, qui sunt in munitione summe custodiunt portas, cum uidet castrum ab hostibus abesse, sic spirituales uiri, qui habent timorem Dei custodiunt portas, scilicet quinque sensuum ne intret inimici, timetes, quod dicitur. Ascendit mors per fenestras nostras: Item timor Domini aliis tribus comparatur: est enim sicut medicina infirmorum, sicut disciplina pueroru, & sicut officina religiosorum. Primò igitur, timor Domini est sicut infirmorum medicina, na sicut medicina bene temperata repellit omnes morbos nocuos, & omnes nocuos humores, sic timor Dei omne peccatum, & omnes peccati occasiones expellit, sanguinem luxuria, seuma acediae, & melancoliam irae, & coleram superbiae. Vnde dicitur. Timor Domini expellit peccatu. Secundò timor Dni est sicut puerorum disciplina, nam sicut uirga disciplina castigat puer, in fruitur, & informatur, sicut per timore Domini omnis motus sensualis & puerilis, sub isto pedagogo ad rationem reducitur, & puerilis extirpatur, iuxta illud quod dicitur Sap. Sultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplina fugabit eam. Et nota, q; secundum Bedam quatuor mala sunt propter peccatum nobis iniuncta, & nobis colligata, quae sunt omnis mali peccati materia. s. impotentia, ignorantia, concupiscentia, & malitia. Vnde quidam peccat ex impotentia, & isti paru peccant, & maximam hnt excusatione, nisi illa impotentia p culpa eoru sit introducta. Alii peccant ex ignorantia, & isti plus peccant, & minorem hnt excu-

Psal. 118.

Prou. 28.

1. Theof.

Eccl. 7.

Iob. 9.

Hier. 9.

Eccl. 1.

Prou. 22.

excu-



excusationem, quia ex ignorantia no excusatur a toto, sed a tanto, maxime si sit ignorantia affectata, quae non excusat, sed peccatum aggrauat, & augmentat, Vnde de hoc dicit Ambrosius. Si ignoras, grauisime peccas. Alij sunt, qui peccant ex concupiscentia, & isti plus peccant, & quasi nullam habent excusationem, maxime si sit deliberata. Alij sunt, qui peccant ex malitia, & certa scientia, & isti maxime peccant, & nullam habent excusationem, immo tales dicitur peccare in Spiritu Sanctum, quia Spiritui sancto bonitas, quae est malitiae contraria, appropriatur. Sciendum est autem, uel notandum diligenter, quod sex sunt peccata in Spiritu Sanctum. I. impugnatione ueritatis agnita, inuidia fraternae gratiae, praesumptio de ipunitate, obstinatio, de speratio, & finalis impenitentia. Es ista sunt sex blasphemiae in spiritum sanctum, quae non remittuntur in hoc saeculo, nec in futuro, ut dicitur in Matth. Tertio timor Domini, est sicut officina religiosorum, maxime est sicut quoddam capitulum, quod est factum praecipue ad culpam correctionem: nam sicut in capitulo increpatur, & recognoscitur, & puniuntur culpa, ita in hoc capitulo timoris Dei, corriguntur peccata, quia ut dicitur in Proverb. Timor Domini odit malum: & sicut religio nulla esset, si correctio capituli deficeret, sic si timor in capitulo cordis non esset, totum ueritatis aedificium de periret, quia dicitur in Eccles. Si non in timore Domini tenueris instanter, cito subuertetur domus tua. Et nota, quod in Dei capitulo culpabilis, quatuor facit. Primo genu flexit, secundo culpam recognoscit, tertio spoliatur se & uestem deponit, quarto disciplinam accipit: sic timor Domini, facit primo hominem penitentem humiliter genuflexere, quia dicitur in Isa. Mihi curuabitur omne genu. Secundo facit humiliter culpam propriam recognoscere, sicut David qui dicebat. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Tertio facit hominem uerem, sicut uestem turpem spoliare, sicut Apostolus dicit. Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, ueterem conuersationem cum uitiis & concupiscentiis. Quarto facit hominem disciplinam accipere. i. carnem lasciuam maccare & castigare, sicut Apostolus faciebat, qui dicebat. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Item timor Domini, est speciosus sicut hortus, uirtuosus sicut uentus, & speciosus sicut thesaurus. Primo timor Domini est ualde speciosus, instar horti paradisi. Habet. n. amoenitatem sicut paradisus, dulcedinem, & delectationem. Vnde in Psalm. Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te. Habet fertilitatem & ubertatem sicut paradisus, sicut dicitur idem Psalm. Non est inopia timentibus eum. Habet nihilominus securitatem sicut paradisus. Vnde dicitur in Eccles. Qui timet Deum, nihil trepidabit. Et plus. Qui timet Deum, omnia timet eum, qui uero non timet Deum, timet omnia. Vnde Cain peccato ho-

Peccata in spiritum sanctum.

Matth. 23

Prou. 8.

Eccles. 18.

Isa. 45.

Psalm. 50.

Col. 3.

1. Cor. 9.

Psalm. 30.

Idem 33.

Eccles. 34.

micidio frus, statim habuit caput termulū & ait. Ois qui uiderit me, occidet me, ut dicitur in Gen. Igitur timor Domini pro amoenitate, ubertate, & securitate est sicut hortus conclusus ut dicitur in Can. est et sicut paradisus, ut dicitur in Eccles. timor Domini sicut paradisus benedictionis. Secundo timor Domini est sicut uentus uirtuosus, & spaliter sicut uentus aquilonaris. Nam sicut uirtus aquilonaris pluuia dissipat, nubes fugat, aere serenat, reptilia exterminat, & aqua cogelat, ita timor Domini dissipat pluuia carnalium delectationum, fugat nubes carnalium imaginationum, serenat mentem pro amore puritatis, exterminat reptilia. i. mortificat uicia carnis, cogelat aquas. i. restringit fluxum mundanae prosperitatis, ita ut possit homo timere Deum ambulare super aquas, sicut Petrus de quo legitur in Matt. Iste est uentus de quo dicitur in Dan. Angelus Domini fecit medium fornacis, quasi uentus roris flante, quia fornax omnium delinquentium carnalium temperat, & refrigerat, pro Dei timore. Tertio timor Domini est preciosus sicut thesaurus, nam sicut thesaurus qui est res speciosa, facit hominem semper sollicitum de custodia, sic timor Dei de se, & uirtutibus semper est sollicitus, & de gratia cum habet de perditam ut recuperet, & de recuperata ut a recidiuo conseruet. Vnde dicit Bern. super Cant. Cum adest gratia, time ne idigne operis ex ea, amplius time subtrahat gratia, quod relinquat te custodia tua, si redierit gratia, multo amplius timendum, ne forte contingat pariter recidiuum. Recidiuum. n. quod cadere peius est, quia dicitur in Io. Ecce iam sanus factus es, noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Iste igitur thesaurus est preciosus, & ideo summè custodiendus. Vnde dicitur in Isa. Timor Domini ipse thesaurus eius. Secundo timor Domini uirtualiter operatur. Vnde nota, quod timor Domini habet septem nobiles effectus. Primo namque timor Domini curat hominem a culpa peccata, est. n. sufficiens medicina contra omnia peccata. Et nota, quod sicut medicus sapiens uolens purgare aegrotum, primo dat sirupum praeparatum, postea potionem, uel antidotum purgatiuum, sic timor Domini instar sirupi, praeparat peccatorem generando attritionem. iuxta illud Eccles. Qui timet Deum, praeparabitur corda sua. Secundo instar antidoti, purgat omnes peccati feces, generando perfectam contritionem, quia dicitur in Eccles. Timor Domini expellit peccatum: & est differentia inter contritionem, & attritionem, quia attritio est dolor de peccato, non tamen perfectus, quia adhuc est in proposito peccandi de futuro. Secundo timor Dei custodit hominem a culpa futura, sicut. n. sapiens medicus infirmo quem habet in cura, non solum dat antidotum ad expellendum morbum, sed et ministrat curato aliquod electuarium contra recidiuum, sic timor Dei instar electuarii conseruatiui, custodit hominem ab omni peccati recidiuo. Vnde dicitur in Exo. Ut praepararet uos uenit Dominus, & ut timor illius esset in uobis, & non peccaretis. Tertio timor Domini abijcit temporalia uel terrena, quae sunt sepe peccandi materia, sicut. n. uidemus, quod nante uidentes naufragium imminere, merces quae sunt in nauis, iijciunt in mari, ut euadant periculum naufragii, sic timor Domini bona

Gen. 4.

Can. 4.

Eccles. 4.

Eccles. 33.

Matth. 11.

Dan. 11.

Isa. 38.

Isa. 35.

Isa. 14.

Pro. 29.

Isa. 33.

Matth. 4.

Ioan. 11.

Eccles. 1.

Matth. 10.

Exod. 1.

bona temporalia facit abijcere, ut possit ab aeterno naufragio liberare. Et ppea dicebat Iob. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Quarto timor Domini contemnit & sustinet temporalia mala, ut euadat aeterna: nam sicut infirmus sustinet cauterium, & adustionem, ut possit euadere mortem, ita timor Domini facit sustinere cauterium temporalis uitae, ut possit homo euadere mortem, uel supplicium mortis aeternae. Vnde in Eccles. dicitur timentem dominum, non occurrent mala. & c. Quinto timor Domini gratiam & bona opera introducit, sicut. n. cera introducit filum, sic timor Domini gratiam & oem bonum, iuxta illud. Initium sapientiae timor Domini. Sexto timor Domini super omnia facit fugere, & euadere supplicium gehennae. Vadit. n. ad infernum, in dimidio diei, ut non uadat in fine diei, sicut Ezechias qui dicebat. Ego dixi, in dimidio dierum meorum uadam ad portas inferi. Facit etiam alas ad melius fugiendum, ut dicit poeta. Pedibus timor addidit alas, sicut uideamus, quod lepus fugiens leporarium, pro timore uideatur uolare, & alas habere. Timor et facit hominem montes & colles transire, ut possit Diabolum fugere, & inferni praecipitium cauere, quia dicitur in Isa. Tunc saliet sicut ceruus claudus. Septimo timor Domini meret stipendium uitae aeternae, hominem namque humiliat, & sic secundum regulam saluatoris, ad gloriam exaltat, quia qui se humiliat exaltabit. Et ideo dicitur in Proverb. Humile spiritum suscipiet gloria. Timor Domini multipliciter uariatur, unde nota, quod sunt sex species timoris, scilicet, timor naturalis, mundanus, humilis, seruilis, initialis, & filialis. Primus igitur timor est naturalis. scilicet homo naturaliter timet mortem, & omne quod est sibi nocuum, iste timor naturae non est meritorius, nec demeritorius, quia non subest libero arbitrio. Hoc timore Christus timuit mori, sicut dicitur in Marco. Cepit Iesus pauere, & tedere. Secundus timor dicitur mundanus. scilicet quod aliquis nimis timet de rebus transitoriis, uel de rebus mundanis, uel temporalibus perdendis. Isto timore timuerunt Iudaei, qui occiderunt Christum, ne perderent locum suum, ut dicitur in Ioan. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem nostram. Tertius timor dicitur humanus. scilicet cum aliquis plus debito timet de corpore suo. Iste timor prohibetur in Matth. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Iste timor aliquando est ueniale peccatum, ut quod est contra Deum, aliquando mortale peccatum, ut quod est contra Deum, qualis fuit in Petro, quod negauit Christum, ne perderet corpus suum. Quartus timor est seruilis, cum aliquis timet peccare, & ablinet se a peccato timore gehennae, habet tamen uoluntatem peccandi, si peccatum posset impune fieri, & iquatum in se est, uel non esse iustitiam, ut posset peccare culpam. Iste timor est quasi uestis de sacco, cum qua nullus ingreditur regnum caelorum, si-

cut figuratur in Esther, ubi dicitur. Indutum sacco non intrare aulam Assueri. De hoc timore dicit Apostolus. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, & c. Quintus timor initialis dicitur, de quo in Psalm. Initium sapientiae timor Domini. Iste timor duo facit, timet. n. puniri, & timet a Deo separari, sed principaliter timet separari, iste licet timeat malum incurere, plus timet bonum perdere, & ita quodammodo incipit bonum amare, & ideo dicitur initialis proprie, quia sicut cera introducit filum, & filo introducto exit cera, sic iste timor initialis charitatem introducit, & charitate introducta, timore foris mittit. Sextus timor dicitur filialis, nam sicut filius super omnia timet offensam patris, etiam si pater non intenderet eum peccare, sic qui habet timorem Domini filiale istar boni filii, timet & cauet offensam patris, & se lesit, etiam si ex offensa illa, nihil mali deberet sibi accidere. De hoc etiam timore dicitur in Psalm. Timor Domini sanctus permanet in seculo seculi. Iste timor a sanctis doctoribus uocatur castus timor, qui sanctum Danielem uerecundatur spaliter, & timet in turpi facto. Sine hoc timore uerecundia nihil rectum esse potest, nihil honestum, ut dicit Tullius. De hoc timore uerecundo, dicit Bernardus mirabilia super cantica. Timor (inquit) uerecundus & castus, est omnium aetatum ornatus, sed in iuuenili aetate amplius enitescit. Quid. n. amabilius uerecundo adolecente? quam pulchra haec & splendida gemma morum in uultu adolecentis, quam uera & minime dubia bona nuncia spei, bona indolis index: foror continentiae est, nullum aequum manifestum signum colubinae simplicitatis, testis innocentiae, lampas pudicae mentis, spalis gloriae conscientiae, fama castos, uita decus, uirtutis sedes, uirtutum primitiae, naturae laus, insigne totius honestatis. Merito igitur iste timor castus dicitur, quia timorem istum habet ista uirginis Mariae, ante partum suorum opum, & post partum, semper manet incorruptus, & sicut mater Dei est uirgo & decor uirginum, sic timor iste castus decor est, & uirgo uirtutum aia. Ite post donum timoris dicitur esset de dono pietatis, sed quia pietas idem est, uel quasi idem cum misericordia, ideo infra cum dicemus de beatitudinibus in materia de misericordia, c. 4. ti. 7. de pietate dicemus. Item post donum pietatis esset dicendum de dono scientiae, sed quia scientia ad prudentiam potest reduci, ideo illa quae in materia de uirtutibus supradicta sunt de prudentia, cap. v. Titu. v. applicari possunt ad ea, quae de dono scientiae sunt dicenda. Et post donum scientiae, esset dicendum de fortitudine, sed quia fortitudo non tantum est donum, sed uirtus, ideo de fortitudine sufficienter quae dicta sunt in capitulo de uirtute, & specialiter in materia de fortitudine, cap. vij. Tit. v.

Esther. 4.

Rom. 8.

Psalm. 110.

Psalm. 18.

Serm. 86.

De dono consilij. Cap. 2.

Post donum fortitudinis, esset dicendum de dono consilij, sed pauca de dono consilij sunt dicenda, & hoc quia ad donum consilij primè



ferè oia que superius in capitulo de uirtutibus, & de uirtute prudẽtie sunt dicta. c. 7. ti. 5. Nã prudentia & consiliũ in hoc differunt, q̃ consiliũ dicitur utrum aliquid sit agendum prudentia uero ostendit quo sine, & quibus circumstantiis adhibitis, ut quo tempore, & qualiter aliquid sit agendum, sicut alterius est scientiã cognoscere an expedit aliquem saluari? alterius uero scire qualiter aliquid sit saluandum, quia primum pertinet ad theologiam, secundum ad medicinam. Item donum consilii excellentius est, q̃ uirtus prudẽtie, quia consiliũ cõtra oẽ præcipitiũ uirtutẽ prudentiã retificat, ne post factum pœniteat, & hic propriè est actus & opus consilii. f. p. habere præcipitiũ & cauere. Sicut enim uidemus, quod frenum est contra præcipitiũ equi, sic donum consilii contra communem præcipitationem operis boni: Et ideo dicitur in Eccle. Si ne consilio nihil facias, post cuius factum non pœnitebis. His suppositis, inter illa pauca quæ de dono consilii sunt dicenda, sunt hæc consilia notanda. Nunc de consilio specialiter nota tria scilicet, quæ sunt in consilio necessaria, quæ sunt in consilio laudabilia, & quæ sit consiliorum differentia. Primò ergo dicendum est, quæ sunt in consilio necessaria. Et nota, q̃ in consilio quatuor sunt necessaria obseruanda, scilicet expediens, facile, certum, & securum, cõtraria istorũ uitanda. f. damnosum, difficile, incertum, & periculosum. Vnde ille qui dat consilium ceteris partibus, debet præponere, expediens, damnofo, facile difficili, certum incerto, securum periculofo. Propter omnia illa, dicitur in Prouerbis. Erit salus, ubi multa consilia. Secundò uidendum est, quæ sunt in consilio laudabilia: & nota, q̃ in consilio quatuor sunt laudabilia. f. gratia consilium requirendi, gratia consilium elegendi, gratia consilium exhibendi, & gratia consilium acquirendi. Primò igitur, est ualde laudabile. f. consilium in omnibus libèter requirere. Ideò dicitur in Tobia. Consilium semper à sapiẽtibz require. Secundo in consilio, est laudabile, consiliarium bonũ eligere: Vnde nota, q̃ secundum doctrinam sacræ scripturæ, Deus consiliarius est eligendus præ omnibus, nam in consilio & pro consilio requirendo, primò eligendus est Deus, non diabolus, Vnde dicitur in eodem Tobia. Omnia consilia tua in ipso. f. in Deo maneat. Secundo eligendus est iustus non impius, Vnde dicitur in Eccle. Cor boni consilii statue tecum, quia dicitur prouerbis. Consilia impiorum fraudulenta, quia nix scit aliis consilium dare, qui sibi nescit accipere. Et ideo dicitur in Gen. In consilio eorum. f. impiorum, non ueniat anima mea. Tertio eligendus est sapiens consiliarius nõ fatuus, ideo dicitur in Tobia. Consiliũ semper à sapiẽte require, non à fatuo, quia dicitur in Eccle. Cũ fatuus nõ habeas consilium, nõ. n. possunt diligere, nisi q̃ eis placet. Quarto eligendus est fœnax & expus ut dicitur in Eccle. Quã speciosa ueteranis sapiẽtia, & gloriosus intellectus, & consiliũ nõ

Eccle. 32. Prou. 17. Tob. 4. Tobia. ibidem. Eccle. 37. Prou. 12. Gen. 49. Eccle. 8. Ibidẽ 25.

est p̃ consilio eligendus iuuenis lasciuus, ideo Roboã pro magna parte amisit regnũ suũ, quia relicto consilio seniorum, adhasit consilio iuuenũ, ut dicitur in tertio regum. Tertio uidendum est, q̃ sit consiliorum differentia. Et nota, q̃ sicut sponsus iocalia cõsueuit portare sponsæ, cum qua de nouo contraxit, ita Christus q̃ tanq̃ sponsus de thalamo procedens, noua sponsa sua Ecclesia, cum qua naturam nostram cum sua uniendo, in unitate personæ matrimonium sacramentale contraxit, noua iocalia. i. tria Euangelica consilia apportauit. Primum consilium est castitas, contra concupiscentiã carnis. De hoc consilio h̃c i. Mat. Non oes capiunt uerbum istud, sed q̃bus datum est. Tales sunt. n. eunuchi, q̃ se castrat p̃ regnũ cœlorum. Sed m̃ consilium, est uoluntariũ paupertatis, contra concupiscentiã oculorum. De quo consilio h̃c i. Mat. Si uis perfectus esse, uade & uende oia quæ habes, & da pauperibus. Et Seneca dicit, q̃ quietissime uiuerent homines, si hæc duo pronomina tollerentur de mundo. f. meum, & tuum. Tertium consilium est obediẽtia & humilitatis, contra superbiã uitæ, de quo dicit i. Mat. Qui uult uenire post me, abneget semetipsũ, & tollat crucem suam, & sequatur me. Semetipsũ abnegare, est propriã uoluntatẽ relinquere. Optimum consilium: unde dicit Ber. Tolle propriã uoluntatem, & infernus non erit. Exemplum de fratre orate, & diabolo insultate. Et quia superius in tractatu de consiliis, plenè dictũ est de his tribus consiliis: Tit. iij. ideo quæ dicta sunt de dono consilii modo sufficiant.

De dono intellectus. Cap. III.

Post donum consilii, dicenda sunt pauca de dono intellectus, & dono sapiẽtiæ, quia hic possunt dici ferè oia, q̃ dicta sunt supra tractatu de uirtute & prudentia. Vñ notãdũ, q̃ uirtus prudẽtiæ, & donũ consilii, differunt à dono intellectus, & sapiẽtiæ, quia consiliũ & prudẽtia ptinet ad uitã actiua, & sunt de actiuis, intellectus & sapiẽtia ptinet ad uitã cõtemplatiua, & sunt de contemplatiuis. Differunt autem intellectus, & sapiẽtia, quia intellectus est cognitio speculatiua, & quasi cognitio per uisum, sapiẽtia uero est cognitio experimentalis, & practica, & quasi cognitio per gustum, & ideo superior est sapiẽtia, quia intellectus tantum dicit cognitionem uel uisionem, sapiẽtia supra cognitionem dicit delectationem. Et nota, q̃ intellectus foris stat, sapiẽtia per affectum intrat, & ipsa delicias suggerit. Vnde dicitur in psalm. Gustate & uidete quoniam suauis est Dominus, gustare ad sapiẽtiam pertinet, sed uidere ad intellectum, quia quod intellectus acurè inuenit, sapiẽtia maturè disponit, & ad spiritualem delectationem conuertit, ut dicit Greg. Summa huius differentie est, q̃ donum intellectus est propriè penetratiuũ, sed donũ sapiẽtiæ est propriè saporatiuũ, his

Propo- Rom. 7. Duplex liber legens. Mat. 1. Mamb. deus. Idem. Sap. 14. Duplex creatura dupliciter significat. 2. Thim. 2. Eccle. 31.

propositis, de dono intellectus notãda sunt pauca, & specialiter tria, debemus enim per donũ intellectus subtiliter penetrare, & intelligere, quæ sunt supra nos, ut Deum, quæ sunt iuxta nos, ut proximum, & quæ sunt infra nos, ut corpus nostrum. Primò igitur debemus intelligere superiora. iuxta illud quod dicit Apostolus. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoq; uirtus eius, & Diuinitas. Et nota, q̃ duplex est liber, in quo intellectus potest legere, & intelligere, & adiscere Deum, scilicet liber scripturæ, & hunc librum dedit Saluator discipulis suis post resurrectionẽ ut scilicet in figuris legalibus, & canticis prophetibus intelligerent mysteria gratiæ, quæ operatus est Christus. i. ut per ea quæ facta sunt, & dicta in ueteri testamento, intelligant ea quæ completa sunt in nouo. Vnde dicitur in Luca. Tunc aperuit eis sensum, ut intelligerent scripturas. Alius est liber creaturæ, in quo intellectus fidelis debet Deũ querere, quia potest eum inuenire, sic ut in magnitudine creaturarum, omnipotentiam Dei: in pulchritudine & ordine, sapientiam: in utilitate & fructu, bonitatem Dei summam: quia dicitur in libro Sapiẽtiæ. a magnitudine specialiter creaturæ, cognoscibiliter potest eorum creator uideri. Hunc intellectum non habuerunt philosophi, quia intellectus eorũ nesciunt ascendere a magnitudine creaturæ ad magnitudinem Dei, & ideo fuerunt similes pueris, qui cũ legunt literas pulchras & de auratis, attente respiciunt, sed quid literæ significant, non intendunt. Item notandum diligenter, q̃ creatura duplex est. f. naturalis, & artificialis, & sic omnis creatura significat suum creatorẽ dupliciter. In creatura est signum naturale, & positium. Signum naturale dicitur i creaturis quas condidit per se diuina sapiẽtia, signum politium dicitur in fabricis & operibus sacramentalibus, quæ constituit Ecclesia, ut sunt formæ ecclesiarum, & uestes & ornatus ministrorum, quæ omnia sunt instituta, ut intelligamus Deum, quia in altitudine ecclesiarum, sublimitatem: in magnitudine, immensitatem uel infinitatem: in quadratura, soliditatem: in longitudine, aternitatem: & similiter de aliis. In ministris similiter & ornamentis eorum intelligo Deum, ut in ueste candida, mundiciam, & puritatem, in ueste rubea, Dei elementiam, & charitatem, in ueste aurea, Dei sapiẽtiam & claritatem, & sic de aliis. Iste intellectus propriè uocatur donũ Dei, ut dicit Apostolus. Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum. Secundò debemus intelligere, quæ sunt iuxta nos. f. proximum, iuxta illud quod dicitur in Eccle. Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. Nam in frigore meo, debeo intelligere pauperis nuditatem, in fame & siti, pauperis sitim & esuriem, & in dolore meo, pauperis infirmitatẽ, & sic de aliis. Et sicut hoies benedicti intelligentes, consueuerunt ad honores & digni

tates promoueri, ita qui intelligunt necessitatẽ proximi, promouentur & quasi epant ad beatitudinem paradisi. Vñ dicitur in Psal. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem. Tertio debemus intelligere, quæ sunt infra nos, sicut animam nostram, & corpus nostrum, sicut. n. oculus noster dirigit manum in opere & motu exteriori, sic intellectus regular affectum, in omni ope & motu interiori. Vnde intellectus, dicitur interior lectus, quia animam informat, animam tranquillat & quietat, sicut corpus in lecto pausat. Dicitur et̃ interior locus, quia sicut locus continet & conseruat locatũ, sic intellectus stabilitat & conseruat liberum arbitrium, & oẽm interiorem motum. Ideò dicitur in Psal. Intellectus bonus oibus facientibus eum, quia si hõ non faciat, quod intellectus & conscientia dicunt, nec Deus, nec Angelus, nec hõ (quia ista tria habent intellectũ) dicitur meretur sed potius iumento cõparatur. Vnde dicitur in Psal. Homo cum in honore esset, non intellexit creatorem suam, sed iumentis comparatur, & similibus factus est illis.

De dono sapiẽtiæ. Cap. IIII.

Post donum intellectus, pauca debemus dicere de dono sapiẽtiæ, quia multum conuenit cum uirtute prudentiæ, & aliis uirtutibus seu donis, quæ informant cognitiua, tñ quia sapiẽtia non tñ informat cognitiua, sed et̃ affectiuam, iõ dicenda sunt de sapiẽtia pauca. f. tria. Vnde notandum, q̃ sapiẽtia est, donũ splendidissimum instar lucis, donum sapidissimũ instar mellis, & donum profundissimũ instar maris. Primò ergo donum sapiẽtiæ, est donum splendidissimũ, non solum sicut sol, sed et̃ plusq̃ sol, sol enim iste, non ostendit nobis nisi q̃ sunt supra terrã, & infra cœlũ, sapiẽtia autẽ Dei, facit nos cognoscere oia. f. infernũ ut timeamus, mundũ ut contemamus, cœlũ ut appetamus, Deũ ut laudemus, & istud est ultimũ libri sapiẽtiæ, & ab isto donat. f. cognitio diuinorũ, ut dicit Aug. & propterea dicitur in lib. Sap. Hæc. f. sapiã, est speciosior sole, & super oẽm dispõnem stellarũ luci cõparata, & inuenitur prior quia p̃ lucẽ, uisibilia uidentur tñ, per sapiã uero et̃ inuisibilia cognoscuntur. Secundo sapiã est donũ sapidissimũ instar mellis, nõ solum sicut mel, sed et̃ plusq̃ mel. Vñ dicit sapiã in Eccle. Spiritus meus sup̃ mel dulcis, & hæreditas mea sup̃ mel & fauũ. Mel nãq; unũ habet saporem, & illo gustato desipiunt alia et̃ meliora, sicut uinum qd̃ post mellis gustũ, nõ apparet sapidũ, sed sapiẽtia diuina oẽm habet saporem, quia sibi sapiunt omnia ut debent. f. tam mala q̃ bona t̃ palia, ut uilia & insipida, bona spũalia, ut cara, bona aterna, ut fructuosa. & summe nobilia. Vñ dicitur in Eccle. Sapiã scdm̃ nomẽ suũ est. f. sapida scia, & non multise est manifesta. Ideò dicit Bernardus Inuenisti plenè sapiẽtiam, si prioris uitæ peccata desiccas, Si huius seculi desideria parupendis, si aternam beatitudinem

Psal. 40. Erymologia intellectus. Psal. 110. Psal. 48. Sap. 7. Eccle. 24. Eccle. 6. ubi ponitur Erymologia sapiã.



toto desiderio concupiscas: inuenisti sapientia, si tibi singula horum sapiant prout sunt. Tertio sapientia est donum profundissimum instar maris, non solum sicut mare, sed etiam plusquam mare, quia mare habet fundum, sapientia diuina nullum habet fundum, ut dicitur in Iob. Longior est terra mensura eius, & latior mari. Et propterea dicit Apostolus. O altitudo, id est profunditas, diuitiarum sapientiae, & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius, quia nimis longe sunt sapientiae diuinae iudicia, quibus disposuit omnia inuestigabilia, quam guttae maris ualeant numerari. Exemplum de patre & filio uolentibus haurire totum mare cum cloacari paruo, ut narrat Hieron. Ideo dicitur donum, quia nunquam per studium acquiritur, nisi per inspirationem diuinam habeatur. Et ideo dicit Iacobus. Si quis uestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluentem, & non impropertat, & dabitur ei. Et in Sapientia. Da mihi Domine sedium tuarum asiltricem sapientiam, ut mecum sit, & mecum labore, ut sciam, quid acceptum sit coram te omni tempore. Amen.

TITVLVS SEPTIMVS SEPTIMA DIETA DE BEATITVDINIBVS

Euangelicis, & primo de humilitate. Cap. I.

Hoc tractatum de donis Spiritus Sancti, dicendum est de beatitudinibus: haec est septima dieta salutis. scilicet a dono spiritus sancti, ad beatitudinem peruenire. De humilitate enim quatuor sunt praecipue notanda. scilicet typum figuratiuum, motum in circuitu, signum demonstratiuum, & gradum distributiuum. Habet ergo humilitas, in sacra scriptura typum, & multiplicem figuram. Nota igitur, quod humilitas est breuis scala deuotionis, breuis scola perfectionis, & breuis uia saluationis, breuis (inquam) scala, si uis ascendere, breuis scola, si uis adiscere, & breuis uia, si uis incedere. Est igitur humilitas breuis scala. Et nota tria in scala humilitatis. scilicet scala extremum, imum, & supremum, scala latera, dextrum, & sinistrum, scala spacia, scilicet triplicem gradum. Habet enim scala humilitatis duo extrema, imum, & supremum, imum uel pes huius scale, est timor supplicij, supremum uero, est amor praemij. Vnde Psalm. ait. Si ascendero in caelum, tu illic es, si descendero ad in fenum, &c. Item habet scala duo latera. scilicet dextrum & sinistrum, dextrum, est temperantia in prosperis, sinistrum, patientia in aduersis. Vnde Apostolus. Per arma iustitiae, a dextris & a sinistris. Item haec scala habet tria spacia, uel tres gradus, inter quos primus est contemptus mundi, secundus est humilis abieccio sui, tertius est humilis amor Dei. Haec est scala. Iacob de qua dicitur in Gen. Item est humilitas breuis scola, est in eo pendium totius iustitiae. Vnde ipsa dicitur omnis iustitia in Matth. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam, glo. i. humilitatem. Ioh. Saluator & magister optimus, in sua schola, plixitate totius legis reduxit ad quandam summam. i. ad methodum humilitatis, dicens. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Humilitas autem sic describitur. Humilitas est, ex intuitu propriae conditionis, uel conditione uoluntaria mentis inclinatio. Est insuper humilitas sicut breuis uia, quia cum humilitas perat centrum, per consequens uetat circulum, & spatium circuitum, & facit diametrum, & diametraliter per transit spacium, & ita rectissime uenit ad terminum, ideo dicit Isa. Haec est uia, ambulata in ea. Item humilitas se attenuat, ut ametur a sponso, se ad nihilat, ut creet de nouo, & se euacuat, ut impleatur a Deo. Humilitas itaque se attenuat, & sic facit seipsum gracile, ad domicellae modum. Vnde humilitas est gracilitas sponsae, quae sponsum in eam ad eius amorem. Et ea huius est, quia gracilitas significat, uel attestat incorruptionem, sicut e contrario tumor significat corruptam mulierem, & praegnantem. Vnde nota, quod quidam tument & insunt de genere, & nobilitate, & tales impregnatur a proprio patre, sicut filij Loth ut hinc in Gen. Quidam insunt de subditorum multitudinem & potestate, & tales impregnatur a toto populo, sicut Dauid, qui fecit murmurare populum ut dicitur in 2. Reg. Quidam et tument & insunt de incorruptione corporis, & per consequens (quod est detestabile) impregnatur a uirginitate, sicut fatuae uirgines de quibus, dicitur in Matth. Item humilitas se ad nihilat, ut de nouo creet. Ipsa enim est illud nihilum, super quod Deus fundauit terram, ut dicit Iob. Qui appendit terram super nihilum. i. aiam, super humilitatis fundamentum. Humilitas insuper se euacuat, ut impleat. i. uacuum & inanem se reputat. Vnde figurat per altare tabernaculi de quo dicitur in Exod. quod erat ita concavum, ut posset recipere ignem, ligna, & uictimas, sic humilitas est uacua, ut capiat ista tria. scilicet ignem dilectionis, ligna copasios, & uictimam deuotionis. Item nota, quod humilitas est, quicquid in ualore est preciosius, quicquid in odore est delictiosius, & quicquid in decore est gratiosius. Primo igitur dico, quod humilitas in ualore est summum pretiosum, & pro hoc comparat auro & balsamo, quae sunt duo ualde pretiosa, balsamum, super omnes liquores aurum, super omnia metalla, & sicut ista duo sunt ualde rara, & ideo pretiosa, sic rarissima est humilitas uera, ideo summum chara, & sicut aurum est ualde ponderosum, & naturaliter petit centrum, et balsamus semper petit fundum, sic uera humilitas instat auri & balsami, semper appetit inferiorem locum. Et prope de ualore humilitatis dicitur in lib. Sap. Oe aurum in comparatione illius, arena est exigua. Est etiam

Rom. II. Iob. 11. Iac. 1. Sap. 9. Psal. 138. 2. Cor. 6.

etiam humilitas in odore multum delictiosa, & propter hoc comparatur in scriptura tribus, quae sunt ualde odorifera, scilicet thuri, quod est granum modicum, est tamen fragrantissimum: ideo dicitur in Ecclesiastico. Quasi thus redolens in diebus illatis. Comparatur etiam nardo, quae est arbor parua, & ualde odorifera, Vnde dicitur in Cant. Nardus mea dedit odorem suum. Comparatur etiam cinamomo, quod est cineris coloris, & cum frangitur, spirat quendam uisibilem & fragrantissimum odorem, id est uaporem admodum cineris, sic uerus humilis, quia cinerem se reputat, emittit spiramina fragrantissima uirtutis. Et ideo dicitur in Ecclesiastico. Sicut cinamomum & balsamum aromatizans, odorem dedi. Est insuper humilitas in decore metris ualde speciosa, & propter hoc comparatur uirori & colori uiridi, qui super omnes colores est proportionabilis oculis, & delectabilis ad uidentem. Vnde dicitur in Ecclesiastico. Gratia & speciem desiderabit oculus, & super hoc uirtutes rationes, unde leges satior uiridiorque, est uirtus humilitatis. Item nota, quod humilitas se humiliat, ut ascendant, se incinerat, ut redoleat, se mortificat, ut resurgat. Humilitas itaque se humiliat & semper inclinatur, sicut enim ramus in quo pendet fructus, & sicut spica plena grano, respicit & declinat uersus terram, sic anima humilis, quae in instar ramus, quae est omnia fructibus bonorum operum, & ad modum spicae granatae, est plena granis uirtutum, respicit terram, id est propriam fragilitatem, & carnis uel corporis conditionem terrenam. E contrario ramus erectus, monstrat quod in eo est nullus fructus, & spica erecta, quae est gracilis & uacua. Ita homo per superbiam erectus, est admodum rami sterilis & infructuosus. Et ideo dicit Saluator in Matth. A fructibus eorum, cognosceitis eos. Humilitas etiam se incinerat & puluerizat, & sic suauis fragrat, sicut herbae & species aromatica, plus redolent, quanto sunt minutius trita & puluerizata. Vnde dicitur in Cant. Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut uirgula fumi, ex aromatibus mirrae, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij. Et notandum, quod omnis homo debet se puluerem & cinerem reputare ex parte carnis, de qua certus est, quod efficitur puluis, ut dicitur in Gen. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Ex parte anime, debet se quilibet puluerem & cinerem reputare, praecipue propter tria. Primo propter uilitatem, sicut enim cinis est uilis, quantumcumque fuerit de pretiosa materia, sic anima ualde uilis est ex culpa, quae sit ualde nobilis ex natura, ideo dicit Psalm. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Secundo propter resistendi difficultatem, quia sicut cinis statim dispergitur, & non potest resistere modico flatui, sic homo non potest resistere modicae tentationi, imo frequenter cadit ad sibi illi modici uerbi, unde dicitur in Psalm. Non sicut ipse non sic, sed tanquam puluis, &c. Tertio propter resurgendi impossibilitatem, nam sicut cinis

non potest redire ad statum suae materiae, sic homo peccator non potest redire ad statum gratiae, nisi sola Dei uirtute, quia dicit Ecclesiastes. Nemo potest corrigere, quem Deus deiecit, & in Psalm. Nisi Dominus edificauerit domum, &c. Humilitas insuper se mortificat, ut resurgat, quia humilis quasi semper considerat mortem propriam, ut resurgat ad uitam. Et nota, quod memoria mortis facit in homine praecipue sex bona. Primo facit peccata uel uita fugere: Nam sicut latrones timent & fugiunt faciem iudicis, sic uita, memoria mortis, & sicut iumentum cum cauda se defendit a muscis, sic homo a tentatione uitiorum ex consideratione mortis. Na de peccatore dicitur in Trenis. Sordes eius in pedibus. i. in affectionibus. Et subdit causam, quia non recordatus est finis sui. Secundo facit mundum contemneret, unde dicit Hiero. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. Nam concupiscentia oculorum contemnitur, quoniam cogitat se in terra reuersurum, concupiscentia carnis deprimittitur, quoniam quis cogitat, quod corpus in delictis nutritum, erit cibus uermium, superbia uita contemnitur, quoniam quis cogitat, quod ille qui uult esse supra alios, ponetur sub terra, quae est infimorum elementorum. Tertio facit seipsum despiceret, & propter resolutionem ad terram, in suis ipsius cognitionem uenire, qui modus cognoscendi (secundum philosophum) est certissimus inter omnes, propterea dicitur in Psalm. Sciant gentes, quoniam homines sunt, id est de humo. Quarto facit uitam presentem recte regere, sicut enim gubernator nauis se ponit in cauda, ut rectius gubernet nauem, sic qui in mari huius mundi uult recte & securè nauigare, nouissima sua debet cogitare uel recordari. Nam dicitur in Eccl. Memorare nouissima, & in aeternum non peccabis. Quinto facit recte temperare poenitentem letitiam, sicut enim fatua est esca sine sale, sic praesens letitia est inepta sine mortis consideratione, instar salis, dulcedo letitiae temporalis, misceatur cum amaritudine mortis. Vnde dicitur in Ecclesiastico. O mors, quae amara est memoria tua homini iniusto. Sexto facit recte diuidere poenitentem, & futuram uitam. Qui enim ponit se in articulo mortis, & eam diligenter considerat, quasi in medio praesentis & futurae uita se collocat, & ideo recte uidet quid spernere, & quid eligere debeat. Ideo dicitur in Eccl. In die bonorum, ne immemor sis malorum. Item humilitas, est gratiosa instar floris speciosi, luminosa, instar syderis radiosi, & uirtuosa instar lapidis pretiosi. Est itaque humilitas gratiosa, instar floris speciosi. Comparatur autem inter flores praecipue uiole, quae est flos modicus, & ualde pretiosus. Et nota, quod uiole est formata instar auiculae paruae, habet enim quoddam rostrum paruum, & quasdam paruulatas alas, & quandam caudam paruulam, ita humilitas, habet admodum uiole ista tria diminutua per propriam reputationem, habet namque rostrum

Eccl. 7. Psal. 116. Mortis memoriae utilitates. Tren. 1. Psal. 9. Psal. 7. Idem. 4. Idem. 11.



strum ad laudandum Deum, habet etiam alulas uel pennas, ad contemplandum caelum, habet caudam ad cogitandum finem proprium. Hec est uisio pretiosa, de qua dicitur in Cant. Ego flos campi &c. Est etiam humilitas luminosa, instar syderis radiosa, nam sicut sydus uel stella est modica in apparentia, cum tñ sydus in ueritate (ut tradunt Mathematici) sit maior tota terra, sic humilis cū sit paruus in ueritate, est apud Deū maximus, & sua tñ & hominū reputatione uult esse quasi nullus, ideo dicitur in Eccles. Quāto magnus es, humilia teipsum in omnibus. Ipsa enim est instar Lunae, nam sicut Luna est luminare quod minuitur ex consumatione, ut dicitur in Eccles. Sic humilis se minorare nititur, cum a Deo per gratiam consumatur, sicut uirgo Maria ut habetur in Luca. Quia reputauit se ancillam humilem, cum saluaretur uenerabiliter per archangelum Gabrielem, & a filio Dei eligeretur in matrem. Est etiam humilitas instar lapidis pretiosi uirtuosa. Nam lapides pretiosi sunt, ut plurimum, quantitate modici & uirtute magni. Et nota, q̄ humilitas comparatur specialiter & proprie quinq; lapidibus pretiosis. Primò Amethysto qui reprimat ebrietatē, sic humilitas superbiā, quā se inebriat per ambitionem. Vnde superbia est ebria & non a uino, ut dicit Iohel. Experge semini ebrj, & nō a uino, sed a uento, scilicet superbiā. Secundò lapidi qui fugat phāta smata, sic humilitas honores transitorios, qui sunt quasi phāta smata uel somnia. Quia dicitur de superbo in Eccles. Cor tuū phāta smas parit. Tertio humilitas est sicut Sapphirus. Nam sicut Sapphirus reprimat humores, seu tumores corporales, ita humilitas superbas & ampulosas inflationes. Ipsa enim non inflat, non est ambitiosa, sicut de charitate dicit Apostolus. Quāto humilitas est sicut Onychinus. Nam sicut Onychinus dicitur hominem redde re inuictum, sic humilitas reddit inuictum hominem, & facit de hostibus triumphare. In cuius figura dicitur, q̄ Dauid qui dicitur humilis, cum lapidibus fundā Goliath interfecit, ut dicitur, in libris Regum. Quinto humilitas est sicut Adamas. Nam sicut Adamas est lapis, qui reddit hominem gratiosum, sic humilitas hominem Deo & hominibus facit esse placentem & gratum. Vnde dicitur de humilitate in Deut. Sit placens de fratribus suis, & sicut coram Deo & hominibus est superbia odiosa, ut dicitur in Ecclesiastico, ita humilitas est Deo & hominibus gratiosa. Item humilitas cum Deo quasi de pari contendit cū diuina liberalitate eius, gratiam semper recipiēdo. Superbiā circūuenit, & despiciat, meliorem partem eligendo. Diabolum despiciat, eius laqueos euadendo. Humilitas igitur quasi de pari contendit cum diuina liberalitate, quia quāto diuina liberalitas animā plura tribuit, tantō ipsa ad recipiendum fit capaxior, & hoc triplici arte, scilicet se dilatando

per gratiarum actionem, incuruando per deuotam orationem, & euacuando per modicam sui reputationem. Primò enim humilitas cum recipit Dei beneficia, gratias agēdo se dilatat, & sic recipiēdo parat temper locū, ut Deus amplius infundat. Vñ ipsa est uas admirabile opus excellenti, ut dicitur in Eccles. Et benè humilitas uas admirabile dicitur, quia dum impletur, de impletione capaxior efficitur. Secundò humilitas per orationem se incuruat, & sic ad magis hauriendum se parat. Nam sicut hydria curuatur, ut hauriat aquā, sic humilitas se incuruat ut hauriat, & hoc orando gratiam diuinā, & quāto Deus amplius donat, tantō ipsa amplius postulat, immo nunq̄ petere cessat, & ideo in ea impletur quod dicitur in libro Eccles. Cū consumauerit homo, tunc incipiet. Tertio humilitas per propriam reputationem se euacuat, & quodāmodo se exinanuit, & per consequens ad recipiendum capaxior fit, & hoc triplici arte existit, quia dum gratiam Dei in plenitudine recipit, seipsum tam uacuum recognoscit, ideo in persona Dei dicitur de humilis in Ecclesiastico. Qui bibunt me adhuc sitient. Item humilitas etiam superbiā circūuenit, meliorem partem eligendo. Et nota specialiter decem, in quibus humilitas respectu superbiā eligit meliorem partem. Superbia enim eligit quod est extra, humilitas quod est intrā. De primo dicitur in Matt. Omnia uerò opera sua faciunt, ut uideantur ab hoibus. De humilibus uerò dicit Apost. Gloria nostra haec est, testimonium conscientia nostra. Superbia eligit sarpillas, humilitas tortillas, superbia eligit corticem, humilitas nucleū, superbia eligit paleam, humilitas granū, superbia demum eligit flores, humilitas uerò fructū, iuxta illud. Fructus eius dulcis gutturi meo. Superbia eligit mōtes, humilitas ualles. Et nota, q̄ in mōtibus sunt quatuor mala, scilicet ariditas, inuentionis, durities incōpationis, sterilitas operationis, & praecipitium damnationis. Humilitas uerò eligit ualles, in quibus sunt quatuor bona, illis malis opposita. Nam sicut ualles contra ariditatem sunt irriguē, contra duritiā sunt molles, contra sterilitatem sunt fructiferae, cōtra praecipitium sunt securae, sic humiles ad modum uallis, sunt irrigui per deuotionem, & molles per compationem, fructiferi per bonam operationem, securi per diuinam protectionem, quia in inferno nō oportet timere praecipitiū, superbia eligit pulchrum, humilitas bonum, superbia eligit imaginem, humilitas ueritatem. Superbia eligit contentionem, ideo locum superiorem, pro quo contendunt ambitiosi, humilitas pacem. Locum inferiorem, pro quo nullus contendit. Ideo dicit Saluator. Recumbe in nouissimo loco. Et sic in pace factus est locus eius, ut dicitur in Psalm. Superbia eligit esse in ore hominū, & ideo non est mirum si sentit aliqui morsus detractionis, humilitas uerò eligit esse in iudicio Dei per

per quem solum uult indicari, sicut dicit Apostolus. Qui autem iudicat me, Dñs est. Humilitas insuper despiciat, & parupendit Diabolum eius scilicet laqueos euadēdo. Nam sicut pisciculi euadunt sagenam, sic humiles rete ideo tationes diabolicas. In cuius figura rex caldeorum translulit in Babiloniam, et captiuauit nobiles & potentes, & dimisit pauperes, ideo agricolae & uinitores, ut dicitur in libris Regum. Humilitas insuper habet motum incitatiuū, ideo est cauosa multas, quā hominem mouere debet ad se humiliandum. Vnde nota q̄ sunt quinq; cauosa praecipue, ex quarum consideratione debet homo se ipsum humiliare, si consideret, quē sunt infra, quā sunt intrā, quē sunt iuxta, quē sunt cōtra, & quā sunt supra. Prima igitur causa humilitatis est consideratio creaturae corporalis, quā in homine est. Debet igitur creaturas corporales diligenter considerare, & ex illis humilitatē haurire, si enim cōsideret terram, uidet propriū sepulchrum, si attendat ignem super terram uidet supplicium peccatorū, si consideret quadripedia uidet ea fortiora, si uolatilia uidet ea leuiora & agilia, si terrā nascētia, uidet meliora sicut fructus, & pulchriora sicut flores. Vltimò si consideret proprium subiectum, uidet q̄ in principio est semen immundum, in medio faccus stercoreum, & in fine cibus uermium, ut dicit Bernardus. Et iterum uidet unde ueneris, & erubescat ubi es, & ingemisce quō uadis, & cōtremisce. Et ita cum homo diligenter cōsiderat proprias utilitates, tūc humilitas resumit uites. Sicut enim muscus in locis foetibus recuperat odorem, sic humilitas fragrantior efficitur, cum quis considerat propriam uilitatem. Et ideo dicebat Abraham. Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis? Secunda causa humilitatis est consideratio status interioris. Ois autē homo, aut scit se esse peccatorem, aut iustum, si sciat se esse peccatorem, multū debet humiliari, quia quantum ad hoc deterior est cane uel bufone, quia peccator est debitor temporalis & eternae mortis, illa uerò solum temporalis, & in illis solū est miseria poenae, in peccatoribus uerò poenae & culpe, & in hoc sunt similes Diabolo. Si autem fuerit peccator aliquando, nescit utrum iustificatus est a peccato, quia dicitur in Eccles. Nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futuro seruantur incerta. Si autē sciat aliquis se esse in gratia, tamen se humiliare debet propter quatuor, quā interdum etiam uiris iustus & perfectus nocent, scilicet negligentia praeficiendi, difficultas standi uel perseuerandi, facilitas cadēdi, etiam ad sibilum uniusmodi uerbi difficultas uel impossibilitas resurgendi. Homo enim potest per se ire ad culpam, sed per se non potest redire ad gratiam, quia dicitur in Psalm. Spiritus uadens, & non rediens. Tertia causa humilitatis est, considerare se de proximis nostris. Videmus enim multos de fratribus & proximis

nostris, in sciētia & uirtutibus profecisse, & nos in peccato uel ignorantia remansisse, unde debemus erubescere. Videmus etiam multos fratres & proximos cecos, mēdicos, & diuersis miserijs afflictos, & ideo debemus compati, timere, & Deo grati & humiles esse, & laudare eum, qui nos potuit & potest similia ex sua aequitate infligere, & ex sua pietate custodire, & pp̄ hanc cām humilitatis dī in Iob. Visitas spēm tuā non peccabis. Visitas spēm tuā, s. in proximū qui est spēs tua, uel species una tecum. Quarta causa humilitatis est consideratio hostis aduersantis, cui sine Dei adiutorio nō possumus resistere, imo si comparati fuerimus ei, ipse quasi gygas, & nos quasi locuste ut dicitur in Numeris cuius etiā tanta est crudelitas, q̄ nos omni hora trāglutire, nisi etiam diuina protectio nos custodiret, quia dicitur in Trenis. Misericordia Domini, quia non sumus consumpti, cui debemus totam uirtutem ascribere. Quinta causa humilitatis est consideratio diuinae magnitudinis, cui tenemur humiliter subesse, propter beneficium creationis, iuxta illud Psalm. Ipse fecit nos, & nō ipsi nos, & propter beneficium redēptionis, iuxta illud Eccles. Gratiam fidei uisoris tui, ne obliuiscaris. Humiliare etiam debemus nos Deo, cuius potentiam euadere non possumus, cuius sapientiam latere non possumus, cuius iustitiam corrumpere non possumus. Vnde notandū iuxta hoc, q̄ tribus de causis debet se quis inclinare & dimittere. Primò qñ uidet capiti suo gladium imminere, sic nos debemus humiliari, & timere, q̄ uidemus super caput nostrum gladium diuinae sententiē uibrare. Vnde dicitur ab Apostolo Petro. Humiliamini sub potēti manu Dei. Secundò inclinā se aliquis, quando oportet ipsum transire per hostium bassum, sic nos debemus humiliari, qui ad uitam transitori sumus, per hostiū bassum & humile, quod est Christus quia dicitur in Ioanne. Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur. Tertio consueuit quis inclinare se, quando uidet superiorem se, in inferiori loco sedere, non enim est decens militem sedere in scanno, si rex sederet in pauimento, sic nos humiliari est necessarium, cum uideamus regem gloriae propter nos in tantum humiliatum. Vnde dicitur in Matt. sufficit seruo, si sit sicut Dominus eius. Item habet humilitas multiplex signum demonstratiuum. Et nota, q̄ quinq; sunt signa, inter alia humilitatis demonstratiua. Primum est humilem amare, exemplo creaturarum, quā diligunt sibi similes, quia dicitur in Eccles. Omne animal, diligit sibi simile. Secundum est honores & laudes fugere, sicut mel uenenatum, & sicut sagittas limatas & uenenatas, exemplo Christi, qui fugit cum turbā ueller eum facere regem, ut dicitur in Ioan. Tertium signum est opprobria & contumelias aequanimiter tolerare, exemplo Dauid, qui cum semel malediceret ei dixit Abisay regem uindicare nolenti.

Cant. 2.

Eccle. 32.

Idem. 43.

Luc. 1.

Iohel. 1.

Eccle. 34.

1. Cor. 13.

1. Reg. 17.

Deut. 32.

Eccle. 10.

Eccle. 1.

1. Reg. 17.

Eccle. 1.

Eccle. 1.

Mat. 23.

1. Cor. 13.

1. Petri. 5.

1. Cor. 13.

Eccle. 9.

Luc. 14.

Psalm. 77.

Iob. 5.

Num. 23.

Tren. 3.

Psalm. 99.

Eccle. 29.

1. Petri. 5.

Ioan. 10.

Matth. 10.

Eccle. 13.

Ioan. 6.



lenti. Dimitte eum, ut maledicat mihi: ut in libris Regum reperitur. Et exemplo Apolloniorum de quibus dicitur in actibus Apost. Quod ibat gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumelia pati. Ideo dicitur de humilitate in Trenis. Saturabitur opprobrijs. Quartum signum est, uilia officia non recusare, exemplo Abigail quam cum Dauid uellet ducere in uxorem, respondit. Ecce famula tua sit in ancillam, ut lauet pedes seruatorum domini mei, ut habetur in libris Regum. Quintum signum est libenter obedire, exemplo Christi, qui humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, ut ait Apostolus. Habet etiam humilitas multiplicem gradum distributum. Unde nota, quod tres sunt gradus humilitatis, sicut dicitur in glossa super Mattheum. Primus est subesse maiori, nec praferre se equali, & haec est sufficiens & necessaria. Secundus gradus est subesse patri, nec se praferre minori, nec non uelle praferri, & haec est humilitas copiosa. Tertius gradus est subesse minori. Et nemini uelle praferri, & haec est humilitas excellens & perfecta. Ex ideo humilitas cum his gradibus suis, eleganter figuratur per altare tabernaculi, quod habebat tres cubitos in altitudine, ut dicitur in Exod. Item secundum alios, gradus humilitatis sunt quatuor. Primus est spernere mundum, secundus spernere nullum. Tertius est spernere seipsum. Quartus est contemnere se semper, uel non curare sui contemptum. Ideo humilitas per istum quadruplicem gradum figuratur satis aperte per rationale, in quo erant quatuor uersus, uel ordines gemmarum, ut habetur in Exod.

De mansuetudine uel mititate. Cap. II.

DE mansuetudine uel mititate, quae est secunda beatitudo, specialiter sunt tria notanda, habet enim mansuetudo, uel mititas pacem & societatem cum proximo, gratiam & familiaritatem cum Deo, & regnum, & hereditatem in caelo. Habet namque homo mitis & mansuetus cum proximo pacem & societatem, & cum his qui oderunt pacem, scit esse pacificus. Sicut enim contra lapidem machinae opponitur aliquid molle, per quod frangitur impetus uolentiae suae, sic & ut mitis frangit iram, & impetum indignationis, opponendo molliorem responsionem, ut in Proverb. patet. Responsio mollis frangit iram. Habet etiam homo mitis cum Deo familiaritatem. Et nota quod signum triplex est, quod homo mitis Deo sit familiaris. Primum est quod Deus mitis libenter exaudit, sicut uidemus quod a rege obriunt quod uolunt, qui ei familiares existunt. Unde dicitur in libro Iudith. Humilium & mansuetorum tibi semper placuit deprecatio. Secundum signum est, quod Deus in anima miti libenter pausat & dormit. Mansuetudo enim est sicut calcitra mollis in lecto florida conscientiae, de

quo dicitur in Cantic. Lectulus noster floridus. Tertium signum est, quod Deus ad uidendum, & loquendum, se ostendit miti uel exhibet, sicut uidemus quod illi, qui sunt familiares praetatis, quoniam uolunt, ad eos intrant, & loquuntur, pro uoluntate cum eis, sic homo mitis loquitur cum Deo, ut in Exod. legitur de Mose. Qui loquebatur cum Deo facie ad faciem, sicut solet loqui amicus ad amicum suum, causa inter alias erat, quia homo mitissimus erat, ut dicitur in Numer. Habet insuper homo mitis hereditatem in caelo, ut dicitur in Matth. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram, scilicet uidentium. Et nota quod triplex est ratio, quare mites possident caelum. Prima est, quia ipsi possidentur a Deo, & ideo lege uicissitudinis possidebunt Deum in caelo, quia dicit August. Nullus erit Dei possessio, nisi eius quem ipse prius possederit. Secunda ratio est, quia mites possident corda sua, & dominantur sibi ipsis, quod non faciunt iracundi, immo ira dominatur eis. Ideo dicit Sapiens. Melior est qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Tertia ratio est, quia mites possident hic bona sua. Mites autem sciunt hic bona spiritualia optime possidere, quia nulla aduersitas potest eis ipsa auferre, quod iracundi facere nesciunt, immo bona spiritualia, si qua habent, per impatientiam perdunt, ut dicitur in Proverb. Qui impatiens est, sustinebit damnum, scilicet non solum boni exterioris quod perdit in uia, sed etiam boni interioris quod ipse effundit. Mites etiam bona temporalia possidere sciunt, quia sibi non permittunt dominari, quod nesciunt facere avari & cupidi, quia diuitiarum suarum nesciunt esse domini, sed potius serui, quia dicitur in Psalm. Viri diuitiarum, non diuitiae uirorum. Quia igitur mites (ut dictum est) se, & sua possidere sciunt, merito terram uiuentium possidebunt. Et nota, quod mititatem uel mansuetudinem hominis natura ministrat. Corporis figura demonstrat, & canonis scriptura commendat. Mititas igitur a natura ministratur, & cum homine a natura copulatur, uel concreatur. Nam dicit philosophus quod homo est animal natura mansuetum, sicut leoni a natura inest crudelitas, sic homini mansuetudo uel mititas. Mansuetus enim dicitur quasi manu assuetus, & ideo homo qui relicta mansuetudine regitur crudeliter, non est homo, sed bestia filustris. Mititas etiam figura humana demonstratur. Figura enim hominis exterior quandam dulcedinem & affabilitatem demonstrat, & mititatem internam. In omni siquidem animalis specie, figura corporis exterioris signum est naturae interioris, sicut enim uidemus, quod unguis magis fortis & acuti, & magna & ampla labia, significant rabiem & crudelitatem leonis & canis, sic naturaliter homo habens faciem uenustam, & carnem mollem, & cetera leuem, & unguis breues, & modicitatem oris, & gratiam in oculis, mansuetudinem significat, &

cat, & multa alia testimonia mititatis, quae possent dari. Et e converso uidemus, quod homo iratus habet tortam, & hirsutam faciem, & exiit humanam naturam & induit furiam, & quodammodo exterior effigies monstrat, quod homo iratus iam non est homo, sed incipit esse bestia, iuxta illud Psalm. Comparatus est iumentis &c. Mala suetudo insuper uel mititas in scriptura ualde commendatur. Dicitur enim de mediatore nostro in Hier. Ego sicut agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam. Et iterum dicitur Psalm. Propter ueritatem & mansuetudinem & iustitiam &c. Unde nota tria, quae recte hominem deducunt, quae sunt mansuetudo cordis, ueritas in oris, & iustitia operis.

De fletu. Cap. III.

DE fletu, quae est tertia beatitudo, nota specialiter tria, scilicet quod est fletus compunctionis, fletus compassionis, & fletus deuotionis. Primus fletus, scilicet compunctionis, est sicut collirium medicatum. Unde in Apoc. legitur. Collirio inunge oculos tuos. Sicut enim collirium purgando oculos, turbat uisum, & in turbando purificat, sic fletus compunctionis animam turbat per penitentiam, sed medicat per gratiam. De hoc fletu dicitur in Psalm. Exitus aquarum deduxerunt &c. Secundus fletus est compassionis. Et est sicut unguentum lenificatum. Nam sicut unguentum unguendo sanat membra paralitica, sic humor compassionis sanat cupidos a paralipsi. i. ab avaritia. Et nota, quod ad unguendum & sanandum membra infirma, praecipue tria sunt necessaria, scilicet ignis, unguentum, & confricatio manuum, sic ad opus misericordiae requiritur ignis dilectionis, unguentum compassionis, & manus subventionis. De hoc fletu dicitur in Iob. Flebam quondam super eo, qui afflicus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Tertius fletus, scilicet deuotionis est, sicut balneum delectatiuum. Unde anima in qua sunt lachrymae deuotionis, natat in deuotione, & lachrymis, sicut pisces in flumine. Nam dicitur in Proverb. Cor quod nouit amaritudinem animae suae, in gaudio illius non miscebitur extraneus. Item nota, quod sex sunt fletus incitamenta, & sex fletus impedimenta, & sex fletus emolumenta. Fletus igitur incitamenta sunt sex. Primum est cognitio propriae culpa. Nam dicitur in Psalm. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Secundum est incolatus praesentis uiae, ut dicitur similiter in Psalm. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Tertium est timor gehennae. Nam dicitur, in libro Trenorum. Ploras plorauit in nocte, id est in peccato. Quartum est recordatio passionis Dominicae ut legitur in Psalm. Fuerunt mihi lachrymae mea panes die ac nocte. Quintum est compassio humanae miseriae, ut dicit Apostolus. Flete cum fletibus. Sextum

est desiderium caelestis patrie ut dicitur in Psalm. Super flumina babilonis, id est calcando delectationem transitoriam, sedimus per quietam meditationem, & fleuimus propter caelestis patriae delectationem, unde sequitur, dum recordaremur tuis. Sicut interdum peregrinus lachrymari cogitur, cum suae patriae recordatur. Sex sunt etiam fletus impedimenta. Primum est superbia elatio, sicut uidemus, quod montes & alta loca consueverunt esse arida, sic motus elationis & superbiae est aridus. Unde dicitur in Iosue. Terram arenam dedisti mihi, iunge & irriguam, sic e converso humiles abundant lachrymis, sicut uidemus quod ualles abundant aquis. Nam humilitas est uallis lachrymarum. Secundum impedimentum est terrenorum affectio, sicut uidemus, quod terra inspissat aquam, & turbat & redigit in lutum. Unde dicitur in figura huius in libro Gen. Quod Cayn interfecit Abel. Cayn interpretatur possessio, Abel lactus. Cayn igitur Abel interfecit, quoniam possessio & affectio terrenorum, lachrymarum irriguum interfecit & interrumpit. Ideo dicitur in figura huius in Gen. Quod omnes patres quos fecerunt serui Isaac, obstruxerunt phisellim, implentes terrenorum affectione puteos deuotionis. Tertium impedimentum est cordis incompassio, sicut uidemus, quod de rupe non scaturit aqua, nisi miraculose. Unde dicitur in libro Gen. Quod puteus gradi lapide claudebatur. Per os putei irriguum deuotionis intelligitur, & tunc grandi lapide clauditur, quando scilicet propter cordis duritiam impeditur. Quartum impedimentum est nimia occupatio, sicut uidemus quod in aestate quando est tempus occupatum ualde, fontes & putei exsiccant, contra hoc dicitur in Isa. Recedite a me, amare sebo. Quintum impedimentum est ignorantiae excusatio, sicut uidemus quod freneticus & fatuus, non potest flere, sed ridere, quia non cognoscit morbum suum. Hoc impedimentum tangit Dominus dicens. Si cognouisses & tu fleres, &c. Sextum impedimentum est peccati multitudo, sicut enim uidemus quod nimium frigus congelat aquas, ita magnum gelu peccati impedit lachrymas, Ideo dicitur in Mattheo. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescit charitas multorum, & per consequens cessauit irriguum lachrymarum, quia ut dicit Gregorius in moralibus. Vis amoris per lachrymas emanat, & ideo ubi amor non est, lachryma cessat. Sex sunt etiam fletus emolumenta uel utilitates. Unde nota quod lachryma spiritum contritum lauat. Ipsum deuotum leuat. Spiritum malignum necat. Terram cordis irrigat. Sinit sedat. Orando efficitur contritum lauat. Unde figuratur per mare genium in tertio Reg. In quo ingressuri tabernaculum lauabant manus & pedes, id est opera & affectiones. Secundum leuat animam deuotam. scilicet per contemplationem. Quod figuratur per diluuium ut habetur in Gen. Multiplicatae sunt aquae, & eleuauerunt

Psal. 137.

Iosue. 15.

Gen. 4.

Gen. 26.

Gen. 29.

Isa. 22.

Luc. 19.

Matth. 24.

3. Reg. 7.

Gen. 7.

1. Reg. 25

Philip. 2.

Matth. 3.

Exod. 27.

Exod. 28.

Prou. 15.

Iudith. 9.

Cant.

Exod. 31.

Numer. 11.

Matth. 5.

Prou. 17.

Apoc. 3.

Pro 19.

Psal. 118.

Job. 30.

Prou. 14.

Psal. 118.

Psal. 119.

Trenor. 1.

Psal. 41.

Rom. 42.



mosynarum, & effusio lachrymaru. Primò lectio scripturarum efficit cor mundum, quia dicit in Ioan. Jam uos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis. Quod figuratur eleganter per lauatoriū tabernaculi, ut legitur in Exo. Et nota, q. duo erant in lauatorio. I. speculum & aqua munda, & hec duo sunt mystice in sacra pagina, est enim speculum, quia peccati maculas ostendit, & est aqua, quia maculas tergit. Secundo, facit cor mundum effusio lachrymaru, quia dicitur. Lauabo per singulas noctes lectum meum. I. conscientia. Et nota, q. lachryma, ad hoc q. cor sit bene mundu, debet habere tria. I. q. debet esse calida p. deuotione, amara p. contritione, & cinerea per mortis recordatione, sicut. n. aqua transiens per cineres facit lixiuū, quod optime sordium est mundatiuū, sic talis lachryma est cordis mundatiua. Tertiò, fit cor mundu per elemosynarum largitionem, quia dicitur. Date elemosynam, & ecce oia munda sunt uobis. Videmus. n. q. ad sanandum uel purgandum uulnus, non solum adhibentur cauteria, immò apponuntur emplastra, cauterium est correctio iustitia, & emplastrum est elargitio elemosynæ. Itē nota, q. sunt alia tria, quæ ad cordis mundiciam disponunt, idest scoba confessionis, lima correctio nis, & fornax affectionis. Primò igitur facit mundiciam cordis scoba confessionis. i. frequenter confiteri, quia dicitur. Lauare septies in Iordane. Lauatur autem septies, qui septem uitia mortalia uel capit alia, humiliter confiteretur, quia tunc cor mundatur & sanctificatur. Nam dicitur. Facta est iudea sanctificatio eius, iudea interpretatur confessio, ipsa. n. est cordis sanctificatio. Et nota, q. in sacro eloquio, ualde sapē adiungitur decor & pulchritudo. Et in figura huius, q. scoba confessionum, summè disponit ad mundiciam cordis, dicitur. Confessionem & decorem induisti. Et iteru. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, & sic de alijs. Secundo multum disponit ad mundiciam cordis lima correctio nis. Nam sicut lima mūdāt ferrū à rubigine, sic correctio cor à labe. Vndē ait Gre. Ille solus amicus erit, qui in aduentum districti iudicis, maculas sue mētis tergit. Sed nota, q. quidam sunt adeo miseri, q. undē deberent mundari sordidantur. De talibus dicit. Destruisti eū ab emundatione; Tertiò, mundiciam cordis facit fornax tribulationis. Nam sicut fornax reddit aurum purū, sic tribulatio facit cordis mundiciam, iuxta illud. Probaui cor meum tecum. Sed sunt quidā, qui ab igne tribulationis non mundantur, sed uruntur, tales non sunt aurum, sed scoria, non granū, sed palea, non oleum, sed amurca, undē multum possunt formidare de illo uerbo euangelij. Paleas autem comburet igni in extinguibili. Sicut enim uidemus, quia confusio pāni asperi, facit & conseruat mundiciam cipi, sic tribulatio & carnis maceratio facit mundiciam animi. Exemplum de Ioanne baptista, qui habebat ue-

stimentum de pillis camellorum, ut habetur in Matt. Sciebat enim, q. aspera faciebant cor mundum. Item nota, q. cor efficitur mundum ab oī peccato, specialiter & præcipue triplici baptismo. I. fluminis, flaminis, & sanguinis. Baptismo fluminis mundantur infantes, baptismo flaminis mundantur penitentes, baptismo sanguinis mundantur martyres, quando scilicet sacramentum uolunt, & non possunt habere. Et iste triplex modus mundandi, figuratur per illa tria, quibus fiebat mūditiā in ueteri lege, fiebat enim per tria, scilicet per aquam expiationis, ut dicitur in Exo. per effusionem sanguinis, ut dicitur ad Heb. per unguentum unctio nis, ut dicitur in Exo. Ablutio uerò, quæ fiebat per aquas, significat mundationem, quæ fit per solam gratiam. Expiatio, quæ fiebat per sanguinem, significat martyrium uel carnis mortificatione. Sanctificatio, quæ fiebat per unguenti unctio nem, figurat martyrum perfectionem. Et nota, q. in illo tertio modo, sanctificabatur solus Aaron & filij eius, in quo intelligitur, q. clerici & religiosi debent esse mundificati excellenter unctio ne spiritus sancti. Item nota, q. quinq; erant ex quibus conficiebatur unguentum unctio nis, ut dicitur in Exo. I. myrrha electa, cinamomo, cassia, calamo, & oleo oliuarum. Prima ergo species illius unguenti erat myrrha pura & electa, sicut illa, quæ spontē manat ab arbore, & est preciosior q. illa, quæ ex arboris incisione. Ista significat penitentiam, quæ fit in iuuentute, quæ gratiosior est Deo q. illa, quæ fit in senectute. Nam caro, myrrha prius condicendo est, ut sit purissima, anteq. uermibus sit consumpta. Contra fatuitatem multorum, qui myrrha penitentię nolunt se ungere, donec toti putruerūt uermibus peccatorum uel uitiatorum. Secunda species illius unguenti erat cinamomū, quæ est cinerei coloris, & cum frāgitur, emittit quādam nebulam spiramenti redolentis etiam uisibilis, ut dicit glosa super 30. cap. Exo. Quod figurat humilitatem, quæ debet esse in clericis & religiosi, de quibus manere debet uisibiliter spiramentum odoris, idest redolentia humilitatis, per exemplum adificationis. Tertia species illius unguenti erat cassia, quæ crescit in aquis, & figurat fidē Ecclesiæ, quæ ex aquis sacre scripturæ proficit, in quo intelligitur, q. fides innititur scripturæ, non rationi humana, quia ut dicit Amb. In his, quæ fidei sunt, piscatoribus creditur, non dyalecticis. Quarta species illius unguenti erat calamus. Est autem calamus (ut dicit glo. ubi supra) Arbor aromatica, crescens in libano, cuius cortex facit quēdā sonū, & significat in clericis & religiosi officiu ecclesiasticū, qd. instar calami, debet esse aromaticū p. deuotione & sonorū p. diuinæ laudis expressionem. Quinta spēs illius unguenti erat oleū oliuarū, & significat dulcedinē cōpasionis, q. debet abundare in clericis & religiosi, quia sicut oculusest lachry-

Mat. 1. Psal. 44. Exod. 30. Luc. 10. Exod. 30. Luc. 10. Luc. 14. Luc. 10. Luc. 10. Col. 3. Rom. 12. Luc. 9.

lachrymabilior, & tenerior, & passibilior ceteris mēbris, sic prælati & clerici, & religiosi, qui sunt oculi Ecclesiæ, debent esse præ ceteris teneri in compassione, lachrymales pietate. De hoc habemus exemplum in Christo, qui ualde pronus erat ad lachrymandum, & quē misericordia traxit de oculis in mundum. Vndē dicitur. Propterea unxit te Deus oleo latitiæ, p. cōfortibus tuis.

De pace. Cap. VI.

DE pace quæ est septima beatitudo, notanda sunt tria. I. quæ sunt pacis præconia, quæ sunt pacis subsidia, & quæ sunt pacis contraria. Primò notanda sunt pacis præconia. Vndē nota, q. tria sunt præconia pacis. Nam pax est cœli linguagium, Christi encenium, & Dei uestigium. Est igitur pax cœli linguagium, cuius signū est triplex, quia Christus illud idioma loquebatur, qui uenit de cœlo. Dixit. n. Apost. Pax uobis. post resurrectionem, quando erat immortalis, ut habetur in Ioanne. Tale linguagium etiam locuti sunt Angeli, qui sunt cœli ciues. Dixerunt. n. in ortu Christi. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax. Tale etiam idioma loquebatur discipuli, quæ dictum erat eis à Christo. In quacūq; domum intraueritis, dicite pax huic domui. Secundo pax est encenium Christi, & preciosius inter omnia alia iocalia. Cuius causa est, quia istud preciosum iocale legauit Christus Apostolis in morte. Amici nāq; amicis dant & legant magis preciosa in sine. Et nota, q. Christus dedit pacem discipulis suis & amicis, triplici ture. I. iure donationis inter uiuos, iure ultimi testamenti, iure condicillorum, iure donationis & testamenti dedit pacem, qd. dicit. Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis iure condicillorum, qd. post resurrectionem, quasi firmando testamentum, dixit. Pax uobis. Tertiò pax est uestigium Dei, & certissima semita. De qua dicitur. Omnes semitæ illius pacificæ. Et nota, q. huiusmodi uia diuina sunt tres diætæ, uel semitæ. I. pax interna, quæ dicitur pax pectoris, pax externa, quæ dicitur pax tēporis, & pax superna, quæ dicitur pax æternitatis. De diætā pacis internæ dicitur. Pax Christi exaltet in cordibus uestris. De diætā pacis æternæ dicitur. Si fieri potest quantum ex uobis est, cum omnibus pacem habentes. De diætā pacis supernæ dicitur. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Vndē nota tria pacis subsidia, & ad pacem ducentia, uel inducentia. I. conformitas, humilitas, & tranquillitas. Conformitas cum Deo, humilitas cum proximo, & tranquillitas in seipso. Primò ergo iuuat ad pacem habendā, conformitas uoluntatis nostræ ad uoluntatem diuinam, sicut. n. semper est in guerra, qui nititur Regi resistere, cui non potest aliquatenus preualere, sic cōtinua pace gaudet, qui uoluntatem suam uoluntati diuinæ cōformare studet, cui nihil ualet resistere. Ideò dicitur. Quis resistit ei, & pacem habuit? quasi diceret, nullus.

Secundo iuuat ad pacem habendam, cū quis habet ueram humilitatem. Nam uulgò dicitur, duo grossi in uno sacco non possunt bene capi, & per contrariū humilitas facit mentes modicas, & graciles, & per consequens ad inuicem capaces. Vndē dicit Apost. Solicite seruate unitatem spiritus in uinculo pacis. Tertiò iuuat bonum pacis tranquillitas mentis, sicut in lecto spinoso nullus possit bene pausare, sic cor inquietū non potest ueram pacem habere. Et e conuerso sicut homo bene pausat i molli culcitra, sic Deus quiescit in mente tranquilla. Vndē dicit. In pace in idipsum dormiam, & requiescā. Et tursus. In pace factus est locus eius. Et iterum. Mansueti hereditabunt terram. Et ibidem in multis locis patet. Tertiò notanda sunt pacis contraria. Vndē nota, q. triplex est pax mala, quæ est uera paci contraria. I. pax inquinata, pax simulata, & pax inordinata. Primò ergo, est uera paci contraria pax inquinata, & dicitur pax inquinata, qn. corda sunt ad malum concordantia, talem pacem habuit Pilatus cum Herode. Cum essent ante inimici, facti sunt in morte Christi amici, ut dicitur in Luc. De tali pace dicitur. Zelauit saper iniquos, pacem peccatorum uidens. Secundo est uera paci aduersa pax simulata, qualis fuit simulatoris Iudæ, qui osculatus est Christum in signum pacis, & tradidit ipsum Iudæis, ut dicitur in Mat. De tali pace dicitur. Qui loquuntur pacem cura pximo suo, mala autem in cordibus eorum. Tertiò & ultimo, est pax inordinata, qn. maior obedit minori, ut platus inferiori, uel ratio sensualitati, talis pax est deterior, q. guerra. Talem pacem habuit Adā cum Eua uxore sua, qui obediuit uxori suæ, quæ erat sibi potius ad obediendum, & ad regendum cōmissa. Noluit. n. contristare delicta suas, ut dicit magister historiarum. De tali pace dicit Saluator. Non ueni pacem mittere in terrā, sed gladium. Item nota, q. quadruplex bellum in scriptura distinguitur, quod paci aduersatur, & per pacem sedatur, bellum. n. est inter carnem & spiritum, quod pacificat penitentia, bellum est inter hominem, & Deum, quod pacificat iustitia, bellum etiam fuit inter hominem & Angelum, quod pacificauit filij incarnatio bñdicta, & bellum est inter hominem & proximum suū, quod pacificat patientia, & quia pax est ita fructuosa & necessaria, ideò ad eam obtinendā, docet nos orare Propheta dicens. Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.

De patientia. Cap. VII.

DE paciētia, quæ est octaua & ultima beatitudo. Notanda sunt specialiter quatuor, scilicet paciētiæ testimonia, paciētiæ beneficia, paciētiæ exercitia, & paciētiæ adiutoria. Paciē igitur testimonia, & laudes eius. Primò sunt tria notanda. I. q. est prudētissima, strenuissima, & nobilissima: prudētissima ad regendū, strenuissima ad bellādū, & nobilissima ad regnādū.

Primo igitur patientia est ad regendum prudentissima. Et nota, q̄ in tribus patet hois patientia prudentis. scilicet acquirendo, conseruando, & multiplicando. Prudens n. facit soluere oia debita sua de his, quae nihil uidentur ualere. scilicet de malis pena, quae sustinet, ut Deus remittat sibi debitum culpa, & soluendo nihil expedit de suo, immo de his, quae accepit ab initio, sicut de opprobrijs & contumelijs, soluit quaecumq; & quicquid debet Deo, & cum alijs se retinendo, scit acquirere gratiam in praesenti, & gloria in futuro. Et ideo dicitur. Ab aquilone aurum uenit, quod paciens acquirit in tribulatione. Item patientis prudentia patet in conseruando, quia cum perdit bona temporalia, retinet & claudit bona spūalia, econtra rō facit, qui patientiam non habet, qui cū amittit bona exteriora, effundit eterna, & bona interiora, & sic auget capitale diaboli, respondendo ad uerba, & ad contumelias inimici, & associat hostem suum, ne forte uadat solus in infernum. Male igitur, qui impatiens est, effundit diuitias suas, qui cum aliquid perdit, etiā residuū effundit. Ideo dicitur. Qui impatiens est, sustinebit damnū. Prudentia etiam patientis patet in multiplicando, quia sputa, & opprobria scit mutare in aurum & argentum & lapides preciosos, ipse enim ad modum urfi, uerberibus impinguatur, & instar salamandrae, igne tribulationis fouetur, & sicut asinus pungitiuis pascitur, sicut strucio comedit ferrum & oia dura, sicut piscis marinus crescit in aqua salua & amara. i. tribulationibus, & passionibus, & tantam scit in negotio hīe industriam, ut per hostes suos faciat sibi fabricare coronam, dicite Psal. Supradorsum meum fabri cauerunt peccatores. Magna est igitur prudentia patientis, q̄ tam prudenter scit acquirere, conseruare & multiplicare bona sua. Secundō paciētia est ad bellandum strenuissima, quia ait Sap. Melior est patiens uiro forti: & nota, q̄ strenuitas paciētis patet in tribus. scilicet attendas purgantis animum, pugnandi modum, & pugnandi scūtū. Primō ergo paciēs habet animum ualde strenuum, quia plus uult pugnare, q̄ pauare. Gloriosus & generosus est militi, stare in bello, quā in balneo, esse in campo cum rege, quā in lecto cū muliere, certari in pugna, q̄ delectari in mensa, & portare arma regis, q̄ simbrias mulieris. Vnde dicit Apost. Ego enim stigmata Dñi Iesu in corpore meo porto. Secundō paciēs habet in pugnando, modum ualde strenuū. Ipse enim sine fuga euadit, sine reuerti recedit, sine repercussione uincit & adeo est in pugnando strenuus, q̄ contra hostem nō leuat festucam de terra: ut ait Psal. Confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum. Tertiō paciēs in pugna habet nobilissimum scutum. Et nota, q̄ scutum paciētiae debet esse quadrangulum, in inferiori. n. angulo debet esse timor supplicij, in dextro amor proximi, in sinistro passio Christi. Iuxta illud. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Et iuxta illud. Chri-

sto igitur in carne passio, & uos eadē cogitatione armamini, & hoc scutum sustinet omnia tela, & specialiter tria, scilicet damnum rerum, molestias corporum, & contumelias uerborum. Cū hoc scuto, Dñi correctiones eius sustinendo, uincit diabolus, eius tentationes euadēdo, sacrificat semetipsum, carnis afflictiones, & passiones corporis tollerando. De strenuitate patientis dicit Apostolus. Per patientiam curramus ad propositum nobis terminum. Tertiō paciētia est ad regnandum nobilissima, quia dicitur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Et nota, q̄ homo pacificus potest dici Rex, praecipue propter tria. scilicet quia Regali dominio omnibus dominatur, quia ad regale prandium inuitatur, & quia sibi regale serculum ministratur. Primō enim homo paciēs rex dicitur, quia habet regale dominum in omnibus. Nam paciēti seruiūt omnia, quae alijs sunt nociua, ut sterilitas agrorum q̄ implet sibi cellarium, hostes fabricant sibi coronā, febres parant, & medicinā, mors aperit sibi carcerem ad euadendū miseriam, ignis, qui domos incendit alijs, sibi confert pabulum, uel constituit in caelis palatium, & sic uerificatur illud Apostoli. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Secundō paciēs inuitatur à Deo ad regale prandium, & non solum inuitatur, sed etiam trahitur, nec solum trahitur, immo uestis eius, ut ueniat, lacerat: unde nota q̄ triplex est signum, q̄ inuitans, ex corde inuitet amicum, scilicet trahendo, uocando, & rīpēdo. Magnum signum est, quando efficaciter cum inuitat, siue uocat per praedicatoris uerbu, alios per tactum inspirationis: sed patientes, quos summe diligit, per rupturam tribulationis, unde dicitur. Compelle eos intrare. scilicet patientes uocando, trahendo, & rumpendo. Tertiō paciēti ministratur regale prandium, uel serculum. Talia nāq; sercula gustauit Christus, qui est Rex regum, scilicet tribulationes, persecutiones, periuria, paupertates, dolores, passionem & mortem. Vñ dicit filijs Zebedei. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? &c. Et sicut magna incurabilitas reputatur, cum quis respuit ciphum, quem Rex mittit ad bibendum post ipsum, sic magna ingratitude est, calicem tribulationis respuere, quem amore nostri, Christus uoluit primō gustare, immo sicut uinum, quod de se est forte & durum, transiēdo per gariophilos, & species aromaticas, efficitur nectar dulcissimum, sicut tribulationes mundi dulcescunt, si per memoriā passionis Christi transeant, unde dicit sponsa. Dabo tibi poculum ex uino condito. Uinum conditū ad literā dicitur nectar, & significat uinum mundanae tribulationis, conditum dulciter, dulci memoria passionis Christi, qd nobis concedat ipse Dei filius, qui est benedictus in saecula. Amen.

TITVLVS OCTAVVS,
ET DIETA OCTAUA
de duodecim fructibus spūs.



ost tractatum de beatitudinibus. Sequit̄ tractatus de fructibus spūs, & ista est octaua dieta salutis. scilicet a beatitudinibus ad fructus spūs peruenire, quia beatitudines faciunt operari, uel ambulare impliciter & perfecte, fructus autē suauiter, & delitiose. Sunt isti fructus spūs duodecim quos enumerat Apostolus. Fructus autē spūs est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, modestia, continentia, et castitas. Primō igit̄ inter istos fructus, dicēdū esset de charitate, sed quia in tractatu de uirtutibus, cap. 2. Titu. 5. de ipsa dictum est, ideo hic nihil ad praesens est dicendum.

De gaudio spirituali. Cap. 1.

Secundō loco post fructum charitatis. Dicendum est de fructu gaudij spūalis. De quo dicenda sunt pauca, & specialiter tria. Primō qualiter spūale gaudium est à mundi gaudium separatum, secundō qualiter est à caeli gaudio deriuatum, Tertiō qualiter est à caelesti gaudio pigmentatū. Primō igit̄, gaudij spūale est à mundi gaudio separatum, & distinctum. Vnde sciēdum est, q̄ quatuor sunt differentiae inter spūale gaudium & mundanum. Prima differentia est puritas & impuritas. Gaudium n. spūale est purissimū, & ideo fortius est ad inebriandū, et ad diligendū Deum, sicut uinum, q̄ uinum purum citius inebriat, quā limphatum. Istud uinum spūalis gaudij fit de botro ciprii. de sanguine Christi, expresso in crucis torculari, sicut dicit. Botrus cipri dilectus meus mihi. Gaudium uero mundanum, sicut uinum cum aqua mixtum ad inebriandum debillissimum, & insipidum. De quo dicitur. Uinum tuum mixtū est aqua. Quia (ut dicit Boetius) Dulcedo felicitas humana, multis amaritudinibus est respersa. Et notādū, q̄ gaudium humanum cū duobus est ammixtū. scilicet cum remorsu cōscia, et solitudine cruciatē. Remorsus conscientiae est sicut infirmitas, quae dicitur regius moribus, quae rodit carnem, & est magnarum expensarum, unde dicitur regius, quae oportet, q̄ ex gallinis & alijs delicatis carnibus, morbus ille pascatur, quae super locū morbi ponuntur, ne caro totaliter consumatur, quantumq; tñ caro pascatur, tamen plus consumitur à morbo, quā sustēretur, à tomento. Ita in gaudio mundi, plus eruciat remorsus conscientiae, quā delectet dulcedo iucunditatis transitorie & mundanae. Sedm gaudij mundanū est mixtū cū solitudine cruciatē. Solitudo n. auget cruciatū, quia (ut dicit Bernar.) Diuitiae mundanae cum labore acquirunt, cum timore possidentur, et cum dolore amittuntur. Vnde perus.

Diues diuitias non cōgregat absq; labore, Nō tenet absq; metu, nō desinit absq; dolore. Secundā differentia spūalis gaudij est continuitas & discontinuitas. spūale gaudium est continuum & securū. Vnde dicit. Secura mens quasi iuge conuiuū. Gaudium uero mundanū est breue & transitorium, quia ut dicitur. Gaudium hypocritae instar puncti. Hypocrita dicitur iste modus, quia hypocrita licet interius sit corruptus, exterius tñ apparet bonus & mundus, in ueritate malus, & tectus interius, exterius tñ est floridus & uenustus, & ideo gaudium eius est solū quasi punctus, instar puncti non habens longitudinem perseverantiae, nec latitudinem amicitiae, nec profunditatem bonae conscientiae: sicut punctus, qui caret longitudine, quam habent latitudo, et caret superficie, & profunditate, quam habet corpus. Tertia differentia spūalis gaudij & mundani, est dignitas, & indignitas. Gaudij enim spūale est de rebus ualde dignis, quae de Deo praecipue, & de rebus diuinis. Vñ dicit Apostolus. Gaudete in Dño semper, &c. Gaudij uero mūdi est de rebus indignis, & praecipue sicut de uoluptate carnis, de qua dicit Seneca. Voluptas est membrorum uulium & turpiū ministratio, ueniens ex exitu fetido. Et Aug. dicit, q̄ saeculi latitria est impunia a nequitia, uidelicet luxuriari, in spectaculum uagari, ebriofitate impinguari, turpitudine foetere, & mali nihil pati. De quo gaudio turpissimo dicitur. Stultorum exultatio ignominia. Quarta differentia spūalis gaudij & mundani, est salubritas & noxietas. Gaudij n. spūale est salubre & studiosum tripliciter, quia facit carnē despicerē. Gaudij n. spūale deficit ois caro, ut ait Aug. Sedm facit diabolu uincere, quia (ut dicebat scūs Antonius.) Vnica rō uincēdi diabolu, est leticia spūalis. Tertiō facit mundū contēnere, quia nemo potest duobus dñis seruire, ut hī in Luc. Ideo q̄ gaudet de Deo, tristat de mūdo. Tertiō spūale gaudij est à caelesti gaudio deriuatū. i. à donis caelestibus, uñ notandū est, q̄ quinq; sunt bona caelestia, à quibus est spūale gaudij deriuatū. scilicet spūalis puritas, spūalis tranquillitas, spūalis sanitas, spūalis libertas, & spūalis cōformitas. Primū à quo causat spūale gaudij, est spūalis puritas. Aius n. generosus libētius q̄ secat i lecto conscientiae, q̄ est mūdus, q̄ q̄ est imundus. Nā naturaliter hō appetit mundiciā, & abhorret imundiciā. Propterea dicit spōsa. Lectulus n̄ floridus. Sedm à quo causat spūale gaudij, est spūalis sanitas, sicut uidemus, q̄ naturaliter nō est gaudij, si corpus est infirmū, uñ dicit. Dulcedo aīae ē sanitas ossiū. i. uirtū aīae. Et alibi. Nō est cēsus, sup cēsus salutis corporis, nō est oblectamētū, sup cordis gaudij. Tertiū à quo deriuat spūale gaudij, ē spūalis libertas. Pcor. n. ē sicut hō captus & ligatus, ad bñ opandū nept, uñ dicit. Iniquitates suae capiūt ipiū, sed adueniēte spūscō, libertas causat in aīa. Iuxta illud Apost. Vbi spūs Dñi, ibi libertas. Quartū à quo spūale gaudium causatur, est spūalis tranquillitas.



tas. Itaq; in hoc mundano gaudio sunt diuersi cogitationu tumultus, & diuersarum affectionu cruciatus, & conscia remorsus. Quidam uero erant cupiditate in acquirendo. Quidam timore in custodiendo. Quidam dolore in amittendo. Isti gaudio humano, quidam cruciantur ira, quidam inuidia, sed animus spualis gaudio plenus quietus est, & iucundus, & quasi quidam lectus mollissimus. Videmus, n. q. in lecto molli, & quieto, libentius homo quiescit, q. in lecto spinoso. Iste est lectus floridus, in quo quiescit sponsus, & sponsa, ut dicitur in Cant. De ista quere gaudio spualis dicit Greg. Scilicet nihil huius mundi appetunt, nullis corde tumultibus comprimunt. Et Aug. dicit, q. qui biberit de flumine paradisi, cuius una gutta est maior Oceano, restat q. i eo sitis mundi extincta sit. Quintum a quo causatur spuale gaudium. Est spualis conformitas. scilicet cum uoluntate Dei, quia cum uoluntas humana, uoluntati diuinae conformatur, nihil ei repugnat, & sic uoluntas Dei in oibus implet. Iuxta illud. Oia quae cum; uoluit fecit. Hae aut maior dilectio, & maius gaudium est, qd possit esse, oia ad nutu hie, & nihil ei repugnare. Etia ignis gehennae facilis esset, si uoluntas illi acceptaret. Qui igitur sunt uoluntati diuinae conformes, sunt quasi Dij, suae uoluntatis oipotetes. Exemplum de quodam sancto patre, q. sciebat flere, q. n. q. uolebat. Tertio & ultimo spuale gaudium est a caelesti gaudio pigmentatum, conficitur. n. instar nectaris, speciebus caelestibus, & gariophilis. Vn notandum est de uore & diligenter, q. triplex e genus nectaris. scilicet nectar dnicae passionis, nectar uirtuosa operationis, & nectar aeternae fruitionis, uel felicitatis. Primum est nectar dnicae passionis, qd est dulcissimum, & aia denotat inebriatiuum. Et notandum, q. in hoc nectare bndictio, quatuor apponunt. scilicet in uinum illud mhyrratum, quo Chrs fuit potatus: pro gariophilis sunt clauis positi, quibus Chrs fuit confossus: p. cynamomo est lignu crucis, in quo fuit suspensus: pro zucaro est ibi dulcissima charitas & misericordia, quia pro nobis tractatus fuit, passus & mortuus. De isto nectare dicit sponsa. Dabo tibi poculu ex uino condito. Secundum nectar est uirtuosa operationis, habet p. uino charitate Dei, & p. ximi, & p. gariophilis, clauos pungitiuos confessionis pcti, pro cynamomo, planctu onsiuu recognitionis pcti, pro zucaro, habet dulcedine pietatis, & boni operis. De isto nectare dicit sponsa. Bibi uinum meum cum lacte meo. Uinum est dulce, & lac est mundum, quia bona uoluntas habet ista duo. scilicet dulcedinem ueritatis, uel pietatis, & gratie, & mundiciam conscientie. De isto gaudio dicitur. Non est oblectamentum super cordis gaudium. Tertium est nectar aeternae fruitionis, uel felicitatis, quod angelicum & iucundissimum est, & ideo facit beatos, continue cantare sanctus, sanctus, sanctus Dns Deus sabaoth, &c. Sicut uidemus q. nectar in conuiujs, facit conuiuas choreas ducere & cantare, sic &c. Illud nectar conficitur ex quatuor. Habet. n. pro uino, puritatem diuinae uisionis, p.

Cant. 1.

Psal. 113.

Cant. 8.

Cant. 5.

Eccle. 30.

gariophilis, habet uenustatem dominice passionis, pro cynamomo, habet firmitatem aeternae donationis, uel fruitionis, pro zucaro, uel pro melle, habet dulcedine, uel suauitatem aeternae fruitionis. De isto nectare dicitur Bibite & inebriamini amici mei charissimi. Istud est spuale gaudium, a caelesti gaudio pigmentatum, de quo dicitur. Intra in gaudium Dni tui, &c. Tertius fructus, est fructus pacis, sed quia de isto fructu, tractatum est in beatitudine septima cap. 6. Titu. 7. ideo de ipso nihil amplius est hic dicendum. Quartus fructus est patientia. De qua similiter dictum est in tractatu de beatitudinibus, cum dicebatur de octaua beatitudine. cap. 7. Titu. 7.

De longanimitate. Cap. II.

Q. Vintus fructus est longanimitas, uel perseverantia, de qua etia notanda sunt tria, primum est, q. laudabiliter commendatur, secundum est, q. efficaciter operatur, & tertium est, q. singulariter coronatur. Primum igitur commendatur perseverantia, quia Deus perseverat, quousq; fecit opus suae creationis. Iuxta illud. Compleuit Deus die septimo opus quod fecerat, Christus perseverauit, quousq; p. fecit opus nostrae redemptionis, quia dicitur. Opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam. Sancti perseverauerunt, quousq; perfecerunt opus suae perfectionis. In quoru persona dicit Apostolus. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi. Secundum perseverantia operatur efficaciter. Unde notandum, q. triplex est perseverantiae effectus, nam perseverantia, perficit inchoata, impetrat postulata, & stabilizat acquirit. Primum igitur perseverantia pficit inchoata, & nihil imperfectum relinquit, etia si robur deficit, sicut uidemus, q. mulierculu quatumcuq; senilis aetatis laborando & perseverando, & continuando, perficit laboru suae peregrinationis, & sicut uidemus, q. natura continue operando, ex modica radice, uel nuce, facit arborem mira celsitudinis, & sicut uidemus, q. gutta aqua, quousq; sit res ualde mollis, continue cadendo, cauat lapidem robustae soliditatis. Et ideo dicitur. Nolite negligere, nolite cessare. Secundum perseverantia impetrat postulata, sicut Maria Magdalena perseverando uidit resurrectionem Christi, sicut Apostoli perseverando in oratione, acceperunt donum spiritus sancti, ut dicitur in Act. Apostolorum. Et propterea dicit. Si perseverauerit pulsans, & si non dabit ei, eo q. amicus eius sit propter improbitatem tuam eius surget, & dabit ei quotquot hnt necessarios. Tertio perseverantia seruat acq. sita, sic uidemus, q. ignis seruat, cotinuo ministrando ligna. Et propterea dicit Aug. perseverantia est magnu donu Dei, quo dona conseruant. Quarto, perseverantia coronatur singulariter, unde ait Bern. Quod aliae uirtutes coronantur, sed sola perseverantia coronatur. Et notandum, q. in scriptura quadruplex inuenitur, & laudatur

Cap. 9.

Mat. 23.

Psal. 20.

1. Cor. 9.

Apoc. 12.

Mat. 16.

Gen. 1.

1. Tim. 2.

1. Cor. 1.

Luc. 6.

1. Cor. 2.

Mat. 23.

1. Cor. 13.

laudatur corona. Est enim corona pudicitiae uirginalis, & haec est florea, & debetur uirginibus, unde dicitur. Gloria & honore coronasti eum. q. dicitur de sponso uirginum. Secunda corona sapientiae magistralis, & haec aurea est, quae debet doctoribus, iuxta illud. Corona aurea super mitram eius. Tertia corona est perseverantia triumphalis, & haec est gemma, quae debetur martyribus, & omnibus perseverantibus, secundum illud. Posuisti Dne in capite eius, coronam de lapide pretioso. Et Apostolus ait. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Quarta corona est gloria immortalis, & haec est stellaris, quae debet felicibus, iuxta illud. In capite eius corona duodecim stellarum. Corona stellaris, est felicitas aeterna, de qua dicitur infra in ultima dieta, ubi tractatur de gloria paradisi. Haec corona coronant perseverantes, quia (ut dicit Saluator) Qui perseverauerit usq; in finem, saluus erit. Sextus fructus, est fructus bonitatis. De isto fructu actum est in tractatu de beatitudinibus, in capitulo de misericordia Titu. 7. cap. 4. & ideo de ipso nihil est dicendum, nisi q. quatuor sunt, de quibus bonitas praedicatur. Est enim bonitas naturae congregantis, fortunae adornantis, gratiae reformantis, & gloriae quietantis. De quibus dicit. Vidit Deus cuncta, quae fecerat. f. bona naturae, bona fortunae, bona grae, bona gloriae, & erat ualde bona.

De benignitate. Cap. III.

S. Eptimus fructus, est fructus benignitatis. De isto fructu, similiter dictum est in tractatu de beatitudinibus, in capitulo de misericordia, & ideo nihil ad praesens dicendum est de ipso, nisi q. quatuor sunt quae ad benignitatem nos inducunt. scilicet preceptum, quod inducitur, uel imponitur, exemplum, quod proponitur, supplicium quod euaditur, & stipendium, uel premium, quod acquiritur. Primum debet nos mouere ad benignitatem preceptum, quod a Christo inducitur, uel imponitur. Unde dicitur. Estote misericordes, sicut pater uester misericors est. Secundum debet nos mouere exemplum, quod ab ipso proponit de Samaritano. Tertium debet nos mouere supplicium inferni, quod euaditur. Quia iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam. Quartum mouet nos premium, quod in caelo acquiritur. Unde dicit. Beati misericordes, quoniam, &c.

De mansuetudine. Cap. IIII.

O. Ctauis fructus, est fructus mansuetudinis, de quo supra dictum est in tractatu de beatitudinibus, in cap. de mititate cap. 2. Titu. 7. ideo de ipsa parum est hic dicendum. Et breuiter est notandum, q. mansueti clarius informant, rarius impugnant, altius eleuant, & amplius uenerant. Primum igitur mansueti clarius informant. Exemplum

de discipulis, un lac, in ea. sua dicit. In mansuetudine suscipite in situ uerbu. Secundo mansueti rarius impugnant. Sicut. n. uidemus coites, q. non impugnant nisi caltra alta, & altius eleuata, sic etia uidemus, q. leo, & canis non moadunt hominem, si inueniat ipsum in cente, uel sedente supra terram, un dr. Mansueti hereditabunt terram, & delecentur in multitudine pacis. Tertio altius eleuant, sicut patet de Chro, qui uenit ad nos mansuetus. Sicut patet de beata Virgine, & multis alijs, un dr. Exurgit in iudicio Deus, ut saluet oes mansuetos terra. Quarto mansueti amplius honorantur. Exemplum habemus a Chro, qui ait. Recube in nouissimo, &c. & David. Suscipies Dns mal. &c.

De fide. Cap. V.

N. Onus fructus est fides, de qua dictum est in tractatu de uirtutibus, in capitulo de fide, cap. 3. Tit. 5. & ideo nihil aliud est hic dicendum, nisi q. fides est, sicut fundamentu ad sustinendum, sicut armatura ad euadendum, sicut argumentu ad concludendum, & sicut instrumentu ad ascendendum. Primum igitur fides est sicut fundamentu ad sustinendum. Sicut. n. uidemus, q. natura, q. uult pducere plantam, primo ponit radice, similiter q. dominicator facit domu, primo ponit fundamentu. Similiter in moralibus, si aliquis uellet edificare bona opera, debet supponere fidem, quae est ut petra darissima, & totius spualis aedifici fundamentu. Et ideo dixit Dns Petro. Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Et nota, q. dixit super hanc, quia fundamentum aliud nemo potest ponere, nisi illud, quod positum est, quod est Christus Iesus, ut dicitur ad Corinth. Et ideo si quis aedificat, super illud fundamentu aedificet, quia ait Apostolus. Sine fide impossibile est placere Deo. Secundum fides est armamentu ad euadendum: est. n. sicut securu militare. Secutu aut militare habet superficiem, & tres angulos, & portat a parte sinistra, contra aduersarium, & a parte cordis ad protegendu ipsum, & rone signi habet representare Deum, sic uera fides catholica est ad repellendum aduersarium, cum tribus catenis, ad protegendu animu, cu tribus potentijs, ad confitendum Deu tribus personis, unde ait Apostolus. In oibus sumentes scutum fidei, &c. Tertio fides est sicut argumentu ad concludendum, non sicut argumentu dyalecticu, quae pcedit ex p. habilibus, aut sicut argumentu tetatiuu, qd pcedit ex his, q. uident pbabilia & non sunt, sed ad argumentu hypotheticu. i. faciend scire. Nunq. n. aliquis sapiens p sua sciam potuit puenire ad tantam sciam de Deo, & creaturis, ad quantam uenit simplex piscator Petrus, cum dixit. Tu es Chrs filius Dei uiui. Vn p istud argumentu pbat unitas diuinae essentiae, trinitas personarum, unitas primae causae, & multiplicitas creaturarum, pietas misericordiae multiplicitas gratiarum, & multa alia, Christus & eius discipuli per istud argumentum demonstrabant. Nam per istud argumentum

Jacob. 1.

Psal. 36.

Mat. 21.

Psal. 75.

Luc. 14.

Psal. 146.

Mat. 16.

1. Cor. 3.

Hebr. 11.

1. Tim. 2.

Eph. 6.

Mat. 16.



TITVLVS NONVS

DIETA NONA

de generali iudicio.

De his que ante ipsum, & in ipso iudicio agentur. Cap. 8.



Ost tractatū de fructibus spūali, de gnali & ultimo iudicio est dicēdū. Ista ē nona dieta. s. a fructibus bonorū operū, uenire ad iudiciū extremū. Degnali iudicio quatuor spūaliter sunt notanda. s. signa que pmittent, scripta q̄ aperiēt, uerba q̄ dicent, & facta q̄ sequent. Signa q̄ pmittent erūt sicut q̄dā perēptoria citatio. Scripta. s. libri quē aperiēt, erūt sicut quēdā acta & processus recitatio & testiū publicatio. Verba q̄ dicent, erūt sicut q̄dā snia pmulgatio. Facta q̄ sequent erūt sicut q̄dā lata & pmulgata snie executio. Primō igit pcedent illud iudiciū, ut dī i Mar. Signa sicut q̄dā citatio perēptoria, quē signa dicit Hieronymus se reperisse in hystorijs hebreorum. Prima die, eriget se mare quindecim cubitis super altitudinem montium, stans in loco suo quasi murus. Secūda die, descēdet, ita q̄ uix poterit uideri. Tertia die, pisces & marīne beluē apparentes super mare, dabunt rorem usq; ad cœlum. Quarta die, ardebit mare & aqua. Quinta die, herbe & arbores dabunt rorem sanguineum. Sexta die, ruent edificia. Septima die, petra adinuicem collidentur, & in octo partes scindētur, & unaquēq; pars collidet aliā, & non sciet homō sonum illum, sed tantum Deus. Octaua die, fiet generalis terremotus, qui tantus erit, ut dicitur: q̄ nullus homō uel animal aliquid stare poterit, & ad terram omnia prosterntur. Nona die, aquabitur tota terra & omnes montes, & colles in puluerem redigentur. Decima die, exhibunt homines de cauernis terrę, & ibunt uelut amentes, nec poterunt sibi mutuo loqui. Undecima die resurgēt omnia ossa mortuorum, & stabunt super se pulchra, omnia enim sepulchra aperientur, ut mortui exire ualeant. Duodecima die, cadent stelle de cœlo. In hac enim duodecima die dicit, q̄ animalia cuncta uenient ad campos mugientia nō gusta neia, nec bibētia. Tertiadecima die, murent hōies uiuentes, ut cū mortuis resurgāt. Quartadecima die, ardebit cœlū & terra, & superficies terrę & aeris. Quintadecima die fiet cœlū nouū, & terra noua, & resurgēt mortui scdm uirtutes, merita & demerita. Ista. n. signa erūt, sicut dictū est, q̄dā perēptoria citatio & terribilis cū executione snie sine oī excusatiōe ad iudiciū uocatio & p̄conizatio, undē dicit Apōsto. Ipse Dñs iniussu, & in uoce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo. De ista terribili citatione dicit Hieron. Siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper uidetur sonare illa terribilis tuba in auribus meis. Surgite mortui, uenite ad iudiciū. Quid faciam cum resurgam ad iudiciū? Secundō,

Ioan. 15.

Heb. 11.

Psal. 37.

Gene. 28.

probatnr demonstratiuē illuminatio cæcorum, illuminatio claudorum, auditus surdorum, locutio mutorum, erectio siue extinctio aridorū, & suscitatio mortuorū. Et ideo dicebat Christus. Si opera non fecissent in eis, quæ nemo alius fecit, peccatū non haberent. Et ideo uolens Apōstolus diffinire fidem, ait. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum nō apparentiū. Quartō, fides est sicut instrumentum ad scāndendū. Videmus enim, q̄ naturaliter omnis res habet locum proprium ad quem naturaliter tendit per suam naturam, sicut grauiā habent locū deorsum, ad quem per naturam grauitatis naturaliter descēdunt. Leuiā autem habent locum sursum, ad quem per naturam leuitatis naturaliter ascēdunt. Homo cum sit omnium creaturarum corporalium nobilitor, habet locum super omnia corpora, ad quem locum antē peccatum poterat per gratiam ascēdere, quāuis non posset per naturam totaliter, sed propter peccatum gratia fuit sibi ablata: & natura totaliter sauciata: & ideo ad hoc, q̄ possit ad locum proprium remeare, indiget instrumento quodam, quod instrumentum nullus per suam sapientiam uel uitam potuit fabricare prater Christum, qui fabricatus est auroram & solem. Ideo omnes qui saluati sunt per ministerium ipsius Christi, scilicet per fidem saluati sunt, que quidem est uelut una scala, per quam ad cœlum ascēditur, continens duodecim gradus. i. duodecim articulos p Apōstolos declaratos, iuxta numerum. xij. cœlorum, incipiendo ex aere qui cœlum dicitur usq; ad cœlum empireū, in quo duodenarius numerus terminatur. Latera autem istius scale sunt diuinitas & humanitas. Ista autem scala fuit per Christum deum & hominē fabricata, sed nobis fuit per duodecim apōstolos reuelata. Ista est scala, quam uidit Iacob Patriarcha, cuius cacumen pertingebat ad cœlum, cui etiam dominus erat innixus, per quem ascēdebant Angeli, & descēdebant. De ista scala dicit Augustinus in sermone ascensionis. Ascendamus interim corde. i. fide, ut cum dies promissus aduenerit: sequamur & corpore.

De modestia.

Decimus fructus est modestia. De isto fructu in tractatu de temperantia cap. 6. Titul. 5. dictum est, & ideo, ad p̄sens nihil est dicendum.

De continentia.

Undecimus fructus est continentia. De isto fructu in tractatu de consilijs, in capitulo de castitate, Titulo 4. cap. 4. similiter dictum est.

De castitate.

Duodecimus fructus est castitas. De isto fructu similiter in tractatu de consilijs dictū est, in capitulo de castitate, cap. 4. Tit. 4. Et ideo non est amplius dicendum.

Secundō in illo iudicio tremendo aperientur scripta, sicut quædā acta. Et nota, q̄ ibi aperientur tria scripta solēnia, & autentica, & sine omni calūnia, scilicet, liber passionis Dominice, liber conscientie, liber uitæ. Primō aperientur quasi quædam acta. s. liber passionis Dominice, in quo sunt. s. crux, clauis, lancea, corona spinea, & in carne Christi cicatrices, & Christi uulnera, ut dicit Chrysost. & non erit tunc necessitas accusationis, cum uiderit qualibet crucem, & ipsum Christum habentem in corpore suo testimonia passionis. Undē dicitur. Tunc apparebit signum filij hoīs in cœlo. Secundō aperientur libri conscientie. Et nota, q̄ liber conscientiarum continebit tria capitula. s. cogitationes, quia ut dicit. In cogitationibus impij interrogatio erit: continebit etiam uerba, & locutiones ociosas, uñ dicitur. De omni uerbo ocioso quod locutus fuerit homo: reddet rationem in die iudicij. Continebit etiā liber ille facta & operationes, iuxta illud. Cuncta quæ fiunt, adducet Dñs in iudicio, pro omni errato, siue bonum, siue malum sit. Bonum. s. ommissum, & malum commissum. Tertio aperiet liber uitæ, idest Christus cuius uirtutē magnificabuntur secreta conscientiarum unius ad alterum, sicut dicit Apōstolus. Nolite ante tempus iudicare, quousq; ueniat dies Dñi, &c. De istis libris dicitur. Iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta sunt in libro secundum opera ipsorum. Tertio, in illo tremendo iudicio uerba iudicis promulgabuntur, sicut sententia diffinitiuā. Vñ nota in ista sententia specialiter tria. Primō, causa magnitudinē siue immensitatem, de qua exit illa sententia, quia non erit pecunia, uel possessio terrena, sed damnationis, uel saluationis æternæ, illi uerō qui obtinebunt, mutabuntur ad possessionem hereditatis, quia dicitur. Et ibunt hi in supplicium æternum, illi uerō in uitā æternam. Secundō, nota in isto iudicio auditorum multitudinem, uel cursū solemnitatem, in cuius conspectu reprobi confundant: totus. n. mundus congregabitur, omnes Angeli de cœlo, oēs hoīes de mundo, oēs diaboli de inferno, ut dī. Congregabantur antē eum oēs gentes. Et ideo est bonū consiliū cum homine, qui de iure suo diffidit antē diem sententiæ periculose: coram sacerdote de compositione tractare. Undē dicit sapiens. Antē iudicium, para iustitiam. Tertio, in illo iudicio tam tremendo, uel sententiā tremenda iudicis, nota seueritatem, uel inflexibilitatem. Vñ dicitur. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius, aut quis stabit ad uidentem eū? Tanta nāq; erit tunc iudicis seueritas, & inflexibilitas, q̄ si beata Virgo, & omnes Angeli, & sancti, & sanctę genua flecterent, & cum lachrymis orarēt p aliquo, qui esset in mortali peccato, iudex nō exaudiret eos, quia dicit. Zelus, & furor uiri non parcat in die iudicij, nec acquiescet cuiuscumq; precibus, nec suscipiet p redemptione dona plurima. Quartō & ultimo, in isto tremendo iudicio

Mat. 24.

Sup. 1.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 24.

facta statim executioni dabuntur. De executione illius sententiæ nota specialiter tria. Primō, multitudinem, & potentiam ministrorum, qui parati erunt ad uerbum iudicis exequendum, quod dicitur. In consumatione sæculi exhibunt Angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium. Secundō, in ista executione nota impotentia & angustia reprobatorum, quia nulla erit uia ad euadendum. Undē dicit August. Oī angustia erūt undiq; reprobatorū uig, superius erit tunc Iudex iratus, inferius chaos inferni horrendum, a dextris aculantia peccata, a sinistris infinita dæmonia ad supplicium trahentia, intus conscientia urens, foris mundus ardens, miser peccator sic deprehensus quo effugiet? latere erit impossibile, apparere intollerabile: & ideo dicitur. Quod desiderabunt homines mortem, & fugiet mors ab eis. Tertio, nota in ista executione defectum, & carentiam omnium auxiliiorum: tunc enim Christus, qui tantum misericors est, q̄ pro peccatoribus tradidit semetipsum, ridebit i dæmoniarione eorum, in cuius persona dicitur. Ego quoq; in interitu uestro ridebo. Sancti etiam, q̄ se pro salute omnium morti se exposuerunt, non compatiuntur tunc miserie reprobatorum, sed potius gaudebunt in damnatione eorum, iuxta illud. Lætabitur iustus, cum uiderit uindictā, &c. Sicut enim nunc est tempus clementie, sic erit tunc tempus ultionis, & uindictæ, dicente Dño. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Et hæc de iudicio ultimo dicta sufficiant.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

Mat. 22.

TITVLVS DECIMVS

ET DIETA DECIMA.

De panis inferni, atq; gloria paradisi. Cap. 1.



Ost tractatum generalis iudicij, sequitur uidere de pœnis inferni, & gloria paradisi. Ista est. n. ultima dieta. s. a iudicio ad infernū, uel ad cœlum. Nā reprobi faciūt pessimam dietam de iudicio ad æternum supplicium. Iusti uerō faciūt optimam dietam a iudicio ad regnum æternū. Primō igitur, dicēdum est de pœnis & supplicijs reprobatorum, de quibus notanda sunt quinque. s. primō pœnam acerbitas, secundō pœnam diuersitas, tertio pœnarum diuturnitas, quartō pœnarū uniuersitas, quinto pœnarū inutilitas. Primō igitur pœna reprobatorum erunt acerbissimæ, & intollerabiles. Grauiissima. n. pœna, quæ in hoc mundo potest tolerari, minor est pœna purgatorij, ut dicit Augustinus i quodam sermone: quantomagis pœna inferni? In signum huius uehementis doloris dicit Saluator in Euangelio. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Secundō, pœna inferni erūt diuersę, uñ nota, q̄ in sacra scriptura

Luc. 13.



inueniuntur nouem poene. Prima est poena ignis. Secunda poena est uermis. Ignis ardebit carne, uermis ardebit mentem. De istis duobus simul dicitur. Vermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur. Tertia poena est fortor, ut dicitur. Ignis sulphur & spiritus procellarum pars calcis eorum, id est poena eorum. Quarta poena est frigus, quia dicitur. Transibunt ab aqua sicut niui, ad calorem nimium, qui erit maxima poena mutatio subita, quia natura mutationes non patitur repentinas, ut dicit Ipoetas. Quinta poena erit fames maxima, iuxta illud. Serui mei comedent, & nos esurietis. Ibi namque est tanta inopia, quod neque guttam aque poterunt habere, ut legitur de diuine epulone sepulto in inferno. Vnde Gregorius: Guttam aque petijt, qui micam panis Lazaro negauit. Maxima poena erit fames, quae ibi erit, & magis mortalis est carentia uisionis diuinae. Vnde Gregor. Immortalis ibi fames interficit, quia faciem suam Saluator eis abscondi. Sexta poena est tortor, uel potius tortores, quia dicitur. Tradidit eum tortoribus, donec redderet uniuersum debitum. Septima poena est horror. Vnde. Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, & ista erit maxima poena, qua uidemus si nunc apparet nobis unus solus diabolus magnus horror, & quasi intolerabilis esset, quid ergo erit tunc cum tot horribiles apparebunt. Octaua poena erit tenebra, in qua incarcerabuntur, & ligabuntur reprobi, quia dicitur. Ligatis pedibus & manibus eius, projicite eum in tenebras exteriores. Et Gregorius dicit in moralibus. Ignis infernalis concremationem habet & non lucem. Nota poena, & quasi principalis erit dolor, quia in illis poenis, non solum erit acerbitas, sed contrarietas. Vnde dicit Gregorius in moralibus libro nono. Horrendum enim erit reprobis, ibi dolor cum formidine, flamma cum obscuritate, mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors uiuit, & finis semper incipit, & defectus deficiat nescit. Mors perimit, & non exstinguit, & dolor cruciat, & pauorem non purgat. Et ratio est, quia cum peccator, & Diabolus in culpa consentiant, iustus est, ut creatura in reproborum poena conueniant. Et notandum, quod a diuersis causis ipsi reprobi inest dolor. Sunt autem quatuor causae doloris. Prima est, quia amiserunt bona temporalia huius mundi. Vnde in Psal. Cum interierit homo, non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius. Secunda causa est, quia tempus perdidit. Vnde Hieron. Transit estas, & facta est messis, & non saluati sumus. Damnati namque darent libenter totum mundum pro uno momento temporis, si possent habere ad poenitendum. Tertia causa est, quia uisionem & gloriam Dei perdidit. Vnde dicit Chrysostomus. Quod omnes gehennae cruciatus sunt carentia uisionis Dei. Quarta causa est, quia inferni uilitatem & miseriam acquisierunt. Est enim locus infernalis tenebrosus & pauperiosus, quod

erit maxima poena diuitibus, & hominibus uoluptuosus & magnatibus, quia in uita habuerunt domos sine fumo, & ibi erit fumus continuus, quia dicitur. Fumus eius in furore meo. De istis poenis dicit Bernardus in sermone de negotio spiritali. O gehennalis Regio fugienda, ubi ignis ardens frigus urens, uermis immortalis, fortor in tollerabilis, malei percutientes, tenebrae palpabiles, confusio peccatorum, innodatio uinculorum, horribilis facies demonum, totus tremor ad huiusmodi regionis memoriam. Tertio est ibidem poenarum diuturnitas. Poena enim infernales erunt diuturnae, immo sempiternae, quia dicitur. Quis ex uobis poterit habitare cum ardoribus sempiternis? Discedite a me maledicti in regnum aeternum. Dicit Gregorius. Quod ad magnam iustitiam iudicis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui nunquam dum uiuerent uoluerunt carere peccato. Et illud est summum horrendum in ista poena, quod sit maxima & aeterna. Si enim damnati singulis diebus sterent, & in fetu emitterent modicam lachrymam, plus de aqua per processum temporis de oculis unius damnati exiret, quam sit aqua totius mundi. Cuius probatio est, quia illa aqua est infinita: aqua autem totius mundi est finita. Quarto est in inferno poenarum uniuersitas. Sunt enim quidam dicere uolentes, quod in inferno uniuersa partes hominis, tam corporis, quam animae post diem iudicij erunt in igne, quia dicitur. Timete eum, quod postquam occiderit, poterit corpus & animam perdere in gehennam ignis. Nunc autem uidemus, quod homo non possit sine maximo tormento ignem in parte unius digiti sustinere per unam horam, quantus ergo erit dolor, quoniam totus homo ardebit in igne. Vnde in signum istius maximi doloris dicit Saluator frequenter in Euangelio. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Quinto, & ultimo ista poena infernales erunt inutiles, & infructuosae. Poena enim praesentis uitae breuis est, leuis, & fructuosa, sed futura est longissima, & grauissima, & infructuosa, quia si damnatus fletu, tantum de lachrymis emitteret, quantum est de aqua in mari, non sufficeret ad lauandum maculam unius peccati mortalis. Erunt tamen intra se poenitentiam agentes, & praegangustia spiritus gemetes, ut dicitur. Et tamen infructuosae, quia in inferno erit stimulus poenitentis: nulla tamen erit correctio uoluntatis. Exemplum de sancto patre, qui orauit pro Diabolo, & responsione Domini, & oblatione Diaboli. Et haec de poenis inferni dicta sufficiant.

De gloria paradisi. Cap. II.

Post tractatum de poenis inferni, sequitur ultimum uidere de gloria paradisi. Haec enim est finis ultimae diuae, quia finis est omnium desideriorum, de qua ad praesens tria sunt dicta. scilicet ualor impreciables, decor inestimabilis, honor ininfrangibilis. Primo igitur istius gloriae caelestis ualor

ualor impreciables: quia dicitur. Oculus non uidit Deus absque te: quae preparasti diligentibus te. Et illud. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus diligentibus se. Valor autem istius gloriae caelestis attenditur in hoc, quod ita care deus uendit ea suis amicis. Constat enim Petro martyrii crucis, Paulo constitit decollationem capitis. Est autem uerissimum & certum, quod deus non decipiet unum amicorum suorum, & quod plus est, ipse Christus emit gloriam illam pro amicis sub tormento & ignominia crucis. Est enim certissimum quod deus pater non decipiet unigenitum filium suum, in emendo illud regnum. Cum ergo, illud regnum tantum constitit filio Dei & alijs eius amicis, certum est, quod res maxima est & impreciables ualoris. Vnde dicitur. Empti enim estis precio magno, glorificate & portate Deum in corpore uestro. Secundo, gloria illa caelestis est decoris inestimabilis. Vnde dicitur. Pulchritudinem coloris eius admirabitur sensus. Ex duobus potest colligi decor illius regni. Primo, ex decore rerum naturalium inferiorum, quas deus uult ita decorare sicut uidemus, quod lilium in hyeme apparet uire, & postea decoratur in uere & aestate. Vnde dicitur. Considerate lilia agri, &c. Secundo, apparet decor illius gloriae ex rebus artificialibus, sicut uidemus, quod ligna lapides & metalla per se uidentur uilia & quasi terra, sed efficiuntur per artificem pulchra & splendida, quando sunt polita & deaurata, quantum igitur faciet summus artifex, cuius sapientia est infinita, in decorandis amicis suis beatis in illa caelesti gloria? Ideo dicitur. Si fenum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur: sic deus uestit, quantum magis uos modice fidei? Tertio, gloria caelestis & honoris insuperabilis. Quod probatur ex quatuor. Primo, quia omnes sancti erunt reges, siue uoluntatis omnipotentes: ut dicit Anselmus. Ideo dicitur. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est &c. Secundo, quia omnes erunt filij charissimi & haeredes Dei, & cohaeredes Christi, ut dicitur. Tertio, quia erunt omnes quasi Domini. Christus etiam in propria persona honorabit eos, quia dicitur. Praecingat se. scilicet Christus, & transiens ministrabit illis, & faciet illos discumbere. Sicut filius regis consueuit in propria persona seruire, quando uult multum suos nobiles honorare. Quarto, quia omnes erunt dii, sicut dicitur. Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. Et hoc quia diuinitas erit in sanctis & multitudine uel magnitudine dilectionis, quae transformat amantem in amatum, ut dicit Augustinus. Et philosophus dicit. Unusquisque talis est, quale est dilectum. Si autem terram diligis, terra es: si autem Deum diligis, quid dicam deus eris: non audeo dicere ex me: sed per scripturam quae dicit. Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. Item in illa caelesti curia considero alia tria. scilicet locum summe gloriosum, sertum summe speciosum, & fructum sum-

me speciosum. Primo igitur, in illo caelesti regno erit locus summe gloriosus, quia quilibet sanctus erit in loco, in quo est ipse Dei filius, quia dicitur. Vbi sum ego, illic & minister meus erit. Secundo, in illo caelesti regno est sertum speciosum uel corona, quia dicitur in Psal. De quolibet sancto. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Iste lapis est margarita illa, quae qui inuenit, uendit omnia, & emit eam, ut dicit. Et nota, quod duplex est corona sanctorum. scilicet aurea & aureola. Aurea dicitur praemium substantiale quod consistit in tribus. scilicet in uisione Dei clarissima, in fruitione suauissima, & in interione securissima, de qua dicitur. Corona aurea super mitram eius, quae est ornatus Pontificum. Quia omnes sancti non solum erunt reges omnipotentes suae uoluntatis, sed etiam erunt sacerdotes & Pontifices, offerentes Deo semper sacrificium laudis. Et ideo dicitur. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Alia corona dicitur aureola. id est coronula parua, & ista aureola secundum doctores dicitur quaedam gloria accidentalitatis, quae debetur sanctis ratione operis excellentis. Datur enim tribus generibus operum. Datur enim uirginibus, & haec est florea. Datur martyribus & haec est gemma. Doctoribus & haec est stella. Aureola florea datur uirginibus, quia honore uirginitatis floruerunt. Vnde dicitur in Psal. de uirgine uirginum Christo & agno quae uirgines sequuntur. Gloria & honore coronasti enim. Aureola gemma datur martyribus, quia instar lapidi fortissimi & preciosi fuerunt. Vnde dicitur. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Aureola stella doctoribus, quia caelestia docuerunt. Vnde dicitur. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudierunt multos, quasi stelle in perpetuas aeternitates. Et de muliere gloriosa dicitur. Quod erat amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Mulier amicta sole est anima doctoris iustitiae & sapientiae diuinae, quae per pedes figurantur, habet plenam pietatem, quae per lunam intelligitur, quae est ualde humida. Corona stellarum significat aureolam doctorum. Vnde & erat stella duodecim in corona, quia duodecarius numerus abundans est, in quo intelligitur, quod doctrina sacra scripturae est abundantissima omnis, iustitia sicut doctrina Christi, qui fuit doctor doctorum, de cuius doctrina dicitur. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & pharisaeorum, non intrabit in regnum caelorum. Peccatores autem & reprobi, qui in mundicia castitatis abundant ut uirgines, nec fortes, nec perseverantes fuerunt in amore Christi, sicut martyres, nec ueritatem portauerunt in ore ut doctores, aureolem non habent. Et quia gratiam Dei hic non habuerunt, idcirco aureolam gloriam substantialis praemij non habebunt, & si omni corona aurea & aureola carebunt, quid aliud erit, nisi quod pro loco coronae aeternae foelicitatis, coronabunt corona aeterna cala-

10. ad
psal. 10.
Iob. 44.
Ist. 45.
Luc. 16.
Mar. 18.
Iob. 9.
Mat. 22.
psal. 48.
Hier. 1.

10. ad
1. Cor. 2.
1. Cor. 6.
Eccle. 45.
Matth. 6.
Matth. 6.
Matth. 25.
Rom. 8.
1. Cor. 12.
psal. 48.
psal. 48.

Ioan. 3.
psal. 20.
Matth. 13.
Aurea corona qd.
Eccle. 45.
Apoca. 5.
psal. 8.
psal. 20.
Dan. 12.
Apoc. 12.
Apoc. 12.
Matth. 5.



DIETAE SALVTIS

sunt insipida, sic uerba sacra scripturae maxime legalia sacramenta, sine catholica expositione doctorum uident simplicibus non esse multum fructuosa. Et sicut sal conseruat carnes a putrefactione uermium, sic doctrina & expositio doctorum conseruat carnales homines a corruptione peccatorum. Vnde propter ista dicitur sermo uester semper sit sals conditus. Septimo, Christus carat oibus sanctis monachis & anachoritis. i. solitarijs, & oibus alijs confessoribus eadem illi, q. scriptus est in Matt. Vos estis lux mundi. Sol dicitur lux mundi ad literam, & sancti confessores dicuntur lux mundi per figuram. Instar solis mundum illuminantes splendore honestatis: instar solis mundum inflamantes fetore charitatis, instar solis mundum superantes, quantitate uirtutis. Nam secundum astrologos, sol est octies maior quam terra: sic sancti uiri mundanos excedunt octies uirtute & gratia. octo beatitudinibus uel uirtutibus, quas Christus docuit in schola sua, tanquam in sua prima lectione dicitur. Beati pauperes spiritu. Istenamque octo beatitudines sunt quae gratia praesentes, in quibus uiri sancti superant homines mundanos & carnales. Ad istam beatam cantilenam omnes unanimiter Pontifices & alij doctores Christo respondet eadem illi dulcissimum, q. scriptus est in Psal. Transiimus per ignem & aquam. Per ignem fortes in aduersis, per aquam humiles in prosperis, & eduxisti nos in refrigerium foelicitatis, sicut per miseriam. Vnde saluator ait. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis iugo preceptorum meorum, & ego reficiam uos, plenitudine caelestium gaudiorum. Octauo, cantat Christus uirginibus cantilenam illam. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Casta generatio dicitur pudicitia uirginalis: continentia uidualis: & temperantia conjugalis. Iste tribus triplex claritas correspondet. Nam uirgines habent claritatem incorruptionis, & aureolam uiduae claritatem deuotionis interne, coniuges claritatem successionis benignae, & omnes pariter habent claritatem odoriferam famae & opinionum bonae. Ad hanc cantilenam uirgines & continentes respondet illud canticum dulcissimum: quod est in Cant. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentula dilexerunt te nimis. Nimis dicitur: propter ariditatem continentiae, quia dicitur. Scio quoniam aliter non possum esse continentis, nisi Deus det. Et ideo dicitur. Quia nemo poterat dicere canticum illud, scilicet uirginale, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, quae empti sunt de terra. Numerus centenarius competit uirginibus, quibus datur fructus caelestium: ut dicitur in Luc. Quadragenarius competit uiduis, quia quadraginta signat statuta penitentiae, ideo tamen Moyses, quae Elias, quae Christus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauerunt. Quatuor competunt conjugatis castitate amantibus, quae secundum doctrinam quatuor euangelistarum obseruare conantur conjugale thorum, unde dicitur Apostolus. Honorabile coniugium in omnibus, & thorus immaculatus. Millenarius uero competit continentibus, quia per millenarium quod est limes, & terminus omnium numerorum, signat caeleste gaudium, quod est finis omnium desideriorum, unde dicitur

Coll. 4.

Matth. 5.

Matth. 5.

Psal. 64.

Matth. 11

Sap. 4.

Cant. 1.

Sap. 8.

Apoc. 14.

Luc. 8.

Heb. 14.

et in Psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Vltimo Christus cantabit communiter omnibus sanctis illa dulcissimam cantilenam scilicet. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. Venite benedicti patris mei per gratiam adoptionis, per quam estis filij & fratres mei. Quia ut ait Apostolus. Si filij, & haeredes, haeredes quidem Dei, coheredes autem Christi, quod uobis paratum est ab origine mundi, per aeternam praedestinationem, per quam estis aeterna placencia electi. Ad istam cantilenam Christi respondet altissimus totus chorus, uel chorea, uel ballata sanctorum, illi tantum qui rescribitur, in Paulo. seculorum immortalis inuisibili, soli Deo honor & gloria in saecula seculorum. Amen. Tibi inquam Domine, quae es omnium seculorum pro nobis tantum humiliatus, tu immortalis, quae pro nobis in cruce es mortuus, tu inuisibilis, quae tu nobis uisibilis, tu solus sanctus in maiestate, nobis tantum misericorditer associatus, tu es omnipotens, per nobis autem homo factus es, ubi inquam honor ex creatione, gloria, ex redemptione in saecula seculorum, ex aeterna saluatione, amen: ex omnium promissorum tuorum certissima adimplentione. Tandem omnes sancti dicent, alter ad alterum, illum sacratissimum hymnum, & trisagium gloriosum, quod scribitur in Isai. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus sabaoth, uel exercituum, pleni sunt caeli, & terra gloria eius. Cuius est tanta uirtus, quae dicitur illi, a morte subitanea, & fulgure, & oibus tribulationibus est securus, ut ait Damasc. lib. 3. Propter quod statuit sancta synodus calcedonenfis quartum hoc trisagium sanctae trinitatis a fidelibus dici, contra omnes stellionatus. i. minas diuinas, ut ait Damasc. ibidem. f. Agyos, otheos, Sanctus Deus, Agyos, Kyrios, Sanctus fortis, Agyos, athanatos, eleyson, ymas, Sanctus, & immortalis, miserere nobis. In quo trisagio sancti faciunt specialiter tria. scilicet trinitatem continent in una essentia. Vnde dicit Isai. Sanctus, Sanctus, Sanctus, potestate, & iudicia admirantem dicentes. Dominus Deus exercituum, pietatem, & beneficia uenerant addentes, plena est omni terra, terra uiuentium, quae morientium, gloria eius. i. misericordia eius, in qua Deus precipue ostendit gloriosus, ut exponit Glosa. Vnde dicit Apostolus. Omnes enim peccauerunt, & egerunt gloria Dei, quae est infinita. Ad quam gloriam nos perducatur, & participes efficiat ductor illius choreae Iesus uirginis filius, qui cum Deo patre, & spiritu sancto, uni solo Deo uiuo, & uero est honor, & imperium maiestatis, per infinita saeculorum saecula. Amen.

Sequuntur Thematia cum breuisculis introductionibus, pro materia predicanda, singulis diebus dominicis, & alijs sanctorum festiuitatibus, per annum. Et primo Dominica prima in aduentu Domini.

Abiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die, &c. In aduentu magni Regis, & Principis expiant sordes, & parantur uires.

Psal. 118. Man. Rom. 13. Gal. 4. Rom. 13.

ET MATERIA APPLICANDA.

Res. Et ideo Apostolus in his uerbis per hunc modum, per summi regis aduentum, ad faciendum haec duo specialiter nos inuitat. Primo, ad uitiorum sordes expurgandas, cum dicit. Abiciamus opera tenebrarum. Secundo, ad uirtutum uestes preparandas, cum addit, & induamur arma lucis. Primo igitur, debemus expurgare sordes uiciorum, & propter tria quae sunt in peccato. Require in materia de peccato in communi. Secundo, debemus uestes uirtutum preparare, & specialiter uellemus charitatis, & sicut uidemus, quae uestis nobilior portatur uelutis praecipuis. De hac ueste quare in materia de charitate.

Dominica 2. Aduentus.

Deus autem spe repleat uos omni gaudio. Quoniam a uiris spiritualibus sunt debiles sustinenti, & tristes consolandi, ideo etiam Apostolus in uerbis propositis duo facit. Primo, non promittit debilibus sustentationem, cum dicit. Deus autem spei. Secundo, tristibus consolationem, cum addit, repleat uos omni gaudio & in Psal. Spem in Domino, legem & pascuis in diuitiis eius. Primo, dico, quod spiritualis sustentatio est uirtute spei. Quare in materia de spe. Secundo, spiritualis consolatio est in gaudio uirtutis. Vnde uirtus comparatur paradiso. Quare in materia de uirtute in communi.

Dominica 3. Aduentus.

Modestia uestra nota sit oibus hominibus, Dominus prope est. Regia praesente consueuerunt domicelli, & milites multum alacriter & honeste incedere, ideo Apostolus prauidens regis aeterni praetiam propinquam, ad conuersationem honestam in uerbis propositis nos hortatur. Et secundum hoc in uerbis istis duo facit. Primo, non hortatur nos ad conuersationis honestatem, cum dicit. Modestia uestra nota sit oibus hominibus. Secundo, ostendit conuersationis causam, cum addit, Dominus prope est. Primo igitur, forma conuersationis consistit specialiter in mansuetudine uel mititate. Require in materia de mititate, & mansuetudine. Secundo, uirtus spiritualis conuersationis, & orationis castitatis, & pietatis, faciunt propinquam Dei praetiam require in materia de castitate, oratione & pietate.

Dominica 4. Aduentus.

Nolite ante tempus iudicare, quo ad usque ueniat Dominus. Dicit lex imperatoris, quod adueniente praesente, cessat iunior potestas. Ideo Apostolus considerans aduentum aeterni iudicis, duo facit in his uerbis. Primo, nanque reprimit inuidiam iniquam dicens. Nolite ante tempus iudicare. Secundo, praedicat saluatoris iustitiam futuram, cum dicit, quousque ueniat Dominus. Primo igitur reprimitur inuidia propter tria. Require in materia de inuidia. Secundo, praedicatur causa iudicis finalis. Require in materia de iudicio futuro.

Dominica infra octa. Natiuitatis.

Itaque iam non est seruus, sed filius, quod si filius & heres per Deum. Magnus debet magna donare. Vnde Apostolus in his uerbis describit saluatoris magnificentiam, Et secundum hoc tria facit.

Primo enim describit culpam subiectionem a qua sumus liberati, cum dicit. Itaque iam non est seruus. Secundo, gratiae cooperationem, per quam sumus liberati & iustificati, addens, sed filius. Tertio, gloriae possessionem ad quam sumus praedestinati, subdens, quod si filius, & haeres per Deum. Primo igitur, subiicitur homo per culpam, specialiter propter gulum, luxuriam, & auaritiam. Quare in materia de gula, de luxuria, et de auaritia. Secundo, iustificatur homo per gratiam praetiam. Quare in materia de penitentia. Tertio beatificatur homo per gloria de paradiso. Quare in materia de gloria paradisi.

Dominica secunda.

Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Omnis cibus quantumcumque preciosus, insipidus est, nisi sit sals conditus, ideo Apostolus hortatur nos in uerbis propositis, ut cibum prudentiae condiamus sals discretionis. Et secundum hoc duo facit. Primo prohibet sapientiam temerariam dicens, non plus sapere quam oportet sapere. Secundo suadet temperantiam necessariam addens, sed sapere ad sobrietatem. Primo igitur cauenda est prudentia uel sapientia inordinata. Quare in materia de prudentia. Secundo, querenda est sobrietas modesta. Quare in materia de temperantia.

Dominica prima post octa. Epi.

Odiens es malum, adhaerens bono. Natura liter gustus bene dispositus respuit amaritudinem & appetit dulcedinem. Ideo Apostolus ad detestationem culpae dicens. Odientes malum. Secundo monet nos ad dilectionem gratiae, ubi, adhaerentes bono. Primo igitur detestanda est culpa. Quare in materia de peccato in communi. Secundo, diligenda est uirtus uel gratia. Quare in materia de uirtute in communi.

Dominica secunda.

Non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum irae. Non est tutum militem sine armis intrare locum certaminis, ideo Apostolus in his uerbis specialiter nos instruens, duo facit. Primo docet esse sumendum scutum patientiae, dicens. Non uosmetipsos defendentes. Secundo docet cauendum ictum iracundiae, addens, sed date locum irae. Primo, debemus assumere patientiam tanquam scutum. Quare in materia de fortitudine, & de patientia. Secundo, debemus cauere iracundiam tanquam ictum. Quare in materia de ira.

Dominica tertia.

Qui diligit proximum suum, legem impleuit. Mercatores facientes computum, prius ipsum in pecias & partes diuidunt, & postea in summam reducunt, sic & Apostolus in his uerbis diuinae legis reducit summam charitatem, Et secundum hoc monet nos Apostolus ad duo, uidelicet ad dilectionem proximorum dicens. Qui diligit proximum. Ad impletionem mandatorum, addens, impleuit.

Rom. 12. Rom. 12. Rom. 12. Rom. 12.



uit legem. Primò igitur, debemus proximù diligere, què in materia de charitate. Secundò, debemus præcepta adimplere. Quare in materia de præceptis.

Dominica quarta.

Pax igitur Christi exulter i cordibus uestris. Mundus iste consuevit duo multum desiderare, scilicet concordiam pacis, & laticiam cordis. Ideò Apostolus in his uerbis optat nobis hæc duo, quæ naturaliter desiderat omnis homo. scilicet proximi concordiam amicabilem, cù dicit, Pax igitur Christi. Secundò animi laticiam delectabilem, cum addit, exulter i cordibus uestris. Primò igitur, affectanda est concordia pacis. Quare in materia de pace. Secundò, laticia cordis est optanda. quare in materia de charitate, et in materia de gaudio.

Dominica in septuagesima.

1. Cor. 9. Sic currite, ut comprehendatis. Quoniam nõ incipientibus, sed proficientibus regnum celeste promittitur. Ideò Apostolus in uerbis istis ad duo specialiter nos hortatur. Primò ad fructuosam operationem, cum dicit, Sic currite. Secundò ostendit fructuosæ operationis rationem, cù addit, ut comprehendatis. Primò igitur, debemus cursum præceptorum perficere. Quare in materia de præceptis. Secundò, fructum præceptorum appetere. Quare in materia de gloria paradisi.

Dominica in sexagesima.

1. Cor. 13. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Infirmitas si prudens est, libenter sustinet sudorem pro sequente sanitate. Ideò Apostolus in his uerbis duo docet, scilicet afflictionem carnis quam debemus libenter portare, dicens, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Secundò possessionem uirtutis, quam debemus feruenter amare, cum addit, ut inhabitet in me uirtus Christi. Primò igitur afflictio carnis est libenter portanda. Quare in materia de fortitudine. Secundò, possessio uirtutis est amanda. Quare in materia de uirtute in cõi.

Dominica in quinquagesima.

1. Cor. 13. Caritas patiens est. Decet reginam, habere regnum apparatus. Ideò Apostolus in his uerbis describit specialiter ista duo. scilicet charitatem si cut uirginu reginam dicens, Caritas. Secundò patientiam, sicut regine armaturam addens, patiens est. Primò igitur, caritas est uirtutum regina. Quare in materia de charitate. Secundò, patientia est reginæ armatura. Quare in materia de fortitudine. Et in materia de patientia.

Dominica in quadragesima.

1. Cor. 6. Ut castigati & non mortificati. Filius si peccauerit castigandus est, & non mactandus, corrigendus & non occidendus. Et secundum hoc Apost. in isto uerbo spãliter ostendit duo. Primò quòd peccator debet se corrigere cum flagello penitentis, cum dicit, Ut castigati. secundò, quòd non debet se occidere cum gladio culpæ, addens,

non mortificati. Primò igitur, castigandus est peccator flagello penitentis. Quare in materia de penitentia. Secundò, non est occidendus gladio culpæ, què in materia de peccato in cõi.

Dominica 2. in quadragesima.

Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. Tunc regnum bene regitur, quando populus uoluntatem regis obseruat, & quando rex plebis utilitatem procurat. Unde Apostolus in his uerbis hæc duo facit. Describit enim quid summè obseruandum, quia uoluntas diuina, dicens, Hæc est uoluntas Dei. Secundò quid summè affectandù, quia sanctitas propria, addens, sanctificatio uestra. Primò igitur, debemus diuinam uoluntatem obseruare implendo præcepta. Quare in materia de præceptis. Secundò, debemus per munditiam propriam castitatem seruare. Quare in materia de castitate.

Dominica 3.

Ambulate in dilectione sicut, & Christus dilexit uos. Vnicuique experto in sua scientia credendum. Et ideò, quia Apostolus summè fuit expertus in præceptis & scientia, audire debemus lectionem suam, quam nobis proponit in his uerbis de schola diuinæ lectionis. Hæc autem lectio continet duo capitula, dilectionis. scilicet uiam regulantem, & ideò dicitur, Ambulate in dilectione & dilectionis formam exemplarem, & ideò subditur, sicut & Christus dilexit uos. Primò igitur sequenda est dilectionis uia. Quare in materia de dilectione & charitate. Secundò, attendenda est dilectionis forma. Quare in eadē materia.

Dominica 4. in quadragesima.

Eijce ancillam & filium eius. Vulgò dicitur, quòd bonù opus facit, qui de stulto se expedit. Et ideò Apol. in hoc uerbo monet nos, ad expellendum peccatum de cordis hospitiis, & hoc quantum ad duo. scilicet quantum ad affectionem qua peccatum concupiscitur, dicens, eijce ancillam. i. uoluntatem malā, & quantum ad operationem, qua peccatum perpetratur, addens, & filium eius. Primò igitur, penitentiam expellenda est affectatio mala, & sic præcipue per contritionem, & per confessionem, quare in materia de penit. Secundò expellenda est operatio praua, & sic per satisfactionem. Quare in eadem materia.

Dominica in passione Domini.

Per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. Religiosi consueuerunt se minuire, quòd uolunt in infirmitatibus intrare, & recreatione suscipere: sic dñs in passioe sua fecit se minus, & sic intrauit infirmitatem, & recreatione paradisi recepit. Et sic Apol. in uerbis istis duo ostendit. scilicet passionis Christi minutionem, dicens, Per propriu sanguine. Secundò resurrectionis recreationem, addens, introiuit semel in sancta. scilicet cœlū. Primò igitur, passio Christi est iugiter meditanda. Quare in materia de contemplatione & de gaudio. Secundò, bona cœlestia sunt feruenter desideranda. Quare in materia de spe & gloria paradisi.

Domi-

Dominica in uanis Palmarum.

Phil. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Qui uult liberum scribere uel corrigere, in p omnia de exemplari ueraci debet curare, & ideò Apostolus in his uerbis proponit nobis pro libro exemplari uitæ Christi, ad transcribendam, & corrigendam librū cordis nostri. Proponit autem nobis quatuor capitula huius libri, in cordis nostri eodice transcribenda. Primum, scilicet humilitatis inclinatio, cum dicit, Humiliauit semetipsum. Secundum obedientiam subiugantis, cum dicit, factus obediens. Tertium perseverantiam coronantis, cù subditur, usque ad mortem. Quartum penitentiam crucifigentis cum subinfertur, mortem autem crucis. Primò igitur, debemus nos humiliter inclinare. Quare in materia de humilitate. Secundò, debemus nos obedientiam subiugare. Quare in materia de obedientia. Tertio, debemus nos perseverantiam coronare. Quare in materia de fortitudine. Quarto, debemus nos penitentiam cruciare. Quare in materia de penitentia.

Dominica prima post Pascha.

1. Jo. ult. Hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra. Multum gloriatur miles in gladio, quòd cum illo triumphauit in omni bello. Ideò Io. Apostolus ostendit in his uerbis Christi militiam spirituliter duo. scilicet triumphum uictoriam dicens, Hæc est uictoria quæ uincit mundum. Secundò genus armorum securissimū, fides nostra. Primò igitur, debemus perseverantiam triumphare. Quare in materia de fortitudine. Secundò, debemus nos armis fidei armare. Quare in materia de fide.

Dominica 2. post Pascha.

1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Sequi debet miles ducem, proles patrem, scholaris doctorem, & ideò Apostolus ostendit nobis tria in his uerbis, quæ sunt necessaria, & facienda nobis. Primò est nobis cum Christo militandum, & id dicitur, Christus passus est pro nobis. Secundò cū Christo conuersandum, & ideò subditur, uobis relinquens exemplum. Tertio post Christum ambuladū, & ideò subinfertur, ut sequamini uestigia eius. Primò igitur, debemus laborare cum Christo, per penitentiam dignam. Quare in materia de penitentia. Secundò, debemus conuersari in Christo per uitam honestam. Quare in materia de castitate, & temperantia. Tertio, debemus post Christum ambulare per mandatorum semitam rectam. Quare in materia de præceptis.

Dominica 3. post Pascha.

1. Pet. 2. Obsecro uos tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere uos carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. Qui bene dirigit in uia, prædicat omnia diuerticula, & pericula. Et secundum hoc, Apostolus monet nos in his uerbis ad tria, scilicet ad habendam mortis memoriam, dicens, Obsecro uos tanquam aduenas &

peregrinos. Secundò, ad domandum carnis lasciuiam, dum dicit, Abstinere uos a carnalibus desideriis. Tertio ad frangendam hostis malitiam subdens, quæ militant aduersus animam. Primò igitur, habenda est mortis memoria, & hoc est humilitatis. Quare in materia de humilitate. Secundò, domanda est carnis lasciuia, quod est opus castitatis. Quare in materia de castitate, & temperantia. Tertio, fugienda est hostis malitia, & hoc opus fortitudinis. Quare in materia de fortitudine, & continentia.

Dominica 4. post Pascha.

1. Cor. 1. Sit omnis homo uelox ad audiendum, & tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Vulgo dicitur, qui non est prudens, sit saltem bene credens. Et ideò Beatus Iacobus Apostolus monet nos specialiter ad tria. Primum est uelocitas contra contemptum obedientiam, dicens, Sit omnis homo uelox ad audiendum. Secundum est taciturnitas contra peccatum linguæ, ideò addit, tardus ad loquendum. Tertium est mitis contra peccatum iræ, ideò dicit, tardus ad iram. Primò igitur, debemus acquiescere, & hic est opus obedientiam. Quare in materia de obedientia. Secundò, debemus libenter tacere contra uicium linguæ. Quare in materia de præceptis. Tertio debemus esse quieti contra peccatum iræ. Quare in materia, de ira.

Dominica 5. post Pascha.

1. Cor. 1. Religio munda, & immaculata apud Deum, patrem hæc est, uisitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Boni pictoris industria apparet in bona pictura, & secundum hoc Apostolus pingit bonam picturam quantum ad tria, quæ sunt ad bonam uitam necessaria, scilicet decor conuersationis, & ideò dicitur, Religio munda, & immaculata apud Deum & patrem hæc est. Secundò, dulcor miserationis, cum addit, uisitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum. Tertio furga iniquationis, cum subditur, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Primò ergo debemus pie conuersari, quod est opus honestatis. Quare in materia de honestate, uel castitate. Secundò, debemus pie misereri, & hoc est opus pietatis. Quare in materia de pietate, & misericordia. Tertio, debemus iniquationem detestari, & hoc est opus uirtutis, & hoc quantum ad triplicem concupiscentiam, scilicet mundi, carnis, & hostis. Quare in materia de præceptis & oratione.

Dominica infra octa. Ascen.

1. Pet. 4. Si quis ministrat, tanquam ex uirtute quam administrat Deus. Omnis bonus operarius uirtutis regula ad dirigendum opus. Et secundum hoc Beatus Petrus Apostolus ostendit in his uerbis duo nobis necessaria, scilicet obsequium exterioris operis, dicens, Si quis ministrat, & iudicium interioris uirtutis, addens, quam administrat Deus.

Primò

Primò, debemus bonum opus exercere, & specialiter triplex. s. opus iustitiæ in obseruado mada. Quare in materia de præceptis. Secundò, opus pnia in emendando peccata. Quare in materia de pnia. Tertiò, opus misericordiæ in subleuando proximi incommoda. Quare in materia de misericordia.

Dominica prima post Pentecostem.

1. Ioan. 4. Hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Duplicè modum confueuit facere, qui rem uult bene ligare. Et secundum hoc Ioannes Apostolus ostendit nobis duo de uinculo charitatis. Iniunctionem, qua iniungitur sub discreto precepto, & ideo dicit. Hoc mandatum habemus à Deo. Charitatis perfectione, qua perficitur duplici nodo, & ideo subditur, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Primò igitur, charitatem debemus seruare tanquam præceptum: quare in materia de præceptis. Secundò, debemus charitatem nodare tanquam uinculum. Quare in materia de charitate.

Dominica 2. post Pentecostem.

1. Io. 3. Qui odit fratrem suum homicida est. Secundum leges sæculares, non solum reputatur homicida qui interficit ictu gladii, sed qui parat portiones ueneni. Et secundum hoc Apostolus in his uerbis ostendit nobis duo. s. odium expellendum ad modum ueneni, dicens. Qui odit fratrem suum. Secundò homicidium abhorrendum, inquit gladii, addens. Homicida est. Primò igitur, debemus odium fratris uitare, quod est inuidia corruptio. Quare in materia de inuidia. Secundò, debemus homicidium abhorrire, quod est præcepti transgressio. Quare in materia de præceptis.

Dominica 3. post Pentecostem.

1. Pet. ult. Humiliamini sub potenti manu Dei, ut exaltet uos in die uisitationis &c. Saltatores consueuerunt se curuare, ut melius possint ad alta saltare. Et secundum hoc Apostolus ostendit nobis duo. s. humilitatis inclinationem profundam, dicens. Humiliamini sub potenti manu Dei. Secundò humilitatis eleuationem iucundam, addens, ut exaltet uos in die uisitationis. Primò igitur, debemus nos ipsos humiliare. Quare in materia de humilitate, & superbia per contrarium. Secundò debemus nos per contemplationem ad gloriam leuare. Quare in materia de gloria paradisi.

Dominica 4. post Pentecostem.

Rom. 8. Existimo. n. q. non sunt condignæ passionis huius rps, ad futuram gloriam, qua reuelabitur nobis, &c. Consueuit hō accipere pro parte sua, quod plus ponderat in statera. Et secundum hoc Apostolus quasi in statera, pponit nobis duo uerba in proposito. s. præsentem tribulationem ad suscipiendum, dicens. Existimo, quod non sunt condignæ passionis huius temporis. Secundò æternam remunerationem ad eligendum, addens, ad futuram gloriam. Primò igitur, debemus præsentem tribulationem sustinere patienter. Quare in materia de patientia, & acedia per contrarium.

Dominica 5. post Pentecostem.

1. Pet. Si quid patimini, propter iustitiā, beati, &c. Vix acquiruntur magna diuitia sine magno labore. Et secundum hoc in uerbis propositis ponitur specialiter tria, scilicet, uirtus laborem sustinens, cum dicitur. Si quid patimini. Iustitia laborem decorans, cum additur, propter iustitiā. Fructus, laborem remunerans cum subditur, beati. Primò enim, debemus laborem præsentem patienter portare. Quare in materia de fortitudine, superbia, luxuria, & auaritia per contrarium. Secundò, debemus præsentem laborem titulo iustitiæ decorare. Quare in materia de iustitia. Tertiò, debemus laborem fructu felicitatis coronare. Quare in materia de spe, & gloria paradisi.

Dominica 6. post Pentecostem.

Rom. 6. Si autem mortui sumus cum Christo credimus quod simul uiuemus cum eo, &c. Consueuerunt periri rumpere uestes antiquas, ut citius habeant nouas. Et secundum hoc Apostolus in hoc uerbo specialiter ostendit nobis duo. s. uestem carnis mortificandam, cum dicitur. Si autem mortui sumus cum Christo: stolam gloriae desiderandam cum additur, quod simul uiuemus cum eo. Primò igitur, debemus uestem carnis rumpere per poenitentiam. Quare in materia de poenitentia, acedia, luxuria, & gula per contrarium. Secundò debemus stolam gloriae æternæ frequenter appetere. Quare in materia de spe, & gloria paradisi.

Dominica 7. post Pentecostem.

Habetis fructum in sanctificationem finem uero uitam æternam. Qui prudens est considerat fructum laboris, & finem operis. Et secundum hoc Apostolus in omni hora docet nos considerare duo, scilicet fructum iustificandem dicens. Habetis fructum in sanctificationem, & desiderare finem iustificandem addens, finem uero uitam æternam. Primò, fructus boni operis consistit in opere iustitiæ. Quare in materia de præceptis. Secundò, finis operis consistit in consummationem perseverantia. quare in materia de perseverantia. Tertiò in expectatione futuræ gloriae. quare in materia de spe & gloria paradisi.

Dominica 8. post Pentecostem.

Rom. 7. Si secundum carnem uixeritis moriemini &c. In firmus si semper bibit secundum sitim febris, de facili incurrit periculum mortis. Et secundum hoc, Apostolus ostendit nobis duo, scilicet febrē uel sitim carnis omnino reprimendam, dicens. Si secundum carnem uixeritis. Et gehennalē poenam mortis omnino fugiendam, addens, moriemini. Primò igitur debemus desideria carnis reprimere, quare in materia de temperantia, & gula per contrarium. Secundò, debemus mortis supplicia formidare. quare in materia de timore, & superbia per contrarium.

Non

Dominica 9. post Pentecostem.

1. Cor. 10. Non sumus concupiscentes malorum. Qui egrotat lasciuum equum debet ipsum refrenare specialiter iuxta periculum. Et secundum hoc Apostolus ostendit nobis duo. s. concupiscentia uicium cautè refrenandum cum dicit. Non sumus concupiscentes, & concupiscentia piculū, addens malorum. Primò igitur, concupiscentia uicium refrenare. Quare in materia de præceptis. Secundò debemus concupiscentia periculum formidare, quantum ad gulam, luxuriam, auaritiam. Quare in materia istorum.

Dominica 10. post Pentecostem.

1. Cor. 12. Diuisiones ministratorum sunt, idem autem Dñs. Multum decorat honorem regis, multiformis uarietas & distributio ministeriorum. Et secundum hoc in his uerbis duo specialiter describitur. s. obsequii diuini distributio salutaris cum dicitur. Diuisiones ministratorum sunt. Dispensationis Dei dñatio singularis cum additur, idē autē Deus. Primò igitur, debemus nos occupare quantum ad opera misericordiæ & iustitiæ, & pnia. Quare in materia eorum. Secundò, debemus unum Deum adorare. Quare in materia de præceptis.

Dominica 11. post Pentecostem.

1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit. Naturaliter arbor prius nititur ra dices figere, & postea fructus proferre. Et secundum hoc Apostolus in his uerbis de quolibet uiro iusto ostendit nobis duo. s. ueritatis stabilitatem dicens. Gratia Dei sum id quod sum, & opis fecunditatem addens, & gratia eius in me uacua non fuit. Primò igitur, debemus esse uirtutibus fixi. Quare in materia de fide, spe, charitate, & ueritate in cōi. Secundò, debemus esse in bonis fecundi, quare in materia de misericordia & auaritia & acedia per contrarium.

Dominica 12. post Pentecostem.

1. Cor. 3. Sufficiens nra ex Deo est. Sicut luna recipit lumen suum, a sole, ita creatura donum suum a creatore, & ad hoc luna plene lumen suum recipiat. oportet quod sol directe respiciat, & secundum hoc duo specialiter in uerbis istis ostenduntur. s. integralis iusti perfectio cum dicit. Sufficiens nra, secundò iustitiam spiritualis contemplatio, cum additur, ex Deo est. Primò igitur, debemus perfectionem uirtutis habere. Quare in materia de uirtute in cōi. Secundò, debemus ad Deum per contemplationem respicere. Quare in materia de oratione & contemplatione.

Dominica 13. post Pentecostem.

Gal. 3. Lex per transgressiones posita est. Sicut n. principis equus indiget freno, sic pronitas ex concupiscentia nostra iustitiæ præcepto. Et secundum hoc Apostolus in his uerbis ostendit nobis duo. s. equitatem diuini præcepti cum dicit. Lex, & pronitatem peccati cum dicit, per transgressiones posita est. Primò igitur, æquitas præcepti est obseruanda. Quare in materia de præceptis. Secundò, pronitas moderanda, quare in materia de pnia & luxuria per contrarium.

Dominica 14. post Pentecostem.

Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Tempus guerra est ualde piculosum & maxime quā est continuum, & infestiuum. Ideo milites consueuerunt incedere armati. Et secundum hoc in uerbo isto duo nobis ostenduntur. s. carnis hostilitas domanda præ oibus, cum dicitur. Caro concupiscit aduersus spiritum & mentis sinceritas armanda uirtutibus cum additur, spiritus aduersus carnem. Primò igitur, debemus hostilitatem carnis domare, & specialiter quantum ad gulam, & luxuriam. Quare in materia de gula & luxuria. Secundò, debemus mentis sinceritatem amare. Quare in materia de pnia.

Dominica 15. post Pentecostem.

Gal. 6. Alter alterius onera portare, et sic adimplebitis legem Christi. Boves iunguntur ut facilius trahant iugum, & equi combinant, ut facilius trahant currum. Et secundum hoc, Apostolus in hoc uerbo ponens nos sub dilectionis iugo, docet specialiter duo portare. s. proximorum partem laboris cum dicit. Alter alterius onera portare, sed conseruare legem amoris addens, & sic adimplebitis legem Christi. Primò ergo est necessitas proximorum supportanda. Quare in materia de pietate & misericordia. Secundò, est Dei & proximorum charitas adimplenda. Quare in materia de præceptis & charitate.

Dominica 16. post Pentecostem.

Eph. 4. Solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Sicut opus glutinum est fortiter coniungere, & sicut uinculum est ligare, sic opus charitatis est fortiter amare: & secundum hoc Apostolus in uerbo proposito monet nos ad duo. s. ad habendum charitatis glutinum in unitate mentis sibi. Solliciti seruare unitatem spiritus, & ad habendum charitatis uinculum in unitate pacis addens, in uinculo pacis. Primò igitur, charitas loco glutini habet mentium unitatem. Quare in materia de charitate, & inuidia per contrarium. Sedò, charitas loco uinculi habet necessariam pacem, quare in materia de pace, & ira per contrarium.

Dominica 17. post Pentecostem.

Eph. 3. In charitate radicati & fundati. Sicut radix arborem portat, & sicut fundamentum edificium sustinet, sic charitas bonum inchoat, & conseruat. Et secundum hoc in uerbis propositis de charitate duo proponuntur, quā ipsa est radix à qua generatur fructus boni operis, & ideo dicitur in charitate radicati. Ipsa est fundamentum in quo situatur omnis structura ueritatis. & ideo subdit, fundati. Primò igitur, charitas est radix respectu operis boni. Quare in materia de charitate. Secundò, charitas est fundamentum respectu uirtutis. Quare in eadem materia.

Dominica 18. post Pentecostem.

1. Cor. 11. Confirmabit uos usque in finem sine crimine. Vulgo dicitur, quod finis non pugna coronatur. Unde incaute & inuani laudant nauta antequam acceperit portum, & miles antequam acq̄sierit triumphum.



PRO MODO PRAEDICANDI

Et secundum hoc, Apostolus hortatur nos specialiter ad duo. scilicet ad firmitatem perseverantiae cum dicitur. Confirmabit uos ad puritatem innocentiae, addens, sine crimine. Primum igitur, debemus in bono perseverare. Quare in materia de perseverantia. Secundum, debemus peccatum odire. Quare in materia de peccatis in communi.

Dominica. 19. post Pentecostem.

Eph. 4. Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis. Mercatores consueverunt mercaturam uenationem illam eligere, quam cognoscunt ad lucrum uiliorem esse. Et secundum hoc, Apostolus in uerbo proposito facit specialiter duo. Prohibet acquisitionem furtiuam cum dicit. Qui furabatur iam non furetur. Suadet occupationem, addens, magis autem abo rer, &c. Primum igitur, debemus furtum & rapinam detestari. Quare in materia de praeceptis & auaritia. Secundum, debemus bonis operationibus occupari, & specialiter in operibus iustitiae. Quare in materia de praeceptis, de poenitentia & misericordia.

Dominica. 20. post Pentecostem.

Eph. 5. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Medici summe prohibent uinum infirmis, quia summe accedit materiam febris. Et secundum hoc in uerbo isto Apostolus duo facit. Primum, n. prohibet uinum gulae, dicens. Nolite inebriari uino. Secundum praedicat febre luxuria, addens, in quo est luxuria. Primum igitur, debemus gulam cauere. Quare in materia de luxuria & gula.

Dominica. 21. post Pentecostem.

Eph. 5. State succincti lumbos uestros in ueritate, & indui lorica iustitiae. Consueuerunt antiqui & pbati milites, decore pugnare, & armare minores. Et secundum hoc, Apostolus docet nos in uerbis tria. scilicet corporis castitatem, dicens. State succincti lumbos uestros, oris ueritatem, addens, in ueritate operis, et aequitate subdens, indui lorica iustitiae. Primum igitur, debet esse caro munda. Quare in materia, de castitate & luxuria per contrarium. Secundum, debet esse lingua uera. Quare in materia de ueritate & mendacio per contrarium, & quare in materia de praeceptis. Tertium, debet esse operatio iusta. Quare in materia de iustitia.

Dominica. 22. post Pentecostem.

Phil. 1. Repleti fructu iustitiae per Iesum Christum in gloriam & laudem Dei. Mercatores socii consueuerunt primo lucro intendere, & postmodum lucrum diuidere. In opere bono, sunt socii Deus & homo, & honor est portio Dei, qui gratiam largitur. Fructus uero est portio hominis, quod bonum opus exequitur. Et secundum hoc, Apostolus in uerbo proposito monet nos quod ad duo. scilicet ad fructum boni operis cum ulandum, quae est portio nostra dicens. Repleti fructu iustitiae per Iesum Christum. Ad laudem & honorem Deo soluendum, quod est portio sua: addens, in gloria & laude Dei. Primum igitur, debemus bonis operibus insistere, & specialiter operibus misericordiae.

Quare in materia de misericordia, uel operibus poenitentiae. Secundum, debemus in omnibus Deum laudare. Quare de materia in bonitate, & superbia per contrarium.

Dominica. 23. post Pentecostem.

Phil. 2. Quorum Deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum quae terrena sapiunt. Consueuit nutrix in conspectu pueri contra imunditiam spuere, ut puer addiscat imunditiam non tractare, & secundum hoc, Apostolus in uerbis istis describit nobis tria uicia detestanda. scilicet imunditiam idolatriam detestabilem, dicens. Quorum Deus uenter est. Sapientiam uanae gloriae confusibilem, addens, & gloria in confusione ipsorum. Cupidorum auaritia inexplicabile, subdens, quae terrena sapiunt. Primum igitur, debemus imunditiam fugere, & specialiter gulam & luxuriam. Quare in materia eorum. Secundo, debemus auaritiam calcare. Quare in materia de superbia, & humilitate. Tertium, debemus auaritiam cupidorum relegare. Quare in materia de auaritia & paupertate.

Dominica. 24. post Pentecostem.

Col. 1. In omni re bene fructificantes, & crescentes in scientia Dei. Arbor nouella facit naturaliter duo. Nam crescendo fructificat, & fructificando crescere non cessat. Et secundum hoc, Apostolus in uerbo isto monet nos ad duo. scilicet ad fructum bonorum operum, dicens. In omni opere bono fructificantes, et ad augmentum uirtutum, addens, & crescentes in scientia Dei. Primum igitur, debemus bonis operibus insistere, & specialiter tribus. scilicet iustitia. Quare in materia de praeceptis, de poenitentia, & misericordia. Secundum, debemus in uirtutibus proficere. Quare in materia de uirtutibus in communi, & de acedia per contrarium.

In uisitatione praetorum ad subditos.

Hier. 17. Faciet iudicium & iustitiam in terra. Bonus pater familias prius seruis suis praedicat misericordias, quae inserat plagas, & hoc est quod dicit Dominus per Hieremiam Prophetam: & in uerbo isto proponit duo. scilicet Christi iudicium, quod debemus summe formidare dicens. Faciet iudicium, & secundo Christi iustitiam, quam debemus obseruare: addens, & iustitiam in terra. Primum igitur, proponitur Christi iudicium ad formidandum. Quare in materia de timore & iudicio. Secundum proponitur iustitia ad obseruandum. Quare in materia de iustitia, & praeceptis.

De Apostolis.

Ioan. 13. Maiore hac dilectione nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Consuevit in Ecclesia, quae in magna solennitate pulsae maior campana. Ita & in festo Apostolorum recitantur magna charitatis: quae est maxima uirtutum, & secundum hoc in uerbis istis Saluator in laudem huius Apostoli nobis proponit de charitate duo. scilicet charitatis gradum, qui non potest altior esse, dicens. Maiore hac dilectione nemo habet. Charitatis signum, quod non potest certius esse, addens, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Primum igitur, debemus exemplo huius Apostoli dilectionis gradum ascendere. Quare in materia de charitate & acedia per contrarium. Secundum

ET MATERIA APPLICANDA.

Secundo debemus signum dilectionis ostendere. Quare in materia de charitate, & acedia per contrarium.

Item de eisdem Apostolis.

Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Miles debet esse praecipue armatus contra illa tela, quibus utitur inimicus. Et ideo quia mundus habet duo tela praecipua. scilicet fraudulentiam & uolentiam, quia per fraudulentiam decipit: per uolentiam opprimit. Ideo Saluator in his uerbis armat milites suos specialiter duobus armis. scilicet serpentina sagacitate, contra mendaciam fraudulentiam dicens. Estote prudentes sicut serpentes: columbina simplicitate, contra mundam uolentiam, addens, & simplices sicut columbae. Primum igitur, debemus habere exemplo huius Apostoli prudentiam serpentinam. Quare in materia de prudentia. Secundum, debemus habere imitatem columbinam. Quare in materia de mansuetudine, & ira per contrarium.

De eisdem Apostolis.

Matth. 10. Ecce ego mitto uos sicut oves in medio luporum. Consueuit luparius lupo exponere agnum ut cum agno capiat lupo. Isto modo nouo uenationis usus est Christus, qui principibus mundanis exposuit Apostolos: & per Apostolos cepit principes, & reges mundanos. Et secundum hoc in uerbo isto ad laudem huius Apostoli describit duo. scilicet diuinam auctoritatem: dicens. Ecce ego mitto uos, ouam simplicitatem, addens. Sicut oves in medio luporum. Primum igitur, Apostoli fuerunt missi ad praedicandum Dei uerbum. Quare in materia de praedicatione. Secundum, fuerunt missi ad edificandum per exemplum. Quare in materia de religione. Propter primum, est Apostolorum dignitas honoranda. Quare in materia de humilitate. Propter secundum, est eorum humilitas imitanda praecipue quantum ad paupertatem: obedientiam, & charitatem. Quare in materia de paupertate, charitate, & obedientia.

De eisdem Apostolis.

Ioan. 13. Hoc est praecipuum meum ut diligatis inuicem, sicut dilexerit uos. Consueuit magister quando uult scolares bene instruere: exempla sensibilia in lectione proponere, ut scolares possint facilius retinere, & ideo Saluator leges scolariis suis. i. Apostolis lectionem charitatis, proponit se ipsum tanquam exemplum lectionis, & secundum hoc charitas, quae fuit lectio Apostolorum describitur hic tripliciter. scilicet ut mandatum intransgressibile, cum dicitur. Hoc est praecipuum meum, ut uinculum indissolubile, cum additur, ut diligatis inuicem, ut exemplum intelligibile, cum dicitur, sicut dilexerit uos. Primum igitur, debemus charitatem sicut praecipuum seruare. Quare in materia de praeceptis. Secundum, debemus charitatem sicut uinculum nodare. Quare in materia de charitate. Tertium, debemus charitatem Christi sicut exemplum palpare. Quare in materia de charitate.

De uno Martyre.

Psal. 91. Iustus ut palma florebit. Consueuit agricola arbores generosas eligere, ut eas possit in suo uirgulto plantare, sic Dominus noster Iesus Christus elegit arbores nobilissimas in uirgulto paradisi plantandas, inter quas elegit huius uenerandi Martyris uictoriam, sicut palmam fructuosam & speciosam: & secundum hoc martyr iste gloriosus in isto uerbo tripliciter commendatur. scilicet iustus in opere cum dicitur. Iustus, ut fortis in tribulatione: cum additur, ut palma, ut pulcher in conuersatione, cum subditur, florebit. Primum igitur, debemus exemplo huius Martyris habere iustitiam rectitudinem. Quare in materia de iustitia. Secundum, patientiam fortitudinem. Quare in materia de fortitudine. Tertium, mundiciae pulchritudinem. Quare in materia de castitate.

Item de eodem Martyre.

Psal. 10. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso. Magnus honor est, quando Imperator promouet aliquem in militem, & maior cum coronat seruum regem. Talem honorem iste Martyr Glorioso exhibuit Dominus, quoniam non solum in strenuum militem ipsum promouit, sed ecclesi dyademate coronauit. Et secundum hoc a Propheta in laudem suae coronae duo specialiter proponuntur. scilicet imperialis, cum dicitur. Posuisti Domine super caput eius, ualor martialis, cum dicitur de lapide pretioso. Primum igitur, exemplo huius martyris corona meritorum nostrorum debet esse uirtutibus speciosae formata. Quare in materia de continentia. Secundum, debet esse pretiosae fabricata. Quare in materia de uirtute & humilitate.

De pluribus Martyribus.

Hab. 2. Sancti per fidem uicerunt regna. Bene debet reputari strenui milites: quoniam paucissimi uincunt plures. Tales fuerunt illi sancti Martyres, qui superauerunt mandanos principes & reges. Et secundum hoc Apostolus in uerbis istis describit tria martyrum praecordia gloriosa. scilicet munditiam, dicens. Sancti, mentis iustitiam, addens, per fidem, mortis uictoriam, subdens, uicerunt regna. Primum ergo, exemplo sanctorum Martyrum debemus habere castitatem pro lorica. Quare in materia de castitate. Secundum, fidem pro lancea. Quare in materia de fide. Tertium perseverantiam, pro corona. Quare in materia de fortitudine.

De eisdem Martyribus.

Sap. 3. Iustorum animam in manu Dei sunt. Consueuerunt incolae steriles terras & tyrannorum regna dimittere, & ad fertiles terras & ad regna pacifica se transferre, sic fecerunt sancti Martyres, qui dimiserunt terras steriles huius saeculi: & tyrannidem Diaboli & transfulerunt se ad pacificum regnum Christi. Et secundum hoc ad uerbis istis duo Martyrum praecordia proponuntur, scilicet plena perfectio respectu sui, cum dicitur. Iustorum anima, plena subiectio respectu Dei, cum subditur, in manu Dei sunt. Primum igitur, exemplo Martyrum debemus esse uirtute



re iustitiae perfecti. Quare in materia de iustitia. Secundo debemus obedientiam esse subiecti. Quare in materia de obedientia.

De uno confessore Pontifice.

Asimilatus filio Dei manet sacerdos in perpetuum, res commendatur de candore, quando comparatur niui, & res de calore quando comparatur igni, sic commendantur merita huius confessoris & pontificis gloriosi, cum comparantur Christo. Et secundum hoc in uerbis istis iste confessor commendatur de duobus. scilicet de sanctitate perfecta cum dicitur. Asimilatus filio Dei, & de dignitate praecelsa, cum dicitur manet sacerdos in aeternum. Primo igitur exemplo huius confessoris est Christi sanctitas imitanda. Quare in materia de mitate, uel uirtute in comuni, & de humilitate misericordia & fortitudine. Secundo est non terrena, sed caelestis dignitas appetenda. Quare in materia de spe, & humilitate.

De uno Doctore.

Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium, in Psalm. Naturaliter os hominis facit duo. scilicet gustando probat cibum, & loquendo format uerbum. Et secundum hoc gloriosus iste doctor habuit duo bona, ex quibus extollitur in his uerbis. scilicet gustum sapientiae in contemplatione, ideo dicitur. Os iusti meditabitur sapientiam. Verbum eloquentiae in praedicatione, & ideo additur, & lingua eius loquetur iudicium. Primo igitur exemplo huius sancti doctoris debemus imitari sapientiam, quam ipse considerauit, & praecipue mortis miseriam ad humilitatem, & caeli gloriae desiderium. Quare in materia de humilitate quae ad primum, & de spe quae ad secundum. Secundo debemus formidare iudicia quae ipse formidauit. Quare in materia de timore.

De uno confessore non Pontifice.

Iustum deduxit Dominus per uias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Multum letatur peregrinus, quia de aliquo uertice montis ostenditur ei terminus suae dietae, sic fecit Dominus huic sanctissimo confessori, cum in uertice contemplationis ostendit ei regnum aeternae felicitatis. Et secundum hoc, sapiens in uerbis istis proponit duo praeconia huius confessoris, scilicet, suae peregrinationis progressum certissimum, dicens. Iustum deduxit Dominus per uias rectas, & suae glorificationis uisum rectissimum, addens, & ostendit illi regnum Dei. Primo igitur exemplo huius sancti confessoris, debemus per iter praecceptorum incedere, quare in materia de praecceptis. Secundo debemus ad finem praemiorum recte ascendere, quare in materia de gaudio Paradisi.

De uirgine Martyre.

Sicut liliam inter spinas, sic amica mea inter filias, &c. Consueuerunt amatores, laudibus ami-

cas extollere, & cantionibus laudare. Sic amator uirginum Christus, in laudibus huius gloriosae uirginis & martyris sponsae suae, cantat per sapientiam cantilenam huius dulcissimae melodiae. Et secundum hoc in uerbis istis commendat eam quadrupliciter, scilicet ut decoratam candore flore, cum dicit. Sicut liliam, ut laudatam cruore roseo, cum additur, inter spinas, scilicet Martyrii, ut liquefactam amore flameo, cum subdit sic amica mea, ut exaltatam honore stelleo, cum concludit inter filias. i. inter animas beatas. Primo igitur exemplo huius uirginis, debemus incorruptionis florem diligere, quare in materia de castitate & luxuria per contrarium. Secundo debemus tribulationis spinas sustinere, quare in materia de fortitudine, de poenitentia, & de acedia per contrarium. Tertio debemus igne charitatis ardere, quare in materia de charitate. Quarto debemus consortium caeleste desiderare, quare in materia de spe & timore per contrarium.

De uirgine non martyre.

Queramus domino nostro regi adolescentulam uirginem. Sicut de prato colliguntur flores pulchriores, sic Christus de mundo per Angelos suos colligit uirgines: proponuntur in uerbis istis, scilicet regale connubium, ad quod fuit assumpta, cum dicitur. Queramus Domino nostro regi uirginale praeconium, ad quod fuit electa, cum dicitur, adolescentulam uirginem. Primo igitur exemplo huius uirginis anima fidelis dedit esse Christo desponsata. Quare in materia de fide & charitate. Secundo debet esse castitatis priuilegio decorata, quare in materia de castitate, & de luxuria per contrarium.

Item de uirgine non martyre.

O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Consueuit homo mirari, specialiter propter tria. Miratur enim homo in re multum pulchra, in re multum noua, & in re multum clara. Et secundum hoc huius sanctae Christi sponsae tria miranda praeconia proponuntur, scilicet decor conuersionis, cum dicitur. O quam pulchra est, candor incorruptionis, cum additur, casta generatio, & splendor contemplationis cum subditur, cum claritate. Primo igitur exemplo huius uirginis, debemus esse pulchri. Quare in materia de uirtute in communi, & de temperantia. Secundo debemus esse decori in corruptione, quare in materia de castitate, & luxuria per contrarium. Tertio debemus esse radiosi per contemplationem. Quare in materia de contemplatione.

Eiusdem

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

TRACTATUS, DE RESURRECTIONE A PECCATO AD GRATIAM, admodum utilis.



AVLVS Apostolus uideatur firmiter asserere, hominem in hoc seculo non proprie esse absque gratia, cum inquit gratia Dei id sum, quod sum. Ideo merito de necessitate gratiae quantum nobis predest, dicendum est, &

primo de diuisione gratiae, secundo de resurrectione a peccato, & tertio de resurrectione hominis ad gratiam. Pro diuisione gratiae est notandum, quod gratia est una & eadem sed secundum diuersas considerationes, ipsa multas sortitur denominationes, primo secundum considerationem ad principium a quo, secundo secundum considerationem ad subiectum in quo, tertio secundum considerationem ad oppositum suum, quarto secundum considerationem ad effectus ad quos ordinatur. Unde secundum considerationem ad principium a quo procedit, gratia ipsa diuiditur in gratiam praedestinationis seu preparationis, quam Deus homines praedestinavit, in gratiam uocationis, quam Deus offert uocando, in gratiam iustificationis, quam Deus confert, & in gratiam magnificationis, quam Deus complet. Et haec diuisio ponitur ad Rom. ubi dicitur, scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, & sequitur, quos autem praedestinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Sed secundum considerationem uel respectum ad subiectum in quo est, diuiditur in gratiam cogitationis, scilicet bonum cogitando, in gratiam uoluntatis, in bono uolendo, & in gratiam perfectionis, in completionem operis. Unde haec diuisio fit secundum triplicem potentiam animae, in qua est gratia, scilicet secundum intellectiuam, affectiuam, & operatiuam. Secundum uero respectum ad suum oppositum, diuiditur in gratiam protectionis, liberationis, & saluationis. Et haec diuisio sumitur, secundum quod gratia adiuvat, contra triplex malum. scilicet contra malum temptationis siue pugnae, contra malum persecutionis siue miseriae, & contra malum culpa, & malum sequellae uel poenae. Nam a primo protegit, a secundo liberat, a tertio extrahit & saluat. Et haec diuisio sumitur ab illo dicto Isa. Protegat Dominus exercitum, Iudeam, & Hierusalem, & protegens & liberans, transiens & saluans. Sed secundum comparationem ad affectum ad quem ordinatur,

diuiditur in gratiam praevententem siue operantem, & in gratiam subsequenter siue operantem. Unde gratia praeventens siue operans dicitur, in quantum ipsam uoluntatem facit bonam, & ideo praeventit, quia non est a libero arbitrio, sed infunditur ipsa a Deo. Sed gratia cooperans dicitur, in quantum adiuuat ipsam uoluntatem & liberum arbitrium, respectu boni operis eliciendi & prosequendi. Sed notandum est, quod secundum multipliciter huius nominis gratia, potest dari alia diuisio. Nam gratia potest dari uno modo largissime, & sic comprehendit & dona naturalia & gratuita, & sic diuiditur in praevententem gratiam, & subsequenter, ita quod praeventens uocatur dona naturalia, & subsequens dona gratuita. Secundo modo accipitur gratia minus largae, & sic diuiditur in gratiam gratis datam, & gratiam gratum facientem, & sic diuidendo, est diuisio in gratiam praevententem & subsequenter. Tertio modo capitur gratia strictae, & tunc sub se comprehendit, uel diuiditur in gratiam gratum facientem & gloriam, & sic diuidendo, gratia praeventens dicitur gratia gratum faciens, & gratia subsequens dicitur gloria, quia post gratiam in homine decedente, in gratia, sequitur gloria aeterna. Secundo dicendum est de resurrectione a culpa uel a peccato, & de hoc tria consideranda sunt, primo, quod homo non potest resurgere a culpa absque gratia, secundo, quod non potest aduersarium suum uincere absque gratia, & tertio, quod non potest absque gratia tentationibus resistere. Primo igitur dicendum est, quod homo absque diuino Dei adiutorio seu gratia, non potest resurgere a peccato uel culpa, & hoc capiendum gratiam pro habitu ipsius animae, ut scilicet est quedam qualitas spiritualis in anima existens. Nam gratia illa quae dicitur gratuita Dei uoluntas, qua nobis Deus condonat offensam, sufficit: nec gratia illa quae dicitur liberalis passio Christi, qua mediante fit morbi curatio, & imaginis reformatio, sed requiritur gratia gratum faciens. Et hoc patet per illud Apostoli. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & ante, ex operibus legis non iustificatur omnis caro. Et alibi. Non ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis spiritus sancti, id est per gratiam &c. Ideo illi Pelagiani merito sunt censendi haeretici, qui dixerunt, quod ad deletionem culpae sufficit sola gratuita Dei misericordia cum libero arbitrio, & quod per liberum arbitrium poterat homo se iustificare, & uelle bonum. Secundo dicendum est, quod homo non potest uincere aduersarium absque gratia. Pro cuius declaratione est notandum, quod differt dicere, aliquem resistere aduersario, & aliquem uincere aduersarium, nam plus importat uictoria, quam resistentia. Resistentia enim consistit in hoc, quod quis non consentit suggestioni diabolicae. Sed uictoria, non solum consistit in non consentiendo, sed etiam in assequen-

Rom. 3.

Tit. 3.

1. Cor. 15

3. Reg. 11

Rom. 8.

Sap. 11

11. 1.

affequendo oppositum eius, quod Diabolus intendebat. Nam Diabolus intendit hominem redere inimicum Deo, & facere dignum supplicio aeterno. Et tunc uincit homo Diabolum, quia sic resistit tentationi, ut efficiatur magis Dei amicus quam ante, & sic faciendo, mereatur uitam aeternam: sed hoc non potest facere absque Dei gratia gratum faciente, igitur concludi potest, quod homo non potest uincere aduersarium, faciendo se amicum Dei absque tali gratia. Et haec conclusio probatur per illud, Deo gratias, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum Dominum nostrum. Et alibi. Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et respondet, gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Item super illud Psalmi. Infirmati sunt, & ceciderunt, dicit Glo. non potentes uitae resistere per se. Sed quis poterit obijcere, Diabolus uincit hominem absque gratia, ergo similiter homo potest uincere hominem uel Diabolum absque gratia. Ad hoc facile respondetur, quod haec similitudo non ualet, quia uictoria Diaboli consistit subiugando hominem per peccatum, quae non requirit gratiam, sed uictoria hominis respectu peccati Diaboli, consistit in promerendo illud, quod Diabolus amittit. Item Diabolus non uincit hominem nisi uolentem, sed Diabolus nunquam dicitur uolens, ergo, &c. Unde notandum, quod hereticus qui uideretur, seipsum dericit, & ideo non est ibi uictoria, sed magis deiectio. Pro tertio dicitur, quod absque aliqua gratia non potest homo tentationibus resistere, quod patet per illud. Et ne nos inducas in tentationem. Unde homo propter suam infirmitatem non potest resistere. Iuxta illud. Peccatum peccauit hierusalem, propterea instabilis facta est. Item glo. super illud. Misericordia Domini &c. dicit. Non potest homo diu stare contra insultus Diaboli, nisi misericordia Domini adiuetur. Nota tamen, quod per gratiam gratis datam potest homo resistere Diabolo & tentationi, ergo potest ei non consentire, sed non potest per tale consensum esse amicus Dei, absque gratia gratum faciente, ergo, &c. Tertio dicitur, quod de resurrectione ad gratiam, & primo multa sunt terminanda. Primo, quod homo non potest se disponere sufficienter absque gratia gratis data, ad gratiam gratum facientem. Secundo, non potest uoluntas absque gratia in aliquod bonum. Tertio, quod homo possit mandata sine gratia adimplere. Primo ergo dicendum est de preparatione hominis ad gratiam gratum facientem, an scilicet hoc possit facere absque gratia gratis data. Pro quo aduertendum est, quod per gratiam gratis datam, non tamen intelligimus illa, quae ab Apostolo enumerantur. Cum dicit. Aliquid datur per spiritum &c. Sed per gratiam gratis datam intelligimus omne illud, quod superadditum est naturalibus, adiuuans aliquo modo & preparans uoluntatem ad habitum uel usum gratiae, siue tale gratis datum sit habitus, uel timor seruilis siue

1. Cor. 15.

Rom. 7.

Psal. 106.

Matt. 6.

Tren. 3.

Ibidem.

1. Cor. 12.

aliqua uocatio, siue locutio uel praedicatio, mediante qua, incitatur anima ad se preparandum. Et ideo dicendum est, quod nunquam absque talis gratia gratis data, potest se disponere homo ad gratiam gratum facientem, quia uix caret homo tali dono. Unde prima preparatio, quae fit ad gratiam gratum facientem, est cogitatio uel apprehensio, & illa non potest fieri absque gratia gratis data, & ratio huius est, non quia gratia gratum faciens praerexigat necessarium dispositionem gratiae gratis datae, sed quia ipsa est quid diuinum, & res existens supra liberum arbitrium, & etiam supra naturale iudicium, ideo non nunquam liberum arbitrium, uel uoluntas libera asurgit ad ipsam uel petendam uel cognoscendam, nisi aliquo modo adiuuetur desursum & excitetur, & ideo per additionem gratiae gratis datae, quae tenet modum inter gratiam gratum facientem. Unde ordo liberi arbitrii & gratiae diuinae ponitur clare ab Augustino in libro de Ecclesiasticis dogmatibus, & ponit quatuor gradus, cum dicit. Initium salutis nostrae Deo miserante habemus: & acquiescere salutari inspirationi nostrae: praestantis est ut adipiscamur, quod acquirendum ad monitione cognouimus, diuini est munus: ut non priuemur iam adeptae salutis munere, solitudinis nostrae est, & caelestis pariter adiutorij. Ex quibus uerbis potest clare cognosci, quantum potest liberum arbitrium respectu gratiae, nam cum sint in opere salutis ista quatuor, scilicet, imitari, acquiescere, adiuuari, & permanere, primum est inspirationis Dei, secundum libertatis arbitrii, tertium munus diuini, & quartum solitudinis nostrae, & pariter diuini adiutorij. Per hoc patet satis clare solutio quaestionis. Sed oritur dubium, utrum quis possit detestari culpam, uel uirtute propria natura: Respondetur, quod detestari culpam, dupliciter potest intelligi. Vno modo, quia talis detestatur in quantum est offensua maiestatis & aequitatis diuinae, & isto modo nullus potest absque gratia, quia non potest absque gratia gratis data cognoscere ipsam offensam. Alio modo potest detestari, quia est lasciuia propria natura, uerbi gratia, quia quis per naturam suam cognoscit, quod per fornicationem perdidit oculum uel aliud membrum, uel incurrit aliquem alium morbum, & isto modo potest quis per liberum intellectum cognoscere, & detestari culpam propriam. Secundo autem uidebimus, qualiter potest uoluntas in aliquod bonum. Pro quo notandum est, quod aliquod opus potest dici bonum, tripliciter. Vno modo aliquod opus dicitur bonum simpliciter, & illud dicitur, quod est ordinatum in finem optimum, & tale est bonum meritum, & in istud non potest liberum arbitrium absque gratia gratum faciente. Secundo modo aliquod opus est bonum, & alio modo de congruo disponit ad bonum, & tale est bonum, quod fit extra charitatem, nihilominus tamen facit eum recta intentione, & in tale non potest liberum

Nota Augustina

rum arbitrium, nisi cum gratia gratis data, per quam illuminatur & dirigitur, ut uelit facere, quod Deo est placitum, & hoc patet per illud. Sciuimus quoniam aliter non possumus esse sapientes, nisi Deus det. Tertio aliquod opus dicitur bonum, quia in finem est ordinabile, & habet aliquam ordinationem intra se, sicut pascere esurientem &c. siue ex debita circumstantia, siue exigentia temporis loci &c. & ad istud potest liberum arbitrium absque gratia, quamuis ad hoc quod fiat facilius, requiratur gratia aliqua diuina superaddita naturalibus. Et sic patet responsio, quod liberum arbitrium absque gratia aliqua superaddita per dona naturalia, potest in aliquod bonum morale, licet per illud consequenter non disponatur ad gratiam, nec ad gloriam, & hoc per se, licet quodammodo disponatur, quia est ordinabile in ultimum finem. Hoc autem sic suadet. Nam si liberum arbitrium dimitteretur in puris naturalibus, adhuc sibi remaneret aliquod iudicium, quo iudicaret parentes esse honorandos, & hoc patet, quod si haberet tale naturale iudicium, scilicet naturaliter parentes esse honorandos, & talem naturalem instinctum de parentibus uenerandis, potest illud uelle, & sic cum habeat organa exteriora, potest complere illud opus, secundum quod dicitur iudicium rationis, absque munere gratiae diuinae super addito: sed bene uerum est, quod non potest illud facere, nec uelle absque diuinae gratiae munere, prout tale cogitatum aut uelle est ordinatum ad consequendum beatitudinem, & sic sunt intelligenda auctoritates sanctorum, quae concludunt, quod absque munere diuinae misericordiae & gratiae, non potest liberum arbitrium in aliquod bonum. Sed oritur dubium. Nam secundum dona naturalia, natura ipsa appetit suam perfectionem, ergo signum est, quod tendit ad acquisitionem gratiae. Ad hoc dicitur, quod duplex est perfectio, quaedam est inter limites naturae, & istam appetit natura. Alia est, quae est supra naturam, & de ista non oportet quod appetat, & si appetat, non tamen appetitu perfecto, qui requirit gratiam, sed magis appetitu confuso, & imperfecto, qui non est ordinatus debito modo. Pro tertio, utrum homo possit mandata Dei implere. Notandum est, quod communiter distinguitur, quia contingit mandata impleri dupliciter. Vno modo quantum ad genus operis, uel secundum alios, quantum ad substantiam mandatorum. Alio modo quantum ad intentionem praecipientis & mandantis. Si loquamur primo modo, potest homo absque gratia gratum faciente illa implere, ut patet de mandato adorationis & uenerationis Sabbathorum. Sed secundo modo non potest homo implere mandata, absque gratia gratum faciente. Et hoc confirmatur per Apostolum dicentem. Qui diligit proximum, legem impleuit. Et iterum, plenitudo legis dilectio. Item alibi. Finis praeccepti est charitas de corde puro. Sed oritur quaestio, cum ita sit, quod

Sup. 1.

Ro. 13.

1. Tim. 1.

potest facere quod in se est ad impletionem mandatorum, quare ille non absoluitur, quis sit in peccato? Ad hoc respondetur, quod facere quod in se est, potest dupliciter intelligi. Vno modo positine uel proprie, quia scilicet talis facit circumstantias, & tamen facit quantum potest, & isto modo nullus potest facere quod in se est, absque gratia gratum faciente. Alio modo potest intelligi priuatiue uel improprie facere quod in se est, hoc est, facit quod potest, sed non quantum potest, nec aliquid ordinatum ad impletionem mandatorum, & isto modo per liberum arbitrium quis potest facere quando in se est, sed non absoluitur ab obseruatione mandatorum. Et sic patet responsio ad quaestionem.

SERAPHICI DOCTORIS
SANCTI BONAVENTURAE.

UTILISSIMA QVAEDAM EPISTOLA: quae est quasi quaedam regula & institutio omnium pie et spiritualiter in Christo uiuere uolentium, & distinguitur in xxv. memoria, ut inferius patebit.



In Christo suo dilecto. N. qualicumque homine uere si iam exuto, Christoque uiuere, & mori mundo cupienti. F. Bonauentura de Balneo regio confratere eius in Domino, salutem. Quoniam dilecte mi frater in Domino, adhuc me in

praesentia tibi posito mihi instatissime supplicasti, ut te in posterum aliquibus literis exhortationis uisitarem. Noui frater, quod haec dicens, ardetes prunas congeris super caput meum. Veruntamen affectuose instando, duritia mea superbia supplici humilitate uicisti, intantum, ut ipse iam promitterem quod optabas, quibus magis dignum foret, haec me a te quidem suscipere, quam me tibi huiusmodi destinare. Quia tamen instantia tua deuotionis me compellit stultum fieri in parte ista, sicut potero, qualitercumque experiar quod hortaris. Non tamen tibi alia specialia scribens, nisi ea quae rudia & simplicia mihi ipsi colligere proponebam, ex quibus iam plurima bene nosti. Sed interim alloquens dilectionem tuam charissime, cum nullus, sicut experientia certa docet, perfecte Deo seruire possit, nisi dissoluere omnino se procuret a mundo. Oportet si sequi uolumus Dominum saluatorem, noci nos prophetica obedire, ut scilicet peccatorum colligationibus dissolutis, dissoluamus fasciculos deprimentes, quatenus a terrenis actibus dissoluti, sequamur liberis gressibus redemptorem, quia iuxta Apostoli testimonium, nemo mili-

1. Tim. 2.

tans



VIGINTI QVINQUE

tans Deo, debet se negocijs secularibus implicare. Nunq̄ ergo de aliqua re creata, nisi quantum nostrum excitet diuini amoris & dilectionis affectum, cor nostrum esse sollicitum permitamus, quia multiplex rerum labentium uarietas plus debito ruminata, non solum animum distrahendo, pacatæ mentis gratiam interrumpit quietem, uerum etiam in animo gignendo phantasias, turbulentæ quassationis molestia importunè impellit eadē, sed potius affectionis omnium terrenorū sarcina onerosa deposita, absque retardationis grauedine curramus ad illū, qui nos salubriter inuitat, in quo est animarum opulenta refectio, & pax summa, quæ exuperat omnem sensum. Venire ad me (inquit) omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. O Dñe quo indiges? quare uocas? quid tibi commune nobiscum? O uera pietatis uox. Venite ad me (inquit) & ego reficiam uos. O Dei nostri dignatio admirabilis. O charitas ineffabilis. Quis enim aliquando fecit talia? quis unq̄ audiuit? quis ne conspexit similia? Ecce inuitat inimicos, hortatur reos, allicit ingratos. Venite (inquit) ad me omnes. Et discite a me. Tollite iugum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris. O uerba dulcia, uerba deifera, & penetrabiliora omni gladio accipiti, intima præcordiorū euiscerantia, nimisq; repleta dulcedine, usq; ad diuisionē animæ pertingentia. Expergiscere nunc o anima Christiana, ad tantæ benignitatis amorem, dulcedinis tantæ saporem, & ad tantæ suauitatis odorē. Certè qui ista non sentit infirmus est, alienatus est, iam proximat morti. Inardescere quæso o anima mea, pinguescere amore, dulcescere sapore, nemo te prohibeat intrare, tenere, & gustare. Quid amplius querimus? quid ultra expectamus? quid desideramus in hac uita? Habemus in Christo omnia bona. Sed heu o insana nostra mirabilis. O infirmitas miserabilis. O uesania detestabilis. Nam uocamur ad requiem, & sequimur laborem. Inuitamur ad solatium, & querimus dolorem. Promittitur gaudium, & appetimus mœrorē. Miserabilis prorsus infirmitas, miseraq; peruersitas. Iam omnes insensibiles facti sumus, & quasi deteriora simulachris, habentes oculos & non uidentes, aures & non audientes, rationem & non discernentes, amarum dulce, & dulce amarum ponentes. O Deus undè nobis tantæ peruersitatis correctio? undè nobis tantæ offensionis satisfactio? Certè nihil tale inuenitur in nobis, nisi tuo munere tribuatur, tu enim solus potes nos corrigere, tu solus pro nostris delictis satisfacere, qui solus nosti figmentum nostrum, salus & redemptio nostra, qui solum illis hæc facis, qui se miseros conspicientes in imis, a te solum releuari confidunt. Leuamus ergo ad Deum mentis nostræ oculos i directo, & uideamus ubi nunc posstrati sumus. Quia qui proprium suū casum ignorat, fugere minus curat. Cognoscetes uerò cla-

Matth. 11

Matth. 11

memus in fortitudine ad Deum de profundis, ut nobis adutricem porrigat misericordiæ iug manum, quæ abbreviari nunq̄ poterit ad saluandum. Non quæso confidentiam amittamus, magnam remunerationem habentem. Adeamus thronum gratiæ eius cum fiducia, fructum nostræ fidei reportantes, salutem. I. animarum nostrarum. Nulla nobis inlit cunctatio. Iam enim uita nos uocat, salus expectat, tribulatio compellit intrare. Quid ergo facimus? quid pigritamus? quid moras contrahimus? Festinemus ingredi in illam requiem iucunditatis æternæ, ubi sunt magna & inextinguibilia, quorum non est numerus. Ascendat quæso Hierusalem cor nostrū, suspiremus ad patriam nostram, tendamus sursum ad matrem nostram: introeamus in potentiam Dñi, & intueamur nostrū regem in ea regnantem, & liquecant in miserationibus eius corda nostra. Agamus illi gratias toto corde, quod defectum nostræ ingrati tudinis non consideras, suæ non abstulit a nobis misericordiæ pietatē, desiderium nobis tribuens ipsius uiam currere mandatorum, quam sine desiderio nullas currere potest, quod quidem munus non est uilipendendum, sed gratia reputandum, cum hoc prophetarum ille exinius se asserat concupuisse quæ. Cōcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Sed quia hoc ipsum desiderium aliquando nimia tepiditate nostræ incuriæ & negligentie lassasce, cogitauit quædam incitationis huius memorialia annotare, in quibus fugienda pateant & sequenda, quæ quædam cum affectu affectuosè speculantes, pristino uigore resumpto, tam diu infatigabiliter uirtutibus & gratijs charitatis diuina crescamus, quoad usq; perfectum ueniat desiderium collium æternorum. Ponantur autem memorialium prædictorum prius quædam generalia, postmodum specialibus subsequenter.

Memorialia generalia.

Sunt ergo hæc quædam uirtutes probatæ in iuuenibus & scalæ salutis, per quas sine dubio ad perfectionem uirtutum, & culmen gloriæ possunt ascendere & fideliter exercitati p eas, uidelicet sancta uerecundia in cunctis rebus & actibus suis, tarditas loquendi, promptitudo obediendi, frequentatio orationis, fugere ocrum & dissolutiones, purè & frequenter confiteri, libenter seruire, & infructuosum consortiū deuitare. Hæc nãq; sunt Margaritæ fulgentes, quæ possessorem suum Deo & Angelis faciunt gratiosum. Dum autem ei placuerit qui te segregauit ex utero matris tuæ, uocauitq; per gratiam suam, ut in te reuelet imaginem filij sui, de miserabili seruitute ægyptiaca transferens te in libertatem filiorum Dei, itaq; in uiam noui hominis inceperis pedem ponere, quæ inter timorē & amorē humilitatis est semita cõstituta, tunc per eandem

MEMORIALIA.

167

eandem humilitatis uiam ad eminentiora conscendens, poteris te in altioribus exercere, ex quibus certa memorialia subscribuntur.

De concupiscentijs moris audis.

Primum oportet ergo ante omnia te cupientem uestigia sequi Saluatoris, ut spem tuam totam fixam in Dño habeas, de omnibus huius mundi consolationibus penitus desperans.

De uitijs extirpandis.

Secundum est, ut ab omnibus uitijs & concupiscentijs malis, in quantum sustinet humana conditio, te ipsum studeas penitus emundare, ut fermento ueteri totius malitiæ & nequitie expurgato, ambules in nouitate uitæ post Christum, quia nisi prius huiusmodi catenas iniquitatis cõregeris, anima tua in tenebris aggregata, ad celestia non poterit eleuari.

De colligationibus rescandis.

Tertium est, ut a teipso dissoluas omnē colligationem extrinsecam, ut sana & pura mente possis Deo colligari.

De tribulationibus cum patientia tolerandis.

Quartum est, ut amore altissimi & sponsi tui Christi, omnes mundi huius persecutiones equanimiter feras, immò (si possibile est) pro uoto suscipies, solum in Christi passionibus delecteris: renuensq; omnem temporalem lætitiā, in ipsis tribulationibus hylarescas, omnes reputas tibi esse ad purgationem peccaminum, & lucrum animæ tuæ preparatas.

Et de nulla re conueraris.

Quintum, ut cum creatorem tuum & omnium te sentias offendisse, rationem tibi fieri non posses ab aliqua creatura.

De paupertate suscipiendâ.

Sextum, ut habeas despectum teipsum, cupiens ab omnibus despici, zelansq; sacratissimam paupertatem, in omnibus quæ ad te spectant. Asperitatem, uilitatem, & paritatem habeas quantum potes, non tñ in alijs requiras, sed potius lætus & gaudens de omni consolatione fraterna, eis sicut oportet obsequendo & ministrando assistas, omnis consolationis eos reputans esse dignos, nisi (quod absit) ita tibi in aliquo pareret diuina offensa, quæ omni excusatione careat, de qua compatiendo & timendo ex intimo corde doleas, quantum potes.

De honoribus fugiendis.

Septimum est, ut omni tempore in timore stans blanditias huius sæculi, honores, glorias, uel fauores, auramq; uanæ gloriæ quasi mortiferas pestes omnino fugias toto posse, stansq; continuo in teipso, omni hora habeas te suspectum, quia si tui ipsius uictoriam fueris affectus, nullus hostis interius uel exterius tibi nocebit.

De humilitate uera.

Octauum est, ut amore illius qui cum sit Dominus omnium celestium, terrestrium, & infernorum, pro nobis assumpsit uilissimam serui formam, in ea subiiciens se uoluntariè hominum

potestati, humiliando teipsum, omnem hominē reputes tuum dominum, & te uerissimè reputes seruum omnium, & in omnibus circa hominem te reputes sicut seruum. Sic enim tranquillitatem & pacem cum omnibus perpetuam obtinens, scandalum penitus ignorabis.

De pace animæ, & quomodo habetur.

Nonum, ut nihil eorum tangas, quæ te spirituali utilitate non tangunt, hoc est, de nulla re cures, uel implices te in aliquo exterius uel interius quouo modo, ubi non inuenis animæ tuæ lucrum, nec in huiusmodi te ab aliquo implicari permittas.

De custodia sensuum.

Decimum, ut uisus, atq; omnibus sensibus corporis omnimodam custodiam ponas, ita ut nihil prorsus uelis uidere, uel audire, aut tangere, nisi utilia animæ tuæ. Linguam etiam diligentissime restringas, ut nihil loquaris nisi interrogatus, uel necessitate uel utilitate euidēti coactus, & tunc cum reuerentiâ animi timoris dulcedine breuiter & submissè si potes, semper deuitans prolixitatem uerborum, eorum occasione iuxta posse præcindens.

De solitudine & uigilijs.

Undecimum, ut gratiam sanctamq; solitudinem desiderans, omni tempore operationē uigiliarum habeas preciosam, in ipsis semper offerens Deo orationes tuas cum attentione uerborum, deuotionis seruore, & humilitate profunda.

De diuino officio.

Duodecimum, ut cum debes diuinum officium celebrare, ita factus in teipso quietus obliuiscaris omnium terrenorum, quatenus fixa mente celestibus insistentis mysterijs, cum tanta illud deuotione, reuerentiâ, gaudio, ac timore persoluas, quasi inter Angelorum agmina constitutus, diuino conspectui laudes præsentialiter offeras cum eisdem.

Quod super omnia habeas in deuotione

Virginem gloriosam.

Tertiumdecimum, ut gloriosam reginā Domini nostri matrem benedictam in summo habeas omni tempore uenerationis affectu, & in cunctis ad eam necessitatibus, periculis, & pressuris, tanquam ad refugium tutissimum te conuertas, ipsius tutelæ præsidium flagitando, eamque in tutam suscipiens aduocatam, deuotissimè ac securè tuam ei causam committas, quia mater est misericordiæ, quotidie studens ei specialem & singularem reuerentiā exhibere. Et ut tua deuotio sit ei accepta, & reuerentiâ gratia, ipsius puritatem & munditiam omni uirtute, toto conatu nitaris humilitate & mansuetudine eius uestigia imitari.

Quomodo fugienda sunt consortia mulierum.

Quartumdecimum, ut ubicunq; mulieres, & uirgines, & iuuenes quoscunq; præter necessitatis



tis uel manifesta utilitatis causam deuotes. Et ubi canis fueris elige tibi patrem, uiram quidem sanctum, discretum, & pium, doctum potius experientia operis, q̄ sublimitate sermonis, qui te uerbis & exemplis efficacibus & probatis, ad diuinum amorem instruat, & intiamer, ad que in cunctis necessitatibus tuis possis habere recursum, & spirituale solamen.

De fuga acedia & tristitia.

Quintumdecimum, ut omnem frigiditatem acedia & tristitia in qua lateat uia confusionis, quae ducit ad mortem, a teipso summo studio depellens, interius exteriusq; serenus semper & tranquillus exstas, nulli uero modo contradicas uel resistas in aliquo, sed potius omni modo, per omnia omnibus acquiescas, dummodo diuinam laudem uel salutem animae non obstitat.

Quod de omnibus habeas bonam exemplum.

Sextumdecimum, ut omnes affectiones tuas ac uoluntates, conformes diuinae uoluntati. Omnia te adificent, neq; te dedificent aliqd in hoc mundo puritatis & innocentiae gratia, diuinitati tibi muneri elargita, nec aliorum plus debito defectibus perturbatus, iniquitati addendo, iniquitatem, alienis sordibus polluaris, ne dum cupis alios de pelago liberare, deterius ipse corrumpas in profundum. Potius igitur, omnia quibus non potes sine detrimento prodesse, operiens charitate benigna, illi summa sapientia derelinquas, quae nouit bona de malis eligere quibuscunq; sicq; in bonis operibus pariter atq; malis, spiritualement, Domino concedente, poteris reperire profectum.

De custodia cordis.

Decimumseptimum, ut cor tuum seruas omni custodia, solisq; spiritualibus exercitijs deditum, nulla ibi re, uel uisibiliu imprimantur concupiscentia, ut crea, turis omnibus alienu, liberè possit uacare omnium creatori.

De charitate ad proximos.

Decimumoctauum, ut imaginem ac similitudinem maiestatis diuinae considerans in cunctis hominibus, ita omnes diligas intima charitatis affectu, omniumq; & maxime infirmorum & quorumcunq; indigentium curam geras, dummodo circa spiritualia tibi non fiat nocua distractio, sicut bona mater diligit, atq; curat unicuique filium prae dilectum.

De orationibus cum operibus sanctis.

Decimumnonum, ut continuè mentem tuam ita habeas ordinatam cum Deo, q̄ omne opus tuum atq; exercitium tantum mentis q̄ corporis sit oratio, omniaq; seruitia & maxime humiliora cum tanto facias charitatis seruire, ac si ea Christo corporaliter exhiberes. Quod certè debes & potes uera ueraciter cogitare, qm̄ ipse dixit in Euangelio. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

De obedientia sancta.

Vigesimalum, ut honorè & reuerentiã oibus tã

Matt. 25.

debitam q̄ deuotã sanctissimae obedientiae normam, non solum magnis uerumetiam minimis, quasi pupillam studeas semper seruire illam, obediens quidem non solum maioribus, ut prelati, uerumetiam minoribus omnibus te subiaciens quibuscunq; abnegado teipsum pro Christo. In bonis & indifferentibus semper alterius studeas facere uoluntatem, in nullo praebens te alicui onerosum, sed potius in charitate Christi diligens uniuersos, te ipsum communiter omnibus gratum reddens. Affabilitates, amicitias, & familiaritates fugias singulares. Summo opere caueas, ne unq; uerbo uel facto uel gestu alicuius rancoris, odij, clamoris, iniurię, turbationis, murmurationis, detractionis, scandali, & adulationis, & quorumcunq; similibus, aliqua rone uel modo, per te uel aliu, causa uel occasio fias.

Quod consolationes et tribulationes oculis teneas.

Vigesimumprimu, ut uirtutes uel gratias spirituales quas in te uel per te diuina misericordia operari dignatur, tribulationes & praesidia, uirtutisq; propositum, uel similia, ab oibus abscedere studeas quantum potes, his tñ exceptis, quae proprio sacerdoti in propria debent accusatione detegi, nisi forte alicui tuo speciali ac probato amico ea spiritualis utilitatis gratia reuelares, cuius consilium uel doctrinam in huiusmodi credas tibi posse ualere. Sollicitus semper sis furari tempus ubiq; ut possis solita orationi, & meditationi sanctae uacare, ut sededo solitarius eleuatus sis desiderio ad superna.

Quod Deum semper ubiq; habeas in memoria.

Vigesimumsecundu, ut solutus ab omnibus creaturis, tanto mentis conatu desiderijq; seruire circa tuum creatorem intendas, ut quasi oium inferiorum oblitus, quicquid agas, & ubi- que; steteris, & quibuscunq; negocijs impliceris, die ac nocte & oimomēto & hora, Deu semper habeas in memoria, credens & cogitans te esse uerissimè corã eo, & ipsam cogitans undiq; te aspicere. Hæc aut cogita cū magna reuerentiã, ac timore pariter & amore, & cū magna discretionē, nūc ante pedes immensa maiestatis eius prostratus, corde amarissimo pectoru ueniã postulando, nūc sacratissimè passionis filij Dei gladio copalsionis, corã eius cruce uulneratus cū eo, lachrymosus & sibilis apparēdo, nūc totius uite illius decursum, obliquitati tuę uelut rectitudinis lineam praeponendo, nunc inenarrabilia & immensa Dei beneficia mēte pertractas, gratiaru actionibus insistendo, nunc stimulis ipsius amoris ardentissimè punctus, ipsum in creaturis omnibus intuendo, nunc potentiam, nūc sapientiã, nunc bonitatem & clementiã eius attendens, eum deuotissimè in cunctis operibus suis collaudando, nunc desiderio patriae caelestis attractus, ad ipsum gemebundis suspirijs anhelando.

do, nunc circa nos uiscera inestimabilis charitatis eius aspiciens, letabunda quadam excelsiua admiratione corde ac animo in ipso deficiendo, nunc te precipitem, nunc te fugientem, nunc te ruentem, nunc Deum te timentem, subleuantē, retinentem, & attrahentem, nunc Deum te ingratum per omnia concernentem considerans, ineffabilibus diuinae misericordiae uisceribus tibi patefactis, nimio in eo charitatis ardore te conferens, totum te stertibus resoluendo, nūc uero occurrissima, profundissima, & summe archana nimiumq; stupenda iudicia iustitię eius diligenter attendens, eum in omnibus fidelis & consolans cum summo amore ingenti quoq; timore ac tremore, discretus supplex & humilis uenerādo, p̄ omnibus autem continuã & uiuam memoriam ipsius sacratissimae passionis in animo & corde tuo ferens.

De sollicita custodia suis ipsius.

Vigesimumtertium, ut super custodia tua uigilans, omni tempore ab antiqui hostis fraudibus, qui sepe se in Angelum lucis transfigurans, omni tempore & in omni uia homini laqueum tendit & retia, ut animas nostras ualeat captiuare, sollicitudine te cautissima tuearis, uenatum laqueos fugiens sicut passer, tantq; puritatis humilitate sancta in oculis tuis fias, ut ne subtilissima eius retia te ualeant continere, a quibus sanè tunc poteris liberari illesus, cū effectus fueris Israel, continuè mētalibus oculis uidens Deum, quia non dormitabit, neq; dormiet eius cultos.

De pura confessione peccatorum.

Vigesimumquartum, ut tenens indefessum instituti sancti rigorē, sacris ardoribus caelestium desideriorum succensus, mentis & corporis munditię pulchritudinē, innocentiae puritatem, conscientiaq; teneritudinē conseruans, cura diligentissima caueas, ne unq; tependo in aliquo resipiscas. Ad quod quidem diligentius & purius conseruandum, quotidiana discussione septies in die examines uitam tuã, semper ante uel immediate post qlibet horã canonicã, considerans & discutens attentissimè, qualiter de hora in horã ambulaueris dignè corã Deo sine macula in iustitiã semita. Et quia nemo est qui sic disciplinam & iustitiã obseruet, ut nihil penitus negligat uel omitat, ideo necessariu est, ut ad penitentia lauacru recurrens, cū dolore & gemitu sepiusimè tuę accusationi insistas. In qua quidē accusatione seu confessione, integrè, ueraciter, & purè, sine oim uelamine excusationis, uel occultationis, seu palliationis, per ordinem oēs tuos retexedo defectus, sacerdoti proprio tanq; Deo debes intimare, narrādo prius omissiones, quas in his q̄ sunt ad Deu fecisti, & maxime in oratione quātū ad duplicē eius partē, mentalem, & uocalem, deinde defectus in obseruatione iustitię quoad proximū post commissiones quas egisti ex mala custodia sensuum, & sensibus adiacen-

rum affectionum & cogitationu. Hanc aut confessionem semper debet contritio & satisfactio comitari, ut doleas uidelicet de oibus offensis, non solū de magnis, sed et de modicis, & dolendo caueas iterare culpã, semper si uideas causas & occasiones peccati praescindere, quantumcunq; per amorē uideantur tibi coniuncta, quia tunc iuxta Saluatoris suam, eruendus est oculus scandalizans. I. occasiones peccati uitandę, quę quidem apparent nobis delectabiles nimiu, etiã si multum nobis displiceant earu effectus. Unde fortissimū est in hac pugna bellū. Et ideo oportet secūdu Dei praecipitū esse cęcū, surdum, & mutū, & insensibilē ad oia, in quibus nō inuenit aia lucrum. Ut aut diuinorū praceptorū, eiusq; disciplinę caelestis obseruantia in supradictis & ceteris alijs sollicitius intendas, ac feruentius accendaris, studeas hæc quinq; semel ad minus inter diem & noctē, affectuosè & morosè omni tpe sincera mente tractar, q̄. s. sit breuis uita nostra, q̄ lubrica uia, q̄ mors incerta, quæ premia iustis, quæ supplicia parantur iniustis, ut nō sit feruitium sine timore, nec gaudium sine tremore.

Matt. 5.

Quales esse debemus in nostra reputatione, quamuis perfecti.

Vigesimumquintum & ultimum, ut cū diuina gratia largiēte oia bene feceris, te seruū inuile & pctorem recognoscens, oim beneficio Dei reputes te indignū, semper robustissimã fidē tenens, repletus charitate diuina, fiducia magna sperans, ab ipso misericordissimo patre misericordiae tibi uiscera aperiri, ut dū in fossam profundae humilitatis firmissima ieceris fidei fundamenta, erexerisq; lucidissimos parietes continue ac feruidae charitatis, decoratos oium uirtutu picturis, rectumq; desiderata spei beatissimę posteris gloriosum, tandem oibus ordinatè dispositis, summus ille caelestis inhabitator dulcisq; hospes fidelium aiarum, cuius deliciae sunt esse cum filiis hominum, tã diu tecum dignetur inhabitare per gratiam in praesenti seculo uel exilio, quousq; post terminū uite huius, in caelestis beatitudinis patria gloriosa stola ppetuę immortalitatis idutus, elatiu uultus eius cum oibus sanctis cernere merearis in iubilo, ubi erit summa felicitas & eterna beatitudo, finis & complementum oium desideriorum nostrorum.

Conclusio epistolae huius.

Hoc uerūtamen adhuc scias charissimè frater indubitanter, q̄ nisi perfectè abnegaueris remetipsum, sequi non poteris uestigia Saluatoris, & sine sollicitudine cōtinua & labore, eius gratiam adipisci nequibis. Et nisi assidue propulsaueris portas eius, ingredi non poteris ad pacem mentis. Et nisi te instanter in timore Dei tenueris, citò domus tua corruet in profundū. Et si fideliter & cōstater te tenueris, & exercitarus fueris in praedictis, spero in misericordia Saluatoris,



uatoris, q̄ te gratia sua dignum faciet in presen-
ti, secumq; poteris gloria in futuro. Quod ipse
tibi concedat, qui est trinus & unus in secula se-
culorum benedictus. Amen. Hec autem cha-
rissimè non ideo tibi scripsi, quia te crederem
ralibus indigere, sed quia ante collegi am pro
me ipso, ceterisq; mea inconstantia pronitare,
seu constantia paruitatem, cogitavi, ea tibi tan-
quam coadiutori fideli communicare, ut quod
mea pusillanimitate negligentiaq; teporis omit-
titur, tua magnanimitate, seruosq; sollicitudi-
ne restitueretur, maxime cum te concordè quasi
omnibus uotis meis, in huiusmodi simpliciori-
bus plurimum delectari cognoscam. Quapro-
pter charissimè in Christo, hæc ea rogo charita-
te suscipias, qua illa tibi meo affectu mi-
sisse, ut uidelicet his omnibus supradictis, quo-
rum quidem disciplina non uidetur esse gaudij
sed mœroris, ita per celestium studiorum exer-
citia studeas te mancipare, ut pacatissimum in
sticia fructum afferant in futuro, & expectatio-
nis eius dulcis memoria, etiam in presentia ani-
ma tua gustu deuotionis, adipe & pinguedine
repleatur in Christo Iesu Domino nostro, cui
me aridum & uerbosum potius q̄ deuotum, de-
uotis tuis orationibus commendabis. Cui est
honor, & gloria, decus, & imperium per infinita
secula seculorum. Amen.

SERAPHICI DOCTORIS
SANCTI BONAVENTURAE.

TRACTATUS AD DOMINAM
Blancham Reginam Hispanie.
De regimine anime.



P RIMUM omnium neces-
se habes anima mea, altis-
sime, pijsimè, sanctis-
sime, de optimo Deo sen-
tire, uidelicet, certa fide
credendo, attenta men-
te considerando, & p̄spi-
caci rationis intuitu cū
admiratione perspicien-
do. Altissimè quidem de optimo Deo sentis; si
cuncta de nihilo creantis & supportantis im-
mensam potentiam, si cuncta gubernantis & or-
dinantis infinitam sapientiam, si deniq; cuncta
iudicantis & retribuentis indeterminatam ius-
titiam, fideli, pio, & perspicaci contuitu, & cre-
dis, & admiraris, & perspicis, & extra te extens,
& intra te ingrediens, & supra te transcendens,
ut illud ueraciter decantes. Exultauerunt filie
Iudæ propter iudicia tua Dñe, qm̄ tu Dñs altis-
simus super omnem terram, nimis exaltatus es
super omnes Deos &c. Pijsimè de optimo Deo
sentis, si eiusdem misericordiã admiraris, am-
plexaris, & benedixis, ut summè benignam, in

Psal. 96.

nostræ humanitatis & mortalitatis assumptio-
ne, ut summè uiscerosam, in crucis & mortis p-
pensione, & ut summè liberalem, in spiritu san-
cti donatione, & sacramentorum institutione,
cum seipsum communicet liberalissimè in sa-
cramento altaris, quatenus illud Psal. ex animo
cates. Suauis Dñs uniuersis, & miserationes eius
super omnia opera eius &c. Sanctissimè de opti-
mo Deo sentis, si eiusdem in explicabilem san-
ctitatem aduertis, miraris, & laudas, atq; illi cū
sanctis seraphin, sanctus, sanctus, sanctus procla-
mas. Sanctus primò, hoc est in seipso sanctitatem,
ita summè ac purissimè habens, ut impossibile
sit ipsum aliquid nisi sanctum uelle uel approba-
re. Sanctus secundò, hoc est sanctitatem ita per-
fectè in aliis diligens, ut impossibile sit ipsum
uere sanctitatem seruantibus, aut gratiã do-
na subtrahere, aut gloriæ præmia denegare. Sã-
ctus & tertio, hoc est ita seuerè oppositum san-
ctitatis abhorrens, ut impossibile sit ipsum pec-
cata nisi abhorre, aut reprobare, aut impuni-
ta relinquere. Quod si sic senseris, cum legis-
tore cantabis. Deus fidelis, & absq; ulla iniqui-
tate, iustus & reclus. Post hoc oculos tuos uertis
ad Dei legem conuerte, quæ te iubet exhibere
altissimo cor huile, pijsimo cor deuotum, & san-
ctissimo cor illibatum. Cor (inq̄) huile debes
exhibere altissimo, per reuerentiam in animo,
per obedientiam in factu, & per honorificentiam
in uerbo & signo, quatenus secundum Aposto-
licam regulam & doctrinam, omnia in gloriam
Dei facias. Cor aut deuotum exhibere debes
pijsimo, per interpellationem seruentium precu,
per degustationem spualium suauitatum, & per
actionem multiplicium gratiaru, ut aia tua in-
giter per desertu ascendat in Deu, sicut uirgula
sumi ex aromatibus myrrhe & thuris, ut de sp̄o
sa in canticis dicit. Cor uero illibatu exhibere de-
bes sanctissimo sp̄o, ut nullus in te regnet, nec
sensu, nec consensu, nec affectu corporeq; uolu-
ptatis applausus, nullus terrenæ malignitatis af-
fectus, quatenus oī exclusa macula peccati, pos-
sis cum psalmista cantare. Fiat cor meum im-
maculatu in iustificationibus tuis, ut non con-
fundar. Attende ergo diligenter, & uide, si hæc om-
nia à iuuentute seruasti. Quod si hæc in consci-
tia reppereris, non tibi hoc attribuas, sed dono
Dei, illiq; gr̄as agas. Quod si te inuenis semel
aut pluries, in horu aliquo uel pluribus, uel for-
tè i oibus, aut grauitèr aut leuiter deliquisse, si-
ue p infirmitatē, siue p ignorantiam, siue ex certa
scia, inenarrabilibus gemitibus studeas recedi-
liari Deo. Et ad exhibendã emendã illi sp̄um uir-
tutis assume, ut possis cū penitente ueraciter cã-
tare ac psallere. Quis ego i flagella paratus sum,
& dolor meus in conspectu meo semper. Debet
aut dolor animi duos hñe comites, ut sit purga-
tius aia, & placidus Dei, nimiru timorē diuini
iudicij, & ardorē interni desiderij, ut recuperes
timedo cor huile, desiderando cor deuotum,
& dolendo cor illibatum.

Psal. 44.

Psal. 118.

Deut. 10.

Col. 3.

Cam. 1.

Psal. 118.

Psal. 41.

Ad Titu. 2.

Phil. 4.

Psal. 118.

& dolendo cor illibatum. Time igitur diuina iu-
dicia, quæ sunt abyssus multa: Time (inquam) ue-
hementer, ne forte quanquam sis aliquantulum p̄-
nitens, adhuc tamen displiceas, time uehemen-
tius, ne post hoc Deum offendas, time etiam ue-
hementissimè, ne finaliter à Deo discedas, sem-
per carens lumine, semper ardens igne, nunquã
per carens uerme nisi per ueram penitentiam in gra-
tia finali decedas, ut sic cum propheta decantes.
Cõfige timore tuo carnes meas, à iudicij enim
tuis timui. Dole quoq; & satage propter comis-
sa peccata. Dole (inquam) uehementer, propter
annihilationem omnis boni diuinitus tibi dati,
uehementius, propter impugnationem Christi
pro tenati, & pro te cruci affixi, uehementissi-
mè, propter uilipensionem Dei, Cuius transgre-
diendo leges, tu inhonorasti maiestatem, dene-
gasti ueritatem, & offendisti bonitatem: totumq;
uniuersum debilitasti, deformasti, & deordina-
sti, dum diuinis aduersando statutis, imperijs, &
iudicij, omnibus tibi seruientibus propter Deu
abusa es naturis, scripturis, iustitijs, misericor-
dijs, donis gratuitis, & p̄mijjs repromissis: Qui-
bus diligenter consideratis lucum unigeniti fac
tibi plantum amarum, & deduc quasi torren-
tem lachrymas per diem & noctem, non des re-
quiem tibi nec somnum oculis tuis: Desidera
nihilominus diuina charismata diuini amoris
in Deum conscendens, qui te peccantem, tam
patienter sustinuit, longanimiter expectauit, &
misericorditer ad penitentiam reduxit: tibi cõ-
cedendo ueniam, infundendo gratiam, & pro-
mittendo coronam. Dum tamen eidem impen-
das, uel potius ab ipso suscipias eiq; rependas sa-
crificium contribulati spiritus, cordisq; contri-
ti & humiliati, per compunctionem amarum,
confessionem ueridicam, & per satisfactionem
condignam. Desidera (inquam) uehementer di-
uinam complacentiam, per largam immisionem
Sancti spiritus, uehementius diuinam conformi-
tatem, per expressam imitationem Christi cru-
cifixi, & uehementissimè diuinam comprehen-
sionem, per apertam uisionem patris æterni, ut
ueraciter cum propheta decantes. Sitiuit anima
mea, quando ueniam, & apparebo ante faciem
Dei? Porrò ut hunc spiritum uitæ, timoris, do-
loris, & ardoris acquiras intrinsecus, exerce te
foris ad omnimodam modestiam, iustitiam, &
pietatem, quatenus (iuxta documentum aposto-
li) abnegans impietatem, & secularia desideria,
sobrie & iuste & piè uiuas in hoc seculo. Exer-
ce itaq; te metipsam ad omnimodam modestiam,
ut (iuxta Apostoli doctrinam) modestia tua nota
sit omnibus hominibus, ad modestiam (in-
quam) parsimoniam, in uictu & uestitu, somno &
uigilia, ocio & labore, ut in nullo excedas: Ad
modestiam disciplinæ, per moderamen silentij
& loquelæ, per moderamen mœroris & gaudij,
ac etiam per moderamen mansuetudinis & rig-
oris, iuxta quod oportunitas exigat, & recta

ratio dicat: Ad modestiam honestatis, per glo-
riationem, ordinationem, compositionem, scilicet,
actum, motum, gestum, uestimentorum
seu habituum, membrorum & sensuum, iuxta q̄
moralis honestas, & regularis obseruancia id ex-
pescit: ut merito sis ex illorum numero quibus
Apostolus dicit. Omnia honestè, & secundum or-
dinem fiant in uobis. Exerce te quoque ad iusti-
tiam, ut tibi illud propheticum possit ueraci-
ter aptari. Propter ueritatem, & mansuetudi-
nem, & iustitiam, &c. Ad iustitiam (inquam) in-
tegram, per zelum diuini amoris, per obseruan-
tiam diuine legis, & per desiderium fraternæ sa-
lutis: Ad iustitiam ordinatam, per obedientiam
ad superiores, societatem ad pares, & per casti-
gationem ad inferiores: Ad iustitiam perfectã,
ut omni ueritati consentias, omni bonitati fa-
ueas, & omni malitiæ aduerferis, tam mente, q̄
uero, q̄ etiam opere, nihil agens alij quod tibi
nolis fieri, nihil negans alij quod tibi uelis im-
pedi, quatenus illorum sis imitatrix perfecta qui-
bus dicitur. Nisi abundauerit iustitia uestra plus
q̄ scribarum & pharisæorum, non intrabitis in
regnum cœlorum. Exerce te tandem ad pietatē,
quia ut dicit Apostolus. Pietas ad omnia ualet,
promissionem habens uitæ quæ nunc est pariter
& futuræ. Ad pietatem (inquam) diuini cultus
attentè & deuotè ac reuerenter, scilicet, horas
perfoluendo canonicas, ac quotidiana consiten-
do peccata & deplorando, sacratissimam pro tẽ-
pore Eucharistiam sumendo, & quotidie mis-
sam audiendo: Ad pietatem saluationis anima-
rum, nunc adiuuando per orationum frequen-
tiam, per sermonum informationem, & per ex-
ploram incitamentã, ut qui audit dicat ueni. Hoc
tamen sic sapienter oportet fieri, ut salutis pro-
pria dispendium non incurras: Ad pietatem re-
leuationis corporalium necessitatum, in sup-
portando patienter, consolando amicabiliter,
& subministrando humiliter, hilariter, & mise-
ricorditer. Ut sic diuinam impleas legem cum
dicat Apostolus. Alter alterius onera portate, &
sic adimplebitis legem Christi. Ad quæ omnia
psequenda, super omnia credo ualere me-
moriã crucifixi, ut dilectus tuus ran-
quam fasciculus myrrhæ inter
mentis tuæ ubera iugiter
commoretur. Quod
ipse prestare di-
gnetur, qui
est be-
nedictus in secula.
Amen.

1. Cor. 14.

Psal. 44.

Math. 5.

1. Tim. 3.

Gal. 6.

EPISTOLA AD MAGISTRVM

EIVSDEM SERAPHICI
DOCTORIS EPISTOLA
AD MAGISTRVM INNO-
MINATVM,
ELIMINANS ERROREM CONTRA
REGVLAM BEATI FRANCISCI,
DOMINO RESPONDENTE
PER SERVVM SVVM
sanctū Bonaventurā.



Inominato magistro, fra-
ter Bonaventura spiritum
intelligēti veritatis: expo-
ptat. Proponis charissime
ut tibi tres articuli de re-
gula fratrum minorū ab-
soluant, de quibus te osten-
dis pluribus rōnibus du-
bitare. scilicet de paupertate, labore manū, & studio
scholarū & magistrorū. Cū n. regula dicat, q̄ fra-
tres nō recipiāt pecuniā p se, vel p interpositam
personā, & rursus, nec locū nec aliquam rē sibi
appropriēt, uident tibi fratres in hoc regulā cō-
trarie, cū tibi videant pecuniā per interpositam
personā recipere, libros habere & domos, cū nō
possint harū rerū quas habēt, dōs assignare. In
labore ēt manū sibi iniuncto ut videtur sub p̄ce-
pto, culpabiles tibi uident, cū ne laici laborent
in operibus mechanicis, nec clerici manu p̄pria
in libris scribēdis, quin potius cū magnis sumpti-
bus faciūt eos scribi, ac si apud se haberēt numis-
matū p̄culores. Postremo ī studio & magisterio
fratres cōdēnas, cū regula dicat, q̄ nō curēt ne-
sciētēs literas, literas discere. Fratres plerūq; tā
clerici q̄ magistri, q̄ ēt ī saeculo parū aut nihil de
philosophia audierūt, studēt, recitāt, scriptitant,
imō qd̄ plus ēt laniāt, dissipāt, & edificāt. Nec v̄ tā
tē humilitatis p̄fessoribus, posse cōpetere nomē
magistri, cū hoc videat Dñs ī Euāgelio Matt. suis
discipulis inhibere, quorū nos dicimur imitato-
res, tanq̄ p̄fessores euāgelij Iesu Ch̄i. Hęc (vt as-
seris) tibi corde de statu & salute fratrum scrupu-
lū generāt, & tuā cōsciā inquietāt. Super hac ad-
dis assertionē quorūdā, q̄ tibi nō sunt hanc cō-
sciā de fratribus fabricare. Intēdē igit, in ea q̄
dicturus sum, dabit n. tibi Dñs p̄cibus gloriosā
uirginis, & beati Frācis̄ci rectū ī oibus intellectu.
Supponis, q̄ regula paupertatē p̄cipit, cōmendat
labore, necat curiositatē. Suppono & ego, detesta-
ris ob hoc receptiones pecuniarū, p̄prietates li-
brorū ac donorum: vitupero & ego, imō nos oēs
persequimur fortiter, & culpamus. In hoc conue-
nimus, sed q̄ fratres tales credis, aut si nō credis
dubitas, in hoc penitus dissentimus. Nec n. hoc
credo nec dubito, certū habens oppositum tanq̄
verum, non quia nullus in ordine talis sit, qui nō
possit culpā in aliquo p̄dictorum, cum nec in

Mat. 23.

duodecim apostolis talis p̄fecto potuerit repe-
riri, sed cōmunitatem status de qua & tu iniun-
gis defendendā, assumpsisti. Vide igit quid sentire
debeas de receptione pecuniarū. Testificor coram
Deo, qm̄ veritatem sum expressurus scdm̄ meam
cōscientiā, in oibus quae subiungam. Non credo
te aliquatenus dubitare, quin paupertatē, licet
tunc cūq; extremam uouerint paupertatē, liceat
recipere elemosynam, nisi uelint se occidere, qd̄
si nephas est, licet hoc fratribus, quod nullus san-
guinis ignorat. Non est igitur contra eorum p̄-
fessionem, si quis diues homo hanc eis ministrat
manu p̄pria. Quod si noluerit, potest eis mini-
strare per manū serui sui. Quod si ille seruus
non possit, sed committat alii, quare non liceat p̄
manū tertiam, non uidetur. Quare etiam usq; ad
decimā manū nō potest, non video. Quod si
diues habens pecuniā, dat uictum aut uictū
fratribus necessarium, nonne potest ipse manū
sua emere? nonne potest ipse pecuniā pro em-
ptione alij committere, & sic per multas manus
in usus fratrum expendere, pro releuandis eorū
necessitatibus, sine offensione fratrum? Quis sane
mentis hoc dubitat? cum pecunia ita sit domi-
niū committitur personae intermediae, ac si ipse
dominus eam manū propria conseruaret. Nisi
forte quis ita desipiat, ut dicat, q̄ pecunia in ma-
nu seruentis posita, transeat in eius dominiū, &
definat esse domini, quod penitus absurdum est.
Quod si dicas, q̄ dominus simpliciter, & absolu-
tē dare intendat fratribus, dico & ego, q̄ nullus
sanā mentis dare intendit fratribus, nisi prout
cōpetit regulā & professioni eorum. Quis n. da-
ret elemosynam, ut eos faceret perdere uicā a-
eternam? Dat ergo eo modo quo fratribus expen-
dit. scilicet committendo alicui, qui per se eam dispen-
set in his rebus, quas fratribus licet accipere, &
sic pecunia illa per quorūcūq; manū trāseat,
nullo modo spectat ad fratres, quia semper est pri-
mi domini. Et est per hoc manifestum, q̄ nec per
se, nec per interpositā personam eam recipiunt.
Fateor coram Deo, ita esse uerum in cōscientiis
fratrum. Quod si mihi forte non credis, tamē ip-
si Domino Pape, qui in utroq; iure peritus, ordi-
nis & perfectionis emulator, qui ut (ipse testat)
in conditione regulā beato Francisco asistit, &
eius plenum intellectu agnouit. Qui requisitus a
fratribus dicit, q̄ fratres uolentibus sibi elemo-
synas facere, possunt fidelē aliquem p̄sentare. Qui
taliter p̄sentatus non est eorū nūcius, sed illius po-
tius cuius mandato solutionē facit, seu recipien-
tis eādē. Hęc sunt uerba ipsius. Quis ita desipit,
ut si dicā alicui, ille fideliter exequatur uel custo-
diet, quod ei committes, q̄ p̄pter hoc quicquid
ille acceperit fiat meū, cum etiā licet hac uerba
non semper exprimantur, semper tamē habentur
in corde, & semper ab alijs credimus sic accipi?
Quis ergo tā improbus, ut ipugnet hęc ueritatē,
p̄ tantorū uirorū cōscientiā sanā & discretā,
per tantam rei euidētiā, & ut nihil desit, per
sedem

Nota.

sedem apostolicā confirmatā? Certus sum, q̄ ta-
lis portabit iudiciū. De libris & utensilibus quid
sentias, audi. Clamat regula expresse imponens
fratribus officij p̄dicandi, quod non credo in
aliqua alia regula reperiri. Si igit p̄dicare non
debent fabulas, sed uerba diuina, & hęc scire nō
possunt nisi legant, nec legere, nisi habeant scri-
pta, planissimū est, q̄ de perfectione sic est habe-
re libros, sicut est p̄dicare. Et sicut non obstat
ordinis paupertati, habere missalia ad cantandū
missas, & breuiaria ad horas dicendas, sic nō ob-
stat & biblias ad uerba diuina p̄dicanda. Licet
igitur libros habere. Sed nunquid regula sibi cō-
traria est, quae alibi mandat nihil habere? Absit
hoc, ut in ea sit contrarietas aliqua sicut nec falsi-
tas, cū tota de fonte Euangelij sit extracta, sicut
mihi qui parū noui facile esset ostendere. Dico
ergo q̄ fratribus horū concessus est usus, sed ut
tāt appropriatio. Nā non dicit regula. Fratres ni-
hil habeant, nec aliqua re utant, quod esset insa-
num, sed q̄ nihil sibi approprient. Cui igit horū
p̄prietas assignabit? Sic respōdeo ego, q̄ cuius-
cūq; sit, nō est mea nec ordinis, & hoc mihi suf-
ficat ad meā cōscientiā puritatē. Ne tamen ho-
minibus fugam parare uidear, dico harū rerum
mobilitū, gubernatori & protectori ordinis Car-
dinali, potestatem & auctoritatē & prouidentia
a domino Papa esse cōcessam. Sicut enim domi-
nus Papa ait, nec uendi debēt mobilia, uel extra
ordinē commutari quoquo modo, nisi Ecclesiae
Romanae Cardinalis, qui fuerit ordinis Gubern-
ator, super hoc auctoritatē p̄buerit, & assen-
sum. Sed dicis. Nunquid qui biblias dant fratri-
bus, intendunt eas dare Papae aut Cardinali? Di-
co & ego. Nunquid pater q̄ dat bibliam filio, in-
tendit labefacere ordinē filij, & filium suū facere
filiū Diaboli? Credo te dicere q̄ non. Dat igitur
filio intendens, q̄ ordinis paupertas sit penitus
illibata, ac per hoc ut ordo utatur, p̄prietas aut
sit eius, cuius decreuerit pastor ordinis & Eccle-
sia. At non credis, q̄ si pater non possit filio librū
dare nisi p̄ manū alicuius, de quo p̄sumeret q̄
nō esset filij sui p̄dator sed pastor nōne daret?
utiq; daret ut filio cōmodaret ad usum. Et hoc
melius p̄sum ē ordini dño faciēte. Nā si libro-
rū p̄prietates remaneret penes parentes, sic mint-
stri nō possent auferre fratribus libros, & essent
quasi p̄petui ad uitā. Nunc aut ordo nihil sic ap-
propriat in libris, dum ministri libros nec uēde-
re nec alienare auctoritate p̄pria possunt, nec fra-
tres subditi possunt, dum frequenter resignant,
& eis pro uoluntate ministrorum assignantur &
auferunt. Certus sum, q̄ hęc est cōscientia fratrum.
Ut aut nihil remaneat, audi de domibus. Dico do-
mos nō esse fratrum. Sed si de solo quaris. Dico q̄
dantiū est & patronorū. Si de edificijs, pari rōne
edificantū, uel eorū quorū est solū, quia cedit
solo unius si unus edificat, uel plurū si plures. Mē-
rior etenim, si nō dñs Papa dicit in regula, saluo
locorū & domorū domino illis, ad quos noscī-

ptinere. In loco, intelligens solū, in domibus, ad-
ficia superaddita. Unde nec appropriamus no-
bis locū, cum dicamus esse illorū qui dant impē-
fas, uel cedit solo. Nec etiā usus appropriamus,
nisi p̄ uoluntate eorū qui fratribus cōcedūt p̄-
dicta. Certus sum n. q̄ hęc est cōscientia fratrum.
Nō obstat si aliqñ uidistis cōtrariū, quod nō cre-
do, quia indiscretio unus, non ad oēs debet nec
ad singulos retorqueri. Si dicis, nos tanquā adue-
nas & peregrinos debere ire de domo in domū,
parcat illi Deus, q̄ primo hanc stultitiā cogita-
uit. Nonne beatus Frācis̄cus edificauit loca? Nū-
quid tanq̄ peregrinus ibat quotidie unā dietā?
Nunquid beatus Petrus cū dicit in canonica sua,
obsecro uos tanq̄ aduenas & peregrinos, & c. uo-
luit q̄ oēs transirent de domo in domū? Cum n.
dicat Ecclesiasticus, uita nequā hospitari de do-
mo in domū. Tān Petrus q̄ Frācis̄cus filijs & di-
scipulis suis nō sanctam uitā, sed nequā inposuif-
sent, si secūdū p̄dictū intellectu nos similes esse
peregrinis mandarent. Sed hoc dictū intelligit,
ut nō currat similitudo quatuor pedibus, sed ut
domos i quibus habitamus parū diligamus, nec
p̄prias reputemus, sicut peregrinos q̄ tranfit in
patriā, domum nō diligit in uia tanq̄ propriam,
sed utitur tanq̄ aliena. Qui aliter sapit, ipse sua
insipientia manifestat, q̄ nihil omnino sapit. Quo-
ergo posset esse regimen & ordo Prælatorū, qui
ita districtē manet in ordine beati Frācis̄ci, si
oēs essent instabiles & uagabundi p̄ orbem? Hoc
uero sentit, q̄ nihil uidit de ordine. Veniā ad la-
borem manū, ubi taliter insistis, utrum sit cōsi-
liū uel p̄ceptum? Ego aut dico, non intendere
beatū Frācis̄cū manūalem laborem, nec consule-
re, nec monere, sed supposita admonitione Apo-
stoli, fratribus nimis uel minus sollicitis ad labo-
rem, dat formā laborandi. Quidam n. sic inten-
debant labori manuali, ut necaret in eis deuotio
orationis. Quod quia periculosum erat, cū actiua
debeat deferuire cōtemplatiua, dedit eis formā
sanctissimus pater, ut sic laborent qui laborare
uellent, scirent, & possent: ut sancta orationis &
deuotionis spiritū non extinguāt. Hoc n. sequit̄
in textu regulā immediatē. Unde attende, q̄ nō
dicit p̄ceptio, uel consulo fratribus q̄ laborēt,
sed quibus dedit Dñs gratiā, quod nō solū inclu-
dit potentiā, sed uoluntatē laborandi. Sicut si di-
di, lachrymē ita modeste, q̄ oculos non amit-
tant, nō p̄ciperet lachrymari, sicut nunc intel-
ligit. Ipse aut de labore manuum uim non facie-
bat, nisi propter ocium declinandū, quia cum
fuerit regulē obseruatum perfectissimus, nō cre-
do, q̄ unquā lucratus fuerit de labore manuum.
xij. denarios uel eorū ualorem, sed potissimē ad
orationem monebat. Non n. uolebat, q̄ illam ex-
tinguerent propter lucrū. Unde provincialibus
ministri relinquitur, q̄ non permittant fratres
suos ociosos. Ego unā tecum, si qui tales sunt, in
dico arguēdos, & uerbis puniendos tanquā
y 2 seruos

1. Pet. 2.

Eccle. 29.

Eph. 4.

EPISTOLA AD MAGISTRUM INNOMINATVM.

seruos malos & pigros. Non tamen propter hoc tibi displiceat, quia satis ibi inuenies copia laborandi, tam in studio ueritatis quam in exercitio humilitatis, pietatis, & cuiuslibet alterius uirtutis. Nam fratrum eleemosynas querere, coquina facere, infirmis seruire, scutellas lauare, & in omnibus humilitatis exercitijs laborare, quod dulciora fratribus sunt quam multa officia dignitatis. Sed quid dicemus de ascendentibus ad cathedram, cum regula dicat, quod non curent nescientes literas, literas discere, &c. cum etiam Euangelium dicat, quod noli mus uocari magistri? Dico ego, quod regula non uetat studium literarum, sed illiteratis & laicis. Vult enim (iuxta Apostolum) quod unusquisque in ea uocatione qua uocatus est permaneat, ut ad clericatum de laicato nullus ascendat, nec uult quod clerici fiant laici studium recusando, alioquin ipse transgressor fuisset, quod cum paucas literas sciret, postmodum in literis profecit in ordine, non solum orando sed et legendo. Unde ut scias quantum sibi placerit studium sacrae scripturae, audiui ego a fratre quod uidit, quod cum nouum testamentum uenisset ad manus suas, & plures fratres non possent simul habere, diuidebat per folia, & singulis comunicabat, ut oes studerent, nec unus alterum impediret. Clericos et quos recipiebat ad ordinem, in summa reuerentia habebat, & in morte mandauit fratribus, quod doctores sacrae scripturae in summa reuerentia haberent, tanquam illos a quibus reciperent uerba uitae. Unde cum nomen doctoris ueneraret, intelligebat hoc Euangelium non uetuisse, alioquin Paulus Apostolus Euangelio contradiceret, quod se prima epistola ad Timotheum magistrum gentium uocat, quod maioris impudencia uidetur, quam si ab alijs uocaretur. Dico ergo, quod secundum Euangelium pompa huius nominis condemnanda est & nullatenus appetenda, sed officium assumendum. Quos enim magis decet Euangelium docere, quam qui Euangelium possident & seruant? Nam cum dicat Euangelium: Qui secerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. Quis sanae mentis dicat, ut magister & frater Alexander diues, debuerit praedicare & docere, beati pauperes spiritu, & pauper effectus debuerit reticere? Certum si fratres decet addiscere, & ruminare tanquam munda animalia, uerba diuina, & sibi ipsis sufficiunt in docendo, quia istam stultus est, ut dicat quod doctrinam quam eos decet facere & docere, debeant a non facientibus medicare? Cuiusdemno igitur tecum in magisterio populi, sed comendo officium. Dano fratrem minore populo, & dico eum magisterio penitus indignum, sed comendo studiosum, credens quod nulli magis quam tali cooperat auctoritas docendi Euangelium Iesu Christi. Restat igitur, ut de philosophantibus aliquid subiungamus. Audi charissime sicut in ceteris, sic & in hoc pariter conuocemus. Fateor displicet tibi curiositates, displicet & mihi, & displicet fratribus bonis, & displicent Deo & angelis suis. Nec defendo circa scripta puerilia musitantes, sed detestor eos pariter tecum. Unde & tibi & mihi consulo, ut habeamus

Math. 23

1. Cor. 7

1. Tim. 3

Math. 5

caelum secundum scientiam, ne detestemur plus quam oportet. Fortassis enim inter peccata minuta, & uenialia computandum est. Vix enim grana absque paleis colligi possunt, & uerba diuina sine uerbis humanis. Haec autem omnia separantur per zelum copunctionis, & sicut deuotionis, quae faciunt triticum ueritatis a uerborum paleis separari. Et fortasse uident aliqui curiosi, qui magis sunt studiosi. Siquis enim studeret in dictis haereticorum, ut eorum sententias declinando magis intelligeret ueritatem, nec curiosus nec haereticus sed catholicus esset. Cum uerba philosophorum aliquando plus ualent ad intelligentiam ueritatis, & errorum confutationes, non deuiat a puritate in his aliqui studens, maxime cum multa sint conclusiones heretici, quae sine his terminari non possunt. Unde si uelimus nimis stricte iudicare, fortasse ipsos sanctos (quod impium est) iudicabimus curiosos. Nam nullus melius naturam temporis, & materiam describit quam Augustinus, inquirendo & disputando in libro confessionum. Nullus melius exitus formarum, & propaginem rerum, quam ipse super Genesim ad litteram. Nullus melius quaestiones de anima, & de Deo, quam ipse in libro de Trinitate. Nullus melius naturam creationis mundi, quam ipse in libro de Ciuitate Dei. Et (ut breuiter dicam) pauca aut nulla ponunt magistri in libris suis, quin illa reperias in libris Augustini. Lege Augustinum de doctrina Christiana, ubi ostendit, quomodo non potest intelligi sacra scriptura, sine altarum scientiarum peritia. Ostendit etiam, quod sicut filij Israel asportauerunt uasa Aegypti, sic doctores theologi doctrinam philosophiae. Unde multa quae non didicimus per philosophos, & de dictis philosophis, didicimus per sanctos. Ac per hoc non debet tibi esse mirum si minus fundari intrantes, fiant in scientia in ordine fundatores. Sed esto quod ista sint reprehensibilia & purganda, non propter hoc retraharis, quia nullus ad hoc compellitur, sed is magis amatur, qui magis est talium aspernator. Nec praeter talia praecipitur, sed permittitur. Nec propter tres uel quatuor uirtuosos, debet magister contemnere innocentes. Et si aliqui abundant libris ad tempus, alijs plerisque multo plus indigentibus poterint dispensari, cum multo plures egeant quam abundant. Nec te moueat, quod fratres fuerunt in principio simplices & illiterati, immo magis debet hoc in te fidem ordinis confirmare. Fateor coram Deo, quod hoc est quod me fecit uitam beati Francisci eligere, quod non fuit per hominum prudentiam inuenta, sed per Christum, & quia opera Christi non deficiunt, ostenditur hoc opus iuste diuinum, dum ad confortium uirorum simplicium etiam sapientes non sunt indignati descendere, attendentes illud Apostoli. Siquis est inter uos sapiens, stultus fiat, ut sit sapiens. Rogo charissime, ut non nimis abundes in sensu tuo, nec credas te prudentiorem nec meliorem omnibus, quos Deus ad statum istum uocauit, et si uocauerit te non recuses. Vale in Domino.

Eiusdem

ORATIONIS DOMINICAE EXPOSITIO.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS IN ORATIONEM DOMINICAM EXPOSITIO.



PATER noster, &c. Oratio haec privilegiata est tribus, nempe, in dignitate, quia a Christo coposita, in breuitate, ut citius sciat, melius retineat, & frequenter dicatur, in fecunditate, quia omnes petitiones

continet, & utriusque uitae necessaria complectitur. Pater noster diuiditur in exordium, cum dicitur. Pater noster. In tractatum, cum dicitur. Sanctificetur nomen tuum, & cetera. Ultimum in conclusionem, cum dicitur. Si enim dimiseritis. Sed haec conclusio non est de integritate orationis. In exordio datur petenti fiducia, cum dicitur. Pater noster, non domine. Domino seruitur timore, patri uero amore, teste Malachia, qui ait. Filius honorat patrem suum, & seruus Dominum suum timebit. Si ergo pater ego sum, ubi honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? In tractatu ponuntur omnia nobis necessaria, & in conclusione inferunt necessaria ex praemissequentia. Deus dicitur pater noster, generaliter omnium per creationem, iuxta illud. Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit, & fecit, & creauit te? Fecit in corpore creauit anima, & possedit in utroque. Deus dicitur pater noster, specialiter iustorum per adoptionem, dicente Domino. Estote perfecti, sicut & pater uester caelestis, perfectus est. Et in Luca, si ergo uos cum sitis mali, & cetera. Deus etiam dicitur pater noster, singulariter Christo, per aeternam generationem, iuxta illud. Non solum soluebat Sabbathum, sed & patrem suum dicebat Deum. Et in Matth. Neque patrem quis uouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Pater est primo modo, per ipsam imaginem: secundum modo per appositam gratiae similitudinem, & tertio modo per aeternam originem. Qui est in caelis. i. i. Angelis, uel in caelis. i. in sanctis. Sancti enim dicuntur caeli, quadrupliciter. scilicet propter uitae sublimitatem, dicente Paulo. Nostra conuersatio in caelis est: propter bonorum operum claritatem, ipso Apostolo dicente. Inter quos lucetis sicut lumina in mundo, uerbum uitae continentes. Et in Matth. Luceat lux uestra coram hominibus, &c. Propter propositi firmitatem, dicente psalm. Verbo Domini caeli firmati sunt. Et denique, propter Deum in eis quiescentem per gratiam: iuxta illud. Caelum mihi sedes est. Et in psalm. Dominus in caelo parauit sedem suam. Dicit ergo

Pater noster qui es in caelis, id est in spiritualibus, ut ad spiritualem mansuetudinem (in qua habitat) festinare discamus, & caelestia ab eo queramus. Sanctificetur nomen tuum. Terminato exordio, sequitur tractatus, qui diuiditur in duas partes, in prima oratur pro bonis adipiscendis, & in secunda pro malis ammonendis: ibi. Et dimitte nobis debitum nostrum, &c. Primo petitur pro bonis adipiscendis. Sunt enim bona aeterna quae petuntur in praemium, Sanctificetur nomen tuum. Petimus, quod ipsa gloria, siue perfecta notitia confirmetur in nobis. Et hoc erit in gloria perseverando. Sunt bona etiam, quae petuntur spiritualia, in meritum siue in bonum perseverantiae. Adueniat regnum tuum, id est Ecclesia, uel anima in qua per gratiam regnas. Adueniat, id est in finem perueniat. Sunt bona etiam spiritualia quae petuntur in bonum gratiae, fiat uoluntas tua, id est libertas nostri arbitrii, societur per gratiam tuae uoluntati. Sunt denique bona temporalia quae petuntur in sustentationem, siue temporale subsidium. Panem nostrum quotidianum da nobis, &cetera. Secundo petitur pro ammonendis malis, nempe praeteritis, cum dicitur. Et dimitte nobis. Pro ammonendis etiam presentibus, cum dicitur. Sed libera nos a malo. Denum, & ammonendis malis futuris, cum dicitur. Et ne nos inducas in tentationem. Praeterita mala sunt dolenda, praesentia uitanda, & futura praecauenda. Septem sunt petitiones, scilicet, Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua. Panem nostrum quotidianum. Et dimitte nobis debitum nostrum. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo. Septem sunt dona, scilicet, sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, & timor. Septem etiam sunt beatitudines, nempe, regnum caelorum, possessio terrae, consolatio, saturitas, misericordiae consequentio, uisio Dei, & filiatio Dei. Septem uirtutes sunt contra septem uicia, uidelicet, paupertas spiritus contra superbiam, siue inanem gloriam: mansuetudo, contra iram: iustus, contra inuidiam: sitis iustitiae, contra acediam, misericordia, contra auaritia: munditia cordis, contra gulam: denique pax, contra luxuriam. Homo ergo agrotus, Deus medicus, uicia languores, petitiones planctus, dona antidota, uirtutes sanitates, beatitudines felicitates & gaudia, petitiones dona, donis uirtutes, uirtutibus beatitudines obiciuntur, & uicia excluduntur. Sanctificetur nomen tuum. Petitio Sanctificatio, donum sapientia, uirtus pax, beatitudo filiatio Dei & uitium contra quod luxuria. Sanctificetur nomen tuum. Nomen Dei inuenimus in scriptura tripliciter, scilicet, terribile, iuxta illud Deuteronom. Nisi timueritis nomen eius gloriosum, & terribile, hoc est, Dominum Deum tuum, augebit Dominus plagas tuas.

Deut. 28.

Pfal. 8. Admirabile, teste Dauid, qui ait Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra, &c. Laudabile, ipso et Dauid alibi dicente. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini &c. Est ergo nomen Dei terribile, quantum ad potentiam, quae attribuitur Patri: est admirabile quantum ad sapientiam, quae attribuitur filio: est denique laudabile, quantum ad bonitatem, quae attribuitur Spiritui sancto. Sanctificatur ergo, id est, in nobis firmatur. Nomen tuum terribile, in cognitione summæ potestatis: admirabile, in cognitione primæ ueritatis: & laudabile, in cognitione summæ bonitatis. Dicit ergo, Sanctificetur nomen tuum, quasi diceret, da nobis spiritum sapientiae, id est, iucunditatem internam, ut gustemus quam suauis es, & hoc generet in nobis pacem, & hoc contra luxuriam: quia dicit Propheta. Non est pax oculibus meis, a facie peccatorum meorum. Adueniat regnum tuum. Petitio aduentus regni, donum intellectus, Virtus munditia cordis, beatitudo uisio Dei, & uitium contra quod gula. Adueniat regnum tuum. Regnum Dei dicitur militans Ecclesia, ut habetur in Matth. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Dicitur etiam regnum Dei, doctrina euangelicæ dicente Luca. Lex & Prophetæ usque ad Ioannem, & ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud uim facit. Dicitur denique regnum Dei, beatitudo æterna, dicente ubi supra Matth. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. De hoc præcipue accipitur, quod hic dicitur, licet non incongrue de alijs accipi possit. Dicit ergo, Adueniat regnum tuum: quasi diceret. Da nobis spiritum intellectus, quod mundati corde, intelligamus te in presenti regnare per fidem, ut in futuro uideamus te regnare per speciem: & hoc est contra gulam, de qua dicitur. Vinum & ebrietas auferunt cor. Fiat uoluntas tua, Petitio, uoluntatem Dei fieri, donum consilii, uirtus misericordia, beatitudo, misericordiae consequutio, uitium contra quod auaritia. Voluntas Dei est ad tria, nempe ad creationem, ut dicitur in Psal. Omnia quaecumque uoluit fecit, Ad gratificationem, dicente Paul. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. Et ad glorificationem, teste Domino, qui ait. Hæc est uoluntas patris mei, qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam. Est ergo uoluntas Dei, Creans, gratificans (de qua hic accipitur) & glorificans. Dicit ergo, Fiat uoluntas tua, quasi dicat. Da nobis spiritum consilij, ut faciamus uoluntatem tuam, maxime misericordiam, quae perimit auaritiam, quatenus misericordiam consequimur. Secundum illud. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sicut enim auaritia consistit in acquirendo, & retinendo, ita misericordia in dando & dimittendo. Quid autem prodest sapius dicere, Eiat uoluntas tua, & nolle iuuare? Vult Deus

apud te esse pauperes, ut per eos salueris & corpore & anima. Cum enim de fuerunt uasa, sterit oleum, Vos uenitis uoluntatem frangendo. Panem nostrum quotidianum. Petio, Panem dari, donum fortitudo, uirtus esurietis iustitiae, beatitudo saturitas, uitium contra quod acedia. Panem nostrum &c. Est panis tripliciter, scilicet, Corporalis, ut dicitur in Gene. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Est etiam sacramentalis, ut dicit Apostolus. Quicumque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indigne &c. Est denique panis iste æternalis, iuxta illud. Ego sum panis uiuus: & ille præcipue dicitur substantialis. Et Hieron. inquit. Super substantia istis panis est, qui dicit. Ego sum panis uiuus. Qui uidelicet uniuersas superat creaturas. Licet autem sint multi panes mystici, de his tamen tribus exponunt doctores, quod hic dicitur. Vnde Augustinus. Panis quotidianus dicitur, uel necessaria huius uita, uel sacramentum corporis Christi. Oportet ergo, ut coniuncte omnia ista tria accipiantur, ut scilicet panem quotidianum petamus, simul & necessaria corpori, & sacramentum uisibile, & inuisibile uerbum Dei. Vnde de his tribus potest accipi quod dicitur. Amice comoda mihi tres panes. Primus ergo panis est ad corporis sustentationem, secundus in uia ad animæ refectionem, & tertius in patria ad æternam fruitionem, Dicit ergo, Panem nostrum substantialem &c. quasi dicat, da nobis spiritum fortitudinis, qui multiplici pane roborat animam, ne deficiamus in presenti esuriendo iustitiam, per quam expellentes accediam, plena iustitia saturabimur in futuro, Secundum illud: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Dimitte nobis debita nostra. Petitio, dimitti debita, donum scientia, uirtus lucet, beatitudo consolatio, uitium contra quod inuidia. Dimitte nobis debita nostra, est debitum offensæ, Domino attestante, qui ait. Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, &c. Est debitum bonæ uitæ, iuxta illud. Cum feceritis omnia, quae præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Est etiam debitum pecuniæ, nã ait Salomon. Noli esse cum his, qui desigunt manus suas, & qui uades se offerunt pro debitis. Agitur autem hic de debito offensæ, non pecuniæ. Debitum primum, malum: secundum bonum & tertium indifferens. Dicit ergo, Dimitte nobis &c. quasi dicat. Da nobis donum, scientiam, & uirtutem, luctum quo tam nostra, quam aliena peccata cogitemus & desicemus, ut nobis debita nostra dimittas, & ita consolatione habeamus contra inuidiam, quæ facit hominẽ de alieno bono tabescere. Vnde uersus. Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Et ne nos inducas in tentationem. Petitio. Non induci in tentationem, donum pietas, uirtus mansuetudo, beatitudo possessio terræ, uitium contra quod ira.

Et ne

SERAPHICI DOCTORIS
SANCTI BONAVENTURAE,
TRACTATUS, QUI SPECVLVM
BEATAE MARIAE VIRGINIS
INTITVLATVR.

In Speculum Beatae Mariae Virginis Prologus.



NONIAM ut ait beatus Hieronymus. Nulli dubium est, quin totum ad gloriam & ad laudem pertineat Dei, quicquid digne genitrici suae impensum fuerit: id est ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, aliqua de laude & gloria gloriosissimæ matris eius promere cupiens, dulcissimam eiusdem matris salutationem pro materia assumere, dignum duxi. Sed certè ad hoc opus nimiam omnino fateor esse meam insufficientiam, propter nimiam materiam tantæ incomprehensibilitatis: propter nimiam scientiam meam tenuitatem, propter nimiam linguam meam ariditatem: propter nimiam uitam meam indignitatem, & propter nimiam personam laudandam laudem & laudabilitatem. Quis namque materiam illam incomprehensibilem esse dubitat, de qua sanctus Hieronimus. ea quae sequuntur dicere non dubitat? Quod natura non habuit, usus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlum: stupet terra, creatura etiam miratur omnis cœlestis, hoc totum est quod per Gabrielem Mariæ diuinitus nunciatur, & per Christum adimplet. Qua de causa, de tali tantaque me loqui indignum fateor. Itè quoniam scientia mea tenuissimam, & mens mea obscurissimam, dignas Mariæ laudes excogitare sufficit: cum in his ille illuminatae mentis Angelus deficiat: ait. n. sic. Lingua mihi deficit, quia mens mea non sufficit, Dña, Dña omnia intima mea sollicita sunt, ut tantorum beneficiorum tibi gratias exoluant. Sed nec cogitare possunt dignas, & pudet perferre non dignas. Beatus quoque Augustinus, Mariam alloquens ait. Quid dicam de te pauper ingenio, cum de te quicquid dixerò, minor laus est, quam dignitas tua mereat? Itè: Quo lingua mea rudissima, quo interpretatio tua mea aridissima: in enarrandis Mariæ laudibus non deficiat? cum ille disertissima lingua Augustinus dicat. Quid nos tantilli, quid actione pusilli in laudibus Mariæ referemus? cum omnium nostrum membra si in linguas uerterent, eam laudare nullus sufficere ualeat? Itè: Cum laus non sit speciosa in ore peccatoris: quo ego miser peccator homo, quo indignissime uitæ ego hominibus, laudes Mariæ audeam sonare? cum in his illi dignissima uitæ Hieronymum audiam trepidare? sic namque dicit. Timeo satis & ualde pertimesco, dum uestris cupio parere profectibus: ne forte sicut improbus, ita & indignus laudator inueniar: profectò cum nec sanctitas, nec faciundia suppetat, ut beatam & gloriosam uirginem digne laudare queam. Item: Ad quod aqua paucillam



mari addam? Ad quid modicum lapillum monti adiciam? sed certe cum Maria diuinis & angelicis laudibus nimium magnificata sit, quod nostra, quod proprie mea paruitas eius laudibus adiciere possit? Denique beatus Hieronimus de ipsa loquens ait. Ut verum fatear, quicquid humanis dici potest verbis, minus a laude caeli est, quam diuinis & angelicis est excellentius predicata & laudata personis, & a prophetis quidem pronuntiata, a patriarchis figuris & enigmatibus praesignata, ab euangelistis exhibita & monstrata, ab angelis uenerabiliter atque officiosissime salutata. Haec omnia diligenter pensata, primum lectorem, primumque auditorem mouere debent merito, ut ignoscat mihi, quicquid insufficientia, quicquid imperitia ei occurrerit in hoc scripto. Quia ego tam insufficientes, cedere ualerem, ea quae tante uirginis laudibus digna, tantaque uirginis calatoribus foret accommodata, cum in his ille tantus calator eius & laudator beatus Bernardus coarctetur, ait. n. sic. Non est quod me delectet magis, quam de gloria uirginis matris habere sermonem. Et causam huius subiungens ait. Tanto eam affectu deuotionis amplectuntur, honorant, suscipiunt (ut dignum est) uniuersi, ut licet de ea loqui geherat omnes, quicquid de indicibili eo ipso quo dici potuerit minus gratum sit, minus placeat, minus acceptetur. Horat tamen & consolatur me beatus Hieronimus dicens. Et si ad hoc nemo inuenit idoneus, uoris tantis oibus cessare non debet quilibet peccator a laudibus. Beatus etiam Augustinus loquens quomodo Dei filius matri suae fecunditate ueniedo attulit, & integritate nascendo non abstulit; post pauca sic itulit dicens. Tamen quippe donum Dei nec dari possumus, ad eius enarranda magnitudine paruuli, & tantum laudare compellimur, ne tacendo maneamus ingrati. Et certe uidua paupercula quae duo ara minuta Deo gratissima obtulit, non propter hoc offerre non debuit, quia magis offerre non ualuit, imo offerendo quod potuit, summo Deo placuit. Hinc est, quod ego pauper ingenio, imo pauper rimus tanta scientia eloquentia, hoc exiguum donum, hoc pauperculum scriptum ad honorem tantae Reginae offerre praesumpsi, ut in ipso tanquam in quodam obscuro speculo, simpliciores eiusdem Reginae amatores, qualis & quanta sit saltem tenuiter speculentur. Et quae idem scriptum ad istarum speculorum aliquantum representatum est uita & gratia & gloria Mariae, ideo non inconuenienter appellari potest speculum Mariae. Eia ergo benignissima Domina mea Maria, illud exiguum munus quod dat tibi pauper amicus, accipito placide. Te enim cum hoc munusculo, te cum hoc opusculo salutaris tuae saluto, te cum hoc opusculo salutemque dico. Aue Maria, &c.

Capitulum I.

Auemaria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui. Audi dulcissima uirgo Maria, audi noua, audi mira. Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam. Audi Gabrielis nuncium illum gloriosum. Audi fecundatio

nis tuae modum miraculosum, inclina aurem tuam ad consensum fructuosum, audi certe quod a Deo patre tibi annunciabit, uide quo filius Dei ex te incarnabit. Inclina aurem Spiritui sancto, qui intra te operabit. Quia ergo habes aures audiedi audi, & in principio audiendorum audi inauditam hanc salutationem, Aue Maria. Hoc nomen Maria, non a Gabriele, sed a fidelium deuotione & Spiritui sancti inspiratione interpositum est. Ultima quoque clausula uidelicet, & benedictus fructus uentris tui, non a Gabriele salutatae edita, sed ab Elisabeth prophetatae addita est. Dicamus ergo singuli, dicamus uniuersi: Aue Maria &c. O uere gratiosa & uenerabilis. O uere gloriosa & admirabilis saluatio, ut ait Beda, quae totum humanam consuetudinem inaudita, tantum Mariae dignitati est congrua. In hac dulcissima salutatione quinque dulcissimae sententiae ordinantur, in quibus quinque dulcissimae commendationes siue laudes uirginis insinuantur. O uere dulcis insinuatio. Insinuat namque in his quinque purissima, quae plenissima, quae tutissima, quae dignissima, quae utilissima fuerit uirgo beata Maria. Purissima (in qua) pro culpa carentiam. Plenissima, propter gratiam affluentiam. Tutissima, propter diuinam praesentiam. Dignissima, propter personae suae reuerentiam. Utilissima, propter proles suae excellentiam. Quam purissima, pro culpa carentiam fuerit Maria, bene insinuat, cum dicitur, gratia plena. Et uere plena & plus quam plena, sicut testatur Anselmus, deuotissime exclamans & dicens. O femina plena & super plena gratia, de cuius plenitudine exundantia respergit, sic renouat omnia creatura. Itaque turcissima per diuinam praesentiam fuerit Maria bene insinuat, cum dicitur, Dominus tecum. Merito Dominus praesente, Dominus tecum existente Maria specialiter tutissima est, quia Dominus pater, Dominus filius, Dominus spiritus sanctus sic secum est, quae ipsa ei specialiter familiarissima est, sicut pater pro beato Beronico sic dicit. Nec tantum Dominus filius tecum quem carne tua induisti, sed & Dominus spiritus sanctus de quo concipis, & Dominus pater qui genuit quem concipis. Itaque dignissima propter personae suae reuerentiam fuerit Maria, bene insinuat, cum dicitur, benedicta tu in mulieribus. Nequaquam enim persona eius posset non esse dignissima, quae tanta benedictione est reuerendissima. Unde iterum stupens, & exclamans dicit Anselmus. O uirgo benedicta & super benedicta, per cuius benedictionem benedicitur omnia creatura, non solum a creatore, sed creator eius posset non esse dignissima, quae sua excellentia fuerit Maria, bene insinuat, cum dicitur, & benedictus fructus uentris tui. Ad saluandum namque mundum

mundum per hoc utilissima fuit, quae ipsa fructum salutis excellentissimum, & potentissimum genuit, ideo idem deuotus eius Anselmus ait. Per fecunditatem tuam Domina, immundus peccator est iustificatus, damnatus saluatus, & exul reductus, partus enim tuus Dominum omnia mundum captiuum redemit, agrum sanauit, mortuum suscitauit. Uideris charissimi ergo, quomodo Maria propter culpae carentiam, & immunitatem, merito per Aue salutatur, propter gratiam affluentiam, & immensitatem, merito gratia plena commemoratur, propter diuinam praesentiam & familiaritatem, merito Dominus tecum insinuat, propter personae suae reuerentiam, & dignitatem, merito benedicta in mulieribus nunciatur, propter proles suae excellentiam & utilitatem, merito benedictus fructus uentris sui proclamatur. De his autem singulis secundum ordinem uideamus.

Capitulum II.

Aue Maria gratia plena, &c. Verbum bonum, & suauis, personemus illud aue, quo initiata est nostra redemptio ab aeterno uero. Personemus (inquam) singuli, personemus deuotissime uniuersi dicentes. Aue Maria, aue, & aue, & iterum aue, & millies aue. Ecce charissimi sicut si praedictum est, sanctissima uirgo Maria propter omnimodam culpae carentiam, & immunitatem propter omnimodam uitae innocentiam & puritatem, merito ei in principio salutationis Aue dicitur. Aue utique, & absque uero. Considerandum autem est, quod triplex est uero, a quo immunissima fuit ista, cui dictum est Aue. Est autem uero culpa, uero miseria, & uero gehena. Est autem uero culpa actualis, uero miseria originalis, & uero poenae gehenalis. De his tribus uero non incongrue intelligimus, quod in Apocalypsi legitur. Audiuimus (inquit Ioannes) uocem unius Aquilae uolantis per medium caelum, dicentis uoce magna. Uero, uero, uero, habitantibus in terra. Sed ecce quolibet istorum trium uero multiplicatur, heu pro tria uero, ut sic simul sint nouem uero, contra quae Mariae reuera dicitur. Aue. Nam tria culpa, tria miseria, tria gehena sunt uero, pro quorum carentia, ipsa merito salutatur per Aue. Primum igitur charissimum considerandum est, quod triplex est uero culpa, uidelicet uero culpa cordis, uero culpa oris, & uero culpa operis. De his tribus uero etiam dici potest. Uero, uero, uero habitantibus in terra. Uero ergo peccatoribus pro culpa cordis, sicut dicitur in Isaia. Uero qui profundi estis corde, ut a Domino abscondatis conscientiam, &c. Uero certe profundis corde ad malum, quia profunda corda malorum, sunt profunda fentinae Diabolorum, & profunda sepulchra plena foetoribus uitiorum. Uero ergo eis, ut dicitur in Mattheo. Uero nobis Scribae & Pharisei hypocritae, qui similes estis sepulchris dealbatis, quae foris apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. O quam longe ab isto uero fuit innocentissimum cor Mariae, teste

Bernardo, qui ait. Proprium delictum Mariae non habuit, & ab innocentissimo corde eius etiam penitentia longe fuit. Unde ergo cor Mariae penitere debuit, cum nunquam dignum aliquid penitentiae admisit? Ideoque mundissimum cor eius non fuit fentinae Diaboli, non fuit sepulchrum uitij, immo fuit hortus & paradysus spiritus sancti. Iuxta illud Cantici. Hortus conclusus soror mea sponsa. Hortus (ut ait Hieronymus) hortus deliciarum, in quo coepta sunt uniuersa florum genera, & odoramenta uirtutum. Quia ergo Maria tam longe fuit ab isto uero, ideo merito dictum est ei: Aue. Item uero peccatoribus pro culpa oris, sicut dicitur in Isaia. Uero qui dicitis malum bonum, & bonum malum. Uero his, & uero omnibus, qui ore peccant, sicut in Psalmo dicitur. Venenum aspidum sub labijs eorum. O quam longe ab isto uero fuit sanctissimum os Mariae. Unde beatus Ambrosius dicit. Nihil toruum in oculis Mariae, nihil in uerbis, & nihil in actu uerecundum fuit. In ore igitur Mariae non fuit sel, & uenenum Diaboli, sed mel & lac, spiritus sancti. Iuxta illud Cantici. Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua. Nonne Maria mundissimum lac habuit sub lingua, quae castissimum illud uerbum ait. Quomodo fieri istud? Nonne etiam Maria dulcissimum mel sub lingua habuit, quae illud mellissimum uerbum dixit. Ecce ancilla Domini? Quia ergo a Maria tam longe fuit oris, uero, ideo merito dictum est ei: Aue. Item uero peccatoribus pro culpa operis, sicut dicitur in Ecclesiastico. Uero duplici corde, & labijs scelestis, & manibus male facientibus. Uero duplici corde, pro culpa cordis, uero labijs scelestis, pro culpa oris, uero manibus male facientibus, pro culpa operis. O quam longe a tali uero fuit omne opus, & omnis uita Mariae, propter quod Bernardus ait. Deicit Regina uirginum, singularis priuilegio sanctitatis absque omni peccato ducere uitam, ut dum peccati mortis pareret peremptorem, munus uitae & iustitiae omnibus obtineret. Nota, nec corde, nec ore, nec opere maculam peccati habuit, nec contraxit, ut uere ei Dominus dicere posset. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Sicut ergo innocentissima & sanctissima Maria corde fuit absque uero, ore absque uero, opere absque uero, & ideo dictum est ei: Aue. Secundum charissimi considerandum est, quod Maria immunis fuit non solum a triplici uero culpa actualis, sed etiam a triplici uero originalis miseria, uidelicet a uero miseria nascendum, a uero miseria parientium, & a uero miseria morientium. Uero miseria nascendum, est uero fomitibus nascentes infirmantis, & uero miseria parientium, est uero doloris parentes cruciantes, uero miseria morientium, est uero resolutionis morientes incinerantis. De his tribus uero dici potest. Uero, uero habitantibus in terra. Uero ergo miseria nascendum, est uero fomitibus nobis innati, quod secundum originale corruptionem tam infirmum ad bonum, & tam pronum ad malum sumus, quod quilibet cum fomite natus, quilibet per fomitem infirmus

Bea uirgo immunis fuit a triplici uero.

Apoc. 8.

Bea Maria immunis fuit ab omni peccato cordis, oris, & operis.

Mat. 23.

Cant. 4.

Isa. 5.

Psal. 13.

Can. 4.

Eccle. 2.

Nota.

Apoc. 8.



firmus & plagatus, dicere potest illud Hieremiae. Vt mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego aut dixi. Plane haec infirmitas mea est, & ego portabo illam. Sed heu, non solum inest nascentibus uae infirmitatis & miseriae, aduersos ad peccatum inclinantis, sed etiam uae foeditatis & culpe, paruulos ad iram obligantis. De qua Apostolus ait. Omnes nascimur filij irae. O q̄ immunis ab isto uae nascentium fuit sanctissima natiuitas Mariae, quae non solum ab originali culpa, sed etiam a fomitis miseria in quantum ad peccatum ductius erat, sic liberata creditur per sanctificationem in utero, ut nunquam ad peccatum inclinata fuerit in hoc mundo: recte Bernardo, qui ait. Puto q̄ copiosior gratia sanctificationis in ipsam descendit, quae non solum ortum eius sanctificauit, sed etiam uitam deinceps ab omni peccato custodierit immunem. Quia ergo natiuitas Mariae tam longè fuit ab isto uae, ideò merito ei dictum est: Aue. Item uae miseriae parientium, est illud originalis maledictionis uae, de quo dictum est Eua. In dolore paries filios, &c. De hoc uae plerisq; pregnantibus dici potest generaliter qd̄ Dñs de quibusdam pregnantibus dicit specialiter. Vae aut pregnantibus & nutrientibus in illis diebus. O q̄ immunis ab isto uae fuit pragnans, & pariens uterus Mariae: Augustino teste qui ait. O q̄ beata mater ista est, quae sine contaminatione concepit, & sine dolore peperit medicinam. Quia ergo Maria tam longè fuit ab isto parientium uae, ideò merito dictum est ei: Aue. Item miseriae uae morientium, est uae incinerationis, quod homini iniunctum est, qn̄ peccanti dictum est. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Vnde tam de uae morientium, q̄ de uae nascentium, bene intelligi potest quod dicitur in Eccle. Vae uobis uiri impij, qui dereliquistis legem Dñi altissimi. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini, & si mortui fueritis, in maledictione pars uestra erit. Certè tam pij, q̄ impij nascuntur in maledictione fomitis, & mortui erunt in maledictione pulueris: & tñ solis impijs uae utriusq; maledictionis non inconuenienter hic inculcatur, eo qd̄ ipsi & fomes periculosior, & incineratio odiosior esse uideatur. Deniq; iniustus miseria fomitis nocuior, & memoria incinerationis amarior est q̄ iustus. O q̄ longè ab isto incinerationis uae fuit (ut credimus) corpus Mariae sanctissimum: hoc n. corpus est arca sanctissima Dei, quam decuit non putrescere, sed ad instar filij sui ante omnem putrefactionem suscipi. Vnde tam de filio, q̄ de matre notabiliter, ait Propheta. Surge Dñe in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuae. Haec arca de lignis imputribilibus facta est, quia caro Mariae nequaquam (ut credimus) putrefacta est. Ideoq; bene beatus Augustinus ait. Tam praclarum thesaurum dignius est caelum seruare q̄ terram, tantaque integritate merito incorruptibilitas, non putredinis ulla resolutio sequitur. Si ergo Maria eo modo quo dictum est, longè fuit a nascentium uae,

Ephe. 2.

Mat. 24.

Eccle. 47.

Corp^o bte uirginis surrexit gloriosum Psal. 132.

3. 201

longè fuit etiam a morientium uae, & ideò merito ei dictum est: Aue. Tertio charissimi considerandum est, qd̄ Maria immunis fuit non solum a triplici uae culpa actualis: non solum a triplici uae miseriae originalis, sed etiam a triplici poena gehennali. Hoc triplex uae consistit in poenarum magnitudine, multitudine, & longitudine. Vae ergo damnatis, pariter & damnandis, uae (inquam) propter magnitudinem, uae propter multitudinem, uae propter longitudinem tormentorum. De his etiam tribus uae dici potest. Vae, uae, uae, habitantibus in terra. Vae ergo gehennae consistit in poenarum magnitudine. De hoc uae dicitur in Ezech. Vae ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. Ciuitas sanguinum, est collectio impiorum, cuius grandis erit pyra, in grandi concrematione damnatorum. O q̄ longè ab isto uae gradi magnitudinis poenae fuit grandis magnitudo gratiae & gloriae Mariae, cui contra grandem damnandorum poenam infernorum, etiam Deus preparauerat grandem gloriam in caelo, ut sicut fuit grandis in merito, ita etiam grandis esset in premio. Vnde ipse est thronus ille grandis, de quo dicitur. Fecit Rex Salomon thronum de ebo re grandem. Thronus uero Salomonis est Maria, gradis omnino in gratia & in gloria. Propter qd̄ bene beatus Bern. ait. Quantum gratiae Maria in terris adepta est praeter ceteris, tantum in caelis obtinuit gloriae singularis. Quia ergo Maria tam longè fuit ab isto uae, ideò merito ei dictum est Aue. Item uae gehennae consistit non solum in poenae magnitudine, sed etiam in poenarum multitudine. Vnde in Isa. dicitur. Vae animae eorum, quia reddita sunt eis mala. Pluraliter dicit mala, quia plura: immò plurima mala malis redduntur in gehenna. O q̄ longè ab isto uae multitudinis tormentorum, fuit in Maria multitudine meritorum, & praemiorum, cui contra multa damnatorum mala in inferno, iam Deus preparauerat multa bona in caelo: ita ut nullus Angelus, nullus sanctorum ei equari possit, in multitudine & congregatione bonorum caelestium. Iuxta illud Prou. Multae filiae congregauerunt diuitias, tu sola supergressa es uniuersas. Si filias istas intelligamus sanctas animas, uel intelligentias Angelicas, nuquid non supergressa est diuitias uirginum, Confessorum, Martyrum, Apostolorum, Prophetarum, Patriarcharum, & Angelorum? cum ipsa sit primitiua uirginum, speculum Confessorum, rosa Martyrum, registrum Apostolorum, oraculum Prophetarum, filia Patriarcharum, regina Angelorum? Quid enim de diuitijs omnium horum defuit? Hieronymus enim ait. Mariam si diligentius aspicias, nihil uirtutis est, nihil speciositatis, nihil candoris & gloriae quod in ea non refulgeat. Quia ergo Maria tam longè fuit a praedicto uae gehennae, ideò merito dictum est ei Aue. Item uae gehennae non solum in magnitudine, non solum in multitudine, sed etiam in longitudine, siue perpetuitate poenarum consistit. Vnde in canonica

Exe. 30

3. Reg. Beata Mariae uae uae uae

Luc. 1.

Quid significat uae uae uae

3. 201

Eccle. 1.

3. 201

Inde. nonica Iudae dicitur. Vt illis qui in uia Cayn abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Chorae perierunt. Et post pauca sequitur. Quibus procella tenebrarum conferta est in aeternum. Nota, qd̄ dicit in aeternum, & pensa quanta sit illa poenarum & tenebrarum longitudo, quae finem non accipit in aeternum. O q̄ longissime ab isto longissimo gehennae uae, fuit longitudo gloriae Mariae, cui contra aeternas tenebras in inferno, iam Dñs preparauerat aeternam lucem in caelo, ut sicut anima peccatrix sedes Diaboli est mirabiliter tenebrosa in aeternum, ita Maria mediatrix sedes Christi mirabiliter luminosa est in aeternum, iuxta illud Psal. Thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in aeternum. Sic ergo beatissima uirgo Maria longè fuit a triplici uae gehennae: immò longè fuit a praedictis nouem uae, & ideò merito ei dictum est Aue. Nos ergo charissimi omnes ei dicamus aue, omnesq; oremus, ut propter suum dulcissimum autem nos oret liberari ab omni uae. Per dñm nostrum Iesum Christum filium suum.

Mal. 3.

Capitulum. I I I.

Ave Maria. Hoc nomen, sicut dictum est supra, non Angelus, sed deuotio fidelium interposuit. De hoc beatus Euangelista Lucas signanter ait. Nomen uirginis Mariae. Hoc nomen sanctissimum, nomen dulcissimum, nomen dignissimum, tam sanctissimum, tam dulcissimum uirgini, tam dignissimum uirgini conuenientissimum est inpositum. Maria enim amarum mare, Maria est stella maris, & Maria illuminata, uel illuminatrix, Maria domina interpretatur. Maria autem est mare amarum demonibus, & stella maris hominibus, & illuminata, uel illuminatrix Angelicis spiritibus: Domina creaturis omnibus, Maria (inquam) demonibus est mare amarum spiritualiter, & Maria hominibus est stella maris officialiter, & Maria Angelis illuminatrix est aeternaliter, & Maria creaturis omnibus est Domina uniuersaliter. Considerandum ergo est, qd̄ Maria interpretatur amarum mare: hoc optime ei competit contra Diabolū. Sed nota, quomodo Maria sit mare, & quomodo sit amara, & quomodo simul sit amarum mare. Maria est mare gratiae affluendo, & Maria est amara filio compatendo, & Maria est amarum mare Diabolum submergendo, Maria utiq; est mare, per affluentem Spiritus sancti repletionem. Maria est amara, per affluentem filij sui passionem. Maria est mare amarum, per submergentem Diaboli suffocationem. Primo considera charissime, qd̄ Maria dicitur mare, propter affluentiam & copiam gratiarum. Vnde scriptum est in Ecclesiaste. Omnia flumina intrant in mare. Flumina sunt charismata Spiritus sancti. Vnde Ioannes dicit. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uivae. Hoc autem dixit de

spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Omnia ergo flumina intrant in mare, dum omnia charismata sanctorum intrant in Mariam. Flumen n. gratiae Angelorum intrat in Mariam, & flumen gratiae Apostolorum intrat in Mariam, & flumen gratiae Martyrum intrat in Mariam, & flumen gratiae Confessorum intrat in Mariam: flumen gratiae uirginum intrat in Mariam. Omnia flumina intrant in mare, id est omnes gratiae intrant in Mariam. Vnde ipsa optime dicere potest illud Ecclesiasti. In me omnis gratia uiae, & ueritatis, & in me omnis spes uitae & uirtutis. Quid mirum si omnis gratia in Maria confluit, per quam tanta gratia ad omnes defluit? Ait enim beatus Augustinus. Gratia es plena Maria, quam apud Dominum inuenisti, & hanc per totum mundum effundere meruisti. Secundo considera charissime, qd̄ Maria in passione filij sui ualde amara fuit, quando sua ipsius animam gladius pertransiuit. Vnde ipsa bene potuit dicere illud Ruth. Non uocetis me Noemi, id est pulchram, sed uocate me Maria, id est amaram, quia amaritudine ualde repleuit me omnipotens. Amara fuit Noemi, quia duo filij sui fuerunt mortui. Noemi pulchra & amara, signat Mariam, pulchram quidem per Spiritus sancti sanctificationem, amaram uero per filij sui passionem. Duo autem filij Mariae sunt homo Deus, & homo purus unius enim corporaliter, alterius spiritualiter mater est Maria. Vnde beatus Bernardus ait. Tu mater Regis, tu mater exulis, tu mater Dei, tu mater iudicis, & tu mater Dei & hominis, cum mater sis utriusq; discordia inter filios tuos nequis sustinere. Ideo exclamans Anselmus ait. O beata fiducia, o tutum refugium mater Dei, & mater nostra. Isti duo filij Mariae ambo mortui fuerunt in passione: unus in corpore, alius mente: unus crucis acerbitate, alter mentis infidelitate. Et ideò uiscera Mariae ualde repleta fuerunt amaritudine, sicut sanctus Augustinus testatur, dicens. Illa (inquit) pia mater immani dolore eiulans, pectora debilitata contundens, ita ipsius uiscera omniaq; membra fatigauerat, ut incessu deficiens, uix peruenire potuisset ad Christi funus. Vides modò quomodo Maria sit mare Spiritus sancti. Vides secundo, quomodo ipsa sit amara pro morte filij sui. Tertio considera charissime, qd̄ Maria est mare amarum Diabolo, & Angelis eius per ipsam oppressis, quemadmodum mare rubrum amarum fuit Aegyptijs in ipso submersis, de quibus habetur in Exodo. Rediit super eos Dominus aquas maris. O quam amarum & timendum est hoc mare Aegyptijs. O quam amara & timenda est haec Maria demonibus. Vnde beatus Bernardus. Non sicut timent hostes uisibiles quasi castrorum multitudinem copiosam, sicut aereae potestates Mariae uocabulum, patrocinium & exemplum, fluunt & pereunt sicut cera a facie ignis, ubicuq; inue-

Eccle. 24.

Ruth. 1.

Exod. 15.



inueniunt crebram huius nominis recordationem, de quotam inuocationem, sollicitam imitationem. Sic ergo uides charissime, quomodo Maria est mare per affluentia suae repletionis, quomodo Maria est mare per uehementiam Dominicae passionis, & quomodo Maria est mare amarum per potentiam Diabolicae submersio- nis. Consequenter considerandum est, quomodo Maria interpretatur stella maris. Hoc optime conuenit Mariae, quae gerit officium stellae marinae. Legitur enim, & uerum est, quod nautarum mos est, ut cum in aliquam terram navigare disponunt, unum sydus eligunt, cuius signo luce radiante, in eam quam desiderant partem pos- sunt sine errore adduci. Tale certe officium est stella nostrae Mariae, quae nauigantes per mare mundi in nauis innocentiae, uel poenitentiae, diri- git ad littus caelestis patriae. Propter hoc bene Innocentius ait sic. Quibus auxilijs possunt na- ues inter tot pericula pertransire usque ad littus patriae? Certe (inquit) per duo, scilicet per lignum & stellam, id est per fidem crucis, & per uirtutem lucis, quam peperit nobis Maria maris stella. Be- ne autem Maria stella maris comparatur, pro- pter puritatem, propter radiositatem & propter utilitatem: Maria enim est stella purissima, stella radiosissima, & stella utilissima. Maria est stella purissima purissimae uiuendo, & Ma- ria est stella radiosissima, radium aeternum pa- riendo. Maria est utilissima, ad littus patriae dirigendo. Primo ergo considera charissime, quod Maria est stella purissima, sine pecca- to purissime uiuendo. Unde de ea dici potest illud Sap. Est enim haec speciosior Sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci compara- ta inuenitur purior. Quidam legunt hic prior, quidam purior, utranque uero stella nostrae com- petit. Maria enim est prior, id est potior siue di- gnior. Maria etiam purior est Sole, & stellis, & luce, quia tam dignitate, quam puritate, Solus, & stellae, & omnem lucem superat corporalem, immo etiam spirituales, id est Angelicam crea- turam. De qua dicitur. Diuisit Deus lucem a te- nebris, id est Angelos stantes a cadentibus. Hac utique luce Angelica prior, & purior est Maria. Prior dignitate, & purior sanctitate. Unde An- selmus exclamans ait. O benedicta super mulie- res, quae Angelos uincis puritate, sanctos superas pietate. Vides modò quomodo Maria sit stella purissima purissime uiuendo. Secundò conside- ra charissime, quomodo Maria est stella radiosissima, radium aeternum emittendo, & Dei filium pariendo. Ipsa enim est stella, de qua dicitur in Numeris. Orietur stella ex Jacob, & consurgit uirga de Israel, & c. Virga ista est Dei filius, qui stella nos- tra Mariae ex radius. Radius utique, de quo ca- tatur. Sicut sydus radium, & c. De quo etiam bea- tus Bernardus ait, Mec sydus radii suam mi- nuit claritatem, nec uirgini filius suam uirgini- tatem. O uere beatissima, o uere radiosissima.

Maria est stella maris.

Innocen.

Sap. 7.

Gen. 1.

Num. 24.

stella Maria: cuius radius non solum mundum immo etiam caelum, & non solum caelum, immo etiam infernum penetrauit, sicut beatus Bern- scribens ait. Ipsa est praecleara & eximia stella ex Jacob orta, cuius radius uniuersum orbem il- luminat, cuius splendor etiam in saepenis praefulget, & interos penetrat. Vides modo quo- modo Maria est stella purissima, purissime ui- uendo, uides secundo, quomodo Maria sit stel- la radiosissima, filium Dei pariendo. Tertio considera charissime, quod Maria est stella uti- lissima nos ad patriam caelestem dirigendo, im- mo ducendo nos per mare hulus saeculi ad gra- tiam filij sui, tanquam ad portum paradisi. Un- de ipse est stella illa clarissime fulgens, tres Ma- gos ad Christum rectissime ducens. Maria cer- te est stella, quae in saeculis praesentis uita ualde est necessaria. Unde Bernardus dicit. Ne auertas oculos tuos a fulgore huius syderis, si non uis obrui procellis. Idem. Si insurgunt uenti ten- tationum, si incurris scopulos tribulationum, respice stellam, uoca Mariam. Igitur charissime ne in mari huius mundi demergaris, stellam se- quaris, Mariam imiteris. Securissimum enim est ipsam sequi, sicut idem beatus Bernardus testa- tur, dicens. Ipsam sequens non deuias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propicia peruenis, & sic in temetipso experis, quam me- rito dictum sit, & nomen uirginis Maria. Sic er- go uides, quomodo Maria est stella purissima a peccato, stella radiosissima in filio, & stella uti- lissima in mundo. His uisis considerandum est, quomodo Maria etiam interpretatur illuminata, uel il- luminatrix. Hoc similiter competit tantae uirgi- ni, quae mirabiliter illuminata est per praesentiam Domini: iuxta illud Apoc. Vidi Angelum alium descendentem de caelo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est a gloria eius. Fi- lius Dei est Angelus magni consilij: terra uero a gloria Dei illuminata est Maria, quae sicut il- luminata fuit a gratia eius in mundo, ita nunc illuminata est a gloria eius in caelo, ut sic il- luminata, fieret illuminatrix in mundo & in caelo. Propter quod considerandum est, quomodo Maria il- luminata, illuminatrix est per exempla, per bene- facta, & per praemia: illuminatrix per exempla ui- tae suae, illuminatrix per beneficia misericordiae suae, illuminatrix est Maria per praemia gloriae suae. Primo ergo considera charissime, quomodo Maria est illuminatrix plurimorum per exempla luci- dissimae uitae suae. Ipsa est cuius uita gloriosa lu- cem dedit saeculo, ipsa est cuius uita inelyta cu- ctas illustrat Ecclesias. Ipsa enim est lucerna Ec- clesiae ad hoc illuminata a Deo, ut per ipsam co- tra tenebras mundi illuminaretur Ecclesia. Oret ergo Ecclesia, oret fidelis anima, & dicat. Quo- niam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Hanc uere lucer- ait.

Maria est illuminata ex illa minatione. Apoc.

Psal. 117.

nam Dominus illuminauit plenissime, & per hanc illuminationem tenebras animarum nostrarum fugat & fugauit. Hoc bene sciens Bernardus ait. O Maria tu uirtutum tibi inditarum ma- gnificis exemplis ad imitationem tui nos pro- uocas, sicque noctem nostram illuminas, qui enim uas tuas infectatus fuerit, non ambulat in tene- bris, sed habet lucem uitae. Vides modò quo- modo Maria est illuminatrix mundi per exem- pla lucidissimae uitae suae. Secundò considera, quomodo Maria est illuminatrix per beneficia lucidissimae misericordiae suae: per quam multi in nocte hu- ius saeculi illuminati sunt spiritualiter, sicut qua- doque filij Israel per columnam ignis illumina- ti fuerunt corporaliter. Iuxta illud Psalm. De- duxit eos in nube, & c. Maria nobis est colum- na nobis, quia tanquam nubes protegit ab aestu Diuinae indignationis: protegit etiam ab aestu diabolicae tentationis: sicut iterum dicitur in Psalm. Expandit nubem, & c. Maria quoque co- lumna ignis est, illuminans nos, immo illumi- nans mundum multis misericordiae suae benefi- cijs. Quid nos miseri, nos obtenebrati, quid in nocte huius saeculi faceremus, si tam lucidam lucernam si tam luminosam columnam non ha- beremus: quid enim totus mundus ualeret, si so- lem non haberet? Propter hoc bene beatus Bern- ardus ait. Tolle corpus hoc solate, quod illumi- nat mundum, ubi dies? Tolle Mariam hanc ma- ris stellam, quid nisi caligo inuoluens, umbra mortis, ac densissima tenebrae relinquuntur? Vi- des modò quomodo Maria est illuminatrix, per lucidissimam uitam: uides secundo quomodo Maria est illuminatrix per lucidissimam miseri- cordiam suam. Tertio considera charissime, quomodo Maria etiam est illuminatrix per lucidissimam gloriam suam, quae per omnia illuminat caelum sicut Sol mundi. Iuxta illud Eccl. Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius. Sol illuminans est Maria, quae est pul- chra ut Luna, electa ut Sol: pulchra ut Luna per gratiam, electa ut Sol per gloriam. Gloria enim Domini plenum est opus eius. Opus Domini excellentissimum est Maria. Hoc opus sicut ple- num fuit gratia Domini in mundo, sic plenum est gloria Domini in caelo. Sic ergo illuminans: Maria in gloria sua rutilans per omnia respicit: quia per omnes Angelos, & per omnes Sanctos, gloriae suae illuminationem extendit. Quid mi- rum si Mariae praesentia totum illuminat caelum: quae etiam totam illustrat orbem? Ait enim Bern- ardus. Mariae praesentia totus illustratur orbis, & ipsa iam caelestis patria clarius rutilat uirgi- nea lampadis irradiata fulgore. Sic ergo uides quomodo Maria illuminatrix est per uitam suam lucidissimam, quomodo illuminatrix per glo- riam suam fulgidissimam est Maria. Post praedicta omnia considerandum est, quod Maria interpretatur Domina. Hoc quoque optime

Psal. 77.

Psal. 104.

Eccl. 42.

competit tantae imperatrici, quae reuera Do- mina est caelestium, terrestrium, & infernarum. Domina (inquam) Angelorum, Domina hominum, Domina Daemonum, Domina utriusque in caelo, Domina in mundo, Domina in inter- no. Primo considera charissime, quod Maria est Domina Angelorum, ipsa enim signata est in Domina Ester Regina, de qua legitur, quod su- per unam famulam suam delitiose initebatur, altera autem famularum sequebatur Dominam, defluentia in humum uestimenta sustentans. Per Dominam Ester Regiam, intellige Mariam Re- ginam: duae famulae quarum Domina est Regina, Maria, sunt Angelica & humana creatura. O quantum gaudendum est nobis miseris homini- bus, quod Angeli Dominum & Dominam ha- bent ex hominibus. Verissime enim Angelorum Domina est Maria. Unde Augustinus ipsam al- loquens, ait. Si te caelum uocem, altior es, si ma- trem gentium dicam praecedis: si Domina An- gelorum nomen, per omnia esse comprobabis, si formam Dei appellem, digna existis. Anima ne- ro humana est famula, quae Dominam suam Ma- riam sequitur in mundo. Sequitur certe colli- gens uestimenta Domine, scilicet colligens uir- tutes & exempla Mariae. Intelligentia uero An- gelica est famula, super quam Domina sua Ma- ria innititur in caelo. Innititur certe tanquam familiarissima se Angelis sociando, innititur etiam tanquam delicatissima in Angelis deli- tiando: innititur quoque tanquam plenissima se cum sua plenitudine Angelis communicando, innititur insuper tanquam potentissima An- gelis imperando. Omnibus enim Angelis Ma- ria innititur suo imperio. Unde Augustinus ait, Michael dux & princeps militiae caelestis cum om- nibus spiritibus administratorijs, tuis uirgo pa- ret praecipis, in defendendis in corpore, & in suscipiendis de corpore animabus fidelium, spe- cialiter tibi Domina & die ac nocte se tibi com- mendantium. Vides modò, quomodo Maria est Domina Angelorum in caelo. Secundò conside- ra charissime, quod Maria est Domina ho- minum in mundo. De hac Domina in Psalm. di- citur. Sicut oculi ancillae in manibus Dominae suae, & c. Ancilla Dominae Mariae est quaelibet anima fidelis, immo etiam Ecclesia uniuersalis. Oculi huius ancillae in manibus Dominae suae, semper debent esse, quia oculi Ecclesiae, oculi omnium nostrum ad manus Mariae semper de- bent respicere, ut per manus eius aliquid boni accipiamus, & per manus eius quicquid boni agimus Domino offeramus. Per manus enim huius Dominae habemus quicquid boni posside- mus, testante beato Bernardo, qui ait. Nihil nos Deus habere uoluit, quod per Mariae manus non transiret. Per manus quoque huius Dominae of- ferre Deo debemus, quicquid boni egerimus, quemadmodum beatus Bernardus hortatur di- cens.

Maria caelestium, terrestrium & infernarum Domina.

Ester. 15.

Psal. 122.



ens. Modicum illud quod offerre desideras, gratissimis illis & omni acceptione dignissimis Maria manibus tradere cura, si non uis sustinere repulsam. Bene nobis charissimi, bene nobis, quod talem Dominam habemus, quae manus tam liberales habet ad nos, & tam praepotens est apud filium super nos, ut securi ad ipsam confugere possimus omnes nos. Unde deuotissimus Anselmus ait. Domina magna cui gratias agit contio lata iustorum, ad quam territa fugit turba reorum: ad te praepotens & misericors Domina ego peccator anxius confugio. Vides modo quomodo Maria est Domina Angelorum in caelo, uides secundum quomodo Maria est Domina hominum in mundo. Tertio considera charissime, quomodo Maria est Domina Daemonum in inferno, tam potenter eis dominans etiam, ut de ipsa accipi possit illud Psal. Virgam uirtutis tuae emittet Dominus, &c. Virga uirtutis est uirgo Maria. Ipsa est uirga Aaron florida per uirginitatem, & fructifera per fecunditatem. Ipsa quoque est uirga, de qua dicitur in Isa. Egredietur uirga de radice Iesse. Haec uirga uirgo Maria, uirga uirtutis est contra inimicos infernales, quibus magna uirtute dominatur, & ideo Domina tam magna, tam magna uirtutis merito a nobis amat, merito a nobis laudat, & merito a nobis exoratur, ut nos contra inimicos istos tueatur. Exemplum dat nobis Anselmus, qui tantam Dominam alloquens ait. Te Domina magna & ualde magna, te uult cor meum amare, te cupit os meum laudare, te desiderat uenerari mens mea, te affectat exorare anima mea, quia tuitioni tuae se commendat tota substantia mea. Sic ergo uides quomodo Maria est Domina Angelorum in caelo, Domina hominum in mundo, & Domina daemonum in inferno. Vides ergo ex praedictis, quod Maria mare amarum, quod Maria stella maris, Maria illuminatrix, Maria domina conuenientissime interpretatur. Maria enim amarum mare est demonibus peruersis, Maria stella maris est hominibus conuersis, Maria illuminatrix est Angelis non auersis, Maria est dominans creaturis uniuersis. Oremus charissimi, oremus deuotissime, oremus Mariam & dicamus. Eia mare amarum Maria adiuua nos, ut in uera poenitentia totaliter amaricemur. Eia stella maris Maria adiuua nos, ut per mare saeculi spiritualiter rectificemur. Eia illuminatrix Maria adiuua nos, ut in gloria aeternaliter illuminemur. Eia domina Maria adiuua nos, ut tua gubernatione, & dominatione finaliter gubernemur. Per Dominum nostrum, &c.

Capitulum. I I I I.

Ave Maria. Nomen illud affectuosum, & dulcissimum, nomen id gratiosum & nobilissimum, nomen id gloriosum & dignif-

simum optime conuenit beatae uirgini Dominae nostrae. Conuenientissime uirgo tam pia uocata est Maria. Ipsa enim est Maria, quae & omni uicio caruit, & omni uirtute claruit. Ipsa (inquam) est Maria, quae a septem uitij capitalibus fuit immunissima. Maria enim contra superbiam profundissima per humilitatem, contra inuidiam affectuosissima per charitatem, contra iram mansuetissima per lenitatem, contra acediam indefessissima per sedulitatem, Maria contra auaritiam tenuissima per paupertatem, Maria contra gulam temperatissima per sobrietatem, Maria contra luxuriam castissima per uirginitatem fuit. Haec omnia ex illis scripturis colligere possumus, in quibus nomen Mariae expressam inuenimus. Primo considera charissime, quod Maria profundissima apud se fuit per humilitatem. Ipsa enim est Maria, de qua dicitur in Luc. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini. O mira & profunda humilitas Mariae. Ecce Mariam Archangelus alloquitur, Maria gratia plena dicitur, superuenit Spiritus sancti premititur, Maria in matrem Domini assumitur, Maria iam omnibus creaturis anteponitur, Maria iam domina caeli & terrae efficitur, & pro his omnibus non extollitur, sed in his omnibus mira humilitate deprimatur dicens. Ecce ancilla Domini. Propter hoc bene ait Beda sic. Maria nequaquam se donis caelestibus quasi a se habere essent ex se extulit, sed ut magis magisque donis apta esset diuinis, in humilitatem gressum mentis fixit Angelo respondens. Ecce ancilla Domini. Hoc est contra multos, qui in prosperis & honoribus, qui in gratijs & uirtutibus non humiliterant cum Maria, & cum Christo, sed intumescunt cum Eua & Lucifero. Sed certe Mariae humilitas non solum in uerbo, sed etiam in facto declaratur, non solum in uerbo Regalis responsionis, sed in facto legalis purgationis: non solum in uerbo quo se humiliavit tanquam ancillam & seruitricem, sed etiam in facto quo se humiliavit tanquam ream & peccatricem. Ipsa enim est Maria, de qua dicitur in Luca. Postquam impleti sunt dies, &c. O dura, & infelix superbia, o superbia & infelix duritia peccatoris: ecce Maria absque omni peccato legem subijt purgationis, & tu miser plenus peccatis non uis legem subire satisfactionis? Vide charissime, quod Maria affectuosa fuit per charitatem. Ipsa enim est Maria, de qua dicitur in Luc. Exurgens autem Maria, abiit in montana cum festinatione, &c. Abijt (inquam) ut uisitaret, ut saluaret, ut ministraret Elisabeth. Vide quomodo illa uisitatio Mariae plena fuit charitate. In descriptione enim illius uisitationis Maria quater nominatur, in quo charitas Mariae ad Deum, & ad proximum plenius declarat. Charitas proximi debet haberi & foueri corde, ore, & opere. Maria autem charitatem proximi habebat in corde, & propter hoc exurgens Maria, abiit in montana cum festinatione.

natione. Quid enim eam ad officium charitatis festinare cogebat, nisi charitas quae in corde eius feruebat? Legimus quod pastores uenerunt festinantes ad praesepe, & quod Maria abiit cum festinatione ad obsequium, & quod Zachaeus festinans descendit ad hospitandum Dominum. Vae ergo tardis ad opera charitatis. Item Maria charitatem proximi ore fouebat. Ipsa enim est de qua ibidem dicitur. Et factum est, ut audiuit salutationem Mariae Elisabeth, &c. Charitas (inquam) proximi salutationibus, & alijs charitatis uocacionibus semper fouenda est. Unde Angelus salutauit Mariam: Maria salutauit Elisabeth, filius Mariae salutauit Marias euntes de sepulchro: dicens illis: Aue te. Vae eis, qui propter odium salutationem proximo negant. Vae & illis, qui dolose proximum saluant, sicut Iudas cum dixit. Aue Rabbi. O quam dulciter Maria salutare nouit. O Maria digneris nos per gratiam tuam salutare. Et certe ipsa nos libenter saluat beneficio & consolatione, si nos eam frequenter saluamus seruitio & oratione. Libenter nos saluat cum gratia, si libenter eam saluamus cum Aue Maria. Item Maria charitatem non solum corde habebat, non solum ore fouebat, sed etiam opere exercebat. Ipsa enim est Maria, de qua ibi dicitur. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus. Mansit uidelicet pro ministerio & consolatione Elisabeth. Unde Ambrosius. Quae propter officium uenerat, officio inharebat. Item Maria sicut in omnibus charitatem habuit ad proximum, ita super omnia charitatem habuit ad Deum. Ipsa enim est Maria, de qua ibidem dicitur. Magnificat anima mea Dominum. Anima quod amat, hoc magnificat, & in hoc exultat. Idcirco anima Mariae Deum decentissime magnificauit, & in Deo firmissime exultauit, quia Deum excellentissime amauit. De cuius amore bonum uerbum dicit magister Hugo de Sancto Victore. Quia (inquit) in corde eius amor Spiritus sancti, singulariter ardebat, ideo in carne eius uirtus Spiritus sancti mirabilia faciebat. Tertio uide charissime, quod Maria mansuetissima fuit per lenitatem, patientissimam contra omnem aduersitatem. Ipsa enim est Maria quam Simeon sic alloquebatur, sicut in Luca dicitur, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius. Hic gladius, acutissimam filij sui passionem siue mortem signat. Gladius corporalis animam nec occidere potest, nec uulnerare: sic acutissima Christi passio, licet animam Mariae per compassionem pertransiit, ipsam tamen nec per odium occidit, nec per impatientiam uulnerauit. Maria enim interfectores filij sui nunquam odiuit, nunquam contra eos impatiens fuit. Nam si alij martyres patientissimi fuerunt in martyrio suo corporali, quanto magis martyr nostra Maria in martyrio suo spiritali? De cuius nobili martyrio Hieron. ait. Quia spiritaliter & atro-

eius passa est gladio passionis Christi, plusque martyr fuit. O mira Mariae patientia & mansuetudo, quae non solum patientissima fuit, dum coram ipsa filius eius crucifigeretur, sed etiam dum ante crucifixionem propter ipsam filius eius uilipederetur, sicut in Euangelio Mar. dicitur. Nonne hic est fabri filius, & Maria? Vbi post pauca sequitur, & scandalizabatur in eo. Reuera faber est Christus, sed qui fabricatus est auroram, & Solem. Heu quam longe a gratia mitissima Mariae sunt, qui tam immittes, tam impatientes, tam iracundi sunt, sicut comensales & socij & uicini sapienter sentiunt. Quarto uide charissime, quod indefessissima & studiosissima fuit, per sedulitatem in bonis operibus. Ipsa namque est Maria illa de qua dicitur in Act. Hi omnes erant perseuerantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu. Maria indefesse perseuerando in oratione exemplum dedit, quam oportet sequi & non deficere. Et si Maria tam sedula orauit in terris, quomodo non sedule orabit pro nobis in caelis? Propter hoc nos bene hortatur Augustinus dicens. Omnes Mariae patrocina omni nisu imploremus, ut dum supplicem eam obsequia frequentamus in terris, ipsa nos prece sedula commendare dignetur in caelis. Sed ecce Maria nostra non solum ore in orationibus, sed etiam corde in sanctis meditationibus indefessa fuit, & sedula. Ipsa enim est Maria de qua dicitur in Euangelio Luc. Maria conseruabat omnia uerba haec, conseruens in corde suo. Quia ergo Maria non fuit acediosa, ideo non fuit ociosa, & ideo, non solum mentem in sanctis meditationibus, non solum linguam in deuotis orationibus, sed etiam manus in bonis operibus sedulas habuit. Propter quod bene, sicut supra dictum est, mansit Maria cum Elisabeth tribus mensibus. Ad quid? Respondet Beda & ait, ut mulieri proneptae aratis, uirgo iuuenula ministerium sedula impenderet. Heu quam longe a gratia Mariae est miser acediosus, cuius & mens & manus & lingua sunt toties a meritis ociosae. Quinto uide charissime, quod Maria tenuissima fuit per paupertatem. Ipsa enim est Maria de qua dicitur. Inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in praesepe. Pastores pauperes, inuenerunt pauperem Mariam matrem, & pauperem infantem in paupere loco, non in poposa curia, sed in paupere praesepe. Quae utique pauper cula mater bonum hospitium habuisset, si pauper non fuisset. Ista dum diligenter attendis, tunc paupertatem Mariae euidenter perpendis. De qua Ioan. Chrysost. ait. Vide paupertatis Mariae magnitudinem, & quicumque pauper est, accipiat consolationem. Quicumque certe propter Deum pauper est uoluntarie & libenter, uel etiam quicumque pauper est necessarie, & patienter, multum consolari potest de paupere Maria, & de paupere Christo. Ab illa consolatione iniqui diuites longe sunt, qui longe aliam querunt. Unde Saluator dicit. Vae uobis diuitibus, qui habetis hic consolationem uestram. Nolo tamen desperare diuites, quia non solum pauperes

Psal. 109.

Isa. 11.

Luc. 1.

Luc. 2.

Luc. 3.

Mar. 6.

Diligentia indefessa.

Act. 1.

Luc. 2.

Paupertas

Luc. 2.

Luc. 6.



mino dixit. Ortus tuus in me concupiscentias ex-
citauit aeternas. O anima, o anima misericordie
odor huius fructus non sentis? si sentires non
post ipsum curreres? sicut dicitur in Can. Cur-
remus in odore unguentorum tuorum. Notabi-
le autem est, quod fructum huius terebinthi
non masculus sed femina huius arboris profer-
re solet. Sic certe fructum uitae Iesum Christum,
non masculus sed femina, non uir, sed uirgo pro-
tulit. Propter quod bene Augustinus ait. Electa
est uirgo mater, quae sine concupiscentia, carnis
conceperet carnem, & sine uiro pareret uirum.
Quarto consideremus charissimi gratia Mariae
utilitatem. De hac dicitur. Mulier gratiosa in-
ueniet gloria. Ecce utilitas gratiae gratiosa, Ma-
riae est inuentio gloriae perpetuae. Vtilissima certe
fuit gratia Mariae & sibi & nobis. Vtilissima (in-
quam) fuit gratia Mariae sibi. Gratia enim de-
litosam, gratia miraculosam, gratia gloriosam
fecit Mariam. Delitosam in animo, miraculo-
sam in filio, gloriosam in regno. Delitiosa cer-
te fuit Maria in mente spiritali, miraculosa in
prole uirginali, gloriosa in diademate aeternali.
Gratia ergo mentem & animam Mariae fecit de-
litosam delitiis spiritalibus, tanquam Dei ui-
ui spiritualem paradysum, iuxta illud Ecclesiast.
Gratia sicut paradysus in benedictionibus. Vere
paradysus Dei fuit, in benedictionibus multipli-
cium deliciarum spiritalium. De quibus etiam
Beatus Bernardus ait. Quid nisi delicias dixe-
rim decus uirginitatis, cum munere fecundita-
tis insignia humilitatis, distillantem charitatis
fauum, misericordiae viscera, plenitudinem gra-
tiae, praerogatiuam gloriae singularis? Item, gra-
tia Mariam fecit miraculosam in prole, miracu-
loso conceptu & partu, dum miraculose uirgo
peperit, & miraculose Deum concepit, Deum
peperit. Vnde de hac eius gratia bene dicitur.
Inuenisti gratiam apud Deum, &c. De hoc no-
mine Beatus Bernardus, ad Mariam loquens di-
xit. Intellige prudens uirgo, quantam ex nomi-
ne promissi filii & quam specialem gratiam in-
ueneris apud Deum. Item gratia Mariam fecit
gloriosam, propter quod bene supra dictum est.
Mulier gratiosa inueniet gloriam. O uere felix
inuentrix maria, quae tam magna in mundo, tam
magna in caelo. Nulla pura creatura tanta gratiam
in mundo, nulla tantam gloriam in caelo inue-
nit. Et certe tam gratiam quam gloriam inue-
nit apud Dominum, quia sicut in Psalmo dicitur.
Gratiam & gloriam dabit Dominus. Sed
certe charissimi gratia Mariae non solum uti-
lissima fuit sibi ipsi, sed etiam nobis, immo toti
humano generi. Gratia enim Mariae collig-
git malos, impinguat bonos, liberat uniuersos.
Colligit a culpa, impinguat gratia, libe-
rat a morte aeterna. Dico ergo quod gratia Ma-
riae colligit ad misericordiam, colligit ad Ec-
clesiam malos. Hoc bene signatum est in gra-

Mariae gra-
tia utilissi-
ma sibi, &
nobis.

Pro. 11.

Eccl. 40.

Luc. 7.

Pro. 11.

Psal. 83.

tiam quam in colligendis speciebus a messoribus
derelictis, Ruth inuenerat, quando dixit ad
Booz. Inueni gratiam in oculis Domini mei,
& cetera. Ruth interpretatur uidens, uel fe-
stinans. Et signat Beatam Virginem, quae ue-
re uidens in contemplatione, & bene festinans
fuit in actione. Videns etiam nostram miseri-
cordiam est, & festinans ad impendendam suam
misericordiam. Booz interpretatur uirtus, &
signat illum de quo in Psalmo, dicitur. Ma-
gnus Dominus, & magna uirtus eius. Ruth ergo
in oculis Booz, Maria in oculis Domini
hanc gratiam inuenit, ut ipsa species, id est a-
nimas a messoribus derelictas, colligere ad ue-
niam posset. Qui sunt messores, nisi Doctores
& Rectores? O uere magna Mariae gratia
qua multi ex eis ad misericordiam colliguntur,
qui a Doctoribus & rectoribus tanquam
incorrigibiles relinquuntur. Et ideo bene Bea-
tus Bernardus ait, Maria tu peccatorem totum
mundo despectum, materno affectu amplectens
ris, foues nec deseris, quousque horrendo iudicio
miserum reconcilies. Item gratia Mariae
bonos impinguat pinguedine gratiae. Vnde in
Ecclesiast. Gratia mulieris sedula delectabit ui-
rum suum, & ossa illius impinguabit. Mulier
sedula Maria fuit, de cuius sedulitate Beda
ait, Maria secreta Dei ore tacito, uigili cum
sorde sedula scrutabatur. Quis huius mulieris
est uir, nisi ille quem ipsa circumdedit in u-
tero? de quo dicit Hierem. Creauit Dominus
nouum super terram, mulier circumdabit uirum.
Huius uiri ossa, sunt quicumque in corpore eius
id est in ecclesia fortes sunt. Ista ossa suffragan-
te gratia Mariae impinguantur unctiombus gra-
tiae. Impinguntur (inquam) pinguedine spiri-
tus sancti, qua & ille impinguari cupiebat, qui di-
cebat. Sicut adipe, & pinguedine repleatur a-
nima mea. O quis aestimare ualeat, quam multae
animae, opitulante gratia Mariae, sint per gratiam impin-
guatae, imò certè quis aestimare ualeat, quanta in ipsa
Maria fuit impinguitio gratiarum, cuius gratia
impinguata sunt tot nullia animarum? Cuius
enim uirtutis pinguedine ipsa caruit, quae om-
nium uirtutum pinguisimum habitaculum fuit.
Ait enim Ioannes Damascenus. Maria in do-
mo Domini plantata & impinguata spiritu, ut
oliua fructifera omnis uirtutis habitaculum fa-
cta est. Item gratia Mariae liberat a morte eter-
na uniuersos, qui liberantur. Hoc bene signatum
est in Esther, de qua legitur sic. Adamauit eam
rex, plus quam omnes mulieres, & posuit diademata
regni in capite eius. Huius autem gratiae quam
Esther coram rege habuit, duplex legitur fuisse
utilitas. Una quod ipsa diademata regni obtinuit.
Alia quod ipsa gremium suum morti addicta a morte
eripuit. Sic certe Esther nostra beata Maria ta-
ntam gratiam coram rege eterno impetrauit, quod per
hanc non solum ipsa ad coronam peruenit, sed
etiam

Ruth

Psal. 145

Eccl. 24.

Hier. 31

Luc. 11

Psal. 138

Luc. 11

Esther

etiam generi humano, morti addicto, subuenit.
Vnde Anselmus ait Quid (inquit) dignè referat
genetrici Dei & Domini me per eius fecundita-
tatem captiuus sum redemptus, per cuius partum
de morte aeterna sum exemptus, per cuius pro-
lem perditus sum restitutus, & de exilio miseri-
cordiae ad patriam aeternae beatitudinis sum redu-
ctus? O ergo mater gratiae, fac nos istos gratiae,
fac ut per gratiam tuam uerissimam colligamur
ad ueniam remissionis, impingamur per gra-
tiam deuotionis, liberemur a morte damnatio-
nis, per Dominum nostrum, &c.

Capitulum VI.

Ave Maria gratia plena. Adhuc charissi-
mi, aliqua de gratia dulcissime Mariae sunt
dicenda. Consideranda est ergo quadru-
plex Mariae gratia, uidelicet gratia donorum, gra-
tia labiorum, gratia priuilegiorum, & gratia pre-
miorum. Primo considerate charissimi in Ma-
ria gratiam donorum spiritus sancti. De hac gra-
tia Maria gratulabunda dicere potest illud Eccl-
siastici. In me omnis gratia uita & ueritatis.
Quid mirum, si ipsa est gratia plena uita, & ueri-
tatis, quae mater est eius, quem legimus plenam
gratiae, & ueritatis? Et quid mirum, si in illa uir-
ga est tanta donorum spiritus sancti affluentia,
in cuius flore spiritus sanctus requieuit cum tan-
ta donorum suorum essentia? Maria namque est illa
uirga, & filius Mariae est ille flos de quo dicitur
in Isai. Egredietur uirga de radice Iesse, &
flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum
spiritus sapientiae intellectus, spiritus consilij & fortitudinis,
spiritus scientiae, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris
Domini. In hoc flore mira spiritus sancti effluen-
tia, de quo in omni ecclesia tam mira fit in-
fluentia, ut Beatus Euangelista Ioannes dicat.
De plenitudine eius, nos omnes accepimus gra-
tiam pro gratia. Cum ergo de isto flore tanta
gratia redundet in totum hortum, quantum ma-
gis ipsam huius floris uirgam, in ipsam Mariam
dicat ergo Maria, dicat securè. In me omnis gra-
tia uita & ueritatis. Gratia certe uita & uerita-
tis, consistit in praedictis septem spiritus sancti do-
nis. Per praedicta enim septem dona, fuit gratia
uita & ueritatis in Maria. Gratia ueritatis or-
dinauit Mariam in ueritate supra se, infra se, in-
tra se, & extra se. Gratia (inquam) ueritatis or-
dinauit Mariam in ueritate supra se, per donum
sapientiae, infra se, per donum consilij, intra se, per
donum intellectus, extra se per donum scientiae.
Gratia utique ueritatis, ordinauit animam Ma-
riae in ueritate: supra se, in sapientissima fru-
entium contemplatione: infra se, in consultissi-
ma fugiendorum prouisione: intra se, in certissi-
ma credendorum cognitione: extra se, in ratio-
nabilissima agendorum discretionè. Gratia au-

Maria ha-
bit gra-
tiam dono-
rum spiri-
tus sancti.

Eccl. 24.

Hier. 31

Luc. 11

Psal. 138

Luc. 11

Esther

tem uita, ordinauit uitam Mariae in bona uita
respectu Diaboli, respectu proximi, & respectu
Dei. Gratia (inquam) uita ordinauit Mariam in
bona uita: erga Diabolum, per donum fortitudi-
nis: erga proximum, per donum pietatis: erga
Deum, per donum timoris. Gratia utique uita,
ordinauit uitam Mariae erga Diabolum in forti-
tissima resistentia, erga proximum in piissima
beneuolentia, erga Deum in deuotissima reue-
rentia. Hinc est, quod spiritus sanctus Mariam p-
domum conuenientissime signauit, quam sibi sa-
pientia increata cum septem columnis, septem
donorum spiritus sancti excellentissime edifica-
uit. Quicumque ergo columnas spiritus sancti ce-
perit desiderare, ipse formam columnarum in
ista domo poterit inuenire, quam pro columnis
huiusmodi, debet eam magnis desiderijs & pre-
cibus conuenire. Similiter quicumque septiforme
spiritus sancti gratiam adipisci desiderat, ipse
flore spiritus sancti uirga quaeratur. Per uirgam
enim ad florem, per florem ad spiritum in ipso
requiescentem, peruenimus. Per Mariam ad Chri-
stum accedimus, & per Christum, gratiam spiri-
tus sancti inuenimus. Propter quod bene Maria
alloquens Beatus Bernardus, ait. Per te accessum
habemus ad filium o benedicta inuentrix gra-
tiarum, genitrix uita, mater salutis, ut per te su-
scipiat nos, qui per te datus est nobis. Secundo
considerate charissimi in Maria gratiam labio-
rum de qua in Psal. dicitur. Diffusa est gratia in
labijs tuis. Tanta siquidem fuit gratia labiorum
Mariae, ut ipsa optime per Iudith signari possit,
de qua dicitur in libro Iudith. Non est mulier
talis super terram, in aspectu, in pulchritudine,
& in sensu uerborum. Reuera non est, non fuit,
non erit mulier talis super terram, qualis Maria
fuit in aspectu clarissima uita, in pulchritudine
mundissima conscientia, & in sensu uerborum di-
fertissima lingua. Gratiam autem uerborum la-
biorum Mariae uidebimus euidenter, si uerba la-
biorum eius ex Euangelio colligamus diligen-
ter. Inuenimus autem septem in Euangelio mel-
lissuas sententias, de mellissuis Mariae labijs di-
stillantes, & mellissuam labiorum eius gratiam
optime indicantes, iuxta illud Cant. Fauus di-
stillans labia tua. Septem mellis stillae, sunt septem
dulcissima uerba Mariae quae ad Angelum, ad ho-
minem, & ad Deum legitur habuisse. Duo ad an-
gelum, duo ad hominem, tria ad Deum: Ad An-
gelum Maria habuit uerbum castitatis, & uer-
bum humilitatis. Verbum castitatis habuit maria
ad Angelum in labijs, quando Angelo respondens
dixit. Quomodo fiet istud, quoniam uirum non
cognoisco? Hoc est contra impudicos, qui non ca-
sta, non pudica, sed impudica, & turpia, & car-
nalia uerba in labijs suis habent. Verbum autem
humilitatis ad Angelum habuit maria in labijs,
quoniam Angelo humiliter respondens dixit. Ecce an-
cilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum.

Maria est
domus q
sibi sapia
edifica-
uit.

Maria ha-
bit gra-
tiam labio-
rum.

Psal. 44.

Iudith. 11

Canti. 4.

Luc. 11.

Ibidem.



Hoc est contra superbos, & arrogantes, qui de se nec humilia sentiunt, nec loquuntur, sed uerba iactantia, & inflationis in labijs suis habent.

Item ad hominem habuit uerbum charitatis, & uerbum ueritatis. Verbum charitatis in salutatione, uerbum ueritatis in instructione.

Ibidem.

Verbum charitatis ad hominē Maria in labijs habuit, quando matrem præcursoris tam affectuose salutauit, quod etiam infans in utero eius exultauit. Hoc est contra rancorosos, qui proximis suis, uel charitati uel non loquuntur, uel omnino eis loqui dedignantur.

Ioan. 1.

Verbum ueritatis Maria in labijs habuit, quando asserens uirginitatem in ministeris dixit. Quodcumque dixerit uobis facite. Hoc est contra illos, qui alios non ad bonum sed ad malum instruunt, & malum eis consulant.

Nota.

Item ad Dominum tria uerba habuit Maria. Plus ergo cum Deo quam cum Angelo, uel cum homine locuta est Maria, ex quo bis Angelo, bis homini, ter autem Deo locuta est. Heu heu contra multos, qui tam parum cum Deo in orationibus, & tam multum cum hominibus loquuntur, in fabulationibus inutilibus, & sæpe ualde nociuis. Habuit autem Maria ad Deum uerbum gratulationum, querularium, & compassiuum. Gratulationum, pro sui respectione.

Querularium, pro filij amissione. Compassiuum, pro uini defectione. Verbum gratulationis Maria ad Deum habuit in labijs, quando pro eo, quod Dominus humilitatem suam respexit, dixit. Magnificat anima mea Dominum. Hoc est contra ingratos, qui (heu) pro multis & magnis beneficiis, paruas Deo gratias agunt, & quandoque per ipsa Dei beneficia, contra Deum insolentent.

Luc. 1.

Verbum querulationis Maria ad Deum habuit in labijs, quando in nuptiis filio dixit. Unum non habent. Hoc est contra inimicis misericordes, quos aliorum defectus ad pietatem non mouent, nec apud Deum, nec apud homines, proximos suos promouent. Eia nunc aduocata nostra Maria. Ecce adhuc necesse est nobis ut filio tuo suggeras pro nobis, quoniam unum non habet multum ex nobis, unum utique gratia spiritus sancti, unum compunctionis, unum deuotionis, unum spiritualis consolationis. De quo Beatus Bernardus sic ait. Quoties mihi necesse est fratres, post lachrymosas querimonias uestras ex orare matrem misericordie, ut suggerat benignissimo filio suo, quoniam unum non habetis, & ipsa dico uobis charissimi, si pie a uobis pulsata fuerit, non deest necessitati uestræ, quoniam misericors est misericordie mater. Nam si compassia est uerecundia illorum a qui-

Idem. 2.

bas fuerat inuitata, multo magis compatiatur uobis, si pie fuerit inuocata. Pensate fratres ex prædictis, quantus amicus Mariæ Rex Regan fuerit, cum ipsa tanta gratiam laborum habuerit. Scriptum quippe est in Proverb. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam laborum habebit amicum Regem. Tercio considerate charissimi, in Mariam gratiam priuilegiorum. De hac quidem gratia dicitur. Inuenisti gratiam apud Dominum, ecce concipies in utero & partes filium, & uocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Vide quomodo Gabriel asserens Mariam inuenisse gratiam, statim eandem gratiam specificans subiungit. Ecce (inquit) concipies in utero, &c. O quam magnum & omnibus sæculis inauditum priuilegium, quod uirgo in utero concepit, & filium altissimi peperit. Possumus autem notare septem priuilegia Mariæ. Priuilegium (inquam) immensis gratijs esse plenam soli Mariæ a Deo concessum. Primum Mariæ priuilegium, est quod super omnes homines ab omni peccato sit purissima. Fuit namque tam copiosissime in utero sanctificata, quod etiam ad ueniale peccatum, nunquam in tota uita sua fuisse creditur inclinata. Unde Bernardus ait. Decuit Reginam uirginum, singularis priuilegio sanctitatis ab omni peccato ducere uitam, quæ dum peccati mortis que pareret peremptorem, munus uitæ & iustitiæ omnibus obrineret. Secundum Mariæ priuilegium est, quod ipsa super omnes homines fuit gratia plenissima. Unde Hieronymus. Cæteris per partes præstatur Mariæ uero le tota infudit plenitudo gratiæ. Et ideo bene Beatus idem doctor gratiam Mariæ gratiam Angelorum conferens, & præferens ait. Beatam & gloriosam Virginem Mariam, credendum est ampliora promeruisse uirtutum priuilegia, & percepisse etiam gratiã ab Angelis colaudandam. Tertium Mariæ priuilegium est, quod ipsa sola mater, & uirgo incorruptissima est. Hoc priuilegium Beatus Bernardus commendat ait. Optimam partem eligit sibi Maria, optimam plane, quia bona est fecunditas coningalis, melior castitas uirginalis, optima uirginea fecunditas seu fecunda uirginitas. Mariæ priuilegium non dabitur alteri, quia non auferetur ab ea. Quartum Mariæ priuilegium est, quod ipsa sola mater filij ineffabilissima est, ipsa sola illius filij mater, & cuius solus Deus Pater est. Mirum supra modum quod tam maximum priuilegium creatura concessum est. De hoc etiam priuilegio Beatus Bernardus ait. Ipsa est nostra Virginis gloria singularis, & excellens prerogatiua Mariæ, quod filium suum eundem cum Deo Patre meruit habere communem. Quintum Mariæ priuilegium est, quod ipsa super omnem creaturam. Deo corporaliter familiarissima fuit. Nam quod autem creatura concessum est, nec concedetur in æternum ipsa Deum

Io. ubi supra.

sa Deum nouem mensibus in utero portauit, ipsa Deum ubere de celo pleno lactauit, ipsa Deum multis annis dulciter educauit, ipsa Deum sibi subditum habuit, ipsa Deum purum in amplexibus & osculis familiarissime contrectauit, sicut Au. euidenter asserit, dicens. Nec mirum Maria, ut dignetur tibi congaudere Deus regnans in cælis, quæ paruulum ex te hominem natum, toties osculata es in terris. Sextum Mariæ priuilegium est, quod ipsa super omnem creaturam apud Deum potentissima est. Unde Augustinus. Ipsa meruit existere mater eiusdem redemptoris. Idem, Impera quod rogamus, excusa quod timemus, quia nec potentior meritis inuenimus quam te, quæ meruisti existere mater eiusdem redemptoris, & iudicis. Grande priuilegium est, quod ipsa præ omnibus sanctis apud Deum tam potentissima est, sicut illud Augustinus declarat, dicens. Neque dubium, quia quæ meruit pro liberandis proferre precium, posse plus omnibus sanctis liberatis impendere suffragium. Sed quid tanta Mariæ potentia prodesset nobis, si ipsa nihil curaret de nobis? Propter hoc charissimi sciamus indubitanter, & pro hoc gratias agamus incessanter, quia sicut ipsa apud Deum omnibus sanctis est potior, ita quoque pro nobis apud Deum omnibus sanctis est sollicitior, restante eodẽ dõctore Augustino, qui sic ait. Te sola o Maria, pro sancta Ecclesia sollicitam præ omnibus sanctis scimus, quem impetras inducias transgressoribus, ut renuncient suis erroribus. Septimum Mariæ priuilegium est, quod ipsa super sanctos in gloria excellentissima est. Unde Hieronymus. Vtque confidenter sancta Dei canit Ecclesia, quod de nullo alio sanctorum phas est credere, ut ultra Angelorum uel Archangelorum merita transcenderit, hoc quippe priuilegium quasi non natura, sed gratia est uirginis Mariæ. Ecce quam gloriosum gloriæ Mariæ priuilegium, quod ipsa in gloria gloriosissima est post Deum. Gloriosum gloriæ Mariæ priuilegium est, quod quicquid post Deum pulchrius, quicquid dulcius, quicquid iucundius in gloria est, hoc Maria, hoc in Maria, hoc per Mariam est. Gloriosum omnino gloriæ Mariæ priuilegium est, quod post Deum maior gloria nostra, maius nostrum gaudium de Maria est. Unde Bernardus. Sûma gloria est o Maria, post Dominum te uidere, tibi adherere, in tua protectionis munimine demorari. Hæc igitur sunt septem gloriosissima priuilegia Mariæ, quorum gratia obtinemus uitæ gratiæ. Et ideo obsecrare possumus Mariam, sicut Abraham obsecrauit Saram, dicens. Dic obsecro quod soror mea sis, ut bene mihi sit propter te, & uiuet anima mea ob gratiam tuam. O ergo maria, o Sara nostra, dic quod sis soror nostra, ut propter te bene nobis sit a Deo, & ob gratiam tuam uiuant anima nostra in Deo. Dic (inquam) charissima Sara nostra, quod sis soror nostra, ut propter ta-

lem sororem Aegyptij, id est Demones, nos reuerentur, ut etiam propter talem sororem Angelis nobis in acie coniungantur, ut insuper propter talem sororem, pater & filius & spiritus sanctus nostri misereantur. Quarto considerate charissimi in maria gratiam præmiorum, de qua tamen pro parte, in septimo maria priuilegio iam tactum est. De hac gratia potest accipi, quod dicitur in Ecclesiast. Gratia super gratiam, mulier pudorata & sancta, Mulier super omnes mulieres pudorata, super omnes sancta est Maria, in qua est gratia super gratiam, gratia gloriæ super gratiam uia, gratia præmiorum in celo, super gratiam meritum in mundo. Hæc autem gratia beatitudinis Mariæ consistit in septem dotes corporis & animæ. Quodlibet enim corpus glorificatum habet quatuor dotes gloriosas, uidelicet dotem miræ claritatis, dotem miræ subtilitatis, dotem miræ agilitalis, & dotem miræ impassibilitatis, & si omnium beatorum corpora his quatuor dotes Deus glorificauit, quanto magis corpus istud, quod ipsam glorificatorem omnium corporum genuit? Quid mirum si dote claritatis clarissima sit in celo, quæ dono sanctitatis tam clarissima fuit in mundo? De ipsa namque Beatus Bernardus ait. Adhuc inter peccatores degens, tanta ante Deum claruisti sanctitate, ut sola solio æterni Regis approximare merueris. Item quid mirum si dote subtilitatis subtilissima sit, quæ dono humilitatis tam subtilissima fuit in mundo? Ipsam enim alloquens Beatus Bernardus dicit. Nunquam supra choros Angelorum sublimata ascendisset, nisi prius infra omnes homines humiliata descendisset. Item, quid mirum, si dote agilitatis uelocissima sit in celo, quæ dono pietatis tam uelocissima fuit in mundo? Ipsa namque abiit in montana cum festinatione pro officio pietatis, de cuius festinationis uelocitate Ambr. ait. Quo iam Deo plena, nisi in montana cum festinatione ascenderet? Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Itẽ. Quid mirum, si dote impassibilitatis impassibilissima sit in celo, quæ dono patientie & equanimitalis tam impassibilissima fuit in mundo, ut ipsa nec minimum impatiẽtia, uel odij uultus sentiret, cum suam ipsius animam gladius pertranfret? immo etiam signum uulneris, signum passionis impatiẽtia, nec legimus nec credimus in Maria quandoque apparuisse. Unde Bernardus ait. Reuolue diligenter euangelicæ historie seriem uniuersam, & si quid forte increpatorium, si quid denique signum certius indignationis occurrerit, Mariam de cætero suspectam habeas, & accedere uerearis. Ceterum si tanta est gloria gloriosissimi corporis Mariæ, quanta putas est gloria suæ beatissima animæ? Quod licet certe beata anima tres habet dotes ipsam beatificantes, uide licet dotem miræ cogitationis, dotem miræ di-

Maria habuit gratiam præmiorum.

Eccle. 26.

Maria habet dotes beatorum corporis, & animæ

Ecce

Prou. 21. Luc. Maria habuit gratiam priuilegiorum.

Gen. 12.



lectionis, dotem miræ fruitionis, uel (secundū modernos quosdam) dotem uisionis, fruitio- nis, & tentionis. Quocunq; autem modo dotes animæ accipiuntur, certum est, quod dotes animæ Mariæ omnium animarum dotibus præferantur. Nam si omnes Beatæ animæ his dotibus beatificentur in cælo, quanto magis anima eius, quæ omnium animarum beatificatorem genuit in mundo? Quid mirum si iam in lucidissima cognitione est anima Mariæ, quæ iam profundissime unita est luci eternæ? Vnde Beatus Bernardus, ait. Profundissimam diuinæ sapientiæ, ultra quàm credi ualeat, penetravit abyssum, ut quantum sine personali unione creaturæ conditio patitur, luci illi inaccessiblei uideatur unita. Item, Quid mirum si iam in fecundissima dilectione est anima Mariæ? quid (inquàm) mirum si præ omnibus diligat, quæ omnibus est dilecta? Verè præ omnibus. Ait enim Beatus Augustinus ad ipsam. Te ipse Rex Regum ut matrem ueram, & decoram sponsam, præ omnibus diligens, amoris amplexu sibi associat. Item, quid mirum si iam in iucundissima fruitione sit anima Mariæ, quæ benedicto fructu uentris sui pascitur dulcissimè? Vnde Beatus Augustinus ait, Mariæ anima claritate fruatur Christi, & gloriosis eius amplexibus semper præsens, semper conspicens, semper uidere sitiens, inæstimabiliter pascitur. Igitur sicut gloriosissima Maria omnes sanctos excedit in gratia uiræ, & in gratia meritorum, ita omnes sanctos excedit in gratia gloriæ, & in gratia premiorum. Vnde benè ipsa signata est per Esther Reginam, de qua legitur, quod ducta ad cubiculum Regis Assueri, habuit gratiam, & misericordiâ coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema Regni capite eius. Esther interpretat euacuata & eleuata. Hoc optime conuenit Mariæ de qua Beatus Hieronymus ait. Eleuatur super choros Angelorum, ut possit speciem uultumq; uidere saluatoris, quem amaauerat, quem concupierat ex toto desiderio cordis. Ista Esther Regina Beata uirgo Maria, ducta est in eius assumptione in cubiculum Regis Assueri, Regis æterni, in cubiculum utiq; de quo Augustinus Mariam alloquens, ait. Tu in cubiculo Regi beatitudine, gemmis ac margaritis ornata consistis. Ducta itaq; in hoc cubiculum quietis æternæ Regina Maria, gratiam Regis Assueri, id est gratiam ueri Regis habet super omnes mulieres, id est, super omnes intelligentias angelicas, & super omnes beatas animas, ut sit in Maria gratia, super gratiam omnium beatorum. Nam reuera in capite eius Rex Regum diadema Regni posuit. Diadema certe tam impreciabile, diadema tam delectabile, diadema tam mirabile, quod hoc omni linguæ inenarrabile, omni ingenio inscrutabile est. Sic ergo charissimi uisidistis quanta gratia donorum, quanta gra-

Esther. 22

tra laborum, quanta gratia priuilegiorū, quanta gratia præmiorum affluentiissima sit Maria. Rogemus ergo ipsam tantam inuentricem gratiarum, ut & nos faciat inuenire gratiam apud Dominum, per dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Cap. VII.

AVe gratia plena. Non sufficit Archangelo gratiam Mariæ simpliciter commendare, sed etiam plenitudinem eius uoluit signanter insinuare, cum dixit, gratia plena. Quæ uerè plena, & plenè plena, adhuc certè non dixerat Gabriel. Ecce concipies in utero, &c. adhuc etiam non dixerat, spiritus sanctus superueniet in te, &c. Si ergo ante superuentionem spiritus sancti, si ante conceptionem filii Dei plena fuit Maria, quanto magis post? propter hoc benè de eius plenitudine, & de plenitudine eius gratitudine dicit Anselmus. Hæc millies plenissima ab Angelo salutata, spiritus sancto repleta, plenitudine diuinitatis afflata. Benè ergo plena dicitur Maria, plena (inquàm) illuminatione sapientiæ, plena inundatione gratiæ, plena possessione bonæ uitæ, plena unctiōe misericordiæ, plena fecundatione prolis, piæ plena perfectione ecclesiæ, plena respiratione odoriferæ famæ, plena respiratione diuinæ gloriæ, plena etiam fruitione eternæ lætitiæ. Has nouem plenitudines consideremus in Maria, quæ nouem ordinum Angelicorum plenitudines representant in gloria. Primò consideremus charissimi, quod plena est Maria illuminatione sapientiæ, & intellectus. Vnde ipsa benè per lunam plenam signari potest, de qua dicitur in Prouerb. Nō est uir in domo sua, abijt uia longissima, sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lune reuersurus. Hic est uir ille de quo Hier. ait. Creauit dominus nouū super terram, mulier circundabit uirum. Mulier Maria, mulier utiq; sexu nō corruptione, mater uirtutis Dominum nostrum circundedit utero suo, circundedit habitu nostro. Hic uir, si tamè (ut ait Iosephus) uirum appellari phas est, tres domos habet. Imperatoriæ maiestatis est, in palatio habere tres mansiones, uidelicet consistorium, cœnaculum, & cubiculū. Consistorium est domus causarum, cœnaculum ciborum, cubiculum quietis. Sic imperator noster, qui imperat uentis & mari, habet domum causarum mundum, habet domum ciborum, modo ecclesiasticam, olim synagogam, habet domum quietis rationalem animam. Sed heu, uir iste Dominus uirtutum à domo mundi à domo synagoga, à domo animæ ualde fuit elongatus, quia longe à peccatoribus salus. Vir ergo iste in domo sua non fuit, quando per Hieremiam conquerendo dixit, Reliqui domum meam, dimisi hereditatē meā. Sacculū ēt pecuniæ secū tulit, quæ thesaurū miseri-

Maria plena, sapientia & intellectu.

Prou. 9.

Ier. 17.

Ier. 17.

Ier. 17.

Ier. 17.

Ier. 17.

Ier. 17.

Ier. 17.

Ier. 17.

Ier. 17.

Ier. 17.

miseriordiæ, & gratiæ suæ à mundo abscondit. Sed ecce uir iste in die plenæ lune reuersus est, illius (inquàm) luna, de qua dicitur in Cantic. Pulchra ut luna. Luna ergo est Maria, luna plena, Maria plena. Luna plenæ Maria benè comparata est, quæ lumine sapientiæ & ueritatis à sola æterno plenè illuminata est. Vnde Maria benè illuminata interpretatur, siue illuminatrix. Ipsa namque luna & lucerna nostra illuminata fuit à Domino, & illuminatrix fuit mundo, iuxta illud propheticum. Quoniam tu illuminas lucernam &c. In huius lunæ plenitudine, uir reuersus est in domum, quando Christus per carnem uenit in mundum. O uerè mirabilis huius lunæ plenitudo. Ecce si Maria plena fuit lumine sapientiæ, quod à sole æterno recepit priusquam ipsam concepit, quanto plenior fuit dum hunc solem tam mirabiliter concepit, & tam totaliter in se recepit? Et ideo benè plenitudinem sapientiæ Maria Beatus Bernardus commendans, ait. Extruxit in Maria sibi domum sapientiæ cęlestis, quæ ad eam mentem eius repleuit, ut de plenitudine mentis eius fecundaretur, & carolæ uirgo singulari gratia eandem ipsam sapientiam carne rectam pareret, quam prius mente pura conceperat. Secundò consideremus, quod plena est Maria inundatione gratiæ in affectu. Tanta nempe inundatio gratiæ, tanta profunditas, & magnitudo in Maria fuit, ut ipsa benè mare plenum dici possit. iuxta illud. Tonet mare, & plenitudo eius. Sicut in mari aquarum, sic in Maria sunt congregationes gratiarum. Vnde scriptum est. Congregationesq; aquarum appellantur maria. Dicitur quoque in Eccle. Omnia flumina intrant in mare. Omnia flumina sunt omnia gratiarum dona, quæ intrauerunt in Mariam, iuxta illud sapientis. In me, omnis gratia uiræ, & ueritatis, &c. Quàm plenum sit hoc mare, quod plena gratia sit Maria, Beatus Hieronimus aperit, dicens. Benè plena, quia ceteris per partes præstat: Mariæ uerò simul se tota infudit plenitudo gratiæ. Hoc ergo plenum mare audiatis cōtra uitia tonare. Tonet ergo mare & plenitudo eius, tonet plenum mare, tonet plena Maria. Tonet contra luxuriam, castitatem proponendo, & dicat. Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco. Tonet etiā cōtra superbiam, humilitatem sentiendo, & dicat. Ecce ancilla Domini, &c. Tonet quoq; contra ingratitudinē, gratias agendo, & dicat. Magnificat anima, &c. De plenitudine huius maris similiter in Psalm. dicitur. Moueatur mare & plenitudo eius. Moueatur mare, moueatur Maria, moueatur certè suspirijs & castigatiōibus, moueatur lachrymis & orationibus, moueatur eleemosynis, & aliis uenerationibus. Moueatur (inquàm) plenè, ut nobis effundat de sua plenitudine. At credamus, quid nobis Beatus Bernardus de ea loquatur. Ait enim sic. Vas liquore plenum, si moueatur de facili subuertitur, & effundit liquorem. Sic

Cant. 6.

Psal. 17.

Maria plena, misericordia & gratia.

Para. 16.

Maria plena, sapientia & intellectu.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

beata uirgo Maria, si moueatur precibus, effundit liquorem in nobis. Tertio consideremus, quod plena est Maria possessionibus bonæ uitæ in effectu. De hac plenitudine uerè possumus dicere. Domini est terra, &c. Per terram benè significatur Maria, de qua sic legitur in Isaia. Aperiat terra, & germinet saluatorem. Quid terra humilis? quid terra utilis? Terram omnes sub pedibus habemus, & de terra omnes ut tam foamur. Vnde enim uictum & uictum, panem & uinum, lanam & linum, & huius uitæ necessaria, nisi de terra & de plenitudine terræ habemus? Quid ergo humilior? quid utilior terra? Similiter quid humilior, quid utilior Maria? Ipsa denique, humilitate sua omnium est iustissima. Ipsa plenitudine sua omnium est utilissima. Viræ namq; spiritualis necessaria, habemus de plenissima terra Maria. Et ideo benè Beatus Bernardus ait. Altius intuemini quanto deuotionis à nobis uoluit honorari Mariam, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare. Sed à quo & cuius est tanta huius terre plenitudo? audi psalmist. Domini est terra & plenitudo eius, & iterum. Meus est orbis terræ, & plenitudo eius. Plenitudo terræ consistit in fructibus, & diuersis possessionibus terræ: iuxta illud Psalm. Impleta est terra possessione tua. Fructus autem, & possessiones plenissime terræ, Maria sunt opera, mores, exempla, & diuersa merita sanctissimæ uitæ Mariæ. Talibus enim possessionibus eam Dominus repleuit, talibus eam bonis impleuit, ut dicit in Ecclesiast. Dominus in terram respexit, & impleuit eam bonis suis: de hac eius plenitudine Hieronymus mentionem faciens inquit. Talibus decebat uirginem oppignerare muneribus, ut esset gratia plena quæ dedit cœlis gloriam, terris Deum, pacemq; re fudit, fidem gentibus, finem uitis, ordinem uitæ, & moribus disciplinam. Quarto consideremus charissimi, quod Maria plena est unctiōe misericordiæ, plena oleo pietatis. Vnde ipsa signata esse potest per illam mulierem, cui clauis ostio domus suæ, omnia uasa intus congregata, facta sunt miraculosè oleo plena, secundum quod Eliseus ei prædixerat, dicens. Cum plena fuerint colles. Mulier ista est Maria, quæ etiam à filio suo mulier appellata est in Io. ubi dicit. Mulier ecce filius tuus. Huius mulieris uasa, sunt affectus & effectus. Huius mulieris beneficia, quæ omnia oleo misericordiæ plena sunt in Maria. Vnde de hoc oleo Beatus Bernardus benè ait. Nec mirū ò domina, si tam copioso oleo misericordiæ cordis tui perfusum est sanctuarium, cum illud inæstimabile opus misericordiæ, quod prædestinavit Deus ante secula in redemptionem nostram, primū sit in te à mundi artifice fabricatum. Dicamus ergo charissimi, dicamus Maria. Date nobis de oleo

Maria est plena possessionibus bonæ uitæ.

Isa. 45.

Psal. 23. & 49.

Psal. 103.

Eccle. 16.

Maria plena misericordiæ.

4. Reg. 4.

Ioan. 19.



uestro. Petamus oicum misericordiae eius in mundo, ne frustra petamus in iudicio. Quod autem domus in qua uasa replebatur clausa fuit, hoc optime Mariae conuenit. De cuius clausura Ezechiel ait. Porta haec clausa erit & non aperietur, & uir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israel egressus est per eam. Porta, Mariae clausa fuit sera uirginalis, uir non transiit per eam, amplexu maritali, Dominus Deus egressus est per eam, natiuitate singulari. Sed certe quia ad multiplicacionem olei, uasa etiam uicinatorum non pauca collecta fuerunt, ideo quoque per uasa illa omnes signari possunt, qui plenitudinis misericordiae Mariae participes sunt. Qui autem sint illi, Beatus Bernardus declarauit cum dixit. Maria omnibus finem misericordiae aperuit, ut de plenitudine eius accipiant uniuersi, captiuus redemptionem, aeger curationem, tristis consolationem, peccator ueniam, iustus gratiam, Angelus leticiam, denique tota Trinitas gloriam, filij persona, carnis humanae substantiam. Quomodo charissimi consideremus, quod plena est Maria, fecundatione proliis diuinae. De plenitudine illa intelligere possumus illud Isa. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat domus maiestate eius. Domus illa in cuius folio Dominus sedit, est beata uirgo, in cuius matris folio Dominus requieuit. O uere beatissimum, o uere stabilissimum folium, sicut dicitur in libro regum. Firmissimum folium tuum in aeternum. Hoc folium excelsum est in intellectu, eleuatum in affectu. Excelsum est quoque super homines, eleuatum super homines. Excelsum in seipso est gratia, eleuatum in gloria. In folio ergo Mariae, in folio (inquam) mentis eius Dominus sedebat, & domus corporis eius, maiestatem uerbi incarnari plena erat. De hac ineffabili plenitudine Beatus Ambrosius ait. Beata sola gratia plena dicitur, quod sola gratia quam nulla alta consecuta est, ut gratia repletur auctore. O uere felix domus, tam felicitatis plenitudine plena. Ait namque beatus Bernardus. Beata gratia plena, quod & uirginitatis gratiam tenuit, & fecunditatis gloria acquisiuit. Dominus ergo in folio matris Mariae sedit per gratiam, & domum corporis eius maiestatem suam impleuit per assumptam naturam. Unde in 3. Regum dicitur. Impleuerat gloria Domini domum Domini, tunc ait Salomon. Dixit Dominus ut habitaret in nebula. Domus ergo Domini Maria, impleta est gloria diuina maiestatis per nebulam assumptam a Deo humanitatis, illam dico nebulam, de qua dicitur in Ecclesiastico. Medicina oium in festinatione nebulae, & iterum. Quasi stella matutina in medio nebulae, & c. Nam quasi stella in nebula est uerbum in carne assumptum. Sexto consideremus charissimum, quoniam Maria fuerit plena perfectio ne uniuersalis Ecclesiae. Diuersas & mirificas perfectiones & gratias, in diuersis sanctis suis habuit, & habet Ecclesia, in quorum plenitudine uide detenta fuisse Maria, ut uere possit dicere illud Ecclesiastico. In plenitudine sanctorum Mariae detentio fuit, dum in mirifica perfectione sua, plenitudo perfectionis sanctorum sibi non defuit. Sicut Beatus Bern-

Ma. 6.

3. Reg. 8.

3. Reg. 8.

Eccle. 43. & 50.

Maria habuit perfectiones oium sanctorum.

Eccle. 24.

nardus declarat, cum ait. Merito in plenitudine sanctorum detentio eius, cui nec defuit fides patriarcharum, spiritus prophetarum, zelus Apostolorum, constantia martyrum, sobrietas confessorum, castitas uirginum, fecunditas conjugatorum, immo nec puritas Angelorum. Scriptum enim est in Ecclesiastico. In plenitudine sancta admirabitur. Ad hoc certe in plenitudine sanctorum, non in plenitudine impiorum detentio Mariae est, quia apud eos qui pleni sunt sanctitate, non apud eos qui pleni sunt iniquitate Maria libenter est. Ipsa quoque non solum in plenitudine sanctorum detinetur, sed etiam in plenitudine sanctorum detinet, ne eorum plenitudo minuat. Detinet nimirum uirtutes ne fugiant, detinet merita ne pereant, detinet demones ne nocent, detinet filium ne peccatores percuciat. Ante Mariam non fuit, qui sic detinere Dominum auderet, testante Isaia qui dixit. Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te. Septimo consideremus, quomodo plena sit Maria resperione odoriferam famam. Sicut enim ager plenus odoriferarum specierum odoribus, sic Maria plena est odoriferis famis suae asperionibus. De hac plenitudine accipiamus quod legitur in Genesi. Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus. Ager iste est Maria, in qua thesaurus Angelorum, immo totus Dei patris absconditus est. Felix qui uendit omnia quae habet, & emit agrum istum. Huius agri pleni plenus odor, est plena Mariae fama plenus honor. De hoc Beatus Hieronimus ait. Quia multus repleta erat uirtutum odoribus, manas ex ea fragrabat suauissimus odor spiritibus Angelicis. De isto odore ipsa sancta gloriam dicitur per illud Ecclesiastico. Sicut cinamomum & balsamum amoenitatis odore dedi. Odor Mariae fuit sicut cinamomum exterius in cortice conuersionis, sicut balsamum interius in unctione deuotionis, sicut quoque odor Mariae sicut cinamomum in actione, sicut balsamum in contemplatione, sicut myrrha in passione. O uere diues & nimis diues, quae praeter alia aromata, tam plena fuit odorifero spiritu sancti balsamo, ut bene de illo super illud. Spiritus sanctus superueniet in te, beatus Bernardus dicat. Praetiosum illud balsamum, tanta tibi copia, tantaque plenitudine influet, ut copiosissime effluat circumquaque. Beata ergo dicere potuit Deus pater. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, quasi dicat. Ecce odor filii mei, id est, honor filii, pleni, ex honore plenae matris suae est & fama. Unde Hieronimus ait. Honor maternus eius est, qui de ea natus est. Octauo consideremus charissimum, quomodo plena est Maria resperione siue expressione diuinae gloriae, in qua illud Ecclesiastico. Gloria Domini, plenum est opus eius. Anthonomaticae, opus Domini mirabile est Maria, de quo dicitur in Ecclesiastico. Vas admirabile opus excelsum. Uere opus mirabile, quia nullam

Eccle. 37.

Ma. 6.

Gen. 17.

Eccle. 43.

Eccle. 43.

Eccle. 43.

Eccle. 43.

quam inuenitur simile. Unde de hoc dicitur. Non est factum tale opus in uniuersis regnis. Non utique in regno caelestium, non in regno terrestrium, non in regno infernorum, quia nullum tale opus in caelo, nullum tale in mundo, nullum tale in limbo fuit. Hoc enim opus plenum est Dominica gloria, quia super omnem puram creaturam resultat, & relucet plenissime in Maria. Nam praeter assumptam a uerbo naturam, nullum est opus, nulla est creatura, in qua tanta diuinae gloriae materia reluceat sicut in Maria. Gloria enim de resurrectione facta in caelo, gloria de redemptione facta in mundo, gloria de liberatione facta in inferno, habet Dominus per Mariam, habet per plenitudinem Mariae. Et ideo bene ait Anselmus. Tibi solum loquor Domina, beneficij tuis plenum esse mundum, inferna penetrauit, caelos superauit. Per plenitudinem enim gratiae tuae, quae in inferno erant, se letantur liberata, & quae supra mundum sunt, se gaudent restaurata. Plenum ergo est gloria Domini opus eius Maria, quia sicut dicitur in Isaia. Plena est omnis terra gloria eius. Plena utique est omnis terra, plena est tota, Maria relucens in se plenissime diuina gloria. Merito autem omnibus praedictis gratijs plenissima dicitur, quae omnibus non in gratis gratissima creditur, sicut beatus Bernardus ostendit, qui de hoc uerbo. Aue gratia plena loquens, sic ait. Bene plena gratia, quae Deo, & Angelis, & homini grata, hominibus per fecunditatem, Angelis per uirginitatem, Deo per humilitatem. Nono consideremus charissimum, quomodo plena sit Maria fruitione letitiae aeternae: quis enim nesciat, eam ab his non exclusam, quibus filius eius dixit Ioan. Petite & accipietis, ut gaudium uestrum plenum sit? Si ergo omnium Apostolorum, immo omnium cum Deo regnantium gaudium plenum est, quanto matris Dei gaudium plenissimum est plenum? De hac plenitudine Beatus Hieronimus inquit. Plena siquidem gratia, plena Deo, plena uirtutibus, non potest non possidere pleniter gloriam claritatis aeternae. Quid mirum, si leticiam & gloriam plenam & suam plenam habet in regno, quae gratiam plenam & suam plenam habuit in exilio? Quid certe mirum, si tam in caelo quam in mundo eius plenitudo super omnem creaturam sit, de cuius plenitudine omnis creatura uirescit? Unde Anselmus ait. O femina plena & superplena gratia, de cuius plenitudinis exundantia, resperfa renouiscit omnis creatura. Sic ergo charissimum uidetis in Maria plenitudinem sapientiae illuminatiuam, plenitudinem gratiae inundantiuam, plenitudinem uirtutis fructificatiuam, plenitudinem misericordiae subuentiuam, plenitudinem Ecclesiae perfectionem, plenitudinem famae resperiuam, & plenitudinem diuinae gloriae expressiuam, plenitudinem aeternae letitiae supergressiuam. Eia ergo plenissima uirgo Maria, nos tam inanes, tam uacuos sic participes plenitudinis tuae facias, ut

1. Reg. 10.

Ioan. 16.

1. Reg. 10.

1. Reg. 10.

1. Reg. 10.

1. Reg. 10.

tandem ad aeternam plenitudinem pertingere ualeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Capitulum. VIII.

Aue Maria gratia plena Dominus tecum. Ostensum est supra, quomodo Maria propter purissimam uitae innocentiam merito per aue salutatur, ostensum est quoque, quomodo propter copiosissimam gratiae affluentiam merito gratia plena commemoratur. Ostendendum autem nunc est, quomodo propter specialissimam Dei praesentiam merito Dominus tecum fore insinuatur. Dominus ergo tecum. O magne Gabriel, magnum, ad magna Mariae, de magno Domino nuncias. Magnum est quod ei dicis, Dominus tecum. Sed dic nobis, quantum uel quomodo tecum? Et ecce beatus Augustinus in persona Gabrielis ad hoc respondens ait. Dominus tecum, sed plus quam tecum, Dominus tecum, sed non sicut tecum, in me licet sit Dominus, memetipsum creauit Dominus, per te autem natus est Dominus. Dominus ergo o Maria, sed quis uel quantum Dominus? Dominus terra, & oium generaliter, Dominus hoium specialiter, Dominus tuus singulariter o Maria. Dominus (inquit) creaturae, generaliter uniuersalis, Dominus specialiter naturae rationalis, Dominus singulariter aeternae uirginalis o Maria. Considerandum est ergo charissimum, quod Dominus iste de quo dicitur. Dominus tecum, ipse est generaliter Dominus creaturae uniuersalis. Unde Iudith. Dominus caelorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturae. Et Sapientia. Omnium Dominus dilexit illam. Omnium certe uniuersaliter, omnium (inquit) uisibilium & inuisibilium. Iste uniuersalis omnium Dominus sic cum Maria fuit, quod etiam ipsam uniuersalem omnium dominari fecit. Dominam (inquit) caeli, & dominam mundi, propter quod Anselmus ait. Regina caeli, & Domina mundi, mater eius qui mundum dat, mundam tibi confiteor, quod corpus meum nimis est immundum. Sed ecce ista uniuersalis omnium Dominus, ipse est Dominus potentissimus, Dominus sapientissimus, Dominus opulentissimus, Dominus indeficientissimus. Dominus enim sine potentia, Dominus sine sapientia, Dominus sine opulentia, Dominus sine permanentia minus perfectus Dominus esset. Unde Dominus impotens, Dominus insipiens, Dominus indigens, Dominus deficiens, siue non permanens, minus reputaretur. Dominus ergo uniuersalis, ipse Dominus est potentissimus uoluntate, Dominus sapientissimus ueritate, Dominus opulentissimus proprietate, Dominus indeficientissimus eternitate. Primo attendite charissimum, quod Dominus uniuersalis qui cum Maria est, cum Dominus potentissimus uoluntate sit, bene de illo propheta ait. Omnia quae uoluit Dominus fecit & c. usque ad absissis. Ergo nec in caelis, nec in terris, nec in omnibus inferni absissis, uoluntati tam potentissimi Domini res-

Verbi illius. Dominus tecum, de claratio.

Deus Dominus est generaliter omnium rerum, specialiter rationalis creaturae, specialissimè Mariæ uirginalis. Iudith. 9. Sap. 8.

Psal. 113.

refi.



resistere quis potest, teste Mardocheo qui de isto Domino ait. Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & no est qui tua resistere possit uoluntati. Ecce Maria, quantus Dominus est, q̄ potentissimus Dominus est, qui tecum est. Et quia Dominus potentissimus, potentissime tecum est, ideo & tu es potētissima secum, potētissima es per ipsum, potentissima apud ipsum, ita ut uere dicere possis illud Ecclesiast. In Hierusalē potestas mea. Hierusalem signat Ecclesiam triumphantem in cœlis, signat etiam Ecclesiam militantem in terris. Nam uere, tam in cœlis, q̄ in terris potestatem habet mater potentissima creatoris. Quam potentissimam cognoscit Ansel. cum orans ait. Exaudi pia, adesto propicia, adiuua potētissima, ut mundentur sordes mentis meæ, & illuminentur tenebræ meæ. Dominus ergo tecum o Maria potentissima. Secundò attendite charissimi, q̄ uniuersalis Dominus qui est cū Maria, ipse est Dominus sapientissimus ueritate. Ipse enim est Dominus de quo in Psal. dicitur. Magnus Dominus noster, & magna uirtus eius, & sapientiæ eius nō est numerus. O q̄ sapientissimus Dominus cuius sapientiam nihil fallere, nihil latere potest, quia omnia manifesta & occulta nouit. Omnia utiq; opera nostra bona & mala, omnia uerba nostra bona & mala, omnes cogitationes & omnia desideria nostra bona & mala, omnia scit Dominus. Vnde Petrus ait. Domine tu omnia scis. Ecce Maria, qualis Dominus est q̄ sapientissimus Dominus qui tecum est: Et quia Dominus sapientissimus, sapientissime est tecū, ideo tu es sapientissima secum, sapientissima es p̄ ipsum, tu enim signata es per illam Abygail, de qua dicitur. Eratq; illa mulier prudentissima, & speciosa. Maria tam prudentissima, tam speciosa fuit, ut Anselmus de ipsa audacter dicat. Omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ in Maria. Dominus ergo tecum o Maria sapientissima. Tertio attendite charissimi, q̄ Dominus uniuersalis qui cū Maria est, ipse est Dominus opulentissimus proprietate, sicut bene de isto Domino propheta reueratur dicens. Domini est terra & c. usq; in eo. Domini certè est nō solum terra & plenitudo eius, in modum etiam cœlum & plenitudo eius. Tui enim Domine sunt cœli, & tua est terra, quia cœlum casti Domino. Domini huius omnia sunt propria, cœlum & terra, corporalia & spiritalia, omnis natura, omnis gratia, omnis celestis gloria, omnia sunt Domini propria. Dominus ergo ditissimus est, sicut etiam Apostolus ait. Ideo Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Ecce Maria quantus Dominus est, q̄ opulentissimus Dominus est, qui tecum est. Et quia Dominus opulentissimus, opulentissime est tecum, ideo tu es opulentissima siue ditissima secum, ita ut uere tibi dici possit illud Prou. Multæ filiar congregauerunt diuitias, tu supergressa es uniuersas,

Escher. 13.
Ecc. 24.
Psal. 146.
Ioan. 21.
Maria sapientissima.
Reg. 25.
Psal. 23.
Rom. 10.
Maria opulentissima.
Prou. 31.

Filia Agnes, filia Lucia, filia Cecilia, filia Agatha, filia Catherina, & multæ aliar filiar, & multæ aliar uirgines sanctæ, multæ animæ iustæ congregauerunt diuitias uirtutum & gratiarum, diuitias meritorum & premiorum, sed Maria uniuersis diuitijs supergressa es excellentissime uniuersas. O q̄ diues est Maria in gloria, quæ tã diues fuit in miseria. O q̄ diues est in cœlo, quæ tam diues fuit in mundo. O q̄ diues est in anima sua, quæ tam diues fuit in carne sua, ut etiã beatus Bern. exclamans dicat. O diues in omnes & super omnes Maria, de cuius substantia modica pars assumpta, totius mundi fuisse solueret delicta Dominus ergo tecū o Maria opulentissima. Quartò attendite charissimi, q̄ Dominus uniuersalis qui est cū Maria, ipse est Dominus indeficientissimus eternitate. Vnde habetis in Exod. Dominus regnabit in æternum & ultra. Et in Psal. de isto Domino dicitur. Tu autem Domine in æternum permanes. Ecce Maria quantus Dominus est, q̄ indeficientissimus Dominus est qui tecum est, & quia Dominus indeficientissimus indeficientissime est tecum, & ideo tu es indeficientissima in æternum secum. Tu enim est thronus ille indeficiens, thronus in æternum, thronus filij Dei, de quo pater p̄ prophetam ait. Thronus eius sicut Sol in cōspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum, & uere in æternum: Vnde non solum uere dicimus. Tu autem Domine in æternum permanes, sed etiam uere dicere possumus. Tu autem domina in æternum permanes. Quid mirum si Maria ipsa in filio suo permaneat in æternum, cum etiam beneficia Mariæ in seruis suis permaneat in æternum? Ait enim beatus Bern. In te o Maria Angeli letitiam, iusti gratiam, peccatores uentiam inueniunt in æternum. Dominus ergo tecum o Maria indeficientissima. Gaude nunc Maria gaude. Ecce Dominus potentissimus sic est tecum, q̄ tu es potentissima secum. Dominus sapientissimus sic est tecum, q̄ tu es sapientissima secum. Dominus opulentissimus sic est tecum, q̄ tu es opulentissima secum. Dominus indeficientissimus sic est tecum, q̄ tu es indeficientissima secum. Eia ergo potentissima Domina, esto nobis impotentissimis auxiliatrix. Eia sapientissima Domina, esto nobis insipientibus auxiliatrix & consiliatrix. Eia opulentissima Domina, esto nobis indigentibus locupletatrix. Eia indeficientissima Domina, esto nobis deficientibus perpetuatrix in omni bono. Consequenter consideremus charissimi, q̄ Dominus iste de quo dicitur, Dominus tecum, ipse est Dominus specialiter creature rationalis, sicut ipsa rationalis creatura in Psal. ait. Domine Dominus noster & c. Dominus omnium uniuersaliter, Dominus noster specialiter: sic utiq; Dominus noster, sicut dicit in Isa. Dñs iudex noster, Dñs legiser noster, Dñs rex noster. Dñs nō legiser in mundo, Dominus iudex noster in iudicio, Dominus rex noster nos

Es. 17.
Psal. 101.
Maria indeficientissima.
Psal. 118.
Psal. 116.
Maria piissima.
Psal. 116.
Psal. 10. & 118.
Iob. 144.
Iob. 6.

ster nos coronans in cœlo. Iste specialis noster Dominus sic cum Maria fuit, q̄ etiã ipsam specialem nostram Dominā fecit. Quod bene beatus Bern. recognoscens ait. Domina nostra, mediatrix nostra, aduocata nostra, tuo filio nos reconcilia, tuo filio nos comēda, tuo filio nos repræsentata. Sed ecce iste nō specialis Dñs, ipse est piissimus, Dñs iustissimus, Dñs certissimus, Dominus nominatissimus. Dominus enim qui non esset pius in beneficijs, iustus in iudicijs, Dominus qui non esset certus in promissis, Dominus qui non esset nominatus in populis, minus reputaretur. Dominus ergo noster, est Dominus piissimus liberalitate, Dominus iustissimus æquitate, Dominus certissimus fidelitate, Dominus nominatissimus famositate. Primò ergo attendite charissimi, q̄ Dominus noster specialis q̄ cum Maria est, ipse est Dominus piissimus liberalitate misericordiæ suæ infinite. Ipse enim est Dominus, de quo propheta ait. Tu Domine suavis, & mitis, & multæ misericordiæ, omnibus inuocantibus te. Multæ misericordiæ Dominus, in multis beneficijs temporalibus, spiritalibus, æternalibus, quæ ex multa misericordia sua contulit nobis, & conferre non cessat. Vtinã tantis Domini misericordijs non simus ingrati, utinam Domino tam misericordissimo simus ualde grati cum Isa. qui de isto Domino ait. Miserationū Domini recordabor, laudabo Dominū sup omnibus in quibus reddidit nobis Dñs. Ecce Maria qualis Dominus est, q̄ piissimus, q̄ misericordissimus Dominus est, qui tecum est. Et quia Dominus misericordissimus, misericordissime est tecum, ideo & tu es misericordissima secū, ut uere de te dici possit illud Isa. Preparabitur in misericordia solium eius, & sedebit super illud in ueritate. Solum diuinæ misericordiæ est Maria, mater misericordiæ, in quo omnes inueniunt solatia misericordiæ. Nam sicut misericordissimum Dominum, ita misericordissimam Dominam habemus. Dominus noster, multæ misericordiæ est hominibus inuocantibus se, & Domina nostra, multæ misericordiæ est, omnibus inuocantibus se. Propter quod optime Bern. dicit. Stilet misericordiam tuam uirgo beata, qui inuocata eam in necessitatibus suis, sibi meminerit defuisse. Dominus ergo tecum, o Maria misericordissima. Secundò attendite charissimi, q̄ Dominus noster specialis q̄ est cū Maria, ipse est Dominus iustissimus æquitate, sicut bene de Domino isto in Psal. dicitur. Iustus Dominus, & iustitias dilexit. Et iterū. Iustus Dñs & rectū iudiciū tuum. Iustus certè est Dñs in omnibus iudicijs suis, in omnibus causis, in omnibus factis suis, sicut iterum in Psal. dicitur. Iustus Dominus, in omnibus uijs suis. Dominus ita iustus est in omni uia iustitiæ, q̄ propter nullam personam declinat à uia iustitiæ. Et ideo bene de isto domino dicitur. Non subtrahet personam cuiusquam dominus, qui

est omnium dominator, nec uerebitur magnitudinem cuiusquam, qm̄ pusillum & magnum ipse fecit, & equaliter est illi cura de omnibus. Ecce Maria qualis dominus est, q̄ iustissimus dominus est, qui tecum est. Et quia dominus iustissimus, iustissime est tecum, ideo & tu es iustissime secum. Tu enim es uirga Aaron recta, florida, & fructifera. Recta imò rectissima, per iustitiam & æquitatem. Florida, per uirginitatem. Fructifera, per fecunditatem. Quæ enim esset uirga recta, si non uirga Aaron esset recta? Quæ anima esset iusta, si non Maria esset iusta? Hoc est quod beatus Bern. dicit. Quis iustus, si non Maria iusta, de qua ortus est Sol iustitiæ? Dominus ergo tecum, o Maria iustissima. Tertio attendite charissimi, q̄ dominus specialis noster qui est cum Maria, ipse est dominus certissimus fidelitate, & fidelissimus certitudine, sicut propheta testatur qui ait. Fidelis dominus in omnibus uerbis suis. Recogitate ergo uerba ista, quibus promittit coronam iustis, & gehennam iniustis, & scitote, q̄ dominus fidelis fideliter uerba sua tenebit, fideliter quod locutus est implebit, sicut de isto domino dicitur in Ezech. Ego dominus locutus sum, & faciam. Verba utiq; sua dominus fidelissimus, fidelissime tenebit, sicut ipse in Euangelio suo dicit. Cælum & terra transibunt & c. Ecce Maria qualis dominus est, q̄ fidelissimus dominus est qui tecum est. Et quia dominus fidelissimus, fidelissime est tecū, ideo & tu es fidelissima secum. Tu enim es illa fidelissima columba Noe, quæ inter summum Noe & mundum diluuiio spiritali submersum, mediatrix fidelissima extitisti. Coruus infidelis, columba uero fidelis fuit. Sic & Eua infidelis, maria uero fidelis inuenta est. Eua infidelissima mediatrix perditionis: Maria uero fidelissima mediatrix salutis fuit. Ideo beatus Bern. ait. Fidelis mediatrix Maria, quæ salutis antidotum uiris & mulieribus propinauit. Dominus ergo tecū o Maria fidelissima. Quartò attendite charissimi, q̄ noster dominus specialis qui cum Maria est, ipse est dominus nominatissimus famositate. Magni. n. nominis est, teste Hier. qui de domino isto ait. Non est similis tui domine, & magnum tu, & magnum nomen tuum. Magnū utiq; fama & laude, nomen domini est in omni populo, sicut ppheta ostēdit dicēs. Reges terræ & omnes populi, principes & omnes indices terræ. Iuuenes & uirgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini. Nominis autem domini laus & fama, nō solum ad omnem populum, sed etiam ad omne tempus se extendit, sicut per eundem prophetam patet, qui ait. Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & usq; in seculum. Item nominis domini laus & fama non solum ad omnem populum, non solum ad omne tempus, sed etiam ad omnem locum se extendit, sicut iam dictus propheta declarans ait. A solis ortu usq; ad occasum, laudabile nomen domini. Ecce Maria

Maria iustissima.
Psal. 144.
Ezech. 30.
Matt. 24.
Maria fidelissima.
Hier. 10.
Psal. 148.
Psal. 112.
Ibid. Maria nominatissima.



ria quantus Dominus, q̄ nominatus Dominus est, qui tecum est, & quia Dominus nominatissimus sine famosissimus, famosissime est tecum, ideo & tu es famosissima, & nominatissima secum. Tu enim bene signata es per illam Ruth, de qua legitur sic. Sic exemplū uirtutis in Ephraim, & habeat celebre nomen in Berthelem. i. in Ecclesia. O celeberrimi nominis Maria, quomodo posset nomen tuum non esse celebre, quā eē deuore nominari non potest sine nominatis utilitate? Testatur tuus Ber. dicēs. O magna, o pia, o multum laudabilis Maria, tu nec nominari potes quin accedas, nec cogitari quidem quin recres affectus diligentium te, tu nunq̄ sine dulcedine diuinitus tibi insita, pia memoria portas ingredieris. Maria ergo fratres, optime signata est per illam famosissimi nominis foemina Iudith, de qua scriptum est. Hec erat in omnibus famosissima, qm̄ timebat Dominum ualde, nec erat qui de illa loqueretur uerbum malum. Famosa quidem est Maria, propter uirtutes & exempla sua tam laudabilia. Famosior autem, propter misericordias & beneficia sua tā inenarrabilia. Famosissima uero, propter gratias & privilegia sua tam mirabilia. Quid enim mirabilius, q̄ esse matrem, & uirginē, & esse Dei matrem? Quid autem mirum si Maria de tātis millibus misericordiarum suarū beneficijs, famosa ē in mundo, quā tam famosa est de unico beneficio suo circa Theophilum exhibitio? At beatus Bern. Famosum summā tuarū benignitatis testimoniu est, per te restauratus Theophilus o Maria: Dominus ergo tecū famosissima o Maria. Gaude nunc o Maria gaude. Ecce Dominus pijsimus sic est tecum, q̄ tu es pijsima secum. Dominus iustissimus sic est tecum, q̄ tu es iustissima secum. Dominus famosissimus sic est tecū, q̄ tu es famosissima secum. Eia ergo pijsima Maria, nos impios salua per tuam misericordiam pietatem, Eia iustissima, nos iniustos salua, per tuam iustissimam aequitatem. Eia fidelissima Maria, nos perfidos salua, per tuam certissimam fidelitatem. Eia famosissima Maria, nos infames salua, per tuam suauissimam famositatem. Post prædicta charissimi considerandū, q̄ Dominus iste de quo dicitur, Dominus tecū, non solum est Dominus generaliter creatura uerū uersalis, non solum est Dominus specialiter creatura rationalis, immo ipse etiam est Dominus singulariter aulæ uirginalis suæ sanctissimæ genetricis. Maria singulariter tam corpore q̄ anima est aula Domini, domus Dei sanctissima, de qua in Psal. dicitur. Domum tuam decet sanctitudo Dñe. O uerē singulariter beatam domum, quæ sola tam singulariter talem meruit habere Dominum. Ecce enim beatus Bern. ait. Tu sola digna inuenta es, ut in tua uirginali aula Rex Regum & Dominus dominantium à regalibus sedibus ueniens, primam sibi inter filios hominum mansionem eligeret. Iste singula-

laris Maria Dominus, sic singulariter cum Maria fuit, q̄ etiam ipsam tam singulariter Dominam fecit, q̄ nec primam simile uita est, nec habere sequentem, dum ipsa singulariter Dñi filia, Domini mater, Dñi sponsa, & Dñi ancilla facta est. Maria enim filia Dñi singulariter, generosa mater Dñi singulariter, gloriosa sponsa Domini singulariter, preciosa ancilla Domini singulariter obsequiosa fuit. Si autem illa tribus personis diuinis uolamus appropriare, possumus dicere, q̄ Dominus iste qui tam singulariter est cū Maria, ipse est Dominus pater, Dominus filius, Dominus spiritus sanctus, Dominus trinus & unus. Ipse est Dominus pater, cuius Maria est filia nobilissima: Ipse est Dominus filius, cuius Maria est mater dignissima: Ipse est Dominus spiritus sanctus, cuius Maria est sponsa iustissima: Ipse est Dñs trinus & unus, cuius Maria est ancilla subiectissima. Maria certē est filia summæ eternitatis, mater summæ ueritatis, sponsa summæ bonitatis, ancilla summæ Trinitatis. Primo ergo attendite charissimi, q̄ Dominus iste qui tam singulariter est cum Maria, ipse est Dñs cuius filia nobilissima est Maria. De isto enim Domino, & de illa filia accipi potest, quod Booz dixit. Benedicta es à Domino filia, quia priorē misericordiam posteriore superasti. Verē benedicta à Dño filia est Maria, à summo (in q̄) Domino cuius ipsa est filia. O uerē nobilissimi Regis nobilissima filia, quæ tam multiplici interiori ornata es gloria, ut uerē de ea dicere possit. Ois gloria eius filie regis abintus, &c. & ideo tanq̄ uerissima Regis filia ad Regnum copiosissime est tracta, teste beato Bern. qui ait. Tu filia delicata & oī gratia plena, charissima in delictis tuis tracta es ad gloriam decoris tui, & in signum dilectionis. Ista benedicta filia, priorē misericordiam posteriore superauit. Magna. n. erga miserōs fuit misericordia Mariæ, adhuc exulantis in mundo, sed multo maior erga miserōs est misericordia eius, iam regnantis in cælo. Maiore per beneficia innumerabilia nūc ostēdit hominibus misericordiam, qui magis nunc uidet innumerabilem hominum miseriam. Vnde pro splendore prioris misericordie fuit Maria pulchra ut Luna, pro splendore uerō posterioris misericordie, est electa ut Sol. Nam quemadmodum Sol Luna superat magnitudine splendoris, sic priorē Mariae misericordiam superat magnitudo posterioris. Quis est super quem Sol non luceat? quis est super quem misericordia Mariæ non resplendet? Audi quid de hoc beatus Bern. sentiat, ait enim sic. Quemadmodum Sol oritur super bonos & malos indifferenter, sic Maria petita nō discutit merita, sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimā præbet, omnium deniq; necessitatibus amplissimo miseretur affectu. Dominus ergo tecum o Maria, sicut pater cum filia nobilissima. Secūdo attendite charissimi, q̄ Dominus iste qui tam singula-

singulariter est cū Maria, ipse est Dñs cuius mater dignissima est Maria. De isto Domino & de illa matre dixit Elisabeth. Vnde mihi hoc, ut ueniat mater Dñi ad me? mater Dñi, mater & uirgo, mater est dignissima. Ipsa est mater, quæ tali filio est decentissima. Ipsa mater est, cui talis filius decentissimus fuit. Ipsa est qua maiorem Deum facere non posset. Maiorem mundum posset facere Deum, maius cælū posset facere Deum: maiorem matrem q̄ matrem Dei non posset facere Deum. Vnde Bern. ait. Nec enim decebat Deum alia mater q̄ uirgo, nec uirginem alius filius q̄ Deus, quia nec maior inter matres, nec maior inter filios nasci potuit. Hæc itaque mater est floris misericordie, mater solis iusticie, mater fontis sapientie, mater Regis glorie. Mater (in q̄) est eius, cuius misericordia ad dilectionem, cuius iusticia ad timorem, cuius sapientia ad agnitionem, cuius gloria ad spem nos inducit. Maria ergo mater eius qui effectiue est nostra dilectio per misericordiam, noster timor per iusticiam, nostra agnitio per sapientiam, nostra spes per gloriam, ut uerē ipsa dicere possit illud Eccl. Ego mater pulchre dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. Sed nunquid solius Christi mater est Maria? Immo certē quod iucundissimum est, Maria non solum est mater Christi singularis, sed etiam mater omnium fidelium uniuersalis. Vnde beatus Ambr. ait. Si Christus est credentium frater, cur non ipsa que genuit Christum, credentium sit mater? Eia charissimi omnes nunc gaudeamus, nunc omnes gaudent dicamus. Benedictus frater, per quem Maria est nostra mater, & benedicta mater, per quam Christus est noster frater. Hinc uerē Anf. ait. Domina mater per quam talem fratrem habemus, quid gratiarum, quid laudis tibi retribuemus? Deus ergo tecum o Maria, sicut filius cum matre dignissima. Tertio attendite charissimi, q̄ Dominus iste qui tam singulariter est cum Maria, ipse est Dominus, cuius sponsa uenustissima est Maria. Vnde tam de isto Dño q̄ de illa sponsa exponi potest illud Osee. Sponsa uerē mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus. Ecce pulchra sponsa, pulchra in iustitia & iudicio respectu sui, pulchra in miserationibus & misericordia respectu proximi, pulchra in fide respectu Dei. Pulchra utiq; in iustitia uita, & in iudicio conscientie, pulchra in misericordia in affectu, & in miserationibus in effectu, pulchra in fide qua credidit omnia credenda supra se, & qua credidit omnia perficienda in se, iuxta illud. Beata que credidisti, qm̄ perficientur in te ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. Sed ecce sponsa spiritus sancti Maria, sicut formosissima fuit & est in conuersatione, ita et dulcissima est in allocutione, sicut dicitur in Cant. Fauus distillans &c. usq; tua. O q̄ melliflua uerba, septus distillauerit, dul-

cissima Mariæ labia; Quæ etiam bene lac & mel sub lingua habuit, in duobus uerbis quæ ipsa Gabrieli respondit. Nonne Maria lac sub lingua habuit, qm̄ lacteum illud continentia uerbu respondit: Quomodo fiet istud, qm̄ uirum non cognosco? Nonne etiam mel sub lingua habuit, qm̄ mellifluum illud dulcedinis uerbu respondit: Ecce ancilla Domini fiat mihi secundū uerbum tuum? De mellifluenta namq; huius melliflui uerbi, per totum mundū melliflui facti sunt cæli. Maria miuper mel sub lingua habuit, in mellifluis orationibus ad Deū, lac uerō sub lingua habuit, in lacteis collationibus ad proximum. Eia ergo quanti decoris, & quanti dulcoris, est illa sponsa summi consolatoris. Quia (inquit) Aug. Quæ est hæc uirgo tam sancta, ut ad eam uenire dignaretur Spiritus sanctus, tam speciosa, ut eam sponsam eligeret Deus? Dominus ergo tecum o Maria, sicut sponsus cum sponsa delicatissima. Quarto attendite charissimi, q̄ Dominus iste qui tam singulariter est cū Maria, ipse est Dominus cuius ancilla deuotissima est Maria, sicut ipsamet testatur dicens. Ecce ancilla Domini. Maria ancilla est Domini patris, Domini filij, & Domini spiritus sancti. Quid mirum si Maria sit huius Domini ancilla, cum etiā filius Mariæ sit huius Domini seruus secundum assumptam à matre naturā? Ipse enim in Psal. confitetur dicens. O Domine quia ego seruus tuus. & filius an. t. O q̄ bona ancilla, & bonus ancilla filius. Heu quot sunt malæ ancillæ, & malæ ancillarum filij. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius. Legitur in Gen. de ancilla Saræ, q̄ concepit se uidens, despexit dominam suam. Mala ergo ancilla Agar de fecunditate inflatur, bona uerō ancilla Maria de humilitate fecundatur. Ancilla illa superba dominam despexit, ancillam istam humilem Dominus respexit, sicut ipsa humiliter recognoscens dicit. Respexit humilitatem ancillæ suæ. O ancilla Christiana Domini ancilla, sic cum Maria amplectere fecunditatem, ut nequaquā deseras humilitatem. Ut ergo de boni operis fecunditate non infleris, sed magis de humilitate fecundaris, attende humilem ancillam, respice humilem Mariam. Ecce (ait) ancilla Domini, uide ancillam se dicit Domini, quæ mater eligit Domini, nec repentino exaltata promisso est. O uerē admiranda humilitas, ecce non solum Domini ancilla, sed etiam seruorum Domini ancilla quodammodo dignatur esse Maria. Ipsa namq; signata est per illam Abygail, pro qua adducta cum Dauid nuncios misisset, respondit. Ecce famula tua sit in ancillam, ut lauet pedes seruorum Domini mei. Per benedictam ancillā Mariam quasi tot serui Domini loti sunt, quot fideles eius suffragijs à peccatis mundati sunt. Ap. sa. n. quasi tot seruorum Dñi pedibus aqua obtulit, quot peccatibus lachrymas cōpunctionis obtri-

In Job. 8.

Psal. 92.

Luc. 1.

Luc. 1.

Ruth.

Psal. 44.

Mal. 2.

Luc. 1.

Cant. 4.

Maria ancilla Domini.

Psal. 115.

Gen. 16.

Psal. 115.

1. Reg. 25.

Psal. 115.

obtri-



obtinet. Dominus ergo tecum o Maria, tanq[ua]m ancilla deuotissima. Dominus pater tecu[m], Dominus filius tecum, & Dominus spiritus sanctus tecum. Vnde Bern. Pater (inquit) tecum, qui suum filium facit & tuum. Filius tecum, qui ad condendum in te mirabile sacramentum, miro modo & sibi referat genitale secretum, & tibi seruat uirginale signaculum. Spiritus sanctus tecum, qui cum patre & filio tuum sanctificat uterum. Dominus ergo tecum, Dominus certe cuius filia es, qua nulla nobilior, Dominus cuius mater es, qua nulla mirabilior, Dominus cuius sponsa es qua nulla amabilior, Dominus cuius ancilla es qua nulla humilior unq[ua]m fait, nec est, nec erit in aeternum. Eia ergo Domina, quia Dominus tatus ac talis, tm ac taliter est tecum, fac ut etiam ipse per gratiam sit nobiscum.

Capitulum. IX.

Dominus tecum. His dulcissimis uerbis ille deuotus Beatae Mariae Anselm. deuote alludens ait sic. Maria obsecro te per gratiam qua sic Dominus esse tecum, & te uoluit esse tecum, fac propter ipsam secundum eandem ipsam gratiam misericordiam tua[m] mecu[m], fac ut amor tui semper sit mecum, & cura mei semper sit tecum, fac ut clamor necessitatis meae quadiu ipsa persistit sit tecum, & respectus pietatis tuae quadiu ego subsisto sit mecum, fac ut congratulatio beatitudinis tuae semper sit mecum, & compassio miseriae meae semper quantum mihi expedit sit tecum. Dominus ergo tecum o Maria. Tecu[m], certe tecum. Tecum fuit, tecum est, tecum erit. Tecum utiq[ue] sicut Sol cum aurora ipsum praue[n]iēte, tecum sicut flos cu[m] uirga ipsum producēte, te cu[m] sicut Rex cum Regina ad ipsum ingrediente. Sol na[m]q[ue] omnibus lum[in]ibus luminosior, flos omnibus floribus preciosior, Rex omnibus Regibus gloriosior est Dominus Iesus Christus. Aurora uero hunc Solem clarissima irradiatione praue[n]iens. Virga hunc florem mirabilissima emissionē producens. Regina ad hunc Regē solemnissima processione ingrediens, est beatissima uirgo Maria. De his singulis per ordinē uideamus. Dominus tecum. Tecum certe sicut Sol cum aurora de Sole procedente, & ortum solis praue[n]iente, & lumine Solis diem initiante. Reuera enim aurora mundi Maria a Sole aeterno singulariter preparata progrediens, eiusdemq[ue] solis ortum mirabiliter irradiata praue[n]iens, diē gratiae tantae Solis mundo feliciter inuasiuit, te stante beato Bern. qui ait. Sicut aurora ualde rutilans in modum progressa es o Maria, quando ueri Solis splendorem tantae sanctitatis iubarē praecurrisi, ut uere diem salutis, diem propitiationis, diem quam fecit Dominus a tanta claritate initiari dignum fuerit. Maria ergo aurora de qua dicitur. Quae est ista quae progreditur, usq[ue] conflurgens. Bene aurorae comparatur Maria, ta

Maria q[ua]re aurorae comparatur.

Capit. 6.

pp se, q[ui] p[ro]pter nos, pp se specialiter, propter nos generaliter. Maria propter se bene comparatur aurorae secundum scripturam. Primo propter abscissum noctis culpa. Secundo propter processum lucis gratiae. Tertio propter ortum Solis iustitiae. Quarto propter locum sedis gloriae. Primum in plenissima eius sanctificatione. Secundum in clarissima eius conuersatione. Tertium in mirabilissima filij eius generatione. Quartum in gloriosissima eius assumptione attendamus. Primo attendite charissimi, q[ui] quaedam felix aurora est Maria, propter felicem abscissum noctis culpa in sua sanctificatione. Vnde Tob maledicens nocti, in qua dictum est, conceptus est homo: ait. Obtenebrentur stellae eius caligine. Expectet lucem, & non tudeat, nec ortum surgentis aurorae. Quid hic per stellas, quid per lucem, quid per auroram signatur? Dico, q[ui] per stellas, animae sanctorum, per lucem, sanctus sanctorum, per auroram, Regina sanctorum designatur. Stella utiq[ue] omnes sancti sunt, qui ordinem morum & disciplinam, cursum quoq[ue] feruoris & bonae uitae non relinquunt & sic contra Diabolum uipugnaturi sunt. Vnde de his stellis bene legitur in libro Iudicum. Stellae manentes in ordine & cursu suo, aduersus Saram pugauerunt. Saram interpretatur tollens recedentem, & signat Diabolum, qui quemlibet recedentem a Deo tollit. Per lucem quoq[ue] sanctus sanctorum Iesus Christus signatur, sicut ipse de se ostendit dicens. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non am. in te. Sequamur fratres, sequamur hunc lucem, ne in tenebris ambulantes, cadamus in lutum peccati, & in foueam inferni. Sequamur autem non claudicando, secundum quod dicitur. Usq[ue] quo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal, sequimini illum. Per auroram autem cuius ortum uox non uidit, beata uirgo significatur, cuius natiuitatem nox originalis culpa non inuasiuit. Nox enim cui Tob maledicit, nox in qua conceptus est homo, peccatum originale est, in quo omnes concipiuntur. Vnde Psalm. In peccatis concepit me mater mea. Quia ergo uere omnes sancti in peccato concipiuntur, & in peccato nascuntur, ideo bene hic dicitur, q[ui] stelle per hanc noctem obtenebrentur. Sed quia Christus nec conceptus nec natus in peccato fuit, ideo bene hic dicitur, q[ui] nox ista lucem non uidit. Quia uero beata uirgo in peccato concepta fuit, sed sine peccato nata, in peccato orta non fuit, ideo non auroram, sed ortum aurorae dicitur nox ista non uidisse. Hoc est contra illos qui ipsam non solum sine peccato nata, sed etiam sine peccato conceptam dicunt. Contra quos beatus Bernar. arguens ait. Si ante conceptum suum Maria sanctificari non potuit, qm non erat, sed nec in ipso conceptu propter peccatum quod inerat, restat ut post conceptum in utero iam existens, sanctificationem accepisset credatur, quae excluso peccato, sanctam fecerit

Iob. 7.

Iob. 8.

Iob. 8.

1. Reg. 11.

Psalm. 38.

Capit. 6.

erit natiuitatem, non tamen conceptionem. Secundo attendite charissimi, q[ui] quaedam felix aurora est Maria propter felicem eius progressionem in luce gratiae, iuxta illud. Quae est ista quae progreditur quasi auro, &c. Sicut enim lux aurorae non progreditur crescendo in claritate: sic Maria progrediebatur in proficiendo in claritate gratiae, & bonae uitae. Progrediebatur utiq[ue] proficiendo in omnibus uirtutibus uniuersaliter, ut in omni uirtutum claritate esset quasi aurora conflurgens apud se, pulchra ut Luna apud proximos, electa ut Sol apud Deum. Progrediebatur quoq[ue] proficiendo in quibusdam uirtutibus specialiter, de quibus beatus Bern. ait sic. Feruebat in querendo gratiam Mariae. ait sic. Splendebat in carne uirginitas, in obsequio humilitas eminebat. Haru[m] itaq[ue] uirtutu[m] claritate, Maria fuit quasi aurora conflurgens in rutilanti uirginitate, pulchra ut Luna in micanti humilitate, electa ut Sol radiante charitate. Felix q[ui] hostres fulgores, has tres uirtutes Mariae secutus fuerit, p[er] quas ipsa Deu[m] & magistrum o[mn]iu[m] uirtutu[m] concepit: restat iterum b[ea]t[us] Bern. qui ait. Hanc inuenit gratia plena iam gratia, ut charitate seruida, uirginitate integra, humilitate deuota fieret, sine uirili commixtione grauida, sine muliebri dolore puerpera. Tertio attendite charissimi, q[ui] quaedam felix aurora est Maria, propter felicem ortum Solis iustitiae. Sol namq[ue] iustitiae Christus Deus noster, mediante aurora sua Maria ortus est in mundo, ortus utiq[ue] absq[ue] ullo peccati nubilo, propter quod aurora illa ualde rutilans fuit oriente Sole suo, iuxta illud. Sicut lux aurorae oriente Sole mane absq[ue] nubibus rutilat &c. Lux igitur aurorae est sanctitas Mariae, qua ipsam irradiare dignatus est, processurus de ipsa Sol iustitiae. De hoc bene beatus Bern. ait. Recte quidem o Maria aurorae officium implesti. Ipse enim Sol iustitiae de te processurus, ortum suum quadam matutina irradiatione praue[n]iens, in te lucis suae radios copiose transfudit. Lux huius aurorae mirabiliter rutilabat, oriente Sole absq[ue] nubibus, id est nascente Christo absq[ue] originalis peccati obscuritatibus. Ecce hic dicitur, q[ui] Sol absq[ue] nubibus oritur. Et in Exod. dicitur, q[ui] rubus absq[ue] combustione igitur, & in Dan. dicitur, q[ui] lapis sine manibus abscedit. Quid ergo per Solem, quid per ignem, quid per lapidem nisi Christus signatur? Ipse enim est Sol illuminans intellectum, ignis accendens affectum, lapis firmans nos contra defectum. Dico, q[ui] Christus Iesus est Sol illuminans intellectum, iuxta illud Malach. Orietur nobis timentibus nomen meum Sol iustitiae. Vide ergo si times Dominum, scriptum quippe est. Qui timet Deum, nihil negligit. Item Christus est ignis accendens affectum, ut dicit Apostolus ad Hebraeos. Deus noster ignis consumens est. Hic ignis non solum fuit in rubo & uteri uirginalis, sed etiam

Exod. 3.

Dan. 2.

Malach. 4.

Hebr. 7.

Hebr. 12.

in rubo deuoti cordis est. Hunc namq[ue] ignem senserunt, qui dixerunt. Nonne cor? &c. Item Christus est lapis firmans nos contra defectum, si bene fundati fuerimus super ipsum. Vnde dicitur in Matth. Descendit pluuia, uenerunt flumina. Sicut uenti. & ita in do. illam, & non cecidit, fundata. n. erat supra pe. Ecce nec pluuia heretice eloquentiae, nec flumina mundanae concupiscentiae, nec uenti humanae uolentiae, nocere possunt domus mentis supra petram Christi fundatae. Quid ergo est q[ui] Sol sine nube oritur? rubus sine combustionē igitur? lapis sine manu abscedit? nisi q[ui] Christus qui est Sol ueritatis, ignis charitatis, lapis firmitatis, sine eternitatis, ipse concipitur & nascitur sine nube peccati originalis, sine combustionē concupiscentiae carnalis, sine manibus amplexus maritalis? In conceptione enim Christi nec peccatum prolis, nec concupiscentia[m] matris, nec amplexus patris inuenies. Quod autem uirgo tam miraculose concepit, hoc ille facere potuit, qui alludentia huic miraculo mirabilia multa praemissit, sicut beatus Aug. testatur, qui sic dicit. Qui scripsit lapideas tabulas sine ferro, ipse grauidauit Mariam spiritu sancto, & qui produxit panem in eremo sine aratione, ipse impregnauit uirginem sine corruptione, & qui fecit uirgam sine pluuia germinare, ipse fecit filium Dauid sine semine generare. Quarto attendite charissimi, q[ui] quaedam felix aurora est Maria, propter felicem locum eius in gloria, & secundum hoc bene de aurora dicitur a Tob. Nunquid ostendisti aurorae locum suum? Tam certe aurora nostra Maria sublimiter locata in caelo, locum tenet uicinisimum soli etero. Considerare autem possumus triplicem Mariae locum notabilem. Primus est quo ipsa Dominum suscepit spiritualiter. Secundus est quo Dominum suscepit corporaliter. Tertius est quo ipsam Dominus recepit eternaliter. Ecce triplex locus Mariae. Dico q[ui] primus locus quo Maria Dominum suscepit spiritualiter, est mens Mariae pacificata & quietata, secundum q[ui] Psalm. dicit. Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, quod interpretatur uel speculum uel speculatio. Ecce quicunq[ue] Deum mente speculari desiderat, oportet ut ei in pace mentis locum faciat. Nam sine pace mentis, nemo uenit ad speculationem contemplationis, unde Apostolus. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum. O quis enarrare uel etiam cogitare sufficiat, in qualibus quotidie speculationibus sancta illa Sion, sancta illa mens Mariae fuerit, dum omnia illa mysteria praeter omnibus mortalibus sibi nota, feruentissima sibi mente reuoluit? De hoc bene Beatus Hiero. ait. Si qua sunt in uobis uiscera pietatis, considerate quo cruciabatur amore, quo ne desiderio estuabat haec uirgo, dum reuolueret animo cuncta quae audierat & uiderat, quae cognouerat. : quan-

Luc. 24.

Matth. 7.

Iob. 38.

Psalm. 38.

Hebr. 12.



quantitas mouebatur, repleta spiritu sancto, coelestium secretorum incitamentis. Itē locus quo Maria concepit corporaliter, est uterus Mariæ de quo accipi potest illud Gen. Fluuus qui egrediebatur de loco uoluptatis, Iesus Christus de utero uirginis ad irrigandum Paradisum Paradisus specialis est Maria, uniuersalis est Ecclesia. Fœlix irrigatio utriusq; Paradisi, per fluuuiū uentris Mariæ Iesum Christum, qui ait. Dixi irrigabo ortum plantationum mearum. Hinc est qd bene sanctus Hiero. loquens de illis uerbis. Vidi speciosam ascendentem de super riuos aquarum: ait. Bene de super riuos aquarum, quia super aquam refectionis educauerat eam Dominus & nutrierat, de qua multi educti riuus, omnem irrigant terram deliciarum, & infundunt hortum uoluptatis. Item locus quo Mariā Dominus suscepit mansuram æternaliter in celo est locus gloriæ, de quo Dominus ad Iob loquitur. Numquid ostendisti auroræ locum suū, quasi dicat, non tu sed ego. Non ad te pertinet ostendere auroræ Mariæ locum suum in celo, sed ad me. Bene autem dicit suum, quasi appropriando & discernēdo illum ab alijs omnium sanctorum locis. Hinc etiam bene legitur. Intulerunt sacerdotes archam fœderis Domini in locum suum. Hic certē locus est super omnes choros Angelorum. Hic deniq; locus est in celo dignissimus, testante beato Bern. qui ait. Nec in mundo locus dignior uirginalis uteri thalamo, in quo filium Dei Mariā suscepit, nec in cœlis regali folio quo Mariam Mariæ filius sublimauit. Sic ergo Maria propter se bene comparatur auroræ. Primò propter terminationem noctis culpæ, in plenissima eius sanctificatione. Secundò propter progressionem lucis gratiæ, in clarissima eius conuersatione. Tertio propter productionem Solis iustitiæ, in mirabilissima filij eius generatione. Quarto propter appropriationē loci gloriæ, in gloriosissima eius assumptione. Deinde considerandum est, qd lucidissima uirgo Maria, non solum propter se, sed etiam propter nos bene comparatur auroræ. Nam sicut in scriptura per auroram signatum est, ipsa nobis est ad Deum mediatrix, ad Angelos pacificatrix, ad Demones defensatrix, ad nos ipsos illuminatrix. Primò attendite, qd aurora nostra Maria nobis est ad Deum mediatrix, sicut in Psalm. signatum est, ubi dicitur. Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es auroram & Solem. Sicut bene beatus Greg. ait. Dies uita iusti, nox uero uita accipitur peccatoris, & idē bene Dominus filios Israel præcedebat per diem in columna nubis, per noctem uero in columna ignis, quia ab ardore iræ suę tanquā nubes pios protegit, & tanquā ignis impios urit. Vnde bene Sol intelligitur Christus, Sol utiq; iustitiæ, qui illuminat electos, & urit reprobos. Grauius quandoq; urit in mundo, grauius autem in iudicio,

Eccl. 24.

Iob. 38.

3. Reg. 8.

Maria est propter nos auroræ cōparatur.

Maria mediatrix inter nos & Deum.

Psal. 27.

grauissimè autem in inferno. De hac triplici uisione intelligi potest illud Eccl. Tripliciter Sol exrens montes, id est, superbos peccatores, propter hoc bene refrigeratrix, mediatrix inter nos & Solem iustum indigemus. Et idē bene Psalm. in prædicto uersu auroram inter noctem & Solem ponit mediam, quæ certē etiam ordine naturali media est. Aurora itaq; est beatissima uirgo Maria, quæ inter noctem & Solem, inter hominem & Deum, inter hominem iniustum & Deum iustum est optima mediatrix: optima iræ Dei refrigeratrix, testatur beatus Bern. dicens. Secum iam habet homo accessum ad Deum, ubi mediatorem causæ suæ filium habet ante patrem, & ante filium matrem. Filius nudato corpore patri ostendit latus & uulnera. Maria filio pectus & ubera. Non potest ullo modo fieri repulsa, ubi concurrunt & perorant tanta charitatis insignia. Secundò attendite charissimi, qd aurora nostra Maria nobis est ad Angelos pacificatrix, sicut signatum est in Gen. Vbi legitur, quod Angelus qui cum Iacob luctabatur, benedixit eum in aurora. Dicente namque Angelo. Dimitte me, iam enim ascendit aurora, non dimisit eum Iacob, nisi ipsum benediceret. In aurora lucta fuit inter Angelū & Iacob, discordia fuit inter Deum, Angelos, & homines. Homo enim peccando offenderat creatorem. Offensio autem creatore, omnis offenditur creatura, quanto magis illa quæ creatori magis est coniuncta. Illa ergo lucta potuit huius discordiæ esse figura. Sed certē adueniente aurora, adueniente Maria, pacificati sunt Angelus atq; homo, ita qd in ipsa aurora, in ipsa uirgine Maria Angelicam benedictionem consecutus est homo. Angelus namq; dixit, benedicta tu in mulieribus ad uirginē, & per hanc benedictionē uirginis, homo consequitur benedictionem pacis, & salutis in filio uirginis, benedictionem utiq; illam de qua Apost. ait. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione in cœlestibus in Christo, quam etiam benedictionem ipse benedictus filius benedictæ uirginis confirmabit, quando dicet. Venite benedicti pat. &c. Iacob ergo aurorę ascendenti, & nos Marię aduenienti gratias agamus, pro benedictione quæ cum Angelo pacificati sumus. Merito certē per auroram, merito per Mariam homines cum Angelis pacificantur, ex quo per Mariam ab hominibus Angelorum chori reintegrantur, sicut Anselmus insinuat dicens. O semina mirabiliter singularis, & singulariter mirabilis, per quam elementa renouantur, inferna remediuntur, homines saluantur, Angeli reintegrantur. Tertio attendite charissimi, quod aurora nostra Maria nobis est contra Demones defensatrix, sicut signatum est in Iob. ubi de homicida, & de fure, & de adultero dicitur. Per-

Eccl. 41

Maria cōparatur ad Angelos.

Gen. 31.

Maria illuminat nos.

Eph. 1.

Gal. 6.

1. Cor. 6.

Maria mediatrix inter nos & Deum.

Maria mediatrix inter nos & Deum.

Iob. 31.

Perfodiunt in tenebris domos, sicut in die cōdixerant sibi, & ignorauerunt lucē. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbrā mortis. Homicida diabolus, fur diabolus, adulter diabolus est. Homicida (inquam) est, quia genus humanū occidit. Fur, quia quęcūq; pot. nobis bona subtrahit. Adulter, quia spōsam Dei animā corumpit. Heu quanta nobis mala hmōi malefici, quanta nobis mala spiritus maligni faciunt. Perfodiunt nāq; in tenebris ignorantia, in tenebris obscuritatis, interiores domos mentiū nostrarū, domos utique de quibus in psalm. dicitur. Deus in domibus eius cognosceť. Perfodiunt certē tentationibus perforatiuis domos illas, in quibus ille libenter habitat qd dicit. Hodie in domo tua oportet manere. Perfodis aut domibus, perforatis usq; ad infelicem peccati consensum mētibus, heu quanta mala malefici isti occidendo, furando, adulterando cōmittunt in aīabus. Ad euadenda ergo tanta pericula, ut inā nobis aurora appareat: utinā nobis Maria succurrat. Si n. subito apparuerit aurora, si citò nobis aduenerit, & superuenierit Maria grā & misericordia: arbitrant umbrā mortis. i. sic timent: hoīes, sic trepidāt, sic fugiūt sicut hoīes timent: hoīes, sic trepidāt, sic fugiūt propter hoc bene beatus Bernar. ait. Non sic timēt hostes uisibiles quālibet castrorū multitudinem copiosam, sicut acere p̄tates Mariæ uocabulū & exemplum, stuunt & pereūt sicut cera a facie ignis, ubi cūq; inuenerint crebrā huius nominis recordationē, deuotā inuocationē, sollicitā imitationē. Quarto attendite charissimi, qd aurora nra Maria nobis est quoad nos ipsos illuminatrix ad bene operandum. Operarij ab ascensu aurorę incipiūt operari. Vnde in Neemia dī. Nos ipsi faciemus opus, media pars nr̄um teneat lanceas ab ascensu aurorę donec egrediant astra. Duo nobis necessaria sunt uidelicet, ut bonis operibus insistamus, & idē bene aiunt edificantes. Nos ipsi faciemus opus, quod opus? nisi de quo Apostolus ait. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Bene autem dicunt, nos ipsi faciemus, nos ipsi, non nostri uicarij. Vnde alibi ait. In oībus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros. Sed certē Maria non nutricem aliam, non uicariam, sed semper semetipsam exhibuit Dei ministram, sicut beatus Augustinus testatur dicens. Maria absq; dubio operis ministratrix extitit quę utero gessit, partuq; perfusum aluit & fouit, in præsepi reclinauit, & a facie Herodis abscondit fugiēs in Aegyptum, & oēm infantiam eius pio mentis affectu est profecuta, ita ut usq; ad mortē crucis, ab eius indubitanter non recesserit consecratu, non solum gressibus pedum, tanquam pro amore filij, uerum etiam imitatione morum tanquam pro reuerentia Domini. Necessarium etiam nobis est, ut nō solū bonis operibus insistamus, sed etiam ut uitijs resistamus, & idē bene additur de lanceis tenendis. Tenere enim debemus lan-

ceam zeli contrā impetum uitij, contrā impugnationem diaboli, carnis & mundi. De his lanceis bene dicitur in Hiero. Polite lanceas, induite uos loriceis. Lorica iustitię a malo protegimur, sed lancea zeli malum impugnamus. Si lanceam zeli contrā uitia non extendis in mundo, Deus lanceam iræ suę contrā te extendet in iudicio. Vnde in Sap. dicitur. Acuet iram diram in lanceam. O qualis bellatrix fuit Maria cui sancta zeli sui lancea. Vnde Bernardus. Tu bellatrix egregia: primò eum qui primus Euam supplantauit, expugnare uiriliter aggressa es, ut ergo bonis operibus fideliter insistamus, & malis uiriliter resistamus, necessarium nobis est, ut Mariæ exemplum inspiciamus: Mariæ suffragium imploremus. Tunc quasi ab ascensu aurorę operamur, quando irradiante patrociniō & misericordia Mariæ, ad bene operandum incitamur. Bene autem operari debemus, donec egrediantur astra: hoc est, donec anima nostrę lucidat tanquā astra: exeuntes de corporibus, euolent ad astra. Sed super omnia astra iam egressa, uel adhuc egressura ad astra, splendidissimum astrum est aurora nostra Maria: testante beato Bernardo, qui ait. Tu ueri solis expressissima imago, inter millia astrorum Deo assistentium, uirginali puritate in cœlis gloriosa pertulgens. Sic ergo charissimi uidiſtis, quā conuenienter aurora dicta sit Maria. Dominus ergo tecum o Maria, sicut Sol cum aurora. Eia ergo Domina aurora suauissima, Domina Maria dulcissima, fac etiam nobiscum esse solem iustitię, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuit & regnat in sæcula sæculorum Amen.

Hiero. 46.

Sap. 5.

Capitulum. X.

Dominus tecum. Viso quomodo Dominus fuit cum Maria, sicut Sol cum aurora ipsum præueniente: uideamus nunc quomodo Dominus sit cum Maria, sicut flos cum uirga florente. Maria enim est illa uirga, de qua dicitur in Isaia. Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. His uerbis oculum mentis apponamus, & primò ad uirgam, secundo ad florem considerationem nostram dirigamus. Primò consideremus charissimi, quod uirga ista uirga regia est, uirgo Maria, sicut patet per beatum Doctorem Ambrosium, qui beatam uirginem alloquens ait. Tu ipsa, quæ Dominum genuisti ex populo Israel, in uirgam creuisti, uirga de radice Iesse surrexisti & floruisti, uirga Aaron fronduisti & peperisti. Est autem Maria uirga fumea,

aa uirga,



uirga lignea, uirga aurea, uirga ferrea. Maria est uirga fumea incipientibus, uirga lignea proficientibus, uirga aurea consumantibus, uirga ferrea incorrigibilibus & Dæmonibus. Dico quod uirgo Maria est uirga fumea incipientibus, & potentibus. De hac uirga dicitur in Can. Quæ est illa, quæ ascendit per desertum, sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrha & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij? Desertum est cor peccatoris, quod utiq; desertum est à gratia & uirtutibus. Fumus aromaticus, fumus suauis animæ, est aspiratio spei uenæ. Beata itaque uirgo Maria per desertum quasi uirgula fumi ascendit, quando ipsa suffragante, cor peccatoris fumum spei uenæ suscepit. Hic autem fumus generatur, & aromatibus myrrha in contritione, & thuris in confessione, & uniuersi pulueris pigmentarij, in multimoda satisfactione. Nullum pissima uirgo Maria desertum abhorret, nullum peccatorem despicit, sed quocūq; pertransierit suauissimum spei uenæ fumum respersit. Vnde optimè beatus Bernardus sic ait. Peccatorem quantumcumq; foetidum non horres, non despicias, si ad te suspirauerit, tuumq; interuentum poenitenti corde flagitauerit: tu illū de desperationis baratro pia manu retrahis, spei medicamen aspiras, ac toti mūdo despectum materno affectu amplecteris, foues, nec deseris, quousq; tremendo iudici miserum reconcilies. Item uirgo Maria est uirga lignea, uirga florida proficientibus. De hac uirga dicitur in Nume. q uirga Aaron quæ utiq; lignea fuit flores simul & fructum habuit. Per flores uirtutes signantur, quæ post transitum diaboli hyemis in cordibus oriuntur, sicut benè de his floribus dicitur in Cant. Iam hyems transijt, &c. usq; nostra. Transeat ergo hyems, transeat torpor, quo charitas refrigescit, & tunc iterum flores uirtutum appareant. O quantis floribus uirgo florida abundauit, testè beato Bernardo, qui ipsam alloquens ait. Tu sanctorū areola aromatum, à cœlesti consita pigmentario, uirtutum omnium floribus delectabiliter uernans es. Sicut autem per flores uirtutes, ita per fructus opera uirtutum signantur. De his benè dicitur. A fructibus eorū cognoscetis eos. Quando ergo in uirtutibus, & in uirtutum operibus, per exempla & merita Mariæ proficimus, tunc uirga lignea florida & fructifera nobis est uirgo Maria. Item, uirgo Maria est uirga aurea perfectis & contemplatiuis. De hac uirga legitur, q Esther cū duabus puellis ingressa ad Regem Assuerum, cum præ nimio stupore penè exanimata fuisset, extendit ad eam Rex uirgam auream ad confortandum ipsam. Esther interpretatur eleuata uel abscondita, & signat animam contemplatiuam, quam in contemplatione eleuat Deus, & abscondit in abscondito faciei suæ à conturbatione hominum. Ista per contemplationē ingreditur ad Regem Christum. Duæ puella cum quibus ingreditur sunt duæ uires animæ, uidelicet

intellectiua, quæ præcedit per cognitionem, & affectiua, quæ sequitur per dilectionem. Anima aut quæ sic ad Christum benè ingressa fuerit, ipsa præ stupore quandoq; à se deficit: dum inaccessibilem diuinæ gloriæ claritatem, uel terribilem diuinæ iustitiæ leueritatem attendit. Virga aurea, uirga regia: est illa aurea, illa regia uirgo Maria. Aurea quidem charitate, regia uerò nobilitate. Aurea quoq; per munditiam, regia uerò per iustitiam. Aurea insuper, per incorruptionem & integritatem uirginalem, regia uerò per dominationem & potestatem regalem. Hæc est scilicet uirga, quæ ad animam contemplatiuam confortandam clementer extenditur, quando scilicet uirgo Maria contemplationi & deuotioni eiusdem animæ tam pia, & tam dulcis ingeritur, q ex hoc ipsa anima contra terrorem diuinæ iustitiæ, & ad splendorem diuinæ gloriæ confortatur. Hanc uirgam illa contemplatiua Anselmi anima ad se extendi desiderauit, quando tam deuotè exclamans dixit. O pulehra ad inuendum, amabilis ad contemplandum, delectabilis ad amandum, quæ euadis capacitatem cordis, nunc præsolare Domina infirmam animam te sequentem. Item uirgo Maria est uirga ferrea Dæmonibus & incorrigibilibus. De hac uirga non incongrue accipi potest illud Psalm. Reges eos in uirga ferrea. O Maria uirga aurea perfectis, uirga ferrea duris, uirga aurea hominibus, uirga ferrea & dura Dæmonibus, arceas Dæmones à nobis. Hoc Domina petimus, & deuotè petimus, cum Innocentio petente & dicente sic. Aue Dei mater alma, quæ ex dignitate qua Dei mater es imperare potes Dæmonibus, compelle Dæmones ne nobis noceant, pceipe Angelis, ut nos custodiant. Sic ergo beata uirgo Maria est nobis uirga fumea in nostra conuersione, uirga florida in nostra conuersione, uirga aurea in nostra cōtemplatione, uirga ferrea in nostra defensione. Hanc uirgam uerè contemplan, & dignè admirās beatus Bernardus ait. O uirgo uirga sublimis, ad quantam celsitudinem uerticem sanctum erigis, usq; ad sedentem in throno, usq; ad thronum maiestatis, quoniam in altum mittis radices humilitatis. Consequenter consideremus charissimi florem huius uirgæ, consideremus (inquam) in uirga regia, & in uirgine Maria quadruplicem florem, uidelicet florem preciosæ uirginitatis, florem uirtuosæ honestatis, florem miraculosæ fecunditatis, & florem gloriosæ immortalitatis. De flore primò consideremus charissimi in Maria florem preciosæ uirginitatis, qui est ipsa uirginitas. De hoc dr̄ in Isa. Exultabit solitudo, & florebit quasi liliū. Maria conuenienter solitudo dici potuit, quæ tam libenter solitaria fuit: quam etiā tanquā libenter solitaria Angelus uisitauit. Ideoq; benè beatus Amb. ait. Solam in penetralibus quæ nemo uirorū uideret solus, aut reperit solam sine comite, aut solam sine teste. Quomodo autem ista solitudo, quomodo

modo Maria uirgo exultauerit ipsa dicat, ipsam audiamus. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Hæc terra solitudo floruit quasi liliū per uirginitatem. O liliū Anglicum, o flos cœlestis. O uerè flos cœlestis, quem tantum dilexit ap̄s illa supercœlestis. Dicit enim beatus Bernardus. Ap̄s illa, quæ pascitur inter lilia, quæ florigeram inhabitat patriam. Autor, quando ad ciuitatem Nazareth (quod interpretatur flos) aduolauit, & ad suauem olentem perpetuæ uirginitatis florem peruenit, illi insedit, illi inhæsit. Flos uirginitatis quasi tot habet folia, quot uirginitas conditiones & præconia. O quantum huius floris coronæ per Mariam sunt multiplicata. Vnde beatus Ambrosius ait. Cum in toto mundo uirginis flos Maria immarcescibiles coronas innectat, & sceptrigeram pudoris aulam immaculato conseruet affectu, consueque integritas per se ueritatem ad palmam, ut in puellis tropheum sanctitatis arriperet, & per uestigia matris uirginis ad cœlestem thalamum perueniret. Secundò consideremus charissimi in Maria florem uirtuosæ honestatis, morum, & uitæ, & de hoc quid ipsa dicat audiamus. Flores mei (inquit) fructus honoris & honestatis. O q pulcher est uirtuosæ & honestæ uitæ flos morum, & disciplinæ. Sed certè pluraliter dicitur flores mei, ideo dicamus quod tot sunt in moribus flores quot uirtutes. Tot sunt honestæ uitæ flores, quot sunt uirtutes uitam honestantes. De his floribus dicitur. Flores apparuerunt in terra nostra. De his etiam dicitur. Lectulus noster floruit. Ecce flores in terra, flores in lecto inuenimus. Terra mens actiuorum, lectus autem mens contemplatiuorum. Terra (inquam) est mens fructificans in bona actione. Lectulus autem mens quietem fouens in contemplatione. Siue ergo sit mēs actiua siue contemplatiua, semper debet floribus esse uenusta. Hoc quoque notandum est, q flos honestatis, immò flos cuiuslibet uirtutis, quasi tot habet folia, quot bona & meritoria habet opera. O quam florida fuit terra, quam floridus fuit lectus Mariæ, quæ in floridæ uitæ honestate florebat omnium uirtutum uenustate, sicut testatur beatus Bernardus dicens. Tu sanctorum areola aromatum o Maria à cœlesti consita pigmentario, uirtutum omnium speciosis floribus delectabiliter uernans, inter quorum pulcherrimos trium in te miramur excellentiam, uiola humilitatis, liliū castitatis, rosa charitatis hi sunt. Tertio consideremus charissimi in Maria florem miraculosæ fecunditatis. Hic flos est ipse filius uirginis, de quo specialiter dicitur. Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, &c. Eia quàm pulcher hic flos egressus est sine peccato nascendo, & quàm miserè contritus est quasi peccator moriendo, iuxta illud. Quasi flos egreditur & conteritur. O quam candidus in egressione, & quàm rubicundus in contritione fuit flos iste. Flos (inquam)

Angelis delectabilis, flos hominibus ad uitam perutilis. Vnde Bernardus ait. Flos est filius uirginis, flos candidus & rubicundus electus ex milibus, flos in quem desiderant Angeli prospicere, flos ad cuius odorem reuiuiscunt mortui. Felix filua, quæ producit huius floris uirgam. Felix magis uirga, quæ producit hunc florem in filua. Felix super omnia flos, sine quo nulla filua nec uirga scilicet esse potest. Verè scilicet flos in quo spiritus Domini sic requieuit, ut sine ipso nullus gratiam Spiritus sancti habere possit. Testatur hoc beatus Hieronymus dicens. Spiritus sanctus qui in magna filua humani generis requiem non inuenerat, tandem super hunc florem requieuit, ita quod absq; Christo nec sapiēs quis esse potest, nec intelligens, nec consiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec plenus timoris Domini. Hic flos quasi tot habet folia, quot sunt ministeria & exempla. Si hunc florem habere desideras, uirgam floris precibus scetas. Si flos est nimis altus diuinitate, uirga tamen est flexibilis pietate. Et si flos est rarissimus, quia in cœlo & in terra non inuenitur nisi unicus, est tamen communissimus tãquam flos non in horro clausus, sed in campo omnibus transeuntibus expositus. Et ideo benè dicere potest Christus illud. Ego flos campi. Vnde flos campi dicitur non solum propter hoc quod omnibus patulus exponitur, sed etiam propter hoc q sine omni cultura humana producit. Hoc benè beatus Bernardus meminit, cum dixit. Campus sine omni humano flore aduinculo, non seminatus ab aliquo, non de fossis sarculo, non impinguatus fimo, sic omninò sic uirginis alius floruit, sic in uoluptate & integra casta Mariæ uiscera tanquam pascua aeterni uiroris protulere, cuius pulchritudo non uideat corruptionem, cuius gloria in perpetuum non marcescat. Quarto consideremus charissimi florem gloriosæ immortalitatis. De hoc signatum esse potest in lib Num. ubi dicitur, quod uirga Aaron recta, uirgo Maria potest esse figurata. In uirga nãq; Mariæ reconditudo, in flore autem, corporis glorificati pulchritudo, in fructu uerò, animæ eius beatitudo potest esse signata. Notandum etiam est, quod caro floret in iuuentute sicut in psalmo dicitur. Mane floret & trãsit: flos autè perit in morte sicut dicitur in Isa. Excitatum est scenum, & cecidit flos. Resloret & in gloriosa resurrectione, iuxta Psal. Resloruit caro mea. Iste flos glorificationis corporis quasi tot habet folia, quot corpus glorificatum habet doctes, & præmia. Et certè quidam sancti doctores probabiliter sentire uidentur, & rationabiliter probare nituntur, & fideles hunc sensum pie amplectuntur, uidelicet quod beata Maria iam cū corpore sit assumpta, & corpus iam omninò cum anima sit glorificatum. De hoc nãq; Augustinus sic ait. Vera ratione confitendum censeo, Mariam in Christo, & apud Christū esse. In Christo, quia

Maria uirga florida proficientibus. Num. 17.

Can. 2.

Mat. 7.

Maria uirga aurea perfectis.

Esther. 5.

Luc. 1.

In Maria flos honestatis. Eccl. 24.

Car. 2. Cant. 2.

Psal.

In Maria flos fecunditatis. Isa. 54.

Job. 13.

Cant. 2.

In Maria flos immortalitatis.

cap. 17.

Psal. 89.

Isa. 10.

Psal. 27.

Maria in corpore, & anima assumpta in cœlo.



in ipso uiuimus, mouemur, & sumus, apud Christum, ad gloriam eternitatis assumptam. Vnde digne credimus letari Mariam letitia inenarrabili, anima & corpore in proprio filio per filium proprium, nec ullam sequi corruptionis erumnā, quam nulla secuta est tantum filium pariendo. In integritate corruptio, quae omnium integram perfectamque genuit uitam, sit cum illo quem in suo gessit utero, sit apud illum illa, quae genuit, fouit, & aluit. Illa Maria Dei genitrix, Dei ministratrix, Dei nutrix, & Dei secutrix, de qua quia aliter sentire, quod dixi non debeo, aliter dicere non possumo. Secundum hoc ergo Maria iam dicere potest. Resoruit caro mea. Et secundum hoc etiam, florem & fructum simul habet. Florem (inquam) corporis glorificati, & fructum spiritus glorificati. Florem utique in gloriosa corporis pulchritudine, fructum uero in uoluptuosa anime beatitudine. Notandum etiam est, quod secundum quadruplicem florem praedictum, uirgo Maria quadrupliciter simul habuit florem uirginitatis, & fructum fecunditatis, simul habuit florem honestatis, & fructum humilitatis, simul habuit in prole florem humanitatis, & fructum diuinitatis, simul habuit florem immortalitatis in corpore, & fructum beatae uoluptatis in anima. Hos igitur flores charissimi in uirga uirginea diligamus, & illos nouos gaudiorum flores de horto uirgineo colligamus, quos uidit, quos collegit, quos nobis commendauit beatus Bernardus cum ad Mariam loquens dixit. Hortus deliciarum nobis est tuus sanctissimus uterus o Maria, quia ex eo multiplicis gaudiorum flores colligimus, quoties redimus immenso orbi inde profluxerit. O igitur dulcissima uirgo Maria, ecce uere Dominus tecum, sicut flos cum uirga ipsum producente, fac ergo ut etiam Dominus sit tecum, immo nobiscum, communicetque nobis florem istum, Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Capitulum. XI.

Dominus tecum o Domina Domino charissima, Domino familiarissima Dominus tecum o Domina aptissima, Domino dignissima: Dominus tecum. Tecum certe secundum quod supra dictum est, sicut Sol cum aurora ipsum praeueniente: sicut flos cum uirga ipsum producente: sicut Rex cum Regina in palacium ingrediente. Viso ergo quomodo Maria sit aurora solem aeternum, solē iustitiae praeueniens: uiso quoque quomodo Maria sit uirga florem aeternum, florē misericordiae proferens. Videamus modo, quomodo Maria sit Regina ad Regem aeternum, ad Regem gloriae ingrediens. Maria ergo charissimi est Regina illa ingrediens, de qua dicitur, quod ingressa est Regina Sabba Hierusalem cum comitatu multo & diuitijs. Verē Regina est Maria, testante beato Augustino, qui ait. Hanc uere fa-

3. Reg. 10

teamur Reginam caelorum, pro eo quod Regem peperit. Auctor. Sed de hac Regina differunt in sermone. Astitit Regina, & c. ideo nunc de eius ingressu differendum est. Considerandum est ergo, quod Mariam ingredientem, egredientem, progredientem, & supergredientem inuenimus. Egressus est natura, progressus gratiae, ingressus gloriae, supergressus abundantiae. Egressa est nascendo, progressa proficiendo, ingressa perueniendo, supergressa omnes sanctos excedendo. Egressa est sine peccato, progressa sine exemplo, ingressa sine obstaculo, supergressa sine termino. Primo considera charissime, quod inuenimus Mariam egredientem per uarietatem suam sine peccato. Ipsa namque potest esse uas illud, de quo dicitur. Aufer rubiginem de argento, & egredietur uas purissimum. Rubigo fuit ablata de argento, quoniam ab originali peccato Maria sanctificata fuit in utero, & certe sic egressa est, tanquam uas purissimum. Hic distinguendum est uas purum, uas purius, & uas purissimum. Uas purum in egressu fuit, quicquid ex utero hic sanctificatus processit, quod tamen tunc tam ad mortale, quod ad ueniale peccatum in ipso remansit, sicut quidam dicunt fuisse in Hieremia. Uas autem purius in egressu fuit, quicquid ex utero sic sanctificatus processit, quod in ipso fomes secundum quod dicitur, uel ad effectum mortalis peccati extinctus fuit, sed ad ueniale remansit, sicut in beato Iohanne Baptista, de quo canit Ecclesia. Ne leui saltem maculare uita fame possit. Uas uero in egressu purissimum fuit beata uirgo, quae ex utero sic sanctificata processit, quod in ea (ut creditur) fomes ad effectum tam mortalis, quam uenialis peccati non remansit, propter hoc beatus Bernardus ait. Ego puto, quod copiosior benedictio sanctificationis in ea descenderit, quae non solum eius ortum sanctificauerit, uerum etiam uitam eius deinceps ab omni peccato custodiuit immunem. Ablata ergo rubigine originalis peccati, egressum est ex utero uas purum in Hieremia, uas purius in Iohanne Baptista, uas purissimum in Maria. Secundum considera charissime, quod inuenimus Mariam progredientem sine exemplo per gratiam. Vnde in Can. Quae est ista quae progreditur quasi aurora cōsurgēs, pulchra ut Luna, electa ut Sol. His tribus luminosis, uidelicet aurora, Luna & Soli, bene comparatur Maria, propter tria in ipsa lucidissime excellētissima. Fuit enim in corde & mente eius, excellenter lucida uirginitas. Fuit in uirginitate excellenter lucida fecunditas. Fuit in fecunditate eius excellenter lucida singularitas. Aurora refrigeratiua & auibus grata, fuit ista uirgo Maria. Ipsa enim uirginitate sua carnis ardorem refrigerauit, teste beato Bernardo, qui ad eam loquens ait. Tu ardorem uetere concupiscentiae uirtute castitatis in tua uirginea carne eatenus extinxisti, ut is in cuius conspectu, nec astra munda sunt, tanta mundicia carnem tuam iudicauerit, ut eam sine diuina puritati agglutinare non despexerit. Ipsa enim uirginitate

Pro. 17.

Hieremias, Iosues, & c. uirgo uirginitate in utero sanctificata.

Qualem gratiam & penitentiam habuit Maria in uita. Cant. 6.

uirginitate sua auibus caeli, id est Angelis Dei gratia fuit, quia ut Hieronymus ait. Semper est Angelis cognata uirginitas. Propter hoc bene legitur, quod Angelus in aurora benedixit Iacob. Hic Iacob spiritum castum potest signare, qui fratrem suum, id est corpus suum supplantauit, hic non solum a patre, sed etiam ab Angelo benedicitur in aurora, hoc est in castissima uirgine Maria, cui Angelus dixit. Benedicta tu in mulieribus. Item, pulchra ut Luna fuit uirgo Maria, in luminosa uirginitatis fecunditate. Pulchritudo enim Lunae consistit in lumine recepto a Sole. Pensa igitur quam pulchra Luna fuerit Maria, quando aeternus ille Sol, totus receptus & conceptus est in ipsa. Maria ergo est illa Luna, in cuius plenitudine ille uir Ecclesiae redijt: de quo dicitur. In die plenae Lunae reuersurus est in domum suam. Beata uirgo fuit Luna plena, quando ei dictum fuit. Aue gratia plena. Item electa ut Sol fuit Maria, in lucidissima fecunditatis singularitate, quoniam non homo purus, non Angelus uerus, sed ipse Dei filius, ipse Sol iustitiae in Sole posuit tabernaculum suum, dum in Maria conceptus fuit: Valde certe singulare fuisset, si uirgo purum hominem concepisset, multo aut singularius fuisset, si uirgo Angelum concepisset, sed supra omnia singularissimum fuit, quod uirgo Deum concepit, Deum peperit. Propter quod bene beatus Augustinus ait. Merito beata Maria singulari a nobis precatione extollitur, quae singulare commercium mundo praebuit, cum tantum se ad caeli fastigia sublimauit, ut uerbum in principio apud Deum manens, de superna caeli arce susciperet. Beata igitur uirgo Maria progressa est quasi aurora conurgens, in imitanda carnis & mentis uirginitate: electa ut Sol, in adoranda partus uirginalis diuinitate. Tertio considera charissime, quod inuenimus Mariam ingredientem ad gloriam caelestem sine obstaculo. Quis enim obstare posset tantae Reginae cum tanto comitatu progredienti? Ipsa namque signata est per Reginam Sabba, de qua dicitur. Et ingressa Hierusalem cum comitatu multo & diuitijs, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemas preciosas. Considera in his uerbis gloriam ingredientis Mariae in caeleste Hierusalem. Considera dico ingredientis excellentiam, ingredientis potentiam, ingredientis opulentiam. Considera excellentiam in principatu, potentiam in comitatu, opulentiam in apparatu. Considera certe excellentiam principatus Reginae nostrae Mariae in eo, quod dicitur. Regina Sabba, quod interpretatur clamor. Maria enim est Regina mundi, ubi est clamor gemebundus, est etiam Regina caeli, ubi est clamor iucundus. Clamant enim in caelo sicut dicitur in Apocalyp. Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens. Haec & ipsa Regina clamantium cum ceteris clamantibus clamare non cessat, testante Augustinus, qui ait. Tu Maria conciuis caeli ciuibus, sine fine choris coniuncta Angelicis, Archangelisque sociata, indefessa uoce, sanctus, sanctus, san-

Gen. 28.

Luc. 1.

Pro. 17.

Maria quam uirgo ingressa fuit in caelum.

3. Reg. 10.

Apoc. 4.

ctus, clamare non cessas. Hac utique est Regina quam Psalm. describens ait. Astitit Regina, & c. usque uarietate. Hanc Regnam ad regnum sequi possunt fiducialiter, quicunque ei in mundo seruerint fideliter. Vnde beatus Bernardus. Praecessit nos Regina nostra, praecessit & tam gloriosè suscepta est, ut fiducialiter serui ad Dominam clamantes, trahere me post te, dicant. Item considera in ingressu Reginae nostrae potentiam comitatus ipsam stipantis, in eo quod dicitur, comitatu multo. Ingressa enim est Maria caelestem Hierusalem, cum comitatu multo potentium Angelorum. Vnde beatus Hieronymus ait. Legimus quam saepe ad fanera & sepulchra quorumlibet sanctorum Angelos aduenisse, & animas electorum usque ad caelos cum hymnis atque laudibus detulisse. Et post pauca, quanto magis credendum est militiam Angelorum caelorum cum suis agminibus, festinè obuiam uenisse genitrici Dei, eamque ingenti lumine circumfulsisse, & usque ad thronum olim sibi ante mundi constitutionem paratum, cum laudibus & canticis spiritualibus perduxisse. Item considera in Maria opulentiam meritorum, in apparatu munerum preciosorum. Attulit namque secum aurum infinitum dilectionis Dei & proximi, gemmas preciosas uirtutum & donorum, aromata bonorum operum & exemplorum. Parum est enim quod de thesauris Mariae dico, respectu eius quod beatus Bernardus Mariam alloquens dixit. In manibus (inquit) tuis sunt omnes thesauri miserationum Domini. Absit ut cesseret manus tua, neque enim gloria tua minueretur sed augetur cum poenitentes ad ueniam, iustificati ad gloriam assumuntur. Ingressa igitur est mater Domini ad gloriam, tanquam Regina caelorum, ingressa est cum multo comitatu Angelorum, ingressa est cum diuitijs innumerabilium meritum. Quarto considera charissime, quod inuenimus supergredientem omnes sanctos in superabundantia meritum, & praemiorum sine termino, iuxta illud. Multae filiae congregauerunt diuitias, tu supergressa es uniuersas. Supergressa utique es, supergressa certe es in natura, supergressa es in gratia, supergressa es in gloria: uniuersas filias: uniuersas animas, uniuersas intelligentias Angelicas o Maria. Dico, quod Maria in natura supergressa est uniuersas filias hominum, dum quod natura non admittit, uirgo concepit, & uirgo peperit: iuxta illud. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium. Et non solum hoc, quod uirgo filium, sed etiam, quod Deum peperit super omnem naturam est. Ideoque beatus Hieronymus sic ait. Quod natura non habuit, usus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet caelum, super terra, creatura etiam omnis miratur caelestis, hoc totum est quod per Gabrielem Mariae diuinitus nunciatur, & per Christum adimpletur. Item supergressa est Maria in gratia uniuersas

Psal. 44.

Sicut Maria antecessit omnes sanctos in merito ita superat in premio. Pro. 31.

Isa. 7.



animas sanctorum, dum non solum gratia plena, sed etiam superplena fuit, teste Gabriele qui prius dixit. Aue gratia plena, & postea subiunxit. Spiritus sanctus superueniet in te. Si autem gratia plena fuit, ergo quicquid sibi superueniens postea spiritus contulit, in hoc utique plus plena, in hoc certe superplena fuit. Unde beatus Bernardus ait. Veniente iam Spiritu sancto plena sibi, eodem quoque superueniente nobis superplena, & superfluae hinc Maria. Item supergressa est Maria in gloria universas intelligentias Angelicas. Ipsa enim est thronus ille saphireus, qui sicut in Ezech. legitur super firmamentum Angelicum exaltatus est. Propter hoc beatus Bernardus bene ait sic. Ascendit plane Maria super omne humanum genus, ascendit usque ad Angelos, sed & ipsos quoque transcendit, & caelestem omnem supergreditur creaturam. Sic ergo charissimi Maria egressa, & progressa, & ingressa, & supergressa est. Egressa (inquam) est nascendo ad vitam miserorum, progressa est proficiendo in gratia privilegiorum, ingressa est perveniendo ad regnum caelorum, supergressa est excedendo gloriam omnium beatorum. Ecce igitur dulcissima uirgo Maria, ecce uere Dominus tecum, sicut Sol cum aurora progrediente, sicut flos cum uirga florente, sicut Rex cum Regina ingrediente. O igitur aurora suavissima, fac ut etiam nobiscum sit sol sapientie. O uirga sublimissima, fac etiam ut nobiscum sit flos gratiae. O Regina potentissima, fac ut etiam nobiscum sit Rex gloriae Dominus noster Iesus Christus.

Capitulum XII.

Benedicta tu in mulieribus. Ostensum est supra, quomodo Maria propter purissimam uitam innocentiam merito per Aue salutatur, ostensum quoque est quomodo Maria propter copiosissimam gratiam affluentiam merito gratia plena commemoratur, ostensum insuper est, quomodo Maria propter specialissimam Dei praesentiam merito Dominus secum fore insinuat. Ostendendum autem nunc est, quomodo propter gratissimam personam suam reuerentiam, benedicta in mulieribus nunciatur. Ecce igitur gloriosus ille Archangelus Gabriel, gloriosam uirginem Mariam salutans, gloriosa salutatione ipsam decentissimam consumauit in benedictione dicens. Benedicta tu in mulieribus, id est benedicta plusquam omnes mulieres, ac per hoc quicquid maledictionis infusum est per Euam, totum abstulit benedictio Mariae. Dicit ergo Gabriel, dicit benedicta tu in mulieribus. Benedicta (inquam) propter plenitudinem gratiae in te uenerande, benedicta propter multitudinem misericordiae per te spandae: benedicta propter celsitudinem personae ex te incarnandae, benedicta propter magnitudinem gloriae super te cumulandae. Primo praesate charissimam, quo uere benedicta est Maria propter plenitudinem gratiae in ipsa ueneranda, sicut apte ostendit Gabriel dicens. Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Benedicta tu in mulieribus. Benedicta tu quia plena es tu. Inuenisti enim gratiam apud Dominum, & ideo tu es benedicta apud Dominum. Unde beatus Bernardus optime de hac benedictione Mariae dicit. Per te accessum habemus ad filium, o benedicta inter mulieres, inuentrix gratiae, genitrix uitae mater salutis, benedicta tu Maria propter gratiam. Benedicta (inquam) propter gratiam cordis, propter gratiam oris, propter gratiam operis. Benedicta utique in corde, propter gratiam donorum. Benedicta in ore, propter gratiam labiorum. Benedicta in opere, propter gratiam morum. Verè benedicta est Maria propter gratiam cordis, propter gratiam donorum in corde propter quam cor eius fuit delitiosissimum sicut paradisus Dei: ita ut de hac benedictione merito intelligi possit illud Eccl. Gratia sicut paradisus in benedictione. Ibi dicit interli. Fructificans diuersas species uirtutum. De his foelicibus gratiarum & uirtutum benedictionibus Apostolus dicit. Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo. Si ergo gratia mentem humanam in benedictionibus uirtutum delitiosam facit sicut paradisum Dei, quanto magis delitiosissima anima Mariae fuit sicut paradisus Dei in benedictionibus donorum. Spiritus sancti immo certe paradisus Dei non solum mente, sed etiam uentre fuit Maria, continens in se lignum uitae Iesum Christum. Unde beatus Bernardus ait. Verè paradisus Dei tu es, quae mundo lignum uitae contulisti, de quo qui manducauerit uiuet in aeternum. Heu quam longè est ab hac benedictione Mariae, cuiuscunque mens non est paradisus Dei in benedictionibus gratiae, sed est sentina Diaboli in maledictionibus malitiae. Talis enim sicut in Psalm. dicitur. Dilexit maledictionem & ueniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Item charissimi benedicta est Maria non solum propter gratiam donorum cordis, sed etiam propter gratiam labiorum oris: iuxta illud Psalm. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. O quanta in orationibus deuotissimis, quanta in collationibus utilissimis gratia in labijs Mariae fuit. O quanta ad homines, quanta ad Angelos, quanta ad Dominum gratia semper fuit in labijs Mariae. Ipse namque Deus uerba labiorum eius libenter audiuit, testante beato Bernardo, qui alloquens ipsam dicit. Cui placuisti ex silentio, tam magis placebis ex uerbo, cum ipse tibi clamet ex caelo. O pulchra inter mulieres, fac me audire uocem tuam. Et quam ueracissima, quam sincerissima semper fuerunt Mariae labia, & ideo uere benedixit eam Deus in aeternum. Heu quam longè ab hac Mariae benedictione illi sunt, quorum labia labijs Mariae dissimilia sunt. Illi (inquam) in quorum labijs non est gratia diffusa, sed malitia confusa est: propterea non benedixit, sed maledixit, & maledicet eos Deus in aeternum.

Maria primò benedicta pro-

dit Gabriel dicens. Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Benedicta tu in mulieribus. Benedicta tu quia plena es tu. Inuenisti enim gratiam apud Dominum, & ideo tu es benedicta apud Dominum. Unde beatus Bernardus optime de hac benedictione Mariae dicit. Per te accessum habemus ad filium, o benedicta inter mulieres, inuentrix gratiae, genitrix uitae mater salutis, benedicta tu Maria propter gratiam. Benedicta (inquam) propter gratiam cordis, propter gratiam oris, propter gratiam operis. Benedicta utique in corde, propter gratiam donorum. Benedicta in ore, propter gratiam labiorum. Benedicta in opere, propter gratiam morum. Verè benedicta est Maria propter gratiam cordis, propter gratiam donorum in corde propter quam cor eius fuit delitiosissimum sicut paradisus Dei: ita ut de hac benedictione merito intelligi possit illud Eccl. Gratia sicut paradisus in benedictione. Ibi dicit interli. Fructificans diuersas species uirtutum. De his foelicibus gratiarum & uirtutum benedictionibus Apostolus dicit. Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo. Si ergo gratia mentem humanam in benedictionibus uirtutum delitiosam facit sicut paradisum Dei, quanto magis delitiosissima anima Mariae fuit sicut paradisus Dei in benedictionibus donorum. Spiritus sancti immo certe paradisus Dei non solum mente, sed etiam uentre fuit Maria, continens in se lignum uitae Iesum Christum. Unde beatus Bernardus ait. Verè paradisus Dei tu es, quae mundo lignum uitae contulisti, de quo qui manducauerit uiuet in aeternum. Heu quam longè est ab hac benedictione Mariae, cuiuscunque mens non est paradisus Dei in benedictionibus gratiae, sed est sentina Diaboli in maledictionibus malitiae. Talis enim sicut in Psalm. dicitur. Dilexit maledictionem & ueniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Item charissimi benedicta est Maria non solum propter gratiam donorum cordis, sed etiam propter gratiam labiorum oris: iuxta illud Psalm. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. O quanta in orationibus deuotissimis, quanta in collationibus utilissimis gratia in labijs Mariae fuit. O quanta ad homines, quanta ad Angelos, quanta ad Dominum gratia semper fuit in labijs Mariae. Ipse namque Deus uerba labiorum eius libenter audiuit, testante beato Bernardo, qui alloquens ipsam dicit. Cui placuisti ex silentio, tam magis placebis ex uerbo, cum ipse tibi clamet ex caelo. O pulchra inter mulieres, fac me audire uocem tuam. Et quam ueracissima, quam sincerissima semper fuerunt Mariae labia, & ideo uere benedixit eam Deus in aeternum. Heu quam longè ab hac Mariae benedictione illi sunt, quorum labia labijs Mariae dissimilia sunt. Illi (inquam) in quorum labijs non est gratia diffusa, sed malitia confusa est: propterea non benedixit, sed maledixit, & maledicet eos Deus in aeternum.

propter gratiam operis.

Hier. 3. 1.

Dan. 2.

Eccl. 4.

Eccl. 4.

Eph. 4.

Matt. 23.

Propter prolem.

Psalm. 134.

Psalm. 134.

Luc. 1. 1.

Gen. 27.

Cap. 6.

in aeternum. Itē charissimi benedicta est Maria non solum propter gratiam donorum cordis, non solum propter gratiam labiorum oris, sed etiam propter gratiam morum conuersationis. Et de hac benedictione accipi potest, quod dicitur in Hier. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiae, mos sanctus. Mos sanctus est sancta Maria, quae bene mons dicitur, propter excellentiam meritum, propter altitudinem uitae & morum. Hic est mons de quo (sicut in Daniele legitur) lapis sine manibus abscisus est, dum Christus de Maria sine opere maritali natus est. Pulchritudo huius montis, pulchritudo (inquam) iustitiae, pulchritudo uitae & morum Mariae tanta fuit, ut merito in Canticis de ipsa dici possit. Tota pulchra es amica mea, &c. Pulchra utique in uitā. Pulchra in morū disciplina, & tota pulchra. Tota certe tota. Quot tota? Audi Hier. Ait. n. sic. Quicquid in Maria gestum est, totum puritas, & simplicitas, totum gratia & ueritas fuit, totum misericordia & iustitia, quae de caelo prospexit. Tali pulchritudine Mariae Dominus merito benedixit. Heu quae longè est ab ista benedictione Mariae, quicumque talis est in opere, quae sicut Maria dicitur. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiae, sic ei dici potest. Maledicat tibi Dominus turpitudine in iustitia. O quanta maledictio erit, cum dicitur. Discedite a me maledicti in aeternum. Ecce uidimus o charissima Maria, quae tu es uere benedicta propter plenitudinem gratiae. Benedicta (inquam) propter gratiam conscientiae & donorum, benedicta propter gratiam linguarum, & labiorum: benedicta propter gratiam uitae & morum. Secundum pensate charissimi, quomodo uere benedicta sit Maria propter celsitudinem suae benedictae prolis, propter benedictum fructum sui uentris. Merito enim terra illa benedicta est, quae tam benedictum fructum profert. Unde Psalm. Benedixisti Domine terram tuam. Terra illa est Maria, de qua in eodem Psalm. dicitur. Veritas de terra orta est. Veritas est Christus, qui ait. Ego sum uia, ueritas, & uita. Benedicta est ergo haec terra, propter benedictum fructum, benedicta est Maria propter benedictum filium. Unde beatus Bernardus dicit. Non quia tu benedicta, ideo benedictus fructus uentris tui: sed quia ille te praenit in benedictionibus dulcedinis, ideo tu benedicta. Igitur Maria propter prolem piam benedicta. Benedicta (inquam) a Domino, ab Angelo, ab homine. Propter prolem utique benedicta est a Domino, benedictionem eius operante, benedicta ab Angelo benedictionem eius nunciante, benedicta ab homine benedictionem eius prophetante. Verè benedicta propter prolem est Maria a Domino, benedictionem eius operante sine donante. Hoc bene signatum est in 2. Reg. ubi legitur. Quod benedixit Dominus Obededum propter Archam. Obededom interpretatur seruus sanguineus. Et bene signat Christum, qui seruus noster factus est, seruiens nobis miseris

usque ad sanguinem. Propter nos enim seruus, propter nos sanguineus factus est Christus. Sanguineus in dorso per flagella, sanguineus in capite per spinas, sanguineus in latere per lanceam, sanguineus in manibus & pedibus per clauos. Huius serui domus fuit Maria, de qua in Psalm. dicitur. Replebimur in bonis domus tuae. Archa in hac domo locata, Christum signat. Christus enim seruus noster, Christus uita nostra est. In archa urna aurea & manna. Archa sancta carnem sanctam, urna aurea animam Christi preciosissimam, manna uero diuinitatem dulcissimam signat. Propter hanc archam, propter Iesum Christum filium Mariae, Dominus benedixit domui Mariae. O uere domus benedicta, ex qua omnium processit uita. Ait enim Augustinus. Benedicta tu in mulieribus, quae uitam uiris & mulieribus peperisti. Item charissimi propter prolem benedicta est Maria, non solum a Domino benedictionem eius operante, sed etiam ab Angelo benedictionem eius nunciante, sicut patet in Gabriele dicente. Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Quomodo tecum? Augustinus ait. Tecum in corde, tecum in uentre, ideo benedicta tu tecum, quia sic est tecum. Tecum utique, tecum non tantum sicut creator cum creatura, sed etiam sicut partus cum paritura. Propter partum enim benedicta es ante partum, propter partum benedicta es in partu, propter partum benedicta es post partum. Verè benedicta quae sic partum effundisti, quod ante partum, & in partu, & post partum uirgo permansisti, & ideo praecipue benedicta dici meruisti, quia non hominem purum, non Angelum uerum, sed hominem & Angelorum Dominum peperisti. Propter quod bene ait Beda sic. Verè benedicta in mulieribus, quae sine exemplo muliebris conditionis, cum decore uirginitatis gausa est honorem parentis, quae mater & uirgo Deum ac Dei filium procreauit. Item charissimi benedicta propter prolem est Maria, non solum a Domino benedictionem eius operante, non solum ab Angelo benedictionem eius nunciante, sed etiam ab homine benedictionem eius prophetante, sicut patet in Elisabeth; quae exultante in utero eius infante, repleta Spiritu sancto, prophetando exclamauit dicens. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Ideo utique benedicta, quia benedictus fructus uentris tui, sicut ager, ideo benedictus, quia benedictus fructus eius est. Maria enim frater est ager ille benedictus, de quo dicitur in Gene. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. De hoc beatus Hieronymus ait sic. Bene ager plenus dicitur, quia Maria plena gratia pronunciat, de cuius utero credentibus fructus uita processit. O uere ager super omnes agros benedictus, propter fructum. O uere mater super omnes matres benedicta pro-

Psalm. 64.

Luc. 1.

Gen. 27.

pter filium, secundum quod etiam exclamans beatus Augustinus ait. O femina super feminas benedicta, quae uirum omnino non no-uit, & uirum suo utero circumdedit. Ecce uidimus o dulcissima Maria, quia tu propter benedictum filium uentris tui es uere benedicta benedictione diuina, Angelica, & humana. Heu q̄ longe ab ista benedictione Mariae sunt, qui propter maledictum fructum operis sui, maledictione incurrit diuinam, angelicam, & humanam: dum maledicti a Deo, maledicti ab Angelis, maledicti ab hominibus erunt in aeternum. Tertio pensate charissimi, quomodo uere benedicta sit Maria, propter multitudinem misericordiae suae. Ipsa namq; per illam Ruth signatur, de qua dicitur. Benedicta es a Dño filia, quia priorem misericordiam posteriore superasti. Prior Mariae misericordia fuit, quae exhibuit dum adhuc uiueret in mundo, posterior uero eius misericordia est, quae iam amplius q̄ per mille ducentos annos exhibuit de caelo. Posterior namq; prior em superauit, quia ista illam multitudinem innumerabilium beneficiorum excessit. Quis aestimare possit, q̄ inestimabiliter Maria propter misericordiam suam sit benedicta, cum inestimabilis sit ipsa eius misericordia? Et quis aestimare potest, q̄ inestimabilis sit Mariae misericordia, propter quam ipsa tam inestimabiliter est benedicta? Hinc est, q̄ beatus Bernardus exclamans dicit. Quis misericordiae tuae o benedicta, longitudinem, & latitudinem, & sublimitatem, & profundum queat inuestigare? Benedicta ergo est Maria pro multiplici misericordia, quae per eam homo recepit & recipit. Benedicta utiq; est, quia per eam Deus homini placabilis est, benedicta quoq; est, quia per eam homo Deo acceptus est, benedicta insuper est, quia per eam Diabolus homini superabilis est. Dico charissimi, q̄ Maria benedicta est, quia per eam Deus homini placabilis est, sicut signatum est in Abigail, de qua legitur. Quod cum Dauid offensus occidere uellet Nabal stultum, Abigail occurrens offensa, placauit eum. Qui placatus dixit. Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quae prohibuisti me, ne irem hodie ad sanguinem, & ulciscerer me manu mea. Nabal stultus signat peccatorem. Omnis. n. peccator stultus est, sed heu, sicut dicitur in Eccl. Scultorum infinitus est numerus. Abigail Mariam signat, interpretatur enim patris exultatio. O quanta patris celestis in Maria, & Mariae in patre caelesti fuit exultatio, cum ipsa dixit. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Sicut autem Abigail dominam nostram, sic Dauid Dominum nostrum signat. Dauid autem offensus est stultus Nabal, quoniam Dominus offensus est homini impio. Dauid Nabal stulto per Abigail placatur, quoniam Dominus impio per Mariam reconciliatur. Abigail placauit Dauid uerbis & muneribus, Maria placat Dominum precibus & meritis. Abigail uirtutem temporalem, Maria uero aeternalem conuertit, dum illa humanum, ista uero diuinum gladium conuertit. Propter hoc bene ait Ber-

Propter misericordiam quam nobiscum operatur.

Ruth. 3.

1. Reg. 25.

Eccl. 1.

nardus. Nemo tam idoneus Domina, qui gladio Domini pro nobis manum obijciat, ut tu Dei amantissima, per quam primum suscepimus misericordiam de manu Domini Dei nostri. Item charissimi Maria non solum benedicta est, quia per eam Deus homini placabilis est, sed etiam ideo benedicta est, quia per eam homo Deo acceptabilis est, eo quod per ipsam benedictam homo benedictus est. Unde bene in Isa. dicitur, quod erit Israel benedictio in medio terra, cui benedixit Dominus exercituum. dicens. Benedictus populus meus, &c. Mediam terram cui benedixit Dominus dici potest beata uirgo, in quo terra medio inchoata est salutis nostrae benedictio, iuxta illud Psalm. Deus autem Rex noster, ante saecula operatus est salutem, &c. De hoc terra medio beatus Bernardus sic ait. Maria mirabili proprietate terram medium appellatur, ad illam enim sicut ad medium, sicut ad archanum Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium saeculorum respiciunt, & qui habitant in caelo, & qui habitant in inferno, & qui nos praesecerunt, & qui nos sequuntur. Illi qui sunt in caelo, ut resarciantur, qui in inferno, ut eripiantur, qui praesecerunt Prophetas, ut fideles inueniantur, qui sequuntur, ut glorificentur. In hoc ergo benedictio terra medio, benedictus est Israel, benedictus est Dei populus, dum per benedictam Dei matrem Deo est acceptus. Quid mirum si per benedictam Mariam, benedicta & accepta Deo sit creatura rationalis, cum etiam per ipsam benedicta sit creatura uniuersalis? Unde Anselmus exclamans dicit. O uirgo benedicta, & superbenedicta, per cuius benedictionem benedicitur omnis creatura, non solum creatura a creatore, sed creator a creatura. Item charissimi Maria non solum benedicta est, quia per eam Dominus homini placabilis est, non solum quoque benedicta est, quia per eam homo Deo acceptabilis est, sed etiam ideo benedicta est, quia per eam Diabolus homini superabilis est. Unde ipsa per Iudith signata est, de qua dicitur. Benedixit te Dominus in uirtute sua, qui per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Inimici nostri sunt Demones, quos beata uirgo ad nihilum redegit, dum & in se, & in multis alijs uires eorum confregit, sicut beatus Bernardus testatur, cum ait. Tu bellatrix egregia, omnis ante faciem tuam militia spiritualium nequitiarum in fugam est conuersa. Fugiamus ergo fratres, & confugiamus ad auxilium matris Domini, in omnibus uexationibus & impugnationibus Diaboli. Ipsa namque est inimicis animarum nostrarum terribilis, ut castrorum acies ordinata. Et heu, quia multiplex est nostra miseria pro qua benedictione Mariae indigemus & misericordia, ideo hanc benedictionem inuocemus cum beato Bernardo, qui sic ait. Sit pietatis tuae uirgo benedicta, ipsam quam apud Deum meruisti gratiam, notam facere mundo, reis ueniam, & gr̄is medelam, pusillis

Isa. 17.

Psalm. 73.

Iudith. 13.

pusillis corde robur, afflictiis consolatione, peregrinantibus adiutorium & liberationem, sanctis tuis precibus obtinendo. Ecce uidimus o dulcissima Maria: quia tu es uere benedicta pro tua multiplici misericordia. Benedicta (inquam) es, quia per te Deus homini placatus. Benedicta es, quia per te homo Deo gratificatur: benedicta quia per te Diabolus ab homine superatur. Heu q̄ longe ab hac Mariae benedictione est, cuiusq; Deus placatus non est, quicunq; Deo gratus non est: quicunq; a Diabolo subiugatus est, & ideo talis a Deo maledictus est. Quarto pensate charissimi, quomodo uere benedicta sit Maria propter magnitudinem gloriae suae: iuxta illud Ezech. Benedicta gloria Domini de loco suo. Gloria Domini est gloriosa mater Domini, quae uere benedicta est propter gloriam, quam habet de loco suo duplici. Benedicta (inquam) de loco quo filius eius apud ipsam requieuit in utero. Benedicta est de loco quo ipsa apud filium requiescit in caelo. Vterq; enim locus dignissimus est, sicut patet per beatum Bernardum. dicentem sic. Nec in mundo locus dignior uirginalis uteri thalamo, in quo filium Dei Maria suscepit: nec in caelis regali solio quo Mariam filius Mariae sublimauit. Benedicta ergo est Maria propter gloriam suam, benedicta utiq; propter gloriam suam sublimissimam: copiosissimam, & stabilissimam. Benedicta dico propter gloriam suam sublimissimam dignitate, benedicta propter gloriam suam copiosissimam immensitate, benedicta propter gloriam suam stabilissimam perpetuitate. Dico charissimi, q̄ benedicta est Maria propter gloriam suam excellentissimam dignitate. De hac benedictione accipi potest uerbum Psalm. dicentis. Benedices coronae anni be. tu. Nota q̄ est annus aequanimitatis, annus sequeritatis, & annus benignitatis. Primus annus exultantium in mundo. Secundus eorum iantium in inferno. Tertius exultantium in caelo. Primus annus habet dies & noctes. Secundus habet noctes & non dies. Tertius habet dies & non noctes. Dico q̄ primus annus habet dies & noctes. i. bonos & malos, qui simul in hoc mundo sunt. Tot autem sunt dies & noctes in hoc anno, quot sunt boni & mali in mundo. Secundus annus habet solas noctes. i. solos peccatores noctibus tenebrosiores. Tot autem sunt noctes in hoc anno, quot sunt peccatores in inferno. Tertius annus habet solas dies. i. solos bonos die clariore. Tot autem sunt dies in hoc anno, quot sunt iusti in caelo. In primo anno aequanimitatis, boni & mali aequanimitate tolerantur. In secundo anno faueritatis, mali faueritissime cruciatur. In tertio anno benignitatis, boni benignissime coronantur. Huius autem anni benedicti corona est benedicta uirgo Maria. Ipsa certe est corona omnium dierum huius anni, quia ipsa est corona omnium sanctorum caeli. Corona enim super caput poni solet, sic Maria quasi super capita omnium sanctorum locata est: sicut testatur beatus Hier-

Propter magnitudinem gloriae suae. Ezech. 3.

Psalm. 64.

onymus dicens. Exaltari meruit super choros angelorum, & peruenit ultra quam nostra humilitatis est natura. Filius certe Mariae est summa sanctorum corona: Maria uero corona sub corona. Patet ergo, q̄ sublimiter benedicta sit corona nostra, mater nostra Maria. Omnes ergo tam sublimiter benedictam sequamur, benedictam utiq; de qua beatus Bernardus ait. Non est nobis hic manens ciuitas, sed eam inquirimus, ad quam hodie Maria benedicta peruenit. Item charissimi benedicta est Maria, non solum propter gloriam eius excellentissimam dignitate, sed etiam propter gloriam eius copiosissimam immensitate: cuius copia tanta est, q̄ ad omnes distenditur, & ideo o merito ab hominibus benedicitur: secundu q̄ de ipsa per significationem dicitur in lib. Iudith. Benedixerunt eam omnes una uoce dicentes. Tu gloria Hierusalem, tu latitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Benedixerunt eam utiq; omnes. Nota, q̄ dicitur omnes, nam omnis est signum uniuersale, requiritur tria appellata. Et ecce quasi tria appellata sunt, Deus, Angelus, & homo: qui Mariam benedixerunt. Deus utiq; benedixit Mariam, Pater benedixit Mariam, Spiritus sanctus benedixit eam, omnes tres personae benedixerunt eam. Angelus etiam benedixit Mariam. Prima hierarchia benedixit eam: secunda benedixit eam: tertia benedixit eam, omnes Angeli benedixerunt eam. Homo quoq; benedixit Mariam, coniugati benedixerunt eam: uiduae benedixerunt eam, uirgines benedixerunt eam, omnes benedixerunt eam. Benedixerunt eam edicentes. Tu gloria Hierusalem, tu latitia Israel, tu honorificentia populi peregrinantium, honorificentia (inquam) omnium in mundo iustorum. Benedictus ergo sit dulcissimus filius tuus o Maria, qui de copiosissima benedictione tua, tanta praestat bona in caelo & in terra: ut tam Angeli q̄ homines gratulari possunt cum Anselmo, qui ait. Haec tanta bona per benedictum fructum benedicti uentris benedicta Mariae prouenerunt. Item charissimi Maria non solum benedicta est propter gloriam eius sublimissimam dignitate, non solum benedicta est propter gloria eius copiosissimam immensitate: immo etiam benedicta est propter gloriam eius stabilissimam perpetuitate. Ipsa namq; per domum illam signatur de qua primi Paral. dicitur. Te domine benediciente, benedicta erit in perpetuum. Vere in perpetuum, sicut etiam in Psalmo dicitur. Propterea benedixit te Deus in aeternum. Si ergo o dulcissima uirgo Maria, tu es uere in mulieribus & super mulieres, immo etiam super uiros, immo et super Angelos benedicta. Benedicta (inquam) propter plenitudinem gratiae quam inuenisti, benedicta propter celsitudinem personae quam genuisti, benedicta propter multitudinem misericordiae quam exhibuisti: benedicta propter magnitudinem

Iud. 15.

1. Paral. 17.

Psalm. 44.



Biblioteca

itudinem gloriæ quam percepisti. Te igitur ò n-
mis benedicta inuocamus, te imploramus, te o-
ramus cum beato Bernardo, qui te benedictam
orans ait. Fac ò benedicta per gratiam quam i-
uenisti, per prerogatiuam quam meruisti, p mi-
sericordiam quam peperisti, ut q. mediante te fie-
ri dignatus est particeps infirmitatis & miserie
nostræ, te quoq; intercedere particeps nos faciat
beatitudinis & gloriæ suæ. Amen.

Capitulum XIII.

Benedicta tu in mulieribus. De benedictio-
ne nostræ virginis benedictæ adhuc dica-
mus, adhuc audiamus. Felix Maria benedi-
cta, infelix verò omnis anima maledicta, om-
nes quibus dicitur. Discedite à me maledicti in
ignem æternum. Maledicta certè omnis animavi-
tiosa, benedicta tu verò Maria virtuosissima. Maledi-
ctionem per septem vitia capitalia mundus in-
currit, benedictionem aut per virtutes cõtrarias
Maria obtinuit. Benedicta ergo tu in mulieribus ò
maria, benedicta utiq; pro humilitate contra su-
perbiam, pro charitate contra inuidiam, pro leni-
tate contra iracundiam, pro strennuitate contra
acediam, pro liberalitate contra auaritiam,
pro sobrietate contra gulam, benedicta p ca-
stitate contra luxuriam. Primò audiamus cha-
rissimi, quomodo benedicta sit Maria pro humi-
litate cõtra superbiam. Superbi enim maledicti
sunt, sicut scriptum est. Incepisti superbus ma-
qui de a man. tu. Contra hanc superbiam maledi-
ctionem, Maria obtinuit humilitatis benedictio-
nem. Vnde ipsa per vallem illam signari potest, de
qua in lib. Paralip. dicitur. Vocauerunt locum illum
uallem benedictionis. Si omnis humilis est que-
dam Dei uallis, iuxta illud Isa. Omnis uallis exal-
tabitur, quanto magis uallis fuit Maria, q̄ tanta
fuit humilitate profunda. Quid mirum si ipsa fuit
uallis uallium, quæ fuit humillima humilium? O
quantis hæc uallis benedicta benedictionibus
est exaltata pro humilitate sua, tam profunda, tã
utili, tam grata. Vnde beatus Augustinus ait. O
uerè beata humilitas Mariæ, quæ Dñm homini-
bus peperit, uitam mortalibus reddidit, celos in-
nouauit, mundum purificauit, paradysum aperuit,
& hominum animas ab inferis liberauit. Vallis quã-
tò humilior, tantò receptibilior est aquarum, sic
& Maria gratiarum. Vallis autem irrigationes
aquare recipit, quandoq; à superiori, quandoq;
ab inferiori. A superiori quidem, per pluuies de
monte defluentes: ab inferiori uerò, per aquas
de fonte effluentes. Similiter humilis Maria qua
si de superiori, & inferiori, quasi de monte & fon-
te irrigata est, cum de diuina & humana filii sui
natura, tanta gratiorum benedictione infusa est.
Hæc itaq; benedictio est de qua legitur in lib. Iu-
dicum. Quod cum Asa diceret patri suo, da mi-
hi benedictionem, dedit ei pater suus irriguum
superius & inferius. Asa marie typum gerit, quæ
irriguam à patre cœlesti benedictionem susce-

Mat. 23.

Maria vir-
tutem ha-
bit humi-
littatis
contra su-
perbiam.

Psal. 18.

2. Para. 20

Isa. 40.

Judi. 1.

pit. Dedit enim ei Deus pater irriguum superius in
Christi diuinitate, inferius uerò in Christi huma-
nitate. Item superius in mente, inferius in uentre.
Item superius in charitate Dei, inferius in chari-
tate proximi. Item superius in contemplatione,
inferius in actione. Vel certè pater eius cœlestis
dedit ei benedictionem ineffabilis irrigui supe-
rius in cœlis, inferius in terris, ut in cœlis benedi-
ctionem gloriæ, in terris uerò benedictionem græ
possidens, benedicta esset tam in cœlo, q̄ in ter-
ra, secundum q̄ beatus Bern. inuens dicit. Me-
mento maria q̄ Christus maledictionem pertu-
lit crucis, q̄ te suam matrem benedixit in cœlis,
sed & in terris ab angelo benedicta, & à cunctis ter-
ræ generationibus merito benedicta predicaris.
Secundò charissimi audiamus, quomodo benedi-
cta est maria pro charitate contra inuidiam. In-
uidi nãq; maledicti sunt, sicut de iuido Cain dicitur.
Maledictus eris sup terram, q̄ aperuit os suum, &
suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Con-
tra inuidiam maledictionem, maria obtinuit chari-
tatis benedictionem. Vnde ipsa bene per Saram
signari potest, de qua Dñs dixit. Benedicam ei,
& ex illa dabo tibi filium, cui benedictus sum.
Sara interpretatur carbo, hoc bene maria conue-
nit, quæ tãq̄ carbo ardore charitatis ignita fuit.
Propter quod et ipsa bene per rubum ardentem
signatur, per quam fideli cui libet benedictio græ
ministratur. Vnde in Deut. dicitur. Benedictio illius q̄
apparuit in rubo, ueniat sup caput Ioseph. Ioseph
interpretatur augmentum, & significat quem libet
fidelem diuina græ adauxit. Benedictus rubus,
& benedictus q̄ per incarnationem apparuit in ru-
bo, per quem tanta uenit super capita fidelium
benedictio. Et ò uerè benedictus carbo, tam be-
nedictam flammam producat, benedicta ma-
ria, tam benedictam prole gignens. Ex illa (sicut
Dñs) dabo tibi filium, cui benedictus sum. Pen-
sa ergo quantam maria charitatem ad Deum ha-
buerit, cum Deus filius eius sit corporaliter, pen-
sa et quantam ad proximum habuerit, cum bo-
nus proximus filius eius spualiter sit. Si autem fi-
lij eius sumus, ergo & fratres filij eius sumus. Et
ideo bene de ista matre benedicta dicit Ansel-
mus. O benedicta & exaltata, non tibi soli, sed et no-
bis qd est q̄ magnum est, q̄ amabile est, quod ut-
deò per te euenire nobis, quod uidens gaudeo,
quod gaudens dicere non audeo, si. n. tu Dña es
mater Dei, nonne & alij filij tui sunt fratres Dei?
Tertiò charissimi audiamus, quomodo benedi-
cta sit maria pro lenitate & mansuetudine con-
tra iracundiam. Iracundi nãq; maledicti sunt, sicut
scriptum est in Gen. Maledictus furor eorum qd
pertinax, & indignatio eorum, qd dura. Cõtra hæc
ira maledictionem, maria obtinuit mansuetu-
dinis benedictionem. Cuius reuera tanta fuit
mansuetudo, qd nõ solum propria ira caruit, sed
et iram Dñi ad mansuetudinem conuertit. Vnde
ipsa bene per Abigail signatur cui David dixit.
Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu q̄

Maria ha-
bit cha-
ritate con-
tra inui-
diam.

Gen. 4.

Gen. 34.

Deut. 34.

Hiere. 48.

Isa. 4.

Cont. 3.

Maria ha-
bit man-
suetudine
cõtra ira-
Gen. 49.

I. Reg. 30.

prohibuisti me ne irem hodie ad sanguinem, &
ulciscerer me manu mea. Proprium est hoc mā-
suetorum, mansuetis uerbis frangere iram offen-
sorum: iuxta illud Proverbiorum. Responsio mol-
lis frangit iram. Mansueta Abigail mansuetam
Mariam signat. Vis nosse q̄ mansueta fuerit Ma-
ria? audi beatum Bern. Reuolue (inquit) diligen-
tius Euangelicæ historiæ seriem uniuersam, & si
quid forte increpatoriũ, si quid durum, si quid
dumq; signũ tenuis indignationis occurrerit in
Maria: de cetero suspectam habeas, & accedere
uerearis. Quod si plena magis omnis pietatis &
gratiæ, plena mansuetudinis & misericordie in-
uenieris, q̄ ad eam pertinent: gratias age ei q̄ talẽ
tibi mediaticè benignissimam miseratione, pui-
dit, in qua nihil possit esse suspectũ. Dauid Chri-
stũ signat, qui p mansuetissimã Mariã mansuecit
& placat ne se de peccatore per mortẽ æternam
ulciscatur. Ois enim aia mortẽ æternã obnoxia,
anhelare nõ cesset ad tantã Mariã mansuetudinẽ:
p qua ipsa merito est benedicta. Dico ergo. Om-
nis spiritus moribundus dicat cum Anselmo di-
cente sic. O tu benedicta super mulieres, quæ An-
gelos uincis puritate, setos superas pietate: anhe-
lat moribundus spiritus meus ad tantã benigni-
tatis respectũ, sed erubescit ad tantã nitore aspe-
ctum. Quartò audiamus charissimi, quomodo
benedicta sit Maria pro strennuitate contra ace-
diam. Acediosi enim maledicti sunt, qui opera
Dei strennuè & fideliter non agunt. Vnde Hiere
mias dicit. Maledictus qui facit opus Dei frau-
dulenter. Cõtra torporis maledictionem, Mariã
meruit rigoris benedictionem. Ipsa nanq; per il-
lam Iahel signata esse potest que clauo Sifara in-
terfecit. Propter quod in lib. Iudicum dicitur. Bene-
dicta inter mulieres Iahel &c. Iahel interpretatur
ascendens, quod conuenit Mariæ, quæ non sicut
acediosi descendit: sed strennuè de uirtute in uir-
tutem, de inferioribus semper ascendit. Iuxta il-
lud Casi. Quæ est ista quæ ascendit per desertũ,
sicut uirgula fumi? Ista benedicta Iahel quid fe-
cit? certe clauo tabernaculi Sifaram interfecit.
Sifara exclusio gaudij interpretatur, & bene Dia-
bolus signat: quia à gaudio cœlesti exclusus, et
alios excludere festinat. Immò heu nos omnes
excluserat per matrem generis humani, cuius ex-
clusionis maledictio, exclusio est per benedictam
matrem saluatoris. Vnde bene nenerabilis præ-
sbyter Beda ait. Benedicta tu inter mulieres, per
cuius partum uirgineum, à natis mulierum ma-
ledictio primæ matris exclusio est. Sed quid p cla-
uum signatur quo caput Sifare perforatur? Quis
est clauus iste, nisi rigor disciplina? Quid est. n.
rigor disciplina? acediosis: nisi quasi quidam cla-
uus in oculis? Rigor utiq; disciplina: clauus est
Diabolum acerrimè pungens, clauus est Diabo-
lum rigidissimè cõfigens. Benedicta itaq; Iahel
caput Sifare clauo interficiente confixit, quãdo
benedicta Maria uirtutem Sathane rigore disci-
pline in se extinxit. Benedicta ergo inter mulie-


res Iahel, benedicta inter mulieres Maria. Inter
quas mulieres? audi Bedam qui dicit. Non solũ
benedicta tu in mulieribus, sed inter mulieres
benedictas, maiori benedictione specialiter infi-
gnis. Quintò audiamus charissimi, quomodo
benedicta sit Maria pro liberalitate contra auari-
tiam. Auari enim maledicti sunt, ut Petrus ait.
Cor exercitatum auari habentes maledictionis
filij &c. Contra hanc auari maledictionem, Ma-
ria meruit largitatis & profusionis benedictio-
nem. Ipsa tanquã uena fontana semper fuit ef-
fluens, semper larga: & ideo uerè benedicta. Iux-
ta illud. Sit uena tua benedicta. In temporali-
bus uena illa Maria plus q̄ larga fuit, quia largè
& perfectè omnia contempsit. Vnde secundum
expositionem Haymonis. Beata Dei genitrix lu-
nam sub pedibus habuit, quia cuncta tempora-
lia despexit. O quãta gratiæ per hanc uenam ad
homines defluerunt. Sit ergo ò Ecclesia uena
tua benedicta, per quam tibi tanta affluunt bo-
na uerè uena nobilis, uena Spiritu sancto plena,
uena fontis uitæ, uena salutis nostræ Maria. Per
hanc nanque uenam fons uitæ Christus ad nos
uenit, & per hanc ad fontem uitæ Iesum Chri-
stum etiam nos uenimus: & ideo uerè est bene-
dicta. Vnde beatus Bern. ait. Per te accessum ha-
bemus ò benedicta inuentrix gratiæ, genitrix
uitæ, mater salutis: ut per te suscipiat nos, qui per
te datus est nobis. Sextò audiamus charissimi,
quomodo benedicta sit Maria pro sobrietate cõ-
tra gulam. Gulosi nanq; maledicti sunt, sicut pa-
tet in gula primorum parentum: pro qua & ipsi
& totum genus humanum maledictionem incur-
rerunt. Contra hanc gulæ maledictionem, Maria
obtinuit abstinentiæ & omnis temperantiæ be-
nedictionem: merito enim cõtra maledictiones
gulæ in paradiso materiali, abundauerunt bene-
dictiones temperantiæ in paradiso spirituali. Iux-
ta illud Ecclesiæ. Gratia quasi paradysus in bene-
dictionibus. Tantã gratiarũ copia in Maria abũ-
dauit, ut etiam ipsa gratiosa uirgo gratia quodã
modo dici possit. Hæc autẽ gratia uidelicet gra-
tiosissima uirgo Maria, fuit quasi paradysus in be-
nedictionibus. Sicut enim in paradiso materia-
li, gula Euæ meruit maledictiones pœnarum: sic
in paradiso spirituali, temperantiã Mariæ meruit
benedictiones gratiarum. Vnde Augustinus ait.
Maledictio Euæ in benedictionem uertitur Ma-
riæ. Sicut autem gula Euæ non solum maledictio-
nem in anima, sed etiã in corpore: sic Maria non
solum benedictionem in corpore, sed etiã in ani-
ma, non solum benedictionem spirituales, sed
etiam corporalem obtinuit. Maledictio. n. Euæ
gulosã, fuit parere cum dolore: benedictio autẽ
Mariæ temperatã, fuit parere sine dolore: teste
beato Bernardo qui ait. Benedicta tu in mulie-
ribus, quæ illam generalem maledictionem euã-
sisti qua dictum est: Maledicta steri-
lis in Israel, ac singularem consecuta es benedi-
ctionem,

Maria li-
beralitate
habuit cõ-
tra auari-
tiam.
2. Pet. 2.

Prou. 5.

Maria ha-
bit tepe-
rantia cõ-
tra gulam

Eccle. 40.



Maria castitate ha...

Deut. 27.

Iud. 15.

Coniugata, uida, & uirgo, i scriptura bndicunt Tob. 9.

Psal. 131.

Castitas uirginalis castitatem excedit maritalē.

tionem, ut nec sterilis maneat, nec cum dolore parias. Septimo audiamus charissimi, quomodo benedicta est Maria per castitatem contra luxuriam. Luxuriosus dicitur. Maledictus qui dormit cum uxore alterius proximi sui, & dicit omnis populus amen: sic dicitur in Deutero. Contra hanc incontinentiam maledictionem Maria meruit continentiam benedictionem: sicut signatum potest esse in lib. Iudith ubi dicitur. Benedixerunt eam uoces dicentes. Tu gloria Hierusalem, tu latitia Israel: tu honorificentia populi, quae fecisti uiriliter & confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaueris: & post uirum tuum alium nescieris: id est manus Domini confortauit te, & eris benedicta in aeternum. In hac casta Iudith benedictione, potest benedictio Mariae non solum signari, sed etiam per locum a maiori probari. Si enim sic benedicta est uirgo casta, quanto magis uirgo casta? maxime talis uirgo quae & Deum parere, & certe sic parere meruit, quod uirginitatem non amisit. Propter quod bene Beda dicit. Benedicta est incomparabiliter, quae & Diuini generum nis gloriam suscepit, & coronam uirginitatis seruauit. Notandum autem est, quod in scripturis inuenimus. Benedictam coniugatam, benedictam uiduam, & benedictam uirginem. Benedicta coniugata fuit Sara, de qua dicitur in Tob. Dicit benedictio super uxorem Tobiae. Benedicta autem uirgo fuit Iudith, sicut ostensum est. De uirgo quomodo benedicta in Psal. dicitur. Vidua eius benedicens benedicta. Benedicta uero fuit uirgo Maria: teste Angelo qui dixit. Benedicta tu in mulieribus. Benedicta ergo quae coniugalem, benedicta magis quae uidualē, benedicta maxime quae uirginalem amauerit castitatem. Benedicta certe quae cum Sara & Susanna fuerit casta coniugali ter, benedicta magis quae cum Iudith & Anna fuerit casta uidualiter, benedicta maxime quae cum Maria fuerit casta uirginaliter. Propter quod beatus Augustinus dicit. Bonum Susanna in coniugali castitate laudamus, sed tamen ei bonum uiduae Annae: ac multo magis uirginis Mariae anteponi mus. Verè dignum & iustum est hoc. Dignum est ut benedicta sit, quae cum uiro suo uirum alium non nouit. Iustum magis est ut benedicta sit, quae nec cum uiro suo nec post, uirum alium non nouit. Dignum & iustum est ut maxime benedicta sit, quae nec suum nec alium uirum nouit, & tamen uirum tam immesum concepit. Ideoque Augustinus exclamans dicit. O femina super feminas benedicta, quae uirum omnino non nouit, & uirum suo utero circūdidit. Sic ergo charissimi pro humilitate benedicta, benedicta pro charitate, benedicta pro lenitate, benedicta pro strenuitate, benedicta pro liberalitate, benedicta pro sobrietate, benedicta pro castitate Maria merito fuit: quae humilitate excellentissima, charitate opulentiissima, lenitate patiensissima, strenuitate feruētissima, largitate affluētissima, sobrietate abstinentiissima, uirginitate continentissima

fuit. Eia ergo tu tam multipliciter benedicta, tu tam feliciter super benedicta Maria oramus, ut tua benedictione nos miseros absolutos ab omni maledictione, dignos reddas diuina benedictione. Per Dñm nostrum Iesum Christum &c.

Capitulum XIII.

Benedictus fructus uentris tui. Ostensum est supra, quomodo Maria propter purissimam uirginitatem innocentiam merito per Aue salutatur: quomodo propter copiosissimam gratiam affluentiam, merito gratia plena commemoratur: quomodo propter familiarissimam Dei praesentiam Dominus secum fore insinuat. Ostendendum autem nunc est, quomodo propter utilissimam proles sine excellentiam, merito benedictus fructus uentris sui proclamatur. Benedictus ergo fructus uentris tui, o benedicta mater filij Dei. Hic est ille fructus de quo Propheta dicit. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructus suos. Quod exponens Beda dicit. Dedit dominus benignitatem, quia in ingressu unigeniti sui, uirginalis uteri templum, Spiritus sancti gratia consecrauit, & terra nostra dabit fructum suum, quia eadem uirgo quae de terra corpus habuit, filium genuit diuinitate quidem Deo patri coequalē, sed sibi carnis ueritate consubstantialem. Considerandum autem est, quod fructus iste fructus generosissimus, fructus delitiosissimus, fructus uirtuosissimus, fructus sublimissimus, fructus delectabilitate desiderabilissimus: fructus uirtuositate utilissimus, fructus copiositate uniuersalissimus. Primo consideremus charissimi, quomodo fructus uteri uirginalis generosissimus sit. Generosus quidem est, quia de utero regali est. Generosior autem est, quia de utero uirginali est. Generosissimus certe est, quia de utero paterna li, de utero (inquā) patris aeterni est. Dico charissimi, quod generosus est fructus iste, quia de utero regali, de utero (inquā) regis David prodijt, sicut sibi Dominus promiserat dicens in Psalmo. De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Hoc autem promissum Apostolus testatur dicens ad Rom. Qui factus est ex semine David secundum carnem. Et certe fructus iste generosus & nobilis est, non solum propter Regem David, sed & propter omnes illos nobiles reges progenitores suos: per quos secundum genealogiam a Mattheo descriptam propagatus in mundum uenit. Iuxta illud sap. A regalibus sedibus uenit. Item charissimi fructus iste licet generosus sit propter uterum regalem, generosior tamen est propter uterum uirginalem, de quo dicitur. Benedictus fructus uentris tui: uentris utiq; qui secundum quod in uirga Aaron significatum fuit, florem uirginitatis simul cum fructu fecunditatis retinuit. Propter quod bene beatus Bern. ait. Nascit Christus ex muliere, sed cui fecunditatis fructus sic accedit ut non decidat flos uirginitatis? Ista fructus uirginalis

Virgo uirginitas, si...

Psal. 74.

Mal. 109.

Mal. 109.

Christus ex utero regis & uirginitatis.

Psal. 131.

Rom. 1.

Sap. 17.

Cant. 1.

uirginalis nobilitas sicut mirabilior, ita excellentior est quam prima: plus quam caeli exaltentur a terra. O uerè mirabilis & inaudita nobilitas, o uerè nobilis de uirgine natiuitas. Nobilitas (inquit Aug.) fuit nascetis in uirginitate parientis, & nobilitas parientis in diuinitate nascentis. Item charissimi fructus iste licet generosus sit propter uterum regalem, generosior autem propter uterum uirginalem, generosissimus tamen propter uterum paterna lem. Unde de isto fructu accipi potest illud Osae. Ex me fructus tuus inuentus est. Originale habet, tuus, sed septuaginta habent, eius. Dicit ergo Deus pater ad Mariam, dicit ad fidelem aiam, dicit ad Ecclesiam. Ex me fructus tuus inuentus est, tuus o Maria, ad hunc fructum producendum electa. Tuus o aia, ad hunc fructum diligendum electa. Tuus o Ecclesia, ad hunc fructum percipiendum collecta. Tuus (inquit) tuus, tuus certe corporaliter per assumptionem tuam, tuus spiritualiter per gratiam, tuus sacramentaliter per Eucharistiam, tuus aeternaliter per gloriam. Ex me tamen tuus est, quia ex meo utero genitus est sicut in psalmo scriptum est. Ex utero ante luciferum genui te. O uerè nimis admiranda, nimisque ueneranda nobilitas, quod fructus uentris materni est filius uteri aeterni, & sapientia cordis patris, sicut & beatus Bernardus de isto fructu ait. Illius o Maria eris mater cuius Deus est pater, filius potentiae & charitatis, erit corona tuae castitatis, sapientia paterni cordis, erit fructus uteri uirginalis. Ista ergo fructus generosissimi huius nobilitas, & primam & secundam in infinitum suam dignitate praecedat, & omnem intellectum humanum & angelicum cum sua sublimitate excedit. Ideoque bene de hoc fructu dicitur ab Isa. Erit germen Domini magnificetia & gloria, & fructus terrae sublimis. In magnificentia propter regale, in gloria propter uirginale, sublimis propter aeternalem siue paterna lem generositatem. Secundo consideremus charissimi, quomodo fructus uteri uirginalis delitiosissimus sit. Delitiosus quidem est in odore. Delitiosior in specie. Delitiosissimus uero in sapore. De corem autem eius fide, odore spe, sapore eius charitate percipimus. Dico charissimi, quod fructus Mariae delitiosus est suauis odore. Unde de ipso bene potest dicere mater eius illud Eccl. Ego quasi uitis fructificauit suauitate odoris. Fructus uitis, est pulcherrimus uirginis. Quod tamen uerè mirum est, & mirè uerum est, teste Augustino, qui de hoc fructu sic ait. De creatura creator omnium procreatus nascit, de uirgulto suo fons magnus educitur, radix oium de uirgulto suo nascit, & uitis uera palmitis sui fructus efficit. Fructus uitis uinum est, odor uini delectabilis est. Sic certe odor expleturum Christi, odor consolationum Christi, odor promissionum Christi ualde delectabilis est aia Christi uisiteri. Et ideo sicut odor uini sitientē, sic odor Christi trahit post ipsum currētē & dicētē. Trahe me post te &c. Quod nos miseri heu non currimus sed uix serpinus, signū ē, quod de odore huius fructus heu parū suscepimus. O si olfactum Isaac haberemus, quod huius fructus

odorē tā longē p̄sensit, teste beato Bern. q sic dicit. Huius odoriferi fructus fragrantia sentiebat, q dicebat. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pieni cui benedixit Dñs. Itē charissimi fructus iste non solum delitiosus est odore, sed et delitiosior est specie & decore. De hoc nota quod dicitur Leu. Sumetiq; die primo fructus arboris pulcherrima. Primus dies animam illuminans est fides. Et certe si sumere debemus fructus arboris pulcherrima. Arbor pulcherrima est Maria, pulchra quidem in folijs oris. Pulchrior autem in floribus cordis. Pulcherrima uero in pulcherrimo fructu uentris. De quo beatus Bernardus infert sic. Si (inquit) fructus ille mortis non solum suauis fuit ad uescendū, sed et (teste scriptura) delectabilis aspectu, quātō magis huius uitalis fructus uiuificū decore debemus inquirere? Ille (inquā) in quem desiderant angeli prospicere. Pulcher uirginitatis fructus. Christus est, q speciosus forma patris filij hominū est. Si autem plenius cognoscere uolumus fructus huius pulchritudinem, recurramus ad ipsam arborem pulcherrimā, regramus ipsam pulcherrimā eius matrem, & dicamus illud Cant. Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierū? Et ecce ipsa respondens statim dicit. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Ipsa candor lucis aeternae. Candidus quidem est diuinitate, rubicundus autem humanitate. Candidus quoque conuersatione, rubicundus passione. Ecce quod pulcher fructus, propter hoc bene de ipso dicit Aug. Pulcher in caelis, pulcher in terris, pulcher in patre uerbum, pulcher in matre caro & uerbum. Haec autem pulcherrima arbor Maria, non solum habet pulcherrimū fructū uentris, sed etiam pulcherrimos habet fructus mentis. De quibus Apostolus ad Galat. scribens ait. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Item charissimi fructus iste non solum delitiosus est odore, & delitiosior decore, sed etiam delitiosissimus est sapore. Quod bene illa sancta anima experta fuit quae in Cantic. dicit. Sub umbra illius quem desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Quid mirum si fructus iste tam dulcis est, qui tam altus est? Dicit enim beatus Bernardus. Fructus quantum altior, tanto dulcior, ergo tu solus dulcissimus, quia tu solus altissimus. Quomodo autem potest altissimus esse ille fructus, cuius breuissima est arbor? Sed certe arbor huius fructus Maria, & altissima simul est, & breuissima, altissima dignitate, breuissima humilitate. Altissima in oculis Domini, breuissima in oculis suis. Quae licet hoc modo sit breuis, fructus tamen eius est ualde dulcis. Unde in Ecclesiast. dicitur. Breuis in uolatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus eius. Si igitur fructus uentris Mariae in olfactu, in uisu, & in gustu delitiosissimus est, ideo uerè benedictus est. Sicut etiam beatus Bernardus testatus est dicens. Benedictus fructus uentris tui, benedictus in odore

Gen. 27.

Leu. 24.

Cant. 5.

Gal. 5.

Cant. 2.

Eccl. 11.



re, benedictus in sapore, benedictus in specie. Tertio charissimi consideremus, quomodo uirginalis uteri fructus sit uirtuosissimus. Nam reuera uirtuosus est ad perditorum saluationem, ad saluandorum multiplicationem, & ad multiplicandorum conseruationem. Dico charissimi, quod fructus iste benedictus uirtuosus est ad saluandum siue ad salutem, propter quod etiam fructus salutis dicitur. Vnde Ecclesiasticus ait. Corona sapientiae timor Domini, replens pacem & salutis fructum. Quid est quod dicitur pacem & fructum? fructus salutis nostrae & pax nostra ille est, qui fecit utraq; unum Iesus Christus. Et certe hunc fructum, hanc pacem timor Domini repleuit: teste Isaia qui ait. Et repleuit eum spiritu timoris Domini. Bene autem dicitur fructus salutis, sine quo nulla salus est nobis: iuxta illud. Non est in aliquo alio salus. Et Ansel. Non est (inquit) salus, nisi que tu uirgo peperisti. Tu igitur o Maria uere es arbor salutis, quae mundo portasti fructum salutis. Sicut beatus Bern. exclamans dicit. O uere celestis planta preciosior cunctis, sanctior uniuersis. O uere lignum uitae, quod solum fuit dignum portare salutis fructum. Sed heu multi fructum istum salutiferum faciunt mortiferum, fructumque tam melliferum sibi conuertunt in absinthium aeternum: sicut in Amos dicitur. Conuertisti in amaritudinem iudicium, & fructus iustitiae in absinthium. Item charissimi fructus iste ualde est uirtuosus, non solum uirtute saluatiua: sed etiam uirtute multiplicatiua. Vnde etiam in bono exponere possumus quod scriptum est. A fructu frumetum, uini, & olei sui multiplicati sunt, ut frumentum ad corpus Christi, oleum ad animam Christi: uinum ad Diuinitatem Christi referamus. Fructum quoque frumenti ad sacramentum corporis Christi. Fructum autem uini ad sacramentum sanguinis Christi. Fructum uero olei, ad unguentum Spiritus sancti referre possumus. Ab hoc ergo fructu multiplicati sunt filii in Ecclesia, & multiplicata est Ecclesia in filiis. Nam omnes filii uentris Ecclesiae, sunt hereditas & merces fructus uentris Mariae, sicut in psalmo dicitur. Ecce hereditas Domini filii merces, fructus uentris. De hoc quoque beatus Hieronymus ait. Ipse Dominus natus ex uirgine, factus est fructus uentris, cuius assumpta humanitas hanc accepit mercedem, ut gentes uocatae in filiis sint hereditas eius. Item charissimi fructus iste benedictus, non solum uirtute saluatiua uirtuosus, non solum uirtute multiplicatiua uirtuosior, sed etiam uirtute conseruatiua uirtuosissimus est. Vnde de hoc fructu possumus accipere illud Prouerborum. Fructus iusti, lignum uitae. Sicut enim lignum uitae quod fuit in medio paradisi terrestri, uirtutem habuit seruandi uitam naturae, sic certe fructus uentris Mariae, qui est lignum uitae, & fructus uitae in medio paradisi Ecclesiae, conseruat uitam gratiae, in medio paradisi celestis patriae uitam glorie. Conseruat quidem uitam gratiae a cor-

Eccle. 1.

Isa. 11.

Actu. 4.

Amos. 5.

Psal. 4.

Psal. 116.

Prom. 11.

ruptione culpae, uitam uero gloriae a corruptione omnis miseriae, ut sic recipiamus in fructu Mariae quod amisimus in fructu Adam & Euae, sicut bene notauit Beda dicens. Benedictus fructus uentris illius, per quem & semen incorruptionis in agro supernae hereditatis quem in Adam perdidimus, fructum recipimus. Sic ergo benedictus fructus Mariae salutem dando spiritualiter, saluandos multiplicando uniuersaliter, multiplicatos conseruando eternaliter uirtuosissimus. Quarto consideremus charissimi, quomodo uirginalis uteri fructus sit copiosissimus. Reuera enim tam copiosus est, quod animam plene potest reficere, tam copiosus est, quod omnibus potest sufficere, tam copiosus est, quod nunquam potest deficere. In primo quidem copiosus, in secundo copiosior, in tertio copiosissimus est. Dico charissimi, quod fructus iste benedictus tam copiosus est, quod animam rationalem quam totus mundus omnisque creatura fatiare non potest, fructus iste ad satietatem reficere potest. Vnde scriptum est. De fructu operum tuorum satiabitur terra. Fructus uentris Mariae, est fructus operum tuorum Domine. Tuorum utique tuorum, non humanorum, non mortalium, sed tuorum. Tu enim Domine opus est Gabrieli misio: tuum opus Spiritus sancti superuentio, tuum opus est uerbi & carnis unio. Talium operum tuorum Domine est fructus iste, quia de talibus operibus quasi de quibusdam floribus processit fructus iste. Vnde etiam in Nazareth, quod flos interpretatur bene apparuerunt flores isti. Dicit enim beatus Bernardus. In Nazareth nunciatur Christus nasciturus, quia in flore sperat fructus processurus. Terra quae isto fructu satiat, est anima humana, quae ad modum terrae semper est germinatiua, siue utilium siue inutilium herbarum: id est cogitationum & desideriorum. Ista (inquam) terra fructu Mariae satiat, sicut scriptum est. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quid mirum si in gloria satientur hoc fructu fruente, cum etiam in miseria satientur credentes? Vnde Cassiodorus exclamans dicit. O fructus ille mirabilis, qui humanum genus dulcissima credulitate satiauit. Vnde non gustare, peccare est. Vide ergo quod copiosus iste fructus est, qui animam fatiare potest: quam totus mundus fatiare non potest. Item charissimi, fructus iste benedictus non solum tam copiosus est, quod animam insatiabilem potest plene reficere: sed etiam tam copiosus est, quod uniuersitati saluandorum potest bene sufficere. Hic enim est fructus arboris illius gloriose, de qua dicitur. Fructus eius nimius, & esca uniuersorum in caelo. Uniuersorum certe in Domino uiuentium, quiescentium, & resurgentium. Sicut pulchre signatum potest esse in Leuit. ubi dicitur. Dabo uobis benedictionem meam anno sexto, & faciet fructus trium annorum. Annus sextus etatem sextam: septimus septimam, octauus octauam signat.

Christus salus animi

Christus salus animi

Christus salus animi

Psal. 66.

Dauid.

Leu. 27.

Iste annus sextus, est annus plenitudinis: secundum illud Apostoli. At ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum &c. Hic itaque annus protulit fructum Dei filium, fructum utique tam copiosum, quod per ipsum, anno sexto uiuentium: anno septimo quiescentium, & anno octauo resurgentium, habemus omnes fructus animarum nostrarum. Ipse ergo est fructus sufficiens uniuersitatis animarum nostrarum, quia est Dominus sufficiens uniuersitati creaturarum. Hic autem est fructus uentris Mariae, teste Augustino qui ait. Illa uirgo singulari gratia praeuenta est atque repleta: ut ipsum haberet uentris sui fructum, quem ex initio habet uniuersitas Dominum. Item charissimi, fructus noster benedictus, non solum in hoc copiosus est quod animas satiandas potest ad satietatem reficere, non solum in hoc copiosior est quod animarum satiandarum potest uniuersitati sufficere: sed etiam tam copiosissimus est, quod satiandis animabus & Angelis nunquam potest deficere: iuxta illud Ezech. Non deficiet fructus eius. O infinita copia, o copia defectus nescia. Deficere utique non potest copia huius fructus in aeternum, cum sit copiosissimè benedictus in aeternum. Ait enim beatus Bernardus. Benedictus fructus uentris tui, qui est benedictus in aeternum. Sic ergo fructus iste benedictus copiosus est, dum ad satietatem reficit: copiosior dum satiandorum uniuersitati sufficit, copiosissimus dum satiandis in perpetuum non deficit. Vides nunc o lector, uides o auditor quod generosissimus, quod delitiosissimus: quod copiosissimus sit fructus uentris Mariae benedictus. Vides (inquam) quomodo sit generosus ex utero regali, generosior ex uirginali: generosissimus ex paternali. Vides etiam quomodo delitiosus sit odore, delitiosior decore, delitiosissimus sapore. Vides nihilominus quomodo uirtuosus sit ad curandum, uirtuosior ad multiplicandum: uirtuosissimus ad conseruandum. Vides insuper quomodo copiosus ad satietatem, copiosior ad uniuersitatem, copiosissimus ad perpetuitatem. Haec duodecim conditiones huius fructus, signari possunt per illos duodecim fructus de quibus in Apoc. dicitur. Quod Angelus Ioanni ostendit lignum uitae afferens fructus duodecim. Et quia fructus iste fructus uitae, lignum uitae, omnibus hominibus ad uitam producit: ideo meritis omnino ad laudandum huius fructus auctorem inducitur: sicut scriptum est. Constitute tibi populi Deus, constitute tibi populi omnes terra dedit fructum suum. Eia nunc benedicta mater huius benedicti fructus, fac ut hoc fructum fruamur in aeternum. Per eundem fructum Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Amen.

Gal. 4.

Ezech. 47.

Apoc. 22.

Psal. 66.

Capitulum XV.

Benedictus fructus uentris tui. Postquam tenuiter uidimus de fructu uentris Mariae, qualis & quantus sit & credatur: uideamus modo quomodo sit, & quibus debeat. Fructus namque iste, non solum est fructus uentris, sed etiam mentis. Fructus est uentris solius Mariae, fructus autem mentis cuiuslibet fidelis anime. Fructus uentris per carnem, fructus mentis per fidem. Vnde sanctus Ambrosius ait. Si secundum carnem una mater est Christus, secundum mentem omnium fructus est Christus. Omnis enim anima concipit Dei uerbum, immaculata & immunis a uitijs. Igitur secundum Ambrosium. Quaecumque mens hunc fructum sibi uoluerit adesse, debet a uitijs immunis esse. Christus enim, fructus est mentis non uitiosa sed uirtuosa: non uitiosa per septem uitia capitalia, sed uirtuosa contra septem uitia capitalia. Fructus ergo iste est fructus humilium contra superbiam, fructus amantium contra inuidiam: fructus mitium contra iram, fructus laborantium contra acediam, fructus liberantium contra auaritiam: fructus abstinentium contra gulam, fructus continentium contra luxuriam. Primo charissimi uideamus, quomodo fructus iste benedictus sit humilium contra superbiam. De hoc enim accipere possumus quod dicitur in 4. Regum. Quodcumque reliquum fuerit de domo Iudae, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. De domo Iudae fuit beata Maria: de domo Iudae est quaelibet fidelis anima. Illa corpora licet, ista spiritualiter. Illa per carnem: ista per fidem. Et ideo non solum Maria, sed etiam quilibet fidelis uolens facere fructum sursum, debet radicem mittere deorsum. Radix autem deorsum mittenda, humilitas est: quae ad modum radiceis semper ad ima tendens est. Huius benedictae radiceis arbor, quomodo fuerit, peior: tantum radix ipsa debet esse profundior. Iuxta illud Eccle. Quantum magis es, humiliata te in oibus, & coram Deo inuenies gratiam. Alioquin arbor quomodo maior esset, tantum citius uento inflationis subuerteret: si non magna & profunda humilitatis radice firmaret. Pensemus ergo quantum illius uirga radix profunda fuerit, quod sic in sublime excreuit, quod fructum Angelis altiore ferre meruit, fructum utique de quo beatus Ambrosius ait. Ipse fructus est flos radiceis: de qua Isa. Exierit (inquit) uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quaecumque anima hanc humilitatis radicem deorsum miserit, ipsa hunc sursum habebit. Sursum (inquam) in alto intellectu, sursum in alto affectu: sursum in contemplatione, sursum in dilectione. Sic ergo fructus iste benedictus humilium est. Ideo Maria super omnes homines fuit hoc dignissima, quia super omnes homines humilitate fuit radicatisima. Propter quod bene beatus Bern. exclamans dicit. O uirgo uirga sublimis, ad quantum celsitudinem uertice sanctam erigis: usque ad thronum maiestatis, quoniam in altum mitis radicem humilitatis. Secundum uideamus charissimi, quomodo fructus iste benedictus sit amantium, Deum & proximum contra inuidiam. De hoc accipere possumus illud Psalmi. Ecce hereditas Domini filii merces, fructus uentris. Hoc exponens beatus Ambrosius ait. Hereditas Domini, filii sunt, qui merces sunt fructus illius qui de Mariae uentre

Humilitas qualiter accipienda sit.

Eccle. 3.

Isa. 11.

Psal. 126.



est totus fructus, totus illo. Hic fructus ad hoc datu est, ad hoc natus est, ad hoc passus est, ut auferat peccatum hominis. Ipse. n. sicut Angelus (inquit Matth.) salu fecit populu suu a peccatis eorum. Ipse quoq; est de quo Ioann. dixit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ille ergo agnus, iste certe fructus tollit peccata mundi, tam mortalia q; uenialia, ut qui per hunc fructum purgatus a mortalibus eiusde fructum portat, purgetur & a uenialibus, ut fructu abundantius ferat, iuxta illud. Oem qui facit fructum purgabit eum, ut fructum plus afferat. Secundo charissimi fructus Mariae benedictus, necessarius est ad pacificationem inimicitiae capitalis, quae fuit inter Deum, & hoiem, inter Angelos & homines. Vñ Isa. ait. Creauit fructu labioru pacem, pacem ei qui longe est, & qui prope est. Fructus uentris Mariae, bene potest dici fructus labioru Mariae, quia dum de labiis suis stillauerunt mellisua uerba illa: Ecce ancilla Dni fiat mihi secundum uerbum tuu, statim cocepit mellisuum fructu suu. O uere mellisua labia, sicut dr in Cant. Fauus distillans labia tua sponsa. Horu ergo laborum fructu Iesum Christum, Deus Pr creauit siue fecit pacem. Pacem (inquam) ei qui longe est p culpam, ut fiat ppe p gram, pacemq; ei qui prope est per gram, ne fiat longe per culpa. Ipse enim (sicut Apost. ait) est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Fructus iste et factus est pax inter homines, q; longe est in mundo, & inter Angelu qui prope est in caelo, utrosq; n. pacificauit in patribus lo, iuxta illud Apost. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in caelis, siue q; in terris sunt. Itaq; fructus iste pax hois ad hoiem, pax hois ad Angelu, & pax hois ad Deu factus est. Quid mirum si per hunc fructum pacem habeat homo cum Deo, cum ipse fructus pacificans sit Deus, & ho? Testat Beda qui ait. Terra nostra dabit fructum suum, quia uirgo Maria q; de terra corpus habuerat, filium genuit, diuinitate quidem Deo Patri coequalem, sed sibi carnis ueritate co substantialem. Tertio charissimi fructus Mariae benedictus, necessarius est ad curationem plagae originalis, graui. n. plaga, immo grauibus plagis originalis incidens in latrones uulneratus est, dum per originale peccatum ram coecus ad uerum, tam infirmus ad bonum, tam pronus ad malum factus est. Sed ha plaga per hunc fructum sanatur. In hac quidem uita in parte sanantur per gratiam, in futura uero tota in toto sanantur per gloriam. Vnde bene legitur in Apocal. q Angelus ostendit Ioanni lignum uitae, per mes singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Lignum uitae est mater uitae Maria, uel lignum uitae est lignu crucis, uel etiam lignum est ipse auctor uitae Iesus Christus, qui est fructus uitae, huius folia sanatiua sunt uerba, & documenta edificatiua. Si autem sanatiua sunt folia eius, quanto magis sanatiuus est ipse fructus? ut ergo per hunc fructum sane-

Matth. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 15.
Isa. 57.
Luc. 1.
Cant. 4.
Eph. 1.
Eph. 2.
Apoc. 22.

mur, accedamus ad arborem eius, accedamus (inquam) ad Mariam orantes cum Anselmo, qui orans ait. Exaudi me Domina, sana anima ferui tui peccatoris per uirtutem benedicti fructus uentris, qui sedet in dextera omnipotentis patris sui. Quarto charissimi fructus Mariae benedictus, necessarius est ad reuelationem inediae sine famis mentalis, ne propter defectum nutrimenti, deficiant animalia Dei. Propter quod bene dicitur a propheta Ioel. Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt speciosa deserti, & lignum attulit fructum suum. Desertum quod sine cultura germinat & profert pastu animalium, signare potest Mariam, quae sine cultura maritali protulit filium, qui est pastus omnium fidelium. Ideo bene de ipsa dicitur illud Ezech. Terra illa inculta, facta est ut ortus uoluptatis. Speciosa huius felicitis deserti, sunt speciosa germina coelestium desideriorum, speciosa herbae operum bonorum, speciosi flores uirtutu, & donorum, speciosa folia utilium uerboru, & certe speciosus fructus uentris sui, qui est pastus omnium iustorum. Maria est desertu hoc speciosum, Maria quoq; est lignum hoc fructuosum, de quo dr, & lignu attulit fructu suu. O uere mirabile fructu, p quem tam famis q; sitis releuat aiaru, sicut testat bea. Ber. dices. Bonus fructus, qui aiarum esurientium, & sitientiu esca & potus est. Nolite ergo timere animalia Dei, nolite timere fideles Christi, q; inedia deficiatis, cum plena pascua in deserto, plenu fructum in ligno, plenu et pabulu in praesepio habeatis. Ait. n. bea. Ber. Natus reclinat in praesepio, ut fideles oes uelut sancta animalia carnis suae alimento reficeret. Et B. Aug. ait. O praesepio splendidu, in quo no iacuit foetu animaliu, sed Angeloru inuentu est pabulu. Quinto charissimi necessarius est fructus Mariae benedictus, ad euitationem ire iudicialis, qua utiq; certa habet hois iniustus, sicut fructu, quo iram iudicii euadere certu utiq; habet ois iustus. Vnde in Psalm. dr. Si utiq; est fructus iusto, utiq; est Deus iudicans eos in terra, eos. i. iniustos, sicut exponit gl. Iniustos naq; iudicabit Deus in terra, du in iudicio iusti in aere erunt, iniusti uero i terra remanebunt, quia terrenis contra Deu adhaeserunt, ita ut dicere possent. Adhaesit in terra uenter nr. Dominus ergo ibi sicut utiq; est fructus suauis iusto, sic utiq; erit iudex grauis iniusto. Vnde ergo eis, qui fructum tam suauissimu conuertunt libi in iudicium amarissimu, sicut dicitur in Amos. Conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiae in abinthium. Fructus iustitiae fructus iusti. Iustus est fructus Mariae, de quo certe Psalmista dicit. Iustum fructum dedit terra uirgo, quia ueritas de terra orra est. Sexto charissimi necessarius est fructus Mariae benedictus, ad elongationem siue declinationem poenae gehennalis, siue mortis aeternalis, de quo exponere possumus quod dicitur in lib. Reg. Transferam uos in terram fructiferam,

Ioel. 1.
Ezech. 4.
Ioel. 1.
Matth. 3.
Cant. 3.
Iob. 8.
Psalm. 17.
Psalm. 147.
Amos. 4.
Psalm. 84.
Prou. 12.

fructiferam, & fertilem uini, terram panis, & olei ac mellis, et uiuetis & non moriemini in terra Mariae uel in terram Ecclesiae transferentur, qui toto corde ad ipsam conuertuntur. Haec autem terra ualde est fructifera, ferens fructum panis, uini, olei, & mellis, Dominu nostru Iesum Christum. Ipse namq; nobis est fructus panis confortantis, contra defectum, ipse nobis est fructus uini ad perfectum, ipse quoq; nobis est fructus olei illuminantis intellectum, ipse insuper nobis est fructus mellis dulcoratis affectum. Per huiusmodi certe fructum uiuentis charissimi, non moriemini morte aeterna. Benedicta sit terra huius fructus, benedictus super omnia sit ipse fructus, per quem exempti sumus a tantis malis, sicut etiam bene declarauit Ansel. cu dixit. Quid dignè referam genetrici Dei & Domini mei, p cuius fecunditatem captiuus sum redemptus, per cuius partum de morte aeterna sum exemptus, per cuius prolem perditus sum restitutus, & de exilio miseriae ad patriam sum reductus? Benedicta in mulieribus, haec omnia mihi dedit benedictus fructus uentris tui in regeneratione baptismatis sui. Vnde ergo omnibus ab isto fructu alienis. Scriptum naq; est. Ominis arbor quae non facit fructu bonu, excidet & in igne mittet. Serpimo charissimi necessarius est fructus Mariae benedictus, ad renunciationem siue contemptu substantiae temporalis. Vnde in Cant. dr. Vir affert pro fructu eius mille argenteos, relinquedo temporalia, dicit interlinearis. Na sicut alia gloria dicit, per mille perfectio, per argentum uero sa dicit, per mille perfectio, per argentum uero omne mundanum accipitur, unde quasi mille argenteos pro hoc fructu dat, quicunq; perfecte omnibus tpalibus pro Christo renunciat, & uere merito pro hoc fructu oia tpalia feruenter uilipendit, quicunq; q; preciosissimus sit ille fructus diligenter attendit, dicens illud Prouer. Melior est fructus meus auro & lapide precioso, & genimina mea auro electo. Vir certe est, q; cuq; tam uirilis est, uir autem ille uiriliter p hoc fructu cotenere debet no solum res & diuitias, sed et honores & potentias, dicens illud Iudicum. Non possum deserere dulcedinem meam, fructusque dulcissimos, & ire ut inter cetera ligna promouear. Suauissimi sunt fructus Christi, & charitas. Ligna siluarum (sicut dicit glosa) sunt homines infructuosi, aeterno incendio preparati. Igitur propter fructus istos suauissimos, uiriliter contemnat honores, super ligna siluaru periculosissimos, uiriliter contemnat omnia propter fructum benedictum, qui est super omnia benedictus Deus in saecula. Octauo charissimi necessarius est fructus Mariae benedictus, ad loquutionem siue repletionem animae rationalis. Vnde dicitur in Prouer. De fructu oris sui uisusquisq; replebitur bonis. Dominu Iesum no solum fructum uentris, sed et fructum oris no incongrue fateamur, quia ipsius oris predicatione oris confessione, & oris oratione meremur. Ip-

sum quoq; ore exteriori sumimus sacramentaliter, ore quoq; interiori spiritualiter, p quod Hiero. ait. Flos Mariae factus est fructus, ut nos illum comederemus. De isto fructu oris uisusquisque replebitur fidelis bonis spiritualium diuitiarum, bonis (inquam) uirtutum & gratiaru. De talium bonorum repletionem Apost. dicit. Deus autem spei repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe & uirtute spiritus sancti. O uere beata huius fructus plenitudo, qua repletus est non solum ager Virginis huc fructu producentis, sed etiam saccus uniuersusq; fidelis hunc fructum continentis, sicut patet per bea. Hier. qui ait. Bene ager plenus dicitur, quia plena uirgo Maria pronunciat, de cuius utero creditur fructus uita processit, & nos oes de plenitudine eius accipimus gratiam pro gratia. Non charissimi necessarius est fructus Mariae benedictus, ad perfectionem uitae spiritualis. Vnde de uiro perfecto bene in Psalm. dicitur. Erigit tanq; lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, & c. usq; prosperabantur. Quid intelligere debemus per decursus aquarum, nisi irrigationes gratiarum, per quas homo dat siue profert fructum suum Dominum Iesum Christum? Tres autem hic conditiones perfectae uitae insinuantur, quae hominem hoc fructu fructiferu comitantur. Perfectorum namq; est tempus suu non negligere, propter quod bene dicitur. Fructus suos dabit in tempore suo. Perfectoru quoq; est in uerbis inutilibus non desuere, propter quod bene addit, & folium eius non desuere. Perfectorum insuper est quae spiritui prospera sunt non omittere, propter quod bene subiungitur. Omnia quae cuq; faciet prosperabuntur. Vel certe ei qui hunc fructu per charitatem tulerit, omnia pspabuntur, q; sibi omnia in bonu cooperantur, sicut scriptu est. Scimus qm diligentibus Deum omnia cooperant in bonu. Beatus uir qui ta pfecte tulerit fructu istu, ut tempus suu non transierit infructuosum, ut uerbum sibi non desinat inotiosum, ut opus sibi non pereat uirtuosum, sicut sit tanq; lignum fructiferum spiritualiter, quem admodum etiam Maria fuit corporaliter, de qua bea. Ber. ait. O uere lignu uita, q; solu dignum fuit portare saluati fructu. Decio charissimi necessarius est fructus Mariae benedictus, ad multiplicationem Ecclesiae uniuersalis. Vnde dr. De fructu manu suaru plantauit uineam. Dns Iesus sicut bene dr fructus uentris, quia uentre cocepit, & sicut bene fructus oris dr, quia ore sumitur, ita bene fructus manu dr, quia manibus bonoru operu acgrit, manibus quoq; sacerdotalibus ministrat. Vñ fructus iste plenissime est fructus Mariae, fructus certe uentris eius est, quia de uentre eius singularissime natus e. Fructus et oris eius e, quia ore eius dulcissime cotectus est, fructus quoq; manu eius e, quia manibus eius duocissime attritatus e. De isto itaq; manu fructu, Maria, uel primitiua Eccle. (sicut exponit glosa) plantauit

Rom. 15.
Psalm. 1.
Ibidem.
Rom. 3.
Prou. 31.
bb 2 uineam



vineam. i. Ecclesiam uniuersalem per orbem diffusam. O quo palmites huius vineae, uidelicet fideles Ecclesiae, per hunc fructum multiplicati sunt, dum rectores Ecclesiae in cordibus fidelium eundem fructum spiritualiter nasci fecerunt. Hinc bene in Psalmo dicitur. Fecerunt fructum natiuitatis, & benedixit eis, & multiplicati sunt nimis. Et quia Ecclesia de omnibus generationibus est per hunc fructum multiplicata, ideo uirgo hunc fructum producit, merito ab omnibus generationibus pradicatur Beata. Propter quod bene ipsa ait. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, De quibus uerbis loquens Bernardus, inducit Mariam loquentem sic. Ecclesiam uideo quod futurum est in me, quis fructus procedat de me, quot & quanta bona non mihi soli, sed omnibus generationibus prouenient per me. Undecimo charissimi necessarius est fructus Mariae benedictus, ad restauracionem ruinae empyrealis, ruinae (inquam) factae in caelo empyreo. De hoc notare possumus, quod Dominus de medulla cedri plantare uolens, dixit per Ezech. In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet ut germen, & faciet fructum. Mons sublimis, est sublimis illa mansio, sublimis illa societas Angelorum, quae bene mons Israel dicitur, quia Israel uisio Dei interpretatur. Et ecce Angeli semper sunt in uisione Dei, testante eo qui ait in Euangelio Matthaei, Angeli eorum semper uident faciem patris mei, qui in caelis est. In isto sublimi monte, in ista sublimi Angelorum societate Deus plantauit illud, quod de massa perditionis elegit, plantauit (inquam) medullam cedri, medullam generis humani, id est oes electos Dei, quorum quidam in re, quidam in spe plantati iam sunt in Angelico monte. O uere super omnia diligendus fructus, propter quem tam sublimiter plantatur omnis electus. Libenter hunc fructum Dominum nostrum Iesum Christum portare possumus, propter quem inter Angelos iam in spe plantati sumus, huic etiam fructui semper gratias agimus, cuius gratia Angelorum uniuersitatem reintegramus. Unde huius fructus mater Maria bene potest gloriari, & dicere uerba illa quae beatus Bernardus quasi ex ore Mariae loquens ait. Angelicarum generationum numerus per meum generatum reintegrabitur, & hominum generatio per Adam benedicta, per benedictum fructum uentris mei ad aeternam beatitudinem regenerabitur. Duodecimo charissimi necessarius est Mariae fructus benedictus, ad perpetuationem gloriae aeternalis, quae aeterna non esset, nisi per hunc fructum conseruaretur. Unde dicitur in Proverb. Fructus iusti lignum uitae. Optime fructus iste dicitur lignum uitae, quia sicut lignum fuit ad conseruandam uitam naturalem in paradiso terrestri, sic Christus est ad conseruandam uitam aeternalem in paradiso caelesti. Haec ergo tanta bona quae per benedictum Mariae fructum consequimur, benedictus ille An-

Ezech. 27

Matth. 18

Prou. 11

selmus bene aduertit cum dixit. Haec tanta bona per benedictum fructum benedicti uentris benedictae Mariae perueniunt. Sic ergo charissimi audistis, quo benedictus fructus Mariae necessarius omnino est. Primo ad expiandam culpam mortalem. Secundo ad pacificandam inimitiam capitalem. Tertio ad sanandam plagam originalem. Quarto ad reuelandam mediam mentalem. Quinto ad uitandam iram iudicalem. Sexto ad declinandam poenam gehennalem. Septimo ad contemnendam substantiam temporalem. Octauo ad locupletandam animam rationalem. Nono ad consummandam uitam spirituales. Decimo ad multiplicandam Ecclesiam uniuersalem. Undecimo ad reparandam ruinam empyrealem. Duodecimo ad conseruandam gloriam aeternalem. Et ecce hi duodecim effectus, siue utilitates huius fructus, signari possunt per duodecim fructus ligni uitae, quos omnes habemus in fructu uentris Mariae. De quibus duodecim fructibus legitur in Apoc. quod Angelus ostendit Ioanni lignum uitae, afferens fructus duodecim. Adiuua ergo nos o benedicta in mulieribus, ut per benedictum fructum uentris tui, benedictionem horum duodecim fructuum consequamur. Adiuua o uirgo fructifera, ut per fructum tuum his fructibus, ita fructuosi efficiatur, quod per hos fructus fructu tuo frui perpetuo mereamur. Adiuua o dulcissima, ut nobis concedat dulcedine sua frui, ille liberalissimus communicator sui benedictus fructus uentris tui. Qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuit, & regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Apoc. 11

SERAPHICI DOCTORIS
SANCTI BONAVENTURAE.
TRACTATUS DE PRAEPARATIONE
AD MISSAM.
Capitulum Primum.



Ad honorem gloriose, & indiuiduae Trinitatis, & ad honorem excellentissimi sacramenti, scilicet preciosi corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, describam tibi formam, per quam potes leuiter manduci ad contemplationem tanti mysterii, ac congrue disponi ad eius perceptionem, quae non raptim strepitu uerborum legere, sed eius sensum efficaciter cordi imprimere debes, & ex intimo affectu singula quaeque in toto, uel in parte prout sonant, sollicitè ruminare. Primo igitur accessurus ad mensam caelestis conuiuii (iuxta Apostolum) Proba te ipsum, & diligenter examina cum qua fide, quali proposito, quanta charitate, propter quid aut propter

Ad Cr. finch. 11

pter quam causam accedis, ut sic accedendo ad mensam caelestis conuiuii (iuxta Apostolum) probes te ipsum diligenter examinando. Attende igitur ista quatuor singula per se, & uide primo quam fidem habere debes, circa ueritatem, & essentiam huius sacramenti. Credere enim licet miter debes, & nolatenus dubitare, secundum quod docet Ecclesia catholica, & praedicat, quod in horum expressionis uerborum Christi, panis materialis atque uisibilis, aduenienti uiuifico & caelestis pani uelut uero creatori honorem deferens, locum suum. scilicet uisibilem speciem accidentium per ministerio & sacramentali seruitio relinquit, quod desinente esse, miro & ineffabili modo in eodem instanti ista sequentia sub illis accidentibus ueraciter existunt. Primo illa purissima Christi caro, & factum corpus, quod fabricante spiritu sancto tractum fuit de utero gloriosa uirginis Mariae, appesum in cruce, positum in sepulchro, glorificatum in caelo. Secundo quia caro non uiuit sine sanguine, ideo necessarium est ibi sanguis ille preciosus, qui foeliciter manauit pro mundi salute in cruce. Tertio cum non sit uerus homo absque anima rationali, propterea est ibi anima gloriosa Christi, excedens in gratia omnem uirtutem & gloriam & potestatem, in qua repositi sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei. Quarto quia Christus est uerus Deus & uerus homo, ideo consequenter est ibi Deus gloriosus in maiestate sua. Haec omnia quatuor simul, & singula tota simul, sub speciebus panis & uini perfecte continentur, non minus in calice, quam in hostia, nec minus in hostia quam in calice, nec in uno defectus suppletur alterius cum nullus sit, sed in ambobus integrum continentur, propter mysterium de quo grandis est sermo. Sufficit enim credere Deum uerum, & hominem, sub utraque contineri specie cui assistunt Angelorum frequentia, & sanctorum praesentia.

Qualis p. batio ad reprobio. nem sacri. requiritur.

Ista con. sacra. mento, san. ctissimi, & diuinitas, in sacra. mento sunt.

Tantum de. continetur in utra. que spe. cie.

Quare Christus tantum continetur sub istis duabus speciebus. Cap. II.

Ed uide quam pulchre Christus sub his tantum duabus speciebus continetur. Primo quia panis & uinum optimum sunt nutrimentum totius hominis, nam panis nutrit carnem, & uinum transit in sanguinem, qui est sedes anime. Secundo quia eorum usus est homini principalior, & communior est, & mundior, & minus fastidiosus habetur, ideo puritas spiritualis refectionis oportune per ista significatur. Tertio, quia optime figurant passionem Christi, quae quotidie per hoc sacramentum memoratur, nam panis significat corpus illud triturratum, molitum pistum in passione, decoctum & assum igne diuini amoris in camino. scilicet ara crucis, uinum uero significat sanguinem qui de uita. scilicet Christi corpore, in torculari crucis a calcantibus Iudaeis expressus est. Quarto pulchre significat corpus

Christi mysticum, scilicet Ecclesiam collectam ex multis fidelibus praedestinatam ad uitam, tanquam panis & uinum ex multis granis & racemis. Cum ergo accedis caue ne dubitando uacilles, tanquam caecus manu tentans inuitatis baculo arundineo, scilicet argumentis naturalibus, & rationibus humanis, quaerendo quomodo ista fieri possunt, sicut quondam Iudaei litigabant, & quidam discipuli scandalizati abierunt retrorsum. Sed subijce te ipsum Deo, & captiua mentem tuam sub iugo fidei, quam tantis testibus roboratam uides. Quid enim dubitationis de hoc sacramento remanet, quod a Christo tam expresse traditum, ab Apostolis tot centenarijs annorum praefiguratum, tantisque ceremonijs tot miraculis, & prodigijs, & obsequantijs quasi testimonijs palpabilibus uides confirmatum? Tolle hoc sacrum de Ecclesia, & quid erit in mundo, nisi error & infidelitas? & populus Christianus, erit quasi grex porcorum dispersus, & idolatriae deditus, sicut expresse patet in ceteris infidelibus. Sed per hoc stat Ecclesia, roboratur fides, uiret uel uiget christiana Religio, & diuinus cultus. Unde inquit Christus. Ego uobiscum sum usque ad consummationem saeculis

Ioan. 6

Christi. in. uisione. in. uisione.

Christi. in. uisione.

Matth. ul.

Quare Christus corpus suum dare uoluit uelatum. Cap. III.

ost etiam notare debes, quod sic decuit Christum corpus suum uelatum nobis dare. Quid enim ualeret fides tua, si Christus in propria forma uisibilis tibi appareret? certe & coacte eum adorares. Aut quomodo carnales oculi tantam gloriam ferre possent? Quis uero nisi insipiens dicat, ut carnem crudam & hominis cruorem in propria forma sua comedere, & bibere debeas? Recedat ergo omnis dubitatio, quia sicut olim diuinitas in utero uirginali latuit, & filius Dei sub humanae carnis uelamine uisibilis mundo apparuit, sic & glorificata humanitas diuinitati coniuncta sub forma panis, & uini latet, ut nobis mortalibus cōpetere possit.

De discussione conscientiae ante communionem sacramentum: Et cum quali proposito seu dispositione accedendum sit. Cap. IIII.

Secundo proba te ipsum, cum quali proposito & dispositione accedis. Ideo discute, & reuolue conscientiae domum, & uide ne forte sit intus aliqua turpitudine in mente, uel macula extra in carne, quae offendi possunt oculi illius qui est sanctus sanctorum. Primo ergo reuolue intorsus ad iniquitatem tuam mentis, quam mala ab ineunte aetate commisit, quanta bona neglexisti, quam breuis uitam, quam incerta mors, quam lubrica & piculosa uia huius temporis mundi

Mudices. uis ad egi. munionem requirit.

na, ne forte (quod absit) post praecedentem confessionem & poenitentiam aliquod in te sit mortale peccatum, uel peccandi propositum, unde mortua sit tua misera anima: ac per hoc a radice Christi & Ecclesiae abscessa, quia ille uiuificus panis & diuinus, non praestat influxum uitae nec nutrimentum membris abscessis & mortuis, teste scriptura, quae dicit. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, unde a talibus sumitur sacramentum, & non res sacramenti, id est Christi gratia & unitas charitatis eius, comedatur gultu, sed non reficit spiritum uadit ad uentrem, sed non reficit mentem, deglutitur sicut abrotanum sine sui laesione, & non uiuificat animam, nec incorporat eam sibi neque unit sed potius nausea compellente, talem Christus euomit, uelut cadauer putridum bestiis deuorandum & auibus, cum scilicet infelicem animam tradit sathanae cruciandam, sicut de Iuda scriptum est. Quoniam post buccellam introiuit in eum sathanas. Quapropter si talibus laqueatus es, caue ne pro aliqua causa uel necessitate, absque debita contritione ac proposito poenitendi, ac confessione praemissa accedere ad altare praesumas, quia horrendum est incidere manus Dei uiuentis. Sed heu, quot sunt hodie sacerdotes miseri, & suae salutis improuidi, qui corpus Christi in altari uelut carnes pecudum manducant & inuoluti & contaminati abominationibus de quibus fas non est dicere, sceleratis manibus & pollutis labiis contingere non ueretur, & osculari filium Dei & Mariae Virginis uirgenitum? Verum si horum sacrificium suscipit Deus, audeo dicere mendax est, & socius peccatorum. Insuper (quod deterius est) ad tantam quidam peruenerunt illis diebus peruersitatem & stultitiam, ut putent infelicissimi, suae scelera & immunditias peccatorum, quae quotidie reiterare proponunt, absque poenitentia, & confessione, per sacram communionem quotidie celebrantes expiare. Tales non sunt sacerdotes, sed sacrilegi, non Christiani, sed haeretici, profecto si fidem rectam haberent, aut peccare timerent, aut celebrare cessarent. Secundo non tantum cordis, sed & corporis attendenda est munditia, ideo caue ne immundus accedat, non tantum dico de immunditia uoluntaria, quae mortalis est, sed etiam nocturnali siue casuali macula, quae impedit celebrationem, ubi non est magna necessitas uel iussio praepceptorum. Vbi ergo dicta interueniunt, & dicta maculae non dederis occasionem uel causam, per praecedentem concupiscentiam, uel inordinatam crapulam, nec secuta est notabilis mentis inquinatio, per reminiscentiam uel illusionem fantastica carnalium, credo quod accedere posses saluo meliori iudicio, maxime si singularis deuotio ratione solennitatis uel alterius similis causa, te traheret ad celebrandum.

Sap. 1.

Indigna
suptio sacramenti
nocua est

Iuan. 13.

Mundicia
corporis ad
eionem requiritur.

Quibus
cum circumstantiis
nocturna
pollutio
no obstat.

Custodire etiam debes pudicitiam manuum quantum potes, & omnium membrorum tuorum puritatem, unde tibi consulo, ut praecateris hominibus omni tempore maxime dum missam celebraturus es, caueas ab omni tactu non solum turpi & immundo qui fit cum peccato, sed etiam a quolibet indecenti, & coinquinato, & totum te recolligas, ut nec actus nec cogitatio ad aliquod aliud dispergatur. Et insuper curam habeas diligenter, de munditia & nitore paramentorum altaris, & sacrorum uasorum, & cum honore & omni diligentia tractetur ille, qui est Angelis & Archangelis tremebundus.

Ex quanta charitate, quantoque seruore accedendum sit communicatio.
Cap. V.

Tertio proba teipsum ex quanta charitate, & quali seruore accedis. Non solum enim mortalia uitanda sunt, sed etiam uenialia peccata, per negligentiam & ocium multiplicata, & etiam per inconsiderationem, ac per distractionem dissolutae uitae & malae consuetudinis, licet non occidant animam, tamen reddunt hominem tepidum, grauem, & obnubilatum & indispositum, & ineptum ad celebrandum, nisi discipulueris & stipulae uenialium, per afflatum spiritus & flammam charitatis, uentiletur, & consumuntur exardescente igne cordis, & ex consideratione propriae uilitatis. Ideo caue ne nimis tepidus & inordinatus accedas, & inconsideratus, quia indigni sumis, si non accedis reuerenter circumspecte, & considerate, unde Apostolus. Iudicium sibi manducat & bibit, quod apertius insinuat cum subdit dicens. Ideo inter uos multi imbecilles, scilicet per fidei incostantiam, & infirmi, id est graui peccato sauciati, & dormiunt multi, scilicet per torporem & desidiam. O quam graues angustiae, o quam angustiae me undique affligentes, Accedere indigne horrendum est iudicium, non accedere ex notabili negligentia uel contempta, damnabilis est culpa. Beda. Nam cum sacerdos est absque peccato mortali, & in proposito bono, non habens legitimum impedimentum, & non ex reuerentia, sed ex negligentia celebrare omittit, tunc quantum in ipso est priuat Trinitatem laudem & gloria, Angelos laetitia, peccatores uenia, iustos subsidio, & gratia, in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam Christi spirituali beneficio, & seipsum medicina & remedio, contra quotidiana peccata, & infirmitates. Quia sicut ait Ambrosius. Si quotiescunque effunditur sanguis Christi, toties in remissionem effunditur, debeo illum semper accipere, ut semper mihi peccata dimittantur: qui semper pecco, semper debeo accipere medicinam. Item priuat se omnibus talibus proueniuntibus ex sacra communione, quae sunt peccatorum

Altaris paramentorum, & uasorum deesse debent.

Peccata uenialia obstat celebrationi.

ad Cor. 11.

Sacerdos ex uenialibus peccatis non reprobatur.

rum remissio, fomitis mitigatio, mentis illuminatio, interior resectio, Christi & corporis eius mystici incorporatio, uirtutum roboratio, contra Diabolum armatio, fidei certitudo, spei eleuatio, charitatis excitatio, deuotionis augmentatio, & Angelorum conuincio. Item non comperit sibi unicum magis dignitatis obsequium, nec officium exercet debite seruitutis Dei, & tamen scriptum est. Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Item committit Christi praecipuum de obseruatiua huius sacramenti, ideo Christus comminatur. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, &c. Item abicit viaticum suae peregrinationis, exponens se periculo mortis, quia nisi recipiat alimentum corporis Christi & uitae negetationem, efficitur sicut aridum membrum, ad quod non transmittitur corporalis cibi nutrimentum. Vltimo quantum in se est, euacuat diuinum cultum, & patri creatori debitum, ingratus de beneficiis, unde dicitur in Numeris. Si quis mundus est, scilicet a peccato mortali, & in itinere non fuerit, scilicet aliter impeditus, & non fecerit phasam, anima illa de populo suo exterminabitur, quia sacrificium non obtulit Deo Domino tempore suo. Ergo quantum potes, toto conatu per exercitium boni operis, lachrymarum contritionem, & deuotionis flammam, expelle a te omnem teporem, & negligentiam, ne inueniaris respicere tantorum charismatum dona.

Qualiter, & per quae homo ad celebrandum accenditur.
Cap. VI.

Si nis accedi ad amorem, considera tota mente ista duo. Primo illius summae charitatis incendium, quo summa bonitas, & benignitas, per te uermiculo foetido, tam paxose sustinuit crucis obprobrium. Secundo illius nobilissimi corporis cibationem, dulcissimamque sanguinis portionem. Primo attendas illam beatissimam mortem, discutens causam. Causa autem alia non fuit, nisi necessitas nostrae redemptionis. Omnis autem lex pro laesa maiestatis offensione, offendentem iudicat reum mortis. Huius rei causa, cum peccatis exigentibus essemus rei mortis, pro recompensatione tanti debiti, miserans Deus humanae miseriae, & parcens nostrae morti, prouidit & concessit prioribus pro morte hominum eadem fieri animalium, & offerri sibi hostias & sacrificia placationis, ut quoties quis peccaret, toties erat pro eo necessarium hostias immolari, quae omnia figurae erant & umbrae, donec Christus caput humani generis mitteretur, uirga & rationalis hostia absque peccato, qui pro omnibus hominibus seipsum ex amore offerret ad mortem pro nostra mortis redemptione. Sed quia non debuit pluries mori, eo quod illa una mors satisfecit pro peccatis omnibus factis & fiendis ideo sufficit quod illam unam hostiam corporis sui,

quondam pro nobis semel immolata, moriens relinqueret, quoties a nobis pro residuis delictorum mystice offerendam Deo patri, pro commutatione nostrae mortis, cui quoties sumas obnoxij per peccatum. Unde Augustinus. Itera tur quotidie haec oblatio, licet semel Christus passus sit, quia quoties peccamus, peccatis sine quibus mortalis infirmitas uiuere non potest. Et quia quoties labimur, quoties pro nobis Christus mystice immolatur. Haec ille. Propter hoc quicquid agitur in missa, & omnis ornatu, & ceremonia, nihil aliud representat, nisi Christi passionem, ob hoc super omnia est necessaria Christi mortis memoria in missa. Unde ipse Christus ait. Hoc facite in meam commemorationem. Et eius Apostolus. Quotiescumque manducabitis, &c. mortem Domini annuntiabitis, donec ueniat, scilicet ad iudicium. Dum ergo accedis, dic extoto corde. Ecce celestis pater, recolis mortem illam unigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi, offero tibi hanc hostiam, quam ipse olim obtulit pro mea & totius mundi salute. Ecce ad altare tuae maiestatis traheo oblationem uiuam, quam tu in misericordia multa misisti ad altare crucis immoladam pro nobis. Recordare ergo illius sacrosancti sudoris quasi guttae sanguinis decurrentis in terram. Respice illam uirginem carnem, uerberibus crudeliter flagellatam, colaphis & alapis caesam, liquoribus tumidam, sputis maculatam, sanguine cruentatam, spinis perforatam, clauis confisam, lancea uulneratam. Illa ergo pietas, quae filium tuum traxit & uicit, ut in statere crucis totius mundi peccata liberes, ipsa te cogat pater misereri nobis miseris. Respice obsecro nostra peccata, sed in faciem Christi tui. Non enim in iustificationibus nostris preces nostras prosterminimus, sed in multitudine miserationum tuarum. Secundo si uis ad amorem accendi, & inflammari, considera illius sacri corporis cibationem dulcissimam, & uide quam bonus, & suavis est spiritus eius in nobis, quamque congrua & utilia prouidit nobis pater noster celestis uiuificantia alimenta.

Quare necesse sit anima nostra recipere sacramentum.
Cap. VII.

Quia enim rationalis creatura ad hoc facta est, ut sit capax & particeps bonitatis Dei, ex qua participatione uiuere, & ad beatum esse peruenire debet, sine qua ex se ad nihilum tendit & ad mortem sempiternam, nisi per cibum uiuificantem iugiter uegetetur, ex participatione diuinae uirtutis, & gloriae. Quam participationem, ideo comestionem uoco, quia sicut corpus animale per cibum uiuificatur, calefit, & impinguatur, sic anima rationalis per spiritum Christi quo frui debet, plene affectu & intellectu nutritur, & inflamatur.

Nota.

Luc. 22.
1. A. I. Co
riath. 11.

Ad faciem
faciedum
praui oblatio.

Simile.



Et sicut Angeli in patria pleno haustu bibunt de spiritu perenni, & uiuo fonte luminis, ac facia- tur ab ubertate domus eius: si sapientia ante- prauidit, ut rationales animas hominum quas- tam charè redemit, & per gratiam magnifica- uit, ac effecit similes Angelis Dei, cibaret illo pa- ne quo Angeli nutriuntur, sine quo nec illi nec isti uiuere possunt, & hoc per aliquem modum conuenientem nobis paruulis, quia impossi- bile est nobis, comedere cum isto mortali corpo- re, illum panem uitæ in soliditate propria for- ma, scilicet diuinitatis. Ideo ut nobis comesti- bilem cibū præberet, sub forma conuenienti- scilicet panis & uini corporalis dādum, propter conuenientem similitudinem panis ad panē, & refectionis ad refectionem, ut sicut Angelos ut- uentes spiritus cibatur uerbo increato, sic morta- les homines cibatur uerbo incarnato in sacramen- to suscepto, unde dictum est, Panem Angelorum manducabit homo, &c. Et ego sum panis ui- uuus, qui de cœlo descendi, &c. Item nota quod sicut cura est Deo de corpore animalis cuiuscū- que, prouidere illi cibum conuenientem, sic cura est eidem de nutrimento nobilissimi sui corpō- ris mystici, quod est Ecclesia, cuius Christus fi- lius Dei est caput, nec aliunde debet uegetari, & uiuere quàm à capite suo, ut omnia membra scilicet uiri iustitiam & sibi uinam coheren- tia, in Christo capite, ipsius spiritu, & amore nutriantur per hoc sacramentum unitatis & pa- cis, ac per hoc sicut non est uita corpori absque incorporatione cibi conuenientis ei, sic animæ rationali non est uita spiritualis, sine in corpo- ratione & inuisceratione huius cibi spiritualis sibi conuenientis. Vnde inquit Christus: Qui manducat me, uiuit propter me. Hæc autem est differentia inter commestionem corporalem, & spiritualem, quia ibi cibus commestus tran- sit in substantiam & nutrimentum comedentis, hic uerò comedens incorporatur Christo, & tra- sit in amorem & unitatem spiritus Christi. Id dictum fuit Beato Augustino. Non ego muta- bor in te, sed tu mutaberis in me, id est, in mei similitudinem, scilicet bonitatem, sanctitatem, &c. sicut ignis, ferrum sibi in similitudinem conuertit.

Propter quid, & propter quam causam com- municandum sit. Cap. VIII.

Quartò, & ultimò proba te ipsum, propter quid, aut propter quam causam accedis. Et hic dirige aciem mentis ad duo præ- cipue, scilicet ad purum affectum, & desiderium sanctum. Secundò ad debitam intentionem, & p- positum necessarium. Primò uide quid deside- res, ne propter auaritiam, aut tumorem, aut ua- nam gloriam, aut consuetudinem, aut alicuius mundanæ complacentiæ, aut temporalis fau- oris causa accedas: sicut multi diebus istis abu- tuntur ad sui perditionem, quod est datum ad

salutem. Væ uæ uæ Domine Deus, quanti hodie infelices ad sacros ordines accedunt, & diu- na mysteria accipiunt, non cœlestem panem, sed terrenum quærentes, non spiritum, sed lacrum, non Dei honorem, sed suam ambitionem, non salutem animarum, sed quantum pecuniarum, non Christo seruire mundo corde, & corpore in sacris mysteriis, sed delictari, ditari, superbi- re, & luxuriari de patrimonio Christi & de elec- tosynis pauperum, ac ecclesiasticas dignitates ambiendo multis litigiis, & simoniis, potius ra- piunt quàm assequantur, non uocati à Deo, sed impulsu à Diabolo tanquam Datan & Abyron. Tu autem homo Dei, dirige uota tua & deside- ria ad Deum, & uide quibus affectionibus & de- sideriis trahi debeas ad sacra mysteria celebra- da. Primò te trahet conscientia & remoratio de- lictorum, sperans per eum quasi per hostiam ob- lationis ab omni peccato purgari. Secundò tua infirmitatis incutus & consideratio, ut eum qua- si medicinam ad te uoces, per quam ab omni in- firmitate tuaris. Tertio pressura alicuius tri- bulationis, ut per eum qui omnia potest, ab om- ni aduersitate citius libereris, & protegaris. Quartò desideriu alicuius gratiæ uel spiritua- lis beneficii impetrandi, ut per eum, cui pater nihil negare potest, obtineas. Quintò gratiarū actio pro omnibus beneficiis temporalibus, & spiritualibus, tibi & aliis impensis, cum nihil ha- beamus Deo retribuere, pro omnibus quæ retri- buit nobis, aliud quàm calicem salutatis accipe- re, & sacrificat hostiam laudis, i. Iesum Christū. Sextò charitas & compassio proximorum, cum pro salute uiuorum & requie defunctorum, ni- hil efficacius interpellat, quàm Christi sanguis effusus in remissionem peccatorum. Septimò laus Dei & sanctorum, cū nihil habeamus quo possimus Deum & sanctos pro sua dignitate lau- dare, q̄ Christum sacramentaliter Deo patri of- ferre, & immolare. Octauò Dei amor & dilectio ut eum inuites ad te, ac per inuiscerationem spi- ritualis refectionis, in teipso eum delectabiliter amplexeris. Nonò sitis & desiderium augendæ gratiæ, quia hoc sacramentum fontem continet gratiarum, & sanctificationum, & auctore cōti- net salutis dominum nostrum Iesum Christum. Ideo dicitur Eucharistia, id est bona gratia. Cæ- tera uerò sacramenta fluunt a sunt, & riuuli gra- tiarum quibus sanctificamur. Decimò ardor, & suspirium, quo totis uisceribus uirtute huius ex- cessiuæ charitatis, & dulcissimæ refectionis cup- pias sanctificari ab omni inquinamento carnis & spiritus, & eripi ab omnibus periculis & ten- tationibus, ac inseparabiliter uniri Christo sal- uatori, & conseruari in suo amore. Vnde inquit Christus. Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum illic sint mecum, ut sint unum, sicut nos unum sumus, ego in eis & tu in me, ut sint consummati in unum.

De la-

De latria qua soli Deo debetur. Cap. IX.

Secundò dirige mentem tuam ad debitam in- tentionem & propositum, circa ea quæ age- re debes. Tria autem sunt quæ celebraturus intendere debes, scilicet Deum per latriam cole- re, Christi mortē memorari, & totam Eccle- siam iuuare. Primò intendas Deum per latriam colere: Cultus autem latriæ, est honor soli Deo impensus, summo creatori ex debito seruitutis, quo obligamur non solū nostra, sed nos ipsos im- pendere pro suo honore, & pro eo mori si expe- dierit, ad recognitionem beneficiorum suorū, & suæ immensæ bonitatis nobis ostensæ, & hoc contrito corde & spiritu humiliato & toto affe- ctu, actu & habitu, gestibus & signis prosternen- tes nos ante oculos suæ maiestatis, & sacrificijs ac muneribus eum uenerantes, referamus ad ipsum omnem spem nostram, & desiderium no- strum, tanq̄ in finem ultimum, & in eum à quo omnia sperantes, propter quæ omnia expectan- tes, ab eo meritum & retributionem honorū no- strorum, & malorum, secundum retributionem iustitiæ suæ suiq; beneplaciti.

De dulia. Cap. X.

Alijs quoq; sanctis exhibetur honor & de- uotio, quæ dicitur dulia, quæ non est cul- tus uel adoratio, sed subrogatio & inuo- catio, ut sint apud Deum aduocati pro nobis, & omni reuerentia quæ eis impenditur, pro- pter Deum cui sunt conuincti exhibetur. Deus autem debet à nobis in immensum timeri, & ho- norari, & amari. Primò ex consideratione suæ omnipotentia & iustitiæ, qui nos plenissimo iure damnare potest & saluare. Est etiam summe- timendus, ex hoc enim timore oritur dolor de peccatis, pudor, suspiria, lachrymæ, tunctiones pe- catorum, supplicationes, ieiunia, disciplinæ, pere- grinationes & huiusmodi. Secundò ex conside- ratione suæ sapientiæ & maiestatis, summè est honorandus. Ex hoc namq; oritur ueneratio & reuerentia, genuflectiones & incuruationes, p- strationes, orationes, purificationes, consecra- tiones, munditia sacrorum uasorum, paramen- torum ornatus & decor, festiuitates, celebra- tes & solennitates luminarium, cantus, psalmo- dia hymnorum, lectionum & huiusmodi. Ter- tiò ex consideratione bonitatis & clementiæ est infinite amandus. Ex hoc autem amore oriuntur gratiarum actiones, laudes, hymni, benedictio- nes, uota sancta, & incensationes & huiusmodi.

De intentione celebrantis missarum solen- nia. Cap. XI.

Intendere debes, ut ex frequentatione diuini cultus nomen Dei in nobis sanctificetur, ut à nobis per sanctitatem uitæ glorificetur in

mūdo, ut crescat in orbe cultus & honor Dei, ut cognoscat totus mundus, nos esse clericos unius ueri Dei, & Saluatoris Iesu Christi intendere de- bes & memorari Christi mortem. Et de hoc di- ctum est supra. Intendere debes totam Ecclesiā iuuare, ut scilicet proponas Deū orare pro Pa- pa, Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Doctoribus, Rectoribus, Sacerdoti- bus, Clericis, Monachis, Religiosis, Monasterijs, & omnibus Christo famulantibus, pro regibus, ducibus, principibus, & ceteris nobilibus, pro uirginibus, uiduis, orphanis, peregrinis, afflictis, captiuis, debilibus, infirmis, & pro omni populo Dei. Etiam pro Paganis schismaticis, & hereti- cis, ut conuertantur ad Deum uerum, & sanctæ Ecclesiæ unitatem. Item in speciali orare debes pro aliquibus causis, charis scilicet parentibus, consanguineis & amicis deuotis, & tibi recom- mendatis, ac in tua oratione sperantibus. Item singularissimè pro teipso, & si aliquē predictōri fidelium, præcipue propter odium uel rancorem, excludis, ut non sit particeps tæi beneficii, mor- taliter peccas, agens cum odio diuina mysteria.

De confessione celebrantis faciendâ. Cap. XII.

His præmissis, postq̄ ex ruminatione prædi- ctorū, i meditatione tua exardescit ignis in corde tuo, euome & purga feces pecca- torum tuorum spiritu contrito, & humiliato, memorans quanta commisisti cogitatione, uer- bo & opere, quanta bona omisisti, quæ facere de- buisti & potuisti, & ueniens ad spiritualem me- dicum & patrem, dic peccata non communi & generali confessione, ut quidam duri corde fa- ciunt, palliantes folijs uerborum in generali con- fessione sua enormia peccata, & absq; uerecun- dia & dolore taliter proferentes, ut etiam in pla- teis possent taliter absq; rubore cōfiteri, hæc nō est confessio, sed deceptio, & derisio. Sed si uis sanari, aperi uulnera tua, & de profundo corde enarra clarè & apertè quæ post præcedentē con- fessionem egisti, non solum opera sed & cogita- tiones peruersas, quarum delectatio mentē ma- culat, nō solū mortalia, sed et uenialia grauiora, quæ conscientiam lædunt & mordēt. Cetera per mo- dum generalem breuiter & clarè exprime. Dein de peracta poenitentia tibi iniuncta, decanta il- los quinque psalmos. Quam dilectus. Benedixi- sti: inclina: credidi, & de profundis, cū suis uer- sibus & orationibus. Dic etiam si tēpus suppe- rit illam orationem, summè sacerdos, quæ ual- de efficax est & deuota, postea procedens ad al- tare, recole Christum eūtem ad crucem, & fige cor ad ea quæ in passione gesta sunt, legas clarè & distinctè ea quæ legenda sunt, non multiplicā- do collectas nimias, nec alia legendo ex deuo- tione uel arbitrio proprio, q̄ quod à sanctis pa- tribus institutum est.

Quo-

Psal. 77. Ioan. 6 Nota sumi le.

Ibiem.

Cōtra q̄ qui malè intuentur ad sacros ordines accedunt.

Num. 14.

Quo uni- mo ad sa- cra mysteria accedunt.

Latria quid.

Quare dicitur non in immensum timere, & amari.

Ioan. 17.

Ne

Venialia grauiora confiten- da.

Quomodo sacerdos celebrans se habeat infra
sacrum canonem. Cap. XIII.

Cum autem peruenis ad sacrum canonem, recollige mentem ne per diuersa uagetur, appone diligentiam magnam in signis & actibus, maiorem in uerbis, maximam in intentione. Primò propter continentiam diuinitatis immensa. In memento, tam pro uinis q̄ pro defunctis, non fiat cum uoce & uerbis commedatio, sed tñ mente discurre per quasdam personas magis intimas, ceterasq; recollige sub compendio, referens intentionem ad omnes pro quibus antea orasti, siue orare promissisti. Dum autem peruenis ad. Qui pridix, dirige mentem & intentionem tuam ad faciendum id quod intellexit Christus in sua cœna, & quod intendit sancta mater Ecclesia. In communione autem pauca paulisper, & dic non lingua uel labijs, sed corde. Domine mi quis es tu? & quis sum ego? ut præsumas te mittere in latrinam foetida corporis mei, & anima mea? Ut quid me fecisti, ut tibi iniuriam hanc execrandam facere? Mille. n. lachrymarum anni non sufficerent, ad tam nobi le sacramentum semel dignè percipiendum, quanto magis ego miser indignus sum, qui quotidie pecco, incorrigibilis pseuero, & in peccatis accedo, sed in infinitum maior est misericordia tua q̄ miseria mea, unde confusus de tua pietate psu mo te sumere. Hec enim duo maxime requiruntur, ad congruam perceptionem sacramenti, scilicet profunda humilitas, cum annihilatione sui, & compassio mortis Christi.

Quomodo se habeat sacerdos post communionem sacram. Cap. XIII.

Post communionem si non sentis aliquam spiritualem refectionem, signum est spiritualis infirmitatis uel mortis. Ignem posuisti in sinum, & non sentis calorem, mel in ore, & non sentis dulcedinem. Si uero consolationem sentis aliquam, non tibi tribuas, sed suæ bonitati immensa, quæ etiam & malos & indignos cõsolatur, & dicas in corde tuo. Ad meam miseriam detestandam me conuicit beneficijs tuis. Si mihi peccatori talia fecit, quid faceret si uitam meam correxero? Ideò totis uiribus uolo me mutare, & sibi semper adharere. Hoc autem non reputes te posse tuis uiribus, sed auxilio græ eius. Quod ipse oibus nobis prestare dignetur. Amen.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS
discursus alius. De instructione sacerdotis, ad se preparandum ad celebrandum missam.



Amissam celebrandam sex considerationes attendendæ sunt. Primū est rationis discretio respectu ueritatis, ut scilicet sciat quis qd recipere debeat. Quid, quia uerum Deum, qui fecit cœ-

lum & terram, & uerum hominem, qui pro nobis pependit in ligno. Quis, quia homo non bestia propter peccatum, unde præ ceteris repellat a se sacerdos bestialitatem peccati. Secundū mentis deuotio ratione eius sanctitatis. Debet enim considerare, q̄ quæ recipimus sanctus sanctorum est, & omnis sanctitatis origo, & ideo quantum potest sancte & deuote accedat ad ipsum, a se expellens omnem peccati rubiginem p lachrymarum compunctionem, & omnem mentis amaritudinem, per orationis dulcedinẽ deuotionemq;. Tertium est animi reuerentia respectu maiestatis, ut scilicet ad tam excellentẽ Dominum uereatur accedere, tã uilissima creatura. Si enim ante imperatorem nõ esset dignus stare homo inf. ctus putredine, quanto magis Dominum recipere in sacramento altaris indignus & miser homo, cuius omnes iustitiæ sunt sicut pannus menstruatus? & si iustitiæ sunt tales qualia sunt peccata, equidem indignissimus est ad hoc omnis homo. Consideret tamen, q̄ maior dignatio sua q̄ dignitas nostra, sua benignitas, q̄ miseria nostra. Quartum est amor & desiderium cordis, ratione suæ bonitatis, unde multum ca uere debet homo, ne cum radio aut corporis torpore, ad illud sacrum accedat, in quo continetur summa bonitas, & infinita iucunditas. Unde mirum uideretur, quomodo in ista receptor hõ non liquefeat amore caloreq;, & quomodo non absorbet suauitatis dulcore. Consideret ibi corpus Domini sui, si uult ad amorem accendi: & illius nobilissimi corporis & sanguinis cibationem, si uult desiderium prouocare, & tandem refici prouocatus. Quintum est pro se & alijs affectuosa deprecatio, & humilis in sermone ratione suæ clementiæ. Ab ipso enim secure potest petere qui dixit. Perite & accipietis, quarite & inuenietis. Et ad hoc credo maxime istud sacrum esse, ut postuletur uenia, & gratia impetretur, in oblatione istius excellentissimi holocausti. Sextum est totius hominis diligentia, respectu suæ immense nobilitatis siue nobilissimæ immensitatis. Si enim cum diligentia magna quis seruit alicui principi singulari, tanto maiori diligentia debet sacerdos Domino suo ministrare, & omni uigilantia pertractare illud dignissimum sacramentum, ac nihil faciendum esset, aut nunq̄ aliud facere deberet. Ecce ibi debet esse attentio tota, probatio sufficiens & distincta, ut nil confusum aut diminutum fiat, debet etiam nihilominus contractatio fieri prout da & discretæ, ac omni honestate ornata, ut sic ibi omnia cum summa diligentia operetur sacerdos. Ad hoc consulo cuilibet sacerdoti, ut præ ceteris hominibus se omni tempore ab omnibus quæ aliquo modo cor suum habitaculum regis sui polluere possunt, siue parum siue multum, tam occasionaliter q̄ actualiter, elonget se quantum potest. Tunc autem præcipuè, cum ad missam uadit celebrandã a cunctis se abstineat, quantum

quantum potest, & se totum recolligat in seipso: ut nec sensus nec cogitatio ad aliud diffundatur, suam conscientiam discutiat diligenter, & quod inuenerit lauandum lauet abundantia lachrymarum, uadat ad confessorem suum, & extra euomat omnia uenenata, & immediatè peracta penitentia, situnc facere poterit iterum recolligat semetipsum, & ad diuinam maiestatem eleuet mentem suam, & consideret diuinam magnificentiam, & ad propriam miseriam uergat, ut sic uideat q̄ magnus est Dominus, & q̄ paruus est seruus, immò uanus & inutilis. Intra quantum potest in Deum, & in seipso in quantum potest ad nihilum redigatur, & cū fuerit abstractus & diuinus effectus, quasi nihil aliud uideat, nihil aliud sentiat nisi Deũ, & propter Deum omnia reputet uanitates, tunc cogitet qualis fuit erga nos dilectio Dei nostri, qui sic pro uilire, immò pro tam detestabili uoluit sic unire sibi uilem, & in ea uilissima & abominabilissima tam turpia uoluit sustinere. Tunc ruminet illam magnificentiam charitatis, & in inestimabili ardore inflammetur, & cum ignitus fuerit charitate circa dilectũ, adaperiat uiscera pietatis pro se uilificato, afflicto, & letaliter uulnerato compariatur, intra se omnia ista uulnera transformet, ac si ipsemet esset letaliter uulneratus, & magna Christi uulnera, & nunc quantum in isto uulnere, quantum in illo passus sit meditetur. Nunc quanta fuerint illa flagella, extimet diligenter. Et cū sic in ista meditatione cū Christo fuerit crucifixus, quia in isto extigitur maxime sacramento: tunc cogitet, q̄ illa nobilem carnem in crucis ara immolatam pro nobis dignatus est dare in cibum, & sanguinem eius effusum pro redemptione humani generis de latere suo in potum. Nunq̄ credas q̄ sanguis ille quem recipimus in altari, sit extra corpus eius. Sed tñ & effusum pro nobis in passione, recipere debemus sub illa intentione. Tunc eius dilectionem circa nos consideret, & ruminet illius magnificentiam sacramenti, & hoc quantum potest, quia uix potest aliquam inuestigare scintillam, tam immensi amoris Domini in hoc magifico sacramento. Et cū benè ruminabit istud magnificum sacramentũ Saluatoris, iam quadã dulcedine cœlesti inductus, humiliter & reuerenter accedat ad hoc sacramentum, & cum omni diligentia prosequatur, adhibitis & alijs circumstantijs, quas in principio huius tractatus tractauit. Cum autem recipere debuerit, aliqua poterit præmeditari si placet, ut potè dicat in corde suo. Ad illud tam nobile sacramentum recipiendum, non sufficerent mille anni ad præparationẽ condignam, quanto magis ego miser & indignus sum, qui quotidie pecco, incorrigibilis pseuero, & impræparatus accedo. Quare Domine me fecisti, ut tibi execrandam iniuriam facerẽ, q̄ te pono in latrina peccatorum a nime mee? quã non est cloaca magis foetida q̄ peccatrix aia

mea, utinam hanc immundam animam aliquis fluuius cõpunctionis discurrisset, ut ibi non fuisset tanta peccatorum sanies congregata. Domine quid est hoc? nūquid ibi te ponere debeo? sed in infinitum maior est misericordia tua q̄ nostra miseria, & ideo de tua benignitate confidens, te præsumo sumere, ut sic inhrmus accedã ad medicum dulcissimum, ut tua liberer medicina. Quanto enim plus infirmus sum, tãto plus indigeo Deus meus, & in liberatione mea magis apparebit tua immensitas pietatis. Accedã ad Deum meum confidenter, quia infinita sunt misericordiæ eius, & secum fruar bonorum delictijs, ingrediar ergo sponta ad sponsum, secũq; uolo inseparabiliter comorari. Nolo amplius alteri adharere, ut cum ipso solo gaudium habeam sine fine. Hac & alia quæ dicere uoluerit, corde dicat non ore, quia non credo expedire ibi proferre alia, q̄ illa quæ in canone continentur. Et nota, q̄ secundum meum uidere, ad efficaciter recipiendum ualet compassio Christi, & uilificatio & annihilatio sui, quantum potè uilis fiat, & indignus i oculis suis qui recipere debet. Cum autem sacramentum expletum fuerit, cogitet in corde suo, post tam nobilem cibum nolo stercora degustare, & cum ipse sit summa iucunditas, nolo de cetero affici circa aliquã creaturam. Si autem affectionem ibi nullam habuit, recogitet signũ esse infirmitatis uel mortis. Ignẽ enim posuit in sinu, & calorem non sentit, mel posuit in ore, & dulcedinẽ non percipit. Et ideo talis miseriam suã recognoscat, & muret in melius uitam suam. Si uero refectionem ibi recipit non sibi attribuat, sed infinitæ diuinæ maiestatis bonitati, quæ se ad bonos & malos extendit, & dicat in corde. In me Dominus operatur mirabilia, ad detestationem miseriæ meæ, & ad cõuincendum beneficijs iniquitatem meam magnam. Nam me mortuum fecit sentire, & uermẽ uilissimum cœlestia degustare. Si mihi peccatori talia fecit Dominus, quid faciet si correxero uitam meam? & continuè uolero in melius pmouere & cœlestibus dedicare meditationibus, & sibi soli de cetero adharere? quod tamen face re potuit auxilio Domini non propria uirtute, & sicut cogitat sic opere adimpleat. Oratio. Domine Deus meus quomodo ausus sum te alloqui uilissima creatura, nam foetidissimus sum, horribilis sum, stercus uermisq; nequissimus, & uilissimus homo. Tu autem Deus Deorum, Dñs dominantium, omne bonum & honestum & pulchrum, omnis utilitas, omnis amenitas, omnis suauitas, fons splendoris, fons melodij, fons odoris, fons dulcoris, fons amoris & intimus dilectionis amplexus, & tu rogas me & ego fugio, de me es sollicitus, de te non curo, mihi semper seruis, & ego te semper offendo: te mihi tribuis, & ego te contemno, me ergo uanitatem & nihil diligis, & te infinitum & inenarrabile bonũ sperno, & ceterò, horrore, mortale dolore tibi o beatissimè

In consecratione intentio dirigenda.

Deuota communio oratio.

Ad efficaciter eucharistiæ susceptionem compassio Christi, & sui humiliatio requiritur.

Alia deuota oratio post communionem dicenda.

Ad sacrum faciendum sex in celebrante requiruntur.

Cœlestis dulcedine dicitur.

Alia cõmittis me oratio & oratio.



risime benignissime amantissime sponse praepo-
 no, plus me allicit creatura q̄ creator, uanitas
 q̄ eternitas, detestabilissima miseria q̄ summa
 foelicitas, plus me inclinat sordes q̄ eleuet pul-
 chritudo, seruitus q̄ magnitudo, amaritudo q̄
 dulcedo. Nam meliora sunt uulnera diligentis,
 q̄ fraudulenta oscula inimici, & tamen plus ap-
 probo hoc affectu fraudulenta oscula, q̄ uulnera
 diligentis. Sed ne remiscaris Domine delicta
 mea, uel parentum meorum, sed pietatis tuae ui-
 scera, & dolorem tuorum uulnerum, non q̄ ego
 sed q̄ tu pro me sustinisti considera, si me ut
 ostendis diligis, cur me relinquis? cur fatigari per-
 mittis? Me ergo amatissime tene timore, restrin-
 ge amore, queta dulcore, dulcissime sponse uo-
 queo, nescio, tibi uolo seruire, tibi adhaerere to-
 to corde, immo uix pericula amare, hoc operari
 in me tu potes, tu scis, tu uis & a me exigis.
 Quid ergo deficiam in beneplacito meo, uel tu
 in tuo? Obsecro ut non p̄ualeat homo sed Deus
 nolo in hac contrarietate deficere, non succum
 bere, sed succurre festinanter. Vixendo luxurio-
 se, & me nimis & tuas creaturas lasciuē aman-
 do, totam meam substantiam dissipauit, nūc re-
 cognoscenti miseriam, & penuriam meā fame-
 lico appetitu ad paternā misericordiam uiscera
 redeūti, me oculis tuę pietatis agnosce, & digna-
 re me radijs tuę gratiæ letandis occurrere, &
 cum amplexibus pacis & quietis largiaris oscu-
 la. Et recognosco q̄ in caelum & in totam curiā
 caelestem, & Ecclesiam Romanam, immo in om-
 nem creaturam tuam & coram te, te contēpto
 peccauit, & malum coram te fecit, & certē non
 sum dignus uocari filius tuus, nec mercenarius,
 nec etiam seruus, aut aliqua uilissima creatura,
 sed miserere mei & dele iniquitatem meam, ut
 iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iu-
 dicaris, quia dicunt animæ meæ, nō est salus ipsi
 in Deo eius. Obsecro iube ut detur mihi chari-
 tatis stola, fidei seruientis annulus, in calceamen-
 tis & eleuantis & confirmantis spei protegatur
 pedes, ut sic ebrius tuo sanguine, totus in te re-
 soluar amore. Intra dolor tuus intima mea, &
 omnem anorem expiet alienum, sim tecū cru-
 cifixus mundo, ut sic mortuus, uita mea sit tecū
 abscondita in Deo. O uita mea uita felix, quæ
 abscondita est ipsi mundo, & faciata ipsi Chri-
 sto, in Deo centro suo quietatur, unum est mihi
 necessarium, & solum unum quero. Abscedat
 ergo fantasmatum multitudo, unus est dilectus
 meus, unus est amor meus Iesus Christus, Deus
 meus, sponus meus: Nihil ergo sapiat, nihil de-
 lectetur, nihil alliciat nisi Iesus Christus, totus
 sit meus, totus sint meus, & fiat cor meum unū cū
 ipso, nihil me iudicans scire uel amare uel affe-
 ctare nisi Dominum Iesum Christum, & hunc
 crucifixum. Ergo bone Iesu recollige me uiscer-
 ribus, refice uerberibus, & mebria uulneribus. Hui-
 gila ergo aīa mea ad uiscera compassionū, qui-
 bus plorauit in infantia super Hierusalem, super

Lazarum, & in cruce, immo in illis super te, &
 regrediatu fluius de loco uoluptatis ad rigan-
 dum Paradisum, qui est in quatuor capita diui-
 sus. Si enim egrediebatur fluius lachrymarum
 de loco uoluptatis & omnium deliciarum, quan-
 tō magis debet egredi de loco omnium spurci-
 tiarum? Ergo bone Iesu summis delictis plenus
 plorasti, euigila etiam anima mea ad uerba in-
 structionum, exhortationum, & p̄missionum,
 quia de uerbo uite atet nā habes. Euigila ad ex-
 probrationes, uulnera, illusiones, & occisiones,
 ad dolores passionis & compassionis. Attendi-
 te (iquit) & uidete, si est dolor sicut dolor meus,
 immo Dñe accedam & uidebo, si est amor sicut
 amor tuus. Et ideo nihil nisi te propter te uolo
 amare. Tu Domine me iniquum, pessimum, &
 contemptorem tuum, uilissimum factorem ster-
 corum, & horrorem uermium, amasti tantum,
 ut tanta p̄ me dignareris pati & sustinere, & ego
 te infinitum bonum, patrem piissimum, spon-
 sum dulcissimum, omnis pulchritudinis & sua-
 uitatis fontale principium, non tantum dili-
 gam ut saltem moriar pro te mundo, immo
 moriar & mihi, ut totus tecum affixus ligno,
 nihil sentiam nisi te, ut uiuam iam non ego,
 uiuat autem in me Christus. Quid ergo retri-
 buam Domino pro omnibus quæ retribuit mi-
 hi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domi-
 ni inuocabo. Sic ergo calix continuus in corpore
 saltem superabundantis gratiæ radicetur in cor-
 de, melos diuinæ laudis diffundatur, quare con-
 tinuē ac indefinēt in ore laudabo Deum meū
 in uita mea, psallā Deo meo q̄ diu fuero. Iucun-
 dum sit ei eloquium meum, ego uero delectabor
 in Domino, leuabo & ostendam ei faciem me-
 tis, & in auribus ab ore meo resonabit immensa
 gratiarum actio & magnificētia suæ laudis. Re-
 cedat ergo de cetero omnia uetera de ore meo,
 & de anima mea, quia Deus sciētiarum Dñs est,
 & ipsi praeparantur cogitationes & uoces. Arcū
 fortium superabo, & induar uirtute ex alto. Gau-
 dens gaudebo in Dño solum, & implebitur cor
 meum iubilo, & omnia ossa mea exultabunt in
 Deo meo, quia totum me offerā Saluatori meo.
 Quiescit cor meum in dulcedine bonitatis im-
 mensa. Laudabo excellentiam glorię summæ, &
 sequar uestigia passionis acerbæ, corpus cocul-
 lectur, cor eleuetur. Laude uerō repleatur os
 meum, ut die ac nocte Dei mei magnitudine tā-
 tā uita irremissibiliter quiescant. Abscedat uā-
 nitas, accedat diuinitas, transformet cha-
 ritas, & sicut totus diuinus, aperiatu-
 r cor meum, aperiantur uulnera,
 iungantur intima, & fiant
 unum cum Chri-
 sto. Amen.

Seraphici

SERAPHICI DOCTORIS
 SANCTI BONAVENTURAE
 IN PSALTERIUM BEATAE
 MARIAE VIRGINIS

Prefatio.



RRIPERE illā & exal-
 tabit te, & glorifi-
 caberis ab ea cum
 illam fueris ample-
 xatus. Dabit capi-
 ti tuo augmenta gra-
 tiarum, & corona
 inclita proteget te,
 ait Sapiens. Gloria
 in excelsis Deo, &
 gratiarum actio &
 uox laudis, qui nunc per prophetica mysteria,
 nunc per oracula de caelis lapsa, nunc per lectio-
 nem euangelicam, nunc per Apostolicam tubā,
 multiphariae multisq; modis ad honorem uirgi-
 nis Mariae Reginae caelorum ac Angelorum sin-
 cerissime nos inuitat ac incitat, ut per ipsius san-
 cta merita omni acceptione dignissima, ex in-
 feriorū claustris arreptos, Angelicæ militiæ nos
 ascribat. Vnde licet Salomon uerba prædicta de
 sapiētia protulerit, spiritus tñ sanctus illa ad uir-
 ginem præcellentem Mariam intellectu mysti-
 co reflectit. In quo uerbo uos amice charissi-
 ma, ad ipsius amorem est alliciens, uestrumq;
 cor ad ipsius amplexum uarijs p̄missionibus
 attrahens & demulcens. Assignat aut uobis af-
 secutura quatuor dona mirifica, si tam præclara
 puella nexu spiritali uobis fuerit coniuncta, &
 brachijs desideriorum seruentium a uobis cum
 magna reuerentia & deuotione amplexata. Pri-
 mo affert uobis exaltationem, ibi, & exaltabit
 te. Secundo glorificationem, ibi, & glorificab-
 eris ab ea. Tertio gratiarum abundantiam, ibi.
 Dabit capiti tuo augmenta gratiarum. Quarto
 uiriditatis perpetuæ immarcescibilem coronā,
 ibi: Corona inclita proteget te. Vnde rogo cha-
 rissimæ & desiderantissimæ, ne tam nobilē &
 speciosissimam uirginem repellatis, ne tam ad-
 mirandam Reuerendissimam Reginam Virgi-
 nem Mariam uilipendatis: Ne si a uobis contē-
 ptam se uiderit, non dico tantis fraudemini, ue-
 rū (quod absit) mala perpetua incurratis. Qua-
 propter ad obsequendum ei, sinum mentis extē-
 datis, ad laudandum & glorificandum eam, cor
 praeparate, linguam laxate, ac celeri famulatu il-
 li placere festinate. Cōstat enim q̄ ex ipsius ac-
 cessu remanebitis deuotiores, ex ipsius tactu
 profundiores & nitidiores. Et ut tantorum bono-
 rum uobis aliquam occasionem conseram, mit-

to uobis ipsius uirginis sacratissime psalterium,
 ex scintillula meæ pauculæ intelligentiæ gratia
 & adiutorio illius conditum & compactum, in
 quo diuersis p̄conijs eam extolletis. Nunc ip-
 sius uirginitatem & castimoniam. Nunc eius foe-
 cunditatem & sanctimoniam. Nunc eius largi-
 tatem siue clementiam. Ibi efferetis eam uelut
 plenam omni gratia, uelut repletam omni scien-
 tia, uelut illustratam omni sapientia & intelli-
 gentia. Ibi benedicetis fructum sui uentris glo-
 riosi, membra corporis sancti, & prærogatiuas
 animæ omni sanctitate pollentes. Ibi ad ipsius
 laudem inuocabitis choros Angelorum, & san-
 ctorum nationes hominum, insulas gētium, coe-
 lum & pulchritudinem luminarium, ac totū or-
 bem terrarum. Ibi eam rogabit ut destruat ui-
 res spiritualium hostium, ut uobis impetret ue-
 niam peccaminum, ut uobis reddat placabilem
 terribilem iudicem, & ut uestrum finem sua illa
 stre praesentia, uobisq; obrineat gaudia sine fi-
 ne mansura. Igitur o charissime, hoc tantillum
 meum munusculum primum uobis oblatū gra-
 tanter suscipite, fructumq; ex eo proferre sata-
 gite, & in eo matrem Dei frequentius collauda-
 te, si fortē piissima super uos suū conuertat ama-
 bilem uultum, ad suam amorem uos recipiens,
 uestram animā in praesenti recreans & reficiens,
 in & futura gloria coronā de lapide pretioso ue-
 stro capiti superponens.

[PSALTERIUM PER SERAPHI-
 cum Doctorem S. Bonaventuram, in hono-
 rem Beatae Mariae Virginis,
 compilatum.]



Bonus uir qui diligit nomen tuū
 Maria uirgo, gratia tua animā
 eius confortabit. Tanq̄ aquarum
 fontibus irrigatum uber, in co-
 fructum iustitię propagabis. Be-
 nedieta tu inter mulieres, p̄ cre-
 dulitatem cordis sancti tui. Vniuersas enim foe-
 minas uincis pulchritudine carnis, superas An-
 gelos & Archangelos excellentia sanctitatis. Mi-
 sericordia tua & gratia ubiq; praedicatur, Deus
 operibus manuum tuarum benedixit. Gloria
 patri, & filio.
 Quare fremuerunt inimici nostri, & aduer-
 sum nos meditati sunt inania? Protegat nos dex-
 tera tua mater Dei, ut acies terribilis confundēs
 & destruens eos. Venite ad eam qui laboratis &
 tribulari estis, & dabit refrigerium animabus
 uestris. Accedite ad eā in tentationibus uestris,
 & stabiliet uos serenitas uultus eius. Benedicite
 illam in toto corde uestro, misericordia enim il-
 lius plena est terra. Gloria patri, & c.
 Domina quid multiplicati sunt qui tribulant
 me in tempestate tua persequeris & dissipabis
 eos. Dissolue colligationes impietatis nostrę, tol-
 le fasciculos peccatorum nostrorum, Miserere
 mei

mei Domina & sana infirmitatem meam, tolle dolorem & angustiam cordis mei. Ne trahas me manibus inimicorum meorum, & in die mortis mee conforta animam meam. Deduc me ad portum salutis, & spiritum meum redde factori & creatori meo. Gloria patri, &c.

Cum inuocarem exaudisti me Domina, & è sublimi folio tuo mei dignata es recordari. Arugientibus preparatis ad escam, & de manibus quarentium me, liberabit gratia tua. Quoniam benigna est misericordia & pietas tua, in omnes qui inuocant nomen sanctum tuum. Benedicta sis Domina in aeternum, & maiestas tua in seculum. Glorificate eam omnes gentes in uirtute uestra, & cuncti populi terrae extollite magnificentiam eius. Gloria, &c.

Verba mea auribus percipe Domina, & ne auertas à me speciositatem uultus tui. Conuertere luctum nostrum in gaudium, & tribulationem nostram in iubilationem. Corruant ante pedes nostros inimici nostri, uirtute tua eorum capita conterantur. Benedicat te omnis lingua, & nomen sanctum tuum confiteatur omnis caro. Spiritus enim tuus super mel dulcis, & hereditas super mel & fauam. Gloria, &c.

Domina ne in furore Dei finas corripere me, neque in ira eius iudicari. Propter honorem nominis tui Domina, propicietur nobis fructus gloriosi uentris tui. De porta inferi & de uentre abyssi, tuis sanctis precibus libera nos. Aperiantur nobis ianuae sempiternae, ut enarremus in aeternum mirabilia tua. Quia non mortui neque qui in inferno sunt laudabunt te Domina, sed qui tua gratia uitam aeternam obtinebant. Gloria, &c.

Domina mea in te speraui, de inimicis meis libera me Domina. Conclude ora leonis & dentes eius, & labia persequentium constringe. Non moretis propter nomen tuum, facere nobis misericordiam tuam. Splendor uultus tui fulgeat super nos, ut seruetur conscientia nostra apud altissimum, si persequatur inimicus animam meam. Domina adiutorio tuo conforter, ne uibret gladium suum contra me. Gloria, &c.

Domina Dominus noster factus est frater noster, & Saluator noster. Ut ignis in rubo & ros in uellere, descendit in te aeternum uerbum Dei. Spiritus sancto fecundante, obumbrabit tibi uirtus altissimi. Benedictus sit mundissimus conceptus tuus, benedictus sit parrus tuus uirginis. Benedicta sit munditia carnis tuae, benedicta sit dulcedo misericordiae cordis tui. Gloria, &c.

Confitebor tibi Domina in toto corde meo, & narrabo in populis laudem & gloriam tuam. Tibi enim debetur gloria, & gratiarum actio, & uox laudis. Inuenient gratiam peccatores apud Deum, per te inuentricem gratiae & salutis. Respirent ad indulgentiam humiles poenitentes, sana contritiones cordis eorum. In pulchritudine pacis & reque opulenta, cibabis nos post laborem peregrinationis nostrae. Gloria, &c.

In Domina confido, propter dulcedinem misericordiae nominis sui. Oculi eius in pauperem respiciunt, & manus eius ad pupillum & uiduam sunt extentae. Exquirite illam à iuuentute uestra, & glorificabit uos ante faciem populorum. Misericordia illius nostrorum auferat multitudinem peccatorum, & fecunditatem nobis conferat meritorum. Extende ad nos brachium tuum uirgo gloriosa, & ne auertas à nobis gloriosum uultum tuum. Gloria, &c.

Saluum me fac mater pulchrae dilectionis, fons clementiae & dulcor pietatis. Gyrum terra sola circuis, ut subuenias inuocantibus te. Pulchrae sunt uiae tuae, & semitae tuae pacificae. In te resurgit species castitatis, lumen iustitiae, & splendor ueritatis. Amicta solari lumine sicut uestimento, duodecim stellarum corona rutilans radiantem. Gloria Patri.

Usquequo Domina obliuisceris me, & non iheras me in die tribulationis? Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? potentia uirtutis tuae conterere ipsum. Aperit oculos misericordiae tuae, ne inimicus noster aduersus nos praualeat. Magnificamus te gratiae inuentricem, per quam secula reparantur. Exaltata super choros Angelorum, ante thronum Dei ora pro nobis. Gloria, &c.

Dixit insipiens aduersarius noster in corde suo, persequar & comprehendam, & interficiet eum manus mea. Exurge Domina & praueui eum, & supplantata eum, destrue omnes conatus illius. Tuam pulchritudinem Sol & Luna mirantur, tibi Angelicae potestates seruiunt & famulantur. Tuo tactu lenissimò sanantur infirmi, tuo odore roseo mortui reuiuiscunt. Virgo Dei genitrix quem totus non capit orbis, in tua se clausit uiscera factus homo. Gloria Patri, &c.

Domina quis habitat in tabernaculo Dei? aut quis requiescit cum senatoribus populis? Pauperes spiritu & mundi corde, mites, pacifici, atque lugentes. Recordare Domina ut loquaris pro nobis bona, & indignationem filij tui auertas à nobis. Amplectamur Mariam uestigia peccatores, & eius beatis pedibus prouoluamur. Teneamus eam fortiter nec dimittamus, donec ab ea meruerimus benedici. Gloria, &c.

Conserva me Domina, quoniam speraui in te, mihi que tua stillicidia gratiae impartire. Aluus tuus uirginis & uiscera tua, filium Dei altissimi genuerunt. Benedicta sint ubera tua, quibus lacte deifico Saluatorem enutristi. Confitemini laudes Virgini gloriosae, quicumque apud eam gratiam & misericordiam inuenistis. Date magnificentiam nomini eius, & collaudate in seculum conceptum atque partum eius. Gloria Patri, &c.

Exaudi Domina iustitiam meam & amorem, amoue à me tribulationem meam. Confitebor tibi in uoce exultationis, cum magnificaberis super me misericordiam tuam. Imitamini eam sanctae Virgines Dei, ut imitatae sint Agnes, Barbara

Barbara, Dorothea, & Catharina. Honorificate eam in uocelaborum uestrorum, per hoc eius gratiam Agatha, Lucia, Margareta, & Cecilia suscepunt. Sponsum dabit uobis patris filium, & de Paradisi lilijs coronam incomparabiliter radiantem. Gloria, &c.

Diligam te Domina caeli & terrae, & in gentibus nomen tuum inuocabo. Confitemini illi tribulati corde, & roborauit uos contra inimicos uestros. Stilla nobis Domina gratiam ubertum tuorum, ex manante lacte dulcedinis tuae refice uiscera puerorum tuorum. Religiosi omnes honorate illam, quia ipsa est adiutrix & uestra specialis aduocata. Esto refrigerium nostrum gloriosa mater Christi, quia tu es totius religionis mirabile firmamentum. Gloria, &c.

Caeli enarrant gloriam tuam, & inuentorum tuorum fragrantia in gentibus est dispersa. Respire ad illam perditii peccatores, & perducet uos ad indulgentiae portum. In hymnis & psalmis & canticis pulsate uiscera eius, & stillabit nobis gratiam dulcedinis suae. Glorificate eam iusti ante thronum Dei, quia fructu uentris eius estis iustitiam operati. Laudate eam caeli caelorum, & nomen eius glorificet omnis terra. Gloria Patri, &c.

Exaudias nos Domina in die tribulationis, & precibus nostris conuerte clementem faciem tuam. Ne projicias nos in tempore mortis nostrae, sed succurre animae cum deseruerit corpus suum. Mitte Angelum in occursum eius, per quem ab hostibus defendatur. Ostende ei serenissimum iudicem seculorum, qui ob tui gratiam ueniam ei largiatur. Sentiat in poenis refrigerium tuum, & concede ei locum inter electos Dei. Gloria, &c.

Domina in uirtute tua letabitur cor nostrum, & in dulcedine nominis tui consolabitur anima nostra. De sedibus mitte nobis sapientiam, per quam in omni ueritate dulciter illustremur. A carnalibus desiderijs concede gratiam abstinentiae, ut lumen gratiae in nostris cordibus oriatur. Quam dulcia diligentibus te eloquia tua Domina, quam suauia sunt tuarum stillicidia gratiarum. Gloriam & honorem psallam tibi, & in nomine tuo gloriabor in seculum. Gloria Patri, &c.

Deus Deus meus, respiciat in me meritis tuis uirgo semper Maria. Domina mea clamaui ad te per diem & noctem, & fecisti cum seruo tuo misericordiam tuam. Quia ego speraui in misericordia tua, sempiternum à me obprobrium abstulisti. Deriserunt me inimici mei undique, tu autem sub umbra manus tuae contulisti mihi refrigerium bonum. Adorent te familiae gentium, & glorificent te omnes ordines Angelorum. Gloria, &c.

Dominus regit me uirgo Dei genitrix, quia tu amabilem uultum eius ad me conuertisti. Benedicti sunt oculi tui splendidissimi, quos di-

gnis misericorditer conuere super nos peccatores. Benedictum sit lumen & splendor faciei tuae, benedicta sit gratia uultus tui. Benedicta sit misericordia manuum tuarum, benedicta sit emanatio uirginis lactis tui. Benedicant te Apostoli tui, & prophetae Dei, martyres, confessores, & uirgines psallant tibi. Gloria, &c.

Domini est terra & plenitudo eius, tu autem sanctissima mater cum eo regnas in aeternum. Gloriam & decorem induisti, omnis lapis preciosus amictus & operimentum tuum. Splendor Solis super caput tuum, lunaris pulchritudo sub pedibus tuis. Sydera micantia ornant sedile tuum, astra te glorificant rugiter matutina. Memento nostri Domina in beneplacito tuo, & fac nos dignos glorificandi nomen tuum. Gloria Patri, &c.

Ad te Domina leuavi animam meam, in iudicio Dei tuis precibus non erubescam. Neque illudant mihi aduersarij mei, etenim praesumentes de te roborabuntur. Non praualeant aduersum me laquei mortis, & caltra malignantium non impediunt gressus meos. Collide impetum eorum in uirtute tua, & cum mansuetudine occurre animae meae. Ductrix mea esto ad patriam, & me ceteri Angelorum digneris aggregare. Gloria Patri, &c.

Iudica me Domina, quoniam ab innocentia mea digressus sum, sed quia speraui in te non infirmabor. Vre cor meum igne amoris tui, & cingulo castitatis restringe renes meos. Quoniam misericordia tua & clementia tua ante oculos meos, & delectatus sum in uoce laudis tuae. Domina dilexi decorem faciei tuae, & ueneratus sum sanctam maiestatem tuam. Confitemini nomini eius, quoniam sanctum est, enarrantur in seculum mirabilia eius. Nocturnus.

Domina illuminatio mea sit splendor faciei tuae, & serenitas gratiae tuae resulgeat menti meae. Exalta caput meum, & ego psallam, psalmum nomini tuo decantabo. Ne auertas faciem tuam à me, quia speciem & decorem tuum à iuuentute mea concupiui. Te amari & exquisiti Regina caelorum, misericordiam tuam & gratiam tuam ne subtrahas à seruo tuo. Confitebor tibi in nationibus, & thronum gloriae tuae honorificabo. Gloria Patri, &c.

Ad te Domina clamabo & exaudies me, in uoce laudis tuae laticabis me. Miserere mei in die angustiae meae, & in luce ueritatis tuae libera me. Benedicta sis o Domina, in sinibus omnibus orbis terrae. Sanctuarium quod firmauerunt manus tuae, est sanctum templum corporis tui. Conscientia tua munda & immaculata est, locus propitiationis & habitaculum sanctum Dei. Gloria Patri, &c.

Afferte Domine nostrae filij Dei, afferte Domine nostrae laudem & reuerentiam. Da uirtutem sanctis tuis mater sancta, & benedictionem laudibus



tibus atq; glorificantibus te. Exaudi gemitus spirantum ad te, & ne spernas uota inuocantiu nomen tuum. Sit manus tua ad succurrendu mihi parata, & auris tua intendens ad deprecationem meam. Benedicant tibi caeli & terra, mare & orbis terrarum. Gloria Pat. &c.

Exaltabo te Dña, qm suscepisti me, ab iniquo aduersario liberabis me. Conuertere ad me & uiuifica me, de portis mortis reduc me, & de fluitibus tribulationum qua circumdederunt me. Propter imperium & magnificentiam dexterae tuae, cõtere & dissipa omnes aduersarios meos. Et ego offeram tibi sacrificium laudis, & gloria tuam deuotius exaltabo. Exultate caeli & iucundare terra, quia consolatur Maria seruos suos, & pauperum suorum miserebitur. Gloria, &c.

In te Domina speraui non confundar in æternum, in gratia tua suscipe me. Tu es fortitudo mea & refugium meum, consolatio mea & protectio mea. Ad te Domina clamaui dum tribularetur cor meum, & exaudisti me de uertice collium æternorum. Educas me de laqueo quem absconderunt mihi, quoniam tu es adiutrix mea. In manus tuas Domina commendo spiritum meum, totam uitam meam & diem ultimum meum. Gloria Pat. &c.

Beati quorum corda te diligunt uirgo Maria, peccata ipsorum a te misericorditer diluentur. Sancta, casta, & florifera ubera tua, que florem uiriditatis perpetue eruperunt. Decor pulchritudinis tue corruptionem nõ uidebit, & uultus tui gratia, in perpetuum non marcescet. Benedicta tu uirga Iesie sublimis, que te usq; ad sedentem in throno dilatasti. O uirgo Regina ipsa es uia, per quam nos salus de supernis sedibus uisitauit. Gloria Patri, &c.

Exultate iusti in uirgine Maria, & in rectitudine cordis collaudate eam. Accedite ad eam cum reuerentia & deuotione, & delectetur cor uestrum in salutatione eius. Impedite illi sacrificium laudis, & inebriamini ab uberibus dulcoris illius. Inluit enim uobis radios sue pietatis, & clarificabit uos fulgoribus misericordie sue. Suauissimus est fructus illius, in ore & in corde sapientis dulcescit. Gloria, &c.

Benedicam Dominam in omni tempore, & non deficiet laus eius in ore meo. Magnificate eam mecum, omnes qui impinguati estis melle, & lacte recreationis eius. In periculis in rebus dubijs inuocate eam, & in necessitatibus inuenietis auxilium, & refrigerium dulce. Sumite exemplum conuersationis eius, & emulamini studia charitatis & humilitatis illius. Quia ergo Domina humillima fuisti, uerbum increatũ ex te carnem suscipere coegisti. Gloria, &c.

Iudica Domina nocentes me & contra eos exurge, & uindica causam meam. Anima mea in te latabitur, & tuis beneficijs deuotus exultabo. Gratia & dulcedine tua pleni sunt caeli &

terra, undiq; tuis beneficijs irretisti nos semper. Quocunq; enim pergimus, occurrit nobis diffusio tui ueriuirginalis. Curramus ergo charissimi, & ita nobilem & dulcissimam uirginem salutemus, ut in sua dulcedinis gremio quiescamus. Gloria Patri, &c.

Dixit iniustus ut peccet in abscondito, per se a malo proposito discedat mater Dei. Inclina uultum Dei super nos, coge illum peccatoribus misereri. Domina in celo misericordia tua, & gratia tua diffusa est super terram. Potentia & uirtus in brachio tuo, robur & fortitudo in dextera tua. Benedictum si: imperium tuum super caelos, benedicta sit magnificentia tua super terram. Gloria Patri, &c.

Noli emulari in malignatibus Domina, furor eorum dulcifica per gratiam tuam. Sperate in illa religiosi & claustrales, confidite in illa clerici & seculares. Delectamini in laudibus illius, & exaudiet petitiones cordis uestri. Melius est modicum cum gratia illius, q̃ thesauri argentei & lapides pretiosi. Gloria semper sit tibi o Regina caelorum, & in ullo tempore nolinos obliuisci. Gloria Patri, &c.

Domina ne in furore arguat me Dominus, nobis uentiam obtine de peccatis. In conspectu tuo sit omne desiderium nostrum, spes nostra & confidentia nostra. Cor meum conturbatum est in me, recedit lux de uisceribus meis. Illumina splendore tuo cecitatem meam, dulcifica dulcore tuo contritionem meam. Ne derelinquas nos Domina mater Dei, gratia tua & uirtus sit a dextris meis. Gloria, &c.

Dixi custodiam uias meas o Domina, cum per te gratia Christi mihi fuit data. Dulcore tuo liquefactum est cor meum, amore tuo inflammata sunt uiscera mea. Exaudi orationem meam Domina, & deprecationem meam, & contabescant aduersarij mei. Miserere mei de caelis & de altitudine throni tui, & ne permittas me in ualle miseriae conturbari. Custodi pedem meum ne laedatur, & in fine meo sit gratia tua. Gloria Patri, &c.

Expectans expectaui gratiam tuam, & fecisti secundum multitudinem misericordie nominis tui. Exaudisti preces meas, & eduxisti me de lacu miseriae, & de fouea inimici. Multa & mirabilia sunt dona tua Domina, incomparabilia sunt munera gratiarum tuarum. Exultent & letentur super te omnes qui diligunt te, qui oderunt nomen tuum corruant in infernum. Benedicta sis in æternum Domina, in seculum & in seculum seculi. Gloria Patri, &c.

Beata Maria intelligit super egenum & pauperem, in eius laudibus permanentem. Domina Angelorum Regina mundi, munda cor meum igne amoris & charitatis tuae. Tu es mater illuminationis cordis mei, tu es nutritrix refouens mentem meam. Te cupit os meum collaudare, te affectat

affectat mens mea affectuosissime uenerari. Te desiderat anima mea exorare, quia tuitioni tuae se commendat tota substantia mea. Gloria patri.

Quoadmodu desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita ad amore tuu anhelat aia mea. Quia tu es genitrix uita mea, & alitrix reparatoris carnis meae. Quia tu es lactatrix saluatoris aia mea, in tua & suis totius salutis meae. Exaudi me Dña, mudentur sordes meae, illumina me Dña, ut illustrent tenebrae meae. Accendat amore tuo tepor meus, gra tua expellat torpor meus. Gloria patri.

Iudica me Dña, & discerne causam meam de gente peruersa: a serpente maligno & a dracone pestifero libera me. Sancta fecunditas tua disperdat eu, beata uirginitas tua cõterat caput eius. Sancta pces tuae corroborent nos cõtra eum, sancta merita tua exinaniant uirtute eius. Persecutorẽ animae meae mitte in abyssum, puteus infernalis deglutiat eu uuerẽ. Ego aut & aia mea in terra captiuitatis meae benedicã nomen tuum, & glorificabo te in saecula saeculorum. Glo. patri.

Dña auribus nr̃is audiuius, & pres nr̃i annũciauerunt nobis. Quia ineffabilia sunt merita tua, & ualde stupeda mirabilia tua. Dña innumerales sunt uirtutes tuae, & inestimabiles misericordiae tuae. Exulta aia mea & latare in illa, quia multa bona sunt laudatoribus pparata. Bndicta sis Regina caeloru & Angeloru, & benedicantur a Deo laudatores magnificentiae tuae. Glo. patri.

Eructauit cor meum uerbu bonu Dña, cu ore mellifluo extitit dulcoratu. Per tua sanctitatem peccata mea purgent, per tua integritate mihi incorruptibilitas condonet. Per tua uirginitate aia mea a Christo adamã, & sibi amoris uinculo sociat. Per tua fecunditate ego captiuus sum redẽptus, per tua partu uirgineu de morte ppetua sum ereptus. Per tua prolem dignissimã pdi tus sum restitutus, & de exilio miseriae in patriã beatitudinis sum reductus. Gloria patri &c.

Domina refugium nostru tu es in omni necessitate nostra, & uirtus potentior cõterens inimicum. Beneficijs tuis plenus est mundus, superant caelestia, penetrat & inferna. Plenitudine gratiae tuae quae in inferno erant se latant libera. Obtentu fecunditatis tuae uirginea, quae supra mundum sunt, se gaudent restaurata. Per gloriosum tuae uirginitatis sanctissimã partu, homines angelorum sunt socij & conciuēs. Gloria patri &c.

Omnes gẽtes plaudite manibus, psallite in iubilo uirgini gloriosae. Quia ipsa est porta uita, in uia salutis: & uia nostra reconciliationis. Spes penitentium, solamen lugentium: pax beata cordium atq; salus. Miserere mei Domina miserere mei, quia tu es lux & spes omnium confidentiu in te. Per tuam salutarem fecunditatem placeat, ut peccatorum uenia mihi concedatur. Glo. patri.

Magna es Dña & laudabilis ualde, in ciuitate Dei caeli in uniuersa Ecclesia electoru eius. Ascendisti alternatibus hymnidicis angelicis choris, archangelis conspata, rosas & lilij coronata.

Occurrite illi potestates & principatus, obuiate ei uirtutes & dominationes. Cherubin, throni & seraphin exaltate eã, & constituite eam a dextris sponi amantissimi filij eius. O q̃ lato animo, q̃ sereno aspectu suscepisti eam angelorum & hominum Deus, & dedisti ei principatum super oem locum dominationis tuae. Gloria patri &c.

Audite hac omnes gentes, auribus percipite, qui ingredi cupitis regnum Dei. Virginem Mariam honorate, & inuenietis uitam & salutem perpetuam. Pauperes seruos tuos Domina, foelic confederatione coniunge Christo. Esuriam paruulorum tuorum, fructu uentris tui refice & sustenta. Remansisti enim incorrupta post partum, & inuolata post filium. Gloria patri.

Deus deorum: Marię locutus est, per Gabriele nunciu suu dicens. Aue gratia plena, Dns tecu, p te salus mundi reparatur. Speciem & decorem tuu, altissimi filius concupiscit. Adorna thalamu tuum Syon, praparare in occursum Dei tui. Per spiritũ enim sanctum concipies, qui tuum partum faciet uirgineum & iucundum. Gloria patri.

Miserere mei Domina, quae mater misericordiae nuncparis. Et secundum uiscera misericordiarum tuarum, munda me ab omnibus iniquitatibus meis. Effunde gratiam tuam super me, & solitam clementiam tuam ne subtrahas a me.

Quia peccata mea cõfitebor tibi, & corã te me acuso de sceleribus meis. Fructu uentris tui me reconcilia, & pacifica me, ei qui me creauit. Glo. patri.

Quid gloriaris in malitia o maligne serpens, & draco infernalis? Submice caput tuum mulieri, cuius fortitudine demergeris in profundu. Cõtere eum Domina pede uirtutis tuae: exurge & dissipa malitiam eius. Exingue potentiam eius, & uirtutem illius redige in fauillam. Ut uiuentes exultemus in nomine tuo, & lato animo dicamus tibi laudem. Gloria patri &c.

Dixit insipiens inimicus in corde suo, hoĩem eijciam de tabernaculo filioru Dei. Egrediar, & ero spiritus medax in ore serpentis, & per femina eijciam uiru eius. Sicut exaltantur o miser caeli a terra, sic exaltate sunt cogitationes Dei a cogitationibus tuis. Noli extolli de casu mulieris, quia mulier cõteret caput tuu. Tu illi foueam praparasti, & in sagena illius capieris. Gloria patri.

Domina in nomine tuo saluum me fac, et ab iniusticijs meis libera me. Ut non noceat mihi calliditas inimici, sub umbra alaru tuaru protege me. O Domina mea adiuua me, gratia tuam largire animae meae. Voluntarie offerã tibi sacrificiu laudis, et cõfitebor nomini tuo: quia bonum est. Quia ex omni tribulatione liberabis me, et inimicos meos despiciet oculus meus. Gloria patri.

Exaudi Dña oratione meã, et ne cõteras deprecatione meã. Cõtristatus sum in cogitatione mea, quia iudicia Dei perterruerunt me. Tenebrae mortis uenerunt super me, et pavor inferni inuasit me. Ego aut in solitudine expecto cõsolatione tua, et in cubili meo attedo misericordia tua. Gloria

Glorifica manum & dextrum brachiū tuum, ut prosternantur a nobis inimici nostri. Glo. patri.
Miserere mei Dña quoniam conculcauerunt me hostes mei, quotidie omnes cogitationes eorum in malum cōtra me. Excita furorem & memento belli, & super eos effunde iram tuam. Innoua signa, & immuta mirabilia, sentiamus adiutorium brachij tui. Glorifica nomen tuū super nos, ut cognosca mus quoniam in seculum misericordia tua. Scilla nobis guttam suauitatis tuæ, quia tu es pincerna gratiæ dulcoris. Glo. patri.

Miserere mei Domina miserere mei, quia paratum est cor meum exquirere uoluntatem tuā. Et in umbra alarum tuarū requiescam, quia delectabile est mihi refrigerium tuum. Manus tuæ distillant myrrham primam, & digiti tui unguēta gratiarum. Et fragmen malipunci est guttur tuū, & spiramē oris tui suauē cōpositū Thymia- ma. Tu n. es mater pulchræ dilectionis, & anchora spei, portus indulgētiæ, & ianua salutis. Gl. p.

Si uerē utiq; iustitiā loquimini, iustitiā & misericordiam honorate Regiā. Ad laudē enim & gloriā pertinet saluatoris, quicquid honorificū suū impensum fuerit genitrici. Rosa martyrum te circūdant o Regina, & lilia uirginū ambiunt thronū tuū. Laudate eā simul astra matutina, cōcentū illi facite oēs filij Dei. Glorificate eā cōeli & terra, mare & flumina & c. fundamēta orbis. Gl.

Eripe me de inimicis meis Dña mundi, exurge in occursum meū Regina pietatis. Aurū Obrium in ornamentis tuis, fardius & thopazius in dyademate tuo. Iaspis & Amethystus in dextera tua: Beryllus & chrysolitus i sinistra tua, Hyacinthus & achates in pectore tuo, carbūculi scintillantes in monilibus tuis. Myrrha thus & balsamus in manibus tuis, saphyrus & smaragdus in digitis tuis. Gloria patri & c.

Deus repulisti nos propter peccata nostra, & miserus es nobis per uirginem Mariam. Intercede pro nobis saluifera mater Dei, quæ Angelorum & hominum salutem peperisti. Tu enim mœstis exultationem infundis, & mœrentibus letitiam & dulcorem. Latifica nos dulcissimo sono oris tui, & liquore tuo roseo perfunde corda nostra. Tonate illi desuper, & date illi laudem, glorifica illam terra cum omnibus habitatoribus tuis. Gloria patri & c.

Exaudi Dña orationē meā, super firmā petra stabiliā mentem meā. Esto mihi turris fortitudinis, me tuearis a facie crudelis uastatoris. Ut castrorū acies sis illi terribilis, & uiuus corruat in profundum inferni. Tu enim es rutilans & decora, nubes rorifera & consurgens aurora. Pulchra es & clara & luna plenissima, & tanquam sol resulget facer aspectus tuus. Gloria patri.

Nonne Dña tibi subiecta erit anima mea, quæ saluatorē omniū genuisti. Memento nostri perditorum saluatrix, exaudi planctus cordis nostri. Infunde gratiam de thesauris tuis, & unguētis tuis placa dolorē nostrū. Da nobis gaudiū &

letitiā, ut cōfundas honorū inimicos. Ablue oīa peccata nra, sana oēs infirmitates nostras. Gl. p.
Deus deus meus, per matrem te glorificabo. Virginaliter enim te cōcepit, & sine angustia te parturuit. Benedicita sis o Dña nostra, & pro nobis assiste ante thronum Dei. Species & claritas in conspectu tuo. Custodi animam meam Dña, ut nunquam corruat in peccata. Gloria patri.

Exaudi Dña orationem meā cum deprecor, a pauore crudelis libera animam meam. Impetra nobis pacem, & salutem in die nouissimo. Benedicita sis super mulieres, & benedictus sit fructus uentris tui. Illumina Domina oculos meos, & illustra cæcitatem meam. Da mihi in te cōfidentiam bonam, in uita & in fine meo. Gloria p.

Te decet hymnus Dña nra, in Syon laus & iubilatio in Hierusalē. Benedictionē omniū gētiū dedit tibi Dns, laudē & gloriā ante cōspectū populorū. Benedixit te Dns in misericordia sua, & thronū tuū cōstituit super ordines angelorū. Gratia & decorē posuit in labijs tuis, & pallio gloriæ induit corpus tuū. Coronā radiatē posuit i capite tuo, & uirtutū monilibus te decēter ornauit.

Iubilare Dña nra oīs terra, psallite hymnum nomini eius, date honorificentiam maiestati eius. Benedictū sit cor tuū Dña, cū quo ardēter & sinceriter filiū Dei dilexisti. Respice paupertatem meā gloriosa uirgo, miseriam & angustiam meā ne tardes remouere. Aufer tribulationem meā, dulcifica languorem meum. Benedicat te omnis caro, glorificet te omnis lingua. Gloria patri & c.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis p illā quæ eū genuit. Miserere nostri Dña, & ora pro nobis; in letitiā bonam cōuerte mœstiam nostrā. Illumina me stella maris, clarifica me uirgo clarissima. Extingue ardorem cordis mei, refrigera me gratia tua. Protegat me semper gratia tua, presentia tua illustret sinem meum. Glo. pa.

Exurgat Maria, & disspēnt inimici eius, cōtērant oēs sub pedibus ejus. Imperiū inimicorū nostrorū disspā, destrue oēm iniquitatē eorū. Ad te Dña clamaui i tribulatione, & serenasti cōsciam meā. Nō deficiat laus tua i ore nro, & amor tuus de uisceribus nris. Pax multa diligētibz te Domina, aīa eorū nō uidebit mortē in æternū. Gl. p.

Saluū me fac Dña, quā intrauerūt cōcupiscentiarū aquæ usq; ad animā meā. Infixus sum in limo peccati, & aquæ uoluptatis circūdederunt me. Plorās plorauī in nocte, & dies letitiæ ortus est mihi. Salua animā meam genitrix saluatoris, quia p te uera salus data est omni mundo. Dum nunciante Angelo fuisti obumbrata, & patris sapientia pragnans & grauidata. Gloria patri & c.

Domina in adiutoriū meū intēde, & luce misericordiarū tuarū illustra mentē meā. Doce nos exquirere bonitatem tuā, ut enarremus mirabilia tua. Ostēde potentiā tuā cōtra inimicos nros, ut sanctificeris in nationibus. pcul. In ira flāma tuē mergant in infernū, & qui cōrurbāt seruos tuos inueniāt pditionem. Miserere seruorum tuorū, super

sup quos inuocari est nomē tuū, & ne finas angustiarum eos in tentationibus suis. Gloria, & c.

In te Dña speraui nō cōfundar in æternum, in tua misericordia libera me & eripe me. Propter multitudinē iniquitātū mearū, oppressus sum uementer. Facti sunt hostes mei in capite meo, subannauerūt & deriserunt me quotidie. Vide Domina quoniam tribulor, expāde manus tuas succurre pereunti. Ne moreris propter gratiam nominis tui, ut efficiaris mihi in gaudium & salutem. Gloria, etc.

Deus iudicium tuū Regi da, & misericordiam tuā Regiā matri eius. In manu tua salus & uita cōstitūt, letitia ppetua & æternitas gloriosa. Reperge cor meū dulcedine tua, fac me obliuisci miserias huius uitæ. Trahe me post te uinculis misericordiarū tuarū, & somētis græ & pietatis tuæ sana dolorē meū. Cōcupiscentias sempiternas excita in aīam meā, & de gaudio paradisi inebria mētem meam. Gloria, & c.

Quam bonus Israel Deus, his qui colunt matrem suā & uenerant. Ipsa est. n. solatiū nrum in laboribus subuētiō optima. Obtexit caligine aīam meā hostis, in uisceribus meis Dña lumē fac ori. Aueraat a me ira Dei pte, placā eū meritis & scibus tuis. In iudicio p me assiste, corā eo suscipe causam meam, & mea sis aduocata. Glor. & c.

Vt qd Dña repulisti nos, nec subuenis i die tribulationis? Ingrediat oratio mea i cōspectu tuo, & uoces gemētū ne despexeris. Terēdit arcū suū cōtra nos inimicus, firmavit dexterā suam & nō est cōsolator. Distrūpe in nobis ligaturā malitiarū suarū, & libera nos dextera tua. Repelle eū in locum perditionis, sempiterna dānatio suscipiat eum. Gloria, & c.

Confitebimur tibi Dña & laudabimus nomē tuū, fac nos in tuis laudibus delectari. Cārate ei habitatores terræ, & laudē eius in populis nūciate. Cōfessio & magnificētia corā illa, fortitudo & exultatio i throno illius. Adorate illā i decore illius, glorificate opificē pulchritudinis illius. Recordamini i sempiternū misericordie illius, reficite i mēte uirtutes & mirabilia illius. Glor. & c.

Notus i Indea Deus, i Israel honorificētia matris eius. Dulcis est memoria eius su p mel & fauū, & amor eius sup oīa aromata. Salus & uita in domo illius, & in tabernaculo eius pax & gloria sempiterna. Honorificate illā cōeli & terra, quia summus artifex hāc mirabiliter honorauit. Date illi oēs creaturæ laudē, & stupēdā misericordiam eius extollite gratulāter. Gloria, & c.

Voce mea ad Dñam clamaui, & sua grā intēdit mihi, abstulit a corde meo mœsticiā & mœrorē, & suauitate sua cor meū dulcorauit. Formidīnē meā erexit in cōfidētiā bonā, & suo aspectu melliflūo mentē meā serenauit. Adiutoriū sancto suo euasi pericula mortis, & de manu crudelis subrefugi. Gratias Deo & tibi mater pia, de omnibus quæ affectus sum, de pietate & misericordia tua. Gloria, & c.

Attendite popule Dei pcepta Dei, & Regiā græ nolite obliuisci. Aperite cor ad uestigandū eā, & labia ad glorificandū illā. Descēdat amor eius i cordibus uestris, cōcupiscentie placere illi. Pulchritudo eius uincit solē & lunā, cōpositio eius ad ornāmēta uirtutū. Miserere mei Regina gloriæ & honoris, & ab omni periculo custodi mētem meam, Gloria, & c.

Dña uenerūt gētes in hareditatē Dei, quas tu meritis tuis Christo cōcederasti. Sit eloquiū tuū dulce corā ipso, & cōiūge me illi q me redemit. Extende brachium tuū contra hostem crudelē, & denuda mihi uerticillū illius. Vox tua dulcis sup oēm melodiā, armonia angelica et nō ualet cōparari. Distilla mihi suauitatē gratiarum tuarū, & tuorum charismatum fragrantiam & odorē. Gloria, & c.

Qui regis Israel intēde ad me matrē tuā collaudare. Expergiscere de puluere aīa mea, perge in occursum Regiā cœli. Solue uincula colli tui paupercula anima mea, & gloriosis laudibus accipe illam. Odor uitæ de illa progreditur, & omnis salus de corde illius scaturizat. Charismatū suorum fragrantia suauis, anima mortuæ suscitatur. Gloria, & c.

Exultatē Dña adiutrici nre, iubilare in letitia cordis uestri accendant affectus uestri in illam, & inimicos uestros induet cōfusione. Imitemur humilitatē eius, obediētiā & mansuetudinē illius. Oēs gratia radiāt in illa, capacissima. n. fuit capacitas illius. Currite ad illam cum deuotione sancta, & de bonis suis participabit uobis. Gloria, & c.

Deus in synagoga Iudeorū, de qua ut rosa de sentibus progressa est mater Dei. Terge sceditatē meam Dña, quæ semper rutilas puritate. Fontē uitæ in fluxu in os meum, ex quo uiuentes aque pfluunt & emanant. Oēs sitientes uenite ad illā, & de fonte suo gratanter uos potabit. Qui hauriet ex eo saliet in uitā æternā, & q bibit ex eo nō sitict unq. Gloria, & c.

Dña mea quis similes erit tibi? q gratia & gloria superemines uniuersos. Sicut exaltant cœli a terra, sit tu pcellior cūctis & nimis exaltatā. Vulnera cor meum charitate tua, fac me dignū gratia & muneribus tuis. Liqueat cura mea in timore tuo, & concupiscentia tua cor meum inflāmetur. Fac me desiderare honorificentiam & gloriā tuā, ut p te recipiar ad pacē Iesu Christi. Gloria, & c.

Quam dilecta tabernacula tua Domina uirtutum, quam amabilia tentoria redemptionis tuæ. Honorate illam peccatores, & impetrabit uobis gratiam & salutem. Super thus & balsamum oratio eius, incensum preces eius non reuertuntur uacua nec inanes. Intercede pro me Domina apud Christum tuum, neque derelinquas me in morte neq; in uita, benignus est enim spiritus tuus, & gratia tua replet orbem terrarum. Gloria, & c.

Quædam ad M^{am}

Benedixisti Dñe domū tuam, consecrasti habitationem tuā. Hæc est speciosa inter filias Hierusalem, cuius memoria est in benedictione. Beatiſſimā prædicauerunt illā angeli sancti, glorificatē illam uirtutes & dominationes. Populi gentium exquirite prudentiam eius, & inuestigate thesauros misericordiæ illius. Sentite de illa in bonitate, & in simplicitate cordis exquirite illā.

Inclina Dña aurem tuam & exaudi me, conuertere uultum tuum & miserere mei. Distillatio dulcoris tui oblectat animas sanctorū, & infusio charitatis tuæ super mel dulcissimum. Irradiatio gloriæ tuæ dilucidat intellectum, & lux miserationum tuarum producit ad salutem. Fons bonitatis tuæ inebriat sitientes, & aspectus faciei tuæ retrahit a peccato. Scire & cognoscere te, est radix immortalitatis, & enarrare uirtutes tuas, est uia salutis. Gloria patri &c.

Fundamenta uitæ in anima iusti, perseverare in charitate usq; in finē. Gratia tua releuat pauperem in aduersitate, & inuocatio tui nominis immitit ei confidentiam bonā. Miserationibus tuis repletur paradisi, & a terrore tuo hostis confunditur infernalis. Qui sperat in te inueniet thesauros pacis, & qui te non inuocat in hac uita, non perueniet ad regnum Dei. Fac Domina ut uiuamus in gratia Spiritus sancti, & perduc animas nostras ad sanctum finem. Gloria patri &c.

Domina auxiliatrix salutis meæ, i die clamā ui & nocte corā te. Ingrediaſ oratio mea in conspectu tuo, consolare cum facie tua mæsticiam meā. Multiplicata sunt mala in anima mea, expurga eam de sordibus & peccatis. Virtus tua perſe quaſ inimicos nostros, ne nos impediāt ad salutē. Cōfer gratiā animæ ad resistendū eis, cōforta cor nostrū contra cōcupiscentias carnis. Gl. pa.

Misericordias tuas Dña in sempiternū decantabo. Vnguēto pietatis tuæ medere cōtritos corde, & oleo misericordiæ tuæ refouere dolores nostros. Gratiōsus tuus uultus mihi appareat in extremis, formositas faciei tuæ lætificet spiritum meum egredientem. Excita spiritum meum ad amandam bonitatem tuam, excita mentem ad extollendam nobilitatem & preciositatem tuam. Libera me ab omni tribulatione mala, & ab omni peccato custodi animam meam. Gloria patri.

Domina refugium facta es nobis, in cunctis necessitatibus nostris. Diffusio gratiæ tuæ producit operationes tuas, & stillicidium dulcoris tui affectiones facit sanctissimas. Miserationū tuarum Dña recordabor, sacrificiū laudis, & carmen lætitiæ psallam tibi. Qui honorant te, coronam perhennem pro cinere obtinebunt, & pallium laudis pro spiritu mæroris. Qui sperant in te, amici lumini induentur: gaudium & perpetuam lætitiā forrientur. Gloria patri &c.

Qui habitat in adiutorio matris Dei, in protectione ipsius cōmorabit. Cōcurſus hostis nō nocet ei, sagitta uolans nō tanget eū. Quā liberabit eum de laqueo insidiantis, & sub pennis suis

proteget eum. Clamate ad illam in periculis uestris, & flagellum non appropinquabit tabernaculo uestro. Fructus gratiæ inueniet, qui sperauerit in illa, porta paradisi referabitur ei. Glo. pa.

Bonum est confiteri uirgini Mariæ, & psallere illi gloriā prosperitas est mentis. Annunciare merita eius lætificat intellectum, & imitari opera eius exhilarat Angelos Dei. Qui acquirit gratiam eius agnosceretur a ciuibus paradisi, & qui habuerit caracterem nominis eius, annotabitur in libro uitæ. Exurge Domina & iudica causam nostram, & ab insurgentibus in nos libera nos. Ne retrahas a peccatore dexteram tuam, & excipe gladio tuo iacula nastatoris. Gloria patri.

Dñs regnauit decorē induit, matremq; suam ornamento coronauit uirtutū. Adimpleat propitiationē suā in nobis mater pacis, & uia æquitatis doceat seruos suos. Qui desideratis sapiētiam Christi, seruite matri eius animo reuerētī. Quis satisfaciet enarrare opera tua Dña? & quis inuestigabit thesauros misericordiæ tuæ? Sustine deficientes in tentationibus suis, destina illos in sortem ueritatis. Gloria patri.

Deus ultimū Dñs, sed tu mater misericordiæ ad miserēdū inſlectis. Magnificētia tua Dña prædicat in sæculū, qui aut colit te inueniet uia pacis. Seruite illi reuerenter exultantes, & sanabit uos benedictus fructus castissimi uētris illius. Respice Dña humilitatē seruorū tuorū, & laudabit te in generationibus sæculorū. Magnificā nomē tuū in multiplicatione gratiarū tuarū, & ne sinas seruos tuos subiacere periculis. Glo. pa.

Venite exultemus Dñæ nostræ, inuilemus salutaris Mariæ Regiæ nostræ. Præoccupemus faciem eius in iubilatione, & in canticis collaudemus eam. Venite adoremus & procidamus ante eā, confiteamur illi cū fletibus peccata nra. Impetra nobis indulgentiā plenā, assiste pro nobis ante tribunal Dei. Suscipe in fine animas nras, & introduce nos in requiē æternam. Gloria patri.

Cantate plenā gratiæ canticum nouū, cantate Mariæ oēs terrigenæ orbis. Quā omnes Angelos sanctitate præcellit, & natos mulierum uirtutibus mirabilibus & signis. Formositas & gloria in uultu illius, et gratia in oculis eius. Afferte illi gloriā patriæ gentium, exultate in ea omnes creature Dei. Admirabile cōmercium habetis per eam, ex qua uocati estis filij Dei excelli. Glo. pa.

Dñs regnauit, exaltet Maria in omni imperio dñationis suæ. Adorate eā ciues curiæ paradisi, exaltate eam uirgines speciosæ filiæ eius. Quoniam eleuata est super principatus et dominationes, exaltrata est super Angelorū et Archangelorum legiones. Patriarchæ et Prophete cōcrepate illi laudē, concentū illi facite Apostoli Martyresq; Christi. Confessores cū uirginibus de canticis Syon dicite canticum ei, et regratiāmini ei monachi sancti de acceptis triumphis. Gloria patri.

Cantate Dñæ nra canticū nouū, quā mirabilia fecit. In cōspectu gentiū reuelauit misericordiam suam, in extre-

in extremis terræ auditū est nomen eius. Recordare Domina pauperū & miserorū, & sustenta eos ope refrigerij sancti tui. Tu aut Dña suauis & uerax, patiens nimis & miseratione plena. Cōculca hostes animarum nostrarū, & contumaciā illorum elide brachio sancto tuo. Gloria patri.

Domina regnauit irascantē populi, Maria sub cherubin fedit a dextris. Magna est in Syon gloria tua Dña, & in Hierusalem magnificētia tua. Cantate ante eam chori uirginales, & adorate thronū eius, qui sanctus est. In dextera eius ignea lex, & in circuitu eius sanctorum millia. Mandata eius ante oculos eius, & iustitiæ regula in corde eius. Gloria patri &c.

Iubilare Dña nostræ hoies terræ, seruite illi in lætitiā & iucunditate. In toto animo uestro accedite ad illā, & in omni uirtute uestra conseruate uias eius. Inuestigate uiam & manifestabitur uobis, estote mundi corde, & apprehendetis eā. Quibus auxiliata fueris Domina, erit refrigeriū pacis, & a quibus auerteris uultum tuū, non erit spes ad salutem. Recordare nostri Domina, & nō apprehendent nos mala, succurre nobis in fine, & inueniemus uitam æternam. Gloria patri &c.

Misericordiā & iudiciū cātabo tibi Dña, psallam tibi in exultatione cordis, cum lætificaberis aiam meā. Laudabo nomen tuū & gloriā, & præstabis refrigeriū animæ meæ. Zelatus sum amorem tuū & honorē: ideo defendas causam meā ante iudicē sæculorū. Allectus sum gratiā & bonitate tua, oro ne frauder a spe & cōfidentia bona. Conforta animam meam in nouissimis, & in carne ista fac me conspiciere saluatorem. Glo. pa.

Domina exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat. Non auertas sacrū aspectum tuum a me, neq; abomineris me, ppter immundiciam meā. Non derelinquas me in cogitatu & consilio inimicorū meorū, & ne sinas me cadere in exprobrationem illorum pessimā. Qui confidunt in te, non timebunt colubrum tortuosum, & qui exaltāt te præconijs, euadūt manus Acherontis. Per uirginalem cōceptum tuum da mihi in te confidentiam bonam, & per admirabilem partum tuum lætifica animam meam. Glo. pa.

Benedic aīa mea matri Iesu Christi, & oīa præcordia mea glorificate nomē eius. Ne obliuiscaris beneficia eius, nec gratiā & consolatus illius. Grā eius peccata relaxant, & misericordia eius agritudines reparant. Benedicite ei oēs uirtutes cœlorū, glorificate eā chori Apostolorū & Prophetarū. Bndicite ei mare & insulæ gentiū, hymnum dicite ei cœli & habitatores eorum. Gl. p.

Benedic aīa mea uirgini Mariæ, honor & magnificētia eius in ppetuū. Formositatē & pulchritudinē induisti, amicta est Dña fulgenti uestimēto. De te procedit peccatorū medela, & pacis disciplina, ac seruorū charitatis. Imple nos seruos tuos uirtutibus sanctis, & ira Dei non appropinquet nobis. In cunditate æternā da seruatoribus tuis, & noli eos obliuisci in certamine mortis. Gl.

Confitemini Dñæ nostræ & inuocata nomen eius, cantate ei gloriōse narrates uirtutes eius. Laudate & exultate eā uirgines filiæ Syon, quia desponsabit uobis Regē Angelorū. Honorate Reginā plenā oī grā, & cōtēplemini cū reuerētia sanctissimū uultum eius. Salus sempiterna in manu tua Dña, qui te dignē honorificauerint, suscipiēt illam. Clementia tua non deficiet a sæculis æternis, & misericordia tua a generatione in generationem. Gloria patri.

Cōfitemini Dñæ nre qm bonū est, p cūctas tribus terræ enarrate misericordias eius. Longē est ab impijs cōuersatio eius, a uia altissimi nō declinauit pes eius. Fons irrigatis gratiæ pcedit de ore illius, & emanatio uirginalis sanctificās animas castas. Spes de gloria paradisi in corde illius, qui deuoto animo honorificauerit illā. Miserere nostri fulgentissima Regina cœli, & præsta consolationem de gratia tua. Gloria patri &c.

Confitemini Dño qm bonū, cōfitemini matri eius, qm in sæculum misericordia eius. Innocentiam & uia prudentiæ ostēde nobis Dña, & uiam intelligentiæ indica seruis tuis. Timor Dei illustrat intellectu, & amor tuus exhilarat illū. Beatius uir cuius eloquiū est tibi gratū, illius oīa impinguabunt adipe & pinguedine. Eloquium tuū sustentat animam imbecillum, & labia tua efusurientem animum refocillant. Gloria patri.

Paratum cor meum Dña paratū cor meū, laudes tibi psallere & cārare. Maior est charitas tua cunctis diuitijs, & gratia tua super aurū & lapidem pretiosum. Beatitudo & iustitia donantur a Deo, qui aut de peccatis cōuersi fuerint ad te, penitentia remedium consequent. Emisssiones tuæ gratia & pax, q aut tibi placuerit, procul fiet a perditione. Esto umbraculum protectionis in tentationibus nostris, expansio alarum tuarum defendat nos a deuorante. Gloria patri.

Domina laudē meā ne despexeris, & hoc dedatum tibi psalterium digneris acceptare. Respi ce uoluntatem cordis mei, & affectionē meā fac tibi beneplacentem. Propera ad uisitandum seruos tuos, sub tegumento manus tuæ illæsi cōseruentur. Illuminationem Spiritus sancti per te suscipiant, & refrigerium contra cupiditatis astū. Medere contritos corde Domina, & refouere eos unguento pietatis. Gloria patri.

Dixit Dñs Dña nostræ, sede mater mea a dextris meis. Bonitas & sanctitas placuerunt tibi, ideo regnabis meū in æternū. Corona immortalitatis in capite sancto tuo, cuius fulgor & claritas nō extinguet. Miserere nostri Dña mater luminis & splendoris, illumina nos Dña ueritatis et uirtutis. De thesauris tuis infunde nobis sapiām Dei, et intellectu prudentiā, ac formā disciplinæ.

Cōfitebor tibi Dña in toto animo meo, glorificabo te in tota mēte mea. Opa gratiæ tuæ cōmorabunt, et testm misericordiæ tuæ ante thronum Dei. Per te missa ē redēprio a Deo, populus penitēs habebit spem salutis. Intellectus bonus oibus

honorantibus te, & fors illorum inter angelos patris. Gloriosum & admirabile est nomen tuum, quod illud retinent, non expauescent in puncto mortis. Gloria patri, &c.

Beatus vir qui timet Dominam, & beatum cor quod diligit illam. Iucundus homo qui non fatiatur laudem tuam, & a relatu virtutum tuarum non fatigatur. Exortum est in corde illius lumen Dei, spiritus sanctus illuminat intelligentiam eius. Disperge Domine gratiam tuam pauperibus tuis, esurietes refoue & egenos. In memoria eterna sunt pro te nomina, ab auditu terribili non trepidet cor nostrum. Gloria, &c.

Laudate pueri matrem Dei, glorificate senes nomen eius. Benedicta sit Maria mater Christi, ipsa enim est via ad patriam sanctitatis. Excelsus super cherubim thronus eius, & sedes eius super cardines caeli. Super humiles uultus eius, & super considentes in ea aspectus illius. Misericordia eius super omnem carnem, & elemosyna illius usque ad extremum terrae. Gloria, &c.

In exitu animae meae de hoc mundo, occurre illa Domine, & suscipe eam. Consolare eam uultu sancto tuo, aspectus Daemonis non conturbet illam. Esto illi scala ad regnum caelorum, & iter rectum ad paradysum Dei. Impetra ei a patre indulgentiam pacis, & sedem lucis inter seruos Dei, saltine deuotos ante tribunal Christi, suscipe causam eorum in manibus tuis. Gloria, &c.

Dilexi matrem Dei Domini mei, & lux miserationum eius infulsit mihi. Circumdederunt me dolores mortis, & uisitatio Mariae latificauit me. Dolorum & periculi incurri, & recreatus sum gratia illius. Nomen eius & memoriale illius sit in medio cordis nostri, & non nocebit nobis ictus malignantis. Conuertere anima mea in laudem ipsius, & uenies refrigerium in nouissimis tuis. Gloria, &c.

Credidi propter quod locutus sum, gloriam tuam Domine orbi terrae. Copatere animae meae & dirige illam, dignare beneplacitum tuum insinuare illi. Statue illi restam pacis & dilectionis tuae, sicut illi ingenue moriamur tuis. De benedictione ueteris tui da mihi sustentationem, & de pinguedine gratiae tuae dulcora animam meam. Distrupe uincula peccatorum meorum, & de uirtutibus exorna faciem animae meae. Gloria, &c.

Laudate Dominam nram omnes gentes, glorificate eam omnes populi. Quia confirmata est super nos gratia, & misericordia eius, & ueritas illius permanet in aeternum. Qui digne coluerit illam iustificabitur, qui autem neglexerit illam, morietur in partibus suis. Labia angelorum enarrabunt sapientiam eius, & omnes ciues paradisi cantabunt eius laudem. Bono animo accedentes ad illam, non carpiemur ab angelo denegante. Gloria, &c.

Confitemini Domino quoniam bonus, confitemini matri eius quoniam in saeculum misericordia eius. Amor illius expellit peccatum a corde, & gratia illius expiat conscientiam peccatoris. Via ueniedi ad Christum est appropinquare ad illam, qui autem fugerit eam, non inueniet uiam pacis. Qui obduratus est in peccatis, saepe inuocet illam, & lux in suis tenebris oriatur. Qui tristatur in corde suo clamet ad illam, & dulcoranti stillentio inebriabitur. Gloria, &c.

Beati immaculati in uita, qui memorem Domini imitantur. Beati imitatores humilitatis eius, beati participes charitatis illius. Beati persecutores uirtutum illius, beati conformes imagini illius. Beati qui conceptum & partum illius uenerant, beati qui deuote ei famulantur. Beati qui in ea habent spem & confidentiam, beati qui pro illa suscipiunt felicitatem sempiternam. Gloria, &c.

Retribue seruo tuo Domine, uiuifica me & faciam uoluntatem tuam. Incola ego sum in terra, nihil abscondas mihi de amore tuo. Concupiuit anima mea, laudem tuam desiderare omni tempore. Tu enim salus mea in Domino, qui me morti adiudicatum liberaisti. Quid pro his retribuam tibi, nisi me totum? Domine suscipe me. Gloria, &c.

Legem pone mihi Domine uoluntatis tuae, sanctarum sanctissima exquiram eam semper. Deduc me in misericordiam tuam, mulierem pulcherrimam, quae ipsam uoluit. Inclina animam meam ad supernum amorem Domine, & non ad impudicitiam. Ecce concupiui castimoniam tuam a iuuetute mea, in misericordia tua confirma me. Et obseruabo uiam testimoniorum tuorum in saeculum, & scrutabor mandata filii tui quae dilexi. Gloria, &c.

Memor esto uerbi tui Domine primiceria, in quo mihi spiritus dedisti. Haec in tepestatum fluctibus potenter tenuit me, quia eloquium tuum uiuificauit me. Circumciderunt me uiri mendaces, & congregata sunt super me flagella, & ecce manus tua eripuit me. Concaui in bonis omnibus timoribus tuis, & custodiens obnoxie mandata tua. Misericordiam tuam plena est terra, ideo uiam iustificationum tuarum exquisiui. Gloria, &c.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, de qua gaudent angeli. Disciplinam morum tuorum & aequitatem tuam doce me, quia uerbis tuis per cunctis credidi. Bonum mihi quia onere tuo humiliasti me, ut sequar conuersationem tuam. Qui amat seruientes tibi uenerabunt, qui autem abominatus fuerit, eos tueris in aeternum. Veniant mihi semper desuper guttae clementiae tuae & uiuam, quia lex tua sancta meditatio mea est. Gloria, &c.

Defecit in semitis tuis anima mea Domine, & nisi miseraatio maxima esset, perissem utique in miseratione tua, uelut uter in pruina a te uisa est anima mea. Secundum bonitatem tuam uiuifica me, & non obliuiscar sermones tuos, quia tibi adherere bonum est. Dispositione tua perseuerat mundus, quem & tu cum Deo fundasti ab initio. Tuus totus ego sum Domine, saluum me fac, quoniam desiderabiles erant laudes tuae in tempore peregrinationis meae. Gloria, &c.

Quo dilexi legem tuam Domine, in conspectu meo semper. Suauitatem tuam affluetia cor meum alienauit a me, et caro mea mirabiliter exultauit in te. Quod dulcis peccatoribus eloquia tua Domine, super omnem melodiam refectio tua dulcis ori meo. Illuminatio gressibus meis uerbum tuum, et lumen ineffabile semitis meis. Quoties exasperauerunt me peccatores inferni, quia a charitate tua declinare nolui, ego autem speraui in te Domine. Gloria, &c.

Iniquos

Iniquos odio habui, & uiam tuam dilexi Domine gratiosa. Adiuua me & saluus ero Domine mundi, & meditabor honorificentiam mandatorum tuorum. Fac me semper stare in timore tuo, & non tradas me uirgo calumniantibus me. Vernaculus tuus sum ego, minimus in familia tua. Custodi me Domine a negligentibus iudicia iustitiae tuae. Contemnes omnes discedentes a seruitio tuo, quia iniusta est conuersatio eorum. Gloria patri, &c.

Mirabilia tua testimonia mater alma, & sermonibus tuis illuminatus est cor meum. Vultum tuum deprecabunt omnes diuites plebis, filia regum collaudant faciem tuam. Ardens uerbum labiorum tuorum uehementer, qui ad te properat percipiet illud. Arundo agitata sum in conspectu tuo, tene me Domine sub iugo tuo & non confundar. Seruientibus tibi plus alijs inuadunt dracones inferni, sed tu Domine defende nos. Gloria patri.

Clamaui in toto corde meo ad te Domine, de necessitatibus meis clementer eripe me. Vocem gemitus mei exaudi Domine mea, doce me ut acceptum sit apud te omni tempore. Longe a nescientibus te salus, qui autem praestat in obsequio tuo procul fiat a perditione. Misericordia tua rigat uniuersum, Domine in salutari tuo uiuifica me. Initium eloquiorum tuorum ueritas in aeternum, & legem tuam immaculatam non sum oblitus. Gloria patri.

Principes persecuti sunt me gratis, & ab inuocatione nominis tui trepidat spiritus malignus. Pax multa obseruatis nomen tuum mater Dei, & non est illis scandalum. Septenis horis decantauit tibi laudes Domine, iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Intret oratio mea in conspectu tuo, ut non derelinquam te Domine cunctis diebus uitae meae: quoniam uia tuae misericordiae & ueritas. Concupiscam in aeternum laudare te Domine, cum docueris me iustificationes tuas. Gloria, &c.

Ad Domine cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Domine libera nos ab omni malo, cunctis diebus uitae nostrae. Ceterum caput inimicorum nostrorum, pede insuperabilis uirtutis tuae. Ut exultauit spiritus tuus in Deo salutari tuo, sic ueram digneris infundere latitiam cordi meo. Ad Dominum accede rogatura pro nobis, ut pro te nostra peccata deleant. Gloria, &c.

Leuaui oculos meos ad te mater Christi, per quam uenit solatiu omni carni. Auxiliu tuum & gratiam tuam nobis impede, in omni tribulatione nostra. Custodi nos Domine uirgo Maria, ne peccatorum laqueo capiamur. Non dormit neque dormiet pupilla oculi tui, ut tua semper custodia protegamur. Angelorum & hominum te laudat omnis lingua, & ante te omnia genua curuantur. Gloria, &c.

Lectatus sum in te Regina caeli, quia te duce in domum Domini ibimus. Hierusalem celestis ciuitas, ad Mariae premia ueniamus. Pacem & indulgentiam uirgo nobis impetra, & palmam de hostibus & triumphum. Conforta & consolare cor nostrum, tuam dulcedine pietatis. Sic Domine nobis infunde clementiam, ut deuote in Domino moriamur. Gloria patri.

Ad te leuaui oculos meos Regina quae regnas

in caelis. Adiutorium nostrum in uirtute sit nobis tui, per te omnia opera nostra dirigant. Benedicta sis in caelo, & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Benedicta sit fecunditas tua, benedicta sit uirginitas, & munditia tua. Benedictum sit corpus tuum sanctum, benedicta sit anima tua sanctissima. Gloria, &c.

Nisi quia Domine nra erat in nobis, inuenissent nos pericula multa. Esto uirgo defensatrix nostra, & ante Deum aduocata propitia. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & conforta nos in seruitio tuo. Benedicta te sancti angeli in caelo, benedicat te omnes homines super terram. Non tradas bestiis animas consuetudini tibi, ora te canentium non obtulerunt. Gloria, &c.

Qui confidunt in te mater Dei, non timebunt a facie inimici. Gaudete & exultate omnes qui diligitis eam, quia adiuuabit uos in die tribulationis uestrae. Reminisce miserationum tuarum Domine, & releua peregrinationem incolatus nostri. Conuerte amabilem uultum tuum super nos, confunde & destrue omnes inimicos nostros. Benedicta sint omnia opera manuum tuarum Domine, benedicta sint omnia sancta miracula tua. Gloria, &c.

In conuertendo faciem tuam serenissimam super nos, latificabis nos uirginea mater Dei. Benedicta sis o sacrarum Christi, pro cunctis mulieribus super terram. Benedictum sit gloriosum nomen tuum, quod os Domini mirabiliter nominauit. Non deficiat laus tua de labiis nostris, nec charitas tua de precordiis nostris. Qui te diligunt benedicantur a Deo, & qui te uolunt diligere non defraudentur a fide. Gloria, &c.

Nisi Domine adificaueris domum cordis nostri, non permanebit aedificium eius. Aedifica nos gratia & uirtute tua, ut maneamus firmi in perpetuum. Benedictum sit eloquium tuum, & benedicta sint omnia uerba oris tui. Benedictum sit a Deo quod te benedicunt, & in iustorum numero computentur. Benedic Domine te benedicentes, & ne unquam auertas ab eis gratiosum uultum tuum. Gloria, &c.

Beati omnes qui timet Domine nram, & beati omnes qui sciunt facere uoluntatem tuam & beneplacitum tuum. Benedicti sunt pater & mater qui te genuerunt, quorum memoria permanet in saeculum. Benedictus est ueter qui te portauit, & benedicta sint uerba quae te lactauerunt. Conuerte misericordiam tuam super nos, & despicibilis esto super seruos tuos. Intuere & respice opprobrium nostrum, aufer a nobis cunctas iniquitates nostras. Gloria, &c.

Sape expugnauerunt me a iuuetute mea inimici mei, libera me Domine & uindicta me ab ipsis. Ne des illis partem in animam meam, custodi omnia interiora & exteriora mea. Obtine nobis ueniam peccatorum, pro te spiritus sancti gratia nobis det. Fac nos digne, & laudabiliter poenitere, ut beato sine ad Deum ueniamus. Placatum tunc & serenissimum, nobis ostende gloriosum fructum uentris tui. Gloria patri.

De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi uocem meam. Fiat aures tuae intendentes, in uocem laudis & glorificationis tuae. Libera me de manu aduersariorum meorum, confunde ingenia & conatus eorum contra me. Erue me in die mala, & in die mortis ne obliuiscaris animam meam. Deduc me ad portum salutis, inter iustos scribe nomen meum. Gloria, &c.

Domina non est exaltatum cor meum, neque sublimari sunt oculi mei. Benedixit te Dominus in uirtute sua, qui per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Benedictus sit qui te sanctificauit, & mundam de matris utero te produxit. Benedixit tibi qui te obumbravit, & tua gratia te fecerit datur. Benedic nos Domina, & conforta nos in gratia tua, ut per te ante conspectum Domini presentemur. Gloria patri.

Memento Domina David, & omnium inuocantium nomen tuum. Da nobis in noie tuo fiducia, & confundant aduersarij nostri. Consolare nos in terra peregrinationis nostre, & releua paupertatem nostram. Da nobis panem lachrymarum uirgo sancta, & dolore peccatorum in terra incolatus nostri. Redde nobis propitium benedictum fructum uentris tui, ut Spiritus sancti gratia repleamur. Gloria patri &c.

Ecce quod bonum & quod iucundum, Maria diligere nomen tuum. Unguentum effusum & aromaticum est nomen tuum, diligentibus ipsum. Quoniam magna multitudo dulcedinis tuae Domina, quam parafasti diligentibus & sperantibus in te. Esto refugium pauperum in tribulatione, quia tu es baculus pauperum & miserorum. Inueniant (quasi) gratiam apud Deum, qui te in suis necessitatibus inuocabunt. Gloria patri.

Ecce nunc benedicite Domina, omnes qui speratis in noie sancto eius. Gaudete gaudio magno, quod exultatis & glorificatis eam, quia letabimini ab ubertate consolationis eius. Ecce nunc inuadente ubertate declinabit in uos, ad consolandum & iustificandum corda uestra. Benedicite illam omnes serui eius, & memoriale sit in desiderio anime uestrae. Benedicite illam omnes angeli & sancti Dei, laudate in saecula mirabilia eius. Gloria patri &c.

Laudate nomen Domini, benedicite nomen Mariae matris eius. Mariae praecamina frequentate, & suscitabit uobis uoluptates sempiternas. In astra coerita ueniamus ad illam, & non stimulat nos cupiditas peccati. Qui cogitat de illa in tranquillitate mentis, inueniet dulcorem & requiem pacis. Respiremus ad illam in finitione nostra, & reserabit nobis atria triumphantium. Gloria patri.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam niam per suam dulcissimam matrem uirginem Mariam datur misericordia eius. Impetra nobis Domina amicitiam Iesu Christi, & custodi ne perdamus innocentiam nostram. Comprime hostem nostrum imperio tuo, ne feriat in nobis uirtutem charitatis. Bona naturalia conserua in nobis, & bona gratiae per te multiplicentur. Illumina uias & semitas nostras, ut noscamus quae beneplacita sunt Deo. Gloria patri &c.

Super flumina babilonis steterunt Hebraei, non uero super iniquitates nostras lugeamus. Clamemus humiles ad puerperam uirginem, offeramus ei planctus & suspiria nostra. Non inuenit propitiatio sine illa, nec salus sine fructu illius. Per illam peccata purgantur, & per fructum illius anime dealbantur. Per illam sit satisfactio peccatis, per fructum illius sanctas condonatur. Gloria patri.

Confitebor tibi Domina in toto corde meo, quia per te expertus sum clementiam Iesu Christi. Audi Domina uerba mea & preces meas, & in conspectu Angelorum cantabo tibi laudes. In quacumque die inuocauero te exaudi me, & multiplica uirtutem in anima mea. Confiteantur tibi omnes tribus & linguae, quia per te salus restituta est nobis. Ab omni perturbatione libera seruos tuos, & fac eos uiuere sub pace & protectione tua. Gl. p.

Domina probasti me & cognouisti me, ruinam & transgressionem meam. Copiosa facta est super me clementia tua, & dilatata est super me clementia. Impsectum meum aspexit oculus tuus, & palpebra tua nouerunt uias meas. Affluentia desiderij sancti habeamus a Spiritu sancto, & macula peccati non turpet conscientiam nostram. Serenet corda nostra lux misericordiae tuae, & recreat nos tuae pacis dulcedo. G.

Eripe me Domina ab omni malo, & ab hoste inferni defende me. Contra me tetendit arcum suum, & in fraude sua insidiat mihi. Constringe uires eius malignas, & obtunde potenter astutias eius. Conuerte iniquitatem ipsius in uerticem illius, & in foueam quam fecit eadat festinanter. Nos autem exultemus in seruitio tuo, & in tuis laudibus gloriemur. Gloria patri &c.

Domina clamaui ad te exaudi me, intende orationi meae & postulationi meae. Dirigatur obsecratio mea uelut incensum coram facie tua, & in tempore serotini sacrificij & maturini. Non declinet cor meum in uerbis malignatibus, & nequitiae cogitatus non subuertat sensum meum. Fac me asperire beneplacito cordis, & tuis actionibus confortari. Gladio intelligentiae reuerbera cor meum, & igniculo charitatis inflama mentem meam. Gl. p.

Voce mea ad Domina clamaui, ipsamque humiliter deprecatus sum. Effudi in conspectu eius lachrymam meam, & dolorem meum sibi exposui. Insidiat hostis calcaneo meo, extendit contra me rete suum. Adiuua me Domina ne corruam coram eo, fac ut conteratur sub pedibus meis. Educ de carcere animam meam, ut confiteatur tibi, & psallat Deo forti in perpetuum. Gl. p.

Domina exaudi orationem meam, percipe tuis auribus supplicationem meam. Persecutus est malignus uitam meam, deposuit in terra conuersationem meam. Denigravit me caligine sua, & anxius est nimis spiritus meus. Ne auertas faciem tuam a me, ut non corruam cum descendentibus in lacum. Emitte lucem tuam & gratiam tuam, & repara denuo uitam meam & conscientiam meam. Gloria patri &c.

Benedicta sis Domina quae instruis seruos tuos ad prelium, & eos roboras contra inimicum. Fulgure & coruscatione dissipas illum, mitte iacula tua ut confundas illum. Clarifica de alto matrem tuam, & cantent serui tui laudem & gloriam tuam. Eleua de terrenis affectionem nostram, de sempiternis delictis recede uiscera nostra. Concupiscentiam superiorum accende in cordibus nostris, & de gaudijs paradisi uelis nos recreare. Exaltabo

Confitebor tibi Domina, quoniam per te placatus est mihi Dominus, & consolatus est me. Ecce Domina saluatricem meam, fiducialiter agam in te & non timebo. Quia fortitudo mea, & laus mea in Domino es tu, & facta es mihi in salutem. Hauriam aquas in gaudio de riuulo, & semper inuocabo nomen tuum. Notas facite in populis uirtutes Dominae nostrae, quia excelsum est ualde nomen eius. Exulta & lauda totum genus humanum, quia talem dedit tibi mediatricem Dominus Deus tuus. Gloria patri, &c.

Ego dixi circa dimidium dierum meorum, uadam ad Mariam, ut me Christo reconciliet. Quasi residuum annorum meorum, in amaritudine anime meae. Generatio mea ablata est, quia pater, & mater, & omnia dereliquerunt me. Maria autem assumpsit me. Sperabam in illa mane, sero, & meridie, quasi leo sic contriuit omnia ossa peccatorum meorum. Et tu Domina eruisi animam meam, ut non periret, & de manu canis unicum meam. Domina saluum me fac, & laudem tuam cantabo cunctis diebus uitae meae. O pia mater Domini mei. Gloria, &c.

Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Domina mea. Quia fecit mihi magna qui potens est, per Mariam matrem eius. Non est sancta ut es Domina nostra, quae sola supergressa es uniuersas. Recedant ergo uetera de ore nostro, & linguis loquamur nouis. Exulta & lauda Mariam Syon & Hierusalem, quia maxima in domibus Israel. Ipsa pauperem facit & ditat, humiliat & sublimat. Altior caelo, terra latior est haec Domina nostra. Gloria, &c.

Cantemus Domine gloriosae uirgini Mariae, in hymnis & confessionibus benedicamus eam. Domina nostra omnipotens post Deum nomen eius, currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Dextera tua Domina magnificata est in fortitudine, quia in multitudine misericordiae tuae strauisti aduersarios meos. De ore leonis liberasti me Domina, & tanquam infantem genitum mater suscepisti me. O Domina charissima mea, uelut gallina tege me mirabili possessione tua. Tuus totus ego sum, & omnia mea tua sunt uirgo super omnia benedicta. Ponam te sicut signaculum super cor meum, quia fortis est, ut mors dilectio tua. Gloria, &c.

Domina audiui auditionem tuam & obstupui, consideravi opera tua, & expaui. Domina opus tuum circa medium annorum uiuificasti illum. Confitebor tibi Domina quia abscondisti haec a sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Operuit caelos gloria tua, & misericordia tua pleua est terra. Egredia es Virgo in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. O benedicta in manibus tuis est reposita nostra salus, recordare pia paupertatis nostrae. Quae uis, ipse saluus erit, & a quo auertis uultum tuum, uadit in interitum. Gloria, &c.

Audite

Exaltabo te mater filij Dei, & per singulos dies cantabo laudes tuas. Generatio & populi laudabunt opera tua, & misericordiam tuam insulam expectabunt. Abundantiam dulcoris tui Angeli eructabunt, & suauitatem tuam sancti pronuntiabunt. Oculi nostri sperant in te Domina, mitte nobis cibum & escam delectantem. Laudationem tuam loquatur lingua mea, & benedicam te in saeculum saeculi. Gloria, &c.

Lauda anima mea Dominam, glorificabo eam quoad uixero. Nolite cessare a laudibus eius, & per singula momenta recogitate illam. Cum exierit spiritus meus Domina sit tibi commedatus, & in terra ignota praesta illi ducatum. Non conturbent eum culpa prius commissae, nec inquietent ipsum occursum malignantis. Perduc eum ad portum salutarem, ibi praestoletur securae aduentum redemptoris. Gloria, &c.

Laudate Dominam quoniam bonus est Psalmus, iucunda & decora sit illi nostra laudatio. Ipsa enim medetur contritos corde, & refouet eos unguento pietatis. Magna est uirtus illius, & clementia eius nullum habebit finem. Precinuite ei in iubilatione, & in confessione psalmum canite illi. Beneplacitum est ei super timentes Deum, & in eis qui sperant de misericordia eius. Gloria, &c.

Lauda Hierusalem Dominam, glorifica illam etiam o Syon. Ipsa enim construit muros tuos, & filios tuos benedicet. Gratia sua te inpinguat, pacemque donat terminis tuis. Emitte uerbum suum altissimum, & uirtus eius obumbrabit illi. Leuemus corda nostra cum manibus ad illam, ut suam influentiam sentiamus. Gloria, &c.

Laudate Dominam nostram de caelis, glorificate eam in excelsis. Laudate eam omnes homines & inuenta, uolucres caeli & pisces maris. Laudate eam Sol & Luna, stella, & circuli planetarum. Laudate eam Cherubim, & Seraphim, Throni, & Dominationes, & Potestates. Laudate eam omnes legiones Angelorum, laudate eam omnes ordines spirituum superiorum. Gloria, &c.

Cantate Dominae nostrae canticum nouum, laus eius in congregatione inferiorum. Latentur caeli de gloria eius, insulae maris, & totus orbis. Aqua & ignis laudent eam, frigus & aestus, splendor & lumen. Exultationes eius in gutture iustorum, & laudes eius in cantu triumphantium. Ciuitas Dei iucundare in illa, & pro incolis tuis frequenta illi carmen. Gloria, &c.

Laudate Dominam in sanctis eius, laudate eam in uirtutibus & miraculis eius. Laudate eam ceterus Apostolorum, laudate eam chori Patriarcharum, & Prophetarum. Laudate eam exercitus Martyrum, laudate eam turmae Doctorum, & Confessorum. Laudate eam in collegio uirginum, & continentium, laudate eam ordines Anachoritarum, & Monachorum. Laudate eam conuentus religiosorum omnium, laudate eam omnes anime ciuium superiorum. Omnis spiritus laudet Dominam nostram. Gloria, &c.

Audite caeli quae loquar de Maria, audiat terra uerba oris mei. Magnificare ipsam mecum semper, & exaltemus nomen eius in saeculum saeculi. Generatio praua atque peruersa, agnosce Domine nosstram saluatricem tuam. Nunquid non ipsa est mater tua, quae possedit te, & in fide generauit te? Si hanc dimittis non es amicus summi Caesaris, quoniam ipse sine ea non saluabit te. Utinam scieris, & intelligeres, ac nouissima prouideres. Quem admodum infans sine nutrice non potest uiuere, ita nec sine Domina nostra potes habere salutem. Sicut ergo anima tua ad ipsam, tene eam nec dimitte, donec benedixerit tibi, repleatur os tuum laude sua, decanta tota die magnificentiam eius. Gloria patri, &c.

Benedicite omnia opera Domini gloriosa, laudate & superexaltate eam in saecula. Benedicite Angeli Dominae nostrae, benedicite caeli Domine nostrae. Benedicite omnis creatura Domine nostram, quam Rex sic uoluit benedici. Benedicite sis o summi Regis filia, quae odore praesens cuncta lilia. Benedicite sis corona dominarum omnium, benedicite sis gloria Hierusalem. Odor tuus sicut agri pleni, cui benedixit Dominus: qui in benedictes te redundat irrigans omnia intima eorum. Qui benedixerit tibi o uirgo beata, sit ille iugiter benedictus. Qui maledixerit tibi rosa candidissima, sit ille male dictus. Non recedat de domo seruorum tuorum, uini & olei abundantia. In nomine tuo omne genua flectatur, caelestium terrestrium & infernorum. Benedicamus Deum qui te creauit, benedictus uterque; parens qui te generauit. Benedicite sis Domina in caelo & in terra, laudabilis & gloriosa & superexaltata in saecula. Gloria.

Benedicite sis Domina & mater Dei mei Israel, qui per te uisitauit & fecit redemptionem plebi suae. Et crexit unicornu salutaris castitatis tuae, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os Isaiae, & aliorum sanctorum Prophetarum eius. Salutare ex inimicis praesta uirginum uirgo, & de manu omnium qui nos oderunt pacem nobis tribue. Et fac misericordiam, pro parentibus & nobis, ut memor sis testamenti omnipotentis Dei. Quod iurauit ad patres nostros, Abraham & semini eius in saecula. Sic sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, quiete seruiemus illi in sanctitate, & iustitia coram te omnibus diebus nostris. Et tu Maria, propheta Dei uocaberis, quoniam nouisti quod respexit humilitatem ancillae tuae. Per quam dedit scientiam salutis plebi eius, in remissione peccatorum eorum. Per uiscera multitudinis misericordiae tuae, uisita nos stella matutina oriens ex alto. Illumina tenebras sedentium in umbra mortis, & eas luce dilectissimi filij tui digneris illustrare. Miserere misericordiae mater nobis miseris peccatoribus, qui retroacta peccata penitere negligimus, ac multa quoti die penitenda committimus. Gloria patri, &c.

Te matrem Dei laudamus, te Mariam uirginem profitemur. Te aeterni patris sponsam omnis

terra ueneratur. Tibi omnes Angeli & Archangeli, tibi Throni, & Principatus fideliter deseruiunt. Tibi omnes Potestates, & omnes Virtutes caeli caelorum, & uniuersa Dominationes obediunt. Tibi omnes Chori, tibi Cherubim & Seraphim exultantes assistunt. Tibi omnis Angelica creatura incessabili uoce proclamant. Sancta, sancta, sancta Maria Dei genitrix mater & uirgo. Pleni sunt caeli & terra maiestatis gloriae fructus uentris tui. Te gloriosus Apostolorum chorus, sui creatoris matrem collaudat. Te beatorum Martyrum coetus candidatus, Christi genitricem glorificat. Te gloriosus Confessorum exercitus, Trinitatis templum appellat. Te sanctarum Virginum chorea amabilis, uirginitatis, & humilitatis exemplum praeferat. Te tota caelestis curia Reginam honorat. Te per uniuersum orbem Ecclesia inuocando concelebrat. Matrem Diuinae maiestatis. Venerandam te ueram Regis caelestis puerperam, sanctam quoque dulcem & piam. Tu Angelorum Domina, tu paradisi ianua. Tu scala regni caelestis, & gloriae tu thalamus tu arca pietatis & gratiae. Tu uena misericordiae, tu sponsa & mater Regis aeterni. Tu templum & sacrarium Spiritus sancti, torus beatissimae Trinitatis nobile triclinium. Tu mediatrix Dei & hominum, amatrix mortalium caelestium illuminatrix. Tu agonizatrix pugnantium, aduocata pauperum, miseratrix & refugium peccatorum. Tu erogatix munerum, separatrix, ac terror Daemonum, & superbiorum. Tu mundi Domina caeli Regina, post Deum sola spes nostra. Tu salus te innocantium, portus naufragantium, miserorum solatium, pereuntium refugium. Tu mater omnium beatorum, gaudium plenum post Deum, omnium supernorum ciuium solatium. Tu promotrix iustorum, congregatrix errantium, promissa Patriarcharum. Tu ueritas Prophetarum, praeconium & doctrix Apostolorum, magistra Euangelistarum. Tu fortitudo Martyrum, exemplar Confessorum, honor & festiuitas uirginum. Tu ad liberandum exulem hominem, filium Dei suscepisti in utero. Per te expugnato hoste antiquo, sunt aperta fidelibus regna caelorum. Tu cum filio tuo sedes ad dexteram patris, tu ipsum pro nobis roga uirgo Maria, quae nos ad iudicandum credimus esse uenturum. Te ergo poscimus nobis tuis famulis subueni, qui precioso sanguine filij tui redempti sumus. Aeterna fac pia uirgo, cum sanctis tuis nos gloria numerari. Saluum fac populum tuum Domine, ut simus participes hereditatis filij tui. Et rege nos, & custodi nos in aeternum. Per singulos dies o pia te salutamus. Et laudare te cupimus usque in aeternum, mente & uoce. Dignare dulcis Maria, nunc & semper nos sine delicto conseruare. Miserere pia nobis, miserere nobis. Fiat misericordia tua magna nobiscum, quia in te uirgo Maria confidimus. In te dulcis Maria speramus, nos defendas in aeternum. Te decet laus, te decet imperium, tibi uirtus & gloria in saecula saeculorum amen.

Quicumque

Quicumque uult saluus esse, ante omnia opus est, ut teneat de Maria firmam fidem. Quia nisi quisque integram inuiolatamque serauerit, absque dubio in aeternum peribit. Quoniam ipsa sola uirgo manens peperit, sola cunctas haereses interemit. Confundatur, & erubescat Hebraeus, qui dicit Christum ex Ioseph semine esse natum. Confundatur Manichaeus, qui dicit Christum fictum habere corpus. Palleat omnis, qui hoc ipsum aliunde non de Maria dicit assumpsisse. Idem namque filius qui est patris in diuinis unigenitus, & uerus unigenitus uirginis Mariae filius, in caelis sine matre, in terris sine patre. Nam sicut anima rationalis & caro propter unionem de homine uere nascitur, ita Deus & homo Christus, de Maria uirgine uere generatur, induens carnem de carne uirginis, quia sic genus humanum redimi congrebat. Qui secundum diuinitatem equalis patri, secundum uero humanitatem minor patre. Conceptus in utero uirginis Mariae Angelo annunciante de Spiritu sancto, non tamen Spiritus sanctus est pater eius. Genitus in mundum sine pena carnis uirginis matris, quia sine delectatione carnis conceptus. Quem lactauit mater ubere de caelo pleno, quem circumflant Angeli obstericum uice, nuncios pastoribus gaudium magnum. Hic a Magis muneribus adoratus, ab Herode in Aegyptum fugatus, a Ioanne in Iordane baptizatus, traditus, captus, flagellatus, crucifixus, mortuus, & sepultus. Cum gloria resurrexit, ad caelos ascendit. Spiritum sanctum in discipulos, & in matrem misit. Quam demum ipse in caelum assumpsit, & sedet ad dexteram filij, non cessans pro nobis filium exorare. Haec est fides de Maria uirgine, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de caelis Deus Mariae conditor gloriosus, miserere nobis.

Fili redemptor mundi Deus Mariae nobilis fecundator, miserere nobis.

Spiritus sancte Deus Mariae mirabilis obumbrator, miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, qui Mariam glorificas, miserere nobis.

S. Maria, quae totum mundum illuminas, ora pro nobis.

S. Maria, quae tuos seruos exaltas. ora pro nobis.

S. Maria, quae pro peccatoribus supplicas. ora pro nobis.

S. Maria, illuminatrix cordium. ora pro nobis.

S. Maria, fons misericordiae. ora pro nobis.

S. Maria, splendor sanctae Ecclesiae. ora pro nobis.

S. Maria, ab Angelo salutata. ora pro nobis.

S. Maria, per Spiritum sanctum obumbrata. ora pro nobis.

S. Maria, in caelis glorificata. ora pro nobis.

S. Maria, rosa neris speciosa. ora pro nobis.

S. Maria, uitis frondens generosa. ora pro nobis.

S. Maria, dulcis uirgo & speciosa. ora pro nobis.

S. Maria, a Deo patre sponsa electa. ora pro nobis.

S. Maria uerbi Dei mater praelecta. ora pro nobis.

S. Maria a Spiritu sancto procreta. ora pro nobis.

S. Maria quae Deum in utero concepisti. ora pro nobis.

S. Maria quae Deum & hominem genuisti. ora pro nobis.

S. Maria uirgo uirginum signifera. ora pro nobis.

S. Maria uirgo Iesse Christifera. ora pro nobis.

S. Maria arbor uitae fructifera. ora pro nobis.

S. Maria foeminarum pulcherrima. ora pro nobis.

S. Maria humilium humillima. ora pro nobis.

S. Maria sanctarum sanctissima. ora pro nobis.

S. Maria super omnes diligentius amanda. ora pro nobis.

S. Maria super omnes excellenti magnificentia. ora pro nobis.

S. Maria mater conditoris. ora pro nobis.

S. Maria mater redemptoris. ora pro nobis.

S. Maria mater saluatoris. ora pro nobis.

S. Maria mater mundo desiderabilis. ora pro nobis.

S. Maria inferis terribilis. ora pro nobis.

S. Maria mater amabilis. ora pro nobis.

S. Maria uirgo plena gratia. ora pro nobis.

S. Maria uirgo plena clementia. ora pro nobis.

S. Maria pia fundens solatia. ora pro nobis.

S. Maria flos & decus uirginalis. ora pro nobis.

S. Maria fluminis sapientialis. ora pro nobis.

S. Maria splendor & lux orientalis. ora pro nobis.

S. Maria uirtutum caeli Regina. ora pro nobis.

S. Maria domus Dei cypresina. ora pro nobis.

S. Maria caeli fenestra cristallina. ora pro nobis.

S. Maria perpetua lucis aurora. ora pro nobis.

S. Maria uirgo pulchra & decora. ora pro nobis.

S. Maria melodia dulcis & sonora. ora pro nobis.

S. Maria deliciarum Dei dapifera. ora pro nobis.

S. Maria caelestis curiae pincerna. ora pro nobis.

S. Maria paradisi porta peruia. ora pro nobis.

S. Maria placitum Dei umbraculum. ora pro nobis.

S. Maria uirginum noua exultatio. ora pro nobis.

S. Maria mulierum prima benedictio. ora pro nobis.

S. Maria miserorum pia consolatio. ora pro nobis.

S. Maria uera salus & beatitudo. ora pro nobis.

S. Maria charitatis magnitudo. ora pro nobis.

S. Maria pietatis latitudo. ora pro nobis.

S. Maria mater orphanorum. ora pro nobis.

S. Maria mamilla paruulorum. ora pro nobis.

S. Maria consolatio afflictorum. ora pro nobis.

S. Maria cui Angeli obediunt & obsecrant, ora pro nobis.

S. Maria nobilis Regina caelorum. ora pro nobis.

S. Maria cui sancti & sanctae congaudent, & gratulantur. ora pro nobis.

S. Maria quae omnia laudant & uenerantur. ora pro nobis.

Propicia esto. parce nobis Domina. lib. nos Domina.

Propicia esto. lib. nos Domina.

Ab omni malo. lib. nos Domina.

Ab omni mala tentatione. lib. nos Domina.

Ab ira & indignatione Dei. lib. nos Domina.

A periclitatione & desperatione. lib. nos Domina.

A superbia praecipitante. lib. nos Domina.

Ab auaritia deuastante. lib. nos Domina.

A peccato ire & inuidiae cruciante. lib. nos Domina.

A carnis tentatione undique anxiate. lib. nos Domina.

A pro gula & castrimargiae commaculatae. lib. nos Domina.

Ab incurfu hostis malignantis. lib. nos Domina.

Per dul-

EIVSDEM SERAPHICI

DOCTORIS TRACTATUS,

QVI CORONA B. MARIE

VIRGINIS INTITVLATVR.

Corona beatæ Mariæ virginis.



Um iucunditate memo-
riam nois Mariæ celebra-
mus, vt ipsa pro nobis in-
tercedat ad Dominum no-
strum Iesum Christum.
Amé. Gaude virgo Maria
mater Christi, quæ per au-
rem concepisti Gabriele
nuncio. Iesus fructus ven-

tris tui, per te detur nobis frui, in perheni gau-
dio Amen. Amen. Ave maria. psalm. Magnificat.

Mediatrix Dei & hominũ, tu dignè magnifi-
cas Dominũ, quæ sola concepisti filiũ, qui est ve-
ra salus humilium: hinc omnium Deum quaren-
tium generatio, te beatã dicere, & deuote saluta-
re debet discens. Ave Maria: vsq; tui. Ref. Et bea-
tus venter qui te portauit Domine Iesu Christe;
& beata vbera q̄ suxisti. O igitur mediatrix no-
stra Maria mater gratiæ, mater misericordiæ pro
nobis quæsumus intercede, vt verã compunctio-
nis & deuotionis gratiam nobis inspirare digne-
tur dilectissimus filius tuus Dominus noster Ie-
sus Christus. Qui cum &c: Gaude quia Deo ple-
na, peperisti sine pena, cum pudoris lilio. Iesus
fructus &c. An. Alma. Psal. Ad Dñm cum. Amé.

Alma redemptoris mater eximita, qui tã egressus
claustra virginea: cũ his pacificus factus est
incola, a quibus dura percellus est verbera, vnde
digna es o virgo puerpera: vt omnis creatura te
veneretur, & benedicat dicens. Ave, Ref. Et bea-
tus. O igitur alma virgo Maria mater Dei dignis-
sima, pro nobis quæsumus intercedere valea-
mus: præstante eodem Domino Iesu Christo be-
nedictio filio tuo: Qui cum patre & spiritu san-
cto &c. Gaude quia tui nati, quem dolebas mor-
tem pati, fulget resurrectio. Iesus &c. An. Re-
gina cœli. Psal. Retribue seruo, Amen.

Regina cœli letare cum iubilo: nam qui pende-
bat in crucis patibulo; surrexit verè summo dilu-
culo; omni ablato contemptus obproprio: vnde
dignè ois homo, cũ gaudio tibi congratulari &
benedicere debet dicens: Ave ma. Ref. Et beatus
venter &c. O igitur Regina cœli dignissima, ora pro
nobis Deũ, & Dñm nostrũ Iesum Christũ, vt nos
resurrectionis suæ participes efficiat, in presenti
per gratiã, & in futuro per gloriam. Qui cũ &c.
Gaude Christo ascendente, & in cœlũ te vidente,
motu fertur proprio. Iesus fructus &c. Antiph-
na. Imperatrix. Psal. In conuertendo. Antiph-
Imperatrix

Per dulcorẽ & gaudiũ de Xpi incarnatione. l. n. D.
Per dolorẽ & angustia de illius passione. lib. n. D.
Per gaudium & miraculum de illius resurrectione. lib. n. D.

Per fidẽ tuã de spiritu facti missione, lib. n. D.
Per gaudiũ & leticia de illius ascensione. lib. n. D.
Per gaudiũ & leticia de tua coronatione. li. n. D.
In hora mortis deustante. lib. nos Domine,
In iudicis districto examine. lib. nos. Domine,
Ab inferni horribili crucianime. lib. nos Domi.

Eccatores. Te rogamus audi nos
Pv sanctam Ecclesiã piissimã Domina con-
seruare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt iustis gloriam, peccatoribus gratiam impe-
trare digneris. Te ro.

Vt tribulatis consolationem, captiuis liberatio-
nem impetrare digneris. Te ro.

Vt famulos & famulas tibi deuotè seruientes cõ-
solari digneris. Te ro.

Vt populum christianum filij tui præcioso san-
guine redemptum conseruare digneris. Te ro.

Vt cunctis fidelibus defunctis requiem æternam
donare digneris. Te ro

Mater Dei. Te rogamus audi nos.

Mater charissima & Dña nra miserere nobis; &
dona nobis perpetuã pacẽ Amé. Kyrie eleison

Christe eleison Kyrie eleison. Pater noster.
Et ne nos inducas intimationem.

Ego dixi domina miserere mei sana, animã meã
quia peccavi tibi. Conuerte misericordiam tuã
super nos; & deprecabilis esto super seruos tuos.

Ostende potentia tuã cõtra inimicos nostros;
vt iustificeris in nationibus populorum. Miserere
seruorum tuorum, super quos inuocatum est no-
men tuum; & ne sinas angustiari eos in tentatio-
nibus suis. Ne proicias nos in tempore mortis
nostræ, & succurre animæ cum deseruerit corpus
suum. Esto nobis Domina turris fortitudinis; &
petra durissima contra inimicum. Adiuua me
Domina, ne corruam coram eo; fac vt contera-
tur sub pedibus meis. Exaudi orationẽ meam;
& deprecationem meam; & contempescant aduer-
sarij mei. Oremus.

Omnipotens sempiternus Deus, qui pro nobis de
castissima Virgine Maria nasci dignatus es: fac
nostibi casto corpore seruire, & humili mente
placere.

Oramus etiam te piissima virgo Maria, mundi
Regina & angelorum Domina: ut eis quos in
purgatoris ignis examinat; impetres refri-
gerium, peccatoribus indulgentiam: & iu-
stis perseverantia in bono. Nos quo-
que fragiles ab omnibus instan-
tibus defende periculis.

Per dominum no-
strum Iesum
Christum.

det nobis dominus suam benedictionem, Amen.

Letio prima.

Apprehedit Pilatus Iesum, & flagellauit eũ;
& milites plectentes coronã de spinis, im-
pulerunt capitũ eius, & ueste purpurea cir-
cũdederunt eũ; & ueniebãt ad eũ & dicebãt; aue
Rex iudeorũ: & dabant ei alapas, & expuerunt
in eũ; acceperunt arundinẽ & percutiebãt caput
eius. Tu aut. Ref. Ecce uidimus eũ nõ hãre spẽm
neq; decorẽ, aspectus eius in eo non est, hic pctã
nra portauit, & pro nobis dolẽs. Ipse aut uulnera
nra est pp iniquitates nras; cuius linore sanati su-
mus. Ver. Verẽ lãguores nros ipse abstulit, & isir-
mitatem nras ipse portauit. Ipse. Iube. Bene. Per
uirtutem sanctæ crucis, perducatur nos Domi-
nus ad gaudia ueræ lucis. Amen.

Letio. II.

Uiceperunt ergo milites Iesum & eduxerunt;
& baiulans sibi crucem, exiit in eũ qui dice-
tur caluarie locus; hebraice aut golgatha:
ubi eũ crucifixerunt; & eũ eo alios duos hinc & in-
de: medium aut Iesum. Iesus aut dicebat. Pater
dimitte illis. Non. n. scit quid faciat. Tu autem.
Ref. O uos omnes qui transitis per uia, attendite
& uidete: Si est dolor similis ut dolor meus. Ver.
Attendite uniuersi populi, & uidete dolorẽ meũ.
Si est dolor. Iube. Bene. Sãgumis Christi aspersio,
sit nobis sempiterna salus & protectio. Amen.

Letio. III.

Postea sciens Iesus, quia oia cõsumata sunt, ut
impleret scriptura dixit. Sitio. Vas ergo erat
positũ plenu aceto. Illi ergo spongia plenam
aceto hyssopo circumponetes; obtulerunt ori eius.
Et eũ accepisset acerũ; dixit. Consumatũ est: & in-
clinato capite tradidit spiritũ. Tu aut. Ref. Tene
brę factę sunt dũ crucifixissent Iesũ Iudei. Et cir-
ca horã nonam exclamauit Iesus uoce magna:
Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?
Et inclinato capite, emisit spiritum. Ver. Excla-
mas Iesus uoce magna aut: pater in manus tuas
comendo spiritum meũ. Et inclinato. Gloria pa-
tri. Et. Ad laudes. Deus in adiutorium meum in-
tende &c. Antiphona. Contumelias. Psalmus.

Vsquequo Dñe obliuisceris me in fine? usque-
quo nõ auertis faciẽ tuã a me? Quãdiu ponã cõ-
silia in aia mea? dolorem in corde meo per diẽ?
Vsquequo exaltabit inimicus meus super me? re-
spice & exaudi me Domine Deus meus. Illumi-
na oculos meos, ne unq; obdormiã in morte; ne-
quã dicat inimicus meus pualui aduersum eum.
Qui tribulat me exultabit si motus fuero; ego
aut in misericordia tua speraui. Exultabit cor-
meum in salutarĩ tuo; cãtabo Dño qui bona tri-
buit mihi, & psallã nomini Dñi altissimi. Gloria
patri. Anã. Contumelias & terrores passus sum
ab eis; & Dominus mecum est tanq; bellator for-
tis. Capitulum

Spiritus

Imperatrix & mudi Dña: tuus natus cũ quã-
ta gloria, nra carnis sumpta materia; capta præ-
da cõlcedit athera: hinc os cordis plenu latitia,
& lingua nostra exultatione, te collaudet & bñdi-
cat dicens. Ave ma. Ref. Et beatus. O igitur impera-
trix & Dña nra benignissima, iure nris ipea tuo
dilectissimo filio Dño nostro Iesu Xpo: ut mētes
nras ab amore terrestriũ, ad cœlestia desideria eri-
gere dignet. Qui uiuit & regn. &c. Gaude q̄ post
Xpm scãdis, & est honor tibi grãdis in cœli pala-
tio. Iesus. f. Anã. Aduocata Psal. Ad te leuaui.

Aduocata miserorũ ad te sunt oculi seruorũ,
te assumpsit Rex cœlorũ super choros angelorũ,
ubi cœtus beatorũ te dignè ueneret & benedicat
in æternũ, dicens: Ave. Ref. Et bñtus. O igitur glorio-
sissima Dña excelsã super sydera, piissima aduo-
cata nra suscipe laudum pia præcamina, quæ ad
honorem quinq; uulnerũ filij tui, & ad laudẽ san-
cti nois tui decantauimus: & pro nobis q̄s inter-
cedere festina: quatenus dulcissimus filius tuus
Dñs noster Iesus Xps p suã magnã misericordiã,
a unculis pctorũ nostrorũ nos eripiat; & in suo
sancto seruitio nos conseruet, confortet, ac finali-
ter perseuerare faciat: nam te nihil negans ho-
norat. Qui cum Deo &c.

EIVSDEM SERAPHICI

DOCTORIS CURSVS, SIVE

OFFICIUM DE PASSIONE

DOMINI.

Ad matutinas.



Domine labia mea aperies. Ref. Et
os meũ &c. Ver. Deus in adiutor-
riũ me. Ref. Dñe ad adiuuã &c.,
Gloria &c. Alleluia. Inuitato.
Christũ captum & derisum, fla-
gellatum & crucifixum. Venite
adoremus. Psal. Venite exultemus Dño. Hymnus.

In passione Dñi quã dat salus homini; sit no-
strũ refrigerium & cordis desiderium. Portemus
in memoria dolores & obpropria; Christi coro-
nã spineã, crucem, clauos, & lanceã. Et plagas sa-
cratissimas, omni laude dignissimas: acetum sel-
arundinẽ, & mortis amaritudinẽ. Hęc omnia nos
facient, & dulciter inebrient; nos repleant uirtu-
tibus, & gloriosis fructibus. Te crucifixũ colim,
& toto corde poscimus, ut nos sanctorum cari-
bus, coniunges in cœlestibus. Laus honor Chri-
sto uedito; & nostri causa pdito: passo morte pro
populo; in aspero patibulo, Amen. An. Insurrexe-
rum. Psal. Quare fremuerunt gentes.

Insurrexerunt in me uiri sine misericordia, & nõ
pepererunt aia meã. Ver. Reliqui domũ meã; di-
misi hereditatẽ meã. Ref. Dedi dilectã aiam meã
in manus pctorũ. Pf nr. Absolutio. Passio Dñi no-
stri Iesu Christi pducat nos ad gaudia Paradisi,
Amen. Iube. Dõne Bene. Per suam passionem,

Spiritus oris nostri Christus Dominus, captus est pro peccatis nostris: cui diximus, in umbra tua uiuemus in gentibus. Hymnus.

Christum ducē qui per crucē redēmit nos ab hostibus, laudat cętus noster letus exulter cęlam laudibus, Pœna fortis tuæ mortis, & sanguinis effusio: corda terāt, ut te querāt Iesu nostra redēptio. Per felices cicatrices, spūta flagella uerbera: nobis grata sunt collata æterna Christi munera. Nostri tãgat cor ut plãgat, tuorū sanguis uulnerū: in qua toti simus loti, conditor alme syderū. Passiois tuæ donis, saluator nos inebria: qua fidelis dare uelis æterna nobis gaudia. Amē. Ver. Dedit percutienti se maxillā. Ref. Fuit saturatus obprobriis. Ad Benedictus An. Proprio filio suo non perpeccit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illū. Kyrie eleison Christe eleison Kyrie eleison, Domine.

Oratio.
Domine Iesu Christe qui hora matutina pro nobis cōspui, & alapis cadi uoluisti, & cū gloria a mortuis resurrexisti, fac nos cōtumelias & obprobria pro tui nominis gloria portare: fac nos resurgere ad uirtutes a nitiis, ut te uidere possimus in Galilea cum discipulis. Qui uiuis & regnas. Cōmemoratio de beata uirgine. Matutino tempora Marię nūciat, q̄ a Iudeis perfidis Christus captiuat: & toto corde tremuit, & malē trahētibat. Ver. Nunquã mater pertulit dolores. Ref. Ut Maria filij considerans linores. Oratio.

Pietatē tuã quæsumus Domine, quę pro nobis mortē subiens tēporalē, nec proprio corpori nec materno dolori parcere uoluisti: fac ut nos tuar matrisq; passionis memores, uobiscum felicitatis perpetuę simus participes. Qui uiuis, & regnas. Ad primā. Deus in adiutoriū meū. Hym.

Tu qui uelatus facte fuisti sol iustitię flexus illius genibus, cęsus quoq; uberibus. Te petimus attentius, ut sis nobis propicius, & per tuã elemētiam perducat nos ad gloriam. Laus. Antiphona. Faciem meam.

Psal.
Iudica me Deus, & discerne causam meã de gente nō facta: ab hominē iniquo, & doloso eras me. Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulsi & quare tristis incedo dum asiligit me inimicus? Emitte lucē tuã, & ueritatē tuã, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montē sanctū tuū, & in tabernacula tua. Et introibo ad altare Dei, ad Deū qui latificat inuentutē meã. Cōfitebor tibi cithara Deus Deus, meus, quare tristis es anima meã? & quare conturbas me? Spera in Deo quoniam & Deus meus. Gloria patri. Antiphona. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Capitulum.

Recogitate eū q̄ talē sustinuit cōtra semet ipsum a peccatoribus cōtradictionē, ut nō fatigemini animis uestris difficiētes. Ve. cū malediceret nō maledicebat. Ref. Et cū pateret nō cōminabatur. Ver. Dñe exaudi orōnē meã. Ref. Et clamor me. O. O. Dñe Iesu Christe qui hora diei prima p̄ nō-

his peccatoribus Pilato: iudici es presentatus, & Marię magdalene apparuisti: appare nobis per internā grām, & da reis uerā p̄nitentiã: ut de malis q̄ cōmisiuimus nos districte iudicemus, ne in extremo iudicio deputemur supplicio: sed tuis fidei libus associemur in celestibus. Qui uiuis & regnas. Ad tertiã. Ver. Deus in adiutoriū &c. Hy. Hora q̄ ductus tertia fuisti ad supplicia, Christe ferendo humeris crucē p̄ nobis miseris. Fac nos sic te diligere sanctāq; uitā ducere, ut ualeamus regē frui celestis patrię. Laus. An. Dñs. Psal.

Exaudi Deus orōnē meã cū dep̄cor, a timore inimici eripe aĩam meã. Protexisti me a conuictu malignantiū, a multitudine operatiū iniquitatē. Quia exaceruisti ut gladum linguas suas, intēderunt arcū rē amarā, ut sagittēt in oculis iniquitātū. Subito sagittabunt eū & non timebunt, si mauerunt sibi sermonem nequā. Narrauerunt absconderent laqueos, dixerunt q̄s uidebit eos? Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutatio. Accedet hō ad cor altū, & exaltabit Deus. Sagitta paruulorum factę sunt plagę eorū, & infirmitates sunt cōtra eos liguę eorū. Cōturbati sunt oēs q̄ uidebāt eos, & timuit ois hō. Et annūciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt. Letabit iustus in Dño & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. Gloria. An. Dñs tanq̄ ouis ad occisionem ductus est, & nō aperuit os suū. Cap.

Christus passus est p̄ nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius: q̄ p̄c̄m nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Ver. Proposito sibi gaudio sustinuit crucē. Ref. Confusione contempta Kyrie ele. Christe ele. Kyrie. ele. O. O.

Domine Iesu Christe qui hora diei tertia dura p̄ nobis sustinuisti uerbera, & corda fidelium tuorū sancti spiritus infusione fecisti flāmãtia, da nobis malū quod fecimus digna castigatione punire, & flāmas uitiorū nōrū lacrimis cōpūctio nis extinguit: ut dū de foris & intus esligimur, tui spūs dulcedine consolari mereamur. Qui uiuis & reg. Ad vj. Deus in adiutoriū meū. Hymnus.

Crucē pro nobis subiit, & stans in illa sicite Iesus sacratis manibus clauis fossisq; pedibus. Honor & benedictio sit crucifixo filio, qui nos suo supplicio redemit ab exilio. Laus honor. An. Posuerunt super caput eius cām ipsius scripturam, Iesus Nazareus Rex Iudeorū. Psal. credidi propter Capitulum.

Tradet autē iudicātē se iniuste, q̄ p̄c̄tā nostra ipsa pertulit in corpore suo super lignū, ut p̄c̄tis mortui iustitiã unamus cuius liuore sanati sumus. Ver. Oblatus est q̄a ipse uoluit. Ref. Et p̄c̄tā nostra ipse portauit Kyrie eleison Christe eleison Kyrie eleison. Pater. Oratio.

Domine Iesu Christe, qui hora diei sexta p̄ salute nostra manus in cruce expādisti, & quinque uulnera pertulisti; ad te confugientes brachiis misericordię clementer suscipe, & uulnera mētis nřę tuo sana medicamine, ut purgati a peccatorū sordibus, tēplū efficiamur Spiritu sancti. Ad

Ad nonam. Deus in adiutoriū meū. Hymnus.

Beata Xpi passio sit nostra liberatio, ut p̄ hęc nobis gaudia parata sint celestia. Gloria Christo Domino qui pendēs in patibulo, clamās emisit spiritum: mundūq; saluans perditū. Laus ho. Antiphona. Et cum. Psal.

Voce mea ad Dñm clamaui, uoce mea ad Dominū de peccatis sum. Effundo in cōspectu eius orōnē meã, & tribulationē meã ante ipsum pronuncio. In deficiēdo ex me spiritū meū, & tu cōgnouisti semitas meas. In uia qua ambulabā, absconderunt laqueū mihi: Cōsiderabā ad dexterā & uidebā, & nō erat q̄ cognosceret me. Periiit fuga a me, & non est q̄ regrat aĩam meã. Clamaui ad te Dñe, dixi tu es spes mea, portio meã in terra uiuentiū. Intende ad deprecationē meã, quia humilitatus sum nimis. Libera me a persequētibus me, quare cōfortati sunt super me. Educ de custodia aĩam meã ad constituendū nomini tuo, me expectāt inusti donec retribuas mihi. Gloria. An. & cū accepisset Iesus acetū dixit: consumatū est, & inclinatio capite, emisit spiritum. Capit.

Decebat eū per quē oĩa, & propter quē oĩa facta sunt, qui multos filios in gloria adduxerat: auctorē salutis eorū per passionē cōsumari. Ver. Tradidit in mortē aĩam suam. Ref. Et cum uiris sceleratis deputatus est. Kyrie elei. Christe elei. Kyrie elei. Domine exaudi orationē meã. O. O.

Domine Iesu Christe, qui hora diei nona pro salute nostra humana in mortē aĩam tuã tradidisti, & caelos ascendisti: uisifica corda nostra p̄ infusione tui amoris, ut te diligere, mēteq; celestibus inherere, & mortē tuã nostrę carnis mortificatione imitari ualeamus, ut dū tua passione participes efficiamur, tuar consolationis nos facias esse confortes. Qui uiuis & re. Ad Ve. Deus in adiutoriū meū inten. An. Dignus es. Psal.

Exaltabo te Dñe qm̄ suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Dñe Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Dñe deduxisti ab inferno aĩam meã, saluasti me a descendentibus in lacū. Psallite Dño sancti eius, & cōstitemini in montē sc̄iratis eius. Qm̄ ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius. Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum letitia. Ego autē dixi in abundantia mea, nō mouebor in æternū, Dñe in uoluntate tua, prestitisti de cori meo uirtutē. Auertisti faciem tuã a me, & factus sum cōturbatus. Ad te Dñe clamabo, & ad Deū meū deprecabor. Quę utilitas in sanguine meo, dū descendo in corruptionē? Nūquid cōsistebit tibi puluis, aut annūciabit ueritatē tuam? Audiuit Dominus, & misertus est mei, Dominus factus est ad iutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudiū mihi, conce disti saccū meū, & circumdedisti me læticia. Ut cantet tibi gloria mea & non compurgar, Domine Deus meus in æternum cōfitebor tibi. Gloria patri. Antiphona.

Dignus es Domine accipere librum, & aperire septem signacula eius, quoniam occisus es, & re-

demisti nos Deo in sanguine tuo. Capitulum.

Vidimus Iesum propter passionē mortis suę gloria & honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Hymnus.

Qui pressura mortis dura, soluisti nexu criminum. In flagellis potum fellis bibisti amarissimi, pro peccatis perpetratis æterne Rex altissimi. Tuæ genti recolenti tuar mortis supplicium, da uirtutem & salutem Christe redemptor omnium. In amara crucis ara sudisti riuos sanguinis, Iesu digne Rex benigne, cōfors paterni luminis. Sanguis Christi qui fuisti peremptor hostis inuidi, fac sitire da uenire ad cœnam agni prouidi. Amen. Ver. Disciplina pacis nostrę super eum. Ref. Quia liuore eius sanati sumus. Ad magnificat Antiph. Recessit pastor noster bonus fons aquę uiuę, quia animam suã posuit pro ouibus suis, & pro suo grege mori dignatus est. Kyrie elei. Chryste eleison Kyrie elei. O. O.

Domine Iesu Christe, qui hora diei uesperina discipulis tuis tradidisti mysteria, & de crucē positus es, depone mentis nostrę uitia & perpetrata scelera, ut cū pura conscientia eadem sumamus mysteria, ut sint nobis in remedium hic & in ppetuū. Qui uiuis & regnas. Cōmemoratio uirginis Antiphō. Regina clementię uirgo mater Christi, cum uideres filium tuum in cruce mori: nullus dolor similis tuo dolori. Ver. Quę matris angustias posset lingua fari. Ref. Cum uiderent filium in cruce clauari. O. O.

Domine Iesu Christe uirginis Marię fili dulcissimi, qui cum proditore cœnasti: deinde captus uiliter tractus fuisti, presta quęsumus, ut q̄ tibi & tuę sanctissimę genitrici cōpatimur, uobiscum manere sine termino mereamur. Qui uiuis & re. Ad completur. Cōuertere nos Deus, Respon. Et auer. Ver. Deus in adiutorium. Antiph. Plangent eum. Psal.

Domine Deus salutis meę, in die clamaui & nocte cotā te. Intret in cōspetu tuo oratio mea, inclina aurem tuã ad precē meã. Quia repleta est malis anima meã, & uita meã in inferno appropinquabit. Aestimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut uulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in umbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus, & omnes hūctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me, posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum & non egrediebar, oculi mei languerunt p̄ inopia. Clamaui ad te Domine, tota die expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, et cōfitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, et ueritatē tuam in perditionem? Nunquid cognoscantur in tenebris mirabilia

DE COMPASSIONE BEATAE VIRGINIS.

leuatum, ac p omnia laceratū plagis ac uerberibus, necnō & uulneribus, adiua nos, ut & cor nostrum nunc compalsonis, & cōpunctio nis gladius pfodiat, diuinit; amoris lancea uulneret, ita ut omnis peccati sanguis effluat à pectore nro, & à noxijs uitijs emundemur, uirtutum indumentis decoremur, sem p q; mente ac corpore de hac ualle miserix leuemur ad celestia, quo tandem cum promissus dies aduenerit, puenire spū & corpore mereamur, Præstante eodē Dño nostro Iesu Christo filio tuo, qui cum patre. Ad nonā. Deus in adiutoriū, &c. Hym. Iesu nate de uirgine. Añā. Agnus. Psal.

Tu scis improprium meū, & cōfusione meā, & reuerentiā meam. In conspectu tuo sunt oēs q tribulant me, impropetiu expectauit cor meum & miserix. Et sustinui qui simul contristaret, & non fuit, & qui consolaret & non inueni. Et dederunt in ecclā meā fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Añā. Agnus mitis caput excutiens, hely clamat in cruce mories, plorat mē, cum ipso patit, ad clamorē eius ferē cōmorit. Capitulu.

Clamor Christi matrē angustiat, nullus planctus plangentem faciat, est utriq; compassio, nā præcessit summa dilectio, uel. Virgo filium tuū in cruce conclauatum, Respons. Redde tuis pēibus miseris placatum. Oratio.

Propter grauamen & tormentum quo torquebatur spiritus tuus uirgo sanctissima, qñ iuxta crucem filium tuum præ doloribus uoce magna clamantem te matrem dilectam Ioanni commēdatam, in manusq; Dei patris spiritum commendantem attendebas, succurre nobis in fine uitæ nræ, & maxime tunc, qñ lingua nra nequinerit se ad te inuocandum mouere, cum oculi nostri lumine priuabuntur, aures surdescent, & obturabuntur, omnesq; uires sensuum nostrorū deficiēt, memento pijsima Dña tunc, qñ nunc fundimus preces ad aures tuas pietatis & clemētiæ, & subueni nobis in illa hora extremæ necessitatis, ac filio tuo dilectissimo commenda spiritum nostrū, per quem tuo interuentu à tormentis & terroribus omnibus eruamur, & ad desideratam celestis patriæ requiem perducamur. Præstante eodem. Ad uesperas. Deus in adiutorum meum intende. Psal.

Saluū me fac Deus, qñ intrauerunt aq usq; ad aiam meā. Infixus sum in limo profundi, & non est substātia. Veni in altitudine maris, & tempestas demerit me. Laboraui clamās, rauca factæ sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei dñi spero in Deū meū. Gloria pa. &c. Añā. Ois ætas desleat mortē saluatoris, gloriosa uirginis prætextu, dōloris. Capitulum.

Mihi absit gloriari nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi, p quem mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo. Rñf. Deo gratias. Hymnus. Casta parentis uiscera, pœna torquent aspa, dñi illū quē concepat, uerbo pueri uerberāt. Illū tra-

ctāt crudeliter, cadūt, cruentant acriter, hæc audiens anxix matris crescūt angustia. Sed cū ad mortē ducit, hūc mē tristis seqr, pectus pfundēs fletibus, afficiēs luuoribus. In cruce dū extendit, uidēs mē q morit, nullus dolor amarior, nā nulla proles charior. Sit honor laus, uel. Nulla nouit genitrix angustias tā duras. Rñf. Cū plagas inspiceret, & capitis pūcturas. Ad mag. Añā. Virgo passio filio pœnas cordis indicat, & plebis in medio dolorē cordis replicat, urgēte supplicio mea uoce supplicat, q quondā præ gaudio cecinit magnificat. Pl. Magnificat. uel. Dñe exaudi. Of.

Propter planctū acerbi euulatus, quē pfundo pectoris fonte manāte abscondere nō ualebas uirgo castissima, qñ (ut piē credi) in amplexus rubeas exanimi corpis filij tui de cruce dpositi, cuius genas an nitētes & ora rutilātia, mortis conspicebas pfundi palloribus, ipsumq; totū cōcūsum cernebas liuidū luoribus, ac concisum uulnere sup uulnus, auxiliare nobis, ut nūc sic nrā plangamus facinora, & emplastris pniæ peccatorum curemus uulnera, dū corpus nrm morte deformāt, nra tunc rutilēt aia cādore inocētiæ, qua tenus dignissimus frui mellis in osculis, cōstringamurq; amorosis amplexibus sup oia dulcissimi filij tui Dñi nostri Iesu Christi. Qui. Ad completorium. Conuerte nos Deus salutaris, Rñf. Ec auerte iram tuam. Deus in adiutorium, &c. An tiphona. Nos matris compassio. Psal.

Aduersum me susurrabāt oēs. Verbū iniquum constituerunt. Etenim hō pacis meæ. Tu autē Dñe miserere. Gloria patri. Añā. Nos matris cōpāssio Iesu Rex insignis, seruet à uoragine gehennalis ignis. Hymnus.

O genitrix egregia, cū iudæos in furia Christi uideres capere, cor tuum coepit tremere. Alta ducens suspiria, tu sequebaris anxia, i fletibus exuberans, ad templum usq; properans. Sit honor laus. Capitulum.

Sepulto Dño dispersisq; discipulis, fides uniuersalis Ecclesiæ solū in Dñi mē manebat, uel. Post mortē filij, uirgo cū Ioanne pmanebat, Rñf. Parata semper ad carcerem & ad mortem. Ad nūc dimit. Añā. Passiois gladius uirgo carens crimine, tuam ptransiit animā, omni cū grauamine, qd promisit Symeon plenus sacro lumine, cū in templo dixit. Nunc dimittis dñe. Oratio.

Propter singultus & suspiria, indicibiliaq; lamenta, qbus affligebant intima tua uirgo gloriosissima, qñ filij tuū unigenitū aia tue solatiū tibi sublatū atq; sepultū uidebas, ad nos exules filios Eux ad te clamantes & suspirantes in hac ualle lachrymarū, illos tuos misericordes oculos conuerte, & Iesum bndictū fructū uentris tui nobis post hoc exiliū ostende, tuisq; suffragantibus meritis, ecclesiasticis fac sacramentis muniri, & sine beato consummari, & æterno iudici tandem misericorditer presentari. Præstante eodem Domino nostro Iesu Christo filio tuo, qui cum patre & Spiritu sancto uiuit, &c.

Eiusdem

SALVE REGINA.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

CARMINA SUPER CANT. SALVE REGINA.

Salue



Alue uirgo uirginum stella matutina. Sordidorum criminū uera medicina. Consolatrix hominum q sunt in ruina. O uerē peccaminum uere draconina. Regina.

Regina regnantium uirgo puellaris. Peperisti filium mater singularis. Sacratum pallacium Dei conuocaris. Diuinum auxilium nobis largiaris.

Misericordia. Fons misericordiæ dici meruisti. Atq; mater gratiæ, quæ concepisti summum regem gloriæ, quem post peperisti. Largitorem ueniæ mundo contulisti.

Vita. Vita nra ueritas est de terra nata. Et tua uirginitas restat illibata. Nam tua humilitas fuit operata. Quod in te diuinitas esset incarnata.

Dulcedo. Dulcedo dulcedinis fructus benedictus. Ventris tui uirginis agnus Dei dicitus. Cuius unda sanguinis homo derelictus. Lotus labe criminis est, & Damon uictus. Et spes nostra.

Et spes nostra solida es uirgo Maria. Virga Iesse florida ut in Isaia. Rore cœli madida dicit prophetia. Pulchra ut nix candida mater Dei pia. Salue.

Salue lux fidelium fulgens ut aurora. Quæ es supra liliū pulchra & decora. Omne quod est noxium tolle sine mora. Et Dei auxilium pro nobis implora. Ad te.

Ad te clamant miseri multum desolati. Nobis aures aperi pectoris sacri. Ut à fauce inferi per te liberati. Consequamur liberi uiam tui nati. Clamamus.

Clamamus deuotius ad te suspirantes. Et affectuosius te piē precantes. Dele quod interius malē cogitantes. Gesimus, exterius opere peccantes. Exules.

Exules exilio omnes sumus dati. Pro parentum uitio gloria priuati.

Paradisi gaudio & exorbitati. Tuo beneficio sumus reparati. Filij. Filij suspirijs prodere coguntur. Mundi pro miseria per quam inuoluuntur. Ad damnata uitia sape dilabuntur. Sed misericordia tua fulciuntur. Eux.

Eux lapsus intulit damnum desperatum. Et à nobis abstulit gaudium beatum. Ut post Euam contulit uirgini incarnatum. Quomodo mortem sustulit, diluit peccatum. Ad re.

Ad te clamant iugiter tui famulantes. Et in te fideliter omnes suspirantes. Iuamem humiliter tuum implorantes. Quos misericorditer audias clamantes. Suspiramus.

Suspiramus fletibus nostris pro peccatis. Et multis gemitibus per nos perpetratis. Sed in te confidimus mater pietatis. Verē pœnitentibus ueniā da gratis. Gementes.

Gementes recolimus mala retroacta. Quæ inique gestimus mente non coacta. Sed in te confidimus Maria intacta. Ut à te quæ perimus, sint in nobis facta. Et stentes.

Et stentes doloribus mente uerecunda. Lumen nostris cordibus infunde sacunda. Vitorum sordibus benignē tu munda. Iungē nos cœlestibus Maria iucunda. In hac ualle.

In hac ualle misera multum tenebrosa. Hominum sunt genera multum foedosa. Nam eorum opera sunt contagiosa. Propter facta scelera & obprobriosa. Lachrymarum.

Lachrymarum cumuli non profunt uel aquæ. Cum senes & paruuli & plebs unaquaq;. Timeant quod emuli quærunt circunquaque. Et fratres huius sæculi trahunt usquequaq;. Eia ergo.

Eia ergo digne ad nostras mentes. Atque lapsus erige conforta trementes. Et errantes corrige te piē quærentes. Miseros nos dirige in te confidentes. Aduocata.

Aduocata libera coram saluatore. Postulare propera consuetoq; more. Et pro gente misera benigno fauore. Natum tuum miriga materno amore. Nostra.

Nostra spes fidelium semper fuit talis. Est & erit omnium mater uirginalis. Ut nobis præsidium ciuitas regalis. Sit atq; remedium pulsus procul malis. Illos tuos misericordes oculos ad nos cōuerte.

Illos pios oculos & misericordes. Conuerte ad famulos in bono discordes. Et ad



Et ad malum sedulos fortius concordēs.
 Nostra carnis stimulos deleas & sordes.
 Et Iesum benedictum fructum.
 Et Iesum vnigenitum fructum benedictum.
 Monstra nobis inclytum pium & non fictum.
 Per quē genus perditum a Deo in eum uictum.
 Datum in interitum reuixit inuictum.
 Ventris tui.
 Ventris tui uiscera Iesum portauerunt.
 Et beata ubera ipsum lactauerunt.
 Cui Iudæi uulnera dira intulerunt.
 Et ipsum post uerbera cruci tradiderunt.
 Nobis post hoc exilium ostende.
 Nobis post hoc exilium benignum ostende.
 Iesum tuum filium & nobis impende.
 Verum patrocinium & maternum extende.
 Et cum ad iudicium erimus defende.
 O clemens.
 O clemens clementia summæ bonitatis.
 Adonay filia flos uirginitatis.
 Damnatorum uenia mater pietatis.
 Virginum letitia stola charitatis.
 O pia.
 O pia pijsima Regina cœlorum.
 Omnium digna ditissima Dei sœculorum.
 Virgo prudentissima gemma confessorum.
 Atq; iucundissima laus Apostolorum.
 O dulcis.
 O dulcis dulcissima, super faua melle.
 Columba castissima, carens omni felle.
 Mater benignissima, iuxta nostrum uelle.
 Cuncta fortidissima, a nobis repelle.
 Maria.
 Maria eximia, natum deprecare.
 Ut quicunq; omnia, hæc uult recitare.
 Intui memoria, & te collandare.
 Dignetur in gloria sua collocare.

SERAPHICI DOCTORIS
 SANCTI BONAVENTURAE.
 IN SACRÆ MISSÆ
 MYSTERIUM
 EXPOSITIO.



Christus assistēs Pontifex.
 Apostolus ad Hebræ. dicit illa uerba de Dño Iesu & uero Pontifice. Iste nanq; pontifex tantæ dignitatis est, q̄ etiã pontifices, & sacerdotes nostri in omnibus quæ in missa faciunt ipsum representant. Vndè ut cum maiori reuerentia & deuotione, sacrosancta missarum solennia audire uelitis, Quid missa significet, & quomodo Christum tam missa quam sacerdos representet compendiosè dicere uolo. Sciendum igitur, q̄ sacer-

dos primò capiti amictum superponit quod humerale dicitur, quod usq; ad humeros descendit, & inter consecratas uestes computatur, postea albam, & cingulo se cingit, postea manipulum in leua manu sumit, postea stola longam collo superponit, & eam cancellatã in pectore ad modum crucis, iuxta utruq; latus cingulotenus si gamentis applicat, postea casulam induit, & sic ad altare procedit. Si quis ex his indumentis p obliuionem aliquid omitteret grauitè peccaret. Quid autem hæc significant breuiter uideamus. Humerale caput cooperiens signat q̄ Christus qui est caput Ecclesiæ diuinitatem in humanitate abscondit. Alba munda & longa magnã Christi mundiciam significat, quia Petrus dicit q̄ Christus peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Hanc mundiciam Christus in baptismo nobis tribuit. Linea enim alba per aquam dealbatur, & Ecclesiæ per baptismum Christi candidatur. Cingulus designat uirginitatem Christi, & suæ castissimæ matris quam nos habere docuit dicens. Sint lûbi uestri præcincti, &c. Manipulus in leua designat pugnam Christi pro iusticia, ipse enim pro iusticia pugnauit, mundam superauit, & diaboli potestatem deiecit, & idcirco manipulus in leua clypeum uel pugnam pro iusticia designat. Ad hanc nos hortatur Christus dicens. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, &c. Stola longa supra collum ante cor & usque ad pedes dependens signat obedientiam Christi & uoluntariam seruitutem pro nobis. Ipse enim pro salute nostra factus est patri obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis, & hoc designat cancellata stola in pectore ad modum crucis. Designat etiã crux in pectore passionem Christi, quam circumferre peruigili meditatione debemus, una cum sacerdote in corde, & corpore per mortificationem terrenæ delectationis. Designat etiã crux ante pectus sacerdotis cancellata, populum Iudaicum in sinistram partem transire, qui Christum occidit, & in ipsam credere noluit. Populus autem gentilis in Christum credidit, & se in dexteram partem per fidem collocauit, quod expressum est in Genesi, quando Iacob nepotibus suis, uidelicet Manasse, & Effraim benedicens cancellatis manibus, dexteram supra iuniorē, scilicet Effraim, leuam uerò supra seniore, scilicet Manassen posuit & ait. Benedicat Deus pueris illis. Casula, id est parua casa uel domus, signat cœlum & terram, quæ Christus sua maiestate implet sicut ipse dicit per prophetam. Cœlum & terram, ego impleo. Casula etiã designat charitatem qua diligere debemus amicos in Deo, & inimicos propter Deum, sicut Christus nos docuit uerbo, & exemplo, per anteriorem partem casulæ designantur amici, per posteriorem inimici. Vndè Christus dixit in S. Matth. Diligite

Culorum
 ornamenti
 omisso in
 missa cele
 bratione,
 peccatum
 est.
 Indumē
 tori, sacer
 dotis signi
 ficatio.
 1. Pet. 3.

Luc. 13.

Matth. 1.

Phil. 2.

Heb. 6.

Phil. 1.

Genes. 28.

Hieros. 31.

Matth. 5.

ligite inimicos uestros, &c. Dicitur autem missa à mittendo, & representat legationem inter homines & Deum. Deus enim misit filium suum Christum in altari, & iterum misit Ecclesiæ fidelibus eundem Christum ad patrem ut pro peccatoribus intercedat. Item ante inceptionem missæ sacerdos dicit confessionem, quia licet sit nuntius & legatus fidelium, tamen se scire debet peccatorem esse, accusans se de peccatis suis, sicut scriptum est. Iustus in principio accusator est sui. Signat etiam confessio ante missam, quod Christus pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo patri, & ipse Christus in persona peccatorum dicit in Psalm. Longè à salute mea uerba delictorum meorum, quasi dicitur, peccata populi mei non permittunt me uerere, sed oportet ut pro peccatoribus moriar, & sic eos patri meo reconciliando offeram. Item post confessionem sacerdos accedens altare, illud osculatur, signans per incarnationem & passionem Christi salutem & pacem Iudæis & gentibus ad fidem Christi conuersis esse nuntiatam. In dextro enim cornu altaris Iudæi, in sinistro uerò gentiles designati sunt. Vndè & missa in dextero cornu ichoatur, quia ex stirpe Iudæorum Christus humanitatē assumpsit. Beata enim uirgo Maria de Regia stirpe David originem duxit quæ de spiritu sancto Christum Dominum nostrum concepit. Tandem chorus uel sacerdos in introitum missæ incipit, quem omnes assistentes clerici concorditer cantare debent. Chorus nanq; græcè concordia dicitur latine. Quod autem introitus bis cantatur per hoc desiderium antiquorum patrum designatur, in quorum persona Iudæi dixit de incarnatione Christi quam Propheta, & Patriarchæ desiderabant. Utinam distumpes cœlos & descenderes, quorum tandem audiens clamorē dñs uenit in mundum, sicut ipse per Ps. dicit. Propter miseriam inopiam, & genitū pauperum nunc exurgam dicit dñs. Item q̄ introitus bis cantat designat, q̄ qui uenturus erat, Deus & homo in una persona existeret. Item q̄ introitus bis cantatur & in medio Sancta Trinitas per gloria Patri collaudatur, signat q̄ Christus de uirgine natus introiuit in hunc mundum & fidem Trinitatis nobis insinuans, iterum ascendendo introiuit in cœlum, quem multi sanctorum imitati sunt, qui licet hunc mundum per natiuitatē & per propagationem carnis introierunt, & carnaliter de parentibus nati sunt, tamen per fidem Sanctæ Trinitatis in baptismo, uel effusione sanguinis, p̄ Christo sunt renati, & sic Angelicis choris associati, undè & chirie eleison, nouies decantatur, quia dragma decima. Humana natura q̄ perditæ erat, inter nouem choros Angelorum p̄ incarnationem Christi instauratur, & quia sanctorum Angelorum, s. Gloria in excelsis Deo, quem ipsi in natiuitate Christi cantauerunt, per sacerdotem latenter inchoatur, hoc signans, q̄ Christi

stus propter humani generis restaurationem, incarnati dignatus est. Quæ autem in hoc hymno sequuntur. Laudamus te usque ad finem, B. Theophorus Papa post sanctum Apostolum Petrum numero octauus, apposuisse dicitur, licet quidam sanctum Hilarium Episcopum Pictauiensem, & Doctorem præcipuum hæc apposuisse contēdat. Vndè sciendum q̄ cum chirie eleison cantamus Domini Dei nostri misericordiam prouocamus & ut nostri misereatur uocamus. Chirie eleison interpretatur, Domine misere, undè referunt ad personas diuinas, scilicet Deus p̄ misere, Chirie ele. Dñe Iesu Chiste fili David misere, Chirie ele. Domine spiritus sancte misere, quasi dicat Ecclesiæ catholica. Sanctæ pater qui filium tuum misisti, ut ex uirgine Maria nasceret misere nobis, ut nouem choris Angelorum associemur, chiste fili Dei uiui qui de uirgine Maria nasci dignatus es, misere nobis. Sancte spiritus qui Mariam uirginem, tua gratia implesti, quando Christum concepit, misere nobis. Sic autem trinitatem per Chirie ele. & Chiste ele. inuocamus, & Gloria in excelsis subiungimus, ut ostendamus, nos eundem Deum colere in terris, quem Angeli uenerantur in cœlis. Post hoc sequitur Oratio, quæ collecta dicitur, eo q̄ omnes assistentes missæ, se debeant deuote colligere, & cū sacerdote fideliter orare. Et huic orationi præmittitur saluatio, scilicet Dominus uobiscum, & hæc saluatio pertinet ad simplicem sacerdotem, Episcopi autem qui sunt uicarii Christi salutare solent populum ea saluatione qua Christus saluauit suos discipulos. i. pax uobis, quasi dicat, si digne sacris mysteriis interesse uelitis sitis filii pacis. De saluatione minorum sacerdotum, s. Dñs uobiscum, & responsione populi, & cū spiritu, sicut dicit B. Hiero. cū spiritu hominis operat spiritus Dei esse, quia in spiritu rōnali creatus est homo ad imaginem & similitudinē Dei, Hortatur autem omnes circumstantes, ut secum orent dicentes. Oremus. Jam omnes uanitatem postponamus, detractiones, & susurrations malas in Ecclesiā abiiciamus, & deuotioni diligentissimè intendamus, & orationi sacerdotis in missa, eo q̄ ipse sacerdos suam & oium circumstantiū orationem, & deuotionem, sua supplicatione col ligat & ad Deum preces fundat, quam cum concluderit perit ut exaudiri mereatur à patre, per Dominum nostrum Iesum Christum. Vñ si exaudiri uolumus, Dominum ad nos clamantem audiamus in Epistola, & eius præcepta impleamus quantum possumus. Epistola. n. interdum ex ueteri, interdum ex nouo testō sumitur, quia uetus testamentum & nouum, de dño & eius præceptis loquuntur. Dicitur aut epistola ab epi qd est supra, et stola missio, quasi de supremis missa. Spiritu enim sancto inspirati Propheta, & Apostoli locuti sunt omnes. Sciendum, quod in quartis feriis quatuor temporū legitur duæ lectiones, s. p̄ prophetia, & Epistola. In quibus designat q̄ oēs clerici

Angeli d
 Hyonum
 quina
 auxerit.

Oratio,
 cur colle
 ta nunc
 peetur.

Ioan. 20.

Epistola
 unde dica
 tur.
 1. Pet. 1.



qui ordinandi sunt, et inuestiendi sacris ordinibus in sequenti sabbato, eruditi debent esse ueteri, & in nouo testamento. Vel in duabus lectionibus designatur, quod in corpore & anima mundi debent esse. Ab hac enim quarta feria usque ad sabbatum clerici antiquitus examinabantur, & in sabbato ordinandi Episcopo presentabantur. In quo sabbato quinque lectiones leguntur, ad designandum, quod omnes qui illo die ordines consequuntur, illuminatos debet habere sensus, ut populum sibi commissum eo melius regere ualeant. Nam si cecus cecum ducit, et caetera. Debent ergo in mandatis Domini perseverare fideliter, quae eis in lectionibus, & epistolis frequentius recitantur, & ire de uirtute in uirtutem, quod Graduale designat. Dicitur enim a gradiendo. Unde Dominus cuidam dixit. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Graduale autem in duobus uersibus terminatur, quia in duobus praecipuis charitatis, scilicet in dilectione Dei, & proximi uniuersa lex pendet & Prophetae. Per charitatem autem merebimur gaudia regni caelestis, quod in Alleluia designatur. In caelo enim sancti Deum laudant, & Alleluia interpretatur laudate Deum. Gaudium autem sanctorum interminabile & ineffabile dicitur, quod per neuma post Alleluia dulce, & longum factis proprie declaratur. Solemus enim longam notam tonando post Alleluia super hanc litteram a. prolixius decantare, quasi dicat. Gaudium sanctorum in caelis interminabile, & ineffabile est. Quod autem tempore meroris tractum pro Alleluia cantamus, in hoc merore, & tristitiam huius saeculi designamus. Sequitur de sequentiis. Sequentiae dicuntur a sequendo, quia antiquum cantum secuti sunt. Fecit autem sequentias Natherus Abbas Sancti Galli. Quidam autem monachi grisei sequentias non cantant, quia ipsi antiquum usum non sequuntur in cantando. Multi etiam post Abbatem Natherum sequentias nouas fecerunt, sicut Hermannus contractus, qui fecit Aue praelara, & Sancti spiritus, & multi alij quorum nomina longum esset dicere. Quod autem dicitur ante Euangelium sequentia sancti Euangelij, id est sequentia quae legi debent, sunt secundum Matth. vel Ioan. dicta. Sequitur videre quare Euangelium in Aquilonari parte legatur, & quid per hoc insinuat. Euangelium graece dicitur bonum nunciatus, siue bonum nuntium latinè. Et quid melius nunciatus, quam quod filius missus a patre, dicit. Venite benedicti patris mei. Quod autem Euangelium contra Aquilonem legitur, hoc designat quod Dominus Iesus, qui pro nobis incarnari dignatus est, luciferum, & omnes aereas potestates debellare uenit. Ipse enim lucifer dixit. Ponam sedem meam ad Aquilonem, & similis ero altissimo. Cui dictum est. Quomodo cecidisti, &c. Igitur Euangelium legendum est, ut Aquilo surgat, & auster ueniat, quod est dicere, ut Diabolus fugiat, & spiritus sanctus adue-

niat. Solet autem legens Euangelium populum salutare, & eis salutem Domini optare, quatenus corda circumstantium aperiantur ad audienda, & splendida uerba sancti Euangelij. Et respondet populus. Gloria tibi Domine, qui nos ad tuam doctrinam uocare, & tuo sanguine redimere dignatus es. Signant autem se fideles signo sancte crucis in initio Euangelij sicut & legens Euangelium, ut ad intelligenda uerba sancti Euangelij ab inanis cogitationibus mundentur, & a Domino audire mercantur, quod discipuli a Domino meruerunt audire. Iam uos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum uobis. Debent etiam uerba sancti Euangelij stando & demutato capite ab omnibus, & sine baculo uel reclinatorio cum reuerentia & tremore audire, quia Dominus nudam, & apertam ueritatem in Euangelio praedicauit. Unde male faciunt, qui eo tempore genua flectunt, uel in oratione procumbunt. Dominus. u. Iesus Christus dulcissima uerba & mellilua praedicauit, quae et ab extraneis commendata sunt. Unde legitur in Euangelio Io. Quod quidam eius uerba audientes dixerunt. Numquid locus est homo, sicut hic homo loquitur, & mirabantur de his quae procedebant de ore Dei. De mirabilibus autem & de signis, quae in Euangelij leguntur, statim lecto Euangelio laicis aliquid esse dicendum. Post hoc sequitur. Credo in unum Deum, quia omnia quae Christus praedicauit, & Euangelistae scripserunt, firmiter credere debemus. Hanc fidem catholica graeci symbolum uocant. Est autem triplex symbolum a sanctis patribus editum. Primum uidelicet Credo in Deum, quod ad horas solet dici. Hoc symbolum sanctissimi Christi Apostoli per singulas particulas composuerunt, & haec fide Apostoli per totum orbem didicerit fortissimè restiterunt impugnantes eam. Sanctissimi autem Episcopi. 318. iter quos B. Nico. dicit fuisse concilio Niceno habito post tempora Apostolorum an. 320. haec fide catholice ab Apostoli. adit diligetissime est curata, & symbolum hoc. I. Credo in unum quod in missa canit adiderunt, & in missa eadem statuerunt, quod statum in concilio Constantinopolitano a multis sanctis Episcopis, inter quos dicit fuisse B. Augustinum ualde approbatum & firmatum est. Tertiū symbolum quod ad horam primam dicitur. Quicquid uult B. Athanasius Alexandrinus Episcopus dinoscitur adidisse, Et haec dicta de symbolis sufficiant.

Sequitur uidere de offertorio. Dicitur autem offertorium ab offerendo, eo quod populus oblationes ad altare deferens, deuotum & fidelem se esse Deo ostendat. Nam sicut sacerdotes solent gaudere si multi ad offerendum ueniant. Sic Apostoli gaudebant, quando multi se populi Deo offerebant, & fidei catholicae obediabant, sicut in actibus Apostolorum legitur. Solet autem sacerdos ante offertorium populum per Dominus uobiscum salutare, et ad orandum per oremus inuitare, quia ordo conueniens est, ut post praedicationem Euangelij iam lectam sequatur de laus,

Ioan. 11.

Ad Euang. stando est.

Ioan. 7.

Luc. 4.

Symbolum triplex.

Offertorium uolunt dicitur.

de laus, in ore fructus, in opere fides. Praeterea & offerenda dicitur, quia Domino sacrificium laudis offertur. Sacerdos enim acceptis oblationibus a populis calicem praeparatum uino & aqua & hostia a ministris, post hoc liber canonis, & praefationis ad sinistram partem defertur, iuxta quam partem & Euangelium legi solet, sicut superius dictum est, quia gentes doctrinam Christi & Apostolorum quae in sinistro cornu altaris figuratae sunt a Iudaeis & deuotius quam Iudaei susceperunt. Iudaei enim exceptis paucis doctrinam Christi repulerunt, & Apostolos de Iudaea eiecerunt. Ita ut ipsi dicerent Iudaeis. Vobis quidem uerbum salutis missum est, sed quoniam repulisti illud, & indignos uos iudicatis & aeternae uitae, ecce conuertimur ad gentes, unde si unum lumen tantum ad misam haberetur ante Euangelium ad sinistram partem altaris ponendum est, quia cereus fidem signat, quia in Christum credimus nos qui ex gentibus uenimus. His itaque peractis calix cum patena adaptatur, in quo uinum cum aqua lymphatur, & cum oblata adhibita super altare eleuatur. Sciendum quod altare quadrangulum designat crucem Christi quare dratam. Calix sepulchrum Domini. Patena lapidem superpositum. Corporale fundonem mundam, in qua inuolutum est corpus Domini. Rotunditas hostiae Trinitatem, & aeternitatem Dei. Rotunditas enim sine caret & initio. Aeternitas etiam caret initio, & sine non clauditur, quod in fine collectarum quando per omnia saecula dicitur declaratur Altare quando ab Episcopo consecratur, in quatuor ordinibus ad modum crucis oleo perungitur. Et Ecclesia sanguine Christi similiter est peruncta. Unde cantatur de crucis stipite. Quem sacer cruor perunxit, &c. Item altare pannis albis & mundis cooperitur, & crux Christi humanitate eius in ea pendente decoratur. Item in altari sanctorum reliquiae absconduntur, & in cruce Domini maxima mysteria reperiuntur, uidelicet longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Quod autem in calice aqua admiscetur uino. Nunc dicendum est. Debet enim in modica quantitate uino admisceri, uidelicet ut aqua omnino absorbeat a uino. Si enim quod ablit, multitudo aquae in calice misceretur, ita ut aqua uinum uinceret, & eius saporem toleret, sacerdos sanguinem Christi non consecraret, & negligentiam magnam committeret. Aqua enim designat populum. Vinum Christi Deitatem, quando autem aqua admiscetur, populus Christo adunatur, unde ualde timendum est ne aqua omittatur, & cauendum ne populus a Christo separetur. Hostia autem iuxta calicem locatur, quia Christus pro Ecclesia immolatur. Hostia etiam de multis granis conficitur, & cum aqua adunatur, similiter, & uinum ex multis racemis liquatur, per quae datur intelligi quod Christus cum multis membris per aqua baptismum sibi coniunctis unum cor-

Altare, calix Patena, corporale, rotunda hostia quid significet.

Mixtura quae cum uino quid indicet.

pus efficitur. Unde dicit Apostolus super hoc uerbo. Et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. In festis autem praecipuis, calix, & hostia, simul & altare, cum thuribulo incensantur. Per quod signatur, quod fidelis populus una cum sacerdote orationes singulas, uel speciales ad Sanctos facere debent, quorum solennitate specialiter peraguntur. Sacerdote enim in solennitatibus, collectas, praefationes, communicantes in canone, mutare solent, sic & populi circumstantes speciales orationes Deo, & sanctis mittere dnt. De his dicitur in persona Ecclesiae. Dirigatur oratio mea, &c. Deinde praeparato calice, & thurificato, sacerdos se humiliare solet in oratione, & inclinare, postea ad populum se uertit ut pro se oret silenter petit. Quid autem hoc significet, breuiter uideamus. In Euangelio legitur quod ad praedicationem Christi multi conuertebantur, ita ut pharisaei dicerent. Ecce mundus totus post eum abiit, & propter resuscitationem Lazari collegerant pharisaei concilium, ut non solum Dominum Iesum Christum sed etiam Lazarum interficerent resuscitatum, propter quod quia Christi nondum aduenerat hora. usque ad diem palmarum se occultabat, & secreto orabat, & dicebat, quod silentium, & inclinatio post offerroium significat. Item post diem palmarum discipulos orare hortat, scilicet ante parasceue ne in trent in tentationem, quod orare ante secretam sacerdotis ad populum se uertentis indicat. Secreta autem occultam orationem significat, in qua sudor sanguineus de corpore eius distillabat. Item Dominus noster Iudaeis obiecit, quod occiderunt prophetas & ad se missos, cum monita sua spernerent dixit ad eos. Dico uobis, non me uidebitis amodo, donec dicatis, benedictus qui uenit in nomine, &c. & sic ab eis recedens, usque ad praefinitum tempus a patre se occultabat. In die autem palmarum ut dictum est, se eis humiliter offerebat in asino sedens, tunc adimpletum est, quod dixerat. Nam pueri hebraeorum cum multa turba quae conuenerat ad diem festum Paschae clamabant dicentes, benedictus qui uenit. Et. Osanna, &c. quae omnia sacerdos in missa re praesentat, quando post secretam, per omnia saecula alta uoce decantat, & praefationem, & sanctus usque ad Osanna in excelsis in Ecclesia pronunciat. Sciendum, quod in praefatione tangitur praerogatiua non paruipendenda. Ecclesia enim militans in terris, petit admitti uoces suas cum spiritibus & uirtutibus Angelicis in caelis. Quod utique fit, si iuxta ad monitionem sacerdotis corda sursum habemus ad Dominum, non ad terrenum desiderium quia sine dubio ima summis coniunguntur, scriptum est enim. Vbi fuerit corpus illic congregabuntur aquilae. i. Angeli. Cum quibus nostras uoces cum spiritibus, & uirtutibus Angelicis, in caelis admitti petimus sine fine dicentes ter Sanctus

Eph. 5.

Psal. 140.

Ioan. 13.

Ioan. 11.

Matth. 23.

Matth. 21.

Matth. 24.



Et quia trinus & unus est Deus, & ideo tribus uicibus Sanctus cantamus, quia Deum potentem in caelo, in inferno & in terra pronunciamus, ita ut in nomine Domini omne genu flectatur, & c. uel ideo ter Sanctus cantamus. q. d. Omnipotens Deus sanctus es, fideles tuos in terra proteges. Sanctus es Angelos in caelis, & omnes sanctos in narrabili gaudio replens, & hi exercitus tanguntur in hoc uerbo Sabaoth, quod interpretatur exercitus. Benedictus ergo qui uenit in nomine Dei patris, & pro salute nostra carnem assumere & crucem subire dignatus est. *Osanna in excelsis.* *Osanna* interpretatur salua, & saluifica, quasi dicat. Ecclesia. Qui potens es in excelsis, salua nos Christe existentes in terris. Quod autem *Osanna* bis cantatur duplex stola uel gloria Sanctorum scilicet corporis, & animae per hoc insinuat. Hic est notandum, quod in tribus linguis nominatissimis missa cantatur, scilicet hebraea, graeca, & latina, per hoc intelligi datur quod omnis lingua confitetur, quia Dominus Iesus est in gloria Dei patris. Hebraea sunt Sabaoth. *Osanna Amen Alleluia*, & his similia. Graeca sunt *chrie ele. latina, Euangelia & Epistola*, & cetera. Titulus etiam crucis hoc representat. scilicet Iesus Nazareus Rex Iudaeorum, qui graece hebraice & latine scriptus fuit. Item ante canonem sacerdos digitos lauat, per quod intelligi datur quod solummodo baptizati interesse debent consecrationi corporis Christi. Caueat autem sacerdos ne digitos lotos postquam eos lauit & extersit, de cetero disjungat, excepto quando facit signum crucis super sacrificium salutare, uel quando hostiam tangit. Non enim debet eisdem digitis quicquam nisi hostiam tangere, quousque eos in calce post sumptionem sacramenti lauet.

Sequitur uidere de canone missae, quem diuersi Sancti composuerunt. Sed quidam scolasticus Romanae Ecclesiae ad petitionem Apostolici regulariter eum ordinauit. Nam fortissimam, & Sanctissimam distinctionem quam Christus edidit in medio canonis, sicut cor hominis in medio posuit. Cor enim hominis dicitur in medio corporis positum, sic & sacratissima uerba cum quibus sacerdos corpus Christi, & sanguinem conficit in medio canonis reperiuntur, quasi Rege diuino in medio existente, & sancto exercito circumstante. Multi enim sancti scilicet Gelasius, Damasus, Gregor, Leo, Sergius Papa, & ceteri multi diuersas clausulas apposuerunt. Sed Apostoli solummodo hanc clausulam. Qui pridie cum pater noster dixerunt, & sic missam cantauerunt. Canon enim discretus & sub silentio legendus est. Discretus, ut uerba canonis, nec nimis uelociter sincopando, uel nimis protrahendo circumstantibus generet tedium. Unde Ecclesia statuit, ut canon deuote, & sub silentio legatur, quod silentium humilitatem Christi in sua passione indicat, quia coram praesidentibus, diiudicatus nihil dicebat, & sicut agnus coram

tendente, sic non aperuit os suum. Est autem initium canonis. Te igitur clementissime pater. Vbi notandum est, quod haec coniunctio igitur ad praefationem & ad sanctus refertur, quae ante canonem cantata sunt, quasi dicat sacerdos in persona Ecclesiae. Quia admisisti omnipotens Deus, ut te cum sanctis Angelis laudaremus, & idem clamaremus. Ideo clementissime Pater te supplices rogamus ac petimus per Iesum, uti, id est ut accepta habeas haec dona. i. benedicas. Sciedum autem, quod diuina prouidentia factum est, ut canon ab hac litera. T. inciperet, quae sui forma signum crucis ostendit in figura. In perisq; sacramentariis, id est, canonum libris, imago crucifixi depingitur, ut non solum intellectus literae, uerum & aspectus figurae memoriam Dominicae passionis inspiret. Litera namque T. mysterium crucis insinuat, dicens Domino per prophetam. Signa thau in frontibus uirorum dolentium & gementium, ne ab Angelo percutiatur. Et quod in frontibus per confirmationem & unctionem Dominicae passionis deuotissime teneamus. Unde statutum est a Sanctis patribus, ne quiquam sacerdotum in aliquo altari missam celebraret nisi ibi imago posita fuerit crucifixi. Quam sacerdos intuens, & brachia extensa in ea cernens, pro populi delictis exorato, brachia sua ad eum extendere ad modum crucis nullatenus erubescat. Paulus namque dicit. Mihi absit gloriari nisi in cruce, & c. Unde quia de sancta cruce uel de signis crucis hic mentio habita est, pauca de mysterio crucis hic inserantur. Ipsa namque crux est imperium super humerum saluatoris. O signum ineffabile, & sacramentorum ubertate refertum. Crux est lignum uitae in medio paradisi, quod quatuor Euangeliorum lumina rigant. Crux est charitas, id est cubitus in quibus consumata est arca, id est Ecclesia. Crux est ara, super quam Abraham immolauit Isaac filium, id est pater ecclesiae Dominum Iesum Christum. Crux est lignum, quod missum est in marath, id est in mundum, & dulcorata sunt aquae legis, quia per crucem discimus inimicos diligere, quod utique legi ueteris testamenti contrarium est. Ipsa enim dicit. Odio habebis inimicum tuum, & oculo pro oculo dentem pro dente. Crux est uirga cum qua petra percussa est, id est Christus, & egressa sunt flumina largissima sanguinis & aquae, quibus anima nostra sanatur & lauantur. Crux est palus in quo erecto serpente aeneo, id est Christo omnes qui eum fideliter aspiciunt liberantur a moribus serpentum ignitorum, id est Diabolorum. Crux est cythara in qua noster Dauid. i. Christus psallebat, quando in ea pendebar, & malignorum spirituum impetus a Saule, i. ab humano genere refrenabat. Crux est duo ligna, quae colligebat uirga saeptana, id est Ecclesia, ut sibi & filio patris faceret, quae in cruce panis. i. Christus Dominus deus est. Crux est lignum Elisae ad quod ferrum de profundo

Isa. 53.
Missae canonem, cuius littera T. exordium.
Ezech. 9.
Cor. 1.
Gal. 6.
Esa. 9.
Gen. 3.
Gen. 8.
Gen. 22.
Exod. 17.
Exod. 21.
Exod. 17.
Num. 21.
1. Reg. 16.
1. Reg. 17.
4. Reg. 4.

fundo natavit, quia per lignum crucis de abyfso mortis sumus extracti, & hoc ab Eliseo caluo habemus, id est Christo in cruce denudato, uel in monte caluariae crucifixo. Crux est lignum de quo dicunt Iudei per Hieremiam prophetam. Venite mittamus lignum in panem eius, id est Christum in cruce intericiamus. Crux est palma quam Christus ascendit & fructus eius apprehendit. i. redemptionem nostram. Crux est clavis David quae ianuam caeli aperuit & nos intromisit. Quod autem tres cruces supra calicem & hostiam per manus sacerdotis signantur, quid significet uideamus. Signant. n. tres traditiones, quibus filius Dei traditus est in mortem. Traditus. n. est filius a Deo patre, sicut dicit Apostolus. Proprio filio suo non perperat, sed pro nobis oibus tradidit illum, hoc primum signum signat ubi dicitur, haec dona. Item tradidit filius ipsum de qua traditione dicit Isa. Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & haec traditio signatur cum dicitur, haec munera. Deus. n. hoc munus ualde libenter acceptat. Item Christus traditus est a Iuda discipulo, & hoc in malo, de qua traditione dicit Mat. in Euang. Qui autem tradidit eum dedit eis signum di. Quocumque osculatus & c. & haec traditio significatur in hoc uerbo, haec sancta sacrificia illibata, quia. n. Christus sine peccato natus est, & sine peccato uixit, & innocenter occisus est, ideo eius mors sancta est, licet eum Iudas mala intentione tradiderit. Quia additur sacrificia illibata. i. prius non immolata, ad hoc respicit, quia sacerdos nouum sacrificium in altari posuit, quod adhuc consecrari debet. scilicet panem & uinum, uel illibata. i. intacta, uel immaculata, & sic refertur ad ipsum Christum, quem peccatum non tetigit nec coedauit, sicut dicit Apostolus. Qui peccatum non fecit & c. Sequitur. In primis quae tibi offerimus, pro Ecclesia tua sancta catholica. Utile est ualde pro sacrosancta matre Ecclesia orare. Nam qui libenter pro ea orat oibus bonis eius particeps fit. Orat autem sacerdos cum circumstantibus, & se petit exaudiri a patre, per Iesum. i. per Iesum Christum filium suum, ut dictum est quasi dicat. Si nos propter peccata nostra exaudiri non meremur, saltem pro filio tuo nos exaudire digneris, ut Ecclesiae tuae pacem tribuas, & eam custodias, quia nisi eam custodieris frustra uigilabit & c. & pacem non habebit. Digneris etiam eam adunare, quia omne regnum in se diuisum desolabitur, & si tu eam non rexeris per multa schismata turbabitur. Sequitur. Vna cum famulo tuo Papa nostro. Hic est notandum, quod in omni missa Apostolici memoria habenda est: quia hoc est in concilio statutum. Debet autem sacerdos non nominare nomen Apostolici, sed per memoriam nominare. Sequitur. Et antistite nostro. i. Episcopo. Sequitur. Et Rege nostro. Romanorum similiter corderetis cogitabit. Ecce quae fideliter sacerdos coniunctus Deo in missa pro Ecclesia catholica, pro iudicio spirituali, & seculari orat. Sequitur.

Et oibus orthodoxis, atque catholicis & Apostolicae fidei cultoribus. Ista clausula intelligitur de oibus Cardinalibus, Primatibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Praelatis, & ceteris Ecclesiae praepositis, uel sacerdotibus, & eorum subditis: pro quibus in missa orandum est. Sequitur. Memento Domine & c. Hic attendendum est, quod in hoc loco sacerdos tenetur orare, pro oibus qui ei alia beneficia impederunt. Sequitur. Et oium circumstantibus & eos Deo recomendat, quasi dicat. O Deus tu eorum fidem & deuotionem melius nosti quam ego, ergo corrige in eis quicquid corrigendum in eis inuenieris. Sequitur. qui tibi offerunt, usque Deo uiuo, quasi dicat sacerdos. Oipotens Deus hoc sacrificium laudis offerunt tibi circumstantes, & pro quibus orauimus, pro se suisque oibus, usque Deo uiuo & uero, & reddunt uota sua. Nota quod patrem Domini nostri Iesu Christi unam cum spiritu sancto, Deum uiuum & uerum appellamus, ad differentiam Deorum non uiuorum, nec uerorum, sed idolorum, quibus gentes sacrificabant. Unde Psal. Simulacra gentium argentum & c. & iterum. Os habent & non loquentur, & ideo qui non uident nec audiunt, quomodo alios exaudire possunt? minime. Sequitur. Coicantes, usque Iesu Christi. Hic extra unitatem Ecclesiae non est locus offerendi sacrificium, & ideo memoriam Sanctorum coicamus, quatenus in comunionem Sanctorum sacrificia offeramus, quasi dicat. Ecclesia militans in terris. Et si nos pro peccata nostra non meremur exaudiri, comunionem. i. comunionem Sanctorum. scilicet Beatae Virginis & Apostolorum, martyrum & Sanctorum oium, exaudiri mereamur. Inuocamus. n. illos, repellere eos non potes, & quia exauditione digni sunt, & nos unam cum ipsis exaudire digneris. Quare autem commemoratio confessorum non fit in canone sicut martyrum, duplex est ratio. Primo quia martyres graece dicitur testis, & ideo in canone positi sunt, quia testes passionis existunt, & pro Christo martyrium pertulerunt. Secunda ratio est, quia canon a beato Gelasio Papa uel a quodam scolastico (sicut dictum est) editus fuit antequam festa confessorum celebrarentur. Pot enim sacerdos missam cantare de confessore, sed oremus non nominet eum in canone. Tandem subiungat, & oium Sanctorum tuorum & c. quod ubique sacerdos in canone facere potest. Et quoniam multae sunt. i. animae Sanctorum congregauerunt diuitias sanctitatis, Beata uirgo Maria supergressa est uniuersas. Ideo prima in canone ponitur. Sequitur, quorum meritis & c. sicut & Moyses orauit dicens. Memento Domine Abraham Isaac & Iacob, quibus iurasti & c. ac si dicat, facilius me exaudies, quia Sanctorum memoriam me facere iubes. Ecce quo in missa ima summis coniunguntur, & terrestres quodammodo efficiuntur caelestes, quia militantes in terris, triumphantibus Sanctis in caelis per orationem canonis uniuertur. Unde sequitur. Hanc igitur oblationem, usque tibi. Diesque nostri oris in tua

Psal. 113.
Psal. 113.
Exod. 32.
Hae uerba. Hanc igitur beatus Gregorius apponit.

Osanna uox hebraea, id est ualeat quod salua obiter, uel saluum fac nunc.

Phil. 2.

Ioan. 19.

Quo feruandi mudi digitus, quibus Christi corpus comungimus.

Sacri canonis missae auctores.

Siluestrius Missae Christi militat resert.



in tua pace disponas, quæ beatus Greg. dicit appo-
fuisse, & hæc uerba satis plana sunt, ideo dimi-
tantur. Sequitur. Quæ oblationem &c. Hic uidet
dum est quare quinq; signa crucis fiant super ca-
licem & hostiam. Sed sciendum, qd per diuersa &
multiplicata signa, quæ in canone sunt, diuersa
gna tormentorum quæ pro nobis sustulit Chri-
stus designantur. Hæc igitur signa significant qd
Christus in sensibus secundum carnem passus est,
ut sensus nostros illuminaret. Passus est. n. in ui-
su, per uelationem, in auditu, per derisionem, in
gultu, per feliis & aceti potationem, in odoratu, p
ferentiu corporum, qn passus est in loco calua-
ria, in tactu per clauorum confixionem. Itē in
tribus signis quæ in hoc loco cõiter super calicē
& hostiã fiunt, possunt designari tria gna hoĩum
quibus Christus uenditus est à Iuda. f. sacerdo-
tes Scribæ & Pharisei. Isti. n. Christum emerant,
& eum quasi maledictum & proscriptum tracta-
uerunt. Sed sacerdos econtrariõ dicit Christum
esse oblationem benedictã, quia benedictus fru-
ctus uentris Mariæ. A scriptam, quia Iesus in scri-
pturis uocibus prophetarũ præsignatus assisit
pro nobis faciei diuinæ. Ratam, quia regnũ eius
durat sine fine. Quod autem dux crucez specia-
liter super calicem & hostiam fiunt, signat qd Iu-
das uenditor & quidam emptores qui ad idem
per penitentiam non redierunt, pp hoc corpus
& aiã perdidit. In hac aut clausula subse-
quitur. Rationabilẽ acceptabilẽ facere digneris,
quasi sacerdos dicat. Iudex in ueteri testõ obtu-
lerunt oblationem irrationalẽ. i. iumenta muta
& ratione carentia. Sed tu sanctissime & clemẽ-
tissime pater facere digneris, oblationem nos-
tram rationabilem, ut apud te pro nobis ratio-
nẽ reddat. Acceptabilem quatenus tibi placeat,
& nostibi acceptabiles efficiat. Ita ut panis in
altari positus fiat nobis corpus qd corpora no-
stra uiuificet, ne eternaliter moriamur, & uinum
sanguis, qui aias nostras sanctificet, ne perpetuẽ
dãnemur, & hoc dilecti filij tui Dñi nostri Iesu
Christi, qui. f. Christus corpus & aiã saluare
põ. Sequitur. Qui pridie qd pateret, hoc est quin-
ta feria ante pasceuẽ, accepit panem in scras,
usq; benedixit. Nota qd in hoc loco signũ crucis
cũ uerbo sonat. Sciendũ aut qd Sãcta Trinitas in
hoc loco, cũ sacerdote panẽ & uinum mirabili &
occulta & ineffabili benedictione, his uerbis, p-
latis. Hoc est corpus &c. Hic est calix &c. ueraci-
ter benedicit panẽ & uinũ, in uerũ corpus & san-
guinẽ Christi mutando. Sequitur. Simili modo.
Postq; aut sacerdos hæc oĩa peragit manus ad
modũ crucis ad utraq; comua altaris extendit
passionẽ Dñi representã, & nihilominus p hoc
insinuans qd Christus Dñs pro Iudæis & gẽtibz
passus est qui in utrisq; cornibus altaris designa-
ti sunt, ut dictũ est, ita ut ipsi ad uia ueritatis re-
deant, & fidẽ catholicã imitentur. Nunc aut ui-
dẽdũ est, quare in missa sacerdos corpus Dñicũ
in altum leuat, & fidelibus astantibus ostendit.

Corpus Dñi nostri Iesu Christi, multis de causis
eleuatur à sacerdote in missa. Quarũ prima &
præcipua est ad gratiã Dei patris, quã peccatis
nostris perdimus obrinendã. Solo. n. pctõ offen-
ditur & irritatur, sicut dicit Psalm. Irritauerunt
Deũ in adinuetionibus suis. Sacerdos igitur ele-
uat in altari corpus Christi, quasi dicat. O pater
cœlestis peccauimus, & te ad iracundã prouoca-
uimus. Sed nunc respice in faciẽ Christi filij tui,
quẽ tibi præsentamus & te ab ira ad misericor-
diã prouocamus, ne ergo auertas faciem tuã à
puero tuo. f. à filio tuo, sed memeto qd dixeris de
eodẽ filio tuo. Hic est filius meus dilectus in quo
mihi cõplacui. Corrige ergo in nobis misericor-
diter pp eũ, quicquid inuenieris corrigendum, &
cõuerte nos ad te, & auerte iram tuam à nobis.
Secunda causa quare eleuat est ad impetrãdũ,
& obtinendũ oẽ bonum, quo in presenti uita & fu-
tura necessarius sumus. Bonũ igitur quod in hac
uita indigemus est pax pectoris, quã nemo nisi à
pctõ mortali solutus habere põt. Hæc est pax de
qua Christus dixit discipulis. Pacẽ meam do uo-
bis. Secundum bonum est charitas, & hæc uirtus
ualet ad præsentẽ & ad futurã uitam. Charitas
nãq; in hac uita hoĩem dirigit, & ad uitam æter-
nã perducit. Vndẽ Ioã. dicit. Qui manet in cha-
ritate in Deo manet. Elenat ergo sacerdos cor-
pus Christi, quasi dicat circũstantibus. Si obtine-
re uultis quod cupitis, pacẽ inter uos habete, &
charitate mutua diligite, quia Christus p mor-
tẽ suã nos Deo, & Angelis pacificauit, & per cha-
ritatẽ nobis eterna gaudia cõparauit. Tertio ele-
uat corpus Christi, ad rememorandũ ius nrm
quod habemus in cœlo iam in spe, sed tandẽ ha-
bituri sumus in re. Ius nostrũ quod in cœlo ha-
bemus, est uita æterna. Vndẽ Ioan. in suo Euãg-
ponit uerba Christi sic dicẽs. Ego ueni in mũ-
dum ut (oēs imitatores mei. f.) uitã habeant in
præsenti, & habeant abundantius in futuro. Vn-
dẽ hoc ius nostrũ scriptũ est in priuilegio nro. i.
in Christo, & hoc stilo ferreo, quia lancea latus
eius apertũ est, & pedes & manus clauis confixę.
Vndẽ eleuat sacerdos corpus Christi in altari,
quasi dicat. O nos Angelici spũs, qui hic præsen-
tes assistitis testes sitis, qd uita æterna nostri iu-
ris est, & ad hoc confirmandũ eleuamus priuile-
gium nostrũ. i. Christũ pro nobis passum. Quar-
ta rõ est, quia eleuatur corpus Christi ad osten-
dendã potentã Dei. Magna. n. est potentia Dei,
quia ad prolotionẽ istorũ uerborũ. Hoc est cor-
pus meũ, panis in corpus Christi trãsubstãtia-
tur, hæc est mutatio dextera excelsi, & tranfen-
dit oẽm sensum. Eleuat ergo sacerdos corpus
Christi, quasi dicat prius uidistis panẽ in altari,
sed modo cõsecratione peractã, uidete uerũ cor-
pus Christi. Si ergo Deus tã potenter potuit ca-
lem mutationẽ facere, potens est & nos mutare
de culpa ad gratiã, & postmodum ad gloriã.
Quinta ratio, quia eleuatur corpus ad declara-
dã sapientiã Dei. Mira. n. & inenarrabili sapia se
ostendit

Multis de causis eleuatur corpus Christi in missa. Psal. 109. Vt quid Dominus in sacrificio sub specibus leuatur. Ioan. 4. Matt. 17. Ioan. 14. 3. Ioan. 4. 4. Reg. 7. Hier. 26. Iob. 7. Luc. 22.

ostendit Christus nobis inuolutum, de qua inuo-
lutione dicit nobis. Isa. Vere tu es Deus abscon-
ditus Deus Israel Saluator. Sciendum in hoc lo-
co qd Deus & Dñs noster Iesus Christus multis
de causis in forma panis se abscondit. Nã si in al-
tari sic appareret sicut est, uel sicut in cruce cor-
pus eius distensum est, multi eũ sumere terren-
tur, & irent retrorsum, iuxta quod in Euangelio
dictũ est. Multi. n. discipulorũ nouorum Christa-
norum eum audissent, nisi manducaueritis car-
nem filij hoĩs, ex hoc territi abierunt retrorsum,
& iam cum illo non ambulabant. Putabant. n. qd
deberent eum per mēbra secando discerpere, &
sic manducare, quod utiq; humana fragilitati
fuisse horribile. Sed ipse in cœna corpus & san-
guinẽ suum sub uisibili specie uelauit, & populis
manducandum tradidit. Aliã adhuc sunt rones
quare uelatur, quas pretermitto. Sexto eleuatur
corpus Christi in altari, ad ostendendam eius lar-
gitatẽ. Quẽ. n. maior largitas, qd ut hõ manducet
panẽ Angelorum? Eleuat ergo sacerdos corpus
Christi in altari, quasi dicat. Ofideles Christi
gaudete & aspiciate. Hæc est. n. cœlestis præbẽda
Angelorũ, quã nobis trãsmisit largissimus Rex
cœlorũ, ut oĩ gratia & benedictione repleami-
ni, & hoc tangitur ibi, ut quotquot ex hac alta-
ris participatione, usq; ibi, oĩ benedictione cœ-
lesti & gratia repleamur. Sed uã illi, qui corpus
Dñi (hanc. f. sacratissimã præbẽdã) sumere non
curat, & se ab eo alienat, de quo dicit Elifeus
ppheta in libro Reg. Videbis & nõ gustabis. Mul-
ti nãq; uident corpus Christi, sed heu nõ gustãt,
& se per peccata grauiã ab eo alienant. Septimõ
eleuatur corpus Christi, ad ostendendam bonita-
tẽ Christi. Quã. n. maior bonitas, qd qd Christus
dignatur captiuus esse in altari? undẽ ipse dicit
in persona Hierẽ prophete. Ecce ego in mani-
bus uestris sum, quod bonum & rectũ est in ocu-
lis uestris facite mihi. Nota, qd dũ aliquis dux pp
suos captiuus tenetur, nõ dimittitur nisi det ma-
gnã pecuniã, sic nec nos Christum captiuum di-
mittere debemus, nisi remissionẽ peccatorũ no-
bis tribuat, & regnũ cœlestẽ ab eo accipiamus.
Elenat ergo sacerdos corpus Christi in altari,
quasi dicat. Ecce quẽ totus mundus capere non
põt, captiuus noster est, ergo eũ nõ dimittamus,
nisi quod petimus prius obtineamus. Octauõ ele-
uat corpus Christi ad lætificandã Ecclesiam
Sancã per uexillum exercitus, undẽ oēs qui sub
uexillo militant, gaudiũ & fortitudinẽ accipiãt.
In pugna. n. & militiã oēs sumus. Vndẽ Iob. Mili-
tia est uita hoĩs. Eleuat ergo sacerdos corpus
Christi in altari, quasi electis dicat. Nolite time-
re, securẽ pugnat. Ecce uexillum nrm, quod pp
nos in cruce rubricatum est & depictum. Ecce
Dñs Iesus in medio nostri est. Nonõ eleuatur, ad
Christum imitandum & sequendum. Vndẽ ut
pctõres eum sequi uelint, & non desperet de spe
ueniã, Christus filius Dei patris, latus patri præ-
sentat, ut uulnerum cicatrices ostendat. Vndẽ

Bern. Securus habemus ad Deum accessum, si-
lius ostendit uulnera, mater ubera &c. Eleuat er-
go sacerdos corpus Christi, ac si peccatoribus &
ceteris Christianis dicat. Ecce filius Dei qui pro
nobis extensus & eleuatus est in patibulo crucis,
sequimini eum, ut saltẽ aliquid pro eo patiamini,
quia tanta pro nobis passus est. Vndẽ Petrus
in epistola. Christus pro nobis passus est, ergo à
nobis compatiendum est ei, ita ut passionis eius
beneficium nunq; obliuiscamur. Propter quod in
canone subditur. Vndẽ & memores, usq; beatã
passionis. In hoc loco recolitur memoria domi-
nicæ passionis, resurrectionis, & ascensionis. Nã
per quinq; signa quæ hic fiunt, designantur quin-
que uulnera Christi. f. duo in manibus, duo in pe-
dibus, & unũ in latere. Quod aut tria signa sup
calicẽ & hostiã cõiter fiunt. In hoc intelligi da-
tur, quia passio Christi uulnerat charitatẽ. Re-
surrectio roborat fidẽ. Ascensio lætificat spem.
Hæc in litera tanguntur qd dñs, passionis, resurre-
ctionis, & ascensionis. Duo aut signa sequentia,
quæ super corpus Christi & sanguinem fiunt, desi-
gnant iustorum corporis & aiæ immortalitatẽ.
Sancĩ nãq; & iusti qui in uulneribus Christi ni-
dificant, efficiuntur puri siue immaculati, & uitã
eternam possidentes, & salutem perpetuã corpo-
ris & aiæ consequentes. Nam & hæc in uerbis ca-
nonis tanguntur, quæ de Christo sic pronuncian-
tur. Hostiã puram, quoad primum. Hostiam san-
ctam, quoad secundum. Hostiam immaculatã,
quoad tertium. Panẽ sanctum uitæ æternæ, quoad
quartum, & calicem salutis perpetuæ, quoad
quintũ. Est. n. Christus hostia pura, electos suos
purificans, hostia sancta, dilectos suos sanctifi-
cã, hostia immaculata, maculas nostras purgã,
panis uitæ æternæ, Angelos & hoĩes reficiens, &
calice sui præclari sanguinis inebrians & profun-
dẽs. Sequitur. Supraq; propitio, usq; immacula-
tam hostiam. Nota, qd in hoc loco tres Sancti ue-
teris testamenti nominantur, Abel Abraham
Melchisedech, qui figuram passionis Christi, im-
mõ & cœnæ eius sanctissimã proprie repræsẽ-
tãt. Abel. n. obtulit munera de primogenitis gre-
gum, & Christus primogenitum obtulit in mul-
tis fratribus, agnũ immaculatum Deo patri,
de quo agno dixit Ioan. baptista. Ecce agnus
Dei, &c. Item Abel à fratre suo Cayn innocẽter
occiditur, & Christus à fratribus suis Iudæis. f.
malis perimitur & necatur. Abraham obediuit
Deo ad immolandum filium, Christus factus est
obediens patri usq; ad mortem, & in manus pa-
tristradidit spiritum. Melchisedech obtulit pa-
nem & uinum: Erat. n. sacerdos Dei altissimi. Et
Christus in altari sub specie panis & uini, cor-
pus & sanguinem summi offert Deo patri pro no-
bis, ipsam nobis pacificans. Nam Melchisedech
fuit Rex Salem. i. pacis, Christus aut dñs in hoc lo-
co Abel, ratione innocentia. Abraham, ratione
obedientia, Melchisedech, ratione clementie &
sanctitatis eximia. Vndẽ sequitur, sanctum sa-
crifi-

1. Pet. 1. Quinque signatio- nes, quin que uulnera Christi signat. Trium Pa- triarcharum, cur hic men- tio fiat. Gen. 4. Ioan. 1. Gen. 4. Gen. 22. Gen. 14. Luc. 22.



crificium, immaculatam hostiam. Hac uerba Leo. Papa canoni addidisse legitur. Supplices te rogamus. In hoc loco inclinatio sacerdotis signat inclinationem Christi, quando inclinato capite tradidit spiritum. Debet ergo fideles in hoc loco cum sacerdote fidelissimè se humiliare, & Deo aias suas per intima suspiria commendare. Nam in hac clausula quam Leo Papa magnus composuit, usque ad memento, tam profunda & imperferabilia posita sunt uerba, ut de eis beatus Greg. quasi de re ineffabili penitus locutus sit. Dicit. n. sit. iube hæc perferri &c. Quis fidelium dubium habere possit, in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis uocem oculos aperiri, Angelorum choros interesse, imma summis locari terrena caelestibus iungi, unamque ex uisibilibus & inuisibilibus fieri. Item alibi. Vno eodemque tempore ac momento & in caelum rapitur ministerio Angelorum ad associandum corpus Christi, & ante oculos sacerdotis in altari uideatur. Hucusque Gregorius magnus. Saluo tamen occulto caelestis oraculi Ecclesie sacramento, possunt hæc uerba simpliciter intelligi. Iube hæc. i. nota fidelium, supplicationes, & preces, perferri per manus sancti Angeli tui &c. Si enim Tobia orante Angelus preces eius obtulit Deo, quanto magis quoniam Christus cum sacerdote orat, & preces & oblationes populi offeruntur in caelum, immo ipse Christus magni consilij Angelus preces Ecclesie in missa Deo patri offert, & gratiam refert. Unde Amb. Non dubites (inquit) assistere Angelos quoniam Christus assistit immolatus. Sequitur. In sublimi altare tuum, hoc intelligitur esse Sancta Trinitas, de quo legitur. Non ascendes per gradus ad altare meum, quod est dicere. Aequalitatem Trinitatis crede, non descensionem, uel ascensionem sicut fit in gradu. Quidam hæretici putant patrem maiorem filio, & hi conantur ascendere ad altare, sed repelluntur a filio, qui dicit. Ego & pater unum sumus. Quidam etiam hæretici de hoc altari conantur descendere, putantes spiritum sanctum minorem esse filio & patre, & hi reuerberantur a patre & filio in sacra scriptura que dicit. Spiritus ubi uult spirat. Et Ioan. dicit spiritus est Deus, & idem dicit in symbolo Athanasij. Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. In conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Altare Sanctæ Trinitatis, dicitur sublimi. i. inaccessibile puro homini, uel incomprehensibile. Sed sacrificium altaris. i. hostia salutaris. Dominus noster Iesus Christus per mortem ad hoc altare coeternus patri introiit semel, æterna redemptione inuenta, sicut dicit Apostolus, & apparuit uultui Dei pro nobis in conspectu diuinæ maiestatis ipsius patris. Vnde, id est quatenus, uel ut qui ex hac altaris participatione o sancte pater, sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumpserimus digni sicut decet cõicando, omni benedictione caelesti & gratia repleamur, per eundem Dominum nostrum Iesum Christum. In his tribus signis intelligi datur, quod

neceffe habemus ut Dominus Deus distribuatur corporibus nostris castitatem, quod in primo signo intelligitur ubi dicitur, & sanguinem sumpserimus. Iustus. n. (ut Abachuc ait) ex fide uiuit, & anima hominis in sanguine est, sicut dicit Moyses. Item necesse habemus, ut Deus tribuat nobis cognitionem puram, quod in tertio signo intelligitur, quia faciemus super caput & pectus impunitur, ubi cogitationum sedes est. Ergo si seruauerimus & amauerimus corporis castitatem, animarum puritatem, benedictione & gratia in caelis merebimur repleri. Item inclinatio sacerdotis in hoc loco inclinationem capitis Christi in morte signat ut dictum est. Inclinatio. n. capite tradidit spiritum, & tale fecit testamentum secundum Amb. qui dicit, quod auctor pietatis in cruce pendens in singularibus negocijs pietatis officia diuidebat, persecutionem Apostolis, pacem discipulis, corpus Iudeis, patri spiritum, uirgini paranympum, latroni Paradisum, Christianis penitentibus, crucem commendat. Ergo tollamus crucem eius, quod in duobus signis quæ super corpus & sanguinem fiunt intelligitur, quia per mortem eius a duplici morte. i. corporis & animæ liberamur. Si tamen confessionem eius in morte seruamus, quod in tertio signo exprimitur. Nam si compatimur & conregnabimus, sicut dicit Paulus. Item in tribus signis quæ in hoc loco fiunt, quidam diuersas passionem Christi intelligi uolunt corporis, & per flagella dissolutionem quoad primum, sanguinis effusionem quoad secundum, faciei uelationem quoad tertium. Unde sicut Christus per passionem suam de hoc mundo transiurus, patri spiritum commendauit, sic & nos spiritus fidelium defunctorum de hoc mundo per mortem migrantium, & in fide catholica decedentium, omnipotenti Deo commendamus, propter quod subditur. Memento Domine &c. Attendendum est quod pia mater Ecclesia non solum pro uiuis, sed etiam pro defunctis in persona sacerdotis fideliter intercedit, certissimè credens quod pretiosus sanguis Christi non solum pro uiuis, sed etiam pro mortuis ad redemptionem proficit & liberationem a peccatis illis duntaxat. Qui nos præcesserunt enim signo fidei. i. charitate. In quo fideles ab infidelibus discernuntur. De hac liberatione dicit propheta ad Christum. Et tu in sanguine testamenti tui, extraxisti unctos tuos de lacu in quo non erat aqua. i. de inferno superiori. Non est autem orandum pro eis qui sunt in inferno inferiori, quia ibi nulla est redemptio, & quos pro certo damnatos seimus, quia ut dicit Aug. Si scirem patrem meum esse in inferno ubi nulla est redemptio, non plus orarem pro eo quam pro Diabolo. Orandum est ergo pro fidelibus defunctis. Qui dormiunt in somno pacis. i. nulla hæresi uel discordia, uel impoenitentia, ab unitate Ecclesie segregati sunt, licet forte aliqua cretabilia uel correctioe digna, detulerint de hoc mundo. Et sacerdos debet primò orare pro patre &

Abac. Leui. 17. Ioan. 19. 2. ad Tim. 2. Sacerdos in persona ecclesie pro defunctis fidelibus orat qui in charitate decedunt. Zach. 9. Pro damnatis orandum non est.

tre & matre, postea pro sibi conmissis, non tamen nominatenus sicut supra dictum est, sed memoriter &c. Sequitur. Omnibus in Christo quiescentibus &c. Illi enim mortui in Christo quiescunt qui in Christo mortui sunt, sicut in Apoc. legitur. Sequitur. Locum refrigerij in quo Lazarus euangelicus habitabat, lucis, scilicet Christus qui est lux mundi. Ipse enim est lumen uiuentium. Unde Psal. Ut placeam coram Deo in lumine uiuentium, & pacis, de qua pace dixit Simeon. Nunc dimittis, usque in pace, ut induigens per Christum Dominum nostrum. Qui enim indulgentiam & misericordiam querit, iudicem placat & uincit. Sequitur. Nobis quoque peccatoribus quasi dicitur sicut dixit Ioan. Apostolus. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Et non est homo qui non peccet, licet infans unius diei super terram. Multi namque ex misericordia Dei sine peccatis mortalibus uiuere possunt, sed sine uenialibus raro. Sequitur. De multitudine miserationum tuarum sperantibus. Si enim latro in cruce pendens contritus & confitens ueniam meruit, quare non mereret Christianus misericordiam, & ueniam peccatorum, contritus & confessus? Unde & uocis expressio, & cordis rursus manu dextera contritionem & confessionem latronis in cruce pendentis ad dextrum latus Christi designat. Ipse enim contrito corde confessus est, & socio suo in sinistro latere pendenti dixit. Nos quidem digna factis recipimus &c. Et respondit. Dominus. Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Unde sequitur. Partem aliquam & societatem &c. Ioan. Chryf. dicit quod latro qui in cruce Deum confessus est, omnes sanctos in regno præuenit. Nec mirum, ipse enim Dominum in caelo regnare constebatur, qui ab Apostolo Petro in terra negabatur, per quod intelligi datur, quod seruenter penitentes iterum tepidos sanctos in regno præueniunt. Beata Virgo & Apostoli adhuc in terra fuerunt. Sanctus Ioan. Baptista & alij Patriarchæ & Prophetae adhuc in limbo detinebantur quoniam dicitur est latroni. Hodie mecum eris in Paradiso. i. eris in gaudio, quia ubi Christus est, ibi gaudium est, & Paradisus, & lux, & pax, & iucunditas. Ipse enim Christus est lux uera &c. Christus etiam caelum illuminat sicut de superna Hierusalem dicitur in Apoc. Ipse enim agnus. i. Christus illuminat eam & sanctis gaudium infundit. Unde. Gaudent in caelis animæ Sanctorum qui Christi uestigia sunt secuti, quia sequitur agnum quocumque ierit. De hac societate in hoc loco dicitur. Societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis & Martyribus. Quidam dicit hic intelligi Ioan. Baptistam. Expositores autem Ioan. nem euangelistam. Licet enim in principio canonis sit cum ceteris Apostolis nominatus, nominatur tamen hic, quia duplici priuilegio gaudet. i. Apostolatus uestigio & uirginitatis. Amoris Christi priuilegio, merito secundum locum sortitur in

canone, & cum Stephano qui etiam uirgo & martyr fuit. In ueteri. n. testamento Iacob Patriarcha dilexit Ioseph plus quam ceteros filios, eiusque duplicem hereditatem tribuit quam tulit in arcu & gladio de amorreorum populo. Et Christus huic discipulo & charissimo filio duplicem hereditatem & honorem tribuit ut supra. Notandum quod sancta Felicitas uirginis in hoc loco canonis, sanctis uirginibus antepositur & præfertur. Et licet hoc forte ratione antiquitatis sit factum, ita ut priuilegio uirginitatis non derogetur. Tamen secundum Aug. in hoc loco datur intelligi quod seruantes & uere penitentes uirgines religiosas, & accediosas exercitijs diuinis prætere conatur. Vnde sequitur. Intra quorum consortium &c. per Christum Dominum nostrum. Qui enim ueniam desiderat iram iudicis placat, & misericordiam prolocat, propter quod quidam penitens dixit. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Virginitas autem si humilitatem custodiat, & seruiore deuotionis habeat, magna meretur priuilegia & prerogatiuas gratiarum. Uirginibus namque, & martyribus, & prædicatoribus fidei Christianæ, aureola in caelesti patria reseruatur. Hæc. n. tria genera Sanctorum in hoc loco canonis inueniuntur. Intra quorum, usque ad Christum Dominum nostrum, per quem. i. Christum, hæc omnia. i. pater cæli bona creas. Licet enim Deus pater in principio. id est filio creauerit caelum & terram & omnem ornatum eorum, & cuncta quæ fecerat erant ualde bona, tamen semper eadem bona creat renouando, quoad uinum & panem, quæ in altari offerri debent. Unde non solum a sacerdote, sed etiam a Sancta Trinitate benedicuntur & consecrantur, & in corpus Christi & sanguinem transubstantiando uiuificantur, sicut patet in uerbis quæ sequuntur. Sanctificas, uiuificas, benedicas. In his tribus signis notantur tres dies, quibus Dominus erat in sepulchro, & requiescit ab omni opere suo quod patrarat. Nisi enim granum frumenti. i. Christus Dominus noster cadens in terram &c. sed quia granum mortuum est, & in terra sepulchrum, denno reuixit & pullulauit, & fructum multiplicauit. Hæc in tribus uerbis prædictis tanguntur, sanctificas quoad primum, uiuificas quoad secundum, benedicas quoad tertium. Unde sequitur. Et præstas nobis, subintelligitur sanctificationem ut. i. per corpus filij tui sanctificemur, hanc uiuificationem, ut per sanguinem ipsius uiuificemur, hanc benedictionem, ut ea digne sumendo a te benedicamur. Et ex hoc est tibi Deo patri omnipotenti, omnis honor & gloria in unitate spiritus sancti. Sciendum quod in hoc loco in tribus signis notatur tria, propter quod Christus uoluit tres esse dies suæ sepulture. i. quæ sunt in caelo restauraturus, & quæ in terra reparaturus, & quæ apud inferos redempturus. Vei in tribus signis huius loci intelli-

Stephanus uirgo fuit. Gen. 37. Psal. 50. Virginitas, martyribus, & prædicatoribus aureola reseruatur. Ioan. 12. Tribus diebus fuit Christus in se-



telligitur S^{an}cta Trinitas, sicut patet in litera. In patre quidem notatur auctoritas. In filio aequalitas. In sp^u sancto c^oitas. Quod autem corpus Christi supra calicem in ipsa hora levatur, & cu ipso calix signatur, per hoc intelligi datur, q^o mors a Christo superatur, uita reparatur, & gloria datur, de hoc patet in uerbis canonis. Per ipsum, & cu ipso, & in ipso. Nota q^o in hoc loco missa correspondet oibus horis canonicis, quia oia q^{ae} Christus passus est in ea representantur, & memorantur. Christus naq^{ue} in matutinis passus est traditionem, conspuitio^{ne}, alaparum c^osiones, tandem a mortuis resurrexit. Hora prima coram Pilato derisiones, insultationes. Hora tertia & c. sicut in patris sapientia plenius continetur. De istis septē horis dicit Psal. Septies in die laudem dixi tibi & c. Iste septenarius numerus signari potest, in septem signis crucis que in hoc loco sunt cu d^o. Sanctificas, uiuificas, benedicis, per ipsum, & cu ipso & in ipso & c. Nam qui Deū deuotē laudant, septem donis sp^u sancti replentur, & per patrem & filium sanctificantur, uiuificantur & benedicuntur. Quod aut^{em} ultimum signum iuxta labium calicis sit cum d^o. In unitate sp^u sancti, designat q^o qui adhaeret Deo unus sp^us cum eo efficitur, sicut dicit Apostolus. Sequitur. Per oia secula se. quod alta uoce pronunciat, & corpus Dⁿⁱ super calicē, & cu calice leuatur, per quod intelligi datur q^o tristitia Apostolorū de passione Dⁿⁱ ab eorum cordibus ipso reuiuiscere fugabatur, & gaudiū resurrectionis annunciabatur. Sequitur. Oremus, ut sic adiuuante D^{no} a morte peccati resurgamus, & in eadē iterū non cadamus, quia Christus resurgēs ex mortuis iam nō moritur & c. & i deirco petm non dnetur nobis. Nā qui facit pctm (teste Apostolo) seruus est peccati, fugiamus ergo tā horribilem D^{nm}, & ad misericordem D^{nm} & pietatis & dulcedinis reuertamur. Nā & pater oium non dēsignatur appellari, quia pater misericordiarū & Deus totius cōsolationis est. Reuera. n. ut Deum patrem nostrum nominare ualeamus, diuina informati sumus, institutione. Filius. n. qui dicitur cogualis patri hoc nos docuit, & sic frater noster instituit. Ipse namq^{ue} est filius Dei per naturam, nos filij ipsius per gratiā. Ergo pater noster qui es in caelis & c. Perimus ergo patrē nostrum, & respondent clerici circūstātes. Amē. quod secundum Hieronymum Hebręum est, & sonat, ut uerē & fideliter fiat quasi dicat Ecclesia astans sacerdoti in missa. O reuerende sacerdos, quicquid in hac oratione petisti, & optasti, in te & in nobis, ueraciter & fideliter fiat & compleatur. Sequitur. Libera nos quāsumus D^{ne} ab oibus malis prateritis presentibus & futuris, ut tui auxilio & te miserante, praterita mala deleatur, presentia uincantur, futura praecauantur. Et intercedente Beata & gloriosa Virgine semper Dei genitrice Maria, usq^{ue} per eundē D^{nm} & c. In hoc loco canonis tertio fit cōmemoratio San

ctorum. In hac oratione omnes Sancti comprehenduntur & includuntur, q^o Beate Dei genetricis & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & Andrea nomina recitantur. Oēs. n. S^{an}cti aut per castitatem, aut uirtutum firmitatem, aut per humilitatem, aut per uiriliter pug^{na} pro iustitia regna caelorum adepti sunt. Vnde in Beata Maria Virgine designatur castitas. In beato Petro uirtutum firmitas. In Sancto Paulo humilitas. In Andrea uiriliter pug^{na} pro iustitia, usq^{ue} ad mortem. Sequitur. Da propitius pacem & c. Orat sacerdos cum collecta pro pace, & hoc ipsum beatus Paulus instituit fieri. Sic dicēdo. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones, pro oibus hoibus pro Regibus, & his qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate. Orat ergo Ecclesia pro pace temporali ne impediatur ne retrahatur a pace sp^uali. Sequitur, ut ope misericordiae tuae adiuti, quantum ad interiorem & exteriorem religionē pertinet, a peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Perturbamur. n. si pctis mortalibus grauamur, & obsecatur cor humanum, perturbamur quādo nostro arbitrio relinquimur, & a nobis diuina gratia subtrahitur & elongatur, quod ne fiat, sacerdos per eundē. i. p. eundem Dominū nostrum Iesum Christum patris filiu, orat. Sed anteq^{ue} sacerdos in hoc loco per eundem Dominum incipiat, calicem discooperit & corpus Domini super calicem leuans, diuidit in tres partes, unā partem in calicē mittens, duas extra referuans, & anteq^{ue} unam partem in calicem mittat, alta uoce Pax Domini pronunciat. Tria quoq^{ue} signa crucis, cum corpore Christi in calice signat. Et quid hoc significet breuiter uideamus. Et primū quare hostia diuiditur in tres partes, quam causam. Sergius Papa determinat sic. Triforme est corpus Christi. Pars hostiē in calicem missa, corpus Christi quod a mortuis resurrexit & animae unitum est monstrat. Pars comesta ambulās adhuc super terram. Pars in altari usq^{ue} ad finem remanens, membra Christi esse corpora Sanctorum, usq^{ue} ad finem mundi in sepulchris quiescētia designat. Diuiditur aut^{em} sub forma panis in altari corporis Christi species non essentia, deitate in sua unione permanente, quae diuidi non pot. Sed in qua re fiat corporis Christi diuisio, uel fractio ostendit August. dicens. Q^o Christus manducatur, reficit nō deficit. Nam & Christus carnalem sensum discipulorum redarguit, qui putabant eius carnem sicut aliam diuidendam in partes, & in morsus lacerādā. Diuiditur aut^{em} forma uel species. Consecratione naq^{ue} peracta corpus Christi sub accidentibus panis uelatur, q^o accidentia sunt color, sapor, qualitas, quantitas, & forma. Substantia naq^{ue} panis & uini in consecratione per uerba Christi resecatur, sed accidentia remanent. Nam si accidentia auferretur, sacerdos

facerdos missam non perficeret, sed terreretur, unde in hoc fragilitati humanae consulitur. Posunt ergo in tribus partibus Eucharistię tres substantiae in Christo signari. s. Deitas, corpus, & aia. Quod aut^{em} una particula in calicem mittitur, p hoc intelligi datur, q^o caro Christi in passione mortua est, & anima immortalis, & Deitas impassibilis, & hoc duae particulae extra calicē referuatae representant. Item in tribus partibus Eucharistię potest Sancta Trinitas designari. Quod igitur particula in calicē mittitur, duabus extra remanentibus, figurat, q^o licet indiuisibilia sint opera Trinitatis, tñ secundum Aug. ad solam Christum pertinet caro, ergo pars in calicem missa, incarnatum & passum solū Christum Desilium designat. Duae uerō partes extra calicem seruatae, immunitatem carnis, patris & sp^u sancti figurant. Non. n. pater uel sp^u sanctus est incarnatus uel passus, ut dicit Aug. sed incarnatio ad solum Christum pertinet. Quod aut^{em} indiuisibilia Sanctae Trinitatis sint opera, sacerdos innuit, cum hostiam diuidit, dicens naq^{ue} ad patrem. Per eundem D^{nm} nostrū Iesum Christum, usq^{ue} qui tecum uiuit & regnat, unam fractionem facit, ac si diceret, diuidere uideor indiuisibilem, & si Christus mortuus est ex humilitate, uiuit tñ ex uirtute Diuinitatis, in qua semper cum patre existens nunq^{ue} recessit a patre. Cum uerō dicit. In unitate sp^u sancti, hanc Eucharistię facit fractionem, ac si diceret, licet spiritus sanctus obumbrasse uirgini legatur in conceptione filij, tñ a patre aeternaliter procedēs spiritus sanctus, patrem & filium nunq^{ue} deseruit, sed Sancta Trinitas indiuisa permanet. Per omnia secula seculorum. Item Eucharistia in tres partes diuiditur, in hoc tres partes corporis Christi (quod est Ecclesia) figurantur. s. caput cum membris. Vna pars est ipsum caput. s. Christus primitia dormientium. Altera pars aie Sanctorum in caelo triumphantium. Tertia pars in terra militantium. Quod aut^{em} duae partes seorsum extra calicem seruatur, per hoc intelligi datur, q^o Christus resurgens ex mortuis iā non moritur, mors illi ultra & c. ne quis cu ipso sunt sanctis. Vnde in Apoc. legitur. Non esurient neq^{ue} sitient amplius & c. Tertia uerō pars in calicem ponitur, & signat eos qui adhuc in pugna, uel militia passionis huius mundi existunt. Item Eucharistia in tres partes diuisa, tres ordines Ecclesiae significat. s. uirginum, uiduarum, & coniugatorum. Duae ergo partes extra calicem seruatae, calibatium & sanctimoniam uirginum, & uiduarū representant. Nam secundum Apostolum, uirgo & innupta cogitat quae Dⁿⁱ sunt. Tertia uerō pars in calicem missa statum coniugatorū & passionem designat. Vnde ipse Apostolus dicit. Quae aut^{em} nupta est, cogitat quae sunt mundi, i. de passionibus diuersis coniugatorum, tam in rebus q^{ue} in alijs. Dicit. n. Tribulationem aut^{em} carnis habebunt huiusmodi. i. cōiugati. Offeritur aut^{em} hostia

Christi in altari, ut uirgines & uiduae in sanctimonia perseuerent, & pro adiutorio cōiugatorū ne in tribulationibus huius mundi positi desperent. Item Eucharistia in tres partes diuiditur, & offertur ad tria designata in his uerbis. Corporis in partes Christi diuisio fit tres. Tincta dat uiuis, sed pars non tincta supernis. Est donā da reis, tertia pars iustificadis. Isti uersus sic intelliguntur. Prima pars missę in calicem offertur pro uiuis Christianis, qui in miserijs & pressuris huius mundi affliguntur & patiuntur, quatenus Deus mitigare dignetur afflictiones eorum. Altera pars extra calicē referuata, offertur ad laudem & ad gloriam Sanctorum, qui iam triūphāt in caelo in regno caelorum. Tertia pars offertur pro his, qui sunt in purgatorio, ut a pœnis citius liberentur & absoluantur, quatenus & ipse aia in sinu Abraham, hoc est, in gaudio & refrigerio assumantur, & gloria sicut ceteri Sancti perfruatur. Sequitur. Anteq^{ue} tertiam particulam in calicem mittat, pax Dⁿⁱ alta uoce pronunciatum, p quod datur intelligi, q^o Christus a mortuis resurgens triplicem pacem discipulis annunciauit. s. pacem temporis, pectoris, & eternitatis. Hęc pacistria genera designata sunt in tribus signis crucis, quae sacerdos facit cum corpore Christi inter calicem dicens. Pax Dⁿⁱ sit semper & c. & respondet chorus. Et cum spiritu tuo, quasi dicat. Tu nobis pacem optas, & eadem pax cu sp^u tuo maneat, quatenus totus in spiritu mysterijs diuinis insistas, & spirituali gaudio plenus fias. Hęc triplex pax in tribus oculis osculatur. s. in principio Missę, in medio, & in fine. Nā cum Christus nasceretur, in principio epis pacem secum attulit, ut ad edictum unius hominis describeretur uniuersus orbis. Hęc pax designatur in primo osculo, quod in initio Missę sacerdos altari imprimit. Secunda pax est pectoris, & signatur in secundo osculo, quod sacerdos facit in canone, q^o dicit. Supplices te rogamus, Christus naq^{ue} cu mortem pro nobis pertulit, nos Deo & Angelis pacificauit, & pacem pectoris nobis donauit. Et ad hanc pacem confirmandam, pectus & latus cum lancea aperiri uoluit, & ad pacē sui cordis nos intromisit. Tertia pax eternitatis figurata est in ultimo osculo altaris. Christus namque consummatis oibus, quae de eo scripta fuerunt in lege & prophetis, post in caelum ascendēs, patri nos reconciliauit, sic & Missa pacta pacē aeternitatis nobis parauit. Sed notandū, q^o a dominica oratione usq^{ue} ad finem Missę interdū silentium celebratur, & interdum a sacerdote cātus, uel a clero alta uoce inchoatur, per hoc intelligi datur, q^o Christus resurgens ex mortuis, interdum silentium moeroris a cordibus discipulorum per suam dulcissimam apparitionem, & salutationem fugauit. Aliq^{ue} uerō corporalem presentiam ab eis auferens, se & q^o uoluit oculatauit. Legitur et, Christū infra quadraginta dies appa-

Psal. 118.

1. ad Cor. 6.

Rom. 6.

2. ad Cor. 3.

Matth. 6.

1. ad Tim. 2.

1. ad Cor. 7.

1. ad Cor. 7.

Pax Domini, & c. triplicem pacē quā Christus discipulis annunciauit, significat.

Quaedam alta uoce quaedam uerō in silentio a sacerdote dicitur.

Christus appa-



apparuisse decies post resurrectione, & interim quoties uoluit se occultasse. Na in ipsa die resurrectionis quinquies, in ascensione bis, ut Christus suam resurrectionem cordibus discipulorum, & ascensionis gloriam eorum mentibus imprimere, & ut ipsi discipuli quae sursum sunt saperent, non quae super terram. Catera aut apparitiones, intra quadraginta dies factae sunt. Hanc autem uicissitudinem sacerdos in Missa ab oratione dominica usque ad finem Missae (ut dictum est) subtilius iam cantando pulcherrime representat. Sequitur. Agnus Dei quod Sergius Papa instituit, ut cum fractione corporis Domini deuotissime cantetur. Dicitur autem agnus ab agnoscedo, quia matrem suam in magno grege per balatum agnoscebat. Sic Christus in cruce positus, patrem agnouit per obedientiam, quia factus est ei obediens usque ad mortem &c. Item agnouit matrem per debitam reuerentiam, quia eam dulcissimo discipulo suo Iohanni commendauit in morte. Christus est agnus propter innocentiam, quia innocenter occisus est, ideo plangendus est. Ideo cant Ecclesia. Plangent eum quasi unigenitum, quia innocens Deus occisus est. Caramus ergo ter agnus Dei, quasi dicamus, agnus Dei qui agnouisti patrem per obedientiam, agnus Dei qui reuerentiam, miserere nobis: agnus Dei qui tollis peccata mundi per innocentiam, dona nobis pacem. Item agnus Dei ter caramus, ut liberemur a malis praeteritis plentibus, & futuris. Post hoc osculum pacis amicis porrigimus, antequam coicemus, quod Innocentius Papa instituit. In hoc signatur, quod ois amaritudo corporis a nobis separanda est, quia si ab inimicem discordamus, in Christi corpore non manemus, sicut dicit Apostolus & Euangelista Iohannes. Ois qui odit fratrem suum homicida est, & scimus quod ois qui odit fratrem, non habet partem in regno Dei. Teneamus ergo pacem cum proximis, pacem pectoris cum nobismet ipsis. Locos homines in Christo sinceriter diligendo, ut pacem eternitatis consequamur in caelis adiuuante Domino nostro Iesu &c. Postea mittit sacerdos partem hostiae in calicem dicens. Fiat haec commixtio. Quid autem hoc significet superius pertractatum est, nisi quod sacerdos in hac clausula salutem mentis & corporis sibi & oibus sumentibus corpus Domini exoptat, & ad uitam aeternam promerendam & capescendam, preparatio salutaris fiat. Haec. n. ualde necessaria sunt corpus Christi sumere uolentibus, ut salutem mentis, & puritatem cordis habeant, & mundam conscientiam, ad uitam promerendam. Deinde sequitur oratio. Domine Iesu Christe. In qua oratione petuntur tria, a peccatis liberatio, praceptorum Dei obeditio, & a Deo nunquam separatio, sicut patet in littera. Post hanc orationem, memoriam Domini passionis breuiter & memoriter cum ois deuotione habenda est, contrito corde & conscientia non ficta. Hic attendendum est, quod a sacerdote post hanc orationem, dicendum est sub silentio. Amen. quod alibi non fit in canone

post resurrectione apparuisse legitur. Col. 3.

Sergius Papa ut agnus Dei cantaretur instituit.

Innocentius Papa instituit, ut osculum pacis porrigeretur.

1. Ioh. 3.

nisi post pater noster, & in hoc loco. Sacerdos. n. canonem tacite legit, & ideo nemo ei respondet Amen. nec ipse sacerdos in quocunq; loco canes subiungere debet Amen. excepto quod canone finit post hanc orationem, Domine Iesu Christe &c. Amen. Finito canone sacerdos se applicat ad fractionem sacrosanctae hostiae. Quidam. n. sacerdotes de manu, quidam de patena sumunt. Hi qui de patena corpus Christi sumunt, in latitudine charitatis quae in patena figurata est. Interim cantatur communio, hoc est quod discipuli gaudium resurrectionis, mutuo sibi nunciauerunt. Post hoc sequitur oratio, & signatur quod undecim discipuli in galilea uidentes Dominum adorauerunt. Item signatur quod in caelis pro nobis orat, representatione suae passionis & uulnerum, & quod postea iterum se ostendit. Et post hoc dicit. Ite Missa est, & populum benedicit. Quod signatur quod ueniet in iudicio, & se nobis ostendit, & fidelibus suis dabit benedictionem suam, & tunc laeti uadent ad mansiones suas, de quibus dicit in Iohanne. In domo patris mei mansiones multae sunt. Ad quas mansiones nos perducat ipse potestis & sacerdos, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat. Amen.

Christus in caelis pro nobis orat, sua uulnera patri representat. Ioh. 14.

L A U D I S M V S D E S A N C T A C R U C E, Q U E M S e r a p h i c u s D o c t o r S a n c t u s B o n a u e n t u r a, d e c o r d i s u i s c e r i b u s c e c i m i t.



ECORDARE Sanctae crucis, qui perfectam uitam ducis delectare iugiter, Sanctae crucis recordare, & in ipsa meditare, insatiabiliter. Stes in cruce Christo duce, donec uiuis in hac luce, modo proculdubio. Non quiescas non tepescas, in hoc crescas ut caleas, cordis desiderio. Ama crucem mundi lucem, & habebis Christum ducem, per aeterna secula. Cruce corpus circuncinge, hanc constringe manu pingue, consignando singula. Cor in cruce crux in corde, absque seorsum sic cum corde, quae tranquillum faciat. Lingua crux efficiatur, crucem promat & loquat, & nunquam deficiat. Crux in corde crux in ore, quodam intimo sapore, det tibi dulcedinem. Crux in membris dnetur, & ubique situetur, intra totum hominem. Cor a cruce sorbeat, & in illam rapiatur, amoris incendio. Dissipata carnis rixa, mesit tota crucifixi, spirituali gaudio. Specialem feruorem, & praecipuum honorem, cruci salutaris. Cum feruore medullarum, nixu uitium tuarum, uelis hanc diligere. In praecleara cruce stude, & in ipsa te reclude, magna cum letitia. Christo sis coisus cruci, ut sic ualeas produci, secundum ad caelestia. Quare crucem quare clauos quare

quare manus pedes cauos, quare fossa lateris. Ibi plaude ibi gaude, sine fraude summa laude, quae uicq; poteris. Istud pactum non sit fractum, crux precedat omnem actum, ut succedat prospera. Crux est optima medela, contra Zabulon's tela ualde salutaris. Sis in cruce Christi totus, prompto animo deuotus, iubilo dulcedinis. Seruum Dei crux defendit, comprehendit & ostendit, ut am rectitudinis. Cum tentatus & afflictus derelictus quasi victus, & inter angustias. Non sis piger neque letus, sed sollicitus interius, cruce fratre munias. Cum quietis aut laboras, quando ridet quando ploras, doleres siue gaudeas. Quando uadis quando uenios in solatiis & in poenis, crucem corde teneas. Crux in omnibus pressuris & in granibus & duris, est tutum remedium. Crux in poenis & tormentis, est dulcedo pie mentis, & verum refugium. Crux est porta Paradisi, in qua sancti sunt confisi, qui uiceunt omnia. Crux est mundi medicina, per quam bonitas diuina, facit mirabilia. Crux est salus animarum, uerum lumen & praeclearum, & dulcedo cordium. Crux est uita beatorum, & thesaurus perfectorum, & decor & gaudium. Crux est speculum uirtutis, gloriosa dux salutis, cuncta spes fidelium. Crux est decus saluatorum, & solatiu eorum atq; desiderium. Crux est nauis crux est portus, crux delictuorum ortus, in quo florēt oia. Crux est fortis armatura, & protectio securae, coterens demonia. Crux est arbor decorata, Christi sanguine sacra, cunctis plena fructibus. Quibus anima erunt cum suis nutritur cibis in caelestibus. O quam felix permanebis, nunc in cruce si studebis, donec mundo uixeris. Sine fine letus eris, tu qui Sanctam crucem quare, si perseveraueris. Crucem quare crucem quare, Christi crucem intueere, ut amore langueas. Summa fide crucem uide, & plenissime confide, donec uitam habeas. Circa crucem exercere, merito debes huic placere, & hanc corde gerere. Hoc est opus salutare, circa crucem laborare, corde, ore, & opere. Recordare frater ple, septem uicibus in die, passionis domini. Per quam sumus liberati, & eterne uitae dati, & supremo lumini. Hanc si amas & honoras, dicas illi certas horas, adhibendo studium. Horam primam matutinam, trinam, sextam, uesperinam, nonam completorium. Quando sedes stas & iaces, quando loqueris & taces, sessus cum quieueris. Christum queras in quos speras, crucifixum corde geras, ubicunq; fueris. Diligenter pone mentem, super Christum patientem, & sibi condoleas. Christi mortem Christiane, plange sero atq; mane, & in planctu gaudeas. Quam despectus quod deiectus, rex caelorum est effectus, ut saluaret seculum. Esuriuit & sitiuit, pauper & egenus nix, usque ad patibulum. Recordare paupertatis, & extreme uilitatis, & gratis supplicij. Si es copos ronis, esto memor passionis, felix & absinthij. Cum deductus est imensus, & in cruce tunc suspensus, fugerunt discipuli, Manus pedes proferunt, & aceto potauerunt, summum regem seculi. Quis oculi tui, sunt in cruce obscurati, & uultus

expalluit. Suo corpori tunc nudo, non remansit pulchritudo, decor ois au fugit. Propter homini peccata, sua caro cruciata, fuit inter uerbera. Membra sua sunt dilenta, pro aspera tormeta, & illara uulnera. Inter magnos cruciatus, est in cruce lachrymarum, & amissit spiritum. Suspiremus, & fleamus, toto corde doceamus, suu p unigenitum. Qui haec audis ingemisce, & in illis placu misce, & cordis mestitias. Corpus ange, corde plage: mere frage, manu tage: Christi mortis sequitur. Viru respice doloru, & nouissimu uiroru, forte ad supplicia. Tibi gratu sit & equu, ia in cruce mori secu, copati conuicia. Quu uides te afflictu, desolat u ita uictum, qu quasi deicias Christi cogites dolores, graues penas & merores, sputa contumelias. Bone frater quod agas, crucifixi uide plagas, & sibi copatere. Oit pe sint tibi, quasi spiritales cibi, his gaudentes frueri. Crucifixe fac me forte, ut libenter tua morte, plagam donec uixero. Tecu uolo uulnerari, te libenter amplexari, in cruce desidero. Da doloru qsi ro re, ut te plorē redēptore, Xpm q te renoues. Non te plices sed felices, cicatrices mille uices, tuas in te refoues. Totu sit quod ego dixi, ad honore cruci fixi, ad laude & gloria. Ut meoru peccatoru, gloriosus rex caelorum; mihi donet ueniam. Amen.

S E R A P H I C I D O C T O R I S S A N C T I B O N A U E N T U R A E S O L I L O Q U I V M D E Q U A T V O R M E N T A L I B V S E X E R C I T I I S : Q U O D D I C I T V R I M A G O V I T A E, E T D I A L O G V S E I V S D E M A U C T O R I S.

Prologus.



LECTO genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, a quo ois paternitas, in celo & in terra nominat, ut det uobis secundum diuitias gloriae suae, uirtute corroborari per spiritum eius in interiori homine, Christum per fidem habitare in cordibus uestris, in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum oibus sanctis, qui sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum, sicut est supereminente scientie charitate Christi, ut impleamini in oem plenitudinem Dei. Apostolus Paulus uas eterne electionis, lacrarum diuinae sanctificationis, speculum & exemplar suum contemplationis, in uerbis promissis ostendit nobis meritalis exercitatiois ortu, obiectu, et fructu. Meritalis. n. exercitatio si debet esse pia & salutaris, oportet, quod habeat potentiam suu naturaliter confortate, sapientiam regulatam, & clemenciam consolantem. Fleat igitur anima deuota diuinae contemplationis amore accensa, genua mentis ante tronu Beatissimae & incomprehensibilis Trinitatis, pulsetque humiliter, & postulet sapieter Dei patris confortatricem potentiam, ne labore desilla succubat, Deresili regulatrice sapientiam, ne errore seducta a ueritate deuiet, Dei spulsiu co solatrice pietate, et ele

ce mentiam



mentia, ne radio deuicta quomodo deficiat. Oe .n. datu optimu, & oe domu pfectu, detur sum est defcedens a pre luminu. Et secundu. Aug. Omne bonu nrm aut Deus est, aut a Deo est. Vnde non immerito in omni boni opis initio, ille est inuocandus a quo omne bonu originaliter progredit, per que oe bonum exelapriter pducit, & ad que omne bonu finaliter reducit. Hac est illa inestabilis Trinitas, poter, filius, & spūsanctus, quam tangit Apostolus cu dicit. Flecto genua mea &c. vsque ibi, ut positus. Sc cundō ostendit istius saluifera mentalis exercitationis obiectu. Obiectu verō exercitationis deuotæ mentis, dnr esse interiora, & exerciora, inferiora, & superiora. Debet enim anima deuota per metale exercitium, contemplationis radiu reflectere primō ad interiora sua, ut uideat qualiter sit formata per naturā, deformata per culpā, reformata per gratiā. Secūdo debet conuertere radiū cōtēplationis ad exteriora, ut cognoscat q̄ instabilis sit mundana opulencia, q̄ mutabilis mundana excellentia, & q̄ miserabilis mundana magnificentia. Debet etiam tertio radiū cōtēplationis conuertere ad inferiora, ut intelligat humanæ mortis inuitabile necessitatem, iudicij finalis formidabilem austeritatem, pœnæ infernalis intolerabilem pœnalitatē. Debet quarto conuertere radiū cōtēplationis ad superiora, ut cognoscat & sapiat celestis gaudij inestimabilem p̄iositatē, ineffabilem dilectioitatē, & interminabilem eternitatem. Hac est illa crux beata quatuor finibus terminata, in qua ō aia deuota, cū tuo dulcissimo sp̄so Iesu Christo debes iugiter meditādo p̄dere. Hic est ille currus igneus, quatuor rotis consummatus, in quo debes post tuū fidelissimū amicū assidue cōtēplando, cœli palatiū conscendere. Hęc est illa quadruplex regio, uidelicet Orientalis, Aquilonaris, Occidentalis, & Meridionalis, quā tu ō aia quotidie debes peregrinando intrare, & tuū dilectum specialissimū in ea speculando quærere & inuestigare, ut possis dicere cū sponsa. In seculo meo quasi per noctem quē diligit aia mea. Hac quatuor tangit Apostolus cum subiungitur, ut possitis comprehendere cū oibus Sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Fructus illius saluifere exercitationis si dignē & laudabiliter exequat, est felicitas æterna, quæ est quid optimū, & pulcherrimum & per se sufficientissimū, nullo extra se indigens. In qua uidebimus & amabimus, uocabimus, & laudabimus in æternū, & ultra, eum qui est benedictus in secula. Hinc fructū p̄mittit Apostolus q̄n sermonē concludit dicens. Ut ipleamini in omnē plenitudinē Dei. Hanc plenitudinē tūc inueniemus q̄n Deus erit uoluntati multitudō pacis, rōni plenitudo lucis, memoriæ continuatio æternitatis. Tunc enim Deus erit oia in oibus, cū a rōne ois error: a uoluntate, & a memoria ois timor recesserit, & successerit illa quæ speramus mira serenitas, diuina iucunditas, æterna securitas. Hęc tra-

Ephes. 3.

Diuisio totius opis.

Cant. 1.

ct. tū instigāte cōsciētia, pp simpliciōres quosq; simplicibus uerbis de Sctōrū dictis cōpilauit, p modū cuiusdā dialogi. In quo aia deuota ueritatis eterne discipula meditādo interrogat, & hō interior mentaliter loquendo r̄det. Ut aut ad inestimabilem cōtēplationem istius metalse exercitacionis pueniamus, ab exordio icipiamus, & patrem luminū humiliter inuocādo accedamus: genua cordis deuotē flectamus aū soliū idiuide Trinitatis lachrimis gemitibus incessanter clamemus ut Deus p suū b̄dictū filiū donet in sp̄scō nobis grām exercitādi metaliter, ut possimus cognoscere, q̄ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum, ut per hanc pertingamus ad eum qui est omnis desiderij finis & complementum. Amen.

Quomodo anima per mentale exercitium, debet radiū cōtēplationis reflectere ad interiora sua, ut uideat qualiter est formata per naturam, deformata per culpam, & reformata per gratiam. Cap. I.

Anima.

Dic quæso o homo si post deuotam inuocacionem diuine magnificentie, & post humilem implorationē eterne sapiē, & demū post humilem supplicationē supernæ pietatis & clementie, grā exercitādi metaliter circa quadruplicē materiā, uidelicet longitudo, latitudinis, sublimitatis & profunditatis obtinerē, quo ordine inchoare ne meritū huius exercitacionis amitterē, si indebito ordine ignoratē pcederē? Ordinis. n. ignorātia scdm Am. prurbat formā meritōrū, nec reputat secūdu eundem, perfectæ rei cognitio in nobis existere, cū scimus qd sit faciendū, & ignoramus quo ordine sit procedendū. Hō. O aia, secūdu Ber. A te tua consideratio inchoet, ne frustra extendaris ad aliena, te neglecta. Idē. Multi multa sciūt & se ipsos nesciunt, alios inspicūt & seipos deserunt Deum quærentes per exteriora, deserentes sua interiora, quibus interior est Deus. Idcirco ab exterioribus ad interiora redeam, & ab interioribus ad superiora conscendam, ut possim cognoscere unde ueni aut quo uadam, unde sim, & quid sim: & ita per cognitionem mei ascendam ad cognitionem Dei. Item Chris. super Matth. dicit. Non minima pars philosophie est cognitio sui. Item Ambro. in hexameron. Cognosce te o homo quātus sis, attēde tibi ut cōsideres qd in te intrer in cogitatione, quid exeat in sermone. Vitam ergo tuam o anima quotidiana discussione examina. Attēde diligenter quantum proficias, quantum deficias, qualis sis in moribus, qualis sis in affectionibus quōd similis sis Deo, & quā dissimilis, quā propē & quā longē. Illud semper agnosce, quā multo laudabilior & melior es, si te cognosceis, quā si te neglecto curus syderum, uires herbarum, complexiones hominum, naturas aialium

Sup. Pal. Bei imena culu. Sen. Inuestig. Ad Eug. li. 2. de cō. in meditacionibus, in principio.

aialium cognosceres, scientiā omnium cœlestium, & terrestrium haberes. Redde ergo te tibi, & si nō semp, saltē interdū, rege tuos affectus, dirige actū, corrige gressus. Igit aia tene consilia scōrū, & primō radiū cōtēplationis cōuerte ad regionē oriētālē, hoc est ad considerationē tuæ conditionis. Diligenter igit cōsidera, quā generose a summo artifice sis facta per naturā, q̄ uitiōse a tua uoluntate deformata sis per culpam, q̄ gratiose a diuina bonitate, sepe reformata sis per grām. Primo ergo cōsidera q̄ generose formata sis per naturā. Generositas tua naturalis cōsistit in hoc, ut estimo, quia tibi naturaliter ad tui decorē iprefusa est imago Beatissimæ Trinitatis. Vnde Ansel. in profologion. Fateor Dñe, & grās ago, quia me creasti ad tuā imaginē, ut tui memor sim, te cogitē, te dilectā. Bern. Secūdu inter torē hominē tria in me inuenio, per quæ Deum recolo, cōspicio, & cōcupisco. Hęc tria sunt memoria, intelligētia, & uoluntas. Cū. n. Dei reminiscor, in ipso cōdelector. Memoria. n. eius super unū. Cum intelligentia ipsum intueor, quantum in se sit incōprehensibilis, quæ principū, & finis: in Angelis desiderabilis, quæ desiderant in eū p̄spicere, in sc̄is oibus delectabilis, in quantum in eo assidue felices letant: in creaturis oibus admirabilis, quia oia potenter creat, sapienter gubernat, benignē dispēsat, cū hac intueor, ipsum cōcupisco. Cū Deū per uoluntatem diligo, me in ipsū trāfformo. Hęc est. n. uirtus amoris, ut talē te esse oporteat, qualescūq; illud qd amas. Hęc Bern. Recognosce ergo o aia mea q̄ mira & inestimabilis dignitas est, esse non solū uestigiū creaturis, qd ē cōmune oibus creaturis, sed ē esse imaginem, quod est propriū creaturæ rōnalis. Lauda igit aia mea Dñm, lauda Deū tuū Sion. Exergiscere & lauda, exulta & gaude, quia insignita es Dei imagine, decorata similitudine, particeps rōnis, capax æternæ beatitudinis. Sed quia hęc modica nō merito forte iudicarent, si morte finiretur, exulta & lauda quia cū prædictis dedit tibi naturā immortalē, s̄bam incorrutibilem, duracionē interminabilem, uitā p̄petuā. Imago. n. æternæ Trinitatis non esses, si termino mortis p̄cludi posses. Aug. xv. de ciuitate Dei. O aia aduerte, q̄ creator tuus post illud esse dedit tibi perpetuū esse, post hoc dedit tibi uiuere, sentire, discernere, sensibus te decorauit, sapientia illustrauit. Tuam igit pulchritudinem attēde, ut intelligas qualē debeas in te pulchritudinē diligere. Quod si temetipsā, ut expedit, cōtēplari non sufficis, cur saltē qd de te altimar e debeas, ex iudicio alieno non perpendis? Sponsum habes, de cuius pulchritudine si nō dubitares. scires q̄ tā pulcher, tā formosus, tā unicus Dei filius, tuo aspectu captus non esset, si eum singularis decor, & ultra ceteros admirādos non traxisset. Hac Augu. Sed hęc fortasse o aia nimis ingrata tibi uident modica, p̄pterea audi tertio dignitatē admirabilem: q̄ tāte est simplicitatis, q̄ nihil pot domū mentis tuæ inhabitare, nihil pot in ea māsionem facere, nisi simplicitas, & puritas

Trinitatis eterne. Ecce quid dicit sponsus tuus. Ego (inqt) & p̄ ad eū uenimus, & māsonē apud eū faciemus. Et alibi in Euangelio. Zachæe festinans descēde, quia hodie in domo tua oportet me manere. Illabi. n. menti illi soli possibile est, qui eam creauit. Ipse. n. est qui intimior intimo tuo esse perhibet ut dicit Aug. Gaude igit o felix aia, q̄ potes esse tanti hospitis hospita. Ber. O felix aia quæ quotidie cor suū mundat, ut inhabitatē Deū suscipiat, cuius hospes nullo bono indiget, quia auctorem oium bonorum in se habet. O q̄ b̄ta aia apud quā Deus sibi requiē inuenit, quæ dicere pot. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Negare siquidē ei cœli requiē non poterit, qui si bi in hac uita requiem p̄parauit. Hac Ber. O aia nimis es auara, si non sufficit tibi tanti hospitis p̄ntia; quia scio q̄ tā liberalis est, q̄ dabit tibi de bonis suis, q̄ tam pius est, q̄ dabit tibi donis suis. Nullo. n. modo deceret tū principē, si hospitam suam permitteret indigētē. Adorna igitur thalamū tuū, & suscipe rege factore tuū, de cuius p̄ntia exultabit, & letabitur tota familia tua. O uerē mira & multum admirabilis s̄ma. Rex cuius pulchritudinē sol & luna mirātur, cuius magnitudinem cœlum & terra reuerentur, de cuius sapia cœlestiū spūm agmina illuminant, de cuius clementia oium brōrū collegia satiant, talis tuum o aia desiderat hospitū, tuū ecenaculū, plus q̄ celeste palatium appetit, & exoptat. Desista. n. suæ uent ad laudandū creatorē tuū, conuerte cōtēplationis radiū ad quartū beneficiū, & cognosce q̄ tāte capacitatis est palatium tuū, q̄ nulla creatura sufficit faciare tuū desiderū. Hugo de sancto Victore. Omnis iucunditas, omnis suauitas, omnis potentia, omnis opulencia rerum creaturarum afficere cor humanum pot, faciare nō pot. Ansel. Ois creatura q̄ Deus mens nō est, mihi inopia est. Et quare? Reuera secundum Greg. in moral. Anima humana quæ ad Deum appetendum facta est, quæquid infra Deū appetit, minus est, iōq; iure ei non sufficit quod Deus nō est. Iā ut asti mo anima sufficienter uideri tuam nobilitatem, quæ est ualde laudabilis, conuerte nunc radiū cōtēplationis ad tuam semper ceteras creaturas p̄tē, quæ reuera est admirabilis. Hugo de ar. ra aig. O aia mea quid dedit tibi sponsus tuus? respice mundum istū, ois natura ad hūc finē cursum suum dirigit, ut tuis utilitatibus deserniat, tuisq; oblectamentis secundū distributionem tēporū indefinenter occurat. Vide iā anima mea, & diligenter cōsidera, q̄ creator tuus sponsus & amicus, totam machinam mundialem ad tuū ordinauit ministeriū. Ecce Angeli purgant, & inflamant tuū affectū, illumināt & informāt tuū itellectum, perficiunt & custodiūt tuū sustum. Magna dignitas est, hęc tales doctores, consolatores & tales cōseruatores. O aia si uider posses, quātō gaudio quātōq; tripudio assistūt orātibus, intersunt meditātibus, quanto studio nos in bono conser-

Ioan. 14. Luc. 19.

In meditacionibus. c. 1.

Anima oibus creaturis p̄tē eminet.



nāt, quanto desiderio nos, & salutem nostram eternam expectant. Caelum tibi deseruit per suū motum luminaria celi per suū influxū solcāt tibi diē, luna illuminat tibi noctem, ignis tēperat aeris frigiditatem, aer tibi mitigat ignis internā caliditatem, aqua tibi mandat foetore, mitigat tibi sitis ardorem, & fecundat terra nigorem. Terra uero te sustentat sua soliditate, recreat sua fertilitate, delectat sua amoenitate. Ecce aia breuiter discurre p singula, ab inferioribus ad superiora, & inuenisti, q̄ omnis creatura ad hunc finem ex diuina ordinatione cursum suum dirigit, quatenus tuis utilitatibus deseruiat, tuisq; oblectamentis indefinenter occurrat. Sed caue aia mea ne non sponsa sed adultera dicaris, si munera dātis plus q̄ affectū amantis diligis. Augu. in libro confessionū. Vg tibi si oberras in vestigiis suis, si nutus suos pro eo amas, & non aduertis, purgata mētis intelligentia, qd inuauit lux illa beatissima cuius nutus & vestigia, sunt oīam creaturarū decus & forma. Adhuc si forte ignoras te o pulcherrima mulierū, egredere, & abi post vestigia gregum, i. irrationabilū creaturarū, q̄ sunt vestigiū creatoris tui, tu uerō speculū Beissimae Trinitatis: ergo oībus dignior & excellentior cōprobaris. Et pascere hados tuos iuxta tabernacula pastorū, idest conuertere cogitationes tuas ad choros Angelorū, quibus quodāmodo similis es in natura, & conciuis eris in gloria. Aia. Tam satis filii, diu taccat, iam nūc cū uerecūdia, & rubore, cōpellor cōfiteri & dicere, q̄ hāc dignitatē modicū aduertit. Amorem meū heu ego infelix & misera nimis indignē psumi, factorem meum non pro his oībus glorificauī, Deū meū ppter dona sua non benedixi, & non adorauī eū toto tpe uita meae, nimis indignū & irreuerenter, uanē & negligenter vixi. Et ut uerum fatear secundum Bernardū. Quātō perfectius dignitatem meā aspicio, tantō magis uita degenerē me duxisse cōfundor & erubescō. Timeo etenim, q̄ tantō grauior sit culpa, quātō dignior & nobilior sit natura. Formido q̄ tantō grauior sit offensa, quātō maior est illius qui offenditur excellentia. Pertimesco q̄ tantō peior est iniuria, quātō maiora fuerint illius cui iniuriam irrogauī beneficia: Heu heu Dñe Deus meus, ex dignitate subllantiē iam perpendo uilitatē malitia, ex speciositate naturae cognosco deformitatem culpae, ex recordatione beneficiorū acceptorū, intelligo ingratitudinē sanctorū meorū. Vg mihi misera, iā uideo, iā cognosco, q̄ q̄qd a summo datore accepi ad usum uitae, miserabiliter inflexi ad abusū prauitatis & culpae. Trāquil litatem humanae pacis ad usum cōuertit uanē lecuritatis, peregrinationē terrae, pro inhabitatōne dilexi patriae, salutem & pulchritudinem corporis, redegi in seruitutem uoluptatis: uertatis abundantiā non ad necessitatem corporis, sed ad superfluitatē expendi miserē cupiditatis: rpa serena & blandimenta aeris, ad amorem mihi seruire coegi terrena delectationis. Timeo

Can. 1.

Ex homi- lia. 13. B. Gre.

heu & ualde ptimesco, ut simul me ferire puniendo debeant, quae uitiis meis male subiecta seruebant. Homo. O anima aequaliter iam perpendo, q̄ bona est tua cognitio. Ex uerbis enim tuis sentio, q̄ non fuit frustra mea admonitio. Vide mihi q̄ lumine diuino sis aequaliter illustrata, & tactu ueri luminis mota. Quia secūdu Gregoriū in moralibus. Vnusquisq; dū tactu ueri luminis illustratur, sibi ipsi ostenditur, ut unde cognoscit quid est iustitia: inde erudatur, qd est culpa quae excacat. Vnde sancti uiri quōd altius apud Deū uirtutum dignitate pficiunt, eō subtrilius indignos se esse deprehēdūt: quia dū pximi luci sūt, q̄qd eis in seipsis latebat inueniunt. Hec Greg. Igitur aia si luce ueritatis tacta dignitate quā hactenus non attēdisti cognoscis, si culpā qua Creatorem tuum offendisti intelligis, & uidisti q̄ gratiosē formata sis per naturā, uide nunc q̄ uitiōsē deformata sis per culpam. Ansel. Reduc aia erunosa & misera, ad memoriam enorme delictū, & perduc in cōlum usque rugitum, & lamentum. Cogita anima p̄fida Dei adultera Christi, quid feceris. Derelinquisti in cōlo castum amorem tuum, contēpsisti factorē tuum, repudiasti sp̄sum tuū, turbasti Deum tuū irreuerenter tractasti sc̄m Angelum custodem tuum. Eras templū Dei, sponsa Christi, sacrum sp̄s sancti. Quae est ista subita conuersio & repentina mutatio? de Dei uirgine facta es corruptio Sathanae? de sponsa Christi sc̄orū execrabilis Diabolus? Hac Ansel. Recordare o anima propter quid uendideris de eorum tuum, propter quid abieceris honorē tuū, p̄ quo tā turpiter sedaueris uultum tuum, quae tāta bona pro tam uili pretio uendidisti. O anima quare te tot bonis spoliasti? quare frustra tantis te honoribus priuasti? quare tot bona opera neglexisti? tot annos, tot dies, tot horas sine fructu uixisti? Anima Recognosco o homo q̄ uerum loqueris, & non inmerito me de tanta transgressione reprehendis. Bernar. O Domine Deus meus quot tempora effluxerunt in quibus sine fructu ut aspicio uixi coram te, quomodo subsistam? quomodo ad te leuare potero faciem meam, in illo magno & terribili examine q̄ enumerari inscribis oēs dies meos quarens fructum in eis? O Domine Deus cur intermisi te vilo tpe uersari in corde meo, te tota mente amplecti? in tua dulcedine delectari? Omnia interiora mea ubi tūc erāt, q̄n tecū nō erant, cum a te habeat omnis creatura quicquid habet desiderabile, laudabile, delectabile? Hac Bernar. Heu Domine nūc intelligo sed cōfiteri erubescō, species & decor creaturarū decepit oculū meū, & nō aduertit, q̄ speciosior omnibus creaturis tu es, quibus tūmodo unā guttā tuae ineffabilis pulchritudinis cōmunicasti. Quis enim ornauit caelū syderibus, aerē uoluchribus, aquā piscibus, terram plantis & floribus, homines in corpore diuersis coloribus, in mente uariis uirtutibus? Nōne clementissime pater, per te illa caelestium spirituum agmina, uariis donis sunt ornata? Nōne per

Anima p̄ p̄fida ad nūc sit de formata.

Pia reuerentia ad deū p̄fido carō.

per te Seraphim ardēt dilectione, Cherubim lucent cognitione, de tuis donis iudicant Troni, de tuis muneribus dominātur Dominationes inclat, ex tua uirtute praesunt Principatus, ex tua potestate Potestates demonum malitias arcent, ex pro tua profunda potētia miracula faciūt uirtutes, ex tuo praecepto Archangeli magis nunciānt maiora, Angeli uerō minoribus significant minora. Sed quid sunt haec omnia, nisi tuae pulchritudinis modica scintilla? O bone Iesu fons uniuersae pulchritudinis, ignosce mihi animae miserere, quōd tuā pulchritudinē tam sero cognoui, tam tardē amauī, propterea miserabiliter oberrauī. Dulcedo etiam creaturarum decepit gustum meum, & non aduertit q̄ melle dulcior es. Tu enim melli & oī creaturae dulcedinē suā, imō tuā cōmmodasti, & nō est aliud in creatura dulcedo uel delectatio, nisi tuae dulcedinis, quā abscondisti timētibus te, modica demonstratio. Vnde dulcedo omniū creaturarum si quis iuste aduertat, nihil aliud facit, nisi quōd ad tuam dulcedinem aternā inuitat. O Iesu fons uniuersae dulcedinis & pietatis, ignosce mihi quōd tuā inestimabilem, & mellissimam dulcedinem in creatura non cognoui, nec internae mentis amore degustauī, propterea miserabiliter oberrauī, & animam meam usque modo siliquis porcorum saturauī, sed heu nunquā, ut timeo, de pane filiorum tuorum manducaui, ideo semper in delitiis mundi ieiuna, & famelica permansi. Gre. Quia intus gustare nolumus paratam dulcedinem, propterea ieiunā, & famelici, amamus miserē famem nostram. O dulcissime Iesu modo uideo, modo agnosco, quōd omnis dulcedo tibi contraria, fuit mihi afflictiō & magna miseria. Aug. in lib. confess. Tu enim misericordissime Deus etiam in peccatis meis semper mihi aderas, piissimē sustinens omnes iniquas delectationes meas, & malas, amarissimis respēgēs amaritudinibus, docens per flagella, si uellem sine amaritudine delectari, nō possem nisi in te Dñe. Hac Augu. Sed heu hanc doctrinam non intellexi, p̄pterea oberrauī: semp tū in delitiis meis iniquis timui proditorē, timui accusatorē, timui reprehēsorē, formidauī aliquoties conscientia, expaui multoties infamia, nōnunq̄ abhorruī gehēnā, & tū heu ego misera inter tot tormēta, nō mutauī uoluntatem p̄pria. Decepit et odor creature olfactū meū, & ignorauī, q̄ odor tuus o bone Iesu redolet sup oīa aromata. O bone Iesu fons odoris, cuius suauitas fecit indefinēter post te currere, & infatigabiliter laborare. Ignosce mihi q̄ tā sero te cognoui, tā tarde in odore unguetorū tuorū post te cucurri. Puto tū & per hoc me non excuso, q̄ odor illius caelestis apothecae huic terreno factori, quo infecta eram, non miscebit. Decepit et sonus fallax creaturarū auditū meū, & nesciui nec sensī, q̄ dulcia faucibus electorum tuorū aloquia tua, q̄ suauia auribus amicorum

Aug. 5

tuorū cōsilia tua, q̄ leuia manibus sanctorū tuorū mādata tua. O Iesu fons sapiētiae, auctor sciē, cōsiliator casti cōsiliū, fac me uel latē mō audire uocē tuā, sonet uox tua in auribus meis. Cū quāta amaritudine recugito, q̄ fecellit me illa uox miserrima cantatiū, & dicentiū. Venite fruamur bonis quae sunt, coronemus nos ros anteq̄ marcescāt, & nō p̄treat nos flos tēporis. Vno p̄ioso, & unguētis optimis nos impleamus, ubiq; relinquamus signa leticiae. Hāc uocē audiui, & nō intellexi, nec aduertit, qm oīa uana sunt, & risu digna. Oīa, n. hāc & his similia citō p̄transierūt, & uelut umbra euauerunt. Quid. n. uana hāc omnia amatoribus suis cōtulerunt? quē. n. fructum tūc habuerunt in illis, in quibus nunc confundunt & erubescunt? O dñe Deus meus, lumen cordis mei, panis aīa meae, uirtus amaricās mentē meā, non te amabā, & fornicabar abs te, & fornicanti mihi sonabant euge euge. Amicitia huius mūdi, fornicatio est abs te. O quid mi feris misero nō miseranti sup seipsum? Sed inter hāc oīa tu amantissime Deus mihi semper aderas, uocē tuā frequenter audiui, inspirationē tuā salutiferā sensī, sed non cōsensī. O quoties mihi illud salutiferū cōsiliū inspirasti. Peccasti, quiesce, desine, & erubescē. Ad quē ego misera morē secuta, beati Aug. in libris cōfessionū uerba somnolēra aliq̄ respondi. Dñe expecta me modicū, sine paululū, modo a uanitate quiescē, modo de malignitate erubescam, oīa uana & mundana derelinquā. Sed heu illud modicū, & mō, non habebat modicū & modum, & paululum in longū ibat. Item, Ipsa segnitias est res q̄ multos aternaliter occidit, & finaliter in peccatis detinet, qui se ad uocē dñi non corrigunt. Vocē quidem occultae inspirationis audiunt, sed uita non corrigūt: dicētes. Cras cras: & subito hostiū claudūt, remanētq; peccator foras extra arcem caelestis patriae cū uoce coruina, quia pro peccatis gemere noluit cū colūba. Greg. Heu quā multos in p̄ctis peius sua felicitas prostrauit, multos diuturna pax inertes reddidit, eoq; illos mox malignus hostis grauius percutit, quōd lōgius quietis usu negligētēs inuenit. Itē Greg. Quos. n. Deus ut cōuertantur diutius tolerat, non cōuersos diu rūs dānat. Sed o hō ut tibi mea infelicitatis historia perfectius manifestē, profiteor, q̄ hāc oīa mea infelicitati non sufficībāt, sed ad cumulū dānationis heu mūdāna mollicies tactū meū nimis miserabiliter decipiebat, & ignorauī q̄ tā suauis o bone Iesu esset tuus amplexus, tā honestus attactus tuus, tā delitiosus cōuictus tuus. Cū. n. te amauero mūdāna sum, cū tetigero casta sum, cū accepero uirgo sum. Tuus o dulcissime Iesu amplexus nō maculat sed mūdāt, tuus attactus nō inquinat sed sc̄tificat. O Iesu fons uniuersae dulcedinis & suauitatis: ignosce mihi, q̄ tā sero credidi, quātū hēt delitiositatis, quātū honestatis, quātū iucūditatis, q̄ leua tuae gterne sapiē & cognitionis est sub capite meo. i. rōne, & dex-

Sap. 2.

Augu. de uerbis do mini.



tera tua diuinae clementiae, & dilectionis amplexabitur me, i. voluntatem. Heu me miseram quid unquam tam dulce, tam suave, tam delitiosum, & salutarium potest experiri, quam inter brachia tanti sponsi quiescere, inter oscula tanti Regis & amici feliciter obdormire? Hanc dulcedinem senserat anima deuota, quando optabat dicens. Osculetur me osculo oris sui &c. Nunquid has delicias anima deuota erat experta, quando orabat ardens, & iam penè deficiens præ dilecti sui concupiscentia, dicens in Canticis. Quis mihi det te fratrem meum, surgentem ubera matris meae, ut inueniam te solum foras, & deosculer te, & iam me nemo despiciat. Apprehendam te, & ducam te in domum patris mei, & in cubiculum genitricis meae, ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex uino condito, & ex musto malagranatorum meorum. Quis enarrare sufficeret, nisi qui mente gustasset, quantum habet hoc uerbum dulcedinis & deuotionis, quando bene ponderatur, & rectè cribratur deuota mente? Vnde expositionem deuote menti relinquo. Sed o domine Deus, si hæc tam dulcia sunt cogitanti, quam dulcia esse possunt degustanti? Si tam suauia sunt legenti, quam consolatoria erunt per affectum sentienti? Augustinus. Fac me dulcissime Iesu intus gustare per amorem, quod extra gusto per cognitionem, fac me sentire per affectum, quod sentio per intellectum. Hæc Augustinus. Eia dulcissime Iesu transige saluberrimo uulnere amoris tui, medullas animæ meae, ut uerè ardeat, langueat & liquefiat, & solo tuo desiderio deficiat, cupiat dissolui & esse tecum: te solum semper esuriat panem uitæ celestis, qui de caelo descendisti, te sitiat fontem uitæ, fontem æterni luminis, torrentem ueræ uoluptatis. Te semper ambiat, te querat, teq; inueniat, in te dulciter requiescat. Sed quæ uesania, quæ infernalis furia, tanto tempore à me prohibuit talia, & tanta mentis meae solatia, & diuina gaudia, & tam melliflua conuiuia? Dic quæso o homo, quæ est tanti mali causa, quæ tanti periculi ratio, quæ tanti dani occasio? Homo. Video o anima quæ iam fatigata laboribus, iam uexata doloribus, ultra inuenire non ualeas, cui tam damnatum illatum ascribas. Peto igitur ut cum patientia audias, si tibi tanti mali causam demonstrauero, si tibi tanti dani inimicum ostendero. Iam pro parte hostem tetragisti aliquantulum, tamen forte præ dolore mentis non aduertisti. Habes o anima mea inimicum domesticum, hostem amicam, aduersarium propinquum, qui tibi malum pro bono reddidit: & sub specie amicitiae crudelior existens inimicus, his oibus, & aliis infinitis bonis te priuauit. Hic hostis salua tua reuerentia, est caro infelix & misera, multum tamen tibi dulcis & dilecta. Hanc cum pauisti, inimicum pessimum contra te erexisti, hanc cum honorasti, hostem crudelissimum contra te armaisti: hanc cum foris uariis & prætoris

indumentis decorasti, oibus interioribus ornamentis te spoliasti: nesciens quod dicit beatus Greg. in homilia. Vnde (inquit) caro ad tempus suauiter uiuit, inde spiritus in æternum torquetur & ingemiscet. Et contra; quod plus caro præmit, eod plus de spe celesti animus lætatur. Vnde pro tanta iniuria nobis per te illata, continerò amplius me non ualeo, quin tamen malum hucusque sub silentio periculosè per transitum reprehendā. Scio (inquit Ber.) o anima quidam, qui per plures annos tecum uiuit, ad mensam tecum sedit, cibum de manu tua sumpsit, & in sinu tuo dormiuit, cum uoluit tecum colloquium habuit, hic iure hereditario seruus tuus est, sed quia delicatè nimis enutristi eum, & uirga pepercisti, leuauit calcaneum suum super caput tuum, & te in seruitutem redegit. O anima miserabilis & misera, quis te liberabit de uinculo improperii huius? Exurgat Deus & cadat armatus, & conteratur inimicus. Inimicus (inquā) contemptor Dei amicus mundi, cultor Diaboli. Quid tibi uis de illo? Si rectè sentis, puto quod tecum dicat: Reus est mortis, crucifigat. Noli ergo dissimulare, noli differre, noli parcere, crucifige, crucifige eum. Secundum in qua cruce. In cruce domini nostri Iesu christi, in qua est salus uita, & resurrectio nostra. Recole igitur o anima primordia tua, attende quod es insignita Dei imagine, decorata eius similitudine, desponsata fide, dotata spe, selecta charitate, redempta sanguine, particeps gratiae, capax beatitudinis, quod tibi cum carne uis ista patris? si diligenter conditiones eius aduertis, nunquam uilius sterquilinum uideris, si eius miseras enumerare uelis, quod omnia sunt peccatis, pruriens concupiscentiis, occupata passionibus, polluta illusionibus, confosca plena, ignominia repleta, quid de ea habes aliud, quam cogitationes fœdas & imundas? Hæc Bern. Idem. O anima diuina erubescere in similitudine porci commutari, erubescere uolutari in cæno, quod es de caelo. Idem super Cantica. O anima donec in carne es, iter spinas uersaris, & necesse est ut tentationum tribulationes, & impugnationum aculeos grauius patiaris. Vnde dicit tibi in Canticis. Sicut liliū iter spinas, sic amica mea iter filias. O cades liliū, o tener, & delicate flos, ierudu li, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Vide ergo quomodo cautè ambules inter spinas. Caro & mundus pleni sunt spinis, conuersari in his, & non lædi, diuine potentiae est, & non uirtutis humanae. Hæc Ber. Est & alius inimicus, fortis & crudelis, qui mira calliditate omnium discutit consuetudines, ueritatē curas, seruat affectus, & ibi semper querit casum nocendum, ubi quenquam uiderit studiosius occupari. Nouit. n. hic hostis artiquus, ab initio humani generis inimicus, cui ipse illecebras gula ingerat, cui uirtus iudicij infundat, cui blandimenta luxurie obiciat, cui uana superbiae iactamenta permittat, nouit quæ metu opprimat, quæ gaudio fallat, quæ admittat seducat. Haberet aliquos sibi obligatos, quorum ad alios decipiendo ingenijs utit & linguis. O anima fragilis ad resistendum,

Cant. 1.

Cant. 8.

Hostis pessimus aic, caro est.

In meditationibus. c. 17.

Secm. 4.

Cant. 1.

Hostis crudelis aic diabolus

dum, facilis ad cadendum, difficilis ad surgendum, qualiter istius crudelis aduersarij laqueos euadere poteris, quem tantis subtilitatibus præditum agnoscis? Hæc Leo Papa. Anima. Nunc uideo, iam primitus recognosco, quod sicut dicit Augu. consuetudo peccati est, quod non facile cognoscitur ab eo qui ipso premitur, sed mox cum inceperit se quis ab illo alienare, tunc demum cognoscit in quanta fœditate iacuerat. Igitur quia iam aliquantulum me ipsam à peccato alienare incipio, & per hoc me, & peccatum meum agnosco: me amplius à peccato continere non ualeo. O Domine Deus meus, tu ipse mihi amabilem imaginem tuam, & ego superinduxi odibilem imaginem Diaboli. Heu heu miser hominum, quod demonis imaginem superimpressi super imaginem Dei. Cur non odium eius imitacione, cuius abhorreo nomen? Ille sponde te cecidit ego uolens corruui. Ille nulla precedente uindicta peccauit superbiens, ego uisa eius peccata peccauit contemnens. Ille semel innocentia est institutus, ego multotiens sum restituta. Ille se erexit contra eum qui se fecit, ego me erexi contra eum qui me refecit. Ille Deum derelinquit permittentem, ego fugi Deum persequentem. Ille perstat in malitia Deo reprobare, ego curro à Deo miserum condiderit reuocete. Et si ambo contra Deum, ille tamen contra non requirentem se: ego uero contra morientem pro me. Ecce cuius imaginem horrebam, cum in multis me inueniam horribiliorem. Homo. Fuge fuge à me o horribilis substantia, fuge te ipsam, exterrita à te ipsa. Ne igitur sine rugitu cordis tui tolere horrorem tuum, si tolere non te agnoscis. Non est hæc fortitudo, sed mentis hebetudo, non est sanitas sed obdurata ipiquitas. Anima. Si me uidero, est horror intolerabilis, si non uidero, est mors inuitabilis. O quam infelix qui sibi est horribilis, sed tamen multo infelicior cui mors æterna est sensibilis. Anselm. in orationibus. O pater patientissime, o Rex clementissime, te gere non ualeo, excusare nequeo, & tamen consistere non modicum erubescio. Tam eam tantorum malorum inuenio, iam quod prius male latuit agnosco. Ber. in meditationibus. Cor enim meum miserum dum futurum non curauit gaudium, nec diuinum quæsiuit consilium, à seipso tunc elongatum, & in amore terrestri occupatum, dumque elapsum fuit ab illis, & inuolutum in istis, uanitas ipsum decipit, luxuria polluit, curiositas abduxit, cruciatur inuidia, torquebatur iracundia, diuidebatur avaritia, anxiebatur aedia, sicque immergebatur omnibus uitiis, quia unum bonum quod si sufficere potuit dereliquit. Hæc Ber. Abeant ergo mitissime Deus in obliuionem coram te omnia male consumpta mea tempora, & concede ut hoc temporis mei residuum forte nimis breue, & momentaneum, sit tibi honorificum, mihi fructuosum, & proximo edificatorium. Iam piissime Deus propter magnitudinem damni quod infelix, & misera miserabiliter incurri, uideo & recognosco, quod me ipsam & pecca-

tum meum sufficienter ut merui deplangere non ualeo, si tanta deest non in merito peccati deest ratio quanta fuerit in misera uoluntate delectatio. Homo. O anima si per te ut asseris non potes nec sufficis, delictum tuum deplange, ne cesse habes te ad aliquem Sanctorum conuerrere. An ignoras quod secundum Bernardum securum habes accessum ad Deum, ubi matrem habes ante filium, filium ante patrem? Mi prope ostendit filio peccatus & ubera, filius patri laetatus & uulnera. Putas quod uilla poterit tibi esse repulsa, ubi tot sunt charitatis inditia? In periculis ergo, & in angustiis ac in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat à corde tuo, non discedat ab ore tuo. Ipsam sequens non deuias, ipsam rogans, non desperas, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propicia ad ueniam peruenis. Hæc Bernard. Anselmus. Dic igitur o anima cum magna mentis fiducia. O Domina si tuus filius per te factus est frater noster, nonne tu per ipsum facta es mater nostra? Exultabo igitur & letabor, quia quicquid iudicabitur de me, pendet ex sententia matris & fratris mei. Hæc Anselmus. Anima. Cum peccauit in filium, irritauit matrem. Matrem offendere non potui, sine iniuria filii. Quid ergo o homo faciam? quis reconciliabit me filio inimica matre? quis mihi placabit matrem irato filio? Hæc Ansel. O anima non dubites, & si ambo sint offensus, ambo tamen sunt elementes, ambo piissimi. Fugiat ergo reus iræ iusti Dei ad piam matrem, & dicat. Deus qui factus es filius femine propter misericordiam, aut miseramini mihi spiritus peccatrici, aut ostende mihi magis misericordiam: ad quem ego misera confugere ualeam. Hæc An. Anima. O homo qui sanum consilium tuum quod consolatoriuum est mihi miserè uerbum tuum. Quia quod peccatum meum rectè aspicio, tunc inuenio, tunc agnosco, quod elementa per peccata mea pollui, celos inquietauit, astra celi obfuscaui, dæmonatos in inferno cruciatus, sanctos in celo perturbauit, angelos mihi ad custodiam deputatos irreuerenter pertractauit. Vnde ab oibus his auxiliis petere primesco. Et quia iustitiam mihi indignari sunt, ad ipsos confugere non possumo. Hæc. O anima nimis est trepidatio tua, quæ placita sit humiliatio tua. An ignoras quod multi de sanctis peccauerunt, qui qualiter nobis peccatis misereri debeant, in suis magnis peccatis didicerunt? Cogita Moysen Prophetam eximium, de diuina potentia desperantem. Cogita Dauid regem sanctissimum, contra diuinam legem adulterio, & homicidio peccantem. Agnosce Salomonem sapientissimum, idola uana, & pessima adorantem. Cognosce Manassè regem iniquissimum, qui plus quam oes reges israel peccauerat quod dicebat. Peccauit super numerum arenæ maris: & non sum dignus uidere altitudinem celum præ multitudinem iniquitatis meae, hos semper cogita veniam impetrantes. Sed quid plura de sanctis

Ans. Consuetudo peccati facit quod fortis peccati non agnoscat

Peccati hostis gratia sunt iusticiae.

2. Reg. 11.

3. Reg. 11.

Exo 4.

1. Reg. 11.

3. Reg. 11.

Anima peccando, omnes creaturas post Deum offendit.

Multi sancti in uita peccatores extiterunt.

Exo 4.

1. Reg. 11.

3. Reg. 11.



veteris testamenti? Cogita nunc & aduerte paucos de sanctis novi testamenti. Vide Marth. sedentem ad teloniu, peccatore & publicanu, & assumptum in discipulam. Vide Paulum lapidantem Stephanum, & electum in Apostolum. Vide Petrum Christum abnegantem, & mox veniam impetrament. Vide militem Christum crucifigentem, & tamen de diuina misericordia presumentem. Vide latronem in cruce pendentem, & veniam impetrament. Postremo cogita o anima, quod illa famosa & immunda peccatrix Maria Magdalena, facta est tam singularis & specialis Christi amatrix. Omnes enim quotquot modo cum Deo regnant, uel olim sicut nos peccauerunt, uel saltem peccasse potuissent, si eos diuina clementia a peccato non preseruasse. Quia cuiusque donatum est, ut peccare penitus non potuerit, non est hoc nature sed celestis gratia. Anima. Iam nunc securè Prophetas & Reges imploro, iam nunc audacter Apostolos & Martyres inuocabo, Cofessores, Virgines, & Viduas, constanter interpello. Sed tamen pre omnibus his Sacratissimam Dei genitricem Virginiem Mariam confidentius adorabo. Scio enim quod tam pia, dulcis, & suaus est Maria, q nec nominari potest quin accendat, nec cogitari quin recreet affectum diligentium se. Hæc est enim illa que salutem omnibus impetrauit, & totus mundi reparatio nem obtinuit. Hæc Beatus Anselmus. O semina mirabiliter singularis, & singulariter admirabilis, per quam elementa renouantur, infirmi medicantur, homines saluantur, & Angeli reintegrantur. O semina gratia plena, de cuius plenitudine is abundantia, resperfa reuiuiscit omnis creatura. Bernar. O benedicta genitrix uitæ, inuentrix gratiæ, mater salutis, per te accessum habemus ad filium tuum, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam corruptionis nostræ, humilitas tua Deo grata, o beatissima ueniam impetret uanitati nostræ. O benedicta per gratiam quam inuenisti, per prerogatiuam quam meruisti, per misericordiam quam perperisti, fac ut qui mediante te dignatus est fieri participes infirmitatis, & miseriæ nostræ, te intercedente nos faciat participes gloriæ suæ. Hæc Bernar. Homo. Iam nunc ut estimo o anima mea aliquantulum meritorie conuertisti radium contemplationis, ad uidentum qualiter formata sis per naturam, & quomodo deformata per culpam, conuerte nunc radium tuum iam ut spero per contritionem deputata, ad inueniendum qualiter sis reformata per gratiam. Scire tamen debes, quod quanto perfectius per contritionis lauacrum, caligo mentis detergitur, tanto lucidius diuinæ reparationis beneficium specularur. Peccatum enim secundum Augustinu est tenebra, qua intellectus obtunditur, & interior homo totus obtenebratur. Unde ne-

Matth. 9.
Aa. 7. & 9.
Luc. 20.
Luc. 23.
Luc. 7.

Peccati, quid.

cesse est ut tanto sollicitius metales oculi a peccati tenebra per compunctionis lachrymas continue expurgentur, quanto amplius per hanc contemplationis radium obtenebratur. Hæc Augustinu igitur o anima in affectionibus serenata, dirige radium contemplationis, ad inueniendum quam profunda Dei clementia, quam alta Dei sapientia, q mira Dei potentia sis per gratia reformata. Considera primò qualiter per beneficium redemptionis, te a peccato originali liberauit. An ignoras, quod per peccatum originale eras bonis naturalibus, & spiritualibus spoliata, potestati principis tenebrarum subiugata, a patria tua repulsa, & alienata? Sed secundum Bern. Singularis illa maiestas mori uoluit, ut uiueremus, seruire ut regnarem, exulare ut repatriarem, & ad uilissima opera inclinatuz est, ut nos constitueret super omnia opera sua. Venit enim filius hominis, querere & saluum facere, quod perierat. Venit (inquã) ut te superbum humiliaret. Greg. in registro. Ad hoc unigenitas dei filius formam infirmitatis nostre suscepit, ad hoc inuisibilis non solum uisibilis sed etiam despectus apparuit, ad hoc contrumeliarum ludibria, illusionum probra, passionum tormenta tolerauit, ut superbum non debere esse hominẽ doceret humilis Deus. Ang. Oia bona terrena contempsit Deus, ut cõtenenda monstraret, & omnia terrena mala sustinuit, ut sustinenda doceret, ut nec in illis quæretur felicitas, neque in istis timeretur aduersitas. Venit secundò, ut te patri reconciliaret. Augustinu. Cum inimicus esies patri, ego recon ciliari te, cum longe es, ego ueni ut reducerem te, cum inter montes & siluas errares, quæsiui te, inter lapides & ligna inueni te, in humeris meis portauit te, patri meo reddidi te, laboraui, sudauit, caput meum spinis exposui, manus meas clauis obieci, lancea latus meum aperire permisit, sanguinem meum pro te fudi, torque non dicam iniuriis, sed a speritibus laceratus sum propter te, sed heu propter peccatum tuum te diuisi a me. Venit tertio ut ueritatem repararet. Aug. Admitremur, gratulemur, amemus, laudemus, adoretur, qm p redemptoris nri mortẽ, de morte ad uitã de tenebris ad lucẽ, de exilio ad patriã, de corruptione ad icorruptionẽ, de miseria ad gloriã, de luctu ad gaudium, uocati sumus. Greg. nazã zemus. O mira & inaudita permixtio, qui creator est sit creatura, qui imensus est capis, q diues est in homines, pau p efficiẽ. Suscepit imaginẽ carnis meę, ut imaginẽ quã fecerat repararet, ut carnẽ mortale immortalitate dotaret. Expergit scire nunc o aia mea, respice in facie Xpi tui. Vide facie illã quondã splendore nimio luminosã, pp te uelata cõtra charitatẽ, decore speciosam, inflatã contra speciositatẽ, duleore graciosam, consputam contra gratiositatẽ, amore desiderabile, abominabile contra desiderabilitatẽ. Vide nunc o aia mea, & diligẽter cõsidera mira & inaudita

Luc. 19.

Contemplatio passionis Domini.

ditã prodigia, que fecit Dominus super terram. Deus illudatur ut honoreris, innocens flagellatur ut consoleris, iustus crucifigit ut libereris, agnus immaculatus occiditur ut epuleris, sanguis & aqua de latere lanceati emittantur ut poteris. Respice igitur in pretium redemptionis, placas offensam prauaricationis, inspicere exemplum formationis, prestans adminiculum sanctificationis, aspice auxilium protectionis, referans inuam incarcerationis, suscipe premium retributionis, conferens gratiam iustificationis. Aspice o aia delicata contemplado assidue, & fac imitando perfecte secundum exemplar consummate iustitiæ, quod tibi in monte monstratum est, hoc est in Christi uictoriosissima passione. An non consideras q delitijs corporalibus æstuas, & Christus Dominus tuus, rex tuus, sponsus tuus, magister & amicus tuus, affligitur omni genere penarum, in omni parte sensuum, ab omni statu hominum? Rex illulit. Praeses iudicauit, Discipulus uendit Apostoli reliquerunt, Pontifices, scribẽ, & Pharisei tradiderunt, gentiles flagellauerunt, turbe condemnauerunt, ac milites crucifixerunt. Bern. Caput illud Angelicis tremendum spiritibus, densitate spinarum pungitur, facies pulchra pra filiis hominum sputis ludæorũ deturpatur, oculi lucidiores sole caligant in morte, aures que audiunt Angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus, os quod docet Angelos, seculæ & aceto potatur, pedes quorum scabellũ adoratur quoniam sanctum est, cruci clauis affiguntur, manus que formauerunt celos sunt in cruce extensæ & clauis affixæ, corpus uerberatur, latus lancea perforatur. Et quid plura? non remansit in eo aliquid liberum nisi sola lingua, ut pro peccatoribus exoraret, & matrem discipulo commendaret. Hæc Bern. Et quid plura? o fidelis aia saluator noster nullis aduersantium hostium tentamentis potuit a nostra salutis cura reuocari. Sed quomãg eius ostenditur amulario, eõ grauior nos si hanc sperimus sequitur damnatio. Anima. O homo iam diu tacui, quia quæ propofuisti, cum gaudio pariter & luctu, deuota mente recepi. Gaudens igitur gaudebo in Domino, quia me tantum dilexit, q unigenito filio suo pp me non pepercit. O inestimabilis dilectio charitatis, ut ancillam, immò nec nomine ancillæ dignam, redimeres filium tradidisti. O Domine Iesu Christe qui propter me tibi nõ pepercisti, cor meum tuis uulneribus ita saucia, & mentẽ meã tuo sanguine ita inebria, ut quocunq; me uertã semper te uideam crucifixum, & quicquid insperxero mihi appareat tuo sanguine rubricatum, ut sic totus in te tendẽs, nil ualeam præter te inuenire, nil nisi tua uulnera intueri. Hæc mihi consolatio sit tecum mi Domine crucifigi, & mihi sit intima afflictio aliquid præter te meditari. Hugo de sancto uictore. Nulla dilectio maior, nulla charitas sincerior, nullus amor fortior, mortuus est p me innocens, nihil in me inueniens quod a-

malet, sed heu quoties hanc miram circa nos diuine pietatis dignationem aduerto, de nimia ingratitudine mea non modicum confundor & erubescio. Homo. Hugo de ara animæ. O anima de reliquisti sponsum tuum, prostituisti amorẽ tuum, & pro tantis beneficijs gratias non egisti, quia ut releuaret te illuc unde cecideras, ipse descende re dignatus est, & pie pati quod tolerabas. Cogita ergo quantum diligit te, qui non nisi moriendo a morte uoluit liberare te. Hæc Hugo. Unde anima mea, quanto beneficia redemptoris recognosceis digniora, tanto peccata ingratitudinis sunt deteriora. Vide ergo ne sis ingrata, cui tanta beneficia sunt collata magnã. n. est pctũ ingratitudinis. Quia secundũ Bern. Ingratitudo est quasi uentus urens, exiccans riuulos diuinæ misericordie, fontem clementiæ & fluentia gratiæ. Attende igitur o anima mea, frequenter uolue & reuolue in mente illud horribile uerbum, quod contra ingratos profertur, in persona saluatoris dicentis. O anima uide quanta pro te patior, ad te clamor qui pro te morior. Vide penas quibus afficior, uide clauos quibus confodior, audi inproperia quibus confundor. Sed cum sit tantus dolor exterior, cruciatus tamen interior est grauior, cõtã ingratum te experior. Et alibi Bern. contra ingratos in persona Christi inuehitur dicens. Popule meus quid feci tibi, aut in quo molestus fui tibi, responde mihi qd causa est q inimico meo magis libet seruire q mihi? Attende q ego sum qui creauit te. Ego omnibus bonis ditauit te. Et si hæc modica uidentur ingratis, ego preciosissimo sanguine meo redemi te. Eia anima mea, non recedant hæc a corde tuo, non discedant ab ore, semper gratias age, nunq cessa unigenitum Dei filium, p tantis donis benedicere & magnificare. Sit tibi dilectus pro his omnibus aliquando fasciculus myrthe in corde tuo, aliquando iubilus in mente, laus in ore, melos in aure. Anima. Iam diutius me continere non ualeo. Dic queso. Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi? Homo. O anima, sicut dicit Bern. In meditationibus toram uitam tuã debes huic, nõ immerit o qui uitam suam pro te posuit, & cruciatus duos sustinuit, ne & tu eternos cruciatus sustineres. Quid tibi uel durũ esse poterit cõ recordatus fueris, q ille speciosus in forma Dei pro te uoluit crucifigi? O q indebita miseratio, o q gratuita dignatio, q inopinata dilectio, q stupenda dulcedo, regem gloriæ pro despectissimo uermiculo mori & crucifigi. O quam dulcis amicus, o quam fortis auxiliator, o q prudens consiliator. Anima. O homo fateor & uerè recognosco si essent in me omnes uite filiorum Adam, omnes dies seculi, & labores omnium hominum qui sunt, fuerunt, & erunt, nihil esset ad comparationem illius, quod sponsum meum pro me sustinuit, quod pro peccatis meis filius Dei tolerauit. Cum ergo donauero ei quicquid sum, & quicquid possum, nonnẽ erit sicut stel-

Ingratitudo est quasi uentus urens, exiccans riuulos diuinæ misericordie, fontem clementiæ & fluentia gratiæ.

Dei beneficia nequimus soluere.



la ad solem, sicut stilla ad fluuium, & sicut puluis ad montem? Hæc Bern. Homo. O anima quia iam considero q̄ depurato cōtemplationis oculi gratiam diuine redēptionis qua te à peccato originali sponſus tuus liberauit agnoscis, adhuc modicum pro Deo loqui incipiam, & tibi ad cumulum diuinæ miserationis, qualiter per ipsam à peccato actuali liberata sis ostendam. Cōuerte igitur radium cōtemplationis ad beneficium iustificationis, & considera Domini Dei tui gratiam, q̄ paternè per occultam inspirationem te à peccato reuocauit: q̄ dulcet, & q̄ amabili- ter alloquendo per interiorē allocutionem te uocauit dicens. Reuerte reuerte Sunamitis, id est, anima per peccatum misera effecta, uel ca- ptiua, uel mortificata. Reuerte (inquit) o ani- ma ad me, ego sum creator tuus. Reuerte, ego sum redemptor tuus. Reuerte, ego sum conſo- lator tuus. Et si hæc modica uident, reuerte ul- timò, quia ego sum tam liberalis remunerator tuus. Reuerte igitur ad me, ego sum qui te tā nobiliter creauit. Reuerte, ego sum qui te tam misericorditer per mortem meam amarissimā, de morte æterna liberaui. Reuerte ad me, ego sum qui te bonis spiritualibus & corporalibus tam multipliciter ditauit. Reuerte ultimò ad me o anima, ego sum qui te iam per preparatā felicitatem tam liberaliter remuneraui. Reuer- tere (inquit) à peccato cogitationis, reuerte à peccato locutionis, reuerte à peccato actionis, reuerte à peccato assuefactionis. Reuerte ad me o anima, te sancti cum magno desiderio expectant, & ad tuum aduentum Angeli exultant. Reuerte uocat te expās in cruce manibus Ie- sus Christus. Reuerte, tuum reditum præstolat totius Trinitatis abyssus. O anima hæc tui uox, si benè recolis, dilecti mutantis. Aduerte nunc quæ fuerit longanimitas expectantis. O quanto tempore tuum aduentum expectauit, heu quāto tempore te in peccatis tuis tolerauit. O quot & quantos ante tuā conuersionem in peccatis dam- nauit, & te semper peccantē misericorditer ex- pectauit. Reuerte adhuc o anima, Christus in cruce te expectās habet caput inclinatum, ad te peccatricem & immundam deosculandam: habet brachia extensa, ad amplectendam: manus apertas, ad remittendum: corpus extensum, ad se totum impēdendum, pedes affixos, ad tecum commanendum: latus apertum, ad te in illud in- tromittendum. Esto ergo o anima iam columba nidificans in foraminibus petre, in cauernis ma- ceriæ, peruola manus, peruola pedes, inuola late- ri, ibi rura requies, ibi secura quies. Hæc Bernar. Hugo de sancto Victore. O anima si dignè cogi- tare posses, quot & quales in tui comparatione abiecti sunt, q̄ tibi datā grām cōsequi nō merue- runt. Elegit ergo & prælegit te sponſus tuus, ele- git te in omnibus, assumpsit ex omnibus: amaui te præ omnibus. An ignoras, q̄ fœda prius fuisti, q̄ polluta & dissoluta prius exitisti? Ipse te lauit

Inſifica- tio ma- guum est Dei bene- ficium.

Cant. 6.

Nota.

lauacro regenerationis, pauit cibo dulcissimū corporis. Ipse tibi dedit uestimenta uirtutum, quibus nuditatem tuā tegetes & te adornaes. Ipse cōtulit aromata bonorum operum, quibus fœtorem peccati erigares: dedit speculum scri- pturæ in quo faciem tuā agnosceres. Hæc Hugo. O anima uidiſti longanimitatem expectantis, iam nunc conuerte radium cōtemplationis ad benignitatem iustificantis. Cogita diligēter unde tibi post hæc omnia tam inestimabilis gra- tia, ut eius merearis esse sponſa, in quem delide- rant Angeli prospicere. Bern. Quid ergo retri- bues Dño pro omnibus quæ retribuit tibi? Tri- buit enim tibi per gratiam ut sis sociā mensæ, so- cia regni, sociā thalami. Vide quibus brachijs à te sit amplexandus, quibus labijs deosculandus, qui te tantū estimauit, ut te suo sanguine munda- ret, & ppter te somnū mortis acciperet. Anima. Fateor iam & recognosco, experior & intelligo me multò plura his à Deo meo recepisse, sed pro his omnibus nihil dignum beneficijs tantis Deo retribuisse, undè ait Bernardus. Misericordias Domini in æternum cantabo, quia septē in me misericordias factas considero, p quas suā inesti- mabilem pietatem euidentissimè recognosco. Primò q̄ à multis peccatis me conseruauit. Secū- dō q̄ me peccantem non statim damnauit, sed me prolongante iniquitatem, ipse prolongauit pietatem. Tertio q̄ cor meum immutauit, ut fie- rent ei dulcia quæ prius erant amara. Quarto q̄ me penitētem misericorditer recepit. Quinto q̄ continendi & emendandi mihi uirtutem præ- stauit. Sexto q̄ dedit mihi gratiam promerendi. Septimò q̄ mihi tribuit spem obrinendi. Dic mi- hi iam o homo propter diuinam clementiam, quid pro his omnibus Domino meo retribuā, ne siam indigna percipiendis, si ingrata fuero in- uenta de perceptis? Augustinus. Quid ergo re- tribuam Domino, nisi q̄ diligam & gratias agā, confitear, & laudem dicam nomini suo æterno & benedictō? Quoniam tam paratus est mihi di- mittere mala, & tam inestimabilia conferre bo- na. Gratia eius deuto q̄ peccata mea quasi gla- ciem soluit, gratia eius deuto quæcunq; mala non feci: & ideo oia mihi reputo dimissa, quæ- cunq; à me ipso duce non sunt commissa. Hæc Augustinus in libro Confess. Homo. O anima scito q̄ qui equid tibi dilectus tuus contulit, q̄- quid propter te sustinuit, totū in charitate per- petua (qua te dilexit) consummauit. Undè (sicut æstimo) nec melius nec decentius q̄ per dilectio- nem retribuit, quod ex sola dilectione condona- tur. Anima. Eia mi Domine Deus meus, si hæc ita se habent, quantum ego infelix & misera di- ligere deberem Deum meum: qui me creauit cū non eram, redemit cum perieram: & de multis periculis liberauit me, quando errabam reduxit me: quando ignorabam docuit me, quando pec- cabam corripuit me: quando contristabar cōso- latus est me, quādo steti tenuit me: quādo cecidi erexit

Ser. 2. in Eui. Mar- ci c. 8. ubi turba reſ- citur.

Septem- pli ei miseri- cordia ut- tur Deus, quādo ani- mū reuo- cat à pec- cato.

Cant. 2.

Quæsum- & quō De- us sit dili- gendus.

erexit me, qm̄ iui duxit me, qm̄ ueni suscepit me. Hæc & multa alia fecit mihi Deus, de quibus dul- ce mihi erit semper loqui, semper cogitare, sem- per gratias agere: ut inā pro oibus beneficijs suis possem eū laudare & amare. Cū enim (secundū auctore de spiritu & anima) cunctis prædens, figulos implens, ubiq; præfens, cunctorū curam agens, & tam singulis q̄ omnibus præuidēs: ita tū totū ad custodiā meā occupatum uideo, quasi oīum oblitus fuerit, & mihi solū intendere uelit. Sic. n. presentē se mihi exhibet, sem p se paratū of- fert, simā paratū iuenerit: ut quocūq; me uerto nō me delerat, nisi ego prius deserā eū. Nec p his oib; qd̄ illi retribuā habeo, nisi tm̄t diligā. Hæc auctor de spiritu & anima. Bern. O bone Iesu, quoties post immensas & innumerabiles lachry- mas, quoties post uarios singultus & gemitus, me lauciātā & iam penè desperantē unxiſti un- ctione misericordie tuæ: & oīno penè deficientē excepisti gaudētē, nec dereliquisti de uenia p̄- fumentē. Sed super hæc omnia, mihi te bone Iesu amabilem non immeritò reddit calix passionis quē bibisti, opus nostræ redēptionis quod susce- pisti. Hoc. n. est quod totū amorem meo uēdicat sibi, hoc est quod meā deuotionē blandius alli- cit, & iustius stringit, & uehemētius afficit. Ete- nim ubi te humiliasti, ubi te naturalibus radijs exuisti: ibi charitas plus effulſit, & gratia amplius radiauit. Hæc Bern. Aduro uos (inquit anima i- canticis) filie Hierusalē, ut si inueneritis dilectū, nunciate ei, quia amore lagueo. Bern. Nō operit aīa quē diligit, quia presentē omnibus credit, q̄ de corde suo non recedit. Augustinus. Amo te Dñe, & impatiēs est amor, nec lachrymis sedat, donec amore det quod amat. Nihil eius mœſti- tiam cōsolat, quousq; nō aspiciē quod desiderat. Anima. Sed nunq̄ o homo ille tenet Deū dili- gere, qui se gaudet talia qualia ego cōmisi mihi me cōmisisse? Homo. O aīa nō te quisquā irri- deat, ab eo agrā sanari oportet, à quo sibi præſti- tum est ut nō agrotaret, uel forsā ut maiores la- bores cautius euitaret. Et ideo Deū tantundē, immò reuera amplius dilgat q̄a per quē me ui- det tantis peccatorū meorū languoribus exui, p eū se uidet tātis doloribus implicari. Hæc Au- gust. in lib. Confess. Hieron. Sine amore charita- tis quāuis quisq; rectè credat, ad beatitudinem tū uenire nō pōt: quia tāta est charitas, ut etiam ppheta & martyriū sine illa nihil esse credant, nullū præmiū charitati compensat. Charitas. n. omnīū uirtutū obtinet principatū. August. Da mihi te Deus meus, redde te mihi, amo te, & si parū est amē ualidius. Nō possum metiri, ut scīā quantum desit mihi amoris tui, ad id quod satis est, ut currat uita mea i amplexus tuos, nec auer- taē donec abscondat in abscondito uultus tui. Hoc tū scio, q̄ malè mihi est prater te, & omnis copia quæ Deus meus non est, mihi egestas est. Hæc August. Anima. Nunc ergo o homo, quia pro his oibus dilectū dilectore meū (ut dixisti)

diligere debeo, dic quaſo quantū aut quō ipſum diligam, quatenus tibi uicissitudinē tantæ dile- ctionis rependam? Homo. O anima quāuis se- cundū Bern. causa diligendi Deū: Deus sit, mo- dus uerò diligendi eū, sit sine modo diligere, pos- sumus tū modum aliquē ex ipsis sacra scripturæ locis inuestigare. Ipse etenim qui tibi dilectio- nem tribuit, modū diligendi ostendit qm̄ dixit. Diliges Dñm Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Dilige igit anima amore singulari Deū patrem, qui te tam nobiliter ex nihilo creauit, Deū filium, qui te tam inestimabiliter pro te moriendo re- formauit, Deū Spiritum sanctū qui te tam miseri- corditer & tam dulciter sapius cōsolando à pec- cato cōseruauit, & in bono confortauit. Dilige igit Deū patrem fortiter, ut nullo alieno amore periculose uincaris: dilige Deū filium sapienter, ut nullo alieno amore dolose seducaris: dilige Deū Spiritum sanctum dulciter, ut nullo alieno amore uenenose inficiaris. Vel aliter secundum Bern. Disce à Christo o anima christiana, quæ- admodū debeas diligere Christum. Dilige dulci- ter, prudenter, & fortiter. Dulciter, ut amore il- lius omnis amor alius tibi uileſcat, & ipse solus sit tibi mel in ore, melos in aure, iubilus i corde. Dilige prudenter, ut amor tuus in eo solo & in nullo alio cōtinuē inardescat. Dilige fortiter, ut tua fragilitas omnia dura & aspera gaudenter p ipſo sustineat, ut dicas: labor meus uix est unius horæ, & si amplius est, nō sentio præ amore. Hæc Bern. Hieronymus. Ita christianus per amorem in Christum iugiter intendat, ut omnia libeter propter ipsum sustineat, donec ad ipsam perue- niat. Hæc Hierony. Amemus Christū, & eius sem- per quæramus in hanc amplexibus, & facile uide- bitur omne quod est difficile. Ambro. O anima semper in mente tua pertracta q̄ dulciter Chri- stus te dilexit in incarnatione, q̄ prudenter in cō- uersatione, & q̄ fortiter in passione. Hugo. Nul- la dilectio maior, nulla charitas syncerior, nullus amor fortior: mortuus est pro te innocens, nihil in te inueniens quod amaret. Hæc Hugo de sancto Victore. Anima. Dic quaſo o homo, salua reuerentia tua, non ex curiositate, sed ex humi- litate, non ex præſumptione, sed potius ex deu- otione interrogo. Et quid est quod amo, cum De- um meum amo? Homo. O anima si tua quæſtio eſſet præſumptuosa, tunc nimis eſſet uitioſa, sed quia ex deuotione originatur, deuotam respon- sionem meretur. Audi ergo quid dicit ille ma- gnus amator Dei Augustinus, in lib. Confess. Cū Deum (inquit) amo, non amo speciem aut de- cus, non tempus, non candorem lucis istius ami- cum oculis, non dulces melodias, non unguenta suauiter redolentia, non manna, non mella, non membra carnis amplexibus acceptabilia, non hæc amo cum Deum amo. Sed quid amo? Amo lucem quandam, quandam uocem, quandam odorem, quandam cibum, quandam amplexum interioris

Math. 22



interioris hoīs mei, ubi fulget aīa quod nō capi locus, ubi sonat quod nō capit tēpus, ubi redolet qd nō spargit flatus, ubi sapit quod non minuit edacitas, ubi haret quod non diuellit facietas. Anima. Dic quāso d homo uel paululum de charitatis uirtute, qua cognita ad diligēdū Deū fortius animus inardescat. Homo. Reuera d aīa charitatis fructus magnus est, sed occultus. Ipsa. n. secundū Aug. in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus est fortis, in bonis operibus hilaris, in tēratione tutissima, in hospitalitate liberalissima, inter ueros fratres letissima, inter falsos patiētissima. Ipsa est iter obprobria secura, inter odia bñfica, inter iras placida, inter insidias innocens, in iniquitate gemēs, in ueritate respirās. Hęc Au. de laude charitatis. Ber. O foelix amor ex quo oritur strenuitas morū, puritas affectuū, subtilitas intellectuū, sanctitas desideriorū, claritas operū, fecūditas uirtutum, dignitas meritorū, sublimitas premiōrū & honorū. O dulcedo amoris, d felix amor dulcedinis, comedat tecor meū, & necitare tuo repleat uiscera aīa meā. Hęc Bern. Idē. O aīa q̄ dulcis est cibus charitatis, q̄ fessos alleviat, debiles roborat, mēstos latificat. Iugū nāq; ueritatis facit suauē, & onus eius leue. Idē. Fateor Dñe, non sustinui pōdus diei & astus, sed iugū suauē & onus leue porto. Opus n. meū uix ē unius horā, & si plus est nō sentio p̄ amore. Sed qd plura? Hugo de sctō Victore. O aīa tāta ē uis amoris, ut talē te necesse est esse, quale est illud quod amas. Et cui per affectū coniungeris, in ipsius similitudinem ipsa quodammodo dilectionis societate transformaris. Hęc Hugo.

Charitatis inumeri fructus

Quomodo anima per mentale exercitium debet radium contemplationis cōuētere ad exteriora, ut cognoscat quam instabilis sit mundana opulētia, quam mutabilis mundana excellentia, et quam miserabilis mundana magnificentia. Cap. II.

Anima.

Am video quoniam miser est oīs animus iunctus amicitia rebus temporalibus, quæ cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore amittuntur. Sed beatus est q̄ amat te Domine, & inimicum propter te, & amicum in te. Solus enim nullum charum amittit, cui omnes in te chari sunt, te uerò nemo amittit, nisi q̄ te dimittit, qui autem te dimittit quo vadit, nisi a te placido ad iratum? Hęc Aug. Idem. O charitas quæ semper ardes & nunq̄ extingueris. Charitas Deus meus accende me. Iubes ut amem te, da quod iubes, & iube quod uis. Iubes certē qd contineam a concupiscentia carnis, a concupiscentia oculorum, & ambitione seculi. Aug. Minus te Dñe amat qui aliquid tecum amat, quod

propter te non amat. Ambrosi. O homo amemus Christum, & eius sem p̄ inharere quæramus amplexibus, & facile uidebitur omne difficile. Homo. Greg. O anima iā ut uideo recognoscis q̄ foelix & q̄ beatus est, qui i solo eternitatis desiderio per amorem figitur, qui nec prosperitate extollitur, nec aduersitate quasiatur, & dum nihil habet in mundo quod diligit, nihil est in mundo quod pertinescat. Hęc Gregor. in moral. Conuēte igit d aīa nūc radium contemplationis ad ea que sunt iuxta te, hoc est ad mundū istū sensibile, ut ipsum & ea quæ sunt in ipso despicias, & eo despecto amplius in amore sponū inardescas. Minus. n. eū amas si aliqd cū eo appetis, qd pp ipsum & in ipso non diligas. Tantū. n. (scdm Greg.) qs ab illo superno amore disungit, quātō inferius delectat, & citius ad Deum cōuertit, q̄ nō habet in hoc seculo unde delectat. Et scdm gl. sup Exodo. Tātō qs ab inferiorū amore disungit, quātō ad sola eterna amanda subleuat. Cetera igitur creatura tibi uilescat, ut creator tuus in corde solus dulcescat. Aug. Volue igit semper & reuolue, nō tm ex auditis, sed et ex expertis, non tm ex dictis, sed et ex factis, q̄ instabilis sit mūdana opulētia, q̄ mutabilis mundana excellentia, q̄ falsa & miserabilis mūdana gloria. Oē. n. (scdm Greg.) quod hic eminet, multo plus merore afficit, q̄ honore gaudeat, Grego. Ecce huius mundi amatores nundinas huius seculi perambulāt, alij diuitias, alij honores, alij gloriam quæretes. Sed qd de diuitijs dicam, q̄ cum labore acquiruntur cum timore possidentur, cum dolore amittunt? Quid de honore referam? In loco sublimi positus es, nunquid nō eris iudicandus ab oībus lace randus ab oībus? Nunquid in honore sine dolore in platione sine tribulatione, in sublimitate sine uanitate esse qs poterit? Quid de gloria dicam? Nihil aliud est nisi quādā uana aurīū inflatio. Nūquid & ipsa est sine iudicio? Respice quos antecedis, & cogita q̄a in oībus inuidia semina præbes, Toties angelo apostate similis esse uolo, quoties pesse desidero. Hęc Bern. Hier. Nihil nāq; seculo rebusq; seculi fugacius est, quas cum tenere cupimus amittimus. Vidisti Imperatores, vidisti præfectos, vidisti exercitus, uictorias & triumphos, heri fuerunt, hodie nō sunt, heri quasi flos apparuerunt, hodie quasi fœnum aruerūt. Nihil itaq; bonum est nisi quod perpetuum est. Hęc Hieronym. Anima. O homo si hęc ita se habent, quid est quod miseri homines quærent, dū mundi uanitates appetunt? O quantum exccati sunt qui mundi gloriam quærent. Gregorius. Nonnulli dum quorundam gloriam cernunt, magnum aliquid existimant atque ut tanta mereantur exoptant. Cum uerò eos morientes aspiciunt, eorum quā uana sit gloria cum gemitu fatentur, & dicunt. Ecce quā nihil est homo. Hęc Gregor. Homo. O anima charissima, & quid sunt mundana omnia nisi quædam uana somnia? Et quid profuit superbia aue diui-

diuitiarum iactantia amatoribus suis? transierunt enim oīa tanq̄ umbra, & tanq̄ nauis q̄ pertrā sicut fluctuātē aqua, cuius nō est inuenire uestigiū. In malignitate. n. sua consumpti sunt. Heu q̄ plurimi etiā nullū signū reliquerunt. Vbi sunt principes gentiū, & qui dñati sunt super bestias q̄ sunt super terram? Qui argentū thesaurizauerunt, & aurū congregauerunt, qui ciuitates & castra extruxerunt; Reges & regna bellando deuicerunt. Vbi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor huius seculi? ubi Salomon sapientissimus? ubi Alexander potentissimus? ubi Sanson fortissimus? ubi Abialon speciosissimus? ubi Ahsuerus gloriosissimus? ubi Casares potentissimi? ubi Reges? ubi Principes inelyti? Quid profuit eis inanis gloria, breuis letitia, mundi potentia, magna familia, carnis uoluptas, diuitiarum falsitas, concupiscentia suauitatis? Vbi risus? ubi letitia? ubi iactantia? ubi arrogancia? Ecce generositas sanguinis, pulchritudo corporis, forma elegans iuuenilis decor, prædia palatia immēsa, suppellex, adde & mundi sapientiam, de mundo sunt hæc omnia: & mundus quod suū est diligit, & tamen cum mundo non diu subsistunt. Transibit enim mundus & concupiscentia eius. Bern. Tu ergo si recte sapias, si tecum lumen oculorum est, desine sequi quæ consequi miserū est: quæ possessa onerant, amata inquinant, & amissa cruciant. Tu ergo relinque hæc omnia propter eum qui est super omnia. Hęc Bern. Fuge ergo & cōfuge d̄ anima ad urbē refugij, hoc est ad uitā religiosam, ubi possis de præiis agere penitentiā, & in p̄senti obtinere gratiā, & feliciter prætolari futurā gloriam. Non te retardet peccatorum conscientia, q̄a ubi superabundauit iniquitas, superabundare conseruit & gratia. Non penitentiarū auferitas ipsa te deterreat. Non enim condignæ sunt passionēs huius temporis ad præteritā culpam quæ remittitur, ad præsentem gratiam quæ immittitur, & ad futuram gloriam quæ promittitur. Hęc Bern. Anima. Iam falsitatem & instabilitatem mundi agnosco, sed nescio quo uinculo detenta adhuc auertere mentem nequeo. Homo. Certē si diligenter d̄ anima & prudenter periculum tuum quod de mundo incurris aduerte res, proculdubio animum a seculi uanitatibus cohiberes. Grauis enim & nimis periculosa est mundana conuersatio, quia secundum Bern. Periclitatur castitas in delitijs, humilitas in diuitijs, pietas in negotijs, ueritas in multiloquio, charitas in hoc nequam seculo. O anima debilis & infirma quæ tam facilis es ad decipiendum, & infirma quæ tam facilis es ad decipiendum, tam prona ad cadendum, tam difficilis ad surgendum. An ignoras q̄ sicut difficile est arborem iuxta uiam positam fructus pulcherrimos usque ad maturitatem seruare, sic difficile est hominē iuxta seculum uiuentem iustitiam immaculatā usq; in finem conseruare? Hęc Chrysof. Item Augustinus in epistola quadam. Vincula huius mundi habent asperitatem ueram, iucunditatem

falsam, certum dolorem, incertam uoluptatem, durum laborem, timidam quietem, plenam miseriam, nullam beatitudinē, & inanem spem. O anima si hoc in mente portares, mundum & ea quæ in mundo sunt cōtemneres. Et quid est charissima quod diligis? quid est quod appetis? quid est quod in mundo quæris? si prælationem diligis, qd aliud facis, nisi q̄ uitā tuā confundis? An ignoras q̄ monstruosa res est gradus summus, & animus infimus: sedes prima & uita ima, lingua magniloqua, & manus ociosa: sermo multus & fructus nullus, uultus grauis & actus leuis: ingēs auctoritas & nutans instabilitas. Hęc Bern. sed forte diceres, prælationem quidem appeto, sed in ipsa benē & sanctē uiuere intendo. Laudo: sed rarō quod laudare ualeam inuenio. Vnde semper timeo quod dicit Gregor. in registro. Ita sibi regentium & subditorum merita connectuntur, ut sape ex culpa præidentium fiat deterior uita subditorum. Et sape ex merito plebium delinquat uita pastorum. Si sapientiam mundi quæris, d̄ quanto periculo te committis. Bern. Heu quot & quantos mundi maledicta sapientia supplantauit, & cōceptum in eis diuinum extinxit spiritum, quem uehementius Dominus accendi noluit. An ignoras q̄ sapientia mūdi terrena est, animalis & diabolica, inimica salutis, suffocatrix uitæ: & mater cupiditatis? Hęc Bernardus. Augustinus. Qui sine saluatore salutē uult quætere, & sine uera sapientia æstimat se prudētem fieri posse, non sanus sed ager est: non prudens sed stultus est, & in agritudine laborat assidue. Qui enim crescit in icicentia & non in bona uita, elongatur a Deo, sicut dicit Algazel. Tu ergo si sapiens esse desideras discas in terris, quorum scientia perseveret tecum in coelis. Hęc Hieron. Hic studeas qualiter ad ipsum peruenias, quem semel uidisse est omnia didicisse. Hęc est illa eterna ueritas, sine qua oē sapere delipere est: quam solam cognoscere perfectū scire est. Augustinus. Infelix homo qui scit omnia alia, te aut nescit. Beatus autem qui te scit, etiam si alia nesciat. Si autem te & alia nouit, non propter illa beator, sed propter te solum beatus. Anselmus. Sed fortasse diuitias mundiales, pompas seculares, & delicias carnales d̄ anima mea diligis, & ppter hoc mundum inuitē derelinquis. Sed attende quod caduca & fragilia sunt hæc. Dic ubi reges? ubi principes? ubi omnium prædictorū dilectores? Timeo q̄ multi ex ipsis heu exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Quid nunc eis prodest superbia? quid diuitiarum iactantia? Qui enim plus diligit mundum q̄ Deum, seculum q̄ claustrum, gulam quā abstinentiam, luxuriā quā continentiam, sequitur Diabolum: & ibit cum eo ad æternum supplicium. Augustinus. Qui florent felicitate seculi, pereunt uirtute Dei, florent ad tempus, pereunt in æternum, florent falsis bonis, pereunt ueris tormentis. Idē. Si in hoc seculo aliquid nos habere delectat, Deum qui possidet

Nota bene.

Merita regentium, & subditorum connexa sunt.



possidet omnia, expe dita mente possideamus, & in ipso habebimus quicquid feliciter & sancte desideramus. Gregor. Nec diuiti obfunt opes si eis bene utatur, nec pauperem egestas commendabilem facit, si inter inopias sordes peccati non caueat. Sed adhuc o anima inuenies quod obicias dicens. Mundum despicio, sed amicos, parentes, & cognatos derelinquere non ualeo. Friuola o anima est hac obiectio. Bern. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Si impium est contem nere patrem uel matrem, propter Christum pissimum est. O dirum patrem, o sanam matrem, immo non parentes sed peremptores, qui te ma lunt perire cum eis qui regnare sine eis. Hiero. Licet sparso crine & scissis uestibus, ubera quibus te nutrierat mater ostendat, licet in limine pa ter iaceat, per contemptam matrem, per calcatum patrem perge sicis oculis, & ad uexillum crucis euola. Solum pietatis genus est in his fuisse cru delem. Chryso. An ignoras o anima, quod qui ha bet se ipsum, habet patrem & matrem & omnem amicum? Quid sequeris mortuos? sequere ui uum, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Anima. Iam ex uerbis tuis o homo perpendo, & ex multis experimentis cognosco, quod etiam mu dus in seipso aruit. Sed adhuc heu in multorum cordibus floret, qui amaritudines mundi dili gunt, fugientem sequuntur, labentem amplectun tur: dic quae est tanta cecitatis ratio? Homo. O anima an ignoras, quod tam delicata & tam nobi lis es a sponso tuo auctore omnium condita, quod sine dilectione esse non potes? Hierony. Diffici le est humanam animam non amare, necesse est enim ut mens nostra ad quoscunq; trahatur affe ctus. Unde secundum Bern. etiam oportet, quod aut in summis aut in infimis delecteris. Igitur secun dum Grego. in mora. Quia sunt nonnulli qui ui tam suam negligunt, dum transitoria appetunt, & aeterna non intelligunt, uel intellecta contem nunt: dolorem non sentiunt dum uulnerati sunt. Unde heu se miseri in bonis esse putant, exilium quasi patriam diligunt, & in caecitate quasi lumi nis claritate exultant. Contra electorum men tes dum cuncta transitoria quasi nulla conspi ciunt, ad quid sunt condita? requirunt. Cumq; eorum affectui nihil extra Deum sufficiat, in so la contemplatione conditoris quiescant: super nis interesse ciuitibus appetunt, & adhuc in mun do positi extra mundum surgunt. Hac Grego rius. Idem super Ezechielem. Dulcedo uidetur esse in rebus humanis, sed eis qui nullam de coe lestibus dulcedinem experti sunt. Quia dum mens humana minus aeterna intelligit, tantum dul cius in temporalibus requiescit. Sed si quis iam cordis lingua gustauerit quae sit illa dulcedo coe lestium praemiorum, haec quanto dulcius fit quod intus uidet, tanto magis in amaritudinem uer titur omne quod foris sustinet. Anima. Ne que so o homo procrastines mihi aliqd de mundano & caelesti gaudio ediffere, quatenus utriusque

natura perfectius cognita, unum uerius despiciat, & ad alterum assequendum studiosius me exten dam: quia puto quod sicut bonum non amatur nisi cognoscatur, ita malum non deuitatur nisi intelligatur. Homo. O anima aestimo quod mun danum gaudium (si tamen potest dici gaudium, & non potius flagellum incognitum) nunquam perfecte cognoscitur, nisi cum perfecte despici tur. Unde sicut a perfectis mundi contempto ribus traditur, mundanum gaudium potissime propter quinque contemptibile est habendum. Primo quod habet uilitatem in obiecto. Quid enim est seculi latitia? Respondet Augustinus, impunita nequitia, id est luxuriari, inebriari, co mesationibus uacare, uanitatibus intendere, & pro his in hac uita nihil mali sustinere. Putant enim mali se esse in delictis, cum non corrigun tur pro suis nequitis. Et ignorant quod sicut di cit Augustinus, nihil infelicis est felicitate pec cantium, quae penalis infirmitas nutritur, & ma la uoluntas roboratur. Secundo habet impuri tatem in subiecto. Anima enim peccatis defor mata, est subiectum mundani gaudij, quae laca tur cum malefecerit, & exultat in rebus pessi mis. Unde bene dicit beatus Hieronymus, quod ridere & gaudere cum hoc seculo, non est factum hominis sensari, sed frenetici. Reuera o anima cor mundum non cum hoc seculo immundo, sed cum Deo & in Deo latum est & iucundum. Ter tio habet breuitatem in seipso, quia gaudium hypocrita ad instar puncti. Hypocrita est hic mundus, cuius gaudium est ad instar puncti, quod nec latum, nec longum, nec altum est, nec pro fundum. Augustinus super Ioannem. Latitia se culi uanitas est, cum magno desiderio speratur ut ueniat, & non potest teneri cum uenerit. O anima quam breuis, quam fragilis, & quam ca duca est mundana latitia. Breues enim dies ho minis sunt, ut dicit Job. Quarto habent tristi tiam in termino, quia ducunt heu miseri in bo nis dies suos, & in puncto ad infernum descen dunt. Extrema enim talis gaudij luctus occupa pat. Immo o anima si uales discernere, tale gau dium habet semper tristitiam admixtam i actu suo, quia semper necesse est quod praesumat se tua perturbata conscientia. An ignoras o anima, quod non diutius perdurat latitia quae est in co medendo & bibendo, quam durat tristitia quae est esuriendo & sitiendo, sic est de omnibus alijs. Quinto habet miseriam magnam in affectu pro prio, quia est spiritualis gaudij impedimentum. O anima agnosce quam miser est hic mundus, & quam miserimi qui sequuntur ipsam. Sem per enim mundana gaudia excluderunt homi nes a beata uita. Bern. O quam uilis est, quam inutilis est mundana consolatio, & quod plus est metuendum, quia uera ac sancta consolatio nis est impedimentum. Reuas igitur o anima mea in mundo delectari, si uis de Dei memoria con solari. Hac Bern. Augustinus. Caetera creatura uilescat

Mundanum gaudium propter quinque contemptibile est habendum.

Job. 16.

Job. 14.

Propter Christum etiam parentes sunt relinquenti.

In episto ad Eustochium.

Res temporales dulces apparent his qui aeternas non gustauerunt.

vilescat, ut creator in corde dulcescat. Anima. Iam mundum despicio, iam falsam latitiam, ue ram tristitiam, falsam dulcedinem, & uera mun di amaritudinem agnosco, & ob hoc non immeri to hac oia secundum tuum consilium contemo. Sed quia sicut asseris, sine dilectione esse non ua leo, dic quae so quid agam? quo me conuertam? ubi dilectionem conuenientem inueniam? Ho mo. O anima si teipsum perfecte cognosceres, ex tui cognitione mundum & oia quae in mundo sunt contemneres, & discere posses, quae consolatio nem in tua dilectione aslectare non immerito de beres. O aia si te naturam caelestem intelligeres, pculdubio terrenam consolationem abhorre res. Erubescere igitur consolari in caeno, quae es de caelo. Erubescere in imis delectari, quae non potes nisi in summo faciri. Natura es (ut puto) caele stis, & caelestem consolationem (sicut aestimo) na turaliter si carnalis infania permitteret, appetis & requiris. Bern. O quod dulce & delectabile esset, adiuncto diuini actoris condimento, secundum naturam uiuere, si carnalis infania nos permit teret, quae sanata statim naturalibus natura arti det. Anima. Et quid est proprie secundum naturam ui uere? Homo. Propriissime secundum naturam ui uere, est in terris caelestem uitam ducere, ab ex terioribus ad interiora redire, ab interioribus ad superna ascendere, & facere omnia secundum nobilissimum quod in homine praecellens, hoc est secundum intellectum. Hec Philosophus iij. Ethic. Anima. Potest ne aliquis in terris, & in hac lachrymarum ualle caelestem uitam ducere? Ho mo. O anima si de meis uerbis tanquam hois pecca toris dubitas & miraris, audi Augustinum & Ap otholum Paulum. Ecce quid dicit Aug. Cu aeter num aliquid per cognitionem & amorem capimus mente, iam non in hoc mundo sumus. Unde est quod dicit Apostolus. Nostra conuersatio in cae lis est. O anima mea puto igitur, quod uerius es ubi animas, quae quicquid diligis ipsa dilectionis ui in eius similitudinem transformaris. Sic ergo cae lestia contemplaris, si caelestia diligis, quomodo iam non in caelis commoraris, quae caelestibus spiritibus in uita assimilaris? Anima. Heu heu iam me infelicem & miseram, miserabiliter mul to iam tempore excacatam sentio, quae tanto te pore per cognitionem in temporalibus & terre nis rebus oberrauit, mundanis & uilibus me per amorem alligauit, de quibus paucam consolatio nem, multam uero amaritudinem & desolatio nem, modicam & ualde exilium latitiam, sed ua riam & saepe magnam cordis tristitiam sumpsi. Dic ergo iam quae so o homo, quae est caelestis co solatio, & si quo modo possem ad ipsam pertin gere in hac ualle lachrymarum & miseriam? Quid est quod in Deo meo inuenio, cum tam libenter & tam facilliter omnia propter ipsum contem no, cum dico intra meipsum cum gaudio, Deus cordis mei Deus pars mea in aeternum? Quid est quod in illa breuissima hora in dilecto meo de

gusto, cum omnia dura & amara & aspera gau denter & hylariter, propter ipsum sustinere totis uiribus concupisco, & dico. Mihi adherere Deo bonum est: Et quis me separabit a charitate Christi? Homo. Secundum Bern. o anima haec consolatio nihil aliud est, quam gratia quaedam deuotionis, procedens de spe uenit, & gustus boni licet exigui, & luxurissima quaedam delectatio, qua benignus Deus afflictam recreat animam, qua anima ad Deum requirendum inuitatur, & ad diuinum amorem accenditur uehementer. Hugo de sancto Victore. O anima quid putas est tam dulce & tam suauis, quod in recordatione dilecti deuotas animas solet tangere, & tam sua uiter afficere, ut iam totaliter a seipsis alienari incipiant? Exhilaratur conscientia, & in obliuio nem uenit omnium dolorum memoria, exultat animus, clarescit intellectus, cor illuminatur, af fectus incundatur. Iam nesciunt ubi se esse co spiciunt, & quasi a complexibus amoris aliqui d i tus tenent, & nesciunt quid sit, & tamen totis uiribus tenere concupiscunt. Luctatur quodammodo delectabiliter animus, ne recedat ab eo, quae si in eo finem omnium desideriorum inuenit. Hac Hugo. Bern. Nonnunquam quasi clausis oculis bone Iesu ad te inhiant, mittis mihi in os cor dis, quod non licet mihi scire quid sit. Saporem quidem sentio, dulcedinem a deo confortantem, quae si proficeretur in me, nihil ultra quaererem. Nonne hic est iubilus cordis, Greg. iubilus dicitur ineffabile mentis gaudium, quod non absco di, non sermonibus aperiri potest. Sed tamen quibusdam motibus aperitur, licet nullis propria tibus exprimat. Unde Psalm. Beatus populus qui scit iubilationem. Non dicit, qui loquitur, sed qui scit, quia iubilus quidem sciri potest in intellectu, sed dicto seu uerbo exprimi non potest. Bern. istam aut gustum cum accipio, nullo cor poris uisu, nullo aere sensu, nullo spūs intellectu ad uertere me finis quid sit, cum accipo & ruminare uolo, & diiudicare eius, sapore, statim transit dul cor eius, diglutio quod illud quicquid est in spe uitae aeternae, sed operationis eius uirtute diu ruminando, oibus aere uenis & medullis quasi uitalē quēdā succum optatam infundere, ut ab omnibus alijs affectibus desperet, & illud solum saperet, sed festinat transire, & cum de inquisitione uel ac ceptione eius uel usu, formata quaedam linea menta memorie gestio artius impressa com mittere, uel etiam memoriam labilem scripto iuuare, experimento cogor dicere id Euange licum. Nescis unde ueniat, aut quo vadat. Hac Bernard. Quae putas o anima est tam dulcis tamque suauis delectatio? certe haec est consola tio diuina. Anima. O homo quis mihi hoc tribuat, ut hac tam inexperta consolatio in cor meum perueniat, ut malorum meorum obliuiscar, ac mundanam consolationem despi ciam, & a me ipsa feliciter alienari incipiam? Homo. O anima, magnum est quod deside

Rom. 8.

Psalm. 88.

Ioan. 3.

185,

Uitae secundum naturam uiuere est in caelestibus delectari.

Phil. 3.

Psalm. 72.



ras, inestimabile donum est quod exoptas. Unde (ut aestimo) humano studio non potest obtineri, humano merito uix potest promereri: sed à Deo humilibus precibus, & à dignè dispositis ex sola diuina pietatis condescendentia uix potest impetrari. Omne enim aurum in comparatione illius arena est exigua, & argentum illi comparatum tanquam nihilum reputatur. Anima. O homo dic rogo, qualis debet esse dispositio, qua ordinari debet ad impetrandum orantis affectio? Homo. De hac materia multum posset dici ab expertis, sed quia inexpertum me esse recognosco, etiam pauca me dicere erubescio. Unde timeo ne dicatur contra me. Quare tu enarras, quod non degustas? quare tanquam indignus laudas quod ignoras? Anima. O homo, noli timere, cum reuerentia & humilitate quae audisti & legisti deuotè proponere. Multi enim de rebus magnis & arduis alijs utiliter proposuerunt, quod non de propria experientia, sed aliorum scientia didicerunt. Homo. Iam cum aliqua audacia loquar. Nam uires quas imperitia denegat, charitas subministrat. Unde sicut sentio sic refero. Puto (saluo meliori iudicio) si uiste ad hanc celestem dulcedinem degustandam preparare, debes esse depurata, exercitata, & eleuata. In primo hae celestis dulcedo odoratur: in secundo degustatur: & in tertio aliquando usque ad ebrietatem sumitur & potatur. Primo dico quod debes esse depurata à peccatis, ab affectionibus inordinatis, à temporali consolatione, & à creaturarum inordinata dilectione: quia secundum Bern. Errat omnino si quis illam celestem dulcedinem huic cineri, diuinum illud balsamum huic uenenofo gaudio: charissimata illa Spiritus sancti, huius seculi illecebris misceri posse arbitratur. Sed postquam à talibus anima fuerit purgata, lachrymosis gemitibus depurata, & candidata dolorosis fletibus, quia dignum est, sicut dicit Augustinus, quod mens illa semper in se & in creatura gaudia querebat. Pulchre igit Greg. in moral. super illo uerbo Iob. Antequam comedam suspiro, dicit. Comedere animam est, supernae lucis contemplationibus pasci. Suspirat ergo antequam comedat, quia qui se in hoc exilio per desideriorum caelestium lamenta non humiliat, aeternae patriae gaudia non degustat. A ueritatis enim pabulo ieiuni sunt, qui in hac peregrinationis inopia latantur. Secundo debet mens esse exercitata in bonorum perpetracione, & in mansuetudine ipsi consolabantur. Quia quos amor ueritatis afficit, refectio consolationis pascit. Bernar. O bone Iesu, quoties post innumerabiles lachrymas & gemitus sauciatae animam meam uixisti unctioe misericordiae tuae, & nonnunquam penè desperantem excepisti, consolatae & deuotè praesumentem dereliquisti? Ecce quomodo precium rerum honestarum in ipsis est. Unde

Preparatio ad diuinam dulcedinem gustandam, qua liter nat.

Iob. 3.

Matth. 5.

reuera quamuis in initio acta sit uia quae ducit ad uitam, processu tamen temporis inestimabilis dilectionis dulcedine dilatatur. O igitur beata consolatio, quae diuinitus infunditur laborantibus pro Christo. Tertium in quo anima inebriatur hac dulcedine, est mentis eleuatio, quando feliciter animus à terrenis abstrahitur, & miro quodam modo supra seipsum, supra mundum, immò super omnem creaturam eleuatur: ut iam disce possit anima. Introduxit me rex in cellaria sua. Hae est illa cella uinaria, in qua introducit anima, ubi bibit de uino condito inestimabilis deitatis, & de lacte albisimo incontaminabilis humanitatis. O anima hinc bibunt amici, sed inebriantur charissimi. O scilicet ebrietas, quam sequitur mentis & corporis tam casta & sancta sobrietas. Hinc efficitur anima more ebrii gaudens & latibanda in aduersis, fortis & secura in periculis, prudens & discreta in prosperis, liberalis & pia in condonandis iniurijs, & tandem quieta & somnolenta recumbens in amplexibus diuinis: cui leua sponsi sponsam sub capite amicitabiliter sustentat, & dextera dilecti dilectam familiariter amplexatur. Anima. O homo confiteor cum humilitate & cum reuerentia, quod accidit mihi aliquando licet heu per raro, quod cum magna uolentia circa conuersionis meae primordia, animum à terrenis abstraxi, & ad caelestia contemplantando cum conatu nimio eleuauit. Intraui cum tremore, circumspexi cum rubore: uidi choros angelorum, palatia & gaudia Patriarcharum & Prophetarum, Apostolorum aspexi tabernacula, & martyrum conuiuia: uirginum & confessorum solatia, elemosynam uidelicet alicuius consolationis à singulis petij, micas decedentes de mensa minorum desiderauit, nec obtinui. Sed quod auditu lamentabile est, mox ab omnibus ut peregrina & incognita repulsa fui. Quid ergo profuit mihi laboriosa mentis eleuatio, quam nulla secuta fuit consolatio? Homo. O anima non fuit sine causa repulsio hae tam desolatoria. Puto quod hae fuit causa, quia uoluisti esse socia consolationis, antequam fuisti socia passionis, uoluisti esse particeps remunerationis, antequam imitatrix uirtutis. Satage ergo primo esse socia Angelorum per puritatem & innocetiam, socia Patriarcharum & Prophetarum per humilitatem & fidei confidentiam, stude esse socia Apostolorum & Martyrum per charitatem & patientiam, Confessorum & Virginum per pietatem & continentiam: & tunc audacter in hoc exilio saltem cum filio prodigo, pij patris elemosynam obrinebis. Anima. O homo iam quam uana & insipida sunt omnia transitoria agnosco, & ob hoc mundum despicio, consolationem seculi uilipendo, mundana quoque gaudia sicut uenena mortifera fugio & contemno: uitam etiam praeteritam quasi mortuam plango, & mentem meam miseram gemitibus & fletibus abluo & repurgo: & si aliquando inter

Cant. 1.

Cant. 2.

inter lachrymas & gemitus odore diuinae suauitatis uel modicum sentio, adhuc tamen cibum angelorum & uinum amicorum infelix & misera, ieiuna & sitibunda non degusto. Bern. Non accessit adhuc Domine Deus meus cor meum ad multitudinem dulcedinis tuae, quam abscondisti timentibus te: foris enim eius odore utcumque suffector, quod est mihi super odorem balsami, cunctiq; generis suauia odoramenta. O Dne Deus, si tamen nobilis est odor, quae dulcis est tua dulcedinis sapor? Si tanta uirtutis est modica degustatio, quantum iucunditatis habet felix inebriatio? O quis mihi det ut uenias in cor meum, & inebries illud uino tuo, & amplectar te Deus meus? Homo. Secundum August. O anima deuota loquar salua reuerentia, nimis estis auarata, & utinam non praesumptuosa, uires uestras perpendite, merita considerate, uirtutes discutite: & tunc si placet, sufficiat uobis magis in odore diuinorum unguentorum cum adolescentulis humiliter currere, quam praesumptuose super merita postulare. Anima. O homo, quae durus & onerosus es mihi miserae animae consolator, quam parcus (si fas est dicere) diuinae bonitatis es dispensator. Audacter dico tacere non ualeo, mihi odor non sufficit, modicus gustus plene non reficit sed afficit, ebrietatem affectus meus appetit & requirit. Scio qui dicit. Bibite amici, & inebriamini charissimi, si deprimis indignitas petentis, spem tamen erigit pietas promittentis. O homo quomodo dubitare ualeo, quin paratus sit dare dona sua qui pro me non dedignatus est pati mala mea? An ignoras qui multos de Dei pietate docuisti, quod de beato Augu. didicisti, sic dicente. Erubescat humana pigritia, plus uult Deus dare, quam audeat homo postulare? Idem de uera religione. Deus dedit nobis pignus spiritus, in quo sentiamus eius dulcedinem, & degustemus ipsum fontem uitae, in quo sobria ebrietate irigemur, tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Chrys. Nil omnipotentiam Dei clariorem reddit, quam quod omnipotentes facit eos, qui sperant in eo: nam Deo per spem innixum animam, nulla fraus, nulla illecebra, poterit uel stantem deijcere, uel durantem superare. Erubescat nunc humana desperatio, & maledicta sit pusillanimitatis trepidatio, quae diuitem & nimis liberalem in oes qui inuocant illum, sua posse beneficia denegare. Nunquid non pater aeternus, apud quem nulla est transmutatio, ex sola liberalitatis immensitate filium suum misit, in quo dedit totum quod habuit, totum quod potuit, totum quod ille fuit? Si uero sua liberalitas suam infinitam bonitatem modo diminueret, forsitan non immeritò nostra infirmitas trepidaret. Sed quia ex seipso, non ex accidenti dono bonus est, ex suae bonitatis communicatione non diminuitur, ex alienae bonitatis additione non augetur. Ho-

mo. O anima magna est fides tua, ualde fortis es in spe & confidentia. Et quauis spes quae procedit ex meritis proprijs & diuinae clementiae confidentia, meritoria sit, laudabilis & sancta, consulo tamen sane antequam ad querendam ebrietatem supra te ascendas, prius per tuae considerationem salubriter infra te descendas, ut discas tuum sponsum reuerenter timere, antequam incipias suum secretum cubiculum introire, quem non solum timere debes cum irascitur, uerumetiam cum suauissimè & delicatissimè blanditur.

Quomodo anima per mentalem exercitium debet radium contemplationis conuertere ad inferiora, ut intelligat humane mortis inuicibilem necessitatem, iudicij finalis formidabilem austeritatem, poenae infernalis intolerabilem penalitatem.

Cap. III. Anima.

Dic queso o homo breuiter, quae sint illa inferiora ad quae mea consideratio est conuertenda? Ascendere festino, ebrietatem diuinae consolationis quaro, in inferioribus diuinarum uirtutum desidero, habitare in atrijs Domini totis uiribus concupisco. Homo. Hae inferiora sunt o anima mea, ut te conuertas, & uideas mortis inuicibilem necessitatem, & ingemiscas diuini iudicij infallibilem aequitatem, siue ueritatem, & contremiscas poenarum infernalium intolerabilem austeritatem, & expauescas. Considera igitur frequenter, uolue & reuolue diligenter, quod mors non potest declinari, quod hora mortis non potest praedeterminari, quod tempus à Deo praedeterminatum non potest immutari. Ilido, in rebus humanis nihil certius morte; nihil incertius hora mortis. Non miseretur inopia; non reueretur potentiam, non respicit morum aut generis excellentiam, non parcat iuuetuti uel aetati, sensibus est in ianuis, iuuenibus in insidijs. Anima. Audio quod nostrum uiuere nihil aliud est, quam ad mortem transire, cur temporalia diliguntur, quae tam incerto tempore possidentur? Cur tanto tempore uitam istam desideramus, in qua quanto amplius uiuimus, tanto plus peccamus, quanto uita longior tanto culpa numerosior? Quotidie nanque crescunt mala, & subtrahuntur bona. Quis enim considerare ualeat, quanta mala per momenta temporum perpetramus, & quanta bona negligimus? Grauis siquidem culpa est, cum nec bona facimus nec bona cogitamus, sed mentem per inania & inutilia vagari permitimus. Homo. Sicut dicit Gregor. Carnales mentes o anima idcirco temporalia diligunt, quia uita carnis quam fugitiua sit minimè perpendunt. Nam si uelocitatem transitus eius aspicerent, hanc etiam prosperitatem modicè duraturam

Psal. 83.

Meditanda est semper mors.

ff minimè



minimè amarent. Idem. Vita meanauganti
 similis est, siue dormiam siue uigilem, semper ua
 do festinus ad mortem. O uita prærens quam
 multos decipis, quæ dum fugis nihil es, dum ui
 deris umbra es, dū exaltaris fumus es, dulcis es
 stultis, amara sapientibus, qui te amant non te
 cognoscunt, qui te fugiunt ipsi te intelligunt.
 Alijs te promittis longam ut decipias, alijs bre
 uem ut in desperationem inducas. Auctor de spi
 ritu & anima. Iugi meditatione animum no
 strum exerceamus, & miseras nostras considere
 mus. Cum dolore uitam istam intrauimus, cū la
 bore uiuimus, cum timore exituri sumus. Bern.
 Quotquot degimus in hac regione umbræ mor
 tis, in infirmitate corporis, in conspectu & in lo
 co tentationis, si diligenter aduertimus, triplici
 incommodo miserabiliter laboramus. Faciles
 enim sumus ad seducendum, debiles ad resiten
 dum, & fragiles ad operandum. Anima. Iam
 uideo quod inutiliter in hoc tempore uiuatur,
 nisi festinetur ad comparandum meritum quo
 in æternitate uiuatur, ideo non esset curandum
 quandiu esset uiuendum, sed potius quam benè
 in hac uita operandum. Quia & si alicui quod
 benè uiuat condonetur, tamen ut diu uiuat cer
 tum est, quod nulli conceditur. Bernard. Est igitur
 uita secura, ubi conscientia pura, ubi mors si
 ne formidine expectatur, cum dulcedine adesse
 optatur, & cum deuotione acceptatur. Homo.
 O anima si hæc ita se habere intelligis, audi
 consilium meum, & in hac uita quandiu duras,
 compara tibi uitam illam quæ semper durat.
 Dum uiuis in carne morere mundo, ut post Deo
 uiuere incipias. Bernard. Intellige, quod uenit
 tem mortem nullus laetus & hylaris suscipit, nisi
 qui se ad ipsam dum uiuere bonis operibus præ
 parauit. Attende quod secundum Senecam. Inspicis
 id est peccator & criminofus, moriendo mortem
 incipit, sed sapiens & uirtuosus moriendo mor
 tem uincit. Anima. O homo uideo quod bono
 rum mors est beata, mors uero peccatorum in
 foelix & misera. Homo. O anima secundum
 Bernard. Bona est iusti mors propter requiem,
 melior propter nouitatem, optima propter se
 curitatem. Econtra mors peccatorum pessima, &
 benè pessima, mala in mundi amissione, peior
 in carnis separatione, sed pessima in duplici uer
 mis & ignis contritione, & quod omnium pes
 simum est, in diuine contemplationis priuatione.
 De finali iudicio. Anima. Tam satis de mor
 te dixisti, dic modo de statu finalis iudicij.
 Homo. O anima facio quod hortaris, sed
 rogo audi cum patientia. Scire debes quod
 quamuis de morte meditari sit horribile, de
 statu finalis iudicij cogitare (ut astito) non
 minus est formidabile, quia nullus tunc pote
 rit fallere sapientiam, sed cedere iusticiam, in
 clinare clementiam, declinare ultionis & iusta
 retributionis sententiam. Bernard. Considera
 gitur anima mea cum tremore, quid erit de

Non mi
 tum curã
 de, quã
 diuuiat,
 sed q̃ be
 ne uiua
 sur.

te in die nouissimo, quoniam contra te de cogitatio
 nibus loquetur conscia, quoniam de tuis actionibus
 omnibus accusabunt elementa, quoniam contra te erux
 Christi portabitur in testimonium, quando uer
 bera ipsius contra te clamabant, uulnera eius al
 legabunt, elam loquentur, cicatrices conueren
 tur. O angustia, hinc erunt peccata acculantia,
 inde terrenus iustitia, intus urens conscientia,
 subitus horrendam chaos inferni, supra iudex
 iratus iusti iudicij, foris mundus ardens, intus
 iustitia iudicantis terrenus. Et si iustus uix tunc
 saluabit, impius & peccator ubi apparebant in
 quam partem se præment? latere erit impossi
 le, apparere intolerabile. Ansel. in meditatio. O
 anima peccatrix, lignum inutile & aridum, ater
 nis ignibus deputatam, quid respondebis in illa
 die, quando exigeret a te usque ad actum oculi o
 tempus tibi impensum, qualiter sit a te expen
 sum? Eia eia anima mea, quid tunc erit de cogi
 tationibus uanis & ociosis, de uerbis leuibus to
 cosis & ridiculosis, de operibus inutilibus & in
 fructuosis. Ambro. super Lucam. Vg mihi si pec
 cata mea non desseuero, ut mihi si media nocte
 ad consistendum tibi non surrexero, iam securis
 ad arborem posita est, faciat fructum qui potest,
 fructum quidem penitentia. O anima siue uigi
 les siue dormias, semper in auribus tuis illa hor
 ribilis tuba resonet, surgite mortui uenite ad iu
 dicium. O anima nunquam excidat a tua memoria.
 Ite maledicti in ignem æternum, uenite benedi
 cti percipite regnum. O quid potest lamentabi
 liss & terribiliss cogitari, quod ite? & quid delecta
 biliss exprimi, quod uenit? Dux sunt noces, quæ si
 nihil horribiliss una, & nihil iucundiss altera
 poterit audiri. O anima separa te modo a mun
 do, ut tunc possis manere cum Christo. Page mo
 do mundum, ut sequaris Deum, declina modo
 prætorum societates & consortia, ut tunc ualeas
 sequi beatorum agmina. De infernali pena. Post
 hæc omnia, conuerte radium contemplationis
 ad reproborum tormenta, uide quæ sint uaria, quæ aspe
 ra, quæ intolerabilia. Bern. ad Eugenium. Ego hor
 reo uermem mordacem, & mortem uiuacem. O
 gehennalis regio fugienda, ubi est ignis ardens,
 frigus rigens, uermis immortalis, scotor into
 lerabilis, & mallei percutientes, umbræ palpa
 biles, confusio peccatorum, innodatio uinculo
 rum, horribiles facies Daemonum. August. in
 quodam sermone. Væ illis quibus preparabitur
 dolor uermium, ardor flammarum, sitis sine po
 tu, stertus & stridor dentium, lachrymæ oculo
 rum, ubi mors operatur, sed non dabitur, ubi
 nullus ordo, sed sempiternus horror inhabita
 tar. Quis putas tunc erit moeror? quæ tristitia?
 quis luctus? quando separabuntur iniqui a con
 sortio iustorum, & tradentur potestati Demo
 num, & ibunt cum eis in supplicium æternum,
 sibiq; semper erant sine fine. In luctu, planctu, &
 gemitu, procul a gaudijs Paradisi, nunquam in re
 frigerium suscepturi, sed per multa millia an
 norum

1. Pet.

In epist.
 ad Roger.
 niium.

norum cruciandi, nunquam tamen heu miseri
 liberandi? ibi torquens & puniens non fatigabi
 tur, ibi qui torquetur nunquam morietur. Sic
 enim ignis ille consumet, ut uitam tamen sem
 per seruet, sic uetera tormenra patientur, ut sem
 per innoentur, sic sine spe uenia, & misericor
 dia semper uiuent, ut tamen moriantur, sic mo
 riantur, ut tamen nunquam conlumantur.
 Anima. O homo quare in inferno ut dicis
 mors queritur & non inuenitur? Et quare puni
 tur æternaliter, quod committitur temporaliter?
 Homo. Quia secundum Gregorium, quibus in hoc
 saculo uita offertur & nolunt acci
 pere, in inferno quarent mortem, & non pote
 runt inuenire. Idem. Iniqui libenter uoluisent
 sine fine uiuere, ut potuisent sine fine in inq̃
 tibus permanere. Ad districti ergo iudicij iusti
 tiam pertinet, ut nunquam careant supplicio,
 quorum mens in hac uita nunquam uoluit care
 re peccato. Hieronymus. O mors quam dulcis
 es quibus tam amara fuisti, te solummodo de
 siderant, qui te tam uehementer odiebant. O
 anima si hæc prædicta uidentur tibi terribilia, au
 di quæ sunt his omnibus grauiora. Chrysofom.
 super Matth. Si mille gehennas mihi proponas,
 non tantum reputo sicut ab illius gloriofa socie
 tatis iucunditate expelli, & exolum fieri creato
 ri. O anima terribilis est gehenna, sed terri
 lior facies iudicij irata, sed quod omnium uin
 cit terrorum est a beatissime & iucundissime Tri
 nitatis contemplatione elongatio æterna. Chry
 sofom. Excludi a bonis æternis, & alienum ef
 fici ab his quæ preparauit Deus diligentibus se
 tantum generat cruciatum, ut si exterius nulla
 pena torqueret, hæc sola sufficeret, & melius ef
 fet mille millia flammarum sustinere, quæ Chri
 sti faciem mansuetissimam iratam uidere, & ab
 ipsa æternaliter discedere. O si Deus sic egit cū
 Angelo superbiente, quid de te erit terra & ci
 nere? Ille superbiuit in celesti palatio, ego au
 tem in sterquilino. Quis non tolerabiliorem
 in diuite superbiam quam in paupere asserit? Væ
 mihi si tam durè & potenter est punita superbia
 in Angelo, qualiter in me misera & paupercula
 est iudicanda? O pie Iesu propter nomen tuū
 fac mecum misericordiam, & obliuiscere sup
 bum prouocantem, respice miserum humiliter
 inuocantem, & recognosce benignissimè quod
 est tuum, absterge quod est alienum. Miserere
 Domine dum est tempus miserendi, ne damnes
 in tempore iudicandi. Verum est, quod consciē
 tia mea meruit damnationem, penitentia non
 sufficit ad satisfactionem. Sed certum est, quod
 tua misericordia omnem superat offensionem.
 Hæc Anselmus in meditationibus. Augustinus in
 meditationibus. Noli Domine sic credere ma
 lum meum, ut obliuiscaris bonum tuum. O bo
 ne Domine si ego admisi undè me damnare po
 tes, tu non amisti undè saluare soles. Grego
 rius in homilia. O si homo intelligere posset quod

Quare
 in inferno
 conuulsi
 on passiu
 tur.

Carmelia
 uisio di
 uine
 et alijs
 seras in
 uis.

admirationis habet, ecce sponsus uenit, quid
 dulcedinis, quæ parata erant intrauerunt cum
 eo ad nuptias, quid amaritudinis, & clausa
 est ianua. O anima quid plura? Prosper de uita
 contemplatiua. Cogita quantum sit malum a
 facie Christi separari, ab illo gaudio diuine
 contemplationis excludi, beatissima sanctorum
 omnium societate priuari, mori uitæ æternæ, &
 uiuere morti sempiternæ, profundo fluctuantis
 gehennæ immergi, edacissimis uermibus in æ
 terorum dilaniari, nec finire tribulationes incē
 dii fluctuantis, strepitus patri baratri famigan
 tis, amara caligine oculos obsecari, non senti
 re quod illuminat, sed sentire quod cruciat.
 Hæc Prosper. Augustinus. Tanta erit in infer
 no uis doloris, ut se non ferat alijs intentio co
 gitationis. Alma. Iam timore contremisco,
 iam horrore deficio, dic quæso o homo ad quod
 ualet tam lamentabilis meditatio? Homo.
 O anima uideo, quod prædictorum continua
 & deuota meditatio est peccatorum medela, &
 ad quæque bona agenda & mala sustinenda sa
 lutifera excitatio. Bernard. in Epistola quadam.
 Vigilijs times, manuumq; tuarum labores. Sed
 leuia sunt hæc meditati flamas perpetuas. Re
 cordatio tenebrarum facit non horrere solitu
 dinem, si futuram de uerbis ociosis cogitas
 discussionem, non displicebit silentium, stertus
 ille & stridor dentium ante oculos mentis sape
 reducti, pares tibi reddunt mattam & culcitram.
 Augustinus in quodam sermone. Mens huma
 na mundi huius illecebris, & concupiscentijs
 deuicta, fugit laborem, experit uoluptates, &
 uix ad hoc ducitur, ut a se consuetudines uitæ
 prioris excludat. Sed cum coeperit cogitare fu
 turi iudicij necessitatem, & penarum æterna
 lium crudelitatem, uoluntarium bellum indicit
 passionibus, mota uel spe præmij, uel timore sup
 plicij, uim facit pristinis desiderijs, uiolenter
 uincere seipsam contendit. Hæc Augustinus.
 Vndè uersus. O scilicet mortale genus, si sem
 per haberet. Aeternum præ mente bonum, si
 nemq; timeret.

Quomodo anima per mentale exercitium debet radium
 contemplationis conuertere ad superiora, ut co
 gnoscat & sapiat celestis gaudij inestimabi
 lem preciositatem, ineffabilem delitio
 sitatem, & interminabilem
 æternitatem. Cap. IIIII.

Anima.

Iam nunc o homo me miseram in hac lachry
 marum ualle proiectam satis terruisti, licet
 non infructuosè docuisti. Miserere etiam nūc
 mihi misera, & fac iam sicut dudum promisti.
 Propone paululum de felicitate perpetua, si
 fortè ualeam ex hoc capere aliqua mentis so
 latia, quia alternis uti delectabile est, quia sed m
 ff 2 Augu

De cele
 sti gaudio



Augustinum siue plectendo, siue ignoscendo, siue deterrendo, siue consolando semper bene agitur, ut uita hominum corrigatur. Attende homo quod generosus est animus hominis, saepe facilius ducitur leuibus, & blandis, quam terribilibus, & aduersis, saepe magis allicitur promissis & consolatorijs, quam cogatur minis & terroribus. Vnde soror nostra sponsa trahi cupiebat odore caelestium unguentorum, sapore diuinorum charismatum, & sic cum sponso currere, & uiam mandatorum iam non ex timore, sed amore delectabiliter adimplere. Homo. O anima uerum esse profiteor quod loqueris, sed heu multi sunt qui Deum nolunt imitari in prosperis. Vnde necesse est eos deterreri in aduersis. Multi enim sunt qui diuina charismata, uel propter caritatem non intelligunt, uel propter negligentiam uanis occupationibus perdunt. Vnde (ut estimo) Deus ex sua infinita bonitatis immensitate semper paratus esset magis consolationibus fouere, quam asperitatibus terrere, si homines a quibus dispositi essent, ut suam diuinam consolationem reciperent. Quae adeo preciosa & delicata est, quod nullo modo decet uel expedire ut indifferenter omnibus tribuatur. Tu ergo si post haec tibi propofita ad hanc aspiras, uide quod habeas purgatum intellectum, & bene dispositum affectum. Quia secundum Augustinum summum bonum non nisi purgatissimis mentibus conuenit. Et puto quod multo minus, non nisi ualde bene dispositis affectibus degustetur. A multis enim in hac uita ualde limpide speculatur, a quibus etiam minime degustatur. Vnde idem Aug. Fac me Domine praecor degustare per affectum, quod intelligo per intellectum, fac me sentire per amorem, quod sentio per agnitionem. Anima. Dic quae sunt o homo quae debent dispositionem in affectu & intellectu praecedere, ut uel saltem ad modicam mentis ebrietatem ualeam caelestem dulcedinem contemplando degustare? Tam enim dudum in speculatione mentem exercitauit, & heu adhuc nihil quam ut timeo, uel modicam stillam illius caelestis dulcedinis sensi. Multa de sanctorum uita & conuersatione legi, multa de natura, de operationibus, & ordinibus Angelorum, nonnulla etiam legi de inestimabili diuinitatis unitate, de incomprehensibili diuinitatis Trinitate, plura de beatorum omnium inestimabili felicitate. Et quando praedictis toto studio mentem occupauit, heu adhuc ieiuna & famelica permanfit, & semper cum Beato Augustino clamaui. Fac me clementissime pater gustare per affectum, quod sentio per intellectum, & tamen non profeci. Saepe etiam longo studio fatigata, & mihi metipsum irata clamaui cum Propheta, expectando miccas quae cadunt de mensa Dominorum, in aula caelica. Vtique quod Domine obliuisceris me in finem, usque quo auertis faciem tuam a me? Quia & sine indignam ad manducandum filiorum panem iudicauit, manducare saltem miccas mi-

Cant. 1.

Psal. 13.

nutissimas decedentes cum magno desiderio expectauit, sed heu ut frequentius aperto ore inhians in vacuum laborauit. Homo. O anima, praedicta quae lamentabiliter es conquesta accidunt ex duplici causa. Aliquando ex ualde pia & salutifera diuinae bonitatis dispensatione. Vnde Gregor. in moralibus. Differre solet pater pius uoces petentium ad tempus, ut desideria crescant, & eodem magis exaudiantur ad meritum, quod citius non exaudiuntur ad uotum. Idem in homilia. Sancta desideria ex dilatione crescunt, si autem ex dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Deus enim quamuis per pietatem est clementissimus, tamen aliquando contingit, ut hoc quod libentissimum tribuit protrahit, ut discas magna multum & ardentem desiderare, & adepta feliciter cum gratiarum actione conseruare. Aliquando etiam beneficium protrahit ex postulantis inordinata dispositione. Bernardus. Errat omnino si quis illam caelestem dulcedinem huic cineri, diuinum illud balsamum huic uenenofo gaudio, charismata illa spiritus sancti huius saeculi illecebris misceri arbitrat. Sed iam o anima ne diutius te protraham, nec amplius te per expectationem asfigam, purga intellectum a uanis & inutilibus phantasijs, a naturalibus & curiosis rationibus, ab extraneis & scientificis occupationibus, purga etiam affectum a culpa, a culpa sequela, a culpa occasione uel causa. Erige rationem, dilata & expande affectionem, intra in gaudium Domini, quod nec oculus in hac uita perfecte uidit, nec auris audit, nec in cor hominis ascendit. Exardesce igitur o anima amore, & desiderio supernae uitae sanctorum, ubi est actio non operosa, requies non desidiola, ubi uita sine desolatione, laus diuina sine cessatione. Haec August. Bernard. Gaude igitur & exulta, ac mercedem laboris tui considera, quae reuera est tam multa, quod non potest numerari, tam magna, quod non potest mensurari, tam preciosa quod non potest aestimari, tam copiosa quod non potest terminari. Anima. O homo multa iam dixisti in genere, dic quae per singula in specie, quia magis intelligimus quae specialiter distinguuntur, quam quae generaliter exprimuntur. Homo. O anima quid dicere ualeo, cum futurum gaudium aspicio? iam penes praedictionem deficio, quia gaudium erit intus & extrinsecus, subter & supra, circum & circa. Gaudebis igitur in omnibus, gaudebis de omnibus. Gaudium tuum (ut puto) praefiguratum est in Apocalypsi per illam mulierem beatam quae amicta fuit sole, & luna sub pedibus eius, & corona duodecim stellarum in capite eius. Mulier ista (ut aestimo) est anima beata, aeterni regis filia sponsa, & regina. Filia per naturae creationem, sponsa per gratiae adoptionem, regina per gloriae collationem. Haec bene dicitur amicta sole, quia decorata splendore claritatis desic-

Petitiones nostras ad Deum differre ut desideria crescant.

ad Cor.

Apoc.

corona-

coronata dignitate felicitatis aeternae. In qua felicitate ob specialem decorem sunt duodecim gaudia, per duodecim stellas figurata, per quae decoratur, & ornatur felicitas tuum. Haec gaudia debes tu o anima quotidie deuota mente transcurrere, & nullam praesentis miseriae, & incolatus consolationem querere, & spe illius gaudij omnem tribulationem uitae praesentis patienter, & gaudenter sustinere. Beda. O anima non turberis, si mali in hoc mundo florent, & tu pateris, ipsi gaudent, tu perturbaris. Mali heu nihil habent in caelesti gaudio, nec cures tu si nihil habueris in hoc saeculo, sed spe illius gaudij quo tendis, quicquid in uia aduersitatis occurrerit, affectus tuus gaudenter, & patienter sustineat. Haec Beda. Bernard. O anima si te aliquando delectant mundana gaudia, falsa huius saeculi gloria, breuis & caduca potentia, illic mentem euoca, & omnia reputabis ut stercorea. Hierony. Curre igitur o anima mea, non passibus corporis, sed affectibus & desiderijs, quoniam non solum Angeli & beati, sed & Angelorum & beatorum Dominus & magister te expectat. Expectat te Deus pater tanquam filiam dilectissimam, Deus filius tanquam sponsam dulcissimam, Deus spiritus sanctus tanquam amicum sibi gratissimam. Expectat te Deus pater, ut haredem uniuersorum bonorum te constituat, Deus filius ut te fructum suae natiuitatis, & precium sui preciosissimi sanguinis Deo Patri offerat, Deus spiritus sanctus, ut suae aeternae beatitudinis & dulcedinis participem te faciat. Expectare te illa beatissima omnium caelestium spirituum aeterni regis familia, ut te in suum collegium suscipiat. Tu ergo ipsorum societatem super omnia desiderata, cum magna uerecundia illuc uenies, si eam in hac lachrymarum ualle non amasses. Quoties ergo te uana huius saeculi delectat ambitio, quoties uideris in hoc mundo aliquem gloriosum, statim ad caelum mente transgredere, & esse incipe quod futura es. Reuera ultimo o anima si haec caelestia gaudia iugiter in mente teneas, de hoc exilio quoddam suburbium caelestis regni construeres, in quo illam aeternam dulcedinem quotidie spiritualiter praelibando degustares. Quia cum aliquid aeternum mente capimus, iam non in hoc mundo, sed in caelo habitamus. Augustinus. Tanta est o anima uis tuae dilectionis, quod ibi uerius habitas, ubi per contemplationem amas, quam ubi per essentiam amas. Bernard. Hoc est charissima anima regnum Dei, quod intra nos est, quod heu miserabiliter negligimus, cum foris ad inania & uana fusi sumus. Gregor. Fusi sumus foras, de regno Dei quod intra nos est nihil curantes foris querimus consolationem de rebus uanis & insanis falsis, ita quod iam religionis antiquae deuotionem amissimus, adeo quod nec speciem ipsius retinemus. Tu ergo o anima aeterni regis filia, audi mente deuota, & inclina aurem tuam ad san-

ta, & salutifera consilia, uide per contemplationem caelestis regni consolationem, obliuiscere per contemptum & derelictionem populum tuum, & domum patris tui, hoc est mundum, Diabolum, teipsum, & omnem uanam ambitionem. Vide igitur & deuota mente pertracta qualiter illi diuini, & caelestes spiritus, qui praesentis uitae & miseriae periculum euaserunt, quibus ab illius aeterni solis splendore se nunquam possint auertere, aliquando tamen radium suae contemplationis conuertunt ad inferiora, aliquando ad superiora, aliquando ad interiora, aliquando ad exteriora. Conuertunt (inquam) ad inferiora, & gaudent ex triplici causa. Primo quod tam impios, horribiles & crudeles hostes per diuinam potentiam superauerunt. Secundo quod omnes defectus & peccata, uel per diuinam sapientiam uitauerunt, uel iam dudum commissa correxerunt. Tercio quod tam lamentabiles & interminabiles cruciatus aeternos, per diuinam clementiam euaserunt. O anima quanto putas gaudent quotidie gaudio, quando contemnent a carne, & mundo, & diabolo superari, tot tam diuersis peccatis de quibus nunquam merentur ueniam inquinari, tot aeternaliter sine fine damnari. Reuera tunc puto quod de morte transisse ad uitam, uita duplicat gaudium. O Domine Deus si nunc tam graue periculum est in bello, quantum tunc erit gaudium de triumpho, cum post deictum triumphatumque mundum, submerso impio Pharaone & exercitu eius in mari rubro, tenent omnes electi tympanum, cum Maria psallentes & cantantes, laudantes & benedicentes Dominum una uoce dicentes. Cantemus Domino, gloriose enim &c. Tunc constituentur duo Cherubin, hoc est duo chori electorum, scilicet innocentes & poenitentes, clamantes alter ad alterum. Sanctus. Sanctus. Sanctus Dominus Deus sabaoth. Sanctus Deus pater, qui nos a mundo, a carne & Diabolo tan potenter liberauit. Sanctus Deus filius, qui nos a poena & a culpa tam sapienter iustificauit. Sanctus Deus spiritus sanctus, qui nos tam clementer ab aeternis tormentis praeseruauit. Plena est omnis terra gloria eius qui nos de mundi miseria ad caelestis regni gaudia euocauit. O anima qualis tibi erit dies illa, cum ad hanc felicem choream fueris assumpta, & cum omnine tormentum tibi si pie uixeris, si patienter sustinueris, conuertetur in aeternum iubilum? Tunc de omnibus his laudabis Dominum Deum tuum labijs exultationis, dicens. Misericordias Domini in aeternum cantabo. Quo cantico secundum Augustin. de ciuitate Dei, quod cantatur in laudem gloriae Christi, cuius sanguine liberati sumus, nihil erit iucundius illi ciuitati, & nihil dulcius. Tu ergo cum tentationibus probaris, cum persecutionibus impugnaris, cumque in hoc saeculo uarijs tribulationibus infestaris, tunc mente in caelum euola, & cogita quod

Beati de euasione periculorum gaudent.

Exod. 15.

Psal. 88.



ta quod hoc non est aliud nisi aeterni gaudij materia. Et tunc secundum Gregorium consideratio praemii minuit uim flagelli Gregor. Si consideremus quae & quanta sunt quae nobis promittuntur in caelis, uilefcunt animo omnia quae sunt in terris, & reuera non tantum bona quae delectabiliter possidemus, uerum etiam mala quae lamentaliter sustinemus. Bernar. Non sunt condigne passiones huius temporis ad praeritam culpam quae dimititur, ad praesentem gratiam quae immittitur, & ad futuram gloriam quae promittitur. Quam tu tunc o anima cum gaudio possidebis, quando perfecte intelliges, & in mundo cum tanto periculo quo plerique opprimuntur uixisti, quod Daemonis fallaces astutias quibus multi decipiuntur uicisti, quod cruciatus aeternos quibus innumerabiles affliguntur euasisti. Anima O homo quam sana & saluifera est haec tua consolatio, quia cum haec quae proposuisti aduerto, consolationem ex spe non modicam recipio. Sed o Domine Deus, quid putas tunc erit, cum hoc quod modo seruo ueraciter possidebo? Homo. O anima modica sunt haec quae audisti, imo comparatiue quasi nulla sunt quae mente percepisti, sed parumper oculos mentales erige, & quanta sint gaudia quae de his percipias, quae iuxta te sunt deuota mente frequentius uolue, & reuolue. Attende igitur & considera locum speciosum, quem tibi diuina sapientia edificauit. Attende & uictum delitiosum, ornatum curiosum, thesaurum preciosum, quem tibi aeterna potentia congregauit. Attende etiam collegium famosum, cum quo de diuina clementia mens tua aeternaliter exultabit. O anima attende quam gloriosa, quam famosa quam gaudio est ista domus Dei, ciuitas caelestis, mansio secura, patria continens totum quod delectat. Bernar. Attende quam clara, quam luminosa, quam splendida est ciuitas, quae non indiget sole neque luna ut luceant in ea, sed ipse Dominus sol iustitiae, cador lucis aeternae, lux eius est, & lucerna eius agnus. O anima attende quam alta, & quam spatiosa, quam pulchra & speciosa, quam decora & famosa est ciuitas illa, quam ornat per seipsam Trinitas beatissima. O quam gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. O Israel quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. O anima illic contemplare tabernacula patriarcharum, & prophetarum, habitacula Apostolorum, & martyrum, cenacula confessorum, & uirginum, palatium caelestium spirituum, thronum illum beatissimae Trinitatis speciosissimum. O anima hic licet sis corpore, illic esto mente. O anima transuola omnia, scrutare omnia, uisita omnia, ingredere cuncta per ordinem ostia, quousque uenias ad summi regis palatia, ibi sit mens, & hic erit requies. August. O anima in illa sancta ciuitate libenter studeas morari, libenter conuersari, quia ibi est uita sine morte, iuuentus sine senectute, lux sine tenebris, pax imperturbabilis. Sedebit

Gaudium est beatissimum de his quae iuxta se sunt.

Baruch. 3

16. 27.

enim populus meus in tabernaculo fidetia, & in requie opulenta dicit dominus. Secundo attende uictum delitiosum, ornatum curiosum, & thesaurum preciosum. Et quis erit ibi noster cibus, nisi ille agnus beatissimus, ille mundus & immaculatus Iesus Dei patris & Mariae uirginis filius, de quo sanctis spiritibus ministrabuntur ad omnem sufficientiam fercula nobilissima? Nobilia quidem de ipsius candidissima humanitate, sed nobilissima de ipsius super beatissima diuinitate. Tunc enim anima ingreditur ad degustandum diuinitatem, egredietur ad praeribendum humanitatem, & pascha inueniet ad omnem sufficientiam, & fatietatem. O quae beati sunt qui ad coenam nuptiarum agni uocati sunt. Ibi erit beata uita in suo fonte bibi. Vnde huic humanae uitae aliquando aliquid aspergitur, unde in tentationibus fortiter, iuste, temperanter, & prudenter uiuatur. Ibi semper adheret sitis atque fatietas, sed miro quodammodo longe aberit a siti necessitas, longe a fatietate fastidium. Inebriantur enim ab ubertate domus tuae, & torrente uoluptatis tuae potabis eos secundum prophetam. Anima. Et quando hoc? Homo aestimo, quod non prius, nisi quando ille delitiosus pincerna summi regis, splendor paternae gloriae, candor lucis aeternae, figura diuinae substantiae, speculum sine macula claritatis desiccat, in quem desiderant omnes illi caelestes spiritus prospicere, quando talis & tantus praeriget se & faciet illos discumbere, & personaliter transiens ministrabit illis. O anima hic deuota mente pertracta, quantum gaudium tunc illi boni spiritus concipiant ex tam stupenda dignitate ministrantis, ex tam miranda charitate cuiuslibet sodalis conuiuantis, ex ferculorum delitiosa opulencia, ex ministrorum numerosa frequentia, ex musicorum mitorum, & aliorum psallentium cantantium, & laudantium regem gloriae, Deum Dei filium dulcisona resonantia. In hoc caelesti magno stupendoque conuiuio audies Angelos iubilantes, uirgines chorizantes, Apostolos psallentes, martyres tripudiantes, confessores laudantes, Patriarchas, & Prophetas iucundantes, omnes sanctos & electos Dei unanimiter patrem & filium & Spiritum sanctum collaudantes, & una uoce dicentes. Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus sabaoth, plena est omnis terra gloria eius. O quam gloriosum est regnum, in quo cum Christo regnant omnes sancti, amici stolis albis, sequuntur agnum quocumque ierit. O anima quomodo poterit ibi esse alienius boni careria, cum tam uaria sit exultandi materia? Tunc enim appetentur omnes illi thesauri aeterni Dei, ubi sunt omnes diuitiae, omnes deliciae absconditae, & preciosa munera secundum sua merita. Sed si adhuc non sufficiunt ista, attende tertio iuxta te omnem sanctorum collegium, quod ad beatitudinis tuae cumulum diuina clementia con-

Psal. 37

Apo. 7

congregauit. Quia nullius boni sine socio iucunda est possessio, sicut dicit Seneca. Vide igitur quae lingua, uel quis intellectus capere sufficiat, illius superne ciuitatis quanta sint gaudia, angelorum choris interelle, cum beatissimis spiritibus gloriae conditoris semper assistere, & ab illorum beatissima societate nunquam discedere, sed continue cum ipsis & de ipsorum gaudio in perpetuum exultare. Anselm. Ibi enim a singulis omnes, ibi ab omnibus singuli cognoscentur. Nec quenquam laerebit, qua patria, qua gente, qua stirpe, quis conditus sit. Ibi enim erit tam beata & perfecta charitas iustorum, quod unusquisque intantum diligit proximum suum, quantum se ipsum. Ex quo illud inestimabile sequetur bonum, quod ita unusquisque de alterius bono uel gaudio gaudebit, sicut de merito proprio. Proinde cum inenarrabilis sit numerus electorum, quis putas narrare sufficiat gaudium beatorum? Haec gaudia Hieronymus in fine epistolae ad Eustochium describens, ait. Egredere quae o anima paulisper de papillone corporis, ut in ostio stans, uideas Dei gloriam pertransire, & praesentis laboris ante oculos pingue mercedem. Qualis tibi erit dies illa, cum Maria mater Domini tibi occurrerit choris comitata uirginibus, cum & ipse spiritus tibi cum omnibus sanctis occurrerit dicens. Surge ueni, prope ra amica mea, formosa mea, columba mea, iam hycem transijt, imber abiit & recessit. Tunc angeli admirabuntur de tua gloria dicentes. Quae est ista quae ascendit de deserto, delitius affluens, inmixta super dilectum suum, uidebunt te filiae Syon & laudabunt. Tunc illa centum quadraginta quatuor millia in conspectu throni, & seniorum tenebunt cytharas, & cantabunt canticum nouum. Tunc secura in amplexu sponsi euolabis, cum iubilo dicens. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam. Haec Hierony. Tunc filii septem illius magni Iob, qui est magnus super omnes qui morantur in illa beata orientalis regione, facient conuiuia singuli in die suo, & inuitabunt sororem suam, te confortem suam. Et dicent tibi singuli. Bibe nunc, & accumbe cum iucunditate, quia inuenisti gratiam coram summo principe. Et tu respondebis cum gaudio dicens. Bibam & hilarior fiam, quia magnificata est hodie anima mea praeter omnibus diebus uitae meae. O uere inaudita magnificentia, o lata & iucunda excellencia, qualis nunquam in hoc saeculo est audita. Puto quod omnis huius mundi pompa, in comparatione illius esset uix modica gutta. Anima. O homo iam diu tacui, iam satis filii, quia quae proposuisti cum delectatione & admiratione nimia audiui, ne quae procraftines, quin specialius, & perfectius mihi aliqua de hoc caelestium spirituum conuiuio exponas, quia iam prius aliquid de hoc retigisti, sed nimis cito pertransisti. Homo O anima male iterum quod pe-

In caelo dei conposcuntur.

Unusquisque sic de gloria alteri gaudebit, sicut de proprio.

Ca. 3.

16. 8.

Apo. 4.

Iob. 1.

ris sub silentio pertransire, quam uel modicum de hoc caelesti secreto mysterio ore polluto proferre, uel etiam mente concipere, quia qui adhuc mundialibus & superuacuis rebus heu sapius implicor, qui adhuc heu heu filiquis porcorum cum caeteris mundanis pascor, de tam familiaribus diuinorum spirituum operationibus loqui erubescio nimium, & confundor. Quia tamen pius uotis tuis contraire non ualeo, proponam breuiter quod aliquando spiritu instigante, licet indignus, mente pertracto. Quamuis enim in illa caelesti aula, ubi plenitudo omnis boni in omnibus illis perfecte est, quamuis ibi pro differentia meritorum, quaedam data sint excellenter, nihil tamen ibi ex inestimabilis diuinae pietatis immensitate (secundum Gregor.) possideretur singulariter. Omnia enim sunt omnibus communia, propter eum qui in omnibus est omnia. Ibi enim uirgo gaudebit de sanctae uirginitatis merito, ibi uidua exultabit de castae uirginitatis privilegio, ibi confessor de martyris iucundabitur triumpho, ibi martyr tripudiat de confessorum brauiis, ibi propheta laudabit de Patriarcharum pia conuersatione, ibi Patriarcha exultabit de Prophetarum fide & speculatione, ibi Apostoli & Angeli gaudebunt de merito omnium inferiorum, ibi omnes inferiores letabuntur de gloria, & corona superiorum. Ex illius enim sanctae & perfectae charitatis unculo fiet, ut unusquisque habiturus sit in alio, quod non habet in merito proprio. Anima. O homo nec adhuc ista sufficienter mentem meam quietare, unde quae ne pertractas, mihi aliqua de dicto conuiuio sigillarim & distincte explicare. Homo. O anima nostri quod balbutiendo, ut possumus, excelsa Dei resonamus. Nec mirum, quia cum sumus minus idonei ad intelligendum, quomodo possumus esse sufficientes ad loquendum, cum illa quae lippitibus oculis contemplatur, uerius sint quam intelligantur, & uerius intelligantur, quam exprimantur uocibus? Ne te tamen diutius protraham, audi quid imaginatur intellectus, licet adhuc modicum degulset affectus. Puto quod illi septem filii de quibus supra memorauimus, sunt omnes sancti & electi Dei spiritus, altissimi patris heredes & filii. Hi conuiuia unusquisque in die suo faciunt, quando se inuicem caelestibus gaudiis pascent. In quo de meritis suis singuli iuxta datam sibi gloriam fercula delitiosissima propinant. Primo igitur die primogenitus, hoc est ille caelestium angelorum numerus, qui non immerito nomine primogeniti censetur, quia priores sunt creatione & conuersatione ad Deum, a quo nunquam recesserunt per peccatum, sed semper immobili charitate summo patri adhererunt, & illam hereditatem beatam caelestis regni priores omnibus feliciter possederunt. Ibi tibi o anima in suo conuiuio, diuersa fercula delitiosa, & preciosa propinant, cum unusquisque ordo de eo

Septem ordinis beatorum conuiuia spualia adiuucent in caelo faciunt unusquisque in die suo.



quod excellentius recepit in munere gaudia specialia administrat. Jam cogita o anima quale tibi ferculam propinant illi summi spiritus seraphici ordinis, qui adeo vicini illi aeterno patri sunt, quod inter ipsos, & hunc, nulli alii spiritus interfuit, qui ipsum immediatus contemplant, & suis bonis aeternis perfectius perfruuntur. Quale putas hi propinant gaudium de naturae nobilitate? quale de contemplationis claritate? quale de dilectionis sinceritate? Hi ergo, quod est illi qui Seraphim nominantur, istud conuiuium ornant ardore diuinae charitatis, Cherubin splendore aeternae claritatis, Throni aquitate diuinae maiestatis. Hoc etiam conuiuium glorificant Dominiones, de dominandi super alios excellentia, Principatus de praecipendi in inferioribus magnificentia, Potestates de auctoritate malignos spiritus coercendi. Hoc etiam conuiuium honorificant Virtutes, de potestate miracula faciendi, Archangeli de dignitate superiora nunciandi, Angeli de agilitate minorum diuinae scientiae secreta reuelandi. Ecce uides qualiter singuli mentes beatorum caelestibus gaudijs pascunt, de his quae ab illa supercaelesti aula specialius in munere receperunt. Nec est mirandum, quod haec praedicta, & multa alia nobis ad huc occultiora illi spiritus in nostrum gaudium nobis propinant, qui tam fideliter tam dulciter tanque amicabiliter in hac lachrymarum ualle nos custodiunt, & nos ad illam aeternam beatitudinis patriam perducere totis uiribus conuiscunt. Bernard. O si quis cognosceret quem admodum praueeniunt principes conuicti psallentibus, in medio iuuenularum sympanistrarum, uideret itaq; qua cura quo ue tripudio inter sunt cantantibus, ad sunt orantibus, insunt meditantibus, supersunt quiescentibus, praesunt procurantibus. O anima ieiuna & famelica, si uel unam micam qua cadit de mensa dominorum in hoc conuiuium, aperto mentis ore sumptis ses, puto quod hanc peregrinationem ex tunc patienter tolerares. Puto si unam guttam de uino potus eius degustasses, omnem huius saeculi dulcedinem falsidites. Gregor. in moral. Si eor semel in caelestibus, per degustationem subaudi, figitur, quam abiecta sunt mox cernitur, qua prius alta uidebantur. O anima mea dilecta de conuiuium Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, martyrum, confessorum, uirginum qui per alios sex filios non immerito praehgurantur, quid dicam? Vnusquisque enim horum in conuiuium suo proponet fercula, quot habuit in hac uita uirtutum opera. Et quis enarrare sufficit, quantum gaudium qualibet anima suspiciat de sanctorum Patriarcharum humilitate perfectissima, de prophetarum credulitate certissima, de apostolorum charitate ardentissima, de martyrum stabilitate, & patientia, de confessorum pietate, & clementia, de uirginum castitate, & continentia? & idem Gre-

Psal. 67.

gor. in homilia super Lucam ait. Reuera uox & lingua deficit, quia intellectus capere non sufficit, quantum sit gaudium Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriae conditoris assistere, praesentem Dei uultum cernere, incircumscriptum lumen uidere, nullo metu mortis affici, de corruptionis perpetuae munere latari. O quam foelix tibi erit haec dies, cum fueris ad hereditatem patrum tuorum reuerfa, & quando ab his omnibus cum inestimabili gaudio fueris assumpta, & ad thalamum summi regis foeliciter introducta. Jam nunc expersgiscere o anima mea, & cum illa famosa Regina Sabba, cum aromatibus uirtutum, cum thesauris bonorum operum, cum magno apparatu caelestium desideriorum, ascende in illam Hierusalem supernam, & contemplant diligenter singula, & uide quod ueritas uincit fama, gloria exuperat omnem loquelam, si forte posses admirationis magnitudine extra humanum spiritum rapi, & miro quodam modo in diuinum spiritum transformari, ut dicere inciperes cum Petro in magno cordis iubilo. Domine bonum est nos hic esse, hic pater, hic soror, hic frater hic patria. O Domine permittite nos hic esse, & ab hinc nunquam discedere. Ambro. Fugiamus o anima in patriam uerissimam, quia illic est patria ad quam conditi sumus, pater a quo creati sumus, ibi est Hierusalem ciuitas superna, quae est mater nostra. Anselmus. O anima tantus debet esse in hac uita mortali amor & desiderium perueniendi ad illud ad quod facta es, & dolor, quia nondum ibi es, & timor ne forte non peruenias, ut nullam letitiam sentire debeas, nisi de his quae tibi, aut auxilium aut spem conferunt perueniendi. Anima. O homo dum haec aliquando cogito, dum haec raocitate mecum pertracto, quid est quod tunc interlucet mihi, & percutit cor meum si hae latione, & inhoreresco & ardesco? August. Ineromittor aliquando mentaliter in affectum multum inuiscitatum, nescio quam dulcedinem, quae si perficeretur in me, nescio quid erit quod uita ista non erit, sed reciduum onerosis ponderibus, & resorbetur solitis curis, hic esse ualeo, nec uolo, illic esse uolo, nec ualeo, miser uti ubique. Haec Augustinus in libro confel. xi. Homo. O anima puto quod haec caelestia sine praesentatione dulcedinis, non possunt a diuina dispositis cogitari. Sed nescio quid tunc erit, cum per se in re sine enigmate poterunt degustari. Vnde non est mirandum si praesentatio talium tibi incutit huius exilitatium, quia nihil est magis amatum, quam possessio animae consecrata talium praegustatione consolari struam inuenerit mundalibus & transitoriis implicari. Hinc est, quod anima laborat, luctatur & anxietur, illic semper esse cupit, nec sufficit, hic esse compellitur, sed illic post hoc quod praegustatum est ascendere conatur. Jam enim

Mat. 17.

enim gustato spiritu desipit omnis caro. Vidisti gaudium beatorum de his quae sunt infra te, & de his quae sunt iuxta te. Vide modo, si potes, quale gaudium futurum sit de his quae sunt intra te. Homo enim remunerabitur in corpore & in mente, & istorum aeterna & inseparabili unione. Corpus n. nostrum ex quatuor elementis est compositum, unde quatuor dotibus erit remunerandum. Terra tunc habebit aeternam immortalitatem, aqua omnimodam impassibilitatem, aer maximam agilitatem, & ignis splendidissimam claritatem. Tunc fulgebunt iusti sicut sol, & tanquam scintilla in arundinetis discurrent. Absterget n. Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neque luctus neque clamor, neque dolor, sed sempiterna pax & letitia. In sempiterna patria corda beatorum sibi inuicem in claritate lucent, & puritate translucent, ibi inuisiuiusque uultus aspiciunt, & conscientia penetrant, ibi inuisiuiusque mentem ab alterius oculis compulenta non abscondit. Etiam mox ubicunq; uoluerit animus, statim aderit corpus. Aug. Sicut enim tunc animus perfectissime obedit creatori, ita corpus promptissime obtemperabit suo motori. Tam potentem tunc faciet Deus animam, ut ex eius beatitudine plenissima redundabit in corpus, ex qua redundantia habebit uigorem impassibilitatis, splendorem claritatis, aptitudinem subtilitatis, promptitudinem agilitatis. Ibi erunt omnes sensus in actibus suis. Ibi n. oculus uidebit decorem speciosissimum, gustus sentiet saporem dulcissimum, olfactus odorabit odorem suauissimum, tactus amplexabitur obiectum delitiosissimum, auditus immutabitur per sonum iucundissimum. Ibi enim cum mens in exultationem rapitur, lingua in canticum laudis eleuatur. Anima. O homo audi uiam dudum mirabilia, & cum uera sint haec omnia, quid aliud est haec praesens uita, nisi quaedam mortis umbra? Homo. O anima bene dixisti, quia temporalis uita aeterna uita comparata, mors est potius dicenda quam uita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quod est aliud quam quaedam prolixitas mortis? Ergo sancti uiri, quia huius uita breuitatem indefinenter aspiciunt, quasi quotidie morientes nunt, & ideo se non mansuros sollicitius praeparant, quia haec omnia nihil esse ex sine semper pensant. Sed carnales mentes, ideo praesentia diligunt, quia uita carnis quam fugitiua sit minime perpendunt. Nam si uelocitatem transitus eius aspicerent, hanc et prosperam minime amarent. Haec Gregor. Aug. Recedat ergo o anima amor uita praesentis, & accedat ardor uita aduenientis, ubi nulla aduersitas turbat, nulla necessitas angustat, nulla molestia inquietat, sed perennis letitia regnat, & confidera quanta sit foelicitas futura, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum, uocabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. Ibi n. nulla desideria cessabitur, nulla indigentia laborabitur,

Conditum est beatus de his que intra te

Mat. 17.

Aug. 21.

In uoluntate uisus corporis erit in actibus suis.

ibi esse nostrum non habebit mortem, nosse nostrum non habebit errorem, amare nostrum non habebit offensionem. Ibi aberit omnis tarditas, omnis corruptio, omnis deformitas, omnis infirmitas. Ibi caelum nouum & terra noua. Ibi similes erimus Angelis Dei, & si non aetate, certe tunc foelicitate. Aug. O anima mea illam uitam amplecti debueras, ubi uita sine morte, iuuentus sine senectute, gaudium sine tristitia, pax sine discordia, uoluntas sine iniuria, lux sine tenebris, & regnum expers commutationis. Secundo considera quantum gaudeat animus, cum resumpserit tale corpus quale iam audisti, non tale quale cum ingenti dolore sustinuisti, & cum magno certamine deuicisti, de quo sepius tibi met impatiens patienter, & irascens clementer dixisti. Quis liberabit me de corpore mortis huius? Non certe tale, sed iam perfecte obediens & spirituale. Tale (inquam) tale quod tibi erit in contemplationis solatium, & in aeternae foelicitatis augmentum. Anima. Mirari super omnibus his non sufficio, & praemagnitudine admirationis in inquisitione deficio. Vnum tamen scire desidero, qualiter mens quae in praesenti uita a Dei contemplatione per corpus deprimitur, illic per ipsum in contemplatione adiuuetur? Homo. O anima scrupulosa est haec quaestio, sed quia magis est curiosa quam deuota, breuis erit responsio. Anima enim tunc uirtute diuina alium habebit modum intelligendi quam in uia. Nec est mirandum, si pro loco & tempore matar ordinem, & modum agendi creaturae, qui est fabricator & auctor uniuersalis naturae. In rebus enim mirabilibus, tota ratio facti est potentia facientis. Certum est quod ipsa anima non resumptionem corporis appeteret, si resumptum etiam quantamecumq; gloriosum, diuinam contemplationem impediret. Nam secundum Augustini sententiam & doctrinam, ipse animae sanctae desiderant corporis resumptionem, & expectant iteratam unionem ipsius, quia ipsarum sine eo non potest consummari foelicitas, nec faciri iucunditas. Adeo enim uehementer anima corpus desiderat, quod etiam aliquantulum eius contemplationem impedit, & retardat. Bern. O misera caro foetida & foeda, unde tibi haec gloria, quod animae sanctae quas Deus insigniuit sua imagine, proprio redemit sanguine, te desiderant, te expectant, & ipsarum sine te non potest consummari foelicitas, nec faciri iucunditas? Aug. Cum anima hoc corpus non animale iam, sed spirituale receperit, perfectum habebit suae naturae modum, obediens & imperans, uiuificata & uiuificans. Tunc ineffabili foelicitate het, ut sit ei gloriae quod fuit carni. O anima cogita qualis tibi tunc erit gloria, cum induta fueris illa stola noua & splendida, ornata omni lapide precioso, id est corpore glorificato. In quo tot fulgebunt gemmae preciosissimae, quot sunt uirtutes in mente. Tunc (ut puto) ceteris cum iubilo canticum nouum Domino dicēs, Gaudens gaudebo in Domino, quia induit me uelamento

Alia in corpore iuncta corpori, alium habebit modum intelligendi, quod in uia.

Alia in corpore iuncta corpori, alium habebit modum intelligendi, quod in uia.



stimento salutis, & indumento lætitiæ circūde-
dit me, & tanq̄ sponfam decorauit me corona.
Adhuc uide tertio & diligenter considera, si tū
gaudiū habitura sis quasi de alieno, quid hau-
ries de proprio? Quis enim enarrare sufficeret,
quantum gaudium, q̄ stupendam gloriam, q̄ in-
comprehensibilem laudem & magnificentia ha-
bitura sis à Trinitate beatissima, à sanctorū om-
nium societate felicissima, pro eo q̄ corpus tuū
propriū tam uiriliter per clypeum castitatis &
continentiæ superasti, pro eo q̄ mundum tā po-
tenter per gladium paupertatis & indigentia
debellasti, pro eo q̄ Diabolum pefsum tā for-
titer per hastam humilitatis & obedientia effu-
gasti, pro eo q̄ omnibus cogitationibus, omni-
bus affectionibus, singulis inordinatis moribus
tam uiriliter resististi? Aduerte si potes, quantā
laudem habitura sis ab his, quos uerbo & exem-
plo ad meliora prouocasti. Et quid plura? pro
singulis cogitationibus, locutionibus, actioni-
bus uirtuosis, specialem & æternam laudē sus-
cipies. Et id quod tibi in te defuerit, illa cele-
stis & diuina beatorum societas, charitate mu-
tua adimplebit. Quia unusquisq; habebit ibi in
proximo, quod sibi deficit in merito proprio.
O anima hæc cogita, hæc mente ptracta, cum ti-
bi piū uiuenti inferuntur aduersa, ad hæc mente
euola, cum premit corpus, cum fremit mundus,
cum insidiatur Diabolus ad hæc recurre, his me-
rem delimit. Quia id quod in præfenti est mo-
mentaneum & leue tribulationis nostræ, supra-
modum & in sublimitate æternam gloriæ pon-
dus in nobis operatur. Sed quia reuera id solum
& uerum gaudium est, quod nō de creatura, sed
de creatore concipitur, cui omnis comparata
aliunde iucunditas meror est, omnis suauitas do-
lor est, & postremo omne quod delectari potest
molestum est, secundum Bern. Igitur consulo
ō anima, q̄ iam per præmissa tanq̄ excitata, dis-
posita, & inuitata, ad auctorem tuum te conuer-
tas, & quærum gaudium ab eo illi beati spiritus
recipiant, diligenter cōsideres & aduertas, quia
omne gaudium propositum uel est accidentale,
& ob hoc nō sariat, sed excitat, ut est illud quod
beati spūs de his quæ infra uel iuxta ipsos sunt
accipiunt uel est consubstantiale, & ob hoc non
sufficit & afficit, ut est illud quod de his q̄ intra
ipsos sunt cōcipiūt, hoc uerō gaudiū qd̄ de supe-
rioribus hauriūt, solū substantiale uocatur, quia
per hoc solū affectus rationalis creaturæ facia-
tur. Hugo de sancto Viatore. Omnis iucunditas,
omnis suauitas, omnis dulcedo rerum creatarū
afficere cor humanum potest, facere nō potest.
Anima. Dic quæso ō homo qualem & quan-
tum sit istud gaudium? quia hoc solum deside-
ro, hoc est quod præ omnibus concupisco, quia
scio q̄ hæc omnia etiam si habentur sine illo, nō
solum nō sufficiunt, sed etiam animam ieiunā,
famelicam, & miseram derelinquunt. Homo.
Anima tu quæris quale & quantum sit istud gau-

Q: od aia
quando
molestia
& tribula
tionibus
in mortali
uita affi-
citur ad
celestes
delicias e-
xigatur.

Gaudiū
substan-
tiale bea-
torum in
contem-
platione
diuinæ ef-
fentia cō-
sistit tan-
tum.

dium. Interrogauit omnia intima mea, & mihi
narrare non sufficiunt. Ans. Si enim singula quæ
prædicta sunt bona sunt & iucunda, cogita men-
te quantum sit illud bonum delectabile, qd̄ con-
tinet iucunditatem omnium bonorum in se, nō
qualem in rebus creatis experti sumus, sed tū
differentem quātum differt creator à creatura,
qui tanto bono fruēt, q̄ quicquid uolet erit, &
quicquid uolet nō erit. Hæc Ansel. Cesarius. Bea-
ram uiram facilius est consequi q̄ enarrare, cu-
ius cursus sine termino, usus sine fastidio, refe-
ctio sine cibo, sub antiquis perpetuisq; gaudijs
semper noua iucunditas, & sine timore amittē-
di continuata felicitas. Hæc Cesarius. Aug. Præ-
mium uirtutis est qui uirtutem dedit, ei; seip-
sum quo nihil maius aut melius esse possit re-
pmit. Quid enim aliud est quod per Prophetā
dicitur, ego ero illorum Deus, nisi ego ero undē
facientur, ego ero quæcūq; ab omnibus hone-
stē desiderantur? Aug. de ciui. Dei. Ipse est finis
desideriorum nostrorū, qui sine fine uidebitur,
sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabi-
tur, hoc munus, hic affectus, hic actus, profectō
erit omnia in omnibus. Hæc Aug. Puto tamē ne
diutius te protraham, quis reuera inest imabile
sit illud gaudium & ineffabile, ætimo tū qd̄ de
tribus proueniat, & triplex gaudium illos bea-
tos spūs lætificat & delectat. Gaudent enim de-
lectabiliter in perfecta & clarissima Diuinæ cla-
ritatis cōtemplatione, gaudent dulciter in mel-
lissua & suauissima Diuinæ bonitatis degusta-
tione, gaudent sempiternaliter in trāquilla & se-
curissima Diuinæ maiestatis reuerentia. Scis enim
ō anima, q̄ tribus uiribus naturalibus præmi-
nes in tua substantia, habes enim uim rationale,
quæ non perfectē illuminatur, nisi per primæ ue-
ritatis apertam cognitionem, & uim concupi-
scibilem, quæ non faciat nisi per summæ boni-
tatis perfectam dilectionem, uim quoq; irasci-
bilem, quæ non quietatur nisi per æternæ maiestatis
securam comprehensionem. De his tribus di-
cit beatus Bern. super Cant. Qui replet in bonis
desiderium tuum, ipse futurus est rationi pleni-
tudo lucis, uoluntati multitudo pacis, memoriæ
continuatō eternitatis. Quare tristis es ō ani-
ma mea? & quare conturbas me? Spera in Deo,
qm̄ adhuc confitebor illi, cum omnis error à ra-
tione, omnis dolor à uoluntate, & à memoria om-
nis timor recesserit, & illa successerit (quam spe-
ramus) mira serenitas, plena suauitas, & æterna
securitas. O anima quantum putas gaudent &
letantur, qui illud æternitatis speculum iugiter
contemplantur, in quo omnia præterita, præsen-
tia & futura, quæ summæ beatitudini competūt,
apertissimē speculantur? Aug. Dum ad illam su-
pernam lucem patris luminum uenerimus, totū
quod in creaturis esse potest intelligemus. Ans.
Tunc iusti sciunt eundem, quæ Deus fecit scienda.
Et quid est quod nescire possunt, qui scientem
omnia uident? Anima. Et quomodo simpli-
citas

Gaudiū
ineffabile
beatorum
ex tribus
prouenit
scilicet de
beatitudi-
ne, trius
potentia-
rum aia

Intellec-
tu potest
tia gau-
deri in in-
gi diuine
essentia
cōtemplatione in
qua oia
uidet.

citæ hoc permittit? Homo Fulgentius. Si-
cut per speculum uitreum trina nobis uisio de-
monstratur, quia nos ipsos, ipsum speculū, & quic-
quid præfens est uidemus, sic per speculum Diui-
næ claritatis ipsum Deum, & quicquid præfens
est, id est nos ipsos, & creaturas alias cognosce-
mus. Anima O beata ueritas, iam uideo, q̄
sine te sapere desipere est, te uerō nosse perfectū
scire est. Homo O anima quæ naturaliter
scire desideras, hoc speculum uidere affecta, in il-
lo studere & legere desideras, quia hoc semel ui-
disse, est omnia didicisse. Ibi reuera uidebitur,
& reputabitur stultitia Platonis theoria: Aristoteli
philosophia: Empedoclis theoreumata: Hy-
pocratis scrutinia: Ptolomei astrologia &c. quia
quicquid hic de ueritate intelligimus, minima
pars eorum est quæ ignoramus. Sed tunc ō ani-
ma uidebis & afflues, & miraberis & dilatabitur
cor tuum. Anima. Et quid uidebo?
Homo. Regem cœli in decore suo. Beda. Splen-
dor æternæ pulchritudinis est tanta suauitatis,
tantaq; dulcedinis, ut etiam ipsi Angeli qui So-
le sunt incomparabiliter clariore, eo fieri nō
possunt. Tunc ergo afflues delicijs in stupenda Di-
uinæ claritatis cognitione, miraberis in tui-
pissius delitiosa cōsideratione, dilataberis in om-
nium creaturarum perfecta speculatione. O con-
templatio stupenda, & admirabilis. O conside-
ratio delitiosa & delectabilis. O speculatio gau-
diosa & ineffabilis. O quàm digne dictum est de
te Domine Deus meus. Melior est dies una in
atrijs tuis, super milia. Quia secundum Augu-
stinum tanta est pulchritudo iustitiæ, tanta est
iucunditas lucis æternæ, ut etiam si non liceret
amplius in ea delectari quàm unius diei hora,
propter hoc solum innumerabiles huius uitæ
dies, pleni delicijs & circumfluentia bonorum tē-
poralium, recte meritoq; despicerentur. Tam
pulchra enim est & suauis, ut ea uisa nihil am-
plius possit desiderari, & omnem uincit dulce-
dinem, & omnem exuperat concupiscentiam.
Anima. Est ne aliquid aliud cuius uisio delectet
cuius cōtemplatio lætificet? Homo O
anima quamuis hæc sola sufficeret si nulla alia
adesset, est tamen adhuc una, ut de aliorum om-
nium penē innumerabilium iucunda uisione ta-
ceam, quæ mirabiliter omnium cœlestium spi-
rituum mentes lætificat, & miro quodam mo-
do nescio quo inestimabili gaudio, omnem bea-
tam creaturam inebriat, uidere scilicet illius
cœlestis Reginæ deificam claritatem, & suæ bea-
tissimæ prolis glorificatam humanitatem. Quis
ō anima uel cogitare sufficiat, quantum gaudiū
generat, illam matrem misericordix, Reginam
pietatis & clementiæ uidere, iam non recum-
bentem cum partulo uagante in præsepio, iam
non lachrymantem, circūcentem, querentem
& dicentem, nunquid quem diligit anima mea
uidistis? cum perdidit dilectissimum infan-
tulum in triduo, sed eum nunc inspicientem in

Videre
beatam uir-
ginem sup-
tioros
Angelorum
matrem,
magna ē
beatus ma-
tris gau-
dij.

sempiterno gaudio? Iam enim nō conturba-
bitur, confugiens in Aegyptum à facie Herodis,
quia ipse ascendit in cœlum, Herodes autem in
infernum. Iam non conturbatur, circa plurima
quæ fecerunt filio suo Iudæi, quia omnia subie-
cta sunt ei. Iam certē non euilantem, uocife-
rantem, clamantem & dicentem. Quis mihi
det, ut ego moriar pro te fili mi Absalon? cum
staret prope unigenitum filium suum pendētem
& morientem in patibulo. Iam non lamentan-
tem lachrymabiliter, cum sibi daretur discipu-
lus pro magistro, seruus pro Domino, creatura
pro creatore, quasi alienus pro unigenito & dul-
cissimo filio. Sed hanc quondam propter nos
tam miseram, tantis meroribus plenam, iam
nunc inestimabiliter super omnem creaturam
exaltatam, regnantem cum Christo in Trinita-
tis super benedictæ palatio cantantem, iubilantem,
& dicentem. Tenui illam nec dimittam. Cant. 3.
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati
estis, & ego reficiam uos. Et illud. Transite ad
me omnes qui concupiscitis me, & à generatio-
nibus meis adimplemini. O anima mea mente
deuota pertracta, quàm sit plenum omni suau-
tate gaudium, uidere hominem hominis condi-
torem, fratrem nostrum quondam perditum, ab-
iectum & despectum, nunc inuentum, nunc re-
uerfum, nunc regnantem, nunc omnibus im-
perantem. O quis mihi det te fratrem meum
sugentem ubera matris meæ, ut inuentam te fo-
ris, & deosculer te labijs deuotioris, amplecter
te brachijs dilectionis, & iam me nemo despi-
ciat, cum introduxero te in cubiculum cum
dulcedine suauissima fruicionis? Hanc fru-
itionem desiderabar ille deuotus Anselmus in
meditationibus, quando dicebat. O dulcissimè
puer quando te uidebo? quando ante faciem
tuam apparebo? quando faciabor pulchritudi-
ne tua? quando uidebo uultum tuum desidera-
bilem, in quem desiderant Angeli prospicere?
Ve anime te non amanti, te non querenti, quæ
si mundum diligit, peccatis seruit, nunquam
est quæta, nunquam secunda. Nihil quæso sine
te mihi placeat, nihil dulcescat, nihil specio-
sum, nihil præter te ardeat preciosum, uile-
scant omnia præter te, quod tibi est aduersum
mihi sit molestum, & tuum beneplacitū sit meū
indeficiens desiderium. Te deat gaudere sine
te, delecter gaudere tecum, & flere tecum. O bo-
ne Iesu si tam dulce est flere de te, quàm dulce
est gaudere de te. Hæc Anselm. Anima. O
homo iam amore uidendi Dominum creato-
rem meum languero, ardore cernendi Iesum fra-
trem meum, redemptorem meum deficio. Iam
desiderio intuendi illam uirginem gloriosam,
matrem redemptoris mei uulnerata ingemisco.
O bone Iesu quando uidebo gaudium meum,
quod desidero? ō quando apparebit gloria eius
quàm esurto? ō quando ueniet consolator meus
quem

2. Reg. 18.

Cant. 3.
Matt. 11.
Eccl. 24.

Cant. 8.



quem expecto? O si quando inebriabor ab ubertate domus eius ad quam suspiro? Iam grauis est mihi omnis creatur ad uidendum, quia nimis incomparabiliter supereminet pulchritudo, a qua processerunt hec omnia. Homo. O anima expecta cum patientia, ut crescant tua desideria, quia scriptum est, modicum & non ut debitis me, & iterum modicum & uidebitis me. Anima. O modicum longum, o modicum nimis prolixum, quia etsi modica sunt merita, longa tamen sunt desideria. Homo. O anima si longa & magna uidentur tibi tua desideria, quibus astuas ad aeternam gloriam & claritatem contemplandam, quanto putas desiderio astuare debeas ad aeternam bonitatem perfecte diligendam, & ad summam maiestatem aeternaliter possidendam? Si enim haec omnia summe non diligeres, quomodo de uisione gauderes? etsi bene uideres & intelligeres, & tamen secura mente non possideres, quomodo beata permaneres? Aug. Ibi igitur uocabimus & uidebimus, uidebimus & amabimus, amabimus & habebimus. Ipse enim est finis desideriorum nostrorum, qui sine fine uidebitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione in aeternum laudabitur. Vna enim ibi & tota uirtus est amare quod uideas, & summa felicitas aeternaliter habere quod amas. Ibi beata uita in suo fonte plene & perfecte bibitur. Unde miro quodam modo & delectabiliter impressa sitis simul atque facietas alternatur, sed longe a siti necessitas repellitur, longe a facietate fastidium amouetur. Haec Aug. Sed ne te iam o anima diutius protraham, audi quid de praedictis omnibus ecclestibus gaudijs dicit ille deus. Anselmus in fine prologion. Excita te inquit nunc o anima mea, & erige totum intellectum tuum, & quantum potes cogita attentè, quod delectabile sit illud bonum, quod continet incunclitatem omnium bonorum. Si iucunda est uita creata, quod iucunda est creatrix essentia? Si iucunda est salus facta, quod iucunda est salus qua fecit omnia? Si amabilis est scientia de creaturis, quod delectabilis est illa qua est de rebus in creatis? Cur ergo per multa uagaris querendo bona creata? Ama unum in quo sunt omnia. Si delectat pulchritudo, fulgebunt iusti sicut Sol. Si libertas aut fortitudo, similes erunt Angelis Dei in caelis. Si longa & salubris uita, est ibi sanitas aeterna. Si facietas aut ebrietas, faciabuntur de gloria, & inebriabuntur ab ubertate domus Dei. Si melodia, ibi canunt Angeli. Si societas, & amicitia, ibi est beatorum societas, & omnium una uoluntas. Si honores & diuitiae, gloria & diuitiae in domino eius. Si securitas & certitudo, ibi omnium temporum aeterna longitudo. O cor humanum, cor indigens, cor expertum erunas, immo obrutum erumnis, quantum gauderes si his omnibus abundares? Interroga intima tua, si capere possint tantum gaudium suum de tanta beatitudine sua. Sed si homo de tanta beatitudine uix

Matt. 13.
Matt. 22.
Psal. 35.
Psal. 90.

capiet gaudium proprium, quomodo capax erit tantorum gaudiorum, quatuor est numerus electorum tibi unusquisque tantum diligit proximum suum quantum seipsum, & tantum de suo gaudio gaudet, quantum diligit? Ita etiam quisque plus absque assumptione de Dei, quam de sua & omnium electorum gaudet felicitate, quia sicut Deum toto corde, tota anima, tota mente diligit, ita ad plenitudinem gaudij illius totum cor, tota anima, tota mens non sufficit. Quia tantum gaudebunt, quantum amabunt, tantum amabunt, quantum uidebunt. Certè nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quantum te amabunt, & cognoscent sancti Dei. Oro Deus meus, cognoscam te, amem te, ut aeternaliter gaudeam de te. Et si non possum ad plenum in hac uita, crescat saltem hic notitia tua & amor, ut ibi sit plenum gaudium, hic sit in spe, & ibi sit in re. Domine pater per filium tuum hic iubes, immo consulis petere, & promittis accipere, ut gaudium nostrum plenum sit. Peto Domine quod per admirabilem consiliarium tuum consulis petere, & promittis accipere, ut gaudium nostrum sit plenum, & meditetur de hoc mens mea, sermocinetur os meum, loquatur inde lingua mea, esuriat anima mea, sicut caro mea: donec intret in gaudium Dei mei, qui est trinus & unus benedictus in secula. Amen.

Ioan. 16.

SERAPHICI DOCTORIS
SANCTI BONAVENTURAE.
IN ITINERARIUM
MENTIS IN DEVM.

Prologus.



In principio primum principium (a quo cuncta illuminationes descendunt) tamquam a patre luminum, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum) patrem, scilicet aeternum inuoco per filium eius Dominum nostrum Iesum Christum, ut intercessionem sanctissimae uirginis Mariae genitricis, eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi, & beati Francisci Ducis & patris nostri, det illuminatos oculos mentis nostrae, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis illius, quae exuperat omnem sensum, quam pacem euangelizauit, & dedit Dominus noster Iesus Christus, cuius praedicationis repetitor fuit pater noster sanctus Franciscus, in omni sua praedicatione pacem in principio & fine annuncians, in omni saluatione pacem optans, in omni contemplatione ad extaticam pacem suspirans, tanquam cuius illius Hierusalem, de qua dicit ille uir pacis, qui

quod cum his qui oderunt pacem erat pacificus. Rogate quae ad pacem sunt Hierusalem. Sciebat enim quod thronus Salomonis non erat nisi in pace, cum scriptum sit. In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Syon. Cum igitur exemplo beatissimi patris nostri Francisci, hanc pacem anhelos spiritu querere ego peccator, qui loco illius patris beatissimi post eius transitum septimus in generali fratrum ministerio, per omnia indignus succedo, contigit ut nutu Diuino anno post ipsius beati patris transitum, xxxij. ad montem Aluernam tanquam ad locum quietum, amorem querendi pacem spiritus declinarem, ibique existens dum mente tractarem aliquas mentales ascensiones in Deum, inter alia occurrit illud miraculum, quod in praedicto contigit loco ipsi beato Francisco, de uisione uidelicet Seraph alati instar crucifixi. In cuius consideratione statim uisum est mihi, quod uisio illa pratenderet ipsius patris nostri suspensionem in contemplando, & uiam per quam peruenitur ad eam. Nam per fenestras illas, recte intelligi possunt sex illuminationum suspensiones, quibus anima quasi quibusdam gradibus & itineribus disponitur, ut transeat ad pacem, per extaticos excessus sapientiae Christianae. Via autem non est nisi per ardentissimum amoris crucifixi, qui adeo Paulum ad tertium caelum raptum transformauit in Christum, ut diceret. Christo confixus sum cruci, uiuio ego iam non ego, uiuio autem in me Christus. Quae etiam adeo mentem Francisci absorbit, quod mens in carne patuit, dum sacratissima passionis stigmata in corpore suo ante mortem per biennium deportauit. Effigies igitur sex alarum seraphicarum, insinuat sex illuminationes scalares, quae a creaturis incipiunt, & perducunt usque ad Deum, ad quem nemo intrat recte nisi per crucifixum. Nam qui non intrat per ostium in ouile, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Siquis uero per ostium introierit, ingredietur & egredietur & pasqua inueniet. Propter quod dicit Ioan. in Apoc. Beati qui lauant uestimenta sua in sanguine agni, ut sit potestas eorum in ligno uirga, & per portas ingrediantur ciuitatem. Quasi diceret. Quod per contemplationem ingredino potest Hierusalem supernam, nisi per sanguinem agni intret tanquam per portam. Non enim dispositus est aliquo modo ad contemplationes diuinas, quae ad mentales ducunt excessus, nisi cum Daniele sit uir desideriorum. Desideria autem in nobis inflammantur dupliciter, scilicet per clamorem orationis, quae rugire facit a gemitu cordis, & per fulgorem speculationis, qua mens ad radios lucis directissimè & intentissimè se conuertit. Igitur ad gemitum orationis per Christum crucifixum (per cuius sanguinem purgamur a sordibus uitiorum) primum quidem lectorem inuito, ne forte credat, quod sibi sufficiat lectio sine unctio, speculatio sine deuotione, inuestigatio sine admiratione, circumspectio sine exultatio-

Psal. 119.
Psal. 121.
Psal. 77.
Ierem. 30.
Ierem. 31.
Ierem. 32.
Ierem. 33.
Ierem. 34.
Ierem. 35.
Ierem. 36.
Ierem. 37.
Ierem. 38.
Ierem. 39.
Ierem. 40.
Ierem. 41.
Ierem. 42.
Ierem. 43.
Ierem. 44.
Ierem. 45.
Ierem. 46.
Ierem. 47.
Ierem. 48.
Ierem. 49.
Ierem. 50.
Ierem. 51.
Ierem. 52.
Ierem. 53.
Ierem. 54.
Ierem. 55.
Ierem. 56.
Ierem. 57.
Ierem. 58.
Ierem. 59.
Ierem. 60.
Ierem. 61.
Ierem. 62.
Ierem. 63.
Ierem. 64.
Ierem. 65.
Ierem. 66.
Ierem. 67.
Ierem. 68.
Ierem. 69.
Ierem. 70.
Ierem. 71.
Ierem. 72.
Ierem. 73.
Ierem. 74.
Ierem. 75.
Ierem. 76.
Ierem. 77.
Ierem. 78.
Ierem. 79.
Ierem. 80.
Ierem. 81.
Ierem. 82.
Ierem. 83.
Ierem. 84.
Ierem. 85.
Ierem. 86.
Ierem. 87.
Ierem. 88.
Ierem. 89.
Ierem. 90.
Ierem. 91.
Ierem. 92.
Ierem. 93.
Ierem. 94.
Ierem. 95.
Ierem. 96.
Ierem. 97.
Ierem. 98.
Ierem. 99.
Ierem. 100.

ne, industria sine pietate, scientia sine charitate, intelligentia sine humilitate, studium absque diuina gratia, speculum absque sapientia diuinitus inspirata. Praeuentis igitur diuina gratia humilibus & pijs, copunctis & deuotis, unctis oleo diuinae letitiae, & amatoribus diuinae sapientiae, & eius desiderio inflammatis, uacare uolentibus ad Deum magnificandum, amandum & etiam degustandum, speculationes subiectas propono, insinuans quod parum aut nihil est speculum exterius propositum, nisi speculum mentis nostrae tersum fuerit & politum. Exerce igitur te homo Dei prius ad stimulum conscientiae remordenrem, antequam oculos eleues ad radios sapientiae in eius speculo relucens, ne forte ex ipsa speculatione radiorum, in grauiorem incidas foueam tenebrarum. Placuit autem distinguere tractatum in septem capitula, praemittendo titulos ad faciliorem intelligentiam dicendorum. Rogo igitur, quod magis pensetur intentio scribentis quam opus, magis dictionum sensus, quam sermo incultus, magis ueritas, quam sermonum uenustas: magis exercitatio affectus, quam eruditio intellectus. Quod ut fiat, non est harum speculationum progressus profunctorie transeurrendus, sed morosissime ruminandus.

De gradibus ascensionis in Deum, & de speculatione ipsius per uestigia eius in uniuerso.
Cap. I.

Beatus uir cuius est auxiliium absterge, ascensiones in corde suo disposuit in ualle lachrymarum, in loco quem posuit. Cum beatitudo nihil aliud sit, quam summum bonum fructio, & summum bonum sit supra nos, nullus potest effici beatus, nisi supra seipsum ascendat, non ascensu corporali, sed ascensu cordiali. Sed supra nos leuari non possumus, nisi per uirtutem superiorem nos eleuantem. Quantumcumque enim gradus interiores disponantur, nihil sit nisi diuinum auxiliium comitetur. Diuinum autem auxiliium comitatur eos, qui petunt ex corde humiliter & deuotè, & hoc est ad ipsum suspirare in hac lachrymarum ualle, quod sit per feruorem orationem. Oratio igitur, mater & origo est sursum actionis in Deum. Ideo Dionysius in libro de mystica theologia, uolens nos instruere ad excessus mentales, primo praemittit orationem. Oremus igitur & dicamus ad Dominum Deum nostrum. Deduc me Domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua. Letetur cor meum, ut timeat nomen tuum. In hac oratione orando illuminamur ad cognoscendum diuinam ascensionis gradus. Cum enim secundum statum conditionis nostrae ipsa rerum uniuersitas sit scala ad ascendendum in Deum, & in rebus quaedam sint uestigium, quaedam imago, quaedam corporalia, quaedam spiritalia, quaedam temporalia, quaedam aeterna, ac per hoc quaedam extra nos, quaedam intra nos,

Psal. 83.
Psal. 87.

ad hoc q̄ perueniamus ad primum principium considerandum, quod est spiritualissimū & eter- num, & supra nos, oportet nos transire per uesti- gium, quod est corporale & temporale & extra nos, & hoc est deduci in uia Dei. Oportet etiam nos intrare ad mentem nostram, quā est imago Dei aeterna, & spiritualis, & intra nos, & hoc est ingredi in ueritatem Dei. Oportet etiam nos transcendere ad aeternum spiritualissimum & supra nos, aspiciendo ad primum principium, & hoc est latari in Dei notitia & reuerentia maie- statis. Hec est igitur uia trium dierum in solitu- dine. Hec est triplex illuminatio unius diei, & prima est sicut uespera, secunda sicut mane, ter- tia sicut meridies. Hec respicit triplicem rerum existentiam, scilicet in materia, in intelligentia, & in arte diuina, secundum quam dictum est, fiat, fecit, & factam est. Hec etiam respicit triplicem substantiam in Christo, qui est scala nostra, scilicet corporalem, spiritualement, & diuinam. Secundū hunc triplicem progressum, mens nostra tres habet aspe- ctus principales. Vnus est ad corporalia exte- riora, secundum quem uocatur animalitas seu sen- sualitas. Alius intra se & in se, secundum quem dicitur spiritus. Tertius est supra se, secundum quem dicitur mens. Ex quibus omnibus dispo- nere se debet ad cōscendendum in Deum, ut ip- sum diligat ex tota mente, ex toto corde, & ex tota anima, in quo consistit perfecta legis obser- uatio, & simul cum hoc sapientia Christiana. Quā autem quilibet prædictorum modorum gemina- tur, secundum q̄ cōtingit considerare Deum ut alpha & ω: seu in quantum cōtingit uidere Deū in unoquoq; prædictorum modorum, ut p̄ spe- culum, & ut in speculo, seu quia unaqueq; istarū considerationum habet commiseri alteri sibi coniuncta, & habet considerari in sua puritate. Hinc est, q̄ necesse est hostres gradus principa- les ascendere ad senarium, ut sicut Deus sex die- bus perfecit uniuersum mundum, & in septimo requieuit, sic minor mundus sex gradibus illumi- nationum sibi succedentium, ad quietem contē- plationis ordinatissimē perducat. In cuius rei figura sex gradibus ascendebatur ad thronū Sa- lomonis. Seraphin (quæ uidit Isa.) senas alas ha- bebant. Post sex dies uocauit Deus Moysen de medio caliginis. Et Christus post sex dies (ut dicitur in Mattheo) duxit discipulos in montē, & transfiguratus est ante eos. Iuxta igitur sex gra- dus ascensionis in Deum, sex sunt gradus poten- tiarum animæ, per quos ascendimus ab imis ad summa, ab exterioribus ad intima, à temporali- bus ad aeterna. scilicet sensus, imaginatio, ratio, intelle- ctus, intelligentia, & apex mentis, seu synderesis scintilla. Hos gradus habemus in nobis planta- tos per naturam, deformatos per culpam, refor- matos per gratiam, purgandos per culpam, refor- mados per sciam, perficiendos per iustitiā, exer- cendos enim primam naturā institutionem, crea- tus fuit homo habilis ad contemplationis quie-

Exod. 3.

Mens no-
stra uoca-
tur aiali-
tas, spūs,
& mens.

3. Reg. 10.

Isa. 6.

Matt. 17.

tem, & ideo posuit eum Deus in Paradiso deli- tiarum. Sed auertens se à uero lumine ad cōmu- tabile bonum, incuruatus est ipse per culpā pro- priam, & totum genus suum per originale pecca- tum, quod dupliciter infecit humanam naturā, scilicet ignorantia mentē, & concupiscentia car- nē, ita q̄ excecatus homo & incuruatus in tene- bris sedet, & cœli lumē nō uidet, nisi sibi succur- rat gratia cum iustitia contra concupiscentiam, & scientia cum sapientia contra ignorantiam, quod totum fit per Iesum Christum, qui factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia, & sanctifi- catio & redemptio. Qui cum sit Dei uirtus & sapiētia, cū sit uerbū incarnatum plenum gratiæ & ueritatis, gratiam & ueritatem fecit, gratiam scilicet charitatis infudit, quæ cum sit de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, totam animam reificat, secundum triplicem ipsius aspe- ctum supra dictum. Scientiam ueritatis edocuit secundum triplicem modum theologiæ, scilicet sym- bolicæ, propriæ, & mysticæ, ut per symbolica re- cte utamur sensibilibus, per propriā recte intel- ligibilibus, per mysticā rapiamur ad superni- tales excessus. Quicunq; ergo uult in Deū ascen- dere, necesse est, ut uitata culpa deformante na- turam, naturales potētias supra dictas exerceat, ad gratiam reformātem, & hoc per orationem, ad iustitiam purificantē, & hoc in conuersatione, ad scientiam illuminantem, & hoc in medi- tatione, ad sapientiam perficientē, & hoc in con- templatione. Sicut igitur ad sapientiam nemo uenit nisi per gratiam, iustitiam & scientiam, sic ad contemplationem nemo uenit nisi per medi- tationem perspicuam, cōuersationem sanctam, & orationem deuotam. Sicut igitur gratia fun- damentū est rectitudinis uoluntatis, & illustra- tionis perspicuæ rationis, sic primò orandum est nobis, deinde sanctē uiuēdum, tertio specta- culis ueritatis intendendum, & intendendo gra- datim ascendendum, quousq; ueniat ad mon- tem excelsum, ubi uideatur Deus Deorum in Syon. Quā igitur prius est ascendere, q̄ descende- re in scala Iacob, primum gradum ascensionis collocemus in immo, ponendo totum istum mū- dum sensibilem nobis tanq̄ speculum, per quod transeamus ad Deum opificem summum, ut si- mus ueri Hebrei, transeantes de Aegypto ad ter- ram patribus repromissam, simus & Christiani, cum Christo transeantes ex hoc mundo ad pa- trem, simus & sapientiæ amatores, quæ uocat & dicit. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. A magnitudine enim speciei & creaturæ, cogno- scibiliter poterit horum creator uideri. Relucet autem creatoris summa potentia, sapientia, & beneuolentia in rebus creatis, secundum q̄ hoc tripliciter nūciat sensus carnis sensui interiori. Sensus enim carnis aut deseruit intellectui ra- tionabiliter inuestigati, aut fideliter credenti, aut intellectualiter contemplanti. Contemplans

1. ad Cor.

Ecc. 14.

considerat rerum existentiam actualement, credēs rerum decursum habitualement, ratiocinās rerum præcellentiam potentialement. Primò modo aspe- ctus contemplantis res in seipsis considerans, ui- det in eis pondus, numerum, & mensuram. Pon- dus quoad situm ubi inclinatur, numerum quo distinguuntur, & mensuram qua limitantur. Ac per hoc uidet in eis modum, speciem, & ordinē, necnon substantiam, uirtutem, & operationem, ex quibus consurgere potest sicut ex uestigio, ad intelligendum potentiam, sapientiam, & bonita- tem creatoris immensam. Secundò modo aspe- ctus fidelis considerans hunc mundum, attendit originem, decursum, & terminum. Nam fide cre- dimus, aptata esse secula uerbo uitæ. Fide credi- mus trium legum tempora, scilicet naturæ, scri- pturæ, & gratiæ sibi succedere, & ordinatissimē decurrere. Fide credimus mundum per finale iu- dicium terminandum fore. In primò potentia, in secundò prouidentiam, in tertio iustitiā sum- mi principij aduertentes. Tertio modo aspectus ratiocinantis inuestigans, uidet quadam tñ ef- fe, quadam autem tñ esse & uiuere, quadam ue- ro esse, uerere, & discernere. Er prima quidem esse minora, secunda media, tertia meliora. Vi- det iterum quadam tñ esse corporalia, quadam partim corporalia partim spiritualia, ex quo aduertit aliqua esse merè spiritualia tanq̄ utri- que meliora & digniora. Videt nihilominus q̄- da esse mutabilia & corruptibilia, ut terrestria, quadam mutabilia & incorruptibilia, ut cele- stia, ex quo aduertit quadam esse immutabilia & incorruptibilia, ut supercœlestia. Ex his ergo uisibilibus confurgit ad considerandum Dei po- tentiam, sapientiam, & bonitatem, ut entem ui- uentem & intelligentem merè spiritualement & in- corruptibilem & intransmutabilem. Hec autem consideratio dilatatur secundum septiformem conditionem creaturarum, quæ est diuina potē- tiæ, sapientiæ, & bonitatis testimonium septifor- me. Si consideretur cunctarum rerū origo, ma- gnitudo, pulchritudo, plenitudo, & operatio, & ordo. Origo nāq; rerum secundum creationem, distinctionem, & ornatum, quantum ad opera sex dierum, diuinam prædicat potentiam, cun- cta de nihilo producentem, sapientiam, cuncta lucide distinguentem, & bonitatem, cuncta lar- giter adornantem. Magnitudo autem rerū secu- dum molem longitudinis, latitudinis, & profun- ditatis, secundum excellentiam uirtutis longē latēq; & profundē se extendentis, sicut patet in diffusionē lucis secundum efficaciam operatio- nis intima, continue, & diffusa, sicut patet in ope- ratione ignis, manifestē indicat immensitatem potentia, sapientiæ, & bonitatis trini Dei, qui in cunctis creaturis per potentiam, præsentiam, & essentiam in circumscriptione existit. Multitudo ue- ro rerum secundum diuersitatem generalē, spe- cialem, & indiuidualem, in substantia, in forma seu figura, & efficacia, ultra omnem humanam

estimationem, manifestē trium prædictarum cō- ditionum in Deo, immensitatem insinuat & of- fendit. Pulchritudo autem rerum secundum ua- rietatem luminum, figurarum, & colorū, in cor- poribus simplicibus, mixtis, & etiam cōplexio- natis, sicut in corporibus cœlestibus, & minera- libus, sicut lapidibus & metallis, plantis & ani- malibus, tria prædicta euidenter proclamat. Ple- nitudo autem rerum secundum q̄ materia est plena formis, secundum rationes seminales, for- ma est plena uirtute, secundum actiuam poten- tiam, uirtus est plena effectibus secundum effi- cientiam, id ipsum manifestē declarat. Operatio multiplex, secundum q̄ est naturalis, secundum q̄ est artificialis, secundum q̄ est moralis, sua mul- tiplicissima uarietate offendit immensitatem illius uirtutis, artis, & bonitatis, quæ quidem est omnibus causa essendi, ratio intelligendi, & or- do uiuendi. Ordo autem secundum rationem durationis, situationis, & influentiæ. Super prius & posterius, superius & inferius, nobiliss & igno- biliss, in libro creaturæ insinuat manifestē pri- mi principij primatatem, sublimitatem, & digni- tatem quantum ad infinitatem potentia. Ordo uerò diuinarum legum, præceptorū, & iudicio- rum, in libro scripturæ immensitatem sapientiæ, & retributionum, in corpore Ecclesiæ immensi- tatem bonitatis, ita q̄ ipse ordo nos in primum & summum potentissimum, & sapientissimum, & optimum euidentissimē manu ducit. Qui igit- tantis rerum creaturarum splendoribus non illu- stratur, cæcus est, qui tantis clamoribus non eui- gilat, surdus est, qui ex omnibus his effectibus Deum non laudat, inuis est, qui ex tantis indi- cibus primum principium nō aduertit, stultus est. Aperi ergo oculos, aures spirituales ad moue, la- bia tua solue, & cor tuum appone, ut in omnibus creaturis Deum tuum uideas, audias, laudes, di- ligas & colas, magnifices & honores, ne forte cō- tra te uniuersus orbis terrarum confurgat. Nam ob hoc pugnat orbis terrarum contra insen- satos, & econtra sensatis erit materia glorie, qui secundum prophetam possunt dicere. Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus ma- num tuarum exultabo, q̄ magnificata sunt ope- ra tua Domine, omnia in sapientia fecisti, imple- ta est terra possessione tua.

De speculatione Dei in uestigijs suis in hoc
sensibili mundo. Cap. I. I.

Sed quā circa speculum sensibilem, non solū contingit contemplari Deum per ipsa tanq̄ per uestigia, uerū etiam in ipsis in quantum est in eis per essentiam, potentiam, & præsentia, & hoc considerare, est altius q̄ præcedens, ideo huiusmodi consideratio secundum tenet locū, tanq̄ secundus contemplationis gradus, quo de- bemus manu duci, ad contemplandum Deum in cunctis

Psal. 91.

cunctis creaturis, quæ ad mentem nostram intrant per corporales sensus. Notandum igitur, quod iste mundus sensibilis, qui dicitur macrocosmus. i. locus mundus, intrat ad animam nostram, quæ dicitur microcosmus. i. minor mundus, per portas quinque; sensuum, secundum ipsorum sensibilibus apprehensionem, oblectationem, & diiudicationem. Quod patet sic. Nam in eo quædam sunt generantia, quædam generata, & quædam regentia hæc & illa. Generantia sunt corpora simplicia. s. corpora celestia, & quatuor elementa. Nam ex elementis per uirtutem lucis reconcilians contrarietatem elementorum in mixtis, habent generari & produci quæcumque generantur, & producuntur per operationem uirtutis naturalis. Generata uero, sunt corpora ex elementis composita, sicut mineralia, vegetabilia, sensibilia, & corpora humana. Regentia hæc & illa, sunt substantiæ spirituales, siue omnino coniunctæ, ut sunt animæ brutales, siue coniunctæ separabiliter, ut sunt animæ rationales, siue omnino separatae, ut sunt spiritus celestes, quos philosophi intelligentias, nos Angelos appellamus. Quibus secundum philosophos competit mouere corpora celestia, ac per hoc eis attribuitur administratio uniuersæ, suscipiendæ à prima causa, s. Deo uirtutis influentiam, quam refundit secundum opus gubernationis, quod respicit rerum consistentiam naturalem. Secundum autem theologos, attribuitur eisdem regimen uniuersæ secundum imperium summi Dei, quantum ad opera reparationis, secundum quæ dicuntur administratorij spiritus, missi per eos qui hereditatem capiunt salutis. Homo igitur qui dicitur minor mundus, habet quinque; sensus quasi quinque; portas, per quas intrat cognitio omnium quæ sunt in mundo sensibilis in animam ipsius. Nam per uisum intrant corpora sublimia & luminosa, & cætera colorata, per tactum uero corpora solida & terrestria, per tres uero sensus intermedios, intrant intermedia, ut per gustum aquæ, per auditum aërea, per odoratum uaporabilia, quæ aliquid habent de natura humida, aliquid de aërea; aliquid de ignea seu calida, sicut patet in fumo ex aromatibus resolutis. Intrant igitur per has portas tam corpora simplicia, quæ etiam composita ex his mixta. Quia uero sensu percipimus non solum hæc sensibilia particularia, quæ sunt lux, sonus, odor, sapor, & quatuor primariæ qualitates quas apprehendit tactus, uerum etiam sensibilia cõia, quæ sunt numerus, magnitudo, figura, quies, & motus, & omne quod mouetur ab alio mouetur, & quædam seipsis mouentur & quiescunt, ut sunt animalia, dum per hos quinque; sensus motus corporum apprehendimus, manu dicimus ad cognitionem motorum spiritualium, tanquam per effectum in cognitionem causarum. Intrat igitur quantum ad tria rerum genera, in animam humanam per apprehensionem totus mundus iste sensibilis. Hæc autem sensibilia exteriora sunt, quæ primò ingrediuntur ad animam per portas quinque; sensuum. Intrant (inquit) non per substantias suas, sed per similitudines suas,

Heb. 1.

primò generatas in medio, & de medio in organo exteriori, & de organo exteriori in interiori, & de hoc in potentia apprehensiuam, & sic generatio speciei in medio, & de medio, in organo, & conuersio potentia apprehensiuæ super illa facit apprehensionem omnium eorum, quæ exterius anima apprehendit. Ad hæc apprehensionem si sit rei conuenientis, sequitur oblectatio. Delectat autem sensus in oblectato per similitudinem abstractam percepto, uel ratione speciositatis, sicut in uisu, uel ratione suauitatis, sicut in odoratu & auditu, uel ratione salubritatis, sicut in gustu & tactu appropriatè loquendo. Omnis autem delectatio est ratione proportionalitatis. Sed quantum spiritus tenet rationem formæ, uirtutis, & operationis, secundum quod habet respectum ad principium à quo manat, ad medium ad quod transit, & ad terminum in quem agit, ideo proportionalitas aut attenditur in similitudine, secundum quod tenet rationem speciei seu formæ, & sic dicitur speciositas, quia pulchritudo nihil est aliud quam equalitas numerosa, seu quædam partium situs cum coloris suauitate: Aut attenditur proportionalitas in quantum tenet rationem potentia seu uirtutis, & sic dicitur suauitas, cum uirtus agens non improporionaliter excedit recipientem, quia sensus tristatur in extremis, & in medijs delectatur. Aut attenditur proportionalitas in quantum tenet rationem efficaciam & impressionis, quæ tunc est proportionalis, cum agens imprimendo replet indigentiam patientis, & hoc est saluare & nutrire ipsum, quod maxime apparet in gustu & tactu. Et sic apparet, quod per oblectationem delectabilia exteriora, secundum triplicem rationem delectandi, per similitudinem intrant in animam. Post hanc apprehensionem & delectationem fit diiudicatio, quæ non solum diiudicatur utrum hoc sit album uel nigrum, quia hoc solum pertinet ad sensum exteriorè, non solum utrum sit salubre uel nocuum, quia hoc pertinet ad sensum interiorè, uerum etiam quæ diiudicatur & redditur, quare hoc delectat. Et in hoc actu inquiritur de ratione delectationis, quæ in sensu percipitur ab oblectato. Hoc est autem cum queritur ratio pulchri, suauis, & salubris, & inuenitur, quia hæc est proportio equalitatis. Ratio autem equalitatis est eadem in magnis & paruis, nec extenditur dimensionibus, nec succedit seu transit cum transeuntibus, nec motibus alteratur. Absrahitur igitur à loco, tempore, & motu, ac per hoc est incommutabilis, incircumscribibilis, interminabilis, & omnino spiritualis. Diiudicatio igitur est actio, quæ spiritum sensibilem sensibiliter per sensum acceptam, introire facit, depurando, & abstrahendo in potentiam intellectuam. Et sic totus iste mundus, introire habet in animam humanam per portas quinque; sensuum, secundum tres operationes predictas. Hæc autem omnia sunt uestigia, in quibus speculari possumus Deum nostrum. Nam cum species apprehensa, sit similitudo in medio genita, & deinde ipsi organo impressa, & per illam impressionem in suum principium, s. in obiectum cognoscendum deducatur, manifestè insinuat, quod illa lux

lux aeterna generat ex se similitudinem, seu splendorem coequallem, consubstantialem, & coeternalem. Et quod ille qui est imago & similitudo inuisibilis Dei, & splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, qui ubique est per primam sui generationem, sicut obiectum in toto medio sua generat similitudinem, per gratiam unionis unius, sicut species corporali organo, indiuiduo rationalis nature, ut per illam unionem nos reduceret ad patrem, sicut ad fontale principium & obiectum. Si ergo omnia cognoscibilia habent sui speciem generare, manifestè proclamant, quod in illis tanquam in speculis uideri potest aeterna generatio uerbi, imaginis & filii, à Deo patre aeternaliter emanantis. Secundum hunc modum species delectans ut speciosa, suauis, & salubris insinuat, quod in illa prima specie est prima speciositas, suauitas, & salubritas, in qua est summa proportionalitas, & æqualitas ad generantem, in qua est uirtus, non perphantasma, sed per ueritatem apprehensionis illabens, in qua est impressio saluans, & sufficiens, & omnem apprehendentis indigentiam expellens. Si ergo delectatio est coniunctio conuenientis cum conueniente, & solius Dei similitudo tenet rationem summè speciosi, suauis, & salubris, & uirtutis secundum ueritatem, & secundum intimitatem, & secundum plenitudinem repletam omnem capacitate, manifestè uideri potest, quod in solo Deo est fontalis, & uera delectatio, & quod ad ipsam ex omnibus delectationibus manuducimur requirendam. Excellentiori autem modo & immediatori, diiudicatio ducit nos in aeternam ueritatem certius speculandam. Si enim diiudicatio habet fieri per rationem abstrahentem à loco, tempore, et mutabilitate, ac per hoc à dimensione, successione, & transmutatione, per rationem immutabilem, & incircumscribibilem, & interminabilem, nihil autem est omnino immutabile, incircumscribibile, & interminabile, nisi quod est aeternum, omne autem quod est aeternum est Deus, uel in Deo. Si ergo omnia quæcumque; certius diiudicamus, per huiusmodi rationem diiudicamus, patet, quod ipse est ratio omnium rerum, & regula infallibilis, & lux ueritatis, in qua cuncta relucet infallibiliter, indelibiliter, indubitanter, irrefragabiliter, indiudicabiliter, incommutabiliter, incoarctabiliter, interminabiliter, indiuisibiliter, & intellectualiter, & ideo leges ille per quas iudicamus certitudinaliter de omnibus sensibilibus, inquam consideratione ueniuntibus, cum sint infallibiles & indubitabiles intellectui apprehenditis, sint infallibiles à memoria recoleris tanquam semper presentes, sint irrefragabiles & indiudicabiles intellectui iudicatis, quæ (ut dicit Aug.) nullus de eis iudicat, sed per illas necesse est, eas esse incommutabiles, & incorruptibiles tanquam necessarias, incoarctabiles, tanquam incircumscriptas, & interminabiles, tanquam aeternas, ac per hoc indiuisibiles, tanquam intellectuales & incorporeas, non factas sed increatas, aeternaliter existentes in arte aeterna, à qua & per quam & secundum quam formantur speciosa

omnia uel formosa, & ideo nec certitudinaliter iudicari possunt, nisi per illam quæ non tantum fuit forma cuncta producens, uerum etiam cuncta conseruans & distinguens, tanquam ens in omnibus formam tenens, & regula dirigens, & per quam diiudicat mens nostra, cuncta quæ per sensus intrant in ipsam. Hæc autem speculatio dilatat secundum considerationem septem differentiarum numerorum, quibus quasi septem gradibus conscenditur in Deum, secundum quod ostendit Aug. in li. de uera reli. & in sexto musica, ubi assignat differentias numerorum gradatim conscendentium ab his sensibilibus, usque; ad opificem omnium, ut in omnibus uideatur Deus. Dicit enim numeros esse in corporibus, & maxime in sonis & uocibus, & hos uocat sonantes. Numeros ab his abstractos, & in sensibus nostris receptos, & hos uocat occursores. Numeros ab anima procedentes in corpus, sicut patet in gestationibus & saltationibus, & hos uocat progressores. Numeros in delectationibus sensuum, & conuersione intentionis super spiritum receptam, & hos uocat sensuales. Numeros in memoria retetos, & hos uocat memoriales. Numeros et per quos de his omnibus iudicamus, & hos uocat iudiciales, quæ (ut dictum est) necessario sunt supra mentem, tanquam infallibiles & indiudicabiles. Ab his autem imprimuntur mentibus nostris numeri artificiales, quos tamen inter illos gradus non enumerat Augustinus. quia connexi sunt iudicialibus, & ab his manant numeri progressores, ex quibus creantur numerosa formæ artificiatorum, ut à summis per media ordinatus fiat descensus ad infima. Ad hos etiam gradatim ascendamus à numeris sonantibus, medijs occursores, sensuales, & memoriales. Cum ergo omnia sint pulchra & quodammodo delectabilia, & pulchritudo & delectatio non sint absque; proportione, & proportio primò sit in numeris, necesse est omnia esse numerosa, ac per hoc numerus est præcipuum in animo conditoris exemplar, & in rebus præcipuum uestigium ducens in sapietiam. Quod cum sit omnibus euidentissimum, & Deo propinquissimum, propinquissimè quasi per septem differentias ducit in Deum, & facit eum cognosci in cunctis corporalibus & sensibilibus, dumque; numerosa apprehendimus, in numerosis proportionibus delectamur, & per numerosarum proportionum leges irrefragabiliter iudicamus. Ex his duobus gradibus primis, quibus manuducimur ad speculandum Deum in uestigijs, quasi ad modum duarum alarum descendenti circa pedes, colligere possumus, quod omnes creature istius sensibilis mundi, animi coreplantis & sapietis ducunt in Deum eternum, pro eo quod illius primi principij potentissimi, sapientissimi, & optimi, illius aeternæ originis, lucis, & plenitudinis, illius (inquam) artis efficietis, exemplaris, & ordinatis: sunt umbrae, resonantia, & picturae, sunt uestigia, simulachra, & spectacula nobis ad conuendum Deum proposita, & figura diuinitis data. Quæ (inquam) sunt sicut exemplaria uel potius

exempla, proposita mentibus adhuc rudibus & sensibilibus: ut p. sensibilia q. uident, transferant ad intelligibilia quae non uident, tanq. per signa ad signata. Significant aut. hmoi creaturae huius mundi sensibilibus inuisibilia Dei, partim q. a Deus est ois creaturae origo, exēplar, & finis, & ois effectus est signū causa & exemplatū exēplaris, & uia finis ad quē ducit: partim ex propria representatione, partim ex prophetica praefiguratione: partim ex angelica operatione, & partim ex superaddita institutione. Omnis. n. creatura ex natura, est illius eterna sapientiae quaedā effigies & similitudo: sed specialiter illa q. in lib. scripturae p. spūm prophetiae assumpta est: ad spūalium praefigurationē. Specialius aut. illae creaturae, in quarū effigie Deus angelico ministerio uoluit apparere. Specialissimē uerō, ea quā uoluit ad signandum instituere, quae tenet nō solum rōnem signi secundū nomen cōmune, uerū etiam sacramētū. Ex quibus omnibus colligit, q. inuisibilia Dei à creatura mundi p. ea q. facta sunt, intellecta conspiciunt: ita q. qui uolunt ista aduertere, & Deū in his omnibus cognoscere, benedicere, & amare, inexcusabiles sint: dum uolunt transferri de tenebris in admirabile lumen Dei. Deo aut. gratias per Iesum Christum Dñm nostrum, qui nos de tenebris trāstulit in admirabile lumen suum, dum per hanc lumina exterius data, ad speculum mentis nostrae, in quo relucet diuina, disponimur ad reintrandum.

Ad Ro. 1.

De speculatione Dei per suam imaginem, naturalibus potentis insignitam. Cap. III.

Quoniam aut. duo gradus praedicti, ducendo nos in Deum p. uestigia sua (per quae in cunctis creaturis relucet) manuduxerūt nos usq. ad hoc, ut ad nos reintraremus, in mentē. s. nostrā: in qua diuina relucet imago. Hinc est, q. iam tertio loco ad nosmetipsos intrantes, & quasi atriu fornicus relinquētes, in sanctis. s. anteriori parte tabernaculi, conari debemus per speculum uidere Deum: ubi ad modum candelabri relucet lux ueritatis in facie nostrae mentis, in qua. s. resplendet imago beatissimae Trinitatis. Intra igit. ad te, & uide quā mens tua amat feruentissimē semetipsam: nec se posset amare, nisi se nosceret: nec se nosceret, nisi sui meminisset, quia nihil capimus p. intelligentiā, quod nō sit praesens apud nostrā memoriā. Et ex hoc aduertis aīam tuam triplicem habere potentiam, non oculo carnis, sed oculo rationis. Cōsidera igit. harū triū potentiarum operationes & habitudines, & uidere poteris Deum per te tanquā per imaginē, quod est uidere p. speculum & in enigmatē. Operatio aut. memoriā est retentio & representatio, non solum praesentiū, corporalū, & temporalū, uerū etiam succedentiū, simplicium, & sempiternalium. Retinet nāq. memoriā praeterita p. recordationem, praesentia per susceptionē, futura per praensionem. Retinet etiā simplicia, sicut princi-

pia quantitātū continuārū & discretarū, ut punctum, instans, & unitatem, sine quibus impossibile est meminisse, aut cogitare ea quae principiantur p. hanc. Retinet nihilominus scientiarū principia & dignitates, ut sempiternalia & sempiternaliter, quia nunquam pot. sic obliuisci eorum (dummodo ratione utat) quin ea audita approbet, & eis assentiat, nō tāquā de nouo percipiat, sed tanquā sibi innata & familiaria recognoscat. Sicut patet si proponat alicui, de quolibet affirmatio uel negatio: uel omne totū est in eius sua parte, uel quaecunq. alta dignitas: cui non est cōtradecere, admittit rōnem. Ex prima igit. retentione actuali omnium temporalium, praeteritorū. s. praesentiū, & futurorū: habet effigiem eternitatis, cuius praesens indiuisibile ad oīa tempora se extendit. Ex secunda apparet, q. ipsa non solum habet ab exteriori formari p. phantasmata, uerū etiam a superiori suscipiendo & in se habēdo simplices formas, quae nō possunt introire p. portas sensuum & sensibilibū phantasias. Ex tertia habet, q. ipsa habet lucem incommutabilem sibi praesentē: in qua meminit inuariabiliū ueritatū. Et sic p. operationes memoriā apparet, q. ipsa anima est imago Dei & similitudo: adeo sibi praesens & eū habens praesentem, q. eum a cū capis, & p. potentiā capax eius est, & particeps esse potest. Operatio aut. uirtutis intellectiuae est i. perceptione intellectus terminorū, propositionum, & illationum. Capis aut. intellectus terminorum significata, cum cōprehēdit quid est unū quodq. p. diffinitionē. Sed diffinitio habet fieri p. superiora, & illa p. superiora diffiniri habent, usquequo ueniat ad superna & generalissima, quibus ignoratis, nō possunt intelligi diffinitionē inferiora. Nisi igit. cognoscat quid est ens per se, nō potest plenē sciri diffinitio alicuius specialis substantiae. Nec ens per se cognosci potest, nisi cognoscatur cum suis conditionibus, quae sunt unum, uerum, bonum. Ens autem cum possit cogitari ut diminutum, & ut completum, ut imperfectū & ut perfectum: ut ens in potentia, & ut ens in actu: ut ens secundum quid, & ut ens simpliciter: ut ens in parte, & ut ens totaliter: ut ens trāsiens, & ut ens manens: ut ens per aliud, & ut ens p. se: ut ens permixtum nō enti, & ut ens purū: ut ens dependens, & ut ens absolutū: ut ens posterius, & ut ens prius: ut ens mutabile, & ut ens immutabile: ut ens simplex, & ut ens cōpositum: cū priuationes & defectus nullatenus possint cognosci nisi per positiones, non uenit intellectus noster ut plenē resoluens intellectum alicuius entium creatorum, nisi iunetur ab intellectu entis purissimi, actualissimi, completissimi, & absoluti: quod est simpliciter & eternū ens, in quo sunt rōnes omnium in sua puritate. Quo aut. sciret intellectus hoc esse ens defectiuū & incompletum, si nullā haberet cognitionē entis absq. omni defectu? Et sic de alijs conditionibus praebatis. Intellectum autem propositionum tūc intellectus noster

noster dicit ueraciter cōprehendere, cū certitudinaliter scit illas ueras esse: & hoc scire est scire: qm. nō pot. falli in illa comprehensione. Scit enim, q. ueritas illa nō pot. aliter se habere. Scit igit. ueritatem illā esse incommutabilem. Sed cum ipsa mens nra sit commutabilis, illā sic incommutabiliter relucet nō pot. uidere, nisi p. aliquam aliā lucem oīno incommutabiliter radiante, quā impossibile est esse creaturā mutabilem. Scit igit. in illa luce, q. illuminat oīm hoīem uenientē in hunc mundū, quae est lux uera, & uerbum in principio apud Deū. Intellectum aut. illationis tūc ueraciter percipit noster intellectus, qm. uidet q. conclusio necessariō sequit. ex pmissis, quod nō solum uidet in terminis necessarijs, uerū etiam in contingentibus, ut si homo currit, homo mouet. Hanc aut. necessariā habitudinem percipit nō solum in rebus entibus: uerū etiam in nō entibus. Sicut enim in hoīe existente sequit. si homo currit, homo mouet, sic etiā non existente. Huiusmodi igit. illationis necessitas, nō uenit ab existentia rei in materia, quia est cōtingens: nec ab existentia rei in aīa, quia tunc esset nō ens, si nō esset in re. Venit igit. ab exemplaritate in arte aeterna, secundū quā res habent aptitudinem & habitudinē adinuicem, ad illius aeternae artis representationē. Ois igit. (ut dicit Augustinus in lib. de uera relig.) uerē ratiocinantis lumen, accendit ab illa ueritate, & ad ipsam nitit. peruenire. Ex quo manifestē apparet, q. coniunctus sit intellectus noster ipsi aeternae ueritati: dum nisi p. illam docentē nihil uerū potest certitudinaliter capere. Videre igit. per te potēs ueritatem, quae te docet, si te cōcupiscentiae & phantasmata nō impediāt: & se tanquā nubes inter te & ueritatis radiū non interponant. Operatio aut. uirtutis electiuae attendit in cōsilio, iudicio, & desiderio. Cōsiliū aut. est, in inquirendo quid sit melius, hoc an illud. Sed melius nō dicit, nisi per accessum ad optimū. Accessus aut. est secundū maiorem assimilationē. Nullus igit. scit, utrum hoc sit illo melius, nisi sciat illud optimo magis assimilari. Nullus aut. scit aliquid alij magis assimilari, nisi illud cognoscat. Nō enim scio hunc similem esse Petro, nisi sciam uel cognoscam Petrū. Omni igit. cōsilianti necessariō est impressa notitia summī boni. Iudicium aut. certum de cōsiliabilibus, est p. aliquā legem. Nullus aut. certitudinaliter iudicat p. legē, nisi certus sit q. illa lex recta sit, & q. ipsam iudicare nō debet. Sed mens nostra iudicat de seipsa. Cū igit. nō possit iudicare de lege per quā iudicat, lex illa superior est mente nostra, & p. hanc iudicat secundum quod sibi impressa est. Nihil aut. est superius mēte humana, nisi solus ille q. fecit eā. Igit. in iudicādo, deliberatiua nra pertingit ad diuinas leges, si p. resolutione dissoluat. Desideriū aut. principaliter est ipsius, quod maximē ipsum mouet. Maximē aut. mouet, quod maximē amat. Maximē aut. amatur esse beatū. Beatū aut. esse non habet,

nisi p. optimū & finem ultimū. Nihil aut. appetit humanū desideriū, nisi summum bonū: uel quod est ad illud, uel quod habet aliquā effigie illius. Tāta est uis summī boni, ut nihil nisi p. illius desideriū a creatura possit amari. Quae tunc fallitur & errat, cū effigie & simulachrū pro ueritate accipiat. Vide ergo quō anima Deo est p. pinqua, & quō memoria in aeternitate, intelligetia in ueritate, electiua potentia ducit in bonitatem summā secundū operationes suas. Secundū aut. harū potentiarū ordinē, originē, & habitudinē, ducit in ipsam beatissimā Trinitatem. Nam ex memoriā orit. intelligentia, ut ipsius proles, q. tunc intelligimus cū similitudo q. est in memoria resultat in acie intellectus, quae nihil aliud est q. uerbum. Ex memoriā & intelligentiā spirat amor, tanquā nexus amorū. Hec tria. s. mens generans, uerbum, & amor, sunt in aīa, quo ad memoriā, intelligentiā, & uoluntatē, quae sunt cōsubstantiales, coaequales, & coaeternae, se inuicem circumcedentes. Si igit. Deus perfectus est spūs, habet memoriā, intelligentiā, & uoluntatē, habet & uerbum genitū, & amorem spiratū, qui necessariō distinguuntur, cum unus ab altero p. ducatur: nō essentialiter, nō accidentaliter: ergo p. sonaliter. Dum igit. tur mens seipsam cōsiderat p. se tanquā per speculum, cōsurgit ad speculandā Trinitatem beatam, patris, uerbi, & amoris, triū personarū coaeternarū, coaequaliū, & cōsubstantialiū, ita q. quilibet trium in quolibet est aliorū, unus tū nō est alius: sed ipsi tres sunt unus Deus. Ad hanc speculationem quā habet anima de suo principio trino & uno, per Trinitatem suarū potentiarum, p. quas est imago Dei: inuatur p. lumina scientiarum, q. ipsam perficiūt & informāt: & Trinitatē beatissimā tripliciter representant. Nam omnis philosophia, aut est naturalis, aut rationalis, aut moralis. Prima agit de causa essendi, & ideō ducit in potentiā patris, secunda de rōne intelligēdi, & ideō ducit in sapientiā uerbi: tertia de ordine uiuendi, & ideō ducit in bonitatem Spiritus sancti. Rursus prima diuidit. in Methaphysicam, Mathematicā, & Physicā. Et prima est de rerū essentia, uirtutibus, & operationibus diffusiuis. Et ideō prima in primū principiiū p. rem, secunda in eius imaginē filiū, tertia ducit in Spūs sancti donū. Secunda diuidit. in grāmaticā, q. facit potētes ad exprimendū, logicā, quae facit perspicaces ad arguendū, rhetoricā, quae facit habiles ad psuadendū suae monendū. Et haec similiter insinuat mysteriū beatissimae Trinitatis. Tertia diuidit. in monasticā, & economicā, & politicā. Et prima insinuat primi principij innaoscibilitatē, secunda filij familiaritatē, tertia Spūs sancti liberalitatem. Oēs autem istae scientiae habēt regulas certas & infallibiles, tanquā lumina & radios descendentes a lege aeterna in mentē nostrā. Et ideō mens nostra tantis splendoribus irradiata & superfusa, nisi sit caeca, manuduci potest per seipsam,



ad contemplandam illam lucem eternam. Huius aut lucis irradiatio & consideratio sapientes su spendit in admirationem, & econtra insipientes qui non credunt ut intelligant, ducit in perturbationem, ut impleatur illud propheticum. Illuminans tu mirabiliter a motibus aternis, turbati sunt omnes insipientes corde.

De speculatione Dei in sua imagine, donis gratuitis reformata. Cap. IIII.

Ed qm non solum p nos transeundo, uerum etiam in nobis contingit contemplari primum principium, & hoc maius est q precedens, ideo hic modus considerandi quartu obtinet contemplationis gradum. Mirum aut uidet, cum ostensum sit, q Deus ita propinquus sit mētibus nostris, q tam paucorum est in seipsis primum principium speculari. Sed ratio est in proptu, quia mens humana sollicitudinibus distracta, non intrat ad se p memoriam, phantasmaticis obnubilata, non redit ad se per intelligentiam, concupiscentis illecta, nequaquam reuertitur ad se ipsum per desiderium suauitatis internae & latentis spūalis. Ideo totaliter in his sensibilibus iacens, non pot ad se tanq ad Dei imaginem reintrare. Et quoniam ubi quis ceciderit, necesse hēt ibidem recumbere, nisi apponat quis & adiciat ut resurgat, non potuit aia nostra pfecte ab his sensibilibus releuari ad continentem sui, & aternam ueritatis i se ipsa, nisi ueritas assumpta forma humana in Christo, ferret sibi scala reparans priorā scalam, que fracta fuerat in Adam. Vnde quantumcunq sit illuminatus quis lumine nature, & scientia acquisita, non potest intrare in se, ut in seipso delectet in Dño, nisi mediante Christo, q dicit. Ego sum ostium, p me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pasca inueniet. Ad hoc aut ostium non appropinquamus, nisi in ipsum credamus, speremus, & amemus. Necesse est igit, si reintrare uolumus ad finem ueritatis, tanq ad paradysum, q ingrediamur per fidem, spem, & charitatem mediatoris Dei & hominum Iesu Christi, qui est tanq lignu uitę in medio paradysi. Superuenienda est igitur imago mentis nostri g tribus uirtutibus theologiacis, quibus aia purificatur, illuminatur, & perficitur, & sic imago reformatur, rescitur, & conformis superne Hierusalem efficitur, & pars Ecclesie militantis, q est proles (sed m Apostolum) Hierusalem, celestis. Ait enim. Illa quę sursum est Hierusalem, libera est, quę est mater nostra. Anima igitur credens, sperans, & amans Iesum Christu, qui est uerbum patris incarnatum, increatum, & inspiratu. scilicet ueritas, & uita, dū per fidem credit in Christu, tanq in uerbu increatu, quod est uerbu & splendor patris, recuperat spūale auditu & uisum, auditu ad suscipiendum Christi sermones, uisum ad considerandu ipsius lucis splendores. Dū aut spe suspirat ad suscipiendu uerbu inspirat

Ioan. 11.

Ad gal. 4.

dū, p desideriu & affectu recuperat spūale olfactu. Dū charitate cōplectit uerbu incarnatu, ut suscipies ab ipso delectationem, & ut transiens i illud per extranicum amorem, recuperat gustum & tactum. Quibus sensibus recuperatis, dum spūsum suū uidet & audit, odoratur, gustat, & amplexatur, delectare potest (tanq sponsa) canticum canticorum, quod factum fuit ad exercitiu contemplationis secundū hunc quartum gradū, que nemo capit, nisi qui accipit, quia magis est in experientia affectuali, q in consideratione rationali. In hoc naq; gradu recuperatis sensibus interioribus, ad uidendu summē pulchrū, ad audiendam summē armoniacam, ad odorandum summē odoriferū, ad degustandum summē saue, ad apprehendēdū summē delectabile, disponitur anima ad mentales excessus, scilicet per deuotionem, admirationem, & exultationem, sed m illas tres exclamationes quę sunt in canticis canticorū. Quartū prima fit per superabundantiā deuotionis, p quam fit aia sicut uirgula fumi ex aromatis myrthe & thuris. Secunda per excellentiā admirationis, per quā fit aia sicut aurora, luna, & sol, sed m processum illuminationum suspendētrium aiam ad aduandū sponsum cōsiderandum. Tertia per superabundantiā exultationis, per quam fit aia suauissima delectationis delictijs affluens, annexa totaliter super dilectum Iesu. Quibus adeptis, efficitur spūs noster hierarchicus ad conscendēdū sursum, secundū cōformitatem ad illam Hierusalem supernam, in quā nemo intrat, nisi prius per gratiam ipsa in cor descendat, sicut uidit Ioannes in Apocalypsi sua. Tunc autem in cor descendit, qn p reformationē imaginis, per uirtutes theologicas, & p oblectationes spūalium sensuum, & suspensiones excessuum, efficitur spūs noster hierarchicus. scilicet purgatus, illuminatus, & perfectus. Sic etiam gradibus nouē ordinū insignitur, dum ordinate in eo interiorius disponitur nunciatio, dictatio, ductio, ordinatio, roboratio, imperatio, susceptio, reuelatio, & unio, q gradatim correspondēt nouē ordinibus angelorū, ita q triū primō dictorum gradus, respiciūt i mēte humana natura, tres sequentes idultriā, & tres postremi grām. Quibus habitis aia intrado i seipsam, intrat i suā pñā Hierusalem, ubi ordines angelorū cōsiderās, uidet i eis Deū, q habitas i eis, oēs eorū operat operationes. Vñ dicit Ber. ad Eug. Qd Deus i seraphim amat ut charitas, i cherubin nouit ut ueritas, i thronis sedet ut æquitas, in dñat ionibus dñatur ut maiestas, in principatibus regit ut principiu, in pñatibus tuet ut salus, in uirtutibus operat ut uirtus, in archangelis reuelat ut lux, in angelis assistit ut pietas. Ex quibus oibus, uideēt Deus oia in oibus per cōtēplationē ipsius, in mētibus in quibus habitat p dona affluētissime charitatis. Ad huius aut speculationis gradū, specialiter & precipue admiuentur cōsideratio sacre scripturę diuinitus imisse, sicut philosophia ad pcedentē. Sacra enim scriptura principa-

Apoc. 1.

principaliter est de operibus reparationis. Vnde & ipsa precipue agit de fide, spe, & charitate: per quas uirtutes habet aia reformari, & specialissime de charitate. De qua dicit Apostolus, q est finis pcepti, secundū q est de corde puro, conscientia bona, & fide nō hēta. Ipsa est plenitudo legis: ut dicit idē. Et saluator noster asserit, totā legē & prophetasq; pendere in duobus pceptis eius: dē. In dilectione Dei & pximi: q duo inuicē in uno sponso Ecclesie Iesu Christi, q simul est pximus & Deus, simul frater & Dñs, simul etiā rex & amicus, simul uerbu increatu & incarnatum, formator noster & reformator, alpha & ω. Qui etiā summus hierarcha est, purgans, illuminans, & pficiens sponfam. scilicet totā Ecclesiam, & quālibet animā sanctā. De hoc igit hierarcha & ecclesiastica hierarchia, est tota sacra scriptura: per quā docemur purgari, illuminari, & pfici, & hoc secundū triplicē legē in ea traditā. scilicet nature, scripturę, & gratiæ. Vel potius secundū triplicē partem eius principālē. scilicet legē Moisaicā purgantē, reuelationem prophetiā illustrantē, & eruditionē euangelicā perficientē. Vel potissimū secundū triplicē eius intelligentiā spūalē. scilicet tropologicā, q purgat ad honestatē uitę: allegoricā, q illuminat ad claritatē intelligentię, & anagogicā, q perficit p excessus mentales, & sapiētia perceptiones suauissimas, secundū tres uirtutes pdictas theologicas, & sensus spūales reformatos, & excessus tres supradictos, & actus mentis hierarchicos, quibus ad interiora regredit mens nostra, ut ibidē speculet Deum in splendoribus sanctorū: & in eisdē tanquā in cubilibus dormiat in pace & requiescat, spūso aduante q nō excitef donec de eius uolūte procedat. Ex his aut duobus gradibus medijs, p quos ingredimur ad cōtemplandū Deū intra nos, tanq in speculis imaginū creatarū: & hoc quasi ad modū alarum expandarū ad uolandū, quę tenebant mediū locū, intelligerōe psumus, q in diuina manu ducimur p ipsius animę rationalis potentias, naturaliter insitas, quantum ad earū operationes, habitudines, & habitus scientiales: secundū q apparet ex tertio gradu. Manu ducimur etiam p ipsius aie potētias reformatas, & hoc gratuitis uirtutibus sensibus spūalibus, & mētalibus excessibus: sicut patet ex quarto. Manu ducimur nihilominus p hierarchicas operationes. scilicet purgationis, illuminationis, & pfectionis mentiū humanarum: per hierarchicas reuelationes sacrarū scripturarum nobis p angelos datarū: secundū illud Apostoli, q lex data est p Angelos in manu mediatoris. Et tandē manu ducimur p hierarchias & hierarchicos ordines, q in mente nostra disponi habēt inslar superne Hierusalē. Quibus omnibus luminibus intellectualibus mens nra repleta a diuina sapiētia, tanq domus Dei inhabitatur, effecta Dei filia, sponsa, & amica: effecta Christi capitis mēbrum, soror, & cohæres: effecta nihilominus Spiritus sancti tēplū, fundatū p fidem, eleuatū per

Ad Ti. 1.

Manh. 22.

Ad Gal. 3.

spem, & Deo dedicatum per mentis & corporis sanctitatē. Quod totū facit syncerissima charitas Christi, q diffundit in cordibus nostris, p Spiritum sanctū qui datus est nobis, sine quo spiritu scire nō possumus secreta Dei. Sicut enim quę sunt hominis nemo scire pot, nisi spūs hois q est in illo: ita & quę sunt Dei, nemo scit nisi Spiritus Dei. In charitate igit radicemur & fundemur, ut possimus comprehendere cum omnibus sanctis, quę sit longitudo aternitatis, quę latitudo liberalitatis, quę sublimitas maiestatis, & quod profundum sapientię iudicantis.

De speculatione diuina unitatis, per eius nomen primum quod est esse. Cap. V.

Quoniam autem contingit contemplari Deum, non solum extra nos, & intra nos, uerum etiam supra nos. Extra nos per uelutium, intra nos p imaginem, & supra nos per lumen, quod est signatu supra mentē nostrā: quod est lumen ueritatis aternę, cum ipsa mens nra immediate ab ipsa ueritate formetur. Qui exercitati sunt in primo modo, intra ueritē iam in atriu ante tabernaculū: qui uerō in secūdo, intrauerunt in sancta: q aut in tertio, intrant cū summo Pōtifice in sancta sanctorū: ubi supra arcā sunt cherubin glorię, obubrantiā propitiatoriu, per q intelligimus duos modos seu gradus cōtēpladi Dei, inuisibilia & aterna, quorū unus uersat circa Dei essentialia, alius uerō circa propria psonarū. Primum modus primō & principaliter desigat aspectū in ipsum esse, dicens: q est, est primū nomen Dei. Secundus modus desigat aspectū in ipsum bonū: dicens, hoc esse primū nomen Dei. Primum spectat potissimē ad uetus testamentū, quod maxime p dicit diuina essentię unitatē. Vnde dictū est Mosi. Ego sum qui sum. secundum ad nouum quod determinat personarū pluralitatem, baptizando in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ideo magister noster Christus uolens adolēscētem, qui seruauerat legem, ad euangelicam leuare pfectionem: nomen bonitatis Deo principaliter & p cise attribuit. Nemo (inquit) bonus nisi solus Deus. Damascenus igitur sequens Mosē dicit, q qui est, est primū nomen Dei. Dionysius sequens Christum dicit, q bonum, est primū nomen Dei. Volens igitur contemplari Dei inuisibilia, quo ad essentię unitatem, primō desigat aspectum in ipsum esse: & uideat ipsum esse adeo in se certissimum, q non potest cogitari nisi in plena fuga non esse: sicut & nihil in plena fuga esse. Sicut igitur omnino nihil, nihil habet de esse, nec de eius conditionibus: sic econtra, ipsum esse nihil habet de non esse, nec actu, nec potentia, nec secundū ueritatē rei, nec secundū estimationē nram. Cū aut nō esse priuatio sit essendi, nō cadit in intellectu nisi p esse: esse autē non cadit per aliud, quia omne quod intelligit, aut intelligit ut nō ens, aut ut ens in potētia, aut

Exodi. 3.

Marth. 10.

Esse, & bonum, sunt nomina Dei, & eē Dei primō contēplandum uenit.



ut ens in actu. Si igitur non ens non potest intelligi nisi per ens, & ens in potentia non nisi per ens in actu: & esse nominat ipsum purum actum entis: esse igitur est quod primo cadit in intellectu, & illud esse est quod est purus actus. Sed hoc non est esse particulare, quod est esse arctatum, quia permixtum est cum potentia, nec esse analogum, quia minime habet de actu, eo quod minime est. Restat igitur quod illud esse, est esse diuinum. Mira igitur est cecitas intellectus, qui non considerat illud quod prius uidet, & sine quo nihil potest cognoscere. Sed sicut oculus intentus in varias colorum differentias, lucem per quam uidet cetera, non uidet: & si uidet, non tamen aduertit: sic oculus mentis non strahit intentus in ista entia particularia ut uniuersalia, ipsum esse extra omne genus. (licet primo occurrat menti, & per ipsum alia) tamen non aduertit. Vnde uerissime apparet, quod sicut oculus uersperitilonis se habet ad lucem: ita se habet oculus mentis nostre ad manifestissima natura. Quia aduersus ad tenebras entium & phantasmata sensibilibus, cum ipsam lucem summi esse intuetur, uidetur sibi nihil uidere: non intelligens, quod ipsa caligo summa est mentis nostre illuminatio: sicut quando uidet oculus puram lucem, uidet sibi nihil uidere. Vide igitur ipsum purissimum esse si potes, & occurret tibi, quod ipsum non potest cogitari ut ab alio acceptum: ac per hoc necessarium cogitatur, ut omnimode primum: quod nec de nihilo, nec ab alio potest esse. Quid enim est per se, si ipsum esse non est per se, nec a se? Occurret etiam tibi, ut carens omnino non esse, ac per hoc ut nunquam incipiens, nunquam desinens, sed aeternum. Occurret etiam tibi, ut nullo modo in se habens nisi quod est ipsum esse, ac per hoc ut cum nullo compositum, sed simplicissimum. Occurret etiam, ut nihil habens possibilitatis, quia omne possibile aliquo modo habet aliqd de non esse: ac per hoc ut summum actualissimum. Occurret ut nihil habens defectibilitatis, ac per hoc ut perfectissimum. Occurret postremo, ut nihil habens diuificationis: ac per hoc ut summum unum. Esse igitur quod est esse purum, & esse simpliciter, & esse absolutum, est esse primum, aeternum, simplicissimum, actualissimum, perfectissimum, & summum unum. Et sunt haec ita certa, quod non potest ab intelligente ipsum esse, cogitari horum oppositum, & unum horum necessarium inferri aliud. Nam quia simpliciter est esse, ideo simpliciter primum, quia simpliciter primum, ideo non est ab alio factum, nec a seipso potuit, ergo aeternum. Item quia primum & aeternum, ideo non ex alijs, ergo simplicissimum, ideo nihil est in eo possibilitatis cum actu primum, & ideo actualissimum. Quia primum, aeternum, simplicissimum, actualissimum: ideo perfectissimum. Tali omnino nihil deficit, nec aliqua potest fieri additio. Quia primum, aeternum, simplicissimum, actualissimum, perfectissimum: ideo summum unum. Quod enim per omnimodam superabundantiam di-

Simile.

Simile.

Esse, quomodo intelligi debeat.

Esse, quomodo intelligi debeat.

ci, dicitur respectu omnium. Quod etiam simpliciter per superabundantiam dicitur, impossibile est ut conueniat nisi uni soli. Vnde si Deus noiat esse primum, aeternum, simplicissimum, actualissimum, perfectissimum, impossibile est ipsum cogitari non esse, nec esse nisi unum solum. Audi igitur Israel, Deus tuus, Deus unus est. Si haec uides in pura mentis simplicitate, aliquantulum perfunderis aeternae lucis illustratione. Sed habes unum subleueris in admirationem. Nam ipsum esse est primum & nouissimum, est aeternum & praesentissimum, est simplicissimum & maximum, est actualissimum & immutabilissimum, est perfectissimum & immensum, est summum unum & tamen omnimodum. Si haec pura mente miraris, maiore luce perfunderis, dum ulterius uides, quia ideo est nouissimum, quia primum. Quia non est primum, omnia operatur propter seipsum: & ideo necesse est quod sit finis ultimus, initium & consummatio, alpha & omega. Ideo est praesentissimum, quia aeternum. Quia non aeternum non finit ab alio, nec deficit a seipso, nec decurrit ab uno in aliud, ergo nec habet praeteritum, nec futurum, sed esse praesens tantum. Ideo maximum, quia simplicissimum. Quia non simplicissimum in essentia, ideo maximum in uirtute, quia uirtus quanta plus est unita, tanto plus est infinita. Ideo immutabilissimum, quia actualissimum. Quia non actualissimum est, ideo est actus purus. Et quod tale est, nihil noui acquirit, nihil habitum perdit, ac per hoc non potest mutari. Ideo immensum, quia perfectissimum. Quia non perfectissimum, ideo nihil potest cogitari ultra ipsum melius, nobilius, nec dignius, ac per hoc nihil maius, & omne tale est immensum. Ideo omnimodum, quia summum unum. Quia non summum unum, ideo est omnis multitudinis uniuersale principium. Ac per hoc ipsum est uniuersalis omnium causa efficiens, exemplaris & terminans, sicut causa essendi, ratio intelligendi, & ordo utendi. Est igitur omnimodum non sicut omnium essentia, sed sicut cunctarum essentiarum superexcellens, & uniuersalissima & sufficientissima causa. Cuius uirtus, quia summum unum in essentia, ideo summum infinitissima, & multiplicissima in effectibus. Rursus reuertentes dicamus, quia igitur esse purissimum & absolutum, quod est simpliciter esse, est primum & nouissimum, ideo est omnium origo & finis consummatus. Quia aeternum & praesentissimum, ideo omnes durationes ambit & intrat, quasi simul existens earum centrum & circumferentia. Quia simplicissimum & maximum, ideo totum intra omnia, & totum extra omnia, ac per hoc est sphaera intelligibilis, cuius centrum est ubique & circumferentia nusquam. Quia actualissimum, & immutabilissimum, ideo stabile manens, moueri dat uniuersa. Quia perfectissimum, & immensum, ideo est intra omnia, non inclusum, extra omnia, non exclusum, supra omnia, non elatum, infra omnia, non praestratum. Quia uero est summum unum & omnimodum, ideo est omnia in omnibus, quauis omnia sint multa, & ipsum non finit in unum, & hoc quia per simplicissimam unitatem, & serene simplicissimam ueritatem, sincerissimam bonitatem, est in eo omnis uirtuositas, omnis exemplaritas, & omnis comunicabilitas, ac per hoc ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Et hoc quia omnipotens, omnisciens, & omnimodum

Deut. 6.

Deus per se est omnibus.

Immutabilis.

Maiores omnibus.

Causa omnium.

Deus est sphaera cuius centrum est ubique & circumferentia nusquam.

omnimode bonum, quod perfecte uidere est esse beatum, sicut dicitur est Mosi. Ego ostendam tibi omne bonum.

De speculatione beatissime Trinitatis in eius nomine quod est bonum. Cap. VI.

Post considerationem essentialium, eleuatus est oculus intelligentiae ad conuentionem beatissime Trinitatis, ut alter cherub iuxta alterum statuatur. Sicut autem uisionis essentialium ipsum esse est principium radicale, & nomen per quod cetera innotescunt, sic contemplationis emanationum, ipsum bonum est principalissimum fundamentum. Vide igitur & attende, quomodo optimum quod simpliciter est, quo nihil melius cogitari potest, & hoc tale sic est, quod non potest cogitari non esse, quia omnino melius est esse quam non esse, sic est quod non potest recte cogitari, quin cogitet trinum & unum. Nam bonum dicitur diffusiuum sui. Summum igitur bonum summum diffusiuum est. Summa autem diffusio non potest esse, nisi sit actualis & intrinseca, substantialis & hypostatica, naturalis & uoluntaria, liberalis & necessaria, indeficiens & perfecta. Nisi igitur in summo bono eternaliter esset productio actualis, & consubstantialis, & hypostatica, quae nobilis, sicut est producens per modum generationis, & spirationis, ita quod sit aeternalis principij aeternaliter comprincipiantis, ita quod esset dilectus & condilectus, genitus, & spiratus, hoc est pater & filius & spiritus sanctus, nequaquam esset summum bonum, quia non summum se distanderet. Nam diffusio ex parte in creatura, non est nisi centralis uel punctualis respectu immensitatis bonitatis aeternae. Vnde & non potest aliqua diffusio cogitari maior illa, ea uidelicet in qua diffundens comunicat alteri totam substantiam & naturam. Non igitur summum bonum esset, si reuel intellectu illa carere posset. Si igitur potes mentis oculo cotereri puritatem bonitatis, quae est actus purus principij charitativae diligentis amore gratuito, & debito, & ex utroque permixto, quae est diffusio plenissima per modum naturae & uoluntatis, quae est diffusio per modum uerbi in quo omnia dicuntur, & per modum doni in quo cetera dona donantur, potes uidere per summam boni concubilitatem, necesse est trinitatem patris, & filij, & spiritus sancti. In quibus necesse est per summam bonitatem, esse summam comunicabilitatem, & ex summa concubilitate summam consubstantialitatem, & ex summa consubstantialitate summam configurabilitatem, & ex his summam coequalitatem, ac per hoc summam cotermitatem, quae unus est in altero necessario per summam circuncensionem, & unus operatur cum alio, per omnimodam indiuisionem substantiae & uirtutis, & operationis, ipsius beatissime Trinitatis. Sed cum haec contemplaris, uide ne te existimes comprehendere incomprehensibile, habes enim adhuc in his sex conditionibus considerare, quod uehementer in stuporem admirationis inducit oculum mentis nostrae. Nam ibi est summa comunica-

bilis cum personarum proprietate, summa consubstantialitas cum hypostatum pluralitate, summa configurabilitas cum discreta personalitate, summa coequalitas cum ordine, summa coaeternitas cum emanatione, summa cotermitas cum emissione. Quis ad tantorum mirabilium aspectum, non conturbatur admiratione? Sed haec omnia certissime intelligimus esse in beatissima Trinitate, si leuamus oculos ad superexcellens bonitatem. Si enim ibi est summa comunicatio & uera diffusio, uera est ibi origo & uera distinctio. Et quia totum comunicatur, non pars, idem ipsum datur quod habetur, & totum. Igitur emanans & producens, & distinguuntur proprietatibus, & sunt essentialiter unum. Quia igitur distinguuntur proprietatibus, ideo habent personarum proprietates, & hypostatum pluralitatem, & originis emanationem, & ordinem non posterioritatis, sed originis, & emissionem non localis mutationis, sed gratuite inspirationis, per rationem auctoritatis producentis, quae habet meritum respectu missi. Quia uero sunt unum substantialiter, ideo oportet, quod sit unitas in essentia, & forma & dignitate, & eternitate, & exsistentia, & in circumscribilitate. Dum ergo haec per se sigillatim consideras, habes unde ueritatem contempleris. Dum haec adiunctim confers, habes unde in admirationem altissimam suspendaris. Et ideo ut mens tua per admirationem in admirabilem ascendat contemplationem, haec simul sunt consideranda. Nam & cherubin hoc designant, quod se mutuo aspiciunt. Nec hoc uacat a mysterio, quod respiciebant se uerbi uultibus in propitiatorium, ut uerificetur illud quod dicit Dominus in Ioan. Haec est uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Nam admirari debemus non solum conditiones Dei essentialis & personales, sed uerum etiam per comparationem ad summi principij unionem Dei & hominis unitatem personae Christi. Si enim cherub es, essentialia Dei contemplando, & miraris quia simul est diuinum esse primum & nouissimum, aeternum & praesentissimum, simplicissimum & maximum seu circumscribitum, totum ubique, & nusquam comprehensum, actualissimum & nunquam motum, perfectissimum & nihil habens suum passum, nec diminutum, & tamen omnimodum, ut omnia in se habes, ut omnis uirtus, ut omnis ueritas, ut omne bonum. Respice ad propitiatorium & mirare, quod in ipso principium primum uictum est cum postremo, Deus cum homine sexto die formato, aeternum iudicium est cum homine temporali, in plenitudine temporum de uirgine nato, simplicissimum cum summo composito, actualissimum cum summo passio & mortuo, perfectissimum & immensum cum modico summo unum, & omnimodum cum indiuiduo composito, & a ceteris distincto, homine scilicet Iesu Christo. Si autem alter cherub es, personarum propria contemplando, & miraris comunicabilitatem esse cum proprietate, & consubstantialitatem cum pluralitate, configurabilitatem cum personalitate, coequalitatem cum ordine, aeternitatem cum productione, cotermitatem

Exo. 25.

Ioan. 17.

Multa mirabilia in unione naturae diuinae ad humanam reperiuntur.



tatem cum emissione, quia filius missus est a patre, & spiritus sanctus ab utroque: qui tamen semper est cum eis, & nunquam recedit ab eis. Respicit in propitiatorium & mirare, quia in Christo stat personalis unio cum trinitate substantiarum, & naturarum dualitate: stat omnimoda confusio cum pluralitate uoluntatum, stat Dei & hominis copradicatio cum pluralitate proprietatum, stat coadoratio cum pluralitate nobilitatum: stat coexaltatio super omnia cum pluralitate dignitatum, stat condemnatio cum pluralitate potestatum. In hac autem consideratione est perfectio illuminationis mentis, dum quasi in sexta die uidet hominem factum ad imaginem Dei. Si enim imago est similitudo expressiua, dum mens nostra contemplatur in Christo filio Dei (qui est imago Dei inuisibilis per naturam) humanitatem nostram tam mirabiliter exaltatam, tam ineffabiliter unitam: uidendo simul in unum primum & ultimum, summum & imum: circumferentiam & centrum, alpha & omega, causam & causam, creatorem & creaturam, librum. s. scriptum intus & extra: iam peruenit ad quandam rem perfectam, ut cum Deo ad perfectionem suam illuminationis, in sexto gradu quasi in sexta die perueniat: nec aliquid iam amplius restet nisi dies quietis, in qua per mentis excessum requiescat humanae mentis perspicacitas, ab omni opere quod patrarat.

De excessu mentali & mystico, in quo requies datur intellectui: affectu totaliter in Deum per excessum transeunte. Cap. VII.

His igitur sex considerationibus excursis, tanquam sex gradibus throni ueri Salomonis, quibus peruenitur ad pacem: ubi uerus pacificus in mente pacifica tanquam in interiori Hierosolyma requiescit: tanquam etiam sex alis cherubim, quibus mens ueri contemplatiui, plena illustratione supernae sapientiae ualeat sursum agi: tanquam etiam sex diebus primis in quibus mens exercitari habet, ut tandem perueniat ad sabbatum quietis. Postquam mens nostra contuita est Deum extra se, per uestigia & inuestigias, intra se per imaginem & in imagine: supra se per diuinam lucis similitudinem super nos relucens, & in ipsa luce, secundum quod possibile est secundum statum uiae & exercitium mentis nostrae: cum tandem in sexto gradu ad hoc peruenit, ut speculetur in principio primo & summo & mediatore Dei & hominum Iesu Christo, ea quorum similia in creaturis nullatenus reperiri possunt, & quae omnem perspicacitatem humani intellectus excedunt, restat ut haec speculando transcendat & transeat, non solum mundum istum sensibilem, uerum etiam semetipsam: in quo transitu Christus est uia & osium, Christus est scala & uehiculum, tanquam propitiatorium super arcam Dei collocatum: & sacramentum a saeculis absconditum. Ad quod propitiatorium qui aspicit, ple-

na conuersione uultus aspiciendo ad eum in cruce suspensum: per fidem, spem, & charitatem: deuotionem, admirationem, exultationem, appreciationem, laudem & iubilationem: pascha, hoc est transitum cum eo facit: ut per uirgam crucis transeat mare rubrum, ab Aegypto intrans desertum: ubi gulfus mannae absconditum, & cum Christo requiescat in tumulo, quasi exterius mortuus, sentiens tantum quantum possibile est secundum statum uiae, quod in cruce dictum est latroni coherenti Christo, Hodie mecum eris in paradiso. Quod etiam ostensum est beato Francisco, cum in excessu contemplationis in monte excelso (ubi quae scripta sunt meae tractatus) apparuit Seraph, sex alarum in cruce confixus: ut ibidem a socio eius (qui tunc cum eo fuit) ego & plures alij audimus, ubi in Deum transit per contemplationis excessum: & positus est in exemplum perfectae contemplationis, sicut prius fuerat actionis: tanquam alter Iacob mutatus in Israel, ut omnes uiros uere spirituales Deus per eum inuitaret ad huiusmodi transitum, & mentis excessum, magis exemplo quam uerbo. In hoc autem transitu si sit perfectus, oportet quod relinquatur omnes intellectuales operationes, & apex affectus totus transferatur & transformetur in Deum. Hoc autem est mysticum & secretissimum, quod nemo nouit nisi qui accipit: nec accipit nisi qui desiderat, nec desiderat nisi quem ignis Spiritus sancti medullitus inflammat, quem Christus misit in terram. Et ideo dicit Apostolus, hanc mysticam sapientiam esse per Spiritum sanctum reuelatam. Quae igitur ad hoc nihil potest natura, modicum potest industria, parum est dandum inquisitioni, & multum uentioni: parum dandum est linguae, & plurimum internae letitiae: parum dandum est uerbo & scripto, & totum Dei dono. Spiritus sancto: parum autem nihil dandum est creaturae, & totum creatrici essentiae patri & filio & Spiritui sancto: dicendo cum Dionysio ad Deum Trinitatem, Trinitas superessentialis, & superdeus & superoptime christianorum inspector theosophia: dirige nos in mysticorum eloquiorum superincognitum, & superlucentem, & supersublimissimum uerticem: ubi noua, & absoluta, & inconuersibilia, & incommutabilia theologiae mysteria: secundum superlucet absconditum occulte docetis silentij caligine, in obscurissimo quod est supermanifestissimum superplendet, & in qua omne relucet, & inuisibilem superbeatorum splendoribus, superimplentem inuisibiles intellectus: Hoc ad Deum. Ad amicum autem cui haec scribuntur dicatur cum eodem. Tu autem o amice circa mysticas uisiones corrobora te itinere, & sensus desere, & intellectuales operationes & sensibilia & inuisibilia: & omne non ens & ens, & ad unitatem (ut possibile est) inscius restituere ipsius quod est super omnem essentiam & scientiam, etenim teipso & omnibus immensurabili & absoluto pura mentis excessu, ad superessentialem diuinarum tenebrarum radicem, omnia deserens, & ab omnibus absolutus ascendas. Si autem quaeris quomodo haec fiant? interroga gratiam, non

Luc. 13. Beato Francisco in excessu contemplationis apparuit Seraph.

1. Cor. 4.

non doctrinam, desiderium, non intellectum, genitum orationis, non studium lectionis, sponsum, non magistrum Deum, non hominem, caliginem, non claritatem, non lucem, sed ignem totaliter inflammatem, & in Deum excessiuis uisionibus, & ardentissimis affectionibus transeantem. Qui quidem ignis Deus est, & huius caminus est in Hierusalem, & Christus homo hunc accendit in seruore suae ardentissimae passionis, quem solus ille uere percipit, qui dicit. Suspensum elegit anima mea, & mortem osula mea. Quam mortem qui diligit, uidere potest Deum, quae uerbiter uerum est. Non uidebit me homo, & uidebit. Moriamur ergo, & ingrediamur in caliginem, imponamus silentium solitudinibus, concupiscentiis, & phantasmatibus, transeamus cum Christo crucifixo ex hoc mundo ad patrem, ut ostenso nobis patre, dicamus cum Philippo, Sufficit nobis. Audiamus cum Paulo, Sufficit tibi gratia mea. Exultemus cum Dauid, dicentes. Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum. Benedictus Dominus in aeternum, & dicat omnis populus, fiat fiat.

Luc. 7.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

SERAPHICI DOCTORIS SANCTI BONAVENTURAE, IN PARVVM BONVM QVOD ALIAS INCENDIUM AMORIS DICITVR, VEL REGIMEN CONSCIENTIAE, VEL FONS VITAE, VEL ITINERARIUM IN BRIFVSVM.

Prologus.



Vigilans uero, animam meam tanquam frigiditate tenebrarum calefcere conor, quam in deuotione deserti scio incendi, & igni nimirum desiderio super terrigenas eleuari. Non enim in ocio aduenit mihi affluetia amoris aeterni, neque dum corporaliter fueram nimis aggrauatus, & fatigatus per itinere ardore ipsius spiritus potui sentire, aut et imoderate occupatus solacis uel cuidam ultimae disponsi deditus: immo me in talibus refrigescere deprehendi, donec iterum postpositis omnibus quibus exterius possem detineri, solummodo saluatoris aspectibus assistere contederem, in interitus odoribus inmorare. Ipsi ergo librum offero intuentium non philosophis, non mundi sapientibus, non magis theologis infinitis questionibus implicatis, sed rudibus & indoctis, magis Deum diligere, quam multa scire conantibus. Non enim disputando, sed agendo scietur ars amandi. Arbitror autem ea quae hic continentur, ab istis questionariis,

& in omni scientia summis, sed in amore Christi inferioribus non posse intelligi: unde nec eis scribere decreui, nisi post positum, & oblitis cunctis quae ad mandum pertinent, solis conditoris inardescant desideriis mancipati. Primum quidem ut omnem terrenam dignitatem fugiat, omnem ostentationem scientiae & uanam gloriam odiant: ac demum paupertati altissime se conformantes, orando, & meditando, diuinae dilectioni iugiter assistant. Sic nimirum apparebit eis in interioribus igniculus quidem uirtutis increare, & componens cor eorum ad capiendum calorem, quo cuncta caligo consumetur: eleuabit eos in ardorem amabilem & amenissimum, ut temporalia transcendant, & thronum teneant in termino tranquillitatis. Quod enim scientiores sunt, eo aptiores sunt uel essent ad amandum, si uere spernerent seipsum, & ab aliis sperni gauderent. Proinde quia hic uniuersos exercito ad amorem, amorisque superferuidum ac supernaturalem affectum: utrumque ostendere conabor, istius libri titulus, incendium amoris dicatur.

De triplici modo se exercendi circa triplicem uiam sapientiae: & primo de meditatione, particula prima.

Ecce descripsi eam tibi tripliciter, ait sapiens. Cum omnis scientia debeat gerere Trinitatis insignem, praecipue illa scientia quae in sacra scriptura docetur, debet in se representare vestigium Trinitatis. Propter hoc sapiens eam tibi tripliciter descripsisse dicit, propter triplicem ipsius intellectum spiritualem, morale, scilicet allegoricum, & anagogicum. Hic autem triplex intellectus respondet triplici actui hierarchico: scilicet purgationi, illuminationi, & perfectioni. Purgatio autem ad pacem ducit. Illuminatio ad ueritatem. Perfectione ad charitatem. Quibus perfecte adeptis, anima beatificatur, & secundum hoc quod circa haec versatur, suscipit meriti incrementum. In horum igitur trium cognitione, dependet scientia totius theologiae, & meritum uitae aeternae. Sciendum ergo est, quod triplex est modus exercendi se circa hanc triplicem uiam: scilicet, legendo, meditando, & orando. Lectio est diffusior: meditatio est breuior: oratio est compendiosior. Lectio enim huius triplicis uiae totam continet sacram scripturam, immo ferè omnem sanam doctrinam, sicut ostensum est supra, in tractato de reductione omnium artium ad theologiam. Quidam alius liber habet sic. Sciendum igitur, quod triplex est modus exercendi se circa hanc triplicem uiam, scilicet meditando, orando, & contemplando. Primum meditationis formam breuiter libeat intueri. Sciendum ergo, quod tria sunt in nobis, secundum quorum usum in hac triplici uia exercemur: scilicet, Stimulus conscientiae, radius intelligentiae, & igniculus sapientiae. Si ergo vis purgari, uerte ad conscientiam

Prou. 22.



...stimulum. Si illuminari, ad intelligentiam radium. Si perfici, ad sapientiam igniculum secundum consilium beati Dionisii ad Titum: ubi est hortatur dicens. Verte te (inquit) ad radium &c. Ad stimulum conscientiae debet homo exercere se ipsum, hoc modo meditando in via purgativa: scilicet ut primo seipsum exasperet, Secundo exacuatur, Tertio dirigatur. Nam exasperandus est recordatione peccati, exacuendus circumspicione sui, & retificandus consideratione boni. Peccari autem recordatio debet esse in hunc modum. Ut arguat se animus, de multiplici negligentia, concupiscentia, & nequitia. Fere enim omnia peccata & mala nostra, siue contracta, siue acta: reduci possunt ad haec tria. Circa negligentiam autem attende, quod primo debet cogitare homo, si in se fuerit negligentia cordis custodiendi, temporis expendendi, & finis intendendi. Haec enim tria sunt ab omnibus summa cum diligentia abseruanda: scilicet, ut cor bene custodiat, ut tempus utiliter expeditur, et finis debitus in omni opere praefigatur. Secundo debet homo cogitare si negligens fuerit in oratione, in lectione, & in boni operis executione. In his tribus debet unusquisque diligenter ac sollicitudine se exercere, & excellere, ut possit fructum bonum dare in tempore suo: eo quod unum horum sine altero nequaquam sufficiat. Tertio debet cogitare sollicitudine, si negligens fuerit ad penitendum, ad resistendum & ad proficiendum. Debet enim unusquisque cum summa diligentia deslere culpam commissam. Repellere tentationem diabolicam, Proficere de una virtute in aliam, ut sic possit pervenire ad terram promissam. Circa concupiscentiam autem debet cogitare homo, si in eo vivat concupiscentia voluptatis, curiositatis, & vanitatis, quae sunt radices totius mali. Primo igitur recogitanda est concupiscentia voluptatis, quae tunc in homine vivit, si fuerit in eo appetitus delicium, mollium, & carnalium. Hoc est si homo querat cibaria saporosa, vestimenta delictiosa, & oblectamenta luxuriosa. Quae omnia non solum reprehensibile est appetere cum consensu, sed et debet homo respuere primo motu. Secundo recogitanda est concupiscentia curiositatis, si vivat uel uixerit in homine. Hoc autem deprehenditur, cum quis appetit scire occulta, videre pulchra, & habere chara. In omnibus his est vitium avaritiae & curiositatis. Multum reprehensibile est hoc in homine. Tertio recogitanda est concupiscentia vanitatis, quae tunc vivit in homine, si in eo fuerit appetitus favoris, laudis, & honoris. Quae omnia vana sunt, & hominem vanum reddunt: & ita fugienda sunt sicut concupiscentia mulierum. Et de omni tali debet conscientia arguere cor humanum. Circa nequitiam autem debet cogitare homo si in se uigeat, uel aliquando niquerit iracundia, invidia, & aedia. Quae faciunt hominem nequam. Primo cogitanda est iracundia nequitia, quae consistit in animo, insigno,

& in uerbis. Vel in corde, in facie, et in clamore. Vel in affectu, in actu, & effectu. Secundo cogitanda est nequitia invidia, quae in aliena prosperitate tabescit, in aliena aduersitate hylarescit, & in aliena mendicitate refrigescit. Tertio recogitanda est nequitia aedia, ex qua oriuntur suspitiones, mala, cogitationes blasphemae, & detractiones malignae. Omnis enim talis nequitia admodum detestanda est. Ex hac trifaria recordatione tripliciter debet exasperari stimulus conscientiae, & amaricari anima: ut possit homo consequi salutem. Viso qualiter exasperari debet stimulus conscientiae in recordatione peccati, uideendum est aequaliter sit exacuendus stimulus in circumspicione sui. Tria autem debet homo circa se circumspicere: scilicet, diem mortis imminentem, sanguinem Christi recentem, & faciem iudicis presentem. In his tribus acuitur stimulus conscientiae contra omne malum. Primo namque acuitur dum considerat homo diem mortis, quia est indeterminabilis, inquitabilis, & irreuocabilis. Quem si diligenter inspicat, diligentissime laborabit, ut dum tempus habet purgetur ab omni negligentia, & concupiscentia, & nequitia. Quis enim moraretur in culpa, qui non est certus de die crastina? Secundo acuitur dum considerat homo sanguinem Christi effusum pro humano corde excitando, pro eodem ablundo, & pro ipso molificando. Vel effusum pro humana immunditia mundificando, pro humana morte uiuificando, & pro humana ariditate fecundando. Quis enim tam hebes, ut permittat in se regnare culpam negligentiam, concupiscentiam, uel nequitiam, qui cogitat se persusum illo precioso sanguine. Tertio acuitur dum considerat homo faciem iudicis, quae est infallibilis, inflexibilis, & infugibilis. Nullus enim potest aliquo modo fallere eius sapientiam. Flectere iustitiam. Effugere iudicium. Quia ergo nullum bonum irremuneratum, nullum malum impunitum, quis non acuetur ex hac consideratione contra omne malum? Post haec uideendum est, quomodo stimulus conscientiae sit rectificandus in consideratione boni. Tria autem sunt bona meditanda in quorum acquisitione rectificatur stimulus conscientiae, scilicet, strenuitas contra negligentiam, seueritas contra concupiscentiam, & benignitas contra nequitiam. His enim tribus habitis, sit conscientia bona, munda, & recta. Et hoc est quod dicitur in Michae. Indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum deo tuo. In quibus uerbis tanguntur illa tria praedicta. Similiter & Dominus haec eadem tangit in Luca di. Sint lumbi vestri praecincti. Primo igitur inchoandum est a strenuitate, quae uiam praebet aliis. Licet autem eam sic describere. Strenuitas est quidam uigor animi, excuties omnem negligentiam, & disponens animam ad faciendum bona opera. Vigilanter, confidenter, elegantor.

elegantior. Haec est quae uiam praebet ad omnia bona sequentia. Secundo sequitur seueritas, quae est quidam uigor animi restringens omnem concupiscentiam, & habitans animam: ac feruentem reddens eam ad amorem asperitatis, paupertatis, & utilitatis. Tertio sequitur benignitas, quae est quidam dulcor animae, excludens omnem nequitiam, & habitans animam, ad beneuolentiam, tolerantiam, & ad internam letitiam. Et hic est terminus purgationis secundum uiam meditationis. Nam omnis conscientia munda, laeta est, & iucunda. Qui igitur uult purgari, uertat se modo praedicto ad stimulum conscientiae. In praedicta tamen exercitatione a quolibet praemissorum potest inchoari nostra meditatio. Tria secundum est etiam ab uno in aliud, & tandem immorandum, quousque tranquillitas & serenitas acquiratur & percipiatur, ex qua oritur spiritualis iucunditas. Quae adepta, promptus est animus ut sursum tendat. Incipit ergo uia ista a stimulo conscientiae, & terminatur in affectum spiritualis letitiae, exercetur in dolore, & consummatur in amore.

De uia illuminatiua. Cap. II.

Secundo loco post uiam purgatiua, sequitur illuminatiua. In qua se debet homo exercere ad radium intelligentiae, hoc ordine. Nam radius intelligentiae est primo protendendus ad mala dum ista. Secundo dilandus, ad beneficia commissa. Tertio reflectendus, ad praemia promissa. Protenditur autem radius intelligentiae ad mala dimissa, dum sollicitudine praesentur mala quae Dominus indulsit; quae tot sunt, quot sunt peccata quae commissimus, & tam magna, quantis eramus malis afflicti, & quantis bonis priuari. Et haec meditatio satis patet ex praecedenti. Nae hoc solum attendendum est, quanta mala commissimus, sed etiam considerandum est, in quanta mala incidissemus, si Dominus permisisset. Et cum haec diligenter pensant, per radiu intelligentiae tenebrae nostrae illuminantur. Et talis illuminatio conueniens debet esse gratitudinis affectionis, alioquin non est illuminatio celestis, ad cuius splendorem uidemus sequi calorem. Vnde gratia hic agenda sunt pro dimissione malorum commissorum, uel possibilium committi, in firmitate, necessitate, & uoluntatis peruersitate. Secundo uideendum est, qualiter iste radius intelligentiae dilatatur in consideratione beneficiorum commissorum, quae quidem sunt in triplici genere. Quaedam enim spectant ad complementum naturae, quaedam ad adiutorium gratiae, & quaedam ad donum superabundantiae. Ad complementum naturae spectat, quod dedit Deus ex parte corporis, scilicet, membra integritatem, complexionis sanitatem, & sextus nobilitatem: ex parte sensus, uisum perspicuum dedit, Auditum acutum, & sermonem discretum: ex parte animae, ingenium

clarum, iudicium rectum, & animum bonum dedit. Ad adiutorium autem gratiae spectat primo, quod dedit gratiam baptismalem, quae deletur culpa, restituitur innocentia, & confertur iustitia. Et per hoc dignum facit uita aeterna. Secundo, quod dedit gratiam penitentialem quantum ad animi uoluntatem, temporis opportunitatem, & religionis sublimitatem. Tertio quod dedit gratiam sacerdotalem, per quam fecit dispensatores doctrinae, dispensatores indulgentiae, & dispensatores eucharistiae. In quibus oibus secundum plus & minus dispensantur uerba uita. Ad donum autem superabundantiae spectat, quod primo dedit totum mundum, scilicet, inferiora ad obsequium, paria ad meritum, & superiora ad patrocinium. Secundo dedit filium suum, & hoc in fratre & amico, in praecium nostrum, & in cibum quotidianum. Primum in incarnatione, secundum in passione, & tertium in altaris consecratione. Tertio dedit Spiritum sanctum, & hoc in signaculum acceptationis, in priuilegium adoptionis, & in anulum desponsationis. Et per hoc fecit animam christianam, uere suam amicum, filium, & sponsam. Haec omnia sunt mira, & ineffabilia, & in eorum meditatione ad modum sponsae anima debet esse Deo grata. Tertio circa uiam illuminatiuam, uideendum est qualiter iste radius intelligentiae per meditationem est reflectendus: ut ad fontem totius boni reuertatur, recogitando praemia promissa. Considerandum est ergo sollicitudine, & frequenter pensanda: quod Deus qui non mentitur: credentibus diligentibus se promissit ueraciter amotionem omnium malorum: associationem omnium sanctorum, & impletionem omnium desideriorum in seipso, qui origo est & finis omnium bonorum. Qui est tantum bonum, quod excedit omnem petitionem, omnem desiderij dilatationem, & omnem estimationem. Et nos tamen bono dignos reputat, si diligimus & appetimus eum super omnia, & propter se: et ideo cum omni desiderio & affectu ac beneuolentia, debemus in ipsum tendere.

De uia unitiua & perfectiua. Cap. III.

Postremo sequitur, qualiter nos exercere debemus ad igniculum sapientiae. Hoc autem faciendum est hoc ordine. Quia iste igniculum sapientiae sollicitudine ac diligenter est primo congregandus, secundo inflammandus, & tertio subleuandus. Congregatur autem, per reductionem affectionis ab omni amore creaturae. A cuius amore reuocari debet affectio. Quoniam amor creaturae non proficit, & si proficit non reficit, & si reficit, non sufficit. Ideo omnis amor talis ab affectu debet omnino elongari. Secundo inflammandus est igniculus iste, & hoc ex conuersione affectionis super amorem ad seipsum, uel ad affectum supernorum ciuium, uel ad ipsum sponsum.

Michae

Luc. 12.

Strenuitas



sponsum. Tunc aut hoc fit quando attendit, q̄ p hunc amorem potest in nobis suppleri ois indigentia, & q̄ per amorem est in beatis ois boni abundantia, & q̄ per amorem habetur ipsius summi desiderabilis presentia. Hæc enim sunt, quæ affectum inflammant. Tertiò subleuandus est igniculus iste, & hoc supra omne sensibile, imaginabile, & intelligibile, hoc ordine, ut homo immediate de iplo quem perfecte optat diligere, primò meditando cõscat, quòd ille quem diligit, non est uisibilis, audibilis, nec odorabilis. Immo totus gustabilis, tãgibilis, aut sensibilis, & desiderabilis. Secũdò cogitet, q̄ ille quem diligendo querit, non est terminabilis, figurabilis, numerabilis, circũscriptibilis, commutabilis, aut imaginabilis, sed totus desiderabilis. Tertiò cogitet, q̄ ille quem diligit, non est demonstrabilis, distinctibilis, opinabilis, estimabilis, inuestigabilis, aut intelligibilis, sed totus desiderabilis: Ex his autem liquidè patet, qualiter ad sapientiam sacre scripture perueniri potest, meditando scilicet, circa uiam purgatiuam, illuminationem, & perfectiuam. Et non solum sacre scripture continentia, immò ois meditatio nostra debet uersari circa ista. Nam omnis meditatio sapientis, aut est circa opera humana, cogitando scilicet quid homo fecerit, & quid debeat facere, & quæ sit ratio mouens: Aut circa opera diuina, cogitando scilicet quanta Deus homini commiserit, q̄ oia fecit propter hominem, quanta dimiserit, & quanta repromiserit, & in hoc clauduntur opera creationis, reparationis, & glorificationis. Aut circa utrorumq; principia, quæ scilicet sunt Deus & anima, qualiter hæc ad inuicem sunt copulanda. Et in hoc debet stare omnis meditatio nostra, quia est finis omnis cognitionis, & operationis, & est sapientia uera, in qua est cognitio per ueram experientiam. In huiusmodi autem meditatione, tota anima nostra debet esse intenta secundum uires suas, scilicet secundum rationem, & synderesim, conscientiam & uoluntatem. Nam in huiusmodi meditatione, ratio percunctando affert propositionem, synderesis sententiando profert diffinitionem, conscientia testificando infert conclusionem, & uoluntas præeligendo desert solutionem. Verbi gratia. Si quis uelit meditari circa uiam purgatiuam, debet ratio querere, quid debeat fieri de homine, qui templum Dei uiolauit: Synderesis respondet, quòd aut debet disperdi, aut lamentis penitentiæ purgari. Conscientia assumit. Tu es ille, ergo uel oportet te damnari, aut stimulis penitentiæ affligi. Deinde uoluntas præeligit, scilicet quòd recusat damnationem æternam, & assumit uoluntariè penitentiæ lamenta. Iuxta hunc modum in uis aliis incedendum est.

Sequitur de oratione quò per eam ueniat ad sapientiam sacre scripture. parti. II.

Postq̄ diximus qualiter ad sapientiam uerã peruenitur, legendo & meditando, uidentum est nunc, qualiter ad ipsam peruenitur orando. Sciendum autem est, q̄ in oratione sunt tres gradus, siue partes ipsam perficientes: quorum primus est, deploratio miserix: secundus, imploratio misericordix: & tertius, exhibitio latriæ. Latriæ autem cultu Deo exhibere non possumus, nisi ab eo gratiam consequamur. Misericordiam uerò Dei ad dandam gratiam non possumus inflectere, nisi per deplorationem & expositionem nostræ miserix, & indigentix. Nam omnis perfecta oratio, debet habere istas tres partes. Non enim sufficit vna sine altera, nec perducit ad metam perfectam, & ideo hæc tria sunt semper iungenda. Deploratio autem miserix circa quamcumq; miseriam fit, siue pro perpetrata culpa: siue pro amissione gratix, siue pro dilatione gloriæ, hæc tria debet habere scilicet dolorè, pudorem, & timorem. Dolorè propter damnum, siue incommodum. Pudorè propter obprobrium siue in honestum. Timorem propter periculum siue reatum. Ex memoria enim præteritorum oritur dolor, dum recordatur. Quid omisit, quia præcepta iustitiæ. Quid commisit, quia prohibita culpæ. Quid amisit, quia gratuita uita. Ex intelligentia presentium oritur pudor, dum attendit. Vbi sit, quia longe in simo, quæ fuerat pulchra imago. Quæ sit, quia ancilla, quæ fuerat libera. Ex pro uidentia futurorum oritur timor, dum præcogitat. Quo tendat, quia ad inferos properat gressus eius. Quid occurrat, quia iudicium inquitabile, instum tamen. Quid assequatur, quia stipendium mortis æternæ. Imploratio autem misericordix: circa quamcumq; gratiam inuocatur, debet esse. Cum affluentia desiderij, quòd habemus à spiritu sancto, qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Cum fiducia spei, quam habemus à Christo, quia mortuus est pro nobis omnibus. Cum diligentia implorandi subsidij, quòd querimus à sanctis omnibus. Quando enim hæc tria concurrunt, tunc imploratur efficaciter diuina misericordia. Affluentiam desiderij habemus à spiritu sancto, quia per ipsum sumus à patre in filio prædestinati eternallyter, per ipsum sumus renati in baptismo spiritualiter: & quia per ipsum sumus congregati in Ecclesia vna nimirum. Confidentia spei habemus à Christo Domino, quia pro nobis obrulit se in cruce in terra, quia pro nobis offertur à matre Ecclesia in sacramento altaris, in sui memoriam: & quia pro nobis apparet uultui patris in celo in gloria. Diligentiam implorandi subsidij à sanctorum consortio habemus, ab angelorum ministrantium patrocinij, à beatorum

triumphantium suffragiis, & à iustorum militantium meritis. Exhibitio autem latriæ ex quacumq; gratia Deus colatur, debet habere tria. Primò enim ob gratiam impetrandam, debet cor nostrum incuruari ad Dei reuerentiam, & adorationem. Secundo debet dilatari ad beneuolentiam, & gratiarum actionem. Tertiò debet eleuari ad complacentiam, & mutuam allucutionem. Quæ est sponsi & sponsæ, quam docet spiritus sanctus in canticis. In qua si recto ordine fiat, mira est exultatio & iubilatio: ita ut ducatur homo in excessum, & faciat animam dicere. Bonum est nos hic esse. Et hic debet oratio nostra terminari. Nec ante debet homo desistere, donec ingrediatur in locum tabernaculi admirabilis, usq; ad domum Dei: ubi in uoce exultationis est sonus epulantis. Ut autem incurueris ad reuerentiam, admira te immensitatem diuinam, & in tuere modicitatem tuam. Ut dilataris ad beneuolentiam, attende benignitatem diuinam, & uide indignitatem tuam. Ut eleueris ad complacentiam, recogita charitatem diuinam, & considera tepiditatem tuam: ut ex huius collatione peruenias in excessum mentis. Sciendum autem, q̄ reuerentiam debemus exhibere Deo, tripliciter. Primo tãquã patri, à quo formati, reformati, & educati. Secundo tãquã patri à quo eruti de ore inimici, redempti de carcere inferni, & conducti in uincam Domini pro munere Paradisi. Tertiò debemus exhibere Deo reuerentiam, tanquã iudici, coram quo accusati, accusat enim clamor conscientix, coram quo conuicti: conuincit enim euidentia uitæ, & quorum quo conselsi: confitetur enim aspectus diuina sapientix, unde contra nos de ture debeat sententia proferri. Et prima quidem reuerentiam debet esse magna, secunda maior, tertia maxima. Unde prima est ad modum inclinationis, secunda ad modum genuflexionis, & tertia ad modum prostrationis. In prima nos subiecimus, in secunda nos deiecimus, in tertia nos abiicimus. In prima reputamus nos paruos, in secunda minimos, in tertia uerò nullos. Beneuolentiam autem debemus simili modo Deo tripliciter exhibere: scilicet magnam, maiorem, & maximam: magnam consideratione infirmitatis nostræ; maiorem, consideratione magnitudinis gratix sue, & maximam, consideratione immensitatis misericordix suæ: & magnam pro commissis, maiorem pro dimissis, & maximam, pro promissis. Vel magnam, pro complementis naturæ, maiorem, pro indumentis gratix, maximam, pro donis supererogantiæ, prima cor extenditur, in secunda aperitur, ut in Can. dñi. Apert mihi soror mea, & in tertia effunditur. Ut in The. dñi. Effunde sup aquã cor tuũ ante conspectu Domini. Complacentiam autem triplici modo debemus Deo exhibere toto corde. Primò ut sic coaptetur complacentia no-

stra ad deum, ut unicuique placeat, quòd solum Deus placeat sibi. Secundo ut ei hoc placeat, quòd ipse placeat ad soli Deo. Tertiò ut ei hoc placeat, quòd in hac complacentia ceteri communicent. In prima est magna, in secunda maior, & in tertia maxima. In prima est amor gratuitus, in secunda est amor debitus, & in tertia est amor ex utroque permixtus. In prima crucifigitur mundus homini, in secunda crucifigitur homo mundo, & in tertia crucifigitur homo pro mundo: ut pro omnibus uelit homo mori, ut & ipsi placeant Deo. Et hic est gradus, & status perfectæ charitatis, ante cuius assecutionem nemo debet se estimare perfectum. Tunc autem hanc perfectionem homo assequitur, quando cor suum inuenit non solum uoluntarium, sed etiam auerisimum ad moriendum pro salute proximorum secundum, quòd Apostolus dicebat. Libentissimè impendar, & superimpendar ego ipse pro animabus uestris. Ad hanc perfectam dilectionem proximi non peruenitur, nisi prius perueniatur ad perfectam dilectionem Dei, propter quem diligitur proximus, qui non est diligendus nisi propter Deum. Et propterea ad intelligendam perfectionem in dilectione Dei, sciendum est, quòd sex sunt gradus, quibus paulatim & ordinate proceditur, ut ad perfectionem perueniatur. Quorum primus est suauitas, secundus auditas, tertius saturitas, quartus ebrietas, quintus securitas, & sextus tranquillitas. Primus itaque gradus est suauitas, ut homo addiscat gustare quam suauis est Dominus. Et hoc quidem fit vacando, & sabbatizando ei per sanctas meditationes, secundum quòd dicitur in Psal. Reliquix cogitationis diem festum agent tibi. Quòd quidem fit, quando meditationes circa amorem Dei, suauitatem pariunt in corde. Secundus gradus est auditas, quando scilicet anima assuefieri coepit circa illam suauitatem, & nascitur in ea tanta esuries, ut nihil possit eam reficere, nisi eum quem amat possederit perfectè. Quòd quia non potest in presenti attingere, quia ad huc longè est: continè excedit & egrediet extra per amorè extaticum, clamans & dicens illud beati Iob. Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. Et illud Psal. Quemadmodu desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Tertius gradus est saturitas, quæ oritur ex ipsa auditate. Qui enim uehementissimè Deum desiderat, & sursum fertur, iam omne quòd deorsum uidet, uertitur ei in fastidium. Unde quasi saturatus, non potest refectionem inuenire in aliquo, citra ipsum dilectum. Et sicut saturatus si cibum sumat, incurrit potius abominationem quam refectionem, sic in hoc gradu charitas facit circa omne creatum: unde dicit sapiens. Anima saturata calcabit fauim. Quartus gradus

ad Cor. 12.

psal. 75.

Io b. 7. psal. 41.

Prou. 27.



das est ebrietas, que oritur ex saturitate. Ebrietas autem in hoc consistit, quod quis tanto amore diligat Deum, ut iam non solum fastidiat solatium terrenum, sed etiam delectetur & querat tormentum pro solatio: & amore illius quem diligit, delectetur in penis, obprobriis, & flagellis cum Apostolo. Vnde sicut ebrius seipsum denudat sine pudore, & sustinet plagas sine dolore: sic in isto intelligendum est. Vnde. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habitus sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Quintus gradus est securitas, qua oritur ex ebrietate. Ex hoc enim quod anima sentit se tantum amare Deum, quod libenter sustinet propter ipsum omne damnum & omne obprobrium: iam foras mittitur timor, & tantam concipit animam spem de adiutorio Dei, ut nullo modo existimet se posse separari ab eo. In hoc gradu erat Apostolus cum dicebat. Quis nos separabit a charitate Christi? &c. Certus sum enim, quia neque mors neque vita &c. poterit nos sperare a charitate Dei: que est in Christo Iesu Domino nostro. Sextus gradus est vera & plena tranquillitas, per quam est tanta pax & requies in anima, ut quodammodo sit in silentio, & somno, & uelut in arca Noe collocata: ut nullo modo perturbetur. Quis enim potest inquietare mentem, quam nullus cupiditas stimulus inquietat, & nullus timoris aculeus agitat? In ista mente pax est, & status ultimus, & quies, & ibi requiescit verus Salomon: quoniam in pace factus est locus eius. Et ideo ualde conuenienter isti gradus significantur per illos sex gradus, quibus ascendebatur ad thronum Salomonis. Et propter hoc dicitur in Canti. Ascensum purpureum media charitate constrauit. Quia impossibile est ad istam tranquillitatem pertingere, nisi per charitatem. Hac autem acquisita, facillimum est homini facere oem quod est perfectio nis: siue agere siue pati, siue uiuere siue mori. Studeendum est igitur ad perfectum charitatis, cum profectus eius inducat perfectionem omnis boni & complementum. Ut igitur sint ad manum predicta differentia, nota, quod qui ad hanc perfectionem uult proficere, debet per meditationem stimulum conscientie primo exasperare, exacuere, & rectificare. Et sic ad radium intelligentie transire, ipsum protendendo, dilatando, & reflectendo. Et sic ad igniculum sapientie transire, ipsum congregando, inflammando, & subleuando. Et sic per orationem primo debet deplorare miseriam suam, cum dolore propter damnum, cum pudore propter obprobrium, & cum timore propter periculum. Secundo debet implorare diuinam misericordiam, cum uehementia desiderij per spiritum sanctum, cum fiducia spei per Christum crucifixum, & cum assistentia patrocinij per sanctorum suffragium. Tertio debet exhibere latriam, exhibendo Deo

1. Cor. 13.

Actu. 5.

Ad Ro. 8.

3. reg. 10. & 2. Paral. 9. Cant. 3.

Reuerentiam, beneuolentiam, & complacentiam. Ut primo ex parte Dei procedat admiratio diuina, quasi maior propositio. Secundo ex parte nostra sequatur consideratio, quasi assumptio. Tertio fiat latria plena exhibitio, quasi conclusio. Qui autem sic excitauerit se continue & intente, proficiet in charitate secundum sex gradus predictos, quibus peruenitur ad perfectionem tranquillitatis, ubi est multitudo pacis: & quasi quidam finis quietis nostre, quam dominus reliquit Apostolis. Vnde nota, quod Apostolus in qualibet salutatione optabat gratiam & pacem, gratiam tanquam primordiale: pacem sicut complementum. Ad Thymoteum autem interponit misericordiam, que est utriusque principium.

Nota, quod in missa cogitandum est de negligentia circa corpus Christi.

Nota de Sacramento: quod Dominus propter nos semper totus ibi est, & nos raro uel nunquam ibi totum sumus propter eum. Item quod ibi est precium redemptionis nostre, & non liberamur, & hoc restat per nos. Item quod ibi uere est Deus, & non uidemus eum, ad quem uidentem creati sumus. Item quod ibi est paratior ad liberandum nos, quam nos a miseria liberari. Item quod ipse ad salutem nostram instituit hoc sacramentum, & tam studiosus: Nos uero tepidi, immo toti est cum Angelorum frequentia, nos cum magna cordis irreuerentia. Item quod ipse ibi ardens est pro nostra dilectione, nos ibi remissi in gratiarum actione. Item quod ipse ibi est cibus Angelorum ad nostram refectioem, & nos non gustamus eum propter nostram corruptionem. Item quod quicquid dispergimus per culpam, ipse ibi congregat per gratiam, nec tamen grati sumus. Item quod ipse se ibi offert precium redemptionis nostre sine tadio, nec tamen liberamur omnino. Vis ergo scire, que & quanta & quibus debeas? Primo Christo omnem uitam tuam ponere, quia ipse suam posuit pro tua: & cruciatus diros sustinuit, ne tu perpetuos sustineres. Sed confer premia omnis uitae filiorum Adam, & omnes dies seculi, & labores omnium hominum qui fuerunt, sunt & erunt, nihil erunt ad comparationem illius corporis, quod stabile & etiam stupendum est uirtutibus supernis, in conceptu de spiritu sancto, in ortu de uirgine, in uita innocentia, in doctrina affluencia, & in coruscationibus miraculorum, in reuelationibus sacramentorum. Sicut igitur exaltantur caeli a terra, sic exaltata est uita illius a uita hominum: que tamen posita est pro uita nostra. Sicut enim nihil ad aliqd nullam habet comparationem, ita uita nostra ad uita illius proportionem. Cu illa nulla dignior sit nisi a nulla inferior pot esse. Cum ergo ei me deuouero, quid quaeso sum, nonne sicut stella ad solem, gutta

Polebra & saluaria cogitationes in ter sole sua missa tum mosi tande.

No. f. m. soluendo pro bene. f. c. i. Xpo. e. h. i. b. i. t. i. s. i. l. l. i. t. a. m. e. u. i. t. a. m. h. a. n. c. d. e. b. e. a. m. a. s.

Sequitur de contemplatione, quomodo per eam perueniendum sit ad sapientiam sacre scripture. Part. III.

Postquam autem diximus, qualiter ad sapientiam nos exercere debeamus per meditationem & orationem, nunc breuiter tangamus, qualiter contemplando ad ueram sapientiam peruenitur. Per contemplationem namque transit mens nostra ad supernam Hierusalem. Ad cuius instar, Ecclesia est formata, secundum illud Exod. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte. Necessesse est enim Ecclesiam militan-tem conformari triumphanti, & merita premij, & uiatores beatis, secundum quod possibile est. In gloria autem triplex est dos, in qua consistit perfectio premij, scilicet. Summa pacis tentio, summa ueritatis visio, & summa charitatis fructio. Et secundum hoc distinguitur triplex ordo in summa hierarchia coelesti, scilicet thronorum, cherubin, & seraphin. Necessesse est igitur, ut qui uult ad illam beatitudinem per merita peruenire, istorum trium similitudinem, secundum quod possibile est, in uia sibi comparet, scilicet, ut habeat soporem pacis, splendorem ueritatis, & dulcorem charitatis. In his enim tribus requiescit Deus, & habitat tanquam in solio proprio. Necessesse est igitur, unumquodque trium predictorum, per tres gradus ascendendi distinguere secundum triplicem uiam, nempe purgatiua, que consistit in expulsioue peccati, illuminatiua, que consistit in imitatione Christi, & unitiua, que consistit in susceptione spiritus sancti. Ita, quod qualibet uia habet gradus suos, per quos ascenditur ab immo, & tenditur usque ad summum. Gradus autem perueniendi ad soporem pacis, sunt isti septem. Primo occurrit pudor in recordatione flagitij, & hoc quantum ad quatuor, scilicet, quantum ad magnitudinem, multitudinem, turpitudinem, & ingratitudinem. Secundo occurrit timor in circumspeditione iudicij, & hoc quadrupliciter, scilicet, dissipationis operis, executionis rationis, obdurationis uoluntatis, & condemnationis finalis. Tertio occurrit dolor in affirmatione damni, & hoc secundum quatuor, scilicet, quantum ad amissionem diuine amicitie, quantum ad perditionem innocentie, quantum ad uulnerationem naturae, & quantum ad dissipationem uitae praeteritae. Quarto occurrit clamor in imploratione subsidij quadruplicis, scilicet. Dei patris, filij redemptoris, uirginis matris, Ecclesie triumphantis. Quinto occurrit rigor in extinctione fomitis, siue incentiui quadruplicis, scilicet, ariditatis, quae est desidia, peruersitatis, quae est malitia, uoluptatis, quae est concupiscentia, & uanitas, quae est superbia. Sexto occurrit ardor in appetitu martyrij, & propter quatuor, scilicet, propter perfectionem, remissionis offen-

Exo 25.

aprecata precata ad penitentiam obligat.

24.

Lata no. glo. in quam primum sua uendit. (Cata.)

Creto uolito uenerit uia de uenit.

ad fluuium, lapis ad montem? Sed non huic soli debitor sum, cui nihil retribuere possum. Extinguunt a me praeterita peccata mea futuram uitam meam, ut faciam dignos fructus penitentiae: & recogitem omnes annos meos in amaritudine animae meae. Sed ad hoc quis idoneus? Peccati super numerum arenae maris, & multa sunt peccata mea, & non sum dignus aspicere caelum dixit Manasses in sua oratione &c. Quod igitur sine numero est, quomodo numerabo? Quomodo sufficiam, cum cogar reddere debitum usque ad nouissimum quadrantem? Sed & dilecta quis intelligit? Quantum poeniteam, quantum liber me affligam & macerem, propter nomen tuum non propter poenitentia meriti, propitiaberis Domine peccato meo (ait iustus) multum est enim. Cum igitur quicquid uis, quicquid sapias, quicquid habes, quicquid potes, huic uni rei dedicaueris: nunquid aliquid est: uel in aliquid computandum est? Sed & tertium debitorem ostendam tibi, qui non minus acriter quam ueraciter sibi uendicat uitam tuam. Puto enim quod possidere desideras gloriam illam, quam nec oculus uidit, nec auris audiuit &c. regnum omnium saeculorum: uiuere in aeternum, in perpetuas aeternitates. Credo quod uelis aequalis esse Angelis Dei, & in plateis superne Hierusalem melos Angelorum audire: & uide re quicquid est illud uel erit, quando Deus erit omnia in omnibus. Nonne ad hoc totum te, & quantumcumque undique trahere poteris, dare oportebit? Et cum omnia impleueris, non tamen credas condignas esse passiones huius temporis uel corporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Quid dices, & si quantum debitorem adduxero in medium, qui sibi iure primatus tres superiores excedere uelit? Ecce in Ianuis est, qui fecit caelum & terram. Creator tuus, tu creatura. Tu seruus, ille Dominus. Ille figulus, tu figmentum. Totum ergo quod es illi debes, a quo totum habes. Illi praecipue Domino qui & fecit te, & bene fecit tibi: qui & tibi ministrat syderum cursus, aeris temperiem, iucunditatem terrae, fructuum uertatem: huic reuera totis medullis, totis uisceribus seruiendum est: ne forte indignationis oculo te respiciat ac despiciat, & coeterat te in aeternum. Expone igitur mihi, cui horum quatuor proponis reddere quod debes, cum unumquodque tam interius quam exterius exactor sit, ut te singulariter possideat? Eia Domine, uim patior, responde pro me, quia horum quatuor quilibet de iure me tenere potest, & suffocare. In manus tuas commendo spiritum meum, tu persolue omnibus, tu ab omnibus me libera: quia tu es Deus & non homo, & quod apud homines impossibile est, possibile est tibi Domine Deus noscer.



se, purgationis macule, satisfactionis pœnæ, & propter perfectionem, sanctificationis concupiscentiæ, aliâs, exactiōis concupiscentiæ. Septimò loco occurrit sopor in obûbratione Christi, ubi est status & requies, quando homo sentit se protegi sub umbra alarum diuinarum: ut non vratur ardore concupiscentiæ: nec timore pœnæ. Ad quod non potest perueniri, nisi per appetitum martyrij: nec ad appetitum martyrij, nisi extinxerit incensum: nec ad extincionem incensum, nisi inplorauerit subsidium, nec ad inplorationem subsidij nisi deploret dampnũ, nec ad deplorationem dampni, nisi timeat iudicium: nec ad timorem iudicij, nisi recorderetur & erubescat flagitium. Qui ergo uult habere pacis soporem, procedat secundum ordinem predictum. Gradus autem perueniendi ad splendorem ueritatis, ad quem peruenitur imitatione Christi: sunt isti septem: scilicet, assensus rationis, affectus compassionis, aspectus admirationis, excessus deuotionis, amictus assimilationis, amplexus crucis, & intuitus ueritatis. In quibus hoc ordine progrediendum est. Primò considera, quis est qui patitur, & ei subdere per rationis assensum: ut credas firmisimè ipsam ueraciter, esse Dei filium, omnium rerum principium, Saluatorem hominum, & retributorem meritorum omnium. secundò considera qualis est, qui patitur, & ei configurare per compassionis affectum: scilicet, ut compatiaris ei tantquam innocentissimo, mitissimo, nobilissimo, & amantissimo. Tertio considera quantus est qui patitur, & ad ipsum egredere per admirationis aspectum, & attende, quòd ipse est, immensus potestate, speciositate, felicitate, & aternitate. Igitur admirare immensam potestatem adnihilari, speciositatem decolorari, felicitatem tormentari, aternitatem mori. Quarto considera qua de causa patitur, & reipsum obliuiscere per deuotionis excessum. Quia patitur scilicet, pro tua redemptione, illuminatione, sanctificatione, & glorificatione. Quintò considera, quali forma patitur, & ipsum in ducere per assimilationis amictum. Passus est enim sicut uerus agnus, libetissimo, respectu proximi, seuerissimo, respectu sui: obediētissimo, respectu patris: & prudentissimo, respectu aduersarij. Studet igitur ad habendum habitum secundum effigiem imitationis Christi: scilicet, benignitatis, seueritatis, humilitatis, & perspicacitatis. Sextò considera quanta sine qua patitur, & crucem amplectere per passionis desiderium, ut sicut Christus passus est, uincula, ut impotens omnipotentia: conuicia, ut uilis bonitas, ludibria, ut stulta sapientia: & supplicia, ut iniqua iustitia. Sic & tu considera passionem crucis, hoc est, passionem plenam iniuriis in rebus contumeliis, in uerbis, ludibriis in signis, & suppliciis in tormentis. Septimò considera quid ex

hoc consequitur quòd patitur, & ueritatis radium intueri per contemplationis oculum. Quoniam ex hoc quòd agnus passus est, septem signacula libri aperta sunt. Liber iste est ueritas rerum notitiam, in qua septem erant clausa homini, quæ quidem sunt per passionis Christi efficaciam reuerata: scilicet, Deus admirabilis: spiritus intelligibilis: Mundus sensibilis: Paradisus desiderabilis: Infernus horribilis: Virtus laudabilis: Reatus culpabilis.

Primò enim Deus admirabilis, manifestatus est nobis per crucem esse summam, & inferatibilis sapientiam: summam & irreprehensibilis iustitiam, summam, & inenarrabilis misericordiam. Summa enim sua sapientia decepit Diabolum. Summa sua iustitia quaesuit redemptionis precium. Summa sua misericordia pro nobis tradidit filium suum. Quæ si diligenter considerentur, Deum nobis clarissimè manifestant.

Secundò spiritus intelligibilis nobis manifestatus est per crucem, secundam differentiam triplicem: scilicet. Quanta sit benignitatis quantum ad Angelos, quanta sit dignitatis, quanta ad homines: & quanta sit crudelitatis, quanta ad demones. Nam Angeli permiserunt crucifigi Dominum suum: Dei filius crucifixus est propter genus humanum: & hoc ad crudelem suggestionem Demonum.

Tertio mundus sensibilis nobis manifestatus est per crucem: quoniam est locus tenebrarum plenus, in quo regnat cecitas, quoniam lucem ueram & summam non cognouit: regnat sterilitas, quoniam Iesum Christum tanquam infructuosum despexit, & regnat impietas quoniam Deum & Dominum suum, & amicum & innocentem damnauit: & interfecit.

Quarto Paradisus desiderabilis nobis manifestatus est per crucem in quo est fastigium totius gloriæ, spectaculum omnis lætitiæ, & promptuarium omnis opulentia. Vnde Deus propter illam habitationem nobis restituendam, factus est pro nobis homo: scilicet, uilis, miser, & pauper. In quo celsitudo abiectiōem induit, iustitia reatum subiit, opulentia egestatem suscepit. Nam altissimus imperator accepit seruitutem abiectam, ut sublimaremur in gloriam. Iustissimus iudex subiit reatum penalisimum, ut iustificaremur à culpa. Opulentissimus Dominus suscepit egestatem extremam, ut locupletaremur in copia.

Quinto infernus horribilis manifestatus est nobis per crucem, locus utique plenus omni egestate & penuria, uilitate & ignominia, & omni calamitate & miseria. Vnde si necesse fuit hæc Christum pati propter peccati delationem, multò fortius oportet hæc pati damnatos, propter iustam meritorum suorum retributionem.

Sextò manifesta est nobis per crucem uirtus lau-

Apoct.

laudabilis: quatum scilicet, sit preciosa, speciosa, & fructuosa, uere preciosa, quia potius uoluit Christus uitam corporalem perdere, quam uirtuti contraire, uere speciosa, quia in ipsis contumeliis relucebat, & uere fructuosa, quia unus actus perfecta uirtutis infernum spoliavit, celum aperuit, & perdita restaurauit. Septimò manifestatus est nobis per crucem reatus culpabilis, quantum sit detestabilis, cum ad sui remissionem indigeat tam magno pretio, grandi patulo, & tam difficili medicamento. Ecce igitur habes, quomodo in cruce omnia manifestantur, si bene ad hæc septem reducantur. Omnia enim ad hæc septem reducuntur. Vnde ipsa crux uere beata, est clauis, porta, uia, & splendor ueritatis. Quam qui deuotè sibi tollit, & sequitur Christum iuxta modum præsignatum, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Gradus autem perueniendi ad dulcorem charitatis, sunt isti septem, scilicet uigilantia sollicitans, confidentia confortans, concupiscentia inflammas, excellentia eleuans, complacentia quietans, lætitia delectans, & adhærentia conglutinans. In quibus hoc ordine progredi debes, qui uis ad perfectionem charitatis & amoris spiritus sancti pertingere. Primò ergo necesse est, ut uigilantia te sollicitet, propter sponsi promptitudinem, adeo ut possis dicere illud Psalm. Deus Deus meus ad te de luce uigilo. Et illud sponsæ. Ego dormio, & cor meum uigilat. Et illud Isa. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordijs meis, de mane uigilabo ad te. Secundò ut confidentia te confortet, propter sponsi certitudinem, adeo ut uere possis dicere. In Domino confido. Et illud. In te Domine speraui. Et illud. Iob. Eriam si occiderit me, in ipso sperabo. Tertio ut concupiscentia te inflammet propter sponsi dulcedinem, adeo ut possis dicere. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderauit anima mea ad te Deus. Et illud Cant. Fortis est ut mors dilectio. Et illud. Quia amore langueo. Quarto ut excedentia te eleuet, propter sponsi celsitudinem, adeo ut possis dicere cum Psalm. Quam dilecta tabernacula tua Domine uirtutum. Et illud. Cant. Trahe me post te, &c. Et illud Iob. Suspendium elegit anima mea. Quintò ut complacentia te quietet, propter sponsi puritatem, adeo ut possis dicere illud sponsæ. Dilectus meus mihi, & ego illi. Et illud. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Sextò ut lætitia te delectet propter sponsi plenitudinem, adeo ut possis dicere. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuas lætificauerunt animam meam. Et illud. Quam magna multitudo dulc. tuæ Domine. Et illud Apostoli. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio, & cetera.

Septimò ut adhærentia te conglutinet, propter amoris sponsi fortitudinem, adeo ut possis dicere illud Psalm. Mihi autem adhare-

re Deo, bonum est. Et illud pauli. Quis nos separabit à charitate Christi? In his enim gradibus ordo est, nec status est ante ultimum, nec ad illum peruenitur nisi per gradus intermedios, & mutuo se pariunt. Et in primò uiget consideratio, in cæteris uerò sequentibus dominatur affectio. Vigilantia enim considerat quam honestum, quam conferens, quam delectabile sit diligere Deum. Et ex hoc quasi nata confidentia, parit concupiscentiam, & illa excedentiam, quousque perueniatur ad copulam, osculum, & amplexum dilecti, & amantissimi. Gradus pertinentes ad purgationem sic distinguuntur. Possunt autem dicti gradus aliter distingui, & quasi in idem redeunt, ut primò distinguantur gradus purgationum, sic, propter flagitium erubescere, propter iudicium contremiscescere, propter damnum ingemiscere, propter remedium implora subsidium, propter aduersarium extingue incendium, propter brauium auhela ad martyrium, & propter umbraculum approxima ad Christum. Gradus pertinentes ad illuminationem sic distinguuntur. Nota quis patitur, & credens captiuare, qualis qui patitur, & condolens amaricare: quantus qui patitur, & stupens admirare: qua de causa patitur, & confidens precare: quali forma patitur, & sequens assimilare: quanta qua patitur, & ardens amplexare: & quid ad hoc consequitur, quod patitur, & intelligens contemplare. Gradus uia uirtutis sic distinguuntur: te uigilantia sollicitet, pp sponsi promptitudinem: confidentia corroboret, pp eius certitudinem: concupiscentia inflammet, pp eius dulcedinem: excellentia eleuet, pp eius celsitudinem: complacentia alluciat, pp eius pulchritudinem: lætitia mombriet, pp amoris eius plenitudinem: & adhærentia conglutinet, propter eius fortitudinem: ut deat semp deuota anima in corde, & in ore suo ad Dominum: te quæro, in te spero, te desidero, in te consurgo, te accepto, in te exulto, & tibi finaliter adhareo. Nota, quòd gradus proficiendi possunt etiam aliter distingui, secundum triplicem differentiam triplicatam, triplici hierarchia consonam. Nam cuiuslibet proficere uolenti necessaria sunt tria, scilicet. Amaritudo, gratitudo, & similitudo. Et hoc post lapsum. Si enim homo non peccasset, duo sufficerent, scilicet gratitudo, & similitudo. Gratitudo uidelicet propter gratiam, similitudo uerò propter iustitiam. Sed nunc etiam necessaria est amaritudo, propter medicinam. Peccata enim per delectationem perpetrata, nõ possunt purgari aliquo modo, aut deleri, nisi contrariò per afflictionem, & amaritudinem. In ipsa autem amaritudine debet esse ponderatio malorum commissorum, propter proprias nequicias: & postula-

Psal. 72. Rom. 8.

h postula-



postulatio remediorum, propter proximi miserias. In gratitudine autem simili modo debet esse admiratio beneficiorum, propter creatione de nihilo: accumulatio meritorum, propter reparationem de peccato: & actio gratiarum, propter ereptionem de inferno. Fuit enim creatio ad imaginem, redemptio per proprium sanguinem, & ereptio usque ad caeli altitudinem. In similitudine etiam pari modo debet esse aspectus veritatis eleuatus ad superiora: affectus charitatis dilatatus ad exteriora: & affectus uirilitatis ordinatus ad interiora. Eleuatio ad superiora debet diligenter fieri per aspectum veritatis, & hoc per contemplationem Dei, intelligentia: circumspeditionem uniuersorum, scientia: & per captiuationem iudiciorum, fide formata. Item dilatatio seu extensio circa exteriora, debet fieri diligenter per affectum charitatis, & hoc per appetitum deliciarum caelestium, sapientia: per amplexum rationabilium, amicitia: & per contemptum uoluptatum carnalium, modestia. Item ordinatio siue exercitatio circa interiora, debet fieri diligenter per actum uirilitatis, & hoc per aggressum difficultatum, strenuitate, per actum laudabilium, magnanimitate: & per amplexum humilium, humilitate. Purgatio autem in amaritudine, in qua contritio respectu sui, debet esse dolorosa per tristitiam, propter mala prementia te ipsum, Christum, & proximum. Compassio respectu Christi, debet esse timorosa per reuerentiam, propter iudicia latentia, & tamen ueraciter incerta, sicut tempus, dies, & hora. Comiseratio respectu proximi, debet esse clamorosa per confidentiam, propter patrocina semper parata per Deum, per Christum, & per suffragia sanctorum. Illuminatio in similitudine, in qua est aspectus ueritatis prima, qui debet esse erectus ad incomprehensibilia, extensus ad intelligibilia, & exinanitus ad credibilia. In qua etiam est affectus charitatis, qui debet esse erectus ad Deum, extensus ad proximum, & exinanitus ad mundum. In qua etiam est actus uirilitatis, qui debet esse erectus ad commendabilia, extensus ad communicabilia, & exinanitus ad contemptibilia. Sequitur perfectio in gratitudine, in qua est: Vigilantia exurgens ad cantum, propter beneficiorum utilitatem. Letitia exultans ad iubilum, propter donorum preciositatem. Beneuolentia accendens ad amplexum, propter dantis liberalitatem. Nota quoque aspectus ueritatis debet esse erectus ad incomprehensibilia, & haec sunt mysteria summae Trinitatis, ad quae erigimur contemplando ea, & hoc dupliciter. Vel per positionem, uel per ablationem. Primum ponit Augustinus, secundum Dionysius. Per positionem primo intelligimus in diuinis esse, quaedam ut communia, quaedam ut propria, quaedam ut appropriata, quaedam sunt media inter haec & illa. Intellige ergo & contemplare si pos-

Ad incomprehensibile Deum contemplandum procedere possumus, uel per positionem perfectionis, uel per negationem eiusdem.

tes circa Deum communia, & uide quoniam Deus est. Essentia prima. Natura perfecta. Vita beata. Quae necessariam habent consequentiam. Iterum intendere & uide si potes, quoniam Deus est. Aeternitas praesens. Simpliciter replens. Stabilitas mouens. Quae similiter consequentiam habent, & connexionem naturalem. Postremo attendere, & uide, quoniam Deus est. Lux inaccessibilis. Mens inuariabilis. Pax incomprehensibilis. Quae non tantum essentiae unitatem, sed etiam includunt perfectissimam Trinitatem. Lux quidem tanquam parens generat splendorem, lux autem & splendor producant calorem, ita quod calor procedit ab utroque: licet non per modum proliis. Si ergo Deus uere lux est inaccessibilis, ubi splendor, & calor est substantia, ibi hypostasis uere in Deo est pater, & filius, & spiritus sanctus. Quae sunt propria diuinarum personarum. Mens etiam tanquam principium concipit, & producit a se uerbum, a quibus emanat amoris donum. Et hoc in omni mente perfecta est reperire. Si ergo Deus est mens inuariabilis, planum est in Deo esse principium primum, uerbum aeternum, & donum perfectum, quae sunt propria diuinarum personarum. Pax etiam includit nexum plurimorum. Perfecte autem necesse non possunt, nisi si miles. Similes autem esse non possunt, nisi ambo a tertio, uel unus ab altero. Sed in diuinis non possunt ambo esse a tertio eodem modo. Necesse est ergo, quod si in diuinis est uera pax, quod ibi sit prima origo, eius imago, & utriusque connexio. Deinde in diuinis sunt appropriata secundum triplicem differentiam. Prima appropriata sunt. Unitas. Veritas, & Bonitas. Attribuitur unitas patri, quia origo. Veritas filio, quia imago. Bonitas spiritui sancto, quia connexio. Secunda appropriata sunt, potestas, sapientia, & uoluntas. Attribuitur potestas patri, quia est principium. Sapientia filio, quia est uerbum. Voluntas spiritui sancto, quia est donum. Tertia appropriata sunt, altitudo, pulchritudo, & dulcedo. Attribuitur altitudo patri, propter unitatem & potestatem. Nihil enim aliud est altitudo, quam singularis & unica potestas. Pulchritudo filio, propter ueritatem & sapientiam. Nam sapientia multitudinem idearum, ueritas autem aequalitatem includit. Pulchritudo autem nihil aliud est quam aequalitas numerosa. Dulcedo spiritui sancto, propter bonitatem & uoluntatem. Vbi enim summa bonitas est iuncta cum uoluntate, ibi est summa charitas & summa dulcedo. Est igitur in Deo. Altitudo terribilis, & hic est status erectionis. Pulchritudo mirabilis, & hic est status contemplationis. Dulcedo desiderabilis, & hic est status glorificationis. Haec est igitur erectio per uiam affirmationis. Sed alta est eminentior per uiam negationis. Quoniam ut dicit Dionysius. Affirmationes incompactae sunt. Negationes uero, licet minus videantur dicere, plus

plus tamen dicunt. Et hic modus erectionis est per abnegationem trium, quod in negationibus illis sit ordo, incipiendo ab inferioribus usque superiora. Est etiam supereminens positionis inclusio. Ut cum dicitur, Deus non est quid sensibile, sed supersensibile, nec imaginabile, sed superimaginabile, nec intelligibile, sed superintelligibile, nec existens hoc uel hoc, sed super omne ens. Et tunc ueritatis aspectus fertur in mentis caliginem, & altius eleuatur, & profundius egreditur, pro eo quod excedit se & omne creatum. Et hic est nobilissimus eleuationis modus. Sed tamen ad hoc quod sit perfectus, praerigit alium, sicut perfectio illuminationem, & sicut negatio affirmationem. Hic autem modus ascendendit tanto est uigorosior, quanto uis ascendens est intimior: tanto fructuosior, quanto affectio proximior. Et ideo utile ualde est in illa exerceri. Ut ergo in hac eleuatione ueritatis aspectus se ualeat exercere, nota, quod in prima hierarchia ueritas est aduocanda per gemitum & orationem, & hoc est Angelorum. Audienda per studium & deuotionem, & hoc archangelorum. Annuncianda per exemplum, & praedicationem, & hoc est principatum. In secunda hierarchia ueritas est. Adeunda per refugium & commissionem, & hoc est potestatum. Apprehendenda per zelum & emulationem, & hoc est uirtutum. Associanda per sui contemptum, & mortificationem, & hoc est dominationum. In tertia hierarchia ueritas est adoranda per sacrificium & laudem, & hoc est thronorum: Admiranda per excessum & contemplationem, & hoc est cherubin: Amplexanda per osculam & dilectionem, & hoc est seraphin.

Nota diligenter praedicta, quoniam in illis est fons uitae.

SERAPHICI DOCTORIS
SANCTI BONAVENTURAE.

IN EIVSDEM TRACTATUM
DE SEPTEM ITINERIBUS
AETERNITATIS.

Prologus.



Um qui uenit ad me, non eiciam foras inquit Saluator. Sanctus Augustinus de cognitione uere uitae dicit in principio. Cum Christus ueritas, & uita, dicat. Haec est uita aeterna, ut cognoscant te uerum Deum solum. Constat per effectum, naturam rationalem ad hoc solum esse fa-

ctam, ut factorem suum uerum Deum intelligat, intelligendo diligit, diligendo in eo qui est aeterna uita aeternaliter permaneat, & beatè uiuat. Ex quo concludit dicens. Diuinitatis ergo essentiam rationaliter inuestigare, ut est possibile, est ad uitam aeternam festinare. Hanc ergo negligendo ignorare, est utique ad mortem indeficientem damnabiliter properare. In his uerbis ostendit beatus Augustinus, generaliter aeternitatis esse duo maneria. Vnum quod est uita aeterna. Alterum quod est mors amarissima. Innuit etiam Augustinus hic in his uerbis, istorum aeternorum maneriorum duo itinera, quae ad primum peruenitur per rationabilem inuestigationem cum amore. Ad secundum per damnabilem omissionem cum dolore. Dominus autem Iesus Christus (qui est uia in qua imus, ueritas ad quam peruenimus, & uita in qua permanebimus) in uerbis propositis ostendit specialiter & principaliter utrumque manerium, & eorum itinera. Vnum intrinsecum, & quasi secretum, & aeternum in se, quia ipse est animae patria & habitatio, ut dicitur in libro de spiritu & anima. Aliud ostendit manerium extrinsecum & extra se, quod est aeternum animae exilium, in quo (secundum Mattheum) est stridor dentium. Itinera autem ad primum manerium & intrinsecum, dicit Dominus esse secundum multiplicem accessum ad se. Itinera uero ad secundum manerium, & extrinsecum, dicit secundum multiplicem recessum a se. Unde Augustinus in libro Soliloquiorum primo dicit. Deus est, a quo auerti est cadere, in quem conuerti est surgere, in quo manere est consistere. De isto ergo intrinseco secreto & aeternali manerio, primo uidendum est, postea de itineribus quibus acceditur ad illud.

DE INTRINSECO SECRETO,

& aeternali manerio in Christo

Sectio prima.



irca primum igitur scilicet circa intrinsecum secretum, & aeternale manerium sunt septem per ordinem notanda, quae sunt necessaria ad dicendorum cognitionem. Notandum est igitur primo, quid illud intrinsecum secretum in Christo dicatur. Secundo qualiter in illo intrinseco secreto uariae mansiones distinguantur. Tertio secundum quod homo ad illud intrinsecum secretum admittatur. Quarto quibus pedibus spiritus noster illud intrinsecum secretum ingrediatur. Quinto qualiter spiritus noster in illo intrinseco multipliciter esse dicatur. Sexto qualiter spiritus noster in illo intrinseco stabilitur & perpetuatur. Septimo quae & quot sunt itinera, per quae ad illud intrinsecum peruenitur & intratur.

hh 2 Distin-



Distinctio prima.

Primo notandum est, quid sit illud intrinsecum secretum, & aeternale manerium in Christo. De quo sciendum, quod cum in Christo sit duplex natura, humana & diuina. Diuina autem sit omni creatura maxime intrinseca, ut ait Augustinus, & Hugo. Ideo intrinsecum illud in Christo est diuina persona in humanitate eius abscondita, ita quod Christi humanitas est uia ad diuinitatem. Vnde Augustinus exponens illud Ioan. Ego sum uia, dicit. Verbum assumens humanitatem, factum est uia. Ambula per hominem si uis uenire ad humanitatem, & peruenies ad Deum, scilicet personam uerbi, in quo sunt absconditi omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei. Proculdubio si non esset aliud intrinsecum in Christo secretum, ad quod intrandum inuitaret nos, non dixisset ipse. Ego sum ostium, &c. usque inueniet. Ego sum ostium sensui, per corporale obiectum. Videte (inquit) manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Ego sum ostium intellectui, per fidem referat. Vnde in Isai. dicitur. Nisi credideritis, non intelligetis. Ego sum ostium uoluntati, per charitatem apertum. Caritas non uult scire medium inter se & dilectum, immo ut dicit Hugo. Amor siue charitas suo acumine omnia penetrat, donec ad dilectum ueniat. Per me ergo ostium si quis introierit per fidem & charitatem, ad meam intrinsecam & absconditam diuinitatem saluabitur. Quia siue ingrediatur ad meam diuinitatem contemplandam, siue egrediatur ad meam humanitatem imitandam, pascua utrobique inueniet aeternae uiriditatis & salutis. Et de pascuis humanitatis, intratur ad pascua diuinitatis. Quod ostendit, Hugo bene in prologo suo super angel. hierarch. ubi dicit sic. Propterea Iesus carnem assumptam in edulium nobis proposuit, ut per cibum carnis, inuitaret nos ad gustum diuinitatis. In his pascuis sponsa constituta dixit. Comedi fauum cum melle meo. Fauum (sicut dicit Origenes) est cera uirginea, loculis uel cellulis distincta, quae sunt melle repletae. Quid ergo aliud est, Comedi fauum meum cum melle meo, nisi gustauit dulcissimam diuinitatem in cera uirginis humanitatis absconditam cum ipso abscondito? De isto intrinseco abscondito Augustinus loquens super Ioannem, quasi admirando exclamat dicens. O magnum penetrabile, & secretum dulce. O secretum sine tadio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine interpolatione teratiorum. Hoc est gaudium de quo dicit Saluator. Intra in gaudium Domini tui. Hec Augustinus. Et sic patet intrinsecum Domini Iesu Christi.

Distinctio secunda.

Secundo uidendum est, qualiter in illo in-

trinseco Christi uariae mansiones, uel maneria distinguantur. De quo notandum est, quod per ostium intrantes ad interiora domus, non omnes aequaliter locantur, sed secundum maiora merita uel minora personarum. Vnde Bernardus in Cantica. dicit. Vnaquaeque anima deuota inueniet sibi secretum cum sponso, ut dicit illud Isai. Secretum meum mihi, secretum meum mihi, quia non omnibus uno loco datur frui grata, & secreta sponsi presentia, sed ut cuique paratum est a patre. Non enim nos ipsum elegimus, sed ipse nos elegit, & posuit nos, & ubi a Deo unusquisque positus est, ibi est. Hec Bernardus. Vnde notandum, quod quidam ex ingredientibus intrinsecum secretum Domini Iesu, recipiunt in domum sanctae compunctionis, ut Maria Magdalena in domo Simonis. In palatium continua meditationis, ut Dauid qui dicit. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. In mensam dulcis refectionis ut Petrus, qui dicit. Si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus. In cubiculum solitariae contemplationis, ut Ioannes quiescens in pectore Domini. In amplexu amorosae unionis, ut de sponso dicit. Leua eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me. Spiritus tamen sponsae iam omnes istas mansiones uisitauerat. Sed Bernardus, aliter distinguit istas mansiones. dicit. Denique una mulier compuncta, secus pedes Domini Iesu sortita est locum huius secreti, sed altera sua deuotionis fructum siue secretum ad caput inuenit, si tamen altera. Porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu patris, Paulus in tertio caelo secreti huius gratiam sunt assecuti. Et sequitur. Prior mulier strauit sibi in tuto humilitatis. Posterior in solido spei. Thomas in solido fidei, Ioannes in lato charitatis. Paulus in intimo sapientiae, Petrus in ueritatis luce, & sic apud sponsum mansiones multae sunt. Hae sunt uerba sancti Bernardi in Euangelio. Erant appropinquantes ad Iesum. Et Hugo de sancto Victore uidetur has mansiones distinguere, quasi ad modum distinctionis Angelicarum mansionum. Vnde super primum Angelicae Hierarchiae dicit Hugo. Secundum illam namque proportionem qua nunc dona gratiarum differenter percipiuntur merito, postea uel hic per mentis contemplationem, uel illic per retributionem, in numerum, id est, in mansiones transimus Angelorum, & etiam secundum differentiam progressionum, & incrementa illuminationum, & secundum gradus spiritualium profectuum in nobis, differenter transimus in numerum Angelorum. Et tam Gregorius quam Hugo haec explicant dicentes. Oportet & in hac uita manentes, conformare se caelestibus mansionibus per aliquam imitationem, qui uolunt ascen-

Di ueritas manifeste in cōtemp- platione diuinitatis Christi sunt.

Isa. 54.

Ber. super Can. sec. 55.

Luc. 7.

Psal. 138.

1. Pet. 3.

Ioan. 13.

Cant. 1.

Ubi sup.

De claris sicut in libro 2. ca. 60.

Grego. in lib. 1. ca. 1.

ascendere ad illas. Vnde dicit uterque. Sunt nonnulli qui parua capiunt, sed tamen illa pie fratribus nunciare non desistunt. Illi itaque in numero, id est mansiones Angelorum currunt. Et sunt nonnulli qui diuina largitate reiecti, secretorum caelestium summa capere ualent, & nunciare, quo ergo isti nisi inter Archangelorum mansiones deputantur? Et sunt alij qui uia faciunt signa, ualenter operantur, quo ergo isti nisi ad supernarum uirtutum sortem & mansionem congruunt? Et sunt nonnulli qui etiam de obsessis corporibus Demones fugant, & uirtute orationis eiciunt, itaque isti mansionem suam inter potestates sortiuntur. Et sunt nonnulli qui acceptis uirtutibus electorum hominum merita transcendunt, ideò electis fratribus principantur, ubi ergo isti nisi in mansionibus principum sorte accipiunt? Et sunt nonnulli qui sic in seipis cunctis uitijs & desiderijs dominantur, ut ex uita mundicia diuinitatis homines uocentur, quo isti nisi inter dominationes currunt? Et nonnulli qui dum sibi metipsis uigilanter dominantur, & se discutunt, semper Deo inhærentes, hoc in munere accipiunt, ut recte alios iudicent, in his uelut in throno Deus residens cuncta mirabiliter examinat, & dispensat, quid ergo isti nisi throni conditoris sui sunt, & ad supernarum sedium mansiones ascribantur? Et sunt nonnulli qui plenitudinem scientiae accipiunt, ut cherubin iure nominentur, quia dilectione Dei, & proximi plenissimi sunt. Hi sorte in mansionibus suis inter cherubim percipiunt. Et sunt nonnulli qui superne contemplationis facibus accensi, in solo conditoris sui desiderio anhelant, nihil iam in hoc mundo sapiunt, sed solo aeternitatis amore pascuntur, terrena quaeque abiciunt, cuncta temporalia mente transcendunt, amant & ardent atque in suo ardore requiescunt: amando ardent, loquendo alios accendunt, & quos loquendo tangunt, ardere protinus in dei amore faciunt, quid ergo istos nisi seraphim dixerim? & quomodo inter seraphim mansionis suae sortem accipiunt? Sequitur. Ad hos ergo uicos, ut in eis sine fine permaneant uenient, qui modum quem praediximus in hoc saeculo posse suo tenent. Hec ille. Et his concordat Hieronymus qui dicit. Parata sunt in caelo diuersae mansiones diuersis uirtutibus, quia non personae acceptantur, sed opera, &c.

Distinctio tertia.

Tertio uidendum est, secundum quid homo in illud intrinsecum & secretum Domini admittatur, & introducatur, uel intromittatur. Circa quod notandum, quod cum in homine sit corpus, & anima, & spiritus, ut dicit Origenes super Cantica. Oportet uidere, secundum quod istorum trium, homo ad illud intrin-

secum admittatur & introducatur. De quo sciendum, quod cum Christus dicat. Spiritus est Deus, & qui adoratur cum in spiritu, & ueritate, id est in deuotione & cognitione, oportet adorare. Haec autem conueniunt spiritui humano, ergo secundum spiritum oportet adorare, & intrare. Item cum Deo maxime assimilemur secundum spiritum, secundum quem etiam sumus ad imaginem, & similitudinem Dei, & secundum hoc sumus capaces Dei, ut dicit Augustinus xiii. de Trinitate, ergo secundum spiritum ingredimur, qui est supremum, & optimum in homine. Item secundum corpus non possumus ingredi illud intrinsecum, cum corpus non possit locari nisi in loco corporali. Item cum anima ut corpus animet, necessario in se ut forma, nec sic possit se extendere extra corpus ad eam, cum Apostolus dicat. Nostri conuersatio in caelis est, non secundum corpus, sed secundum mentem, nec secundum animam ut animat corpus, ut patet ex glo. ideò necesse est, ut per spiritum nostrum tanquam optimum in nobis, & cedamus ad illud speciale intrinsecum secretum Domini Iesu, quia ipse misit spiritum suum, ut spiritum nostrum leuaret post ipsam, ut ait Richard. & quia ipse Richard. alibi dicit, oportet antequam introire liceat in illud intimum secretum quietis, & supremam tranquillitatis archanum, ut fiat ista ualde mirabilis diuisio, non corporis, & animae dissolutio, sed alia hac multo mirabilior multoque gloriosior diuisio, uide licet anima & spiritus, quam in nobis operari solet, sicut testatur Apostolus dicens. Uisus est sermo Dei & efficax, & omni gladio incipit penetrabilior, & pertingens usque ad diuisionem animae & spiritus. Hec ille. Ex quo oportet uidere qualiter iste spiritus ab anima diuidatur, ut ab omnibus exoneratus, ascendat ad illud intrinsecum & secretum quietis. De quo nota. Richard. & auctor libri de spiritu & anima, ubi uterque exponens praedictum uerbum Apostoli dicentis, quod sermo Dei pertingit usque ad diuisionem spiritus & animae, concordant per omnia, dicentes sic. Nihil in creaturis hac diuisione mirabilius cernitur, ubi illud quod essentialiter unum est atque indiuiduum in seipso, quandam diuisionem patitur, neque in homine uno alia est essentia eius spiritus, atque eius animae, sed una eademque substantia intelligitur, sed tamen ad distinctionem ponitur gemina nominatio eiusdem essentiae. Vna superior per spiritum, alia inferior distinguitur, & hoc per animam. Sequitur. In hac itaque diuisione, anima & quod animale est in uoluntate manet. Spiritus autem & quod spirituale est, ad supra euolat, & ab infimis diuidit, ut ad supra eleuetur, ab anima scinditur, ut Deo iungatur, quoniam qui adheret Domino, unus spiritus est. O quam felix diuisio, & mirabilis separatio,

Ioan. 4.

Phil. 3.

Spūs ab aīa diuisi- que in homine.

In prologo lib. de Trinit. in lib. de ex- termina- tione mā- li, ca. ult.

Hebr. 4.

Vbi sup.

De claris sicut in libro 2. ca. 60.

Grego. in lib. 1. ca. 1.

1. Cor. 6.



paratio, ut quod corpulentum est, & feculentum, decorum remanet, quod spirituale, & subtile est, usque ad speculationem diuine glorie sublimatur, & in eandem imaginem transformatur, pars inferior componitur ad summam pacem & tranquillitatem, dum pars superior sublimatur ad gloriam & iacunditatem. Hic uterque ponit. Ex quo apparere potest, quod quanto spiritus noster ab omnibus temporalibus, & etiam ab ipsa anima, uel etiam a seipso diuiditur, quod tanto facilius & perfectius illud spiritu ale intrinsecum, & aternale manerium perfectius accedit, & ingreditur. Et ideo notandum est, quod spiritus noster aliquando in tantum a corpore, & anima diuiditur, ut spiritus in spiritu esse asseratur, & quandoque ut spiritus supra spiritum esse dicatur & quandoque spiritus sine spiritu credatur. Primum dico, quod spiritus humanus quandoque a corpore in tantum alienatur, & ab anima distrahitur, uel diuiditur, ut spiritus merito in spiritu esse dicatur. Quod ostendit Richar. loquens de Ioanne Euangelista, quod dicit sic. Nonne spiritus in spiritu esse tunc recte asseritur, quando exteriorum omnium obliuiscitur, pariter & ignarus est omnium eorum, quae in corpore corporaliter aguntur, & illa solum intelligit per memoriam uel intellectum, quae in spiritu & circa spiritum tractantur? Quare Ioannes in Apocalypsi, bene dicit. Fui in spiritu in dominico die. Vel sicut ibidem Richar. dicit An hoc est spiritum in spiritu esse, semetipsum intrare, & intra semetipsum totum colligere, & ea quae contra carnem seu etiam in carne geruntur, interim penitus ignorare? Sed Haymo super Apocalypsi. sic exponit, dicens. Ioannes sic fuit in spiritu, quod tamen ipsam carnem funditus non deseruit, sed spiritui aternitatis adhesit mens eius, & a spiritu docete assumptus fuit spiritus docendus, ideo tam mirabilia & profunda uidit. Secundum dico, quod spiritus humanus quandoque in tantum amoris seruore supra se rapitur, ut merito spiritus supra spiritum esse dicatur. Vnde Hugo dicit. Acumen amoris est, cum omnia transcendendo despiciat. Super feruidum autem amoris est, cum etiam semetipsum contemnendo relinquit, & in comparatione dilecti se despiciat, & modo miro sit, ut per dilectionis ignem in illum sustollatur, qui est supra se, & per uim amoris expellatur & exeat etiam a se, nec se cogitet, dum Deum solum amat. Hac ille. Hoc modo Petrus fertur raptus fuisse supra se, quare in Acti. dicitur, & Petrus ad se reuersus dixit, & cetera. Quod Richard. exponens dicit. Hoc sane non imprudenter dicitur, quod Petrus longe super hominem fuit, quia longe a semetipso, & supra semetipsum recessit, alioquin non erat a quo ad se reuerteretur. Tertium dico, quod spiritus humanus in tantum a seipso quasi diuiditur, ut spiritus sine spiritu esse dicatur.

Nota de diuisione humani spūs a corpore, & anima.

Lib. 5. de concepta. cap. 15

Apoc. 1.

Super 7. ange. hic.

Act. 12.

Lib. 5. de contemp. cap. 12.

atur. Vnde in libro Regum legitur. Quod nidiens regina Sabba sapientiam Salomonis, & domum, & habitacula, &c. non habebat ultra spiritum. Quod exponens Richard. dicit. Nonne recte dicitur, spiritum semetipsum non habere, quando incipit a semetipso omnino desistere; & a suo esse in super mundanum quendam & uere plusquam mundanum, uel humanum statum transire, & mirabili transfiguratione spiritus ille ab humano uideatur in diuinum deficere? ita ut ipse iam non ipse, eo dumtaxat tempore quo incipit Domino altius inherere, qui autem adheret Deo unus spiritus est, & sic totus illud diuinitatis archanum intrat, clamans cum Psal. 118. Defecit in salutare tuum anima mea. Hac ille.

Distinctio quarta.

Quartum uidendum est, quibus pedibus, & gressibus spiritus noster in illud intrinsecum secretum, & spirituale manerium ingreditur. De quo notandum, quod sicut dicit Vercellen. super Canti. Pedes nostri spiritus sunt intellectus & affectus, quibus frequenter anima deuota carpit itinera aternitatis. Ratio autem huius est, quod spiritus noster per intellectum & affectum se ad aeterna extendit, & ea attingit aequaliter. Vnde Hugo libro primo de arca Noe dicit. Hoc est ad Deum tendere, & ad ipsum pertingere, semper eum per desiderium querere, per cogitationem inuenire, & per gustum tangere: & commentator Hugo super vij. angelice hierarch. dicit. Mentis coelestis huius spiritus rationales, ad interiora mentis cognitione & dilectione accedunt, & proximi sunt secundum excellentissimam collocationem, quam habent iuxta Deum, ubi est intrinsecum spiritus nostri, ut supra dictum est. Sed notandum, quod pedes spiritus nostri oportet esse mundos & puros, quia nihil inquinatum intrabit in secretum Domini Iesu, & cum pedes spiritus humani quandoque tangant terram mediante sensualitate, & etiam ne puluis terrenus eis adherat, ideo indigent frequenti lotionem, & mundationem, ut ostendit Dominus quando dixit. Qui locus est, non indiget nisi ut pedes lauet, id est, qui sine peccato mortali est, non indiget capitis lotionem. Cuius ratio est, quia caput nostri spiritus est intelligentia, quae in uiris sanctis immediate coniungitur Deo, ut dicit beatus Augustinus in suo libro de spiritu & anima, ideo lotionem non indiget. Nec tales indigent lotionem manuum, quae opera eorum munda sunt, propter munditiam capitis ea in Deum ordinantis, sed indigent lotionem pedum. Cuius ratio est secundum Augustinum, & Orig. Quia impossibile est, hominem aliquando non peccare uenialiter, & non hinc aliquam inordinationem in sua sensualitate, propter conti-

3. Reg. 11

Vbi supel. cap. 11.

Psal. 118.

Pedes nostri spiritus sunt intellectus, & affectus.

Ioan. 17.

Impossibile est, hominem aliquando non peccare uenialiter.

continuum conuersationem in terris, ex qua contrahitur aliqua macula impuritatis in affectu, & ex hoc ruga obscuritatis in intellectu. Vnde de Orig. dicit. Ego impossibile puto, non contaminari extrema animae & infima eius, quamquam quis perfectus quo ad homines reputetur, ideo charissimi discipuli Domini sunt, qui solum pedum indigent lotionem. Hos pedes bene lotos timuit conquinari sponsa, quando dixit. Laui pedes meos. Glo. i. cogitationes meas, quibus aliquando terram tangere solebam, quos secretis stertibus compunctionis ablati, ut intrare merear caelestem patriam. Quomodo ergo iterum conquinabo illos? Vercellen. dicit. Quomodo conquinabo illos iterum umbris & imaginibus temporalium, cum etiam intellectuales operationes, & formae in hoc loco, in superintellectuali exercitio reputentur maculae & offenculae? Hec ille. Secundum notandum est, quod quia multa offenculae & diuersa in istis itineribus aternitatis sunt, quibus spiritus noster impeditur, & retardatur ab ingressu illius intrinseci secreti, ideo oportet ut spiritus noster non solum habeat pedes ab immunditijs lotos, sed etiam ad ambulandum exercitatos, & agilitate ueloces. Vnde Dionysius dicit. Quod pedes in scriptura significant uirtutem motiuam, acutè penetrantem, & uelocem, id est semper tendentem in diuina, & sequitur, propter quod alatos (theologia Isa. 6.) figurauit pedes sanctorum intellectuum, quod significatur reductiuam uelocitatem, & superinis inuectiuam ab omni terrestri deprimentem. Hac Dionysius. Horum pedum uelocem agilitatem habuit propheta Dauid cum dixit. Qui perfecit pedes meos quasi ceruorum. Quod Gregorius exponens. xxvj. moral. dicit. Ceruus cum iuga montium ascendit, quaeque aspera & obiecta transgreditur, donec ad superiora eleuetur, non solum currit, sed etiam saltat, ita etiam electorum mentes quaecunque sibi obuia respiciunt, contemplationis saltu transcendent, donec se ad superna euehant. Tertium notandum, quod oportet, quod pedes spiritus nostri non solum ad ambulandum sint expediti, sed etiam per amorem ad penetrandum acuti, ut spiritus potenter omnia transire possit. dicitur cum Psal. & in Deo meo transgrediar murum. Quod Gregor. exponens, ubi supra, dicit. Murus est omne quod itineri nostro obijcitur, cum ad dilectum transitur, quem transgredimur, cum praeter amorem superne patriae omnia huius mundi obiecta calcamus. Hac ille. Et sicut dicit Augu. Ire ad Deum tantum nobis melius est, quantum magis ad illum imus, quo nihil melius est. Imus autem non ambulando sed amando, quem tantum habebimus praesentem, quantum amorem quo in eum tendimus habebimus puriorem. Hac Augustin. Gressus ergo mentales & pedes spiritus, non sunt corporales sed spirituales. Et ideo Gregor. xxj. moral. dicit. Ad se quippe uenire praecipit Deus, non gressibus cor-

Cant. 5.

De ange. hic. cap. 3. Pedes in scriptura quid significant.

Psal. 17.

Psal. 17.

In episto. ad Macedoniam.

poris, sed profectibus amoris & spiritus, ueritate dicente. Venite ad me omnes, qui laboratis. Et August. Iter tuum uoluntas tua est, amando ascendis, negligendo descendis, stans in terra in caelo es, si diligis Deum, & sic patet de pedibus spiritus.

March. 11 In pl. 75.

Distinctio quinta.

Quintum uidendum est, qualiter spiritus noster in illo intrinsecum manerio multipliciter esse dicatur. Circa quod notandum est, quod cum Apostolus dicat, quod in Domino Iesu sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei absconditi, quis potest inuestigare & enarrare magnitudinem & multitudinem diuinarum & deliciarum istius intrinseci & secreti cubiculi, nisi quantum quilibet per fidem illuminatus, & per charitatem inflammatus in illo habitare consueuerit, & per aliqualem experientiam didicerit? Vnde dicit Bernar. In hoc archano, in hoc sanctuario Dei, si quem forte uestrum aliqua hora sic rapi, & sic abscondi contigerit, ut nemo eum noceat, uel auocet, aut perturbet, uel sensus egens, uel cura pungens, uel culpa mordens, uel ea certe quae difficilius amouentur, irruentia imaginum corporalium fantasmata, poterit quidem hic cum ad nos reducitur gloriari dicens, Introduxit me rex in cubiculum suum. Et ibidem quasi admirando exclamat dicens. O uere quietus locus est, quem non immerito nomine cubiculi ceuauerim, in quo Deus non turbatus ira, nec uelut distractus cura prospicitur, sed probatur uoluntas eius bona, & beneplacens, & perfecta. Visio ista non terret sed mulcet, inquietam curiositatem non excitat sed sedat, nec fatigat sensus sed tranquilat, hic uere quietus Dominus quiescit, Deus tranquillus qui tranquillat omnia, & quietum aspiciere quiescere est. Hac Bernar. Hi qui secreta istius cubiculi ingrediuntur, siue gazophilacij secretum inhabitant, per ueram fidem & charitatem magni sunt, quia magna audiunt, & percipiunt magna, introducti in plenitudinem aeternorum & diuinorum thesaurorum in illo absconditorum. Et ideo Bernar. dicit. Quod hi qui magni sunt fide & charitate, digni inueniuntur, ut inducantur in omnem plenitudinem Dei, nec in omnibus apothecis sapientiae aliquos Deus scientiarum Domini, arcendos censet cupidos ueritatis, non conscios uanitatis. Et infra sic dicit. Istiusmodi sapientibus spiritibus magnus occurrit sponus, & magnificabit facere cum eis, emittens lucem suam & ueritatem suam, eosque adducens & deducens in montem sanctum suum, in tabernacula sua. Regem in decore suo uidebunt, praerentem se ad speciosa deserti, & ad flores rosarum, ad lilia conuallium, ad amena hortorum, ad irrigua fontium, & ad delicias cellariorum, ad odora menta aromatum, postremo ad

Colo. 2.

In Cant. serm. 22.

In Cant. Ser. 31.



ipsa secreta cubiculi. Hii sunt thesauri sapientie & scientie Dei, absconditi penes sponsum. Hec sunt pasca vite, preparata in refectionem animarum sanctaru. Beatus uir qui impleuit desideriu suu ex ipsis. Hec Bern. Sed proculdubio si spiritus humanus quasi ab anima diuisus, & corpore, quadoq; illud intrinsecum lucis manerium ingrediatur solus, & intus recipiatur redies de regione lucis illius intrinseci ad anima & corpus, ipse enariet quales diuitias acceperit, qualia uerba audiuerit, & quales delicias gusta uerit, si tamen enarrare potest, quia Grego. lib. xv. moral. dicit. Sape amantis animus tanta contemplationis munere impletur, ut uidere ualeat, quod omnino loqui non ualeat. Si autem enarra re non poterit, saltem ut alter Moyses descendens a consortio Domini in anima & corpore aliqua signa & testimonia secum ferat, testificantia quod in regione lucis fuerat. Dicit enim Hugo. Ecce dum de illo diuino interna contemplationis secreto reuertimur, quid nobiscum asserre poterimus nisi lucem? Lucem de regione lucis uenientes portamus. Hoc enim decens & necessarium est, ut cum a lucis regione uenimus ad fugandas nostras tenebras, nobiscum lucem apportemus. Et quis scire poterit, quod ibi fuimus, si illuminati non redimus? Sed si uidimus patris potentiam, apportemus lucem diuini timoris. Si uidimus filij sapientiam, apportemus lucem ueritatis. Si uidimus spiritu sancti clementiam, apportemus lucem dilectionis. Potentia, torpentes excitet ad timorem. Sapientia, ignorantie tenebris excaecatos illuminet. Clementia, calore charitatis frigidus inflamet. Hec ille.

Distinctio sexta.

Extò uidendum est, qualiter spiritus noster cum in illud intrinsecum manerium aterna le fuerit introductus, in illo stabilitur & perpetuet, ita tamen quod ad imperium regis egrediatur, & ingrediatur ad naturam humanam imitandam, & contemplandam diuinam. De quo sciendum est, quod spiritus noster in illo archano secreto per ueram fidem collocatur & stabilitur, & per sanctam charitatem in eodem perpetuat. De fidei collocatione & stabilitione dicit Dionysius. Quod circa ueritatem uere existentem & non errantem, versatur fides diuina, quae est stabilis collocatio credentium, collocans illos in ueritate, & firmans simplicem ueritatem intransmutabili idempnitate in ipsis credentibus, habentibus cognitionem ueritatis, & ideo credentem in ueritate nihil mouebit, teste scriptura q̄ ait. Nihil mouebit a letitia quae est secundum ueram fidem, sed habebit in ea permanentiam immobilis & intransmutabilis idempnitatis. Sequitur. Qui enim ueritati unitus est, ex ipsa unione bene nouit quod bene sentit, quantum multi corripiant ipsum, tanquam mentis excessum passum, siue furiosum, ipse tamen bene nouit seipsum non turentem, ut errantes ei imponunt, sed per simplicem ueritatem semper eandem, & eodem modo se habentem, liberatum ab instabili & uariabili diuisione contra errorem. Hec Dion. Ex his apparere potest, quomodo fides spiritum nostrum in illo intrinsecum manerium collocaat & stabilit, unde dicit Isa. Si non crederitis, non permanebitis, scilicet in Deo. Et Eusebius in gloss. super illud Luc. ubi thesaurus uester est, ibi & cor uestrum erit. dicit sic. Qui mentem applicauerit ad caelestia, ibi mentem habebit, ut uideatur solo corpore cum hominibus conuersari, animo uero iam sit aggressus mansiones caelestes. Hec ille. De charitatis autem perpetuatione. i. qualiter spiritus noster in intrinsecum Domini Iesu perpetuetur. Notandum, quod cum Ioann. dicat. Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, ergo quamdiu spiritus manet in charitate, tamdiu manet in Deo. Unde in libro de spiritu & anima dicitur. Quod anima habet in se amorem, quo semper potest stare cum Deo. Quod autem spiritus noster in aeternum possit stare cum Deo, & manere in charitate, ostendit Apostolus ad Rom. ubi dicit. Quis potest nos separare a charitate Christi quasi dicat. Nemo, imò nulla creatura, sicut ipse postea probat, ergo nulla creatura potest nos eijcere ab illo intrinsecum, nec ipse Deus uult eijcere, ut ipse dicit i Ioan. Quamdiu enim sumus charitate uestiti, licet nos ipsos per peccatum eijcere possimus, non tamen distantia locali, cum Deus sit ubique, sed distantia dissimilitudinis. Dicit enim August. j. de trini. Non locoru interuallis, sed similitudine acceditur ad Deum, & dissimilitudine disceditur ab eo. Quod autem nulla creatura possit nos separare a charitate Dei, quae nobis in Christo datur, ostendit Apostolus ibidem di. Certus sum quod neque mors. s. quam minantur, separabit nos a charitate Dei. Cuius rationem assignat Aug. de moribus Ecclesiae. d. Licet corpus nostrum possit mori, tamen ipsum quod diligimus Deum. s. anima mori non potest, nisi dum non diligit Deum, cui mors est non diligere Deum, quod nihil aliud est, quam ei in diligendo aliquid praepone. Alia est ratio secundum Amb. Quia mors erat sanctis occasio eundi ad praemium promissum, & quasi ianua, ergo mors non potest nos separare a charitate Christi, ergo non potest abijcere ab eo. Secundo neque uita inquit Apostolus, s. promissa, potest nos separare a charitate. Cuius rationem assignat Aug. in lib. de moribus Ecclesiae. di. Quia Deus est fons uita, sicut ergo nemo separatur a fonte aquae promittendo aquam, ita nemo separatur a fonte uita promittendo uitam. Unde dominus dicit in Ioan. Qui credit in me, habebit uitam aeternam. Tercio inquit Aposto-

In lib. de tribus die tis. circa 6.

De diuin. nomi. c. 7.

Rom. 8.

Isa. 7. Euse. sup Luc. 17.

1. Ioan. 4.

Rom. 8. Expò de li. aucto ri Pauli. Quis nos se parabit, &c. Ioan. 6.

lus. Neque Angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque inferiores, neque medi, neque superiores poterunt nos separare a charitate Dei. Cuius ratio est secundum Aug. quia Angeli cum inhaeremus Deo, non sunt mente nostra potetiores, imò toto mundo superior est mens inhaerens Deo, ut ait Aug. de moribus Ecclesiae. Quo ergo separabunt nos a charitate Christi, ad quam nos etiam hortatur? ergo nec nos eijciat. Quarto (inquit) Apostolus. Neque instatia. i. instates molestiae nos a Deo separabunt. Quia eo ipso eas leniores sentimus, quo ei a quo nos separare moliantur, artius inhaeremus: charitas enim omnino sustinet, & est uita morientium, ait Aug. de laude charitatis, ergo non separat sed unit. Quinto (inquit) Apostolus. Neque futura. i. promissio futurorum nos a charitate separabunt. Cuius ratio est secundum Aug. de moribus Ecclesiae, quia quicquid boni futuroru est, certius promittit Deus, & nihil est ipso Deo melius, qui perfecte inhaerentibus sibi iam praesens est, ergo nec talia separant a charitate, ergo nec eijciunt a Deo. Sexto (inquit) Apostolus. Neque fortitudo. i. uolentia aliquid potest nos separare a charitate Dei, neque altitudo. i. prosperitas, neque profundum. i. aduersitas poterunt nos separare a charitate Christi, neque alia creatura. Cuius rationem innuit Apostolus in eodem ca. d. Quia bonis omnia coope rantur in bonum, ergo non separant nisi nos uelimus, per charitatem ergo quae (ut dicit Apostolus) omnia potest, omnia sustinet, & non excidet spiritus noster in illo intrinsecum ubi est fons uita, & charitas potest manere semper, maxime cum charitas uoluntates nostras ad Deum, quasi ad centrum suum proprium inclinet, & nos sibi incorporet, & uoluntas perfecte concordet, quae maxime amantium refectionem consumant & perpetuant. Unde dicit Dominus. Eum qui uenit ad me, non eijciam foras. Quod Aug. exponit di. Veniamus ad Deum, intremus ad Deum, & incorporemur ei, ut nos non faciamus uoluntatem nostram, sed uoluntatem Dei, & non eijciat nos foras. s. in exilium tenebrarum aeternarum, sed siue ingrediamur, siue egrediamur, passua inueniemus, nostram nutrientia charitatem, quae nos perpetuat in Christo, quia qui manet in charitate, in Deo manet, sicut dicit Ioan.

Distinctio septima.

Septimò postquam uisum est, quid sit illud intrinsecum secretum, & aeternale manerium in Christo, & qualiter in illo intrinsecum uariar mansiones distinguuntur, & secundum quid homo in illud intromittatur. Viso etiam quid spūs in homine dicatur, & quibus pedibus illud intrinsecum ingrediatur, & qualiter humanus spiritus in illo dicatur, stabilitur, & perpetuatur. Videndum est, quae & quot sunt itinera, per quae ad illud intrinsecum secretum & aeternale ma-

nerium, spiritus humanus accedat & ingrediatur. Circa quod sciendum est, quod (sicut dicitur in lib. de spiritu & anima) duo sunt loca, inter quae spiritus humanus existens, ad utrumque se mouere potest, siue itinerare. Deus enim est in summo, mundus uero in immo. Ille. s. Deus in eodem statu aeternitatis suae immobilis existit, ideo ipse solus est aeternitate mensurabilis. Cuius ratio est, quia sicut Boetius in lib. de consolatione dicit. Aeternitas est interminabilis uita tota simul, & perfecta possessio, quae nulli creaturae conuenit, sed soli Deo, ut patet consideranti huius diffinitionis partes. Ille autem mundus cursu mutabilitatis suae semper instabilis fuit, & ideo tempore mensuratur, quia tempus est mensura motus mutabilium rerum, non permanentium, sed succedentium ut hic, & ideo talia dicuntur temporalia. Rationalis autem spūs quasi in quodam medio est constitutus, sed medium oportet participare naturam extremorum, propter connexionem uniuersi, & ideo oportet, quod spiritus noster in aliquo conueniat cum aeternis, & in aliquo cum temporalibus. Cum aeternis conuenit in hoc, quod secundum substantiam omnino est stabilis perpetuus, in aeternum manens, & ideo quoad hoc non mensuratur tempore transeunte, quia illo comparabilia mensurantur, nec mensuratur aeternitate, quia illa soli Deo conuenit, ergo necessario mensuratur mensura media, scilicet aeterno, quod est quaedam participatio aeternitatis. Unde Dion. de di. no. dicit, quod quum dicitur quiesca & tota simul uita. Et Dam. dicit, quod quum non est tempus nec pars temporis, sed quod simul protenditur cum aeternis, scilicet secundum perpetuationem. Unde in li. de spiritu & anima dicitur. Spiritus humanus quadam conditionis suae excellentia, huic mutabilitati quae deorsum est supereminet, quasi creatus in orizonte aeternitatis, & ideo ad illam, quae est apud Deum inmutabilitatem, nondum peruenit, quia pertingere possit cum Angelis. Spiritus enim noster conuenit cum temporalibus in hoc, quod secundum operationes aliquas est mutabilis, & in eis successiones patitur. Unde in lib. de spiritu & anima dicitur. Si spiritus noster in his qui deorsum transeunt se per cupiditatem immerferit, statim per infinitas distractiones siue itinera rapietur, & a seipso quodammodo diuisus dissipabitur, & ideo quoad istas operationes temporalis efficitur, quia tempore mensuratur. De hac instabilitate & mutabilitate dicit Hugo de arca Noe sic. Dum cor nostrum siue spiritus noster per desideria fluere coeperit, quasi in tot diuisum est, quot sunt ea quae concupiscit. Hinc nascitur motus sine stabilitate, labor sine requie, cursus sine peruenitione, ita ut semper sit inquietus spiritus noster, donec ille inhaerere coepit, ubi desiderio suo nihil deesse gaudeat, & ea quae diligit, semper mansura confidat & credat. Hec ille. Ex quo concluditur, quod necesse est, quod spiritus humanus habeat aliquas operationes, quae

humanus ad spūale mansionem peruenit.

Diffinitio aeternitatis.

Triplex mensura entium. s. tempus, aeternitas, & aeternum.

Lib. 3. c. 1.

Ioan. 5.



quæ maneat secundum suam substantiam, licet una alteri succedat, quod accidit, ubi sunt operationes intrinsecæ intellectus & affectus, maxime quæ in eternis figurantur, quas operationes exercere posset spiritus humanus, etiam si cælum statet, uel si nullum esset tempus, ut patet per Augustinum. Mirum, cum sit spiritus humanus supra tempus, exiens in carne temporalis. Dicit enim Gregorius in moribus. Subleuata mens, id est spiritus extra terminos temporum ducitur, etiam cum à carne in tempore tenetur, & in libro de spiritu & anima. Si spiritus humanus ab hac infima distractione quæ deorsum est crederet se, & hæc infima deserens, atque paulatim se in unum colligens, secum esse didicerit, tantò amplius in unum colligetur, quanto magis desiderio & cognitione sursum eleuabitur, donec tandem omnino immutabilis sit, & ad illam ueram & unicam (quæ apud Deum est) immutabilitatem perueniat, ut perpetuò sine omni mutabilitatis uicissitudine requiescat, iam in intrinseco Domini perfecte collocatur. Hæc ille. Ex his patet, quod sicut spiritus humanus ex inordinato amore temporalium aggrauatus, ascendit ab æternis per aliqua itinera iniquitatis deorsum ad temporalia, sic spiritus humanus ex ordinato amore æternorum alienatus ascendit sursum, per itinera recte æquitatis ad æterna, & sicut ille per septem itinera obliqua descendit ad temporalia, ita iste per septem itinera recta ascendit ad æterna, propter quod itinera eternitatis nuncupantur. Itinera ergo eternitatis ducentia ad intrinsecum secretum, & æternale manerium Domini sunt hæc. scilicet. Aeternorum recta intentio. Aeternorum studiosa meditatio. Aeternorum limpida contemplatio. Aeternorum charitatiua affectio. Aeternorum secreta reuelatio. Aeternorum experimentalis prægustatio. Aeternorum deformis operatio. Ad itinerandum autem in his septem itineribus eternitatis, Dominus amorosè inuitat spiritum humanum, ostendens & promittens ei septem adminicula, cooperantia ad ambulandum in itineribus eternitatis. Istam autem inuitationem mens humana diligenter aduertat. Quia sicut dicit Veracellus super Canticum. Nihil est quod ad continuos spiritus profectus eam promoueat efficacius, quàm Deum imitari, & ab eo inuitari effectiue. Hoc quidem exercitio continuo, uniformiter proficiunt cælestes substantiæ, quæ non cessant post sponsum ingredi. Totus enim cursus amoris in assidua & continua huiusmodi inuitatione consistit, ut in fine libri Canticum patet, dicit ergo. Surge prope amica mea, columba mea, formosa mea & ueni. Amica, quia amans & amata. Ego enim diligam diligentes me. Columba mea, quia spiritu simplices sicut columbæ. Formosa mea, quia ad imaginem & similitudinem Dei facta, ut dicitur in Genesi. Surge igitur à temporalibus ad æterna tendendo, & prope, æterna inuestigando, & ueni,

Septē itinera.

Cant. 5.

Prou. 8.

Matt. 10.

Gen. 1.

æternitatem meam ingrediendo. Huius petitionis reddit causam, dicens. Surge prope amica mea & ueni, quia iam est itinerandi oportunitas temporanea, quia iam hyems transijt peccati infrigidantis, & itinera ambulantium obliquantis. Quia iam est itineru optata facilitas, quia iam imber abiit & recessit, cura distrahentis & itinerantes impediens. Qui iam est itinerantium amena iucunditas, quia iam flores apparuerunt in terra nostra. Quia iam tempus uernale uenit, ex præsentia diuini solis in terra nostra carnis. Quia iam est perambulantium alleuiata agilitas, quia iam tempus putationis aduenit, quo spiritus noster exoneratur ab omnibus superfluis & uanis. Quia iam est uiarum reuelata ueritas, quia uox turturis audita est in terra nostra uerbi incarnati, omnem ueritatem docentis. Quia iam est uiatrici desiderio facietas, quia ficus prætulit grossos suos, scilicet pater fons dulcedinis, filium panem omnis suauitatis, & spiritum sanctum potu sobriæ ebrietatis. Quia iam est medijs odorifera suauitas, quia uinea flores odorem suum dederunt, id est potentig fœcundæ dederunt odorem bonæ famæ ex operibus odoriferis, quia bonus odor Christi sunt. Igitur surge, prope amica mea & ueni. Vnde dicit Origenes. Quis iam non surget? quis non properet? aut quis non ueniet ubi tot utilitatum insignia concurrunt? Singula istorum adminiculorum applicabuntur singulis itineribus, ut patet infra, & hæc itinera abscondita sunt à sapientibus & prudentibus huius mundi, & reuelata sunt paruulis. i. humilibus. Vnde dicit Abacuc. Incuruati sunt colles mundi, id est sapientes, ab itineribus æternitatis eius, id est obliquati sunt à uis rectis æterni Dei, quia qui à recta uia declinant, quanto plus uadunt, tanto plus à termino rectæ uis recedunt, & quanto plus se sapientes mundi ab æterna ueritate auerunt, tanto plus stulti facti in temporalibus, euauerunt dicentes illud Sapientis. Sol intelligentiæ non est ortus nobis, lassati sumus in uia iniquitatis, uiam Domini ignorauimus. Cum ergo Augustinus. xiiij. & xv. de trinitate dicat, quod spiritus noster ad imaginem & similitudinem Dei æterni creatus sit, & ex hoc æternitatis capax sit, & ex hoc sortiatur quandam participationem, dum etiam secundum substantiam & secundum aliquas operationes intrinsecas sit supra tempus, quia in quo quod est quædam æternitatis participatio, ut supra dictum est, id est spiritus noster humilitatus & contritus, & à Deo amorosè inuitatus ad ueniendum per itinera æternitatis, ad suum intrinsecum secretum, & æternale manerium, secum & gaudens cum Psalmi. perat dicens. Deduc me Domine in uiam æterna.

De

DE ITINERIBVS, QUIBUS AD illud intrinsecum secretum, & æternale manerium in Christo acceditur, & primò de primo itinere æternitatis. Sectionis secunda, Partic. 1.



Rimū igitur iter æternitatis (quod est æternorum recta intentio) spiritus humanus desiderio æternorum ab omnibus alleuiatus, & ad perambulandum incitatus & expeditus, primò aggrediamur unum æternum intendendo, unum æternum ingrediendo, in uno æterno permanendo, propter unum æternum quod est optimum & necessarium, & finis quietans & consummās multitudinem omnium desideriorum in unum, quod non auferretur ab eo in æternum. Sed quia nemo itinerat, qui uias itineris ignorat, id est ad cognitionem istius uis siue itineris, quod est æternorum recta intentio, oportet sex considerare per ordinem. Primum est, quæ sit necessitas istius itineris, & quæ alijs itineribus præmittatur. Secundum est, quid sit intentio, & à qua potentia animæ oriatur. Tertium est, qualiter intentio deformis, & æterna efficiatur. Quartum est, per quæ signa intentio recta simplex & perfecta cognoscatur. Quintum est, qualiter per intentionem rectam ad intrinsecum æternum Iesu spiritus accedat & ingrediatur. Sextum, qualiter spiritus humanus ad ueniendum per iter illud, ad intrinsecum æternum Iesu dulciter & amanter ab eo inuitatur.

Distinctio prima.

Primò igitur uidendum est, quæ sit necessitas istius itineris, quod est æternorum recta intentio, & quare alia itinera præcedat. Circa quod notandum est, quod cum intentio finem actionis & itineris nobis præostendat, ut dicit Gregorius. xxvii. moral. ubi sic dicit. Intentio priusquàm se in actione exerceat, hoc iam quod appetit contemplatur. Item cum intentio actionem dirigat nostram in operatione, ut dicit Gregorius. ibidem. ubi dicit sic. Vnaquæque actio intentionem suam quasi intuentem oculum sequitur, ut dicit Gregorius. xxvii. moral. ubi dicit sic. Sicut fabrica columnis, columnæ autem basibus fulciuntur, ita uita nostra uirtutibus, uirtutes uero intima intentione subsistunt. Item rationabiliter iter intentionis alia itinera præcedere debet. Vnde Gregorius. ibidem dicit. Vigilanti cura per cuncta opera intentio nostra nobis pensanda est, ut nihil temporale in his quæ agit appetat, sed totum se in soliditatem æternitatis figat, ne si extra fundamentum nostræ actionis fabrica ponatur, totum opus in nihilum soluatur, quia etiam summa opera inaniter fiunt, si intentiones cordium extra æternitatis certitudinem desectur. Hæc ille. Et ibidem

dicit. Si recta intentio in operatione non tenetur, totum opus amittitur & deturpatur, si autem recte intendimus, bonum opus efficitur, etiam si minus bonum extra uideatur. Planè ergo patere potest istius itineris necessitas, in ordine respectu aliorum.

Distinctio secunda.

Secundò uidendum est, quid sit intentio, & à qua potentia animæ oriatur. De quo notandum est, quod sicut dicit Augustinus. lib. de concord. præsci. & lib. arb. Voluntas est instrumentum seipsum mouens, & omnia alia instrumenta quibus sponte utimur, & quæ sunt in nobis, ut manus, lingua, uisum, & cætera huiusmodi, & quæ sunt extra nos, ut stilum, securim, & cætera huiusmodi, & facit omnes uoluntarios motus, ipsa uero se suis affectionibus mouet in finem desideratum, & id est sola uoluntas elicit actum intentionis proprie dictæ & principaliter, sed à ratione siue intellectu dirigente siue dictante. Et nota, quod hæc intentio non fit sine amoris desiderio, quia quanto maior est amor finis, tanto uehementior est motus intentionis in finem, ita quod amor mouet in finem desideratum, sed intentio omnia per quæ amor potest consequi hunc finem desideratum, ordinat, & disponit ad illius finis consecutionem. Vnde glossa super illud Psalmi. In laqueo isto quem absconderunt, dicit, quod pes animæ est amor, & eo mouetur anima ad locum, quasi ad terminum ad quem tendit, id est ad dilectionem bonam uel malam, quo se peruenisse ad amorem letatur, amor autem est actus uoluntatis. Ex quo patet, quod intentio proprie & principaliter, est actus uoluntatis efficientis, & liberè ordinantis & mouentis in finem, & à ratione directus. Et nota, quod ista intentio ut est à uoluntate per gratiam formata, non solum actualis, sed & habitualis facit actum & opus meritorium. Cuius ratio est, quia præter naturalem bonitatem quæ est in actu uoluntatis, eo ipso quo est ens, tota alia bonitas ipsius est ex eius sufficienti ordine intentionis ad debitum finem. Tunc autem est sufficiens ordo, quoniam ex parte agentis per intentionem bonam, fit ordinatio actus sui in debitum finem, & quoniam ex parte actus est, quod sit ordinabilis ad illum finem, talis enim ordo includit bonitatem esse in actu, quæ sibi debetur ex obiecto debito, & ex forma debita, quæ est charitas, & ex circumstantia & ex debito fine. Deficiente autem altero istorum, actus uitiosus est. Ex quo patet, quod etiam actus indifferens per ordinationem debitam, & debitum finem fit meritorius, quia intentio recta si sit actualiter à uoluntate elicitur mediante gratia, addit aliquam bonitatem supra habitum, cui debetur premium substantiale. Per actus enim uoluntatis elicitos ex gratia, meremur uitam æternam. Ex his etiam patet, quod intentio actualis est perfectior & magis meritoria habituali.

Voluntas quid.

Psalm. 30.

Intentio nis descriptio.

Intentio actualis maioris habitus.



habituali, quia addit aliquam bonitatem supra habitualem. Vnde Greg. xvij. moral. dicit. Sicut lucerna corporis est oculus carnalis lucens toti corpori, ita per radium intentionis illustrantur itinera actionis. Nam dicit Dns. Intentio sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Distinctio tertia.

Tertio uidendum est, qualiter intentio rectificetur, & ex hoc deiformis & quasi aeterna efficiatur. De quo notandum est, qd sicut dicit Hugo lib. j. de arca Noe. Cor hominis quod prius amore diuino stabile & fixum in aeternitate persiluit, quia unum amando, unum permansit, postq aut per desideria terrena deluere cepit, quali in tor diuisum est, quor ea sunt quae concupiscit, ergo secundum diuersitatem concupiscentiae siue amoris erit diuersitas intentionis. Vnde Bern. super Cant. ostendit, qd si amantur pia appetit, etiam intentio turpis erit, & foedans faciem aia uel sps, & si honesta, erit intentio recta erit. Vnde Bern. ibidem describit diuersas intentiones, sed in diuersas affectioes. Primum ergo scdm Bern. est qda intentio peruersa & iniqua, ut illa q procedit ex uoluntate affectata carnaliter, siue ex amore carnali tendens ad finem, qui contrarius est ultimo fini & aeterno, ut est intentio illorum, qui terrena sapiunt, quorum Deus uenter est, qui intendunt gula, ut magis possint contemere actus luxurie. Talis intentio est obstinatorum & temporalium. Vnde Bern. ibidem dicit. Tendere non in Deum sed in seculum, secularis animae est, ut dictum est, & habet talis faciem foetidissimam foetore peccati. Secundo est intentio quadam heta & falsa, ut quae procedit ex uoluntate affectata mendaciter, tendens in Deum apparenter & false & non uere, quia propter fauorem hominum, de qua dicit Bern. ibidem. Tendere quasi in Deum, sed non propter Deum hypocrita plane animae est, omnem decorem animae exterminantis, & totam illam sedatis propter turpitudinem hypocrisis. Tertio intentio quadam est obliqua & mercenaria, ut quae procedit ex uoluntate affectata pusillanimitate, tendens in Deum non propter Deum, sed propter praesentis uitae necessaria, ex qua recuratur ad se. Vnde mercenaria est, quia ueris filijs no co-uenit, ut patet per Amb. qui dicit in glo. Luc. iij. sic. Filius qui habet sancti spiritus pignus, in seculari corde mercedis lucra non quaerit, sed seruat ius haereditis. De hac intentione dicit Bern. ibid. Si autem intentio solum uel maxime ob uitae praesentis necessaria, se ad Deum conuertit, non quidem fece hypocrisis foetidam, pusillanimitatis tu uitio dicimus obscuram & minus accepta, eo q non quaerit Deum pp se, ideo praedicta itinera sunt obliqua & temporalia, no aeterna. Quarto quadam intentio est recta, quae est & propter Deum principaliter, & pp ipsum directa, quae est

actuum bonorum, & haec procedit ex uoluntate affectata spualiter, qd est diuini amoris calefacta, quae uoluntas sic astuans, intentionem ad consecutionem aeterni finis desiderati operando impellit, liquefaciendo in Deum dirigit, nec eam sistere nisi in Deo aeterno sinit. Vnde Origen. sup Can. v. dicit. Qui sancto desiderio itus astuat, ad quodlibet opus boni habilis inuenitur, quia nihil dari in corde, in intentione portat, quod non seruire astuantis desiderij in Deum liquefaciat, haec Origen. Haec tu intentio perfectum decorem non habet per omnia, quia adhuc circa multa est occupata, licet propter Deum. Vnde Bern. ubi supra dicit. Porro in aliud tendere q in Deum, & tu propter Deum, no oclum Mariae, sed Marthae negocium est. Abit autem, ut quae huiusmodi est, quicq dixerim illam habere deformem, nec tu ad perfectum affirmauerim peruenisse decoris, quippe quae adhuc sollicita est, & turbatur erga plurima, & no potest terrenorum actuum uel tenui puluere non aspergi, quem tu facile citdq; detingeri hora sanctae deuotionis, uel dormitionis casta intentio, & bonae conscientiae interrogatio ad Deum. Haec Bern. ser. xij. super Cant. Quinto intentio quadam est recta, simplex, & magis immediata, & odore finis aeterni dulciter allesta, quae est contemplatiuorum, & illa procedit ex uoluntate finis aeterni affectata experimentaliter. Experimentalis enim odor ultimi finis, omnia alia aliquo modo contemnerit facit, ex quo intentione in nullo alio fine quiescere facit, sed eam quantum potest ultimo fini immediate unit. Dicit enim Hugo, q experientia est mater uel magistra intelligentiae, & q ille optime ueritatem nouit, qui eam non audiendo solum, sed etiam gustando & faciendo didicit. In tali enim experientia intentio non ambulat, sed quasi currit. In odorem (inquit spsa) currenus unguentorum tuorum. Haec intentio tendit in Dominum solum immediate quantum potest, & propter ipsum, sed ut pluries no totaliter propter ipsum solum, sed etiam quaerit propter se meditari & consolari, retinens adhuc aliquid de proprio, ut dicit Bern. & ideo talis intentio diuisa est. Talis clamat cum Petro. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Et cum Psalm. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum, propter retributionem. Quam tu intentionem Dominus non reprehendit, quia non principaliter quaerebat mercedem, sed Domini uoluntatem, cu multi tales sint in aeterna domo patris. Sexto intentio quadam est immediata, simplicata, & deificata, & amore finis aeterni totaliter attraeta. Et haec est beatoru in patria, & inde intentio sit intentio aeterna, & elicitur a uoluntate affectata deiformiter. Deificatio aut (ut dicit Bern. lib. de diligendo Deum, parumpost medium) nihil relinquit in uoluntate admixtum uel proprium, sed totu per intentionem dirigit in Deum. Vnde dicit ibidem

In Cant. Ser. 40.

Diuerficiuntur intentiones iuxta diuersitate affectionum.

Ibid. Ser. 41.

Super 7. Angelica hier.

Cant. 2.

Matth. 19.

Psalm. 118.

Luc. 16.

ibidem sic. O pura & desecata intentio uoluntatis, eo certe desecata & purior, quod in ea de proprio nihil iam admixtu relinquitur, eo suauior & dulcior, quod totum diuinu est quod sentitur, sic affici deificari est, sic omnem tunc in sanctis qui sunt in patria humanam affectionem, quodam ineffabili modo necesse est quiescere, & a semetipsa liquefcere, atque in Dei penitus transformari uoluntatem, alioquin quomodo oia in obus erit Deus, si in hoie aliqd de hoie supererit? manebit qd substantia, sed in alia forma, in alia gloria, aliaq; potentia, & uidetur sentire Bern. hoc impossibile fieri, nisi post resurrectionem corporu, cum beati adhuc ante resurrectionem corporum, desiderio naturali appetant unionem corporum suorum. Haec Bern. Idem sentit Aug. de appetitu corporum, ut patet lib. xv. super Genesim.

Distinctio quarta.

Quarto uidendum est, per quae signa recta & simplex intentio cognoscatur. Circa quod notandum est, qd huius intentionis aliqua signa sunt quasi exteriora, & quoad homines, & quadam interiora, & quoad conscientiam. Signa ergo exteriora rectae & simplicis intentionis (secundum Origen. exponens illud. Quam pulchri sunt gressus tui & c.) sunt quinq;. Loquens ergo de multa pulchritudine gressuum intentionis dicit. Sponsa calceata pulcherrime incedit, quasi rectissima intentione. Post sanctorum exempla incedit calceata, sed hypocrita nudo pede incedit, quia Deum sequitur corrupta intentione, caret enim exemplari pelle, uterq; tu ex fratribus suis cognoscitur. Et ponit ibi quinq; signa rectae & simplicis intentionis, per quae illi ab istis distinguuntur. Primum signum est humane laudis detestatio, & dicitur gloriificatio. Vnde Saluator. Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocrite faciunt. De hoc dicit Chryf. Tuba est omnis actus, per quem operis iactantia demonstratur. Secundum signum, est sobria tristitia, & exultatio metis. Vn Chrs dicit. Cu ieiunatis nolite fieri, & c. ubi Ori. di. No inueni uerius signum boni cordis, q si erumpat foras dulcedine mentis, & frequentia sobria exultationis & tristitia. Tertium signum est ordo correctionis, ut primo a teipso incipias, & post alios corripas. Vnde in Matth. dicitur. Hypocrite eijce primum trabem de oculo tuo, & tuc uita debis eijcere festucam de oculo fratris tui. Et Origenes ibidem. Nisi fallar nihil aliud appetis, nisi apparere iustus, dum me corripis & te negligis, aut si me & te corripis, quare a me incipis & non a te? Quartum signum est benignitas compassionis. Vnde Saluator di. Va uobis scribae hypocrite, qui alijs clauditis regnum caelorum, & imponitis eis graui onera, & c. Greg. Qui bonus est corde, benignus est compassione. Quintum

Idem in praes. ap. super Genesim.

In Cant. Ser. 47.

Super 7. Angelica hier.

Cant. 2.

Matth. 6.

Matth. 6.

Matth. 7.

Matth. 23.

eum signum est immobilitas mentis, eam in aduersis q in prosperis, quae ut alter Iob acceptat dices. Si bona accepimus de manu Dni, cur non similiter & mala? Vnde Greg. exponens illud Iob. j. Erat simplex & rectus, dicit. Simplex & rectus est ille q in aduersis no frangitur, qui ad temporalia non inclinatur uel incuruatur, qui ad superiora totus erigitur, qui Domini uoluntati humiliter subijcitur, haec Greg. Haec Origen. breuiter enumerat. d. Quam pulchri sunt gressus tui in calcaneo tuo filia principis. Si in operibus q agis laudem humanam uitas, si sobrie exultas, si primo te corripas, si alijs benignitatem exhibeas, si patientiam in aduersis ostendas. Haec sunt signa exteriora. Post haec primo uidendum est de signis interioribus rectae & simplicis intentionis. De hoc nota, q Bern. lib. de praecip. & dispen. dicit sic. Quod interior oculus intentionis uerae sit simplex, duo arbitror illi necessaria esse, scilicet charitatem in intentione, & ueritate in electione. Primum necessaria est charitas in intentione. Cuius ratio est, quia charitas intentionem ad omnia illa, quae ad finem sunt principaliter intentia dirigit & extendit, & per hoc arctius unit, cu in omnibus unum intendit, & ad unum tendit, & omnia quantum potest cum illo unire quaerit. Vnde Greg. in pastora. di. Charitas diuina unire consuevit cor iusti, diuini per multa compellit, quod tanto arctius in Deo colligit, quanto illud latius per sancta desideria spargit. Secundo ad hoc q oculus intentionis sit rectus, & uere simplex, requiritur ueritas in electione, quia illa no sinit errare circa finem intentum. Vnde Bern. ibidem dicit. Quomodo denique simplex erit oculus intentionalis, cum ignorantia ueritatis etiam qui bonum diligit, & malum nescius agit? Sed illius non immerito oculum simplicem duxerim, cui neutrum bonum desit, quia ista duo oculum intentionis faciunt simplicem, scilicet amor boni, & cognitio ueri. Haec Bern. Sic igitur nec charitas intentionem finit ante finem intentum stare, nec ueritas finit eam circa finem errare. Veritas enim no amat angulos, nec ei diuersoria placent, ait Bernar. Igitur opus per intentionem bonam agitur, quando illa charitate & ueritate munitur, spiritum igitur rectu innoqua in uisceribus meis.

Iob. 2.

Distinctio quinta.

Quinto uidendum est, qualiter per intentionem rectam & simplicatam, spiritus humanus intrinsecum & aeternale manerium Domini se su accedat, & ingrediatur. De hoc nota, q cu recta & simplex intentio sit quadam tendentia sine obliquitate, & simplex sine admixtione, in aeternitatem a uoluntate desiderata, & a ratione dictata, consequens est q intentionis tendentia continua est aeternitatis consideratae approximatio, & attingentia continua. Vn Hugo primo lib. de

lib. de



lib. de arca Noe dicit sic. Hoc est ad Deum tendere, semper cum per desiderium quare, per cognitionem inuenire, & per gustu tangere. Intentio charitate & ueritate manita, omnia temporalia derelinquat, & ad aterna redeat, donec intentio tentio fiat, ut dicere possit. Inueni que diligit anima mea, tenui eum nec dimittam, do nec eum introducam in omnes mentis capacitates, tam communes q̄ singulares, ubi intentio omnibus inferioribus superferatur, extra mundu constituitur, in aternis collocatur & quietatur. Vnde Greg. xxv. moral. dicit sic. Si semel in appetitione celestis patrie forti stabilitate animus p intentionem hgitur, minus rerum temporalium perturbatione uexatur. A cunctis quippe exterioribus motibus eandem intentionem suam quasi quendam secretum secessum petit, ubiq; incommutabili inharens & mutabilia cuncta transcendens, iam ipsa tranquillitate quietis suae in domo, scilicet in mundo, extra mundum est. Excedit quippe omnia ima intentione summorum, & cunctis rebus quas non appetit, libertate quadam superesse se sentit, nec tempestatem rerum temporalium intus sustinet, quam intuetur foris, quia terrena omnia quae concupita opprime re mentem poterant, despecta subtus iacet. Vnde per prophetam dicitur. Statue tibi speculam, quia dum quisq; speculatur, summa supereminent infima. Hac Greg. Si igitur spiritus noster in se bene ordinatus, cum omnibus actionibus in unum se colligat, sursum ad aterna tendat, & licet quoad aliqua instabilis permaneat, intentione tñ in aternitate stabilis persistit, quae non nisi in aternis stabilitur. Dicit Greg. & Hugo lib. iij. de arca Noe. Quadiu homo ordinem suae naturae tenuit, quis per actionem uariaretur, interior tñ per intentionem & amorem stabilis permanet, quia unum intendebat, & propter unum omnia faciebat, unam diligebat, & omnium uoluntatum atq; actionum suarum finem ad unu referebat creatorem suum, qui solus sufficebat. Hac ille. Et Basilus exponens illud Luc. Porro unum est necessarium, dicit. Vniformis est uita Christiana, ad unam tendens intentionem. I. gloriam Dei, multiformis uero & uaria est uita eorum, quae de foris sunt, pro libitu suo uariata.

Distinctio sexta.

Secundo uidendum est, qualiter spūs ad ueniendum per iter recte & simplicis intentionis ad aeternum intrinsecum Domini Iesu, dulciter ab eo inuitatur. dicere sponso in Cant. O amica mea pp intentionis tuae simplicitate. Nam tñ in quiete interioris contemplationis, q̄ in exercitio exterioris actionis, & in consolatione Angelicae allocutionis me solum intendeabas, cum me in lectulo quaesisti, ciuitates circuisti, uicos perambulasti, custodes Angelicos sustinisti, quare pertransitis his omnibus singularis me singulariter

inuenisti & tenuisti? Surge, si enim amica mea es, surgendum est tibi, per tuae intentionis stabilitate ad me incessanter tendendo, quia & si me ut amicu inuenisti, nondū tñ ad plenum cognouisti. Quere ergo faciem meam semper cū Psal. Quia qui sine fine est amicus, sine fine est querendus. Ait Aug. in glo. O columba mea pp intentionis simplicitatem & unitatem. Vna. n. est columba mea, quae ut dicit Vercell. ibid. unica simplicem habens intum, unde signat puram intelligentia contemplans diuinam simplicem essentiam, ex quo simplicitate magis fuit, sicut scriptum est. Estote simplices sicut colubae. Propera pp intentionis tuae agilitate mihi continue approximando, quia per continua desiderati finis intentione, consequeris continua approximatione ad me, qui sum principiu & finis. Principium te liberatiter creans, finis te finaliter quietans. O formosa mea, pp intentionis tuae deformitatem. Ipsa. n. intentio ait Dñs, quasi lucerna fulgoris illuminabit te, ut iam nihil proprium in te relinquaris, quod in te amorose non ordinaueris, pp quod tora pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni igitur ad meam diuinitatem, quia intentionis tuae tendentia non quiescit nisi in mea aternitate, quae est secretum meum intrinsecu & aeternale manerium. Veni aut, quia iam est itineradi temporanea oportunitas, quia iam hyems transijt. Quod Vercellen. exponens ait. Hyems multiplici intemperie ituerantes prepedit. Vnde Dñs ait. Orate, ne fuga uestra hat hyeme uel sabbato. Hyemis igitur nomine inquit Vercell. intelligitur qualibet impedimenta, uel offensa itinerum aternitatis. Horum autem itinerum offensa, sunt concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia uita, cum omnibus familijs suis, sed hec omnia iam sunt diuinitas, quia iam hyems transijt. Hac ille. Et estas solis aeterni incarnati uerbi, iam in terra nostra apparuit, & ideo iam temporanea itineradi est oportunitas, ideo dicit Vercell. Hac itnera sibi carpit sponsa per tota seriem canticoru sponso uocante, illuminante, adiuuante, supportate, & amplexante, celestibus paranympis obsequia sua impendentibus. Hac ille. O Dñe Deus, ueni ergo amica mea, quia iam hyems peccati intentionis tuae ascensum retrahentis, transijt. Veni colubam mea, quia iam hyems peccati intentionis tuae agilitatem retardatis, abiit. Veni formosa mea, quia iam hyems peccati intentionem pulchritudinis tuae deturpantis, recessit. Veni autē amica mea, per intentionis tuae singularitatem, ut me aeternaliter amplexeris. Veni columba mea, per intentionis tuae deformitatem, ut me aeternaliter fruaris. Ego enim perpetua dilectione dilexi te. Ad quam fruitionem aeternam nos perducit, qui in aeternum regnat aeternus Deus, in aeternum benedictus. Amen.

De

DE SECUNDO ITINERE aeternitatis, Particula secunda.



Secundum iter aeternitatis per quod spiritus humanus tendit ad intrinsecum secretum, & aeternale manerium Domini Iesu. i. ad aeternam eius diuinitatem, est aeternorum studiosa meditatio. De quo itinere sunt septem per ordinem notanda. Primum est, quare iter studiosae meditationis immediate iter rectae intentionis sequatur. Secundum est, quid sit meditatio, & qualiter a cogitatione distinguatur. Tertium est, qualiter in itinere meditationis Deus spiritum humanum illuminet & cofabuletur. Quartum est, qualiter spiritus humanus in itinere meditationis Dei alloquatur. Quintum est, qualiter allocutio diuina intrinseca a nostra meditatione distinguatur. Sextum est, qualiter spiritus humanus per iter meditationis aeternitatem Iesu ingrediatur. Septimum est, qualiter spiritus humanus ad ueniendum per iter meditationis, ad aeternitatem a se inuitatur.

Distinctio prima.

Primo igitur notandum est, qualiter iter studiosae meditationis iter rectae intentionis sequatur, & quare istius itineris sit necessitas. De quo notandum est, quod cum radius recte & simplicis intentionis, spiritu humano aeternum & beatificum finem omnis consolationis uel consummationis, quasi speculatiue praestendat, quod necessarium est, quia nisi spiritus humanus sine illum aliquater praecognosceret, nesciret quomodo tenderet, uel ubi quiesceret, & nisi illum sine aliquo qualiter desideraret & inueniret, nunquam quare curaret, sed uagus & profugus super terram (ut alter Cain a facie Domini proiectus) nunquam stabilis permaneret, ut dicit Hugo libro primo de arca Noe, meditatio studiosa per omnia discurrendo ad hunc finem intentum inuestigando, quasi practice quareat & inueniat, & spiritum ad illum cum animi ratione & exultatione non desistat adducere, ideo rationabiliter immo necessario iter meditationis immediate sequitur iter intentionis. Vnde Richar. dicit. Meditationis studiū est semper quouis industria labore, qualibet animi difficultate, ardua quaeq; apprehendere, obscura irrumperet, occulta penetrare, donec ueritate diu quaesitam inueniat, & animum suum ad ueritatis contemplationem, cum admiratione & exultatione adducat. Hac ille. Hac etiam duo itinera mutuo se iuuant. Intentioni duo sunt necessaria. scilicet amor boni, & cognitio ueri, ut supra dictum est, sed meditatio haec duo augmetur & confortat suo seruore, quia secundum Psal. In meditatione mea exardescet ignis, quia intentione ad cognitionem ueri illuminat, & quoad desideriu bo

ni finis inflammat, ex quo intentio meditatione in finem intentum & desideratum rectius dirigit, & uehementer impellit. Item intentio finem itineris ostendit, meditatio uero uiam ad summam & aeterna pandit, & quae sint necessaria itineri prouide disponit, ait Bern. Ex his patet, quare iter meditationis sequatur iter intentionis, & eius necessitas.

Distinctio secunda.

Secundo uidendum est, quid sit cogitatio, ne spūs humanus per uiam cogitationis, pro uia meditationis iter arripiat. Oportet scire quid sit cogitatio, & quid meditatio, & qualiter inter se distinguantur. De quo nota, quod Richard. dicit sic. Sciendum, quod unam eandemque materiam habentia, aliter per cogitationem intuentur, aliter per meditationem ruminantur. Multum enim a se inuicem differunt haec, quamuis quaeque in materia conueniant. Et ideo dicit Rich. ibidem, quod cogitatio est ipsius animi aspectus, ad euagationem pronus. Ipsa enim singulis penes momentis, consuevit se ad inepta & friuola relaxare, & sine ullo discretionis freno ad omnia se ingerere, uel praecipitem dare. Meditatio uero, ut dicit idem, est studiosa mentis intentio, ad inuestigandum diligenter intendens, & est prouidus animi intuitus, ad ueritatis inquisitionem uehementer occupatus. Ex his patet multiplex istorum differentia, ut ostendit Rich. ibidem di. Cogitatio per diuersa quaeque lento pede graditur, sine respectu per uentionis, passim huc illucq; uagatur. Meditatio uero, saepe per ardua & aspera ad directionis finem cum magna animi industria peruenire nititur. Secundo differunt, quia cogitatio serpit, meditatio incedit, & ut plurimum currit. Tertio differunt, quia cogitatio est sine labore & fructu, meditatio uero cum labore & fructu. Quarto differunt, quia cogitatio semper uagis motibus de uno in aliud transit, meditatio autem semper circa unum aliquod incessanter incedit. Quinto differunt, quia cogitatio oritur ex imaginatione, & ideo quaeque est sine ratione. Ad cuius intellectum nota, quod sicut dicit Rich. duplex est imaginatio. Vna est bestialis, alia rationalis. Bestialis sine utilitate & deliberatione huc illucq; discurret, quod & bestia facere potest. Rationalis autem, est illa qua imaginamur diuersa, componendo uel diuidendo prout uolumus, quod bruta non possunt sic facere. Meditatio enim oritur ex ratione. Vnde quandoque transit in contemplationem per admirationem & exultationem. Hac ille. Et sic apparet, quid sit cogitatio, & quid meditatio, & qualiter inter se differunt & conueniunt, unum tamen pro altero frequenter ponitur, quia cogitatio in meditationem conuertitur, ut dicit Richard.

Distinctio

Hier. 31.

Luc. 10.

Cant. 5.

Cant. 3.

Psalm. 116.

Cant. 6.

Manib. 10.

Apoc. 21.

Luc. 11.

Cant. 4.

Mate. 24.

Arca Noe.

Hier. 31.

In ser. de S. Andr.

Quid sit cogitatio, & quid meditatio, & qualiter inter se distinguantur. De arca mystica lib. 1. c. 3.

In lib. de Beniam. cap. 18.

In lib. de Beniam. cap. 18.

Lib. 1. c. 4.



Distinctio tertia.

Tertio quia allocutio diuina illuminans mirabiliter a montibus aeternis, mentem hominum ad ambulandum ad aeterna inducit, & alleuiat uiam. Et ideo notandum est, qualiter in itinere meditationis Deus spiritum humanum alloquat, & de aeternis quandoque quasi confabulatur, ne sicut dicit Bern. itinerantes laboribus fatigentur, sermonibus delectari. Dicit namque Bern. super Can. sic. Deus quasi uisitor quispiam itinerantibus sese associans, iucundis confabulationibus suis a labore uiam omnem hominem releuat & commutat, ita ut eo discedente loquatur. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in uia? Hae ille. Primo ergo uidentur, qualiter Deus in meditationibus nostris cum spiritu nostro loquatur & confabuletur. De quo notandum, qd Dionys. in principio Angel. hierar. di. Pater aeternus lumen generat simplicissimum in essentia, & ipsum uniuersale lumen ab ipso patre prodiens, ad concipiendum sui cognitionem & participationem, non solum admittit caelestes mentes, sed & ad nos per distributionem bonitatis suae uenit, ut nos ab infimis separatos, suscitaret ad sui desiderium & cognitionem, & remota mentis distractione, conuerteret nos ad congregantis patris uisionem aeternam. Hae ille. Et hoc est lumen, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, quantum in se est, sed diuina illuminatio, est inspirata Dei locutio. Vnde Greg. ij. mora. dicit. Quasi in audientibus dicitur, quod uideribus inspiratur. Et Aug. de triplici habitaculo, dicit sic. Dei locutio est occulta inspiratio, qua mentibus suam uoluntatem & suam ueritatem ostendit uisibiliter. Sic & Greg. primo moral. ostendit, qd Deus nos alloquitur per inspirationem mentis intrinsecam. Vnde & xxx. moral. dicit sic. Loquitur quippe Deus intrinsecus silenter, sonans inuisibili lingua, compunctionis, & quanto plenius intus auditur, tanto ab exteriorum desideriorum strepitu perfectius audiens, auertitur: ut cum propheta Dauid dicat. Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus &c. In his qui conuertuntur ad cor, mentem in qua Deus tanquam in imagine sua habitare dignatur, quomodo autem ibi habitaret eternus, & non loqueretur de aeternis? Sed nota quis diuinam allocutionem audiat. Ad hoc respondet Dns di. Qui habet aures audiendi audiatur. Et in Apoc. Qui habet aures audiendi, audiatur quid spiritus dicat Ecclesijs. Quod exponens Rich. ibidem dicit. Aures audiendi habet ille, qui spiritum habet intelligendi, & affectum diligendi, & promerendi ea quae dicuntur uel promittuntur. Vnde Dns loquens Iudaeis surdis quantum ad auditum interiore, sine sensum spualē, dixit. Quare non cognoscitis loquelam meam? Quia non potestis audire sermonem meum, quia ex Deo non estis, sed ex patre Diabolo estis, qui in ueritate non stetit, & ideo mendax est, sed qui ex Deo est, uerba Dei audit, & si quis sermonem meum seruauerit, morte non gustabit in aeternum: sed qui uiuit habet sensus interiores spuales uiuaces, sed tamen non oēs habet eos exercitados, & apertos ad audiendum uerbum Dei. Nisi enim sensus auditus & interior excitetur, & a Iesu aperiat, spūs noster surdus & mutus ad audiendum efficiatur, ut de talibus dicatur illud Psalm. Aures habent, & non audient Deum intus loquentem, neque enim est spūs in ore ipsorum ad Deum alloquendum. His concordat Greg. xxvij. mora. ubi dicit sic. Vox Dni auditur, cum gratiae eius aspiratio mente concipitur, cum sensualitas occulta nostra surditatis rumpitur, tunc auditus reparatur. De hoc nota infra. vj. itinere dist. iij. Sed qualiter sensus interiores reparantur & excitantur, docet Apostolus ad Rom. ubi dicit. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. scilicet secundum spūm. Qui autem secundum spūm uiuunt, quae spūs sunt sentiunt, id est spūalia eius sapiunt. Cuius ratio est, quia uiuificatio spiritu, uiuificantur & sensus spūs, ut in spūalibus excitentur & delectentur in eis, scilicet in spūalibus, quod non solum uerum est de sensu interiori auditus, sed et de oibus sensibus interioribus. Quod et probatur in lib. de spiritu & aīa, ubi dicitur sic. Cum exterior sensus carnis bono suo utitur, interior sensus quasi obdormit. Nō enim cognoscit bona interioris sensus, qui iucunditate exteriorum bonorum capitur. Nam qui in carne uiuit, in carne sentit, & dolores carnis fugit quantum potest, & consolationes quaerit carnis, sed talis uulnera aīe prorsus ignorat, ideo nec medicinam quaerit eis. Cum autem mortuus fuerit sensus animae, quo uiuit in carne, tunc uiuificari incipiet sensus interior, quo sentit semetipsum, & tunc sciet dolores suos spūs, & sentire incipiet sua uulnera, & et oblectamenta sua, & tanto perfectius quanto incipimus. Hae ille. Tales ergo cum iam habent interiorem auditum apertum, audiunt Deum in se loquentem, ut dicit illud Psalm. Ignitum eloquium tuum uehementer, & seruus tuus dilexit illud, & de hoc infra. Et nota qd (sicut patet per Greg. ij. mora.) Deus nō omnes aequaliter alloquitur in meditationibus suis, nec unumquemque; hominem omni tempore aequaliter alloquitur, sed prout unicuique opus est. Quare & Dns discipulis dixit. Multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modum. Item sciendum est, qd Dominus multipliciter loquitur nobis, scilicet arguendo dicens. Quos amo, arguo & castigo. Quod Richard. & Haymo exponentes dicunt, ut ad illud quod Dominus suadet nos perducatur, proponit arguere & castigare quos amat, ideo libenter toleranda sunt eius uerba & uerbera. Terribiliter comminando dicit. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmas, & ardeat, & in ignem mittetur, & ardet. Prudenter docendo dicit. Vos dixi amicos. Quare quia omnia quae a patre meo audiui, nota feci uobis,

In Cant. 4r. 31.

Luc. 24.

Ioan. 1.

Psal. 84.

Marth. 17 Apoc. 2.

ritate non stetit, & ideo mendax est, sed qui ex Deo est, uerba Dei audit, & si quis sermonem meum seruauerit, morte non gustabit in aeternum: sed qui uiuit habet sensus interiores spuales uiuaces, sed tamen non oēs habet eos exercitados, & apertos ad audiendum uerbum Dei. Nisi enim sensus auditus & interior excitetur, & a Iesu aperiat, spūs noster surdus & mutus ad audiendum efficiatur, ut de talibus dicatur illud Psalm. Aures habent, & non audient Deum intus loquentem, neque enim est spūs in ore ipsorum ad Deum alloquendum. His concordat Greg. xxvij. mora. ubi dicit sic. Vox Dni auditur, cum gratiae eius aspiratio mente concipitur, cum sensualitas occulta nostra surditatis rumpitur, tunc auditus reparatur. De hoc nota infra. vj. itinere dist. iij. Sed qualiter sensus interiores reparantur & excitantur, docet Apostolus ad Rom. ubi dicit. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. scilicet secundum spūm. Qui autem secundum spūm uiuunt, quae spūs sunt sentiunt, id est spūalia eius sapiunt. Cuius ratio est, quia uiuificatio spiritu, uiuificantur & sensus spūs, ut in spūalibus excitentur & delectentur in eis, scilicet in spūalibus, quod non solum uerum est de sensu interiori auditus, sed et de oibus sensibus interioribus. Quod et probatur in lib. de spiritu & aīa, ubi dicitur sic. Cum exterior sensus carnis bono suo utitur, interior sensus quasi obdormit. Nō enim cognoscit bona interioris sensus, qui iucunditate exteriorum bonorum capitur. Nam qui in carne uiuit, in carne sentit, & dolores carnis fugit quantum potest, & consolationes quaerit carnis, sed talis uulnera aīe prorsus ignorat, ideo nec medicinam quaerit eis. Cum autem mortuus fuerit sensus animae, quo uiuit in carne, tunc uiuificari incipiet sensus interior, quo sentit semetipsum, & tunc sciet dolores suos spūs, & sentire incipiet sua uulnera, & et oblectamenta sua, & tanto perfectius quanto incipimus. Hae ille. Tales ergo cum iam habent interiorem auditum apertum, audiunt Deum in se loquentem, ut dicit illud Psalm. Ignitum eloquium tuum uehementer, & seruus tuus dilexit illud, & de hoc infra. Et nota qd (sicut patet per Greg. ij. mora.) Deus nō omnes aequaliter alloquitur in meditationibus suis, nec unumquemque; hominem omni tempore aequaliter alloquitur, sed prout unicuique opus est. Quare & Dns discipulis dixit. Multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modum. Item sciendum est, qd Dominus multipliciter loquitur nobis, scilicet arguendo dicens. Quos amo, arguo & castigo. Quod Richard. & Haymo exponentes dicunt, ut ad illud quod Dominus suadet nos perducatur, proponit arguere & castigare quos amat, ideo libenter toleranda sunt eius uerba & uerbera. Terribiliter comminando dicit. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmas, & ardeat, & in ignem mittetur, & ardet. Prudenter docendo dicit. Vos dixi amicos. Quare quia omnia quae a patre meo audiui, nota feci uobis,

bis. s. quae necessaria ad salutem fuerunt, ait Chry. in Mat. Aperiens os suum docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Ut ille suadendo, dicens. Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum, ut locuples fias. Per aurum ut dicit Rich. ibidem, signatur charitas, quae ut aurum fulget, quae dilectione feruet, quae in tribulatione fornacem examinationis sustinet. Hae ille. Veraciter promittendo. Vnde ait Dns. Qui diligit me, sermonem meum seruabit. & pater meus diliget eum, & ad eum ueniet, & mansionem apud eum faciemus. Hic tria promittit, scilicet dilectionem, uisitationem, & mansionem. Quid manus his? Dulciter consolando dices. Comedite amici mei, & inebriamini charissimi. Comedite corpus meum, & bibite sanguinem meum, & inebriamini diuinitate mea. Verbum caro factum est, ut cibus angelorum fieret cibus hominum, ait Gregor. Familiariter susurrado. Vnde in Iob. dicitur. Porro dictum est ad me uerbum absconditum, & quasi furtiue suscepit auris mea uenas susurrus eius. Quod Greg. exponens. v. moral. dicit, qd per uerbum absconditum allocutio intimae aspirationis intelligitur, quae mentem suae spiritum contingens subleuat, & temporalis cogitationes deprimens, hanc aeternis desiderijs inflamat, ut nihil nisi superna cogitare libeat, & cuncta inferiora contemnat. Absconditum igitur uerbum audire, est locutiones sancti spiritus in corde concipere, quae mundus audire non potest, quia spūm sanctum accipere non potest, qd diligenda inuisibilia non assurgit. Hae Gregor. Et sequitur. Et quasi furtiue suscepit auris mea susurrus eius, ubi dicit Gregor. Susurrus occulti uerbi, est ipsa locutio aspiratio internae. Venit autem susurrus, dicuntur earum cogitationes, quibus ipsa aspiratio ad mentem ducitur. Venas igitur superni susurrus auris cordis furtiue suscipit, quoniam subtilitate locutionis intimae afflata mens raptim & occulte cognoscit. Nisi enim ab exterioribus desiderijs se abscondat, interna non penetrat, & occultatur ut audiat, & audit ut occultetur. Hae ille. Verba huius diuini susurrus quae sunt abscondita & occulta, ut in intimis audita extra dici non possint. Vnde dicit Grego. xv. moral. Riui spūalium donorum, in amantis mente ita de caelestibus subtiliter currunt, ut per os carnis explicari non possint. Hae ergo nemo scit, nisi qui accipit, ait Domini in Apoc. ubi dicit Haymo, qui ad hoc praedestinatus est. Vel ut dicit Aug. ibidem. Qui acceperit per experientiam, uel per reuelationem. Sic igitur apparet, qualiter Deus spiritum nostrum in meditationibus alloquitur.

Distinctio quarta.

Quarto videndum est, qualiter spiritus noster, siue mens nostra, in meditationibus suis Deum se alloquentem alloquitur.

Cum enim Deus, ut iam supra dictum est, spiritum siue mentem nostram in meditationibus quandoque tam amabiliter & dulciter alloquitur, ut spiritus noster quasi admirando cum propheta clamet. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo: condecens & necesse est, ut spiritus noster Deum alloquentem se, humiliter & dulciter cum reuerentia, & cum gratiarum actione alloquatur. De hac allocutione dicit Bernardus. Sicut quodam Moyse quasi amicus ad amicum cum Domino loquebatur, & Dominus respondebat, ita & nunc inter uerbum, & animam, ac si inter duos uicinos, familiaris admodum celebratur allocutio. Nec mirum. Ex uno enim fonte amoris uniuersaeque influit diligere inuicem, & confoueri pariter, dulciora ergo melle uolant hinc inde, totius in se uerba suauitatis & mutui feruntur aspectus, sancti indices amoris, cum dicat alter in Cantic. Ecce tu pulchra es amica mea, & statim altera dicat. Ecce tu pulcher es dilecte mi. Ibidem. Lectulus noster floridus. Hae ille. Primo igitur de ista locutione notandum est, quod Deus summe affabilis, ut spiritum siue animam ad hanc allocutionem animet & incitet, ipse prior alloquitur eam, dulciter inuitando ad se alloquendum, dicens. Sonet uox tua in auribus meis, id est desiderium tuum. Et reddidit illius rationem, dicens. Vox enim tua dulcis, quia procedit a fonte dulcedinis inspiratae charitatis, & ex fonte candidae & sapidae ueritatis: ideo in spiritu & ueritate sonent in auribus meis. Et quia uerba tua exteriora dulcescunt ex dulcedine uerborum interiorum, ideo fauus distillans sunt labia tua, quantum ad uerba exteriora: quia mel dulcis charitatis, & lac candidus ueritatis sub lingua tua abscondita sunt quantum ad uerba interiora, ideo dicit Eloquium tuum dulce. Secundo de ista allocutione nota, quid sit os aīa uel spiritus, & quid lingua quibus Deum alloquimur. Gregor. xv. moral. dicit. Quod os cordis, id est animae, est meditatio siue cogitatio, alias propheta non diceret. Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt. Ex abundantia enim cordis, os loquitur, tam spirituale quam corporale, siue bonum siue malum. Lingua uero spiritus siue animae, quid sit ostendit Ber. dicens. Verbum Dei est spūs, & anima est spūs, & habent linguas suas, quibus sibi se alterutrum alloquantur, praesentesque se indicent. Et uerbi diuini lingua est fauor dignationis. Aīa uero lingua, est feruor deuotionis. Et sequitur ibidem. Elinguis est aīa atque infans, quae hanc non habet, & nullatenus potest illi esse sermoctatio cum uerbo Dei: ideo cum uerbum homini linguam mouet, uolens ad aīam loqui, non potest anima non sentire, uel sentire eius sermonem. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio accipit, pertingens usque ad diuisionem spūs & aīa. Et rursum cum sua uerba mouet aīa, uerbum Dei multo minus potest

Psal. 118.

sup Cant. ser. 48.

Cant. 1.

Cant. 5.

Cant. 4.

Cant. 5.

Psal. 11.

sup Cant. ser. 4.

Hebr. 4.



potest latere: non propter hoc quia ubiq; pax-
lens, sed magis propter hoc quod nisi ipso sti-
mulante, deuotionis lingua minime ad loquen-
dum mouetur. Hæc omnia Bernard. & Gregor.
Tertio necessarium puto, circa istam allocutio-
nem spirituales scire, quid sint verba spiritus &
animæ, & qualiter diuersimodè Deum alloqui-
tur anima. De hoc dicit Greg. v. moral. sic. Aia-
rum verba, sunt ipsa desideria. Nā si desiderium
fermo non esset, propheta non diceret. Desideriū
cordis eorum audiuit auris tua. Magnū deside-
rium est magnus clamor. Tantò ergo minus
clamat q̄s, quātò minus desiderat: & tantò maio-
rem uocem in aure circumscripti spiritus expri-
mit, quātò se in eius desiderio plenius fundit.
Inde dicit Augusti. x. libr. confessi. Et nota, quòd
nihil corporale in spiritali allocutione imagi-
nandum est. Vnde Bernard. dicit Quoties le-
gis uel audis uerbum æternum & animam pari-
ter colloqui, & se inuicem intueri, noli imagina-
ri corporeas uoces, uel apparere corporeas ima-
gines, quia hæc locutio uerbi est infusio doni, &
responsio animæ est admiratio cum gratiarum
actione. Hæc Ber. Sed quia Greg. ii. moral. dicit.
Vox animæ per distincta uerba se explicat, dum
se per innumeros modos admirationis format.
Ideo notandum est q̄, anima sine spiritus huma-
nus secundum diuersa desideria, & diuersos mo-
dos admirationis diuersimodè Deū alloquitur
in suis meditationibus. Qui licet sint infiniti, tñ
ad septem reducuntur. Quādoq; enim cum ani-
mus alloquitur, ut Deum fideliter orādo, ut quā-
do in meditationibus suis desideria sua in uera
fide & sincera charitate soli Deo exhibet, q̄d
soli Deo debetur, quia scriptū est. Dñm Deum
tuum adorabis, & illi soli serues. Veri adora-
tores sunt, qui eum in spiritu & ueritate adorāt.
Ita quòd concordat cultus exterior interiori.
Soli autem Deo seruitur, cū totus homo in De-
um per intentionem ordinatur. Ut creatorem
uestementer admirando, ut quando cum stupore
mentis diuinorum operum & perfectorum
magnitudinem rimatur, per gradus admiratio-
nis ascendendo usque ad mentis excessum, ait
Richard. libr. v. cap. xv. ut clamer cum Apostolo.
O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei
&c. Et Psalm. Quam magnificata sunt opera
tua Domine. Ut patrem confidenter deprecā-
do, ut quando desideria filialis necessitatis ad
paternam confidentiam humiliter clamant, di-
cendo. Pater noster qui es in cælis &c. In quo
omnes petitiones nobis necessariæ includuntur.
Gregor. xv. moral. dicit. Vera postulatio non
est in uocibus oris, sed in cogitationibus cordis.
Valentiores uoces apud secretissimas aures Dei
non faciunt uerba nostra, sed desideria peti-
toria. Ut donum humiliter honorando, ut quā-
do se inutilem reputans seruum nihil boni sibi
ascribit, sed omnia à Domino largitore omniū
se gratis recipere cognoscit. Vnde Gregor. xvj.

Psal. 9.

In Canti. ser. 46.

Anima in oratione multipliciter loquitur cum Deo.

Matth. 4. Iohannis. 4.

Rom. 11. Psal. 103.

mora. dicit sic recitans illud Psal. Dixi Domino
Deus meus es tu; quoniam bonum meorum nõ
eges: & dicit. Talis uerè nobis Dominus est,
qui bono serui non indiget, sed bona confert.
Ut iudicem horribiliter timendo, ut quando tre-
pidis desideris reatum & infirmitatem propriā
cum confidentia infinitæ misericordiæ insinuat,
dicens illud Job. Loquar in amaritudine ani-
mæ meæ: ubi dicit Gregori. Amaritudo præ-
sentis penitentia: extinguit supplicia sequentis
ira, quare confidenter dicit. Noli me condem-
nare. Si autem dicis, non condemnabo te, er-
go indica mihi cur me ita iudeces. Respondet
dicens per Apostolum. Cum à Domino iudica-
mur corripimur, ut non cum hoc seculo damne-
mur. Ut socium familiariter confabulando, ut
quando anima diuina allocutione refecta, e con-
uerso seipsam cum gratiarum actione in seruo-
re desideriorum socialiter se exhibet, & familia-
riter se alloquentem alloquit. Quòd aut societas
possit esse iter Deū & aiā, dicit Apostolus.
Fides est per quā uocati estis in societatem filij
eius: & Ioannes. Si in luce ambulamus sicut &
ipse in luce est, societate habebimus adiuuicem.
Quòd aut mutuo se & socialiter alloquatur, pa-
tet supra, ubi dicit q̄ Deus quasi uisitor itineran-
tibus sese associat, & iucundissimis confabula-
tionibus suis à labore uia: releuat omnē hominē
& cōmutat &c. Ut sponsam dulciter susurrando,
ut quando præ magnitudine amoris occul-
ta & intima desideria nec ad plenum formare
ualet, nec plenè exprimere. Cum enim Domi-
nus Deus cum anima susurret, ut supra dictum
est: necesse est, ut anima cum Deo susurret. Susur-
rium autem diuinum: ut ait Greg. v. moral. est
cum animam tam intima inspiratione alloqui-
tur, ut per os carnis exprimi non possit. Sic & su-
surrum aiæ est, ut cū ad intima sua redacta fue-
rit per diuinum susurrum, concipiat uerba, quæ
per os carnis exprimere non potest. Hoc autem
susurrum non fit, nisi in silentio & in solitudi-
ne. Ideo dicit Dominus per prophetā Osee. Du-
cam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor-
eius. Ducit aut in solitudinē, uocando eam ad
sua intima, ut sola cum solo loquatur, in nullo
impedita. Vnde Canticorum ultimo dicit im-
pedite. Fac me audire uocem tuam, ac si dicat.
Ego intimus menti sum, tu autem ex terris ad-
huc quasi longè distas, ait Vercellen. & ideo uox
tua quasi exterior minus audibilis tanquā frigi-
da, & ideo minus gratiosa, & ideo fac me au-
dire uocem tuam in intimis ardentiſsimorum
desideriorum. Vnde Vercellen. exponens idem
uerbum dicit. Sponsus trahens se ad interiora
supernarum allocutionum, ut animam ad inte-
riora desideriorum prouocet & eo feruentiora
desideria in ea suscitet, dicit. Fac me audi-
re uocem tuam in intimis tuis. Non enim est
sponso uox audibilior, quā seruens deside-
rium sui. Hæc ille. Ex quo patet ait Ver-
cellen.

Psal. 119.

Job. 14.

1. Cor. 11.

1. ad Cor. 1.

Osee. 1.

cellen. quòd dominus ostendit nihil nobis esse
salubrius, nihil in nobis esse Deo iucundius, nihil
in portione Martæ esse perfectius, quam in ser-
uore desideriorum extaticorum, in diuinum ra-
dium extensorum incessanter exerceri semper
in supernis, iucundando in intima Dei allocu-
tione: Ibi audit uerba archana, quæ non li-
cet homini loqui, ait Hugo super. Angel. hierar-
chie.

Distinctio quinta.

Quintò quia simillima sunt cogitata nostre
mentis (sermonibus ueritatis, ideo necesse
est (ut arbitror) scire qualiter allocutio di-
uina à nostra meditatione & cognitione distin-
guatur. De quo notandum est, q̄ cum (secundū
Augu. de triplici habitaculo) allocutio Dei sit di-
uina inspiratio, qua mentibus nostris suam vo-
luntatem, & suam ueritatem inuisibiliter osten-
dit. Meditatio autem humana sit studiosa men-
tis intentio ad inuestigandum ueritatem, diligen-
ter insistens cum labore: ait Richardus: planum
est quòd meditatio humana, ab allocutione di-
uina multipliciter distinguitur. Primò distin-
guatur hæc, quia allocutio diuina præcedit, & in-
choat meditationem humanam. Dicit enim
Apostolus quòd non sumus sufficientes cogita-
re aliquid ex nobis, tanquā ex nobis: quātò
minus sumus sufficientes aliquid meditari ex
nobis tanquā ex nobis? cum meditatio perfe-
ctior sit cogitatione, sicut dicit Richar. li. j. cap.
iij. Sufficientia autem nostra ex Deo est. Vnde
sapiens. Cor hominis fantasias patitur, nisi ab
omnipotente inuetur & illustratur. Nisi ergo al-
locutio diuina siue, inspiratio, mentem ad me-
ditandum excitet & inspiret spiritui quid, qua-
liter, & quādo de diuinis sit meditandum, huma-
na meditatio uana & inutilis remanet, quia in ea
non exardescit ignis deuotionis, sed ignis uani-
tatis & cupiditatis. Secundo distinguitur, quia
allocutio diuina meditationem humanam in-
struit & uerificat. Allocutio enim diuina ex in-
spiratione diuina procedit, à ueritate infallibi-
li, docens loqui & meditari cælestia, & super na-
turalia ostendit, ut supra dictum est. Meditatio
autem oritur ex ratione humana, ut dicit Ri-
char. li. j. ca. iij. Qualiter ergo ratio meditatio-
nē de cælestibus ilstruet uel uerificabit, cū ipsa si-
ne inspiratione & uñctione, qua de omnibus
doceat (ut dicit Ioann.) non possit se extendere
ad supernaturales ueritates? & ideo circa talia
cæca & muta est. Qui enim de terra est, de terra
loquitur. Super quibus uerbis dicit Augustin.
quòd homini secundum se considerato, non cō-
uenit loqui nisi terrena. Talis enim ex propriis
Dei sunt. Talis iniquitatem meditatus est in
cubili suo, ait Psal. id est in corde suo, de quo
loquutione adueniente & audita, in interiori in-

spirazione tota meditatio instruitur & uerifica-
tur. In inspiratione. n. id est dicere & illumina-
re, audire & uidere. Quia sicut dic. Grego. ij.
moral. quasi audiri dicitur, quod uidentibus in-
spiratur. Loquendo ueritas docetur, illuminan-
do ueritas uidetur. Hæc ille. Experientia prædi-
ctorum patet. Quia cum ex abundantia cordis
os loquitur, tam cordis quā corporis. De cor-
de sic inspirato non exeunt cogitationes mala,
furta, homicidia, & cætera talia: sed medita-
tiones odorifere, uerba dulcia; ut talis anima
dicere possit illud Can. Fasciculus myrrhe dile-
ctus meus mihi, inter uerba mea cōmorabitur.
Dilectus inter uerba id est in mea memoria (ait
glosa) cōmoratur, per continuam meditatio-
nem, ut fasciculus myrrhæ quæ corpora à putre-
dine conseruat, ut uermes mortificat ait Vercel-
le. & ideo fasciculus myrrhæ signat suauissimā
fragratiā sanctarū meditationū de Deo, quæ mē-
te à putredine & corruptione mortalium præser-
uat, & uermes. i. offendicula meditationū morti-
ficat. Talis meditationis eloquiū est dulce. Ter-
tiò patet distinctio iter allocutionē diuinā & me-
ditationē, quia allocutio diuina meditationē hu-
manam perficit & consumat. Dicit nāq; Diony.
Quod bona naturalia perficiunt per bona su-
pernaturalia. De bonis autem naturalibus aiā dicit
glosa, super principium Cant. sic. Oēs animæ mo-
tiones uniuersitatis conditor creauit ad bonū,
scilicet æternū, ad quod tñ p se puenire nõ pote-
rant, nisi super naturalibus perficerent. Vnde dē
ibide m. Disce motus anime tuæ & naturalis a-
moris incendium ad meliores transferre, scilicet
ad supernaturales perfectiones. Morus enim
anima tam intellectuales quā affectuales, in-
ter Deum & animam, in meditationibus quasi
quidam nuncii discurrunt, qui inutiles & indi-
gai erunt in conspectu Dei, nisi lumine uerita-
tis & seruire charitatis per diuinum alloquiū
præueniantur, alioquin si homo ex propriis lo-
quatur, mendax inuenitur. Hæc enim dona su-
pernaturalia faciunt motus mentis, tam intellectu-
ales q̄ affectuales, dignos & acceptos in conspe-
ctu Dei, tanq̄ filias Iudæ & Hierusalem. De istis
nunciis loquens Rich. dicit sic. Quotidie (nisi fal-
lor) q̄ meditationi & locutioni insistitis, Dei nū-
cios suscipitis. Quoties. n. ex abditis scripturæ
recessibus nouos intellectus eruimus, q̄d aliud
q̄ quosdā dilecti nri nūcios recipimus: huic sanè
negotio subseruit ois sacra lectio, sagaxq; medi-
tatio. Alij nāq; legentibus, alij meditantibus, diui-
norum secretorum internuncij occurrunt, qui
dilecti nostri ad nos madata perferunt, & de sin-
gulis instruant. Non enī decet amātes, mutua
studia mutuaq; in alterutrum desideria nescire,
neque sufficit astuanti anime ardentiq; deside-
rio semel audire. Obsecro ergo madata remāda.
Nūcius medius iter nos discurrat qui me de sin-
gulis instruat, doceat me non solū super statum
meū, sed & de statu tuo, doceat quō apud te sit
ii 2 vel

Cant. 1.

Cant. 4.

De angeli ca. Hic. in primo.

D: contē- pla. hb. 4. c. 14.



es &c. Veni igitur ad meum intrinsecu, & intra
in gaudium Domini tui, ueni iam igressa, ut am
plus ingrediaris, quia post me ingredi non cessa
bis. Et huius amorose, inuentionis subiungit
amorosum allectiuum, diens. Surge uelociter &
ueni, quia imber abiit & recessit. Quod Ver
cellensis exponens dicit. Imber est aqua hyema
lis a caelo tugiens, & in terram corruens, frige
faciens, & in multas guttas seu partes diuidens,
lutum generans: & itinerantes impediens, & si
gnat atracum cura temporalis, quia lubricum
& deorsum trahit, & quali iusta necessitate me
tem retrahit a suspensio spiritali in aeterna spe
ctacula, & ad sollicita tractanda negotia terre
na vehementer urget. Vnde spiritalis mentis
feruorem iape tepescit, uel etiam totaliter ex
tinguit: licet quidam perfectissimi inter maio
res exemplo angelico praecedant, & incedant
erecti. Inferius agunt sursum erecti, scilicet per
rectam & deuotam intentionem. Iste imber
est uitandus in usu & intentione. Hac ille. Sed
quia iste imber siue aqua hyemalis abiit & re
cessit, & imber aestiualis siue aqua sapientiae sa
lutaris aduenit, quae iter meditationis nostrae
ab aeternis non impedit, sed promouet, dirigie
& perficit: ideo ueni. Nam hac aqua aestiualis
spiritum tuum in meditationibus ad ueniendu
ad meam aeternitatem sursum erigit, ad meam
aeternitatem salire facit, ad meam aeternitatem
introducitur. Vnde dicit Iesus sol aestiualis. Aqua
quam ego do, fiet in eo fons aquae salientis in ui
tam aeternam. In his uerbis ueritas innuit, quod
aqua aestiualis a fonte uitae oritur, quia apud
Deum est fons uita ut ait Psalmista: & ideo me
ditationem nostram sursum trahit per deside
rium aeternorum, quare Psal. dicit. Sitiuit ani
ma mea ad Deum fontem uitam: Secundum in
nuit, quod aqua aestiualis spiritui nostro ad ueloci
ter ueniendu p meditatione multipliciter coopa
tur, tum quia sitim spiritus itinerantis ad aet
erna, quo ad temporalia extinguit, quia aqua il
la fiet in eo fons aquae fluentis per omnes ualles
animae: qui autem intra se habet fontem, sitire
non potest, ait Chrysostomus. Item spiritui itine
ranti ad aeterna uigorem tribuit, quia est aqua
uia uiuificans omnes potentias animae. Item
spiritum itinerantem ad aeterna non ire, sed sa
lire facit, quia est aqua saltare faciens. Tertio
aqua haec aestiualis spiritum itinerantem refor
mat & perficit, quia ad uitam aeternam intro
ducit: quia non salutat ad temporalia, sed sa
lit in uitam aeternam, ut dicitur hic.
Ad quam uitam nos perducatur
Pater & Filius & Spiritus
sanctus, vnus Deus, be
nedictus in secu
la seculoru
Amen.



Iterum iter aeternitatis per quod
spiritus humanus uenit ad intrin
secu & aeternu manerium Iesu,
est aeternu uelociter & aeternu
Ad cuius itineris maiore noti
tia septem per ordinem sunt no
tanda. Primum quae sit istius itineris neces
sitas, & quare iter meditationis immediate se
quitur. Secundum est, quid sit contemplatio, &
qualiter descriptio eius intelligatur. Tertium est,
qualiter cōtemplatio a meditatione, speculatio
ne, & intuita uisione distinguatur. Quartum est,
qualiter contemplatio secundum diuersos gradus
diuersimode a diuersis diuidatur. Quintum est,
quantam iucunditatem spiritus humanus in itine
re contemplationis experitur. Sextum est,
qualiter per iter contemplationis spiritus aeternu
manerium Iesu ingrediatur. Septimum est,
qualiter spiritus humanus ad ueniendu per iter
contemplationis, ad secretum Iesu inuitatur.

Distinctio prima.

Primo igitur uidendu est, quae sit necessitas isti
us itineris. scilicet contemplationis aeternorum: &
quare immediate iter meditationis sequatur.
De quo sciendum, quod cum meditatio aeternoru sit
quodam inuestigatio, & inuestigatio cum magna
animi industria ueritatis aeternoru, nec ab inuesti
gatione desistat, donec quod querit inueniat quae
tum potest, planum est, quod spiritus humanus per ip
sam meditationem in aeternis non figitur, nec quiete
tat, donec per contemplationem ei ostendatur, quod per
meditationem querebat: sed quae quae sit inuen
nitur, & spiritus illi quasi acquiescendo cum ad
miratione inherere coepit: tacito meditatione
esse desinit, & in cōtemplationem transit, ait Rich.
Per meditationem, ueritate diu quaesita tadeq: inue
ta, mens solet cum aueritate suscipere: mirari cum
exultatione, eiusdem quoque admirationi diutius
inherere, & hoc est ita meditationem meditan
do excedere, & per meditationem in contempla
tionem transire. Proprium est, n. contemplatio
ni, iucunditatis suae spectaculo cum admiratio
ne inherere. Meditationi uero proprium est, sua
promotione semper in ueritate tendere. Hac ille.
Ex his igitur patere potest istius itineris necessitas,
quia motus & inuestigatio meditationis imper
fectus & minus utilis permaneret, sine termino &
quiete cōtemplationis: cum meditatio terminet &
trahat in cōtemplationem, tanquam in illud quod p
fectius est. Ex his et patet ordo istius itineris cō
templationis ad iter meditationis, ex quo studio
meditationis spiritus humanus surgit in iter cō
templationis, ut ait Richar. & per ueritatis con
templationem homo conuertitur ad iustitiam,
& consumatur ad gloriam, & sic patet primum.
Distin.

Contem
platio, si
nis est me
ditatio.

Lib. 1. de
arca my
stica. c. 4.

Distinctio secunda.

Secundo uidendum est, quid est contempla
tio, & qualiter descriptio eius intelligatur.
De quo notandum est, quod contemplatio secun
du potissimum statum, est actus intellectus non
impediti, gratia sanati, in aeterna spectacula di
recti, & admiratione suspensi. Sic uidetur Rich.
contemplationem describere dicens sic. Contem
platio, est libera mentis perspicacia, in sapientiae
spectacula cum admiratione suspensa. In hac de
scriptione innuntiat quatuor, quae contemplanti
bus sunt necessaria. Primum est libera contem
plationis motus ab omnibus exoneratus, & in
nullo impeditus, ut Rich. ibidem dicit. Contem
platio libero quodam motu & scdm spontaneu
nutum huc illucq: circūferit, & nullo difficulta
tis obstaculo a discursionis suae impetu impedi
tur, quin contemplatiua contemplet quantum
potest. Ex hoc apparet, quod spiritus contemplati
uus debet esse sine peccato, quia qui peccat ser
uus est peccati, & uinculis eius ligat ne sursum
feratur. Debet etiam esse liber a desiderio & cu
ra temporalium, quae sunt iuga dura seruitutis.
Liber autem spiritus dimittit, quoniam calcatis terre
nis desiderijs, ab appetitione temporalium in
securitate mentis exoneratur. Hac Greg. iij. mo
ral. Secundum quod necessarium est contempla
tibus, quod hic ponitur in descriptione, est quod ocu
lus contemplationis sit perspicax. i. gratia sana
tus. Dicit enim Hugo commentator super angel,
hierar. quod triplex est oculus. Est enim oculus car
nis, quo uidet homo ea quae sunt extra se, & ocu
lus rationis, quo uidet homo ea quae sunt intra se,
& oculus cōtemplationis, quo uidet homo ea quae
sunt supra se. Oculus carnis apertus est, oculus
rationis lippus, & oculus cōtemplationis clausus
est. Hac ille. Igitur necesse est, ut oculus cōtempla
tionis perspicax sit & sanus, oportet igitur scire qua
tuor. Primum quid oculus contemplationis dica
tur, scdm qualiter oculus sanatur, tertio quid sit aspe
ctus eius, quarto quid sit uisio eius. Haec quatuor di
cit Aug. libro de spiritu & aia, oia aie necessaria
esse, & ostendit quodlibet eorum dicens. Spiritus di
mens ronalis, ubi est quaedam scintilla tanquam ocu
lus aia, ad quam pertinet imago & cognitio Dei.
Sequitur. Oculus ergo aia est mens, & haec ab o
labe corporis debet esse pura, & ruc est sana. Me
tis autem aspectus est ratio, intellectus uero ui
sio. Haec omni animae necessaria sunt, ideo ut o
culos habeat, & sanos, ut aspicat, & ut uideat.
Sequitur. Sanos oculos habet, cum ab amore ta
lium cupiditatum purgata est atque remota. scilicet ab
imaginibus. Aspicit, cum in Dei lumine oculos fi
git, sed uidet, cum in ista cōtemplatione cōspicit,
quanta sint gaudia, quanta laetitia, quanta sere
nitas, quanta iucunditas. Sanitas facit illam se
curam, aspectus rectam, uisio beatam, quae est
finis aspectus. Haec ille. Iste est oculus contem
plationis, de quo dicit sponsus. Vulnerasti

Contem
plationis
distinctio.

Vbi supra

Contem
platio, si
nis est me
ditatio.

Cant. 4.

cor meum in vno oculorum tuorum, ideo tua in
telligentia simplicata penetrasti omnia, pertin
gendo ad cor meum: & propter te uulneratu fuit
ex amore intimo quo dilexi te. Tertium quod
ponitur in descriptione contemplationis est, quod
oculus cōtemplationis in spectacula sapientiae
aeternae sit directus, quod notatur per hoc quod
dicitur: in sapientiae spectacula. Ex hoc autem pa
tet, quod Richar. hic non accepit contemplationem,
ut est actus intellectus praecise, sed etiam ut sa
porosam dilectionem includit. Nam sapientia
a sapore dicitur, ut dicit Bern. & obiectu sapien
tiae principale & primum est ipse Deus, sub ra
tione qua uerum excitatiu uoluntatis ad eius
saporosam dilectionem, & actus sapientiae est cō
templari Deu, non quocumque modo, sed ex dile
ctione, cum quadam experimentalis suauitate in
affectu. Igitur spectacula sapientiae sunt cog
nitio ueri, & amor siue sapor boni. Dicit enim Lin
conien. Quod sapientia oritur ex amore, quae
prorumpit in lumen cognitionis & saporem gu
stationis, sicut ex calore prorumpit lux & flama.
Hac ille. Actus igitur contemplationis duo
includit, scilicet cognitionem, & saporosam di
lectionem, & dilectio adiunat cognitionem. Vn
de secundum mensuram dilectionis, dispensa
tur & modus manifestationis, ait Richar. Quar
tu quod ponit in descriptione cōtemplationis, est
mentalis suspensio ex admiratione causata, & nota
tur in hoc quod dicit, admiratione suspensa. De hac
admiratione dicit Richar. lib. v. de arca mystica.
cap. ix. Ex nouitate rei quae est supra nostram esti
mationem oritur admiratio, ex admiratione
autem accrescit attentio, & ex attentione cog
nitio, & ex his metis suspensio, quia sicut dicit
ibidem. Dum humana intelligentia diuino lumine ir
radiata intelligibiliu cōtemplatione suspendit, dum
in eorum admiratione, ad modum aurora, distendit:
quae semper ad altiora uel ad mirabiliora ducit,
tanta amplius tantumque copiosius ad modum auro
ra dilata. Vnde quae ab infirmis sit remotior,
tanta a semetipsa purior, & ad sublimia subtilior
inuenit. Ex quo sequitur, quod tanto in superioribus
diutius suspendit, quanto a retrahentibus dilata
tur & elongatur. De hoc suspensio dicit Iob.
Suspendium elegit anima mea. Quod Vercel
lensis exponens dicit sic. Suspendium illud, est
extensio mentis in aeterna spectacula: ut cum fie
ri potest nunquam ex intentione uoluntatis, sed
sola interpellatione necessitatis, acies mentis
in delectatur, ut dicit Psal. Oculi mei semper
ad Dominum.

Distinctio tertia.

Tertio uidendu est, qualiter contemplatio diffe
rat a cognitione meditationis, speculatio
ne, & ab intuita cognitione. Haec enim que
dam ordinem, & gradum habent inter se. Nam co
gitatio quae oritur ex imaginatione, trahit & ter
minatur

Super 7.
angelice
Hie.

De contē
pla. lib. 4.
c. 18.

Iob. 7.

Psal. 24.

Qualiter
distinguit,
cognitio,
speculatio
medita
tio, & con
templatio.



minatur in specularionem. Speculatio quia par-
tim oritur ex ratione, & partim ex intelligen-
tia, transit, & terminatur in contemplationem.
Contemplatio autem quae oritur ex intelligen-
tia, transit & consumatur in intuitu cognitionem.
Hae n. oia in hoc conueniunt cum fuerint ordinata,
quae dirigunt in diuinum aspectu: sed tamen differunt,
& haec differentia praedictorum quatuor, a contem-
platione potest cognosci per quatuor, quae in con-
templationis diffinitione ponuntur: quam Rich-
ard. ponit in lib. ij. cap. iij. Primò differt
contemplatio à cogitatione per hoc, quod in de-
scriptione contemplationis ponitur, quod sit libe-
ra. Vnde Richar. lib. j. de arca mystica. cap. iij.
dicit sit. Contemplatio libero uolatu, quocumque
eam fert impetus, mira agilitate circumfertur.
Cogitatio autem per deuia, atque lento pede,
siue respectu peruenitionis passim huc illuc vaga-
tur. Et quia cogitatio ex imaginatione oritur,
ideò quoadque sine ratione mouetur: ut dicit Ri-
char. & ideo minus libera est quam contem-
platio, quae ex intelligentia procedit & oritur,
immò cogitatio rationi subiicitur, quae est in-
fra intelligentiam, & per eam regitur. Vnde
Gregor. lib. j. moral. sic dicit. Cogitationes
ad modum ancillarum rationi subiiciuntur, quia
si à domo mentis ad momentum quasi absente
Domina, cogitationum se clamor velut ancilla-
rum turba multiplicat, ut autem ratio ad men-
tem redierit, mox se confusio tumultuosa con-
spicit: & quasi ancilla ad iniunctum opus se ta-
citate reprimunt, dum cogitationes protinus se
causis propriis ad utilitatem subdunt. Hae Gre-
gorius. Et sicut Richardus lib. j. cap. iij. dicit.
Si cogitatio quandoque ratione moueatur, ut
ad cognoscendum aliquid ambiatur, & ad hoc
vehementer & fortiter insistat, iam non est co-
gitatio, sed modum cogitationis cogitando
excedit, & cogitatio in meditationem tran-
sit. Secundò igitur sciendum est, quod contem-
platio etiam differt à meditatione per hoc, quod
in descriptione contemplationis ponitur, quod
ipsa est mentis perspicacia. De quo sciendum
est, quod perspicacia est actus intelligentiae. Intelli-
gentia autem, ut dicit auctor libri de spiritu &
anima, est ea uis animae, quae supponitur Deo im-
mediatè qua de diuinis quantum homini possi-
bile est cognoscitur. Sed sicut dicit Ricardus.
Ex intelligentia oritur contemplatio, ex ratio-
ne autem oritur meditatio, ex hoc ipse osten-
dit, quantum contemplatio excedat meditatio-
nem, ex quo patet etiam differentia eorum. Vnde
de Richar. dicit sic. Ecce tria, imaginatio, ratio,
intelligentia. Inter haec intelligentia obtinet su-
premum locum, imaginatio infimum, ratio
medium: & omnia quae subiacent sensui inferiori,
necesse est ea subiicere sensui superiori, sed
non econuerso. Vnde constat, quod cuncta quae
imaginatio uel ratio comprehendit, sub intelli-
gentia cadunt, & etiam illa quae nec imagina-

De arca
misti. lib.
1. c. 3.

tio uel ratio comprehendit. Sequitur. Vide quae la-
tè contemplationis radius se expandat, qui oia
lustrat, & quomodo contemplatio sub uno uisio-
nis radio ad innumera se extendit. Sequitur.
Per intelligentiam siquidem sinus mentis in im-
mensum expanditur, & contemplantis animi
acies acuitur: ut capax sit ad multa comprehen-
denda, & perspicax ad subtilia penetranda.
Hae ille. Et propter hoc dicit Richard. ibidem.
Quòd meditatio in contemplationem, contem-
platio in meditationem transit, tanquam in illud quod
perfectius est. i. aliquè gradum contemplationis, qui
dicitur speculatio, qui non est perfectus gradus
contemplationis, licet unum pro alio ponatur,
ut patet. Tertio sciendum est, quod contemplatio
differt à speculatione per hoc, quia in descriptio-
ne contemplationis ponitur quod fert in sapientiae spe-
ctacula. De quo nota, quod secundum August. lib. xv
de trini. Speculatio dicitur, cum aliquid non in
se, sed per imaginationem suam uideatur, & in enig-
mate. i. obscure. Richar. lib. v. de arca mystica
dicit. Quàuis contemplatio & speculatio per im-
mè soleant poni, & in hoc sepe scripturae sententiae per
prietatem obnubilent, & inuoluant, appertius ta-
men & expressius, quandoque ueritatè sine aliquo
inuolucro, umbrarumque velamine in sui puri-
tate uidemus. Ex quo apparet, quòd contem-
platio in speculationem sapientiae clariorè aspe-
ctum habet, quam speculatio, & gustum sapi-
pidiorum. Vnde Richar. ibidem exponens illud.
Montes exultauerunt ut arietes, & colles sicut
agni ouium, dicit. Colles ad agnorum simi-
litudinem exultant, quando immensa illa inti-
ma solennitatis tripudia, eos usque supra semet-
ipsos leuat, ut caelestium secretorum archana,
saltem per speculum in enigmate uidere ualeat:
montes uero quasi ad instar arietum exultant, quia
maiores in iucunditatis suae excessibus, in pura
& in simplici ueritate uident, & minores, ut iam
dictum est, uix per speculum in enigmate uidere
valent. Hae ille. Expedi etiam scire, quòd Lin-
con. comentator Dionysij, loquens de speculis
spiritualibus super. iij. Ang. hierar. dicit. Quòd
specula spiritalia pura, clara, & plana, spiritali-
ter primò recipiunt radios solares, sibi inciden-
tes immediatè à fonte luminis, & tale dicitur
lumen contemplationis, contemperatū tamen in ocu-
lo contemplantis, ut infra patebit, & secundariò
lumen receptum, specula refundunt in eos, qui
luminis sunt capaces, non tamen secundum claritatem
illam qua ipsi recipiunt, sed secundum cuiuslibet
capacitatem, & hoc dicitur lumen speculationis,
quia mediante speculo spiritali recipitur, uel per
scripturam, uel doctrinam, uel per exempla ab illu-
minat is speculis procedentia, quemadmodum
speculum materiale primò à lucido suscipit ra-
dios sibi incidentes: quos reflectit in oculos con-
spicientis, quos oculos tanquam sibi iam median-
te speculo proportionatos recipit, quos tamen
in fonte luminis per nimiam resurgentia oculis
debilis

Psal. 119.

debilis immediatè uiderè non potuit, ut patet ad
sensum, nec lumen specularè ita efficaciter re-
praesentat lucidum oculis uidentis, sicut lumen
immediatè receptū à lucido: ut patet in perse-
ctiua, & in epistola Jacobi ubi dicitur. Quòd con-
siderans uultum suum in speculo, statim oblitus
est &c. Quarto sciendum est, quod contemplatio dif-
fert ab intuitiua cognitione per hoc, quod in descri-
ptione contemplationis ponitur, admiratione
suspensa. Suspendio enim dicit, quasi quandam uio-
lentiam eleuatione, dum anima natiua suae pos-
sibilitatis supergredit terminos. Vnde Richard.
dicit. Proculdubio, cum anima sancta de inter-
no quodam tripudij sui applausu à semetipsa ex-
cutitur, dum supra semetipsam metris alienatio-
ne urgetur, dum in caelestibus tota suspenditur,
dum angelicis spectaculis tota immergitur, na-
tiuae possibilitatis terminos supergressa uidetur,
propter quod anima contemplatiua frequenter
ad inferiora dilabitur. Vnde sequitur ibidem.
Nonne uelut terra à terra suspenditur, quia homo
super hominè ducitur: cui per exprobrationem
à Domino dicitur. Terra es, & in terram ibis.
Sequitur. Terra rectè dici potest, quadiu luteas
inhabitat domos, & terrenum habet fundamen-
tum. Sed Gregor. 10. moral. dicit. Anima à con-
templatiua uita infirmitatis suae uicta pondere
lassatur, & tantò caeliter labitur, quanto carnis
claustra transgrediens, supra semetipsam ire co-
natur: sed anima intuitiue cognoscens Deum,
nunquam ad inferiora relabatur, sed sine inter-
missione & fatigatione Deum in aeternum dul-
citer intuetur, quod in corpore corruptibili fie-
ri non potest. De quo plenius nota in quinto iti-
nere. Vnde dicit Dionys. 5. angel. hierarchia se-
cundum commentatorem. Deus qui semper uni-
formiter & aequaliter bonus & pulcher est, & quia
habet in se simplicissimè omnem speciem desi-
derabilem, & secundum omnia est totus desi-
derabilis, idè plenariè, intimè, & irreuocabiliter
in se trahit omnium suorum comprehensorum
desideria. Hae ille. Omnes igitur istae differentiae
sunt secundum clariorem & minus clarum aspe-
ctum ad Deum, & quodlibet praedictorum termi-
natur in sequens se, tanquam in perfectius: sic
etiam contemplatio perficiendo, terminatur in
intuitiuam cognitionem, tanquam in suam perse-
ctionem. Vnde glosa Lucae. 10. dicit. uita contem-
platiua hic incipit, & in caelesti patria perficitur:
quia amor est ignis, qui hic ardere incipit, sed cum
ipsum què amat uidebit, amplius in amore igne
scit. Et Grego. in moral. exponens illud Lucae. 10.
Maria optimam partem elegit, quae non auferet ab
ea: dicit. Actiua uita opera, cum corpore trahunt:
contemplatiua autem uita gaudia, melius ex fine con-
ualecunt: & sic patet differentia praedictorum.

DISTINCTIO V. ART. 1.

Articulus primus.

Quarto uidentum est, qualiter contemplatio-
nis iter per diuersos gradus uel modos secū-

dum uarias consideraciones sanctorum & diuer-
sas traditiones doctorum distinguatur, ut per hoc
uerius, breuius, securius iter contemplationis eli-
gamus: & per hoc ad aeternum intrinsecum Do-
mini Iesu uerius perueniamus. Sed ad intellectu
istorum, hoc praenotandum est. Quod aliud sunt
gradus contemplationis, & aliud sunt gradus per-
ueniendi per diuersas dispositiones ad contem-
plationem. Gradus contemplationis, sunt quidam
progressus, & profectus intellectualis cognitio-
nis, & saporosa dilectionis, ad contemplandum
Deum sub ratione ueri & boni. Vnde Grego. 22.
moral. dicit. Gradus, dicuntur mensurae crescen-
tium uirtutum. Tales autem gradus profectuū
sunt innumerabiles. Gradus autem ad contem-
plationem disponentes, sunt illa quae adiuant,
& disponunt gradatim intellectum & affectum
ad contemplandū, & sic omnis creatura est quasi
quaedam scala, per quam gradatim ascendit ad
contemplandum Deum, cum creaturae sint crea-
tae propter electos. Loquendo tamen secundum
consuetum modum, gradus contemplationis, di-
cuntur illa incrementa contemplationis, & illae
dispositiones quae magis intellectum & affectum
coadiuant ad contemplandum, & quae distincta
sunt, & tradita à sanctis doctoribus. Vnde Grego.
22. moral. dicit. Gradus uocantur incrementa uir-
tutum, distinctè tradita à sanctis. Necessitatem
autem istorum graduum contemplationis, ostē-
dit Grego. 22. moral. dicens sic. Nemo infima de-
ferens, repentè fit summus, quia ad obtinendum
perfectiōnis meritum, oportet, ut mens quotidie
in altum quasi quibusdam ascensionis gradibus
perueniat. Vnde & rectè Psal. dicit. Ibit de uirtu-
te in uirtutem, donec uideatur Deus Deorum in
Sion. Et idem. Deus in gradibus eius cognosce-
tur. f. contemplationis, cum suscipiet eam con-
templator. Similiter Lincon. super angel. hierarch.
ostendit necessitatem istorum graduum per exem-
plum, dicens sic. Sicut oculi carnis infirmiores
prius suscipiant lumen solis obscurum & magis
coloribus superfusum, deinde magis conforta-
ti, suscipiunt illud à coloratis medijs coloribus,
& postea uisu roborato, plus suscipiunt illud su-
perfulgidum coloribus albis, deinde uerò plus
aucta sanitate, suscipiunt illud fulgentibus colo-
ribus superfusum ut speculis, & tandem oculis pfe-
ctè sanatis, suscipiunt solarem radium: non autè
alicui superfusum, sed in se purum ipsum solem
in ipso puro solari lumine irruerunt conspic-
tentes. Sic etiam oportet, mentis oculum infir-
miorem prius assuescere ad conspiciendū lumen
solis, intelligentia in grossioribus: deinde in sub-
tilioribus, donec tandem ex ipsa luminis datione
multis multipliciter superfusa, extendamur
& restituamur in simplicem ipsius radium. Hae
ille. Ex praedictis apparet, quod tam in radioso lumi-
ne contemplationis practicae, oportet paulatim
& gradatim proficiedo ascendere, & ascendēdo
clarius

Psal. 83.

Idem 47.

Optima
cōparatio



clarius cognoscere Deum: quia sicut dicit Hugo super angel. hierar. Quanto magis crescit ascensio, tanto magis crescit cognitio, donec oculus intellectualis magis ac magis illuminetur & confortetur, & affectus mentalis magis purificetur & inflammetur, & totus homo exterior & interior in Deum ordinetur: & hoc uerius & perfectius uidetur fieri, per gradus illos qui mentem ad similitudinem celestis hierarchie purgant, illuminant, & perficiant. At enim Hugo commentator super 3. angel. hierarchie, & oportet, quod mens quae Deum uult contemplari, primum purgetur, postea illuminetur, & deinde perficiatur, quia nisi praecederet purgatio, non sequeretur illuminatio: & nisi esset illuminatio, non ueniret consummatio siue perfectio: & tales magis appropinquant diuinitati. Quanto autem magis appropinquant, tanto uerius contemplant. Tales autem gradus Dionysius in angeli. hierar. dicit esse tam in mente angelica, quam in mente humana bene ordinata. Unde secundum commentatorem Lincon. & Hugo: & Verellen. dicit Dionysius. Ad dam ego & ex abundantia non inconuenienter, quae unaquaeque mens angelica, uel humana bene ordinata, habet in sua singulari persona primas, medias, & ultimas ordinationes, & uirtutes, & sursum actiones, hierarchiarum illuminationes manifeste distinctas. Haec Dionysius. Haec uerba exponens commentator Verellen. dicit sic. Qualiter in singulis mentibus hierarchicis disponantur tres hierarchie, & in singulis earum tres ordines iuxta angelicam dispositionem, uidelicet in infima Angeli, Archangeli, & Principatus, uidendum est. Per hos enim mens bene ordinatur ad exteriora, uel respectu exteriorum. In media mentis hierarchia sunt Potestates, Virtutes, & Dominationes, per hos ordinatur respectu interiorum. In summa mentis hierarchia, sunt Throni, Cherubim, & Seraphim: per hos ordinatur respectu superiorum. Et has noue ordinationes uocat Verellen. nouem gradus contemplationis, quibus reducimur in diuinam monadem. Et prosequitur ibi de singulis gradibus, praemittens, quod infima mentis hierarchia consistit in eius natura, media in industria, tertia in gratia, quae incomparabiliter excedit utranque. In prima operatur natura, in summa sola gratia, in media industria & gratia. Et sequitur. Infimus ordo infimae hierarchie qui dicitur angelicus, continet primas & simplices apprehensiones naturales, tam intellectus quam affectus, sine aliqua dictatione commodi uel incommodi, quae tanquam angeli. scilicet nuncij aliquid simpliciter annunciant. Ecce Verellen. subtiliter incipit ab infimo gradu intellectualis operationis & affectionis, quae sunt prima & simplices apprehensiones, & ascendit paulatim & gradatim per cacumina collium aeternorum, usque ad summum apices intellectus & affectus, ut patet infra. Medius ordo infimae hierarchie continet naturales dictationes apprehensorum, utrum uideantur

Super Isa. ca. 6. & inologo super Cant.

In contemplatione tres possunt distinguere hierarchias, & in qualibet tres gradus, ad in flar celestis hierarchie.

commoda uel incommoda: ex his fit admiratio principalior, quam in prima. Tertius ordo uel gradus infimae hierarchie continet appetitus, uel fagas apprehensorum secundum dictationes commodi uel incommodi. Puga autem est mali, & appetitus boni, & ita iste ordo praebet ducatum inferioribus in diuina, quod signatur nomine Principatum. Haec Verellen. Ecce per hos tres ordines & gradus infimae hierarchie mentis humanae, fit homo bene ordinatus respectu exteriorum, dum primi & infimi gradus intellectus & affectus fuerint bene ordinati, quod fit, dum sibi obiecta simpliciter apprehendunt, discretiua discernunt: syncere bona appetunt, & mala fugiunt. Unde Bern. super Cant. dicit. Beata mens, quam tota sibi uedicant sapor boni & odium mali, hoc est reformari ad sapientiam. Quartus ordo uel gradus qui est infimus in media hierarchia mentis, continet uoluntarios motus intellectus & affectus, a libero arbitrio iam exceptos, distantia boni & mali cum deliberatione rationis, ex amitates & ordinantes mentem, quantum est in ipsis per diffinitiuam sententiam, ad petendum & querendum totis uisceribus intellectus & affectus summum bonum, & ad repellendum omnia obstacula. Nomen autem potestatis signat ordinem secundum Dionysium. Quintus ordo, qui est medius mediae hierarchie mentis, continet robora uirtutum, ualida naturalium & gratuitarum, ad exequendum fortiter quod a potestatibus recte decretum est, quod notatur nomine uirtutum. Sextus qui summus est in media hierarchia mentis, continet autentica imperia liberi arbitrij, quibus apices intellectus & affectus tota uirtute suspenduntur, ad suscipiendum diuinis superaduentus, quantum possibile est libero arbitrio adiuto a gratia. Et huiusmodi suspendij & imperij ac libertatis sublimitas, uocatur nomine Dominationum. In isto autem ordine mens adhuc sobria, extenditur ad radii superiorem usque summam naturae terminos. Et infra. Mens itaque contemplatiua decursis seriatim quinque gradibus contemplationis praedictis, in culmen sexti accipit, in ordine dominationum mentis nititur in theoreticos excessus, cupiens in ordinem Thronorum mentis assumi. Haec Verellen. Ecce per hos tres gradus mediae hierarchie mentis humanae, fit homo bene ordinatus respectu interiorum, id est ad seipsum, ita ut rotum regnum animae pacificetur, dum primo per gradum infimum potestatiue ordinata, uiriliter repelluntur omnia offendentia mentis bene ordinata, & Deo conformiter operante, ut sine ulla ordinis confusione & perturbatione tendat ad finem ultimum, ad quem creata est, & dum secundo per gradum medium mens in uirtute ualida & inconcussa exequitur omnes operationes intellectus & uoluntatis siue affectus, Deo conformiter operante ad Deum seu finem intentum consequendum quantum potest, iuxta gratiam & uirtutes a Deo acceptas,

Super 3. sup. hier.

Sup. Ang. hier. 6. 7.

haec. 10.

ceptas, & dum tertio per gradum summum medietate hierarchie plena libertate & in nullo impedito, & Deo conformiter operante (ut possibile est) intellectus & affectus cum omni familia sua liberi in aeterna extenduntur, ergo ordinatio interioris hominis est necessaria, quia sicut dicit Hugo. Sicut sine gratia operari uanum est, ita praeter ordinem operari, ac contra ordinem peruer sum est. Et quia sicut dicit Lincon. ibidem. Ordo dicitur potestas a Deo tradita, ad disponendum sacra omnia potestati suae subiecta, ideo homo interior ordinatus per istos tres gradus, fit etiam ordinatus respectu interiorum. Septimus ordo qui est infimus in summa uel summa hierarchie mentis, per metis excessum susceptiuus, est diuini superaduentus. Unde thronorum nomine censetur, & quot sunt sinus mentis, siue capacitates illius super substantialis solaris radii simplicis in essentia, & multiplicis in efficacia, tot sunt throni mentis. Throni autem in concilio collocantur stabiliter, & sunt susceptiuus diuini superaduentus, & sunt deiformes, & familiariter aperti ad Deum in se suscipiendum. Haec Verellen. Hugo uero idem dicit. Subsellia Dei. id est diuina subleuantur per dignitatem, collocantur per stabilitatem, Deum aduenientem in se suscipiunt, & ferunt, quia fiunt ad susceptiones aperti. Haec ille. Octauus ordo siue gradus qui est medius in summa hierarchia mentis (sicut dicit Verellen.) continet omnimodam cognitionem intellectus & affectus, intellectus attracti diuina dignatione, quo non ualeat ascendere per se, & attracti affectus, affectionem tamen & summitatem intellectus attracti non extendentis, simul enim attrahuntur, & quasi coambulans ipse affectus & intellectus, usque ad nouissimum defectum intellectus, qui est in summitate huius ordinis Cherubin, quem intellectuales etiam attractus non excedit, sed ibi habet suae cognitionis, & sui luminis consummationem. Unde ordo siue gradus ille Cherubin uocatur. Haec ille, & iterum dicit sic. Quod manifestatio interpretationis huius nominis Cherubin, signat, quod substantia huius ordinis siue gradus habent uirtutem excellenter cognitiuam, & diuinarum mysteriorum inspectiuam, & supremam insuentionis luminum diuinarum post Seraphim susceptiuam principaliter, contemplatiuam diuina pulchritudinis, quam etiam communicant inferioribus. Nonus ordo siue gradus qui est summus in summa hierarchie mentis, continet principalia in Deum spiritalia super intellectuales extensiones & immisiones, feruidos fulgore, & fulgidos seruores, ad quorum omnium sublimes excessus, & excedentes sublimitates intelligentia trahi non potest, sed solus affectus principalis Deo unibilis sequitur. In hoc ordine offeruntur deo orationes carissimas, quibus Deo assimilamur. Iste ordo spiritum amplectatur, & sponsi amplexibus admittitur. Speculum nescit, Mariam partem percipit, quae

non auferetur ab ea. De isto ordine siue gradu contemplatiuo, in inferiores ordines & gradus seriatim, & ordinate sunt diuini luminis inundatio. Haec ille. Ecce per hos tres gradus superne hierarchie mentis humanae fit homo creatus & bene ordinatus respectu superiorum. I respectu Dei, dum primo per gradum infimum oes throni siue mentis capacitates Deo aperiuntur, & ab ipso inhabitantur. Et dum secundo per medium gradum omnes intellectuales actiones ad Deum contemplandum intine (quantum possibile est), & ueraciter diriguntur, & dum tertio per supremum gradum oes uoluntatis affectiones ad Deum diligendum totaliter & finaliter reducantur, ut Deum in omnibus & omnia in Deo ordinate diligant. In hoc gradu fuit anima contemplatiua constituta, quae dixit ipsa. Ordinauit in me charitatem, Quod exponens Verellen. dicit. Per ordinem Seraphim omnes inferiores ordines siue gradus participant lumina diuina, & hierarchie disponuntur, inferiora & exteriora, per media inferiora reducantur ad superiora. I. in Deum ordinata charitate. Unde bene dicit. Ordinauit in me charitatem.

Articulus secundus.

Richardus autem ponit sex gradus uel species contemplationis, quasi quasdam dispositiones & itinera ad aeternitatem. Et sicut commentator Dionysii. infimum gradum intellectualis & affectualis operationis, quae sunt simplices apprehensiones incipit, & insitit, & ascendere gradatim docet per cacumina collium aeternorum, usque ad summum apices intellectus & affectus, ut supra patuit, ita Richardus ponendo sex gradus contemplationis, instituit primum gradum & infimum in imaginatione, quae non est aliquis gradus intellectualis operationis, sed longe inferior est intellectu & affectu, & ab illa ascendit gradatim usque ad cognitionem increate ueritatis, omnem humanum intellectum excedentis, & etiam usque ad excessum humanam mentis. Unde idem Richardus dicit. Nos debemus a nouissimis incipere, & scientiae nostrae primam paulatim subleuare, & per exteriorum notitiam ad inuisibilem cognitionem ascendere. Cum enim exteriorum scientiam apprehenderis, & in eorum doctrina exercitatos sensus habueris, debes ad altiora ascendere, & spiritualium creaturarum scientiam comparare. Haec ille. Primum ergo gradum siue infimum Richardus dicit esse imaginationem, & secundum solum imaginationem. Unde dicit. Tunc contemplatio nostra in gradu imaginationis uersat, & secundum solum imaginationem format, quae nihil arguendo querimus, & ratiocinando inuestigamus, sed liberè mens nostra huc illucque discurret, quod eam in hoc genere speculationis admiratio rapit, quae oritur ex his, quae sensu corporeo hauriuntur, dum imaginamur quae sunt multa & uaria & pulchra & iucunda,

Cant. 5.

De contē pla. libr. 1. c. 6.

Sex sunt gradus contemplationis.

Vbi supra lib. 4. c. 5.

Cant. 6.



incunda. Talium enim forma & imaginatio in considerationem adducta, inferunt stuporem & admirationem, sed necessarium est, hoc scire, quod duplex est imaginatio, ut supra dictum est. Dicit namque Richar. Quod imaginatio alia est bestialis, ut illa quando circa ea que ante uidemus uel fecimus, sine utilitate & absque omni deliberatione huc illucque uaga mente discurremus. Vtique hac bestialis est, & ideo ad contemplationem non pertinet. Alia est imaginatio rationalis, ut quando aliqua imaginamur rationabiliter ex his que uidemus, & illis sapie utimur in contemplatione. Hec ille. Et licet imaginatio non sit aliquis gradus intellectus, est tamen ordinata dispositio ad intellectum, quia sicut dicit Richar. imaginatio rationi famulatur, & ideo aliquantulum gradus contemplationis dicitur. Secundus gradus contemplationis secundum Richar. est, qui in imaginatione consistit, tamen secundum rationem formatur atque procedit, ratiocinando circa ea que imaginationi presentantur: quod fit, quando ea que in imaginatione uersantur, & ad primum gradum contemplationis pertinent, ratione quarimus, & inuenimus, & inuenta in consideratione cum admiratione adducimus. In primo itaque gradu tres istas imaginamur. In secundo autem gradu rerum utilitatem, rationem & ordinem & ceteras conditiones rimamur, speculamur, & miramur. Hec itaque contemplatio in imaginatione consistit secundum rationem, quia circa ea ratiocinando procedit. Hec ille. Hic gradus, est superior precedenti gradu, eo quod ratio in eo operatur. Licet cum imaginatione que ratio ni subijcitur. Dicit enim in lib. de spiritu & anima: Et imaginatio ad rationem non ascendit, sed infra remanens, eam aliquantulum deducere potest, & quasi a longe quadam ostendit, ad que non potest peruenire, & ideo bene ponit gradus contemplationis, quia per spiritum humanum magis appropinquat & ascendit ad cognitionem ueræ contemplationis, quam precedentis gradus. Multa enim ratio concludit ex imaginatione, actione assumpta, que continue assidit rationi famulando, etiam sensu absente siue quiescente. Tertius gradus contemplationis ut dicit Richar. est, qui in ratione secundum imaginationem formatur. Isto autem gradu contemplationis tunc ueraciter utimur (ut inquit Richar.) quando rerum uisibilem similitudinem, in rerum inuisibilem speculationem subleuamus. Sequitur. Hec uero speculatione in ratione consistit, quia his solum que imaginationem excedunt, per intentionem & inuestigationem insitit, ut que sunt inuisibilia. Dicitur autem ideo secundum imaginationem formari, quia ex rerum uisibilem imaginationem in hac speculatione similitudo trahitur, unde in rerum inuisibilem inuestigatione animus adiuuatur. Et hic gradus perfectior est precedentibus, ex eo, quod iste se extendit ad contemplationem inuisibilem & spirituali, licet ex imaginatione uisibilem simi-

Imaginatio, alia bestialis, alia rationalis.

In lib. de spiritu & anima, cap. 18.

litudinem trahit in sui adiutorium. Unde Richar. dicit. Cuius scriptura sit, quia inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea que facta sunt, intellecta conspiciantur: manifeste ex hoc colligi potest, quod ad inuisibilem cognitionem, nunquam ratio conuenit, nisi ei ancilla sua (uidelicet) imaginatio rationi uisibilem formam representaret. Per rerum enim uisibilem speciem, surgit ratio ad rerum inuisibilem cognitionem quousque his adiuta, illa trahit ad quandam similitudinem. Sed constat, quia sine imaginatione corporea nesciret, sine quorum cognitione ad celestium cognitionem uel contemplationem non ascenderet. Quartus gradus secundum Rich. est, qui in ratione & secundum rationem formatur, quod utique fit, cum semoto omni officio imaginationis, solum alius animus intendit, que imaginatio non nouit, sed que mens ex ratiocinatione colligit, uel per rationem deprehendit. Tali enim speculatione tunc insitimus, quando inuisibilia nostra (que per experientiam nouimus, & ex intelligentia capimus) in consideratione ducimus, & eorum consideratione in celestium animorum, & supermundanorum intellectu contemplationem assurgemus. Sequitur. Hec autem contemplatio in ratione consistit, quia sensibilibus semotis, solum intelligibilibus intendit. Et hac quidem contemplatio ab illis utique inuisibilibus nostris uidetur in initium sumere, & fundamentum capere, que humanum animu constat per experientiam intellectualem nosse, & per communem intelligentiam contemplationem comprehendere: sed tamen pro hac parte hac contemplatio etiam in ratione recte dicitur consistere, quia ipsa inuisibilia nostra a ratione comprehenduntur, & in corpore ratiocinationis modum minime supergreditur. Hec ille. Hic gradus contemplationis perfectior est precedentibus, eo quod ratio a corporalibus, qua a corporalibus magis elongatur, & spiritus magis in eo purificatur, & eternis unit. Unde Rich. ibidem dicit, quod in hac contemplatione animus humanus primum pura intelligentia utitur, quod semoto omni imaginatio officio, ipsa intelligentia nostra in hoc primo negocio seipsam per seipsam in gerere uidet. Hec enim per seipsam operatur, & quasi per speciem contemplatur. Hec ille. Quintus gradus contemplationis esse dicitur, qui est supra rationem, sed non propter rationem. In hac autem contemplatione speculatione, mentis subleuatione ascendimus: quia ea ex diuina reuelatione cognoscimus, que nulla ratione humana plene comprehendere ualeamus, & nulla ratiocinatione nostra intelligere, & inuestigare sufficimus. Talia sunt illa, que de diuinitatis natura in illa simplici essentia credimus, & scripturarum diuinarum auctoritate approbamus. Sequitur. Ergo contemplatio nostra tunc ueraciter supra rationem ascendit, quando id animus per mentis subleuationem credit, quod humanæ capacitatis meta transcendit. Et supra rationem, nec tamen propter rationem ascendit, quia ei quod per intelligentiam accipit, humana ratio contraire non potest: quin potius facile acquiescit, & sua attentione

Vbi supra cap. 18.

De contemplatione, lib. 2.

Vbi supra cap. 18.

Articulus tertius.

statione alludit. Hec ille. Et hic gradus est perfectior & sublimior precedentibus gradibus: eo quod ista contemplatio est supra rationem. Circa quod nota, quod sicut dicit idem Richar. Quada sunt infra rationem, ut que sensu corporeo percipimus. Quada secundum solum rationem sunt, ut que ratione inuestigamus. Quada supra rationem sunt, ut que uel per reuelationem, uel que nullus sensus corporeus potest attingere, & nulla ratio humana penetrare, sed tamen ueraciter ea esse credimus, licet nec experimento, nec intellectu comprehendere possimus. Sextus gradus contemplationis est, que in his uersatur, que sunt supra rationem, & uident esse preter rationem, seu etiam contra rationem. In hac utique summa omni dignissima contemplationis specula, tunc animus ueraciter exultat, atque triphidat, quando illa ex diuini luminis irradiatione cognoscit, atque considerat: quibus omnis humana ratio reclamatur. Talia sunt penes omnia, que de personarum Trinitate credere iubemur, de quibus cum humana ratio consulitur, nihil aliud quam contraire uidetur. Iste gradus contemplationis perfectior est omnibus precedentibus, eo quod in eo pura intelligentia operatur, que ad contemplationem diuinæ maiestatis admittitur. Unde idem Richar. dicit. Quantum quæsitio est, quod intelligentia humana quotidie ad illos supercelestium animorum theoticos excessus nititur, & quandoque etiam pro diuinæ dignationis beneplacito, ad illa summæ maiestatis magnalia contemplando subleuatur? Hæc autem subleuatio que quandoque extenditur usque ad motus eleuationem, fit ex tribus, quandoque ex magnitudine deuotionis, quandoque ex magnitudine admirationis, quandoque ex magnitudine exultationis, ut semetipsam omnino non capiat, sed supra semetipsam eleuata in alienationem transeat. Magnitudine deuotionis mens supra semetipsam eleuatur, quando tanto celestis desiderij igne succenditur, ut amoris intimi flamma ultra humanum modum ex crescat, que animam humanam ad ceram similitudinem liquefactam, a pristino statu penitus resoluat, & ad instar fumi attenuata, in superna eleuet, & ad summa emittat. Magnitudine admirationis anima humana supra semetipsam ducitur, quando diuino lumine irradiata, & summi summæ pulchritudinis admiratione suspensa, tam uehementi stupore concutitur, ut a suo statu funditus euectur, & in modum fulgoris coruscantis, ex deo specu sui in se ad ima dei ieiatur, & tanto sublimius & caeterius per summorum desiderium reuerberata, & supra semetipsam rapta in sublimia eleuatur. Magnitudine uero exultationis & iucunditatis mens humana supra semetipsam rapitur, & a se alienatur, quando intima illa eternæ suauitatis abundantia potata, immo plene inebriata, quid sit, quid fuerit, penitus obliuiscitur, & alienationis excessu tripudij sui nimietate traducitur, & in supermundanum affectum quendam sub quodam miræ felicitatis statu raptim transformatur. Hi sunt igitur gradus contemplationis secundum Richardum.

Multi sunt gradus ascendendi in Deum.

In Cant. ser. 35.

Ad Ro. 1.

Ed auctor libri de spiritu & anima consideras, quod etiam Dionysius dicit in epistola ad Iyrum, quod homo ex duabus naturis constat: anima scilicet & corpore: anima rationali que simplex est in essentia, & ex corpore composita, ut iuxta utriusque naturæ proprietatem illuminetur diuinis cognitionibus, & ut mens eius puras & simplices & intimas sensibilibus signorum intelligentias, segregantes ab ipsis signis concipiat, & ut sensualitas eiusdem per naturæ proprietatem cooperet mentali cognitioni, ut sic ad diuina extendat, & ideo contemplatione oportet uti sensibilibus formis, in quibus diuina inuisibilia immundis, id est carnalibus abscondant, & spiritualibus manifestent. Ideo auctor prædictus primum gradum ascendendi in Deum, dicit esse in sensu operatione, per quam concipiunt res corporales. Secundum in imaginatione, per quam concipiunt corporaliu similitudines. Tertium in ratione, per quam percipiunt rerum naturæ rationes. Quartum in intellectu, per quem percipiunt spiritus creati. Quintum in intelligentiam, per quam percipit spiritus increatus. Sextum in sapientia, per quam aperit spiritualis gustus. Et auctor prædictus addit ibidem. Quicquid sensus percipit, imaginatio representat, ratio inuestigat, intellectus iudicat, memoria seruat, intelligentia comprehendit, id ad contemplationem adducit, sed sapientia gustare facit. Sequitur. Sic fit ascensus ab inferioribus ad superiora, & a summis deprehendit ima, & cum ab inferioribus ad superiora, id est temporalibus ad eterna ascendere uolumus, prius occurrit nobis sensus, tanquam primum iter, deinde imaginatio, postea ratio, intellectus, intelligentia, & in summo est sapientia. Et statim subdit definitiones prædictorum, dicens. Sensus est ea uis animæ, que rerum corporearum corporeas percipit formas presentes, que uariæ & multipliciter ostendunt suum creatorem. Unde Bernardus super Cant. dicit. Quid est, quod hic est tanta formarum uarietas, atque numerositas specierum in rebus conditis, nisi quidam radij diuinitatis, monstrantes quidem quia uere est, a quo sunt, non tamen quid sit prorsus diffinientes? Itaque de ipso uero uerum uides, sed non ipsum uerum: unde hoc genus uidendi commune est, in promptu enim est (iuxta Apostolum) omni utenti ratione, inuisibilia Dei per ea que facta sunt, intellecta conspiciere. Hec ille. Et hæc est a temporalibus ad eterna ingressio. Ait Augustinus de uera religione. Secundum gradum dicit esse imaginationem. Est autem imaginatio secundum eum, ea uis animæque rerum corporearum corporeas recipit formas, absentiu, presentiu, præteritoriu, & futuroru: quæque ut sic ipsa inter sensum & rationem, quasi ancilla inter Deum & seruū discurret, & quicquid exterius haurit, per sensum carnis intellectui representat ad obsequium rationis. Ex hoc apparet, quod imaginatio simplicior est, &



est & nobilitas potentius sensitius, cum ipsa sola similitudines obiectorum omnium sensuum in se recolligat, & quoad aliquid quasi ab hoc loco & hoc tempore abstrahat, ut patet p Rich. quare imaginatio animae magis facit appropinquare aeternis, q̄ sensus exteriores. Vnde Rich. dicit, q̄ ratio ad inuisibilem cognitionem nunq̄ attingeret, nisi ei ancilla sua imaginatio visibilibus formas representaret, sine quarum cognitione ad celestium contemplationem nunq̄ ascendere. Merito ergo gradus contemplationis potest dici, dispositiue saltem. Tertius gradus ascendendi ad Deum, siue contemplandi, dicitur esse in ratione. Rō autē scdm eū est ea vis aīe, quae rerum corporarum naturas, formas, differentias, propria & accidentia percipit, oīa incorporea, sed non extra corpora. Abstrahit enim a corporalibus que fundant in corporibus, non a cōtione sed confide ratione. Natura nempe ipsius corporis, secundū quam omne corpus est, nullum corpus est. Hęc ratio sensum acuit, ueraq; a falsis distinguit, & imaginem Dei in se conseruat. Hęc ille. Ex quo apparet, q̄ ratio sensum & imaginatio nem incomparabiliter excellit dignitate, & excedit opere. Vñ aīa per rōnem non solum Deū esse cognoscit, sed etiam eius capax sit, ut patet per Aug. xiiij. & xv. de trini. Nam per rationē aīa de deo meditat, meditando cōtemplat, Deus contemplatus amatur, & uerē amatus habetur, imō sicut dicit Aug. i. originali: Hęc est uis naturae diuinitatis, ut creatura rationali iam rōne utenti, non omnino ac penitus possit abscondi, uñ est uerā gradus contemplationis rō. Quartus gradus secundū eū, est in intellectu. Intellectus autē scdm eū, est ea uis aīe q̄ inuisibilia percipit, sicut angelos, aīam, & oīem creaturam spm̄, & sic intellectus acceptus, ad contemplationem cooperate, q̄a importat quandam intimam contemplationem. Dicitur enim intellectus, quasi intus legens, penetrat. n. usq; ad essentia rei, q̄a obiectum intellectus est, quicquid est, quod est asserit Philosophus. Accipitur et intellectus q̄nq; ut est uirtus intellectualis, siue ut est habitus principiorum naturalium, q̄ sub lumine sunt naturali. & sic intellectus ostendit ueritatem infallibiliter. Dicitur nāq; in lib. de spū, & aīa, & Aug. ii. sup. Gen. q̄ intellectu uisione nunq̄ fallit aīa, aut enim trā intelligit, & uerum est, aut si uerum non est, non intelligit, & ideo intellectus sic acceptus dicitur aspectum manifestum & infallibilem circa principia, & sic acceptus intellectus est cooperat ad contemplationem. Accipit. n. aliquid intellectus, ut est donum spū sancti, & sic intellectus, est habitus supernaturalis principiorū supernaturalium, q̄ sunt articuli fidei, & sic nominat quādā excellentiam cognitionis, penetrandi ad intima cognoscibilem. Vñ Greg. lib. i. mora. dicit. Intellectus in die suo cōiuiui parat in mēte, q̄a in eō q̄ audita penetrat, reficiendo cor, tenebras eius illustrat. Nā iumen intellectus sic acceptus, ita se habet ad prin-

Intellectus quid: 3. De aīa.

cipia q̄ nobis naturaliter innotescunt, sicut se hęc lumen naturale, ad ea principia quae primordia liter cognoscimus, sed lumen naturale infallibiliter ueritates principiorum naturales ostendit. Ita & donū intellectus sup. naturales ueritates infallibiliter ostendit. Vñ intellectus sic acceptus, ē uerus & necessarius contemplationis gradus. Quintus gradus ascendendi ad aeterna, siue contemplandi secundum eū est intelligentia. Est autē intelligentia, ut ibidē dicit, ea uis animae quae immediate sup. ponitur Deo, cernit quippe ipsum supremum uerum & incommutabile. Et infra dicit sic. Intelligentia est uis animae, quae de diuinis (quantum homini possibile est) cognoscit ad celestia archana penetranda, quae ut dicit Boetius, paucorum est hominum. Ex quo patet, q̄ intelligentia excellit intellectu in sua actione, & ab ea distat, & q̄ est perfectior gradus contemplationis. Quod etiam Rich. uideat sentire, dicens. Per intelligentiam siquidem sinus mentis in immensum extendit, & contemplantis animi acies acuitur, ut capax sit ad intelligibilia comprehendenda, & perspicax ad subeilia penetranda. Et nunq̄ contemplatio potest esse sine uiuacitate intelligentiae. Sequitur. Etiam quotiens contemplantis animus dilatat ad ima, quotiens eleuatur ad summa, quotiens acuitur ad scrutanda, quotiens agilitate mirae penē absq; mora rapitur per innumera, ex quadam intelligentia hoc esse, nō dubitatur. Hęc ille. Sextus gradus contemplationis siue ascendendi ad aeterna (secundum praedictum) est in sapientia, quae sequitur intelligentiam, quia sicut dicit idem, ut uisio mentis est intelligentia, sic mentis gustus est sapientia. Illa contemplatur, ista gustat & delectatur. Sed hic primò notandū est, q̄ sapientia quaedam est, q̄ acquisita est per studium humanum, quae est uirtus intellectualis. De qua loquitur philosophus in metaphisica sua. Et hęc per rationis inuestigationem inquirat rectū iudicium de diuinis, & actus intellectuales, & omnes operationes animae perficit (scdm eū) quantum potest. Quia sicut dicit Seneca. Sapiens ad omnem incurium inuictus & intentus est. Nam si paupertas, si luctus, si ignominia, si dolor impetum facit, ratio tamen refert intrinsecus, & contra illa ibi, & inter illa sapiens plenus est gaudio & inconcusus, cum diis expers uiuit. Hęc ille. Ideo potest dici aliquis gradus contemplationis. Alia est sapientia quae de sursum est infusa. Et hoc est donum spiritus sancti. Et ad istam nō solum pertinet secundum iudicium rectum cōtemplare diuina, sed gustare & regulare humanos actus, excellentiori modo quam sapientia, quae est uirtus intellectualis, ut potest magis de propinquo Deū attingens, & experiens per quadam unionem spiritus & animae ad ipsum, ut directa per regulas legis aeternae. De ista sapientia loquens Bernardus, lib. de amore Dei, dicit sic. Sapientia a sapore dicitur, sapor autem iste, in gustu quodam est. Gustum autem illum nemo

De contē pla. lib. i. c. 3.

In Epist. 60.

Iacobi. 3.

mo exprimere potest, nec etiam ille qui meretur gustare: sed dicere potest. Gustate & uidete, quoniam suauis est Dominus. Hoc gustu (secundum Apostolum) gustatur Dei uerbum, gustantur etiam diuitiae saeculi uenturi. Et sequitur. Hic gustus si defuerit solus, omnes alij sensus, scilicet spirituales quatuor languescunt. Gustum autem sequitur quaedam saporis dulcedo, quam in interiori suo sentiens anima, quodam modo singulari quae suscipit cuncta discernit, & diiudicat, sequitur & omnes sensus uegetat, & confirmat scilicet interiores. Hi sunt gradus contemplationis secundum illum.

Articulus quartus.

Ad hos gradus siue species contemplationis supradictorum doctorum, quasi omnium aliorum doctorum gradus & species contemplationis mediatē uel immediatē possunt reduci: ut patet de sex gradibus contemplationis Origenis, quos declarat, dicens. Contemplatorem uerū & iubilatorem certū te iudico, si primò perficiat te actio. Hic Origenes subtiliter considerat, q̄ ubi uita actiua terminat & perficit, q̄ ibi uita cōtemplatiua ordinatē inchoat, & gradatim forsūm tendit & proficit, donec in uisione intuitiua consummat. Vnde proprie loquendo de cōtemplatione, perfectio actionis nō est gradus cōtemplationis, sed potest dici status quidam, resultans a summa perfectione uita actiuae, quae necessariò praecedit, tanquā dispositio potentias contemplatiuas ad actus suos nō impeditos sed perfectos. Greg. 6. moral. dicit sic. Qui arcem contemplationis ascendere desiderant, prius necesse est, ut in opere actionis perfecte se exercent. Et pro tanto dicit gradus cōtemplationis. Secundò secundum Origenem. uerus cōtemplator es, si in te est sensuum exteriorum retentio, siue retractio ad interiora, & collectio eorum in unum. Hoc enim (iuxta Verellen) est greges. i. sensus bestiales, minare ad interiora deserti per itinera aeternitatis. Hoc fit, q̄ inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea q̄ facta sunt intellecta, cōspiciunt: & sempiterna uirtus eius & diuinitas. Hęc est sicut dicit Augusti. lib. de uera religione, a temporalibus ad aeterna regressio, & ex uita ueteris hominis in nouū hominē reformatio, ut supra patuit. Tertio, uerus contemplator es, quando est in te omnium imaginabilium transitus, quando mente omnia imaginabilia transcendis. Talis cōtemplator (sicut dicit Bern.) fuit, qui dixit. Elongauit fugiens, & mansi in solitudine. Non enim fuit contentus exire, nisi longē se faceret ut posset quiescere. Sequitur. Transisti carnis oblectamenta, ut minimē iam obediās concupiscentijs eius, nec tenearis illecebris, perfecisti & superasti te, sed nondum elongasti, nisi & irreuerentia undiq; fantasmatum corporearum similitudinam, transuolare mentis puritate praeualeas. Hęc ille. De quo uide supra dicit. 6. Quarto uerus contemplator es, si transe-

Mal. 3.

Orig. sup. c. 1.

In Epist. 60.

Greg. 6. moral.

De contē pla. lib. i. cap. 3.

De mysti ca theo. cap. 3. Exodi. 24.

disti omnia rationalia propter fantasmata, & alia impedimenta & retardantia animam ad superiora properantem. De hoc dicit Richar. Contemplatio nostra tunc ueraciter supra rationem ascendit, quando id animus per mentis subleuationem cernit, quod humanae capacitatis meras transcendit, ut sunt illa quae de diuinitatis natura, & de simplici eius essentia credimus. Et licet illa contemplatio supra rationem sit, non tamen praeter rationem censenda est, quando ei quod per intelligentiam aciem ceptur, humana ratio contraire nō potest: quin potius ei facile acquiescit, & sua attestacione alludit. Hęc ille. Quinto, uerus cōtemplator es, si sursum tractus es super omnia intelligibilia in caliginem ignorantiae. Et hic gradus contemplationis est, de quo loquitur Dionysius dicens. Adhuc restat principalior Dei cognitio, quae figurat in eo, q̄ Moyses separam ab his qui locum Dei secum uideant, & subtrahit illis uisus, & intrat in caliginē ignorantiae, & unitur incomprehensibilitati diuinā, quam non penetrat intelligentia, quae uerē est omnium clarissima, & in se claudit, & secretissime caelat omnes cogniciones comprehensiuas, tanquā in cauisa prima omnium: & per eam omnis unitus Deo (qui est supra omnia) constituitur in excellētia, quam neq; ratio inuestigat, nec intellectus speculatur: & ab omnibus & quasi a seipso segregatur, & per unionem dilectionis quae effectiua est uerae cognitionis, unitur Deo intellectualiter ignoto, cognitione multo meliori, q̄ sit cognitio intellectualis, in eo q̄ intellectualem cognitionem dereliquit, & super intellectum & mentem Deum cognoscit. Hęc Dionysius. secundum commentatorem Verellen. dicit. hęc require plenius supra. Sexto, cōtemplator es, si in te est uniformis fixio intelligentiae purae & ab omnibus omnino denudata, & conformis affectio uoluntatis potentiae per omnia, in nullo impeditae in uno fontali principio celestium gaudiorum, quod est Deus Trinus & unus. Vnde Origenes. ibidem praedicta in unum recolligens, dicit. Contemplatorem uerum & iubilatorem certum te iudico, si primum te perficiat actio, si rationalia ecclesiae si motu percurras, si intelligibilia felici & illuminata fide cognoscas, si in primo uero & in summo bono intelligentiam & uoluntatem totam tuam ponas, fugens undē tēneritudinem tuam nutrias, bibas, undē gaudeas, haurias undē nunquam deficias. Hi sunt gradus contemplationis secundum Origenem.

Distinctio quinta.

Quinto uidendum est, quātam iucunditatem & utilitatem spiritus humanus in itinere uitae contemplatiuae experiatur. Nam Deo per totum illud iter associatur continuē. Primò ergo uideamus, qualiter spiritus in hoc itinere dulciter a Domino consolatur, De quo nota illud Lucā

Vita cōtē platiuz utilitates.

Lucā



nabiliter igitur charitatiua affectio sequitur cōtemplationem, tanquam perficiens eam, quis in cognita amari oīno non possint, secundum Aug.

Distinctio secunda.

Quid sit charitas.

Secundo videndum est, quid sit charitatiua affectio, ut ex hoc spiritus cognoscat, qualiter ipsa sit iter ad aeterna. De quo primo sciendum est, quod amor, dilectio, & charitas, in scriptura frequenter pro eodem accipiuntur, ut dicit Dionysius quarto de diuinis nominibus, ubi dicit. Communiter & uniformiter utendū est in diuinis nomine amoris, nomine dilectionis, siue etiam charitatis. Et Aug. vi. de trini. dicit, quod nihil aliud est charitas, nisi amor boni. Est igitur sciendum, sicut dicit Dionysius ubi supra, quod unus est amor increatus, qui sua substantiam & uniuersali appetibilitate ingignit amorē creati omnibus rebus, qui amor creatus, est quaedam inclinatio & coordinatio amatis ad bonum amatum, & ideo Dionysius distinguit ibidem diuersos amores, secundum diuersas inclinationes ad bonum appetibile, dicens. Quando amorē nominamus, siue diuinum, siue angelicum, siue intellectualem siue naturalem, designamus nomine amoris quaedam uirtutem uirtuam, ubi dicit commentator. Amor est connexio & uinculum, quo omnium rerum uniuersitas ineffabili amicitia insolubilique unione copulantur. Et commentator exponit, & declarat istos amores ibidem. Ex quibus magis quid amor siue charitas sit, apparebit.

Diuerfi modi amores.

Iob. 37.

Amorē naturalem uocant inclinationem ad bonum, quae non praesupponit cognitionem aliquam, quae inest oibus rebus a creatore indita, qua inclinentur ad conseruationem sui esse, quod est bonum eis. Unde dicitur in Iob. Firmetam desiderat nubes. i. naturalem habet inclinationem ad hoc bonum. Amorem aialem uocat inclinationem ad bonum, quae praesupponit cognitionem sensitiuam, & hic tantum est in his, in quibus est sensibilis appetitus, ut in homine, & in brutis. Amorem intellectualem uocat inclinationem ad bonum, quae praesupponit cognitionem rationis (ut commentator ait) quae est in homine, & hic amor distinguitur. Quia quando est inclinatio ad bonum, quae non praesupponit nisi naturalem cognitionem boni absolute, & est a uoluntate & deliberatiua, respectu boni relati ad aliud ut ad finem, uel circumstans, uel ad aliquid aliud, tunc est amor electiuus, qui proprie dicitur dilectio. Si autem ille amor sit, per quem sit acceptus Deo, & dignus remunerari in aeterna uita, amor charitatis est sine gratuito, & hic necessarius est, ut sicut intellectus per fidem (quod est lumen supernaturale) eleuatur ad beatifici obiecti supernaturalem cognitionem, ita & affectus siue uoluntas per supernaturale habitum charitatis eleuat ad beatifici obiecti supernaturalem affectionem, ut infra patebit. Amore autem angelicum uocat inclinationem in bonum,

quae praesupponit altiore cognitionem, quae sit cognitio humana, & ideo Angelus fortius inclinatur in bonum cognitum & perfectius. Vnde Lincoln. commentator super. v. angel. hierar. dicit. Angeli ex rationis abundantia scientes, id quod appetunt esse uere desiderabile, & uehementissime, & intimē, & totis uiribus desiderandū, & amadū amore puro, & non in aliud tendente, illa intendunt, ita fortiter & inauertibiliter, quod illa intentio a nulla potestate & potentia intercipi potest, uel impediri, & sic amor intellectualiam tendit in eis inuisum bonum, quod est uerum, & summum bonum. Hae ille. Amorem uero diuinum Dionysius ubi supra ponit, praesistentem super substantialiter in bono ex bono ad existētiā emanantem, qui & rursus ad bonum conuertitur, in quo diuinus amor monstrat, sicut quidam aeternus circulus, habens sui interminabilitatem, & principij earentiam, circūambulantem per bonū ex bono, & in bonū, per quandam circulationem non errantem, & ipse amor in eodem & secundum idem procedens, semper in se manet, & ad se restituitur. Hae ille. De isto amore dicit idem sic. A Deo & pro uero dicere, quia ipse Deus omnium tam pulchro & bono amore omnium per abundantiam abundantem & amatū & bonitatis, quasi extra se ipsum sit, prouidendo oibus existētibus, & per amorem, & bonitatem trahit, & ex eo quod est super oia, ad id quod est in omnibus deducitur secundum uirtutem super substantialem facientem extasim, sed a se ingressibilem (propter quod Deum zelotem uocat) tanquam abundanter amantem existētiā, & excitantem mentē ad seruens desiderium ipsius. Unde amabilis & diligibilis dicitur, in quantum est plenitudo bonitatis, & pulchritudinis, cunctis apparentibus dicitur Deus amor, & dilectio in quantum ipse est uirtus mouens, & quasi sursum agens omnia, ad se naturaliter appetendum, quae admodum adamas quiescens, facit ferrum moueri. Hae Dionysius. Ex his oibus concludit, dicens. Quia ergo amorem nominamus siue diuinum, siue angelicum, siue intellectualem, siue animale, siue naturalem: designamus nomine amoris quaedam uirtutem uirtuam & concretiuam, mouentē superiora ad prouidentiam inferiorum, & coordinatam ad continuam & mutuam habitudinem inferiorum, ad conuersionem ad superiora. Ex quibus omnibus apparere potest, quod amor est uirtus uirtuam amantis cum amato.

Distinctio tertia.

Tertio ne spiritus humanus arripiat iter naturalis affectionis, uel aquirere dilectionis pro itinere charitatis affectionis, expedire uidere, qualiter affectio charitatiua siue gratuita a naturali affectione & acquisita dilectione, uel amore differat, uel distinguatur. De quo notandum est, quod sicut dicit Hugo de sancto uirtore

Affectio charitatiua quae qualiter ab affectione naturali & acquisita differat.

etore in lib. qui incipit. Accipe frater charissime. Affectus est spontanea quaedam ac dulcis ipsius animi ad aliquid inclinatio. Et quia sicut ipse dicit ibidem. Secundum naturam inclinationem affectionum & motuum uariatur nostri amores, ideo ut de omnibus affectionibus & motibus quibus amor noster multipliciter uariatur, quis illorum maxime sequendus sit, & qualiter, ut competenter fiat & respondendus sit uel etiam reprimendus, subtilius est inquirendum. Per hoc patebit, in quo amores isti conueniunt & differunt. Sunt autem sicut oppositi idem quique amores affectiones, quibus inclinamur ad aliquem uel aliquid. Primus est affectus naturalis, de quo dicit Hugo ibidem sic. Naturalis affectus est cuiuslibet ad carnem suam, nemo enim carnem suam odio habuit. Item matris ad filium, non enim potest mater obliuisci infantem uteri sui. Item hominis ad domesticum suum. Qui enim curam domesticorum non habet, fidem negauit, & est deterior infidelis. Hunc sanē affectum sicut non admittere impossibile est, ita non sequi summam uirtutis est, nisi ratione reguletur. Semper enim iste affectus mollia suggerit, & suauis & iucundum, quod terrenum, quod uoluptuosum, & quod delicatum libenter amplectitur. Quod uero asperum, quod uoluntati contrarium omni horrore refugit, quo circa huius affectionis executio amor peruersus est. Hic amor a saluatore interdicatur cum dicit. Qui amat animam suam perdet eam. Proinde sanctus Augustinus dicit. Si male amas tunc odisti, si bene oderis tunc amasti. Sequitur. Qui enim amat secundum tale affectum utique odit, quia qui diligit iniquitatem odit animam suam, qui uero odit secundum illum affectum, secundum rationem diligit. Naturale quidem est, quod homo erga se & suos affectum habet, sed amorem secundum affectum habere non debet. Hae ille. Quod ab isto affectu naturali affectio charitatiua differat, patet, quia ista cum homine nascitur, illa uero a Deo inducitur, dicit idem Hugo. Secundus est affectus carnalis de quo dicit idem sic. Carnalis affectus duplex est. Plerumque enim neque uirtus neque uirtutum est, sed est quaedam exterioris hominis habitudo, animum intuentis sibi inclinans facile. Quippe cum alicuius forma est elegantior, & sermo suauior, uenustus aspectus, etiam ignorantis qualis ipse sit prouocat, & perstringit ipsum affectum. Hoc in puero Mose apparuit, quod propter elegantem formam tribus mensibus contra praecipitum Pharaonis abscondebatur, & a filia ipsius Pharaonis in filium fuit adoptatus. Porro & qui ad noxiam uoluptatem in qualibet specie suauitatis male blanda compungit, motum carnalis affectus nemo sani capitis dubitabit. Hic carnalis affectus fuit. Dauid ad speciem Bersabeae preuenit incautum, praeventum dissoluit, dissolutum obruit. Hic affectus sapientiam Salomonis absorbit, & carnali libidine dissolutum, in spirita-

lis fornicationis baratrum, & nephandissimam idolorum culturam deiecit. Hae ille. Tals affectus non moeretur habere nome amoris ueri, sed (ut dicit Dionysius) est longinquum idolum uerri amoris, & plenus anxietate. Affectio autē charitatiua plena est iucunditate. Unde Richar. de trini. Sicut charitate nihil est melius, ita & nihil est iucundius. Tertius affectus est officialis, de quo Hugo sic dicit. Officialem affectum dicimus, qui meritorum uel obsequiorum exhibitorum quorundam animos inclinatur, qui quamuis sit periculosus, tamen admittendus est, ne sis ignarus uel ingratus ab officio, cauendum est, ne tam homini impertiat, quam uicio. Quid magis cauendum est, quod ne obsequijs uel muneribus illectus, aut foueas uicia aut uitiosa. Proinde in muneribus uel obsequijs suscipiendis, magna habenda est discretio. Et attendendum est personae dignitatem, ut si forte tanti meriti sit, ut affectus officialis transeat in rationalem, ut quem ceepimus diligere, quia nobis gratus, diligi incipiat, quia uirtutibus adornatus, & retributio secundum rationem non secundum affectum impendatur, sed & desiderium quo amati praesentia desideratur, uel actus quo ipsa praesentia comparatur, rationem sequatur non affectum. Iste quoque affectus qui hominem sine alterius causa respectu sponte complectitur, per omnia temperetur. Ab isto affectu multum differt affectio charitatiua, quia ista quaerit quae sua sunt, per charitatem autē singula sunt omnium, & omnia singulorum, quia non quaerit quae sua sunt, ut ait Greg. in moralibus. Quartus est affectus rationalis, de quo Hugo sic dicit. Rationalis affectus hic est, qui ex consideratione alienae uirtutis oboritur, uidelicet cum oculis nostris cuiuslibet uirtus, uel sancti tas explorata, uel fama diuulgata, mentem nostram dulcedini suauitate perfundit. Sequitur. Hic est affectus, qui nos audita triumphali martyrum passione, suauissima compungit deuotione, ac memorabiles actus praecedentium quasi sub oculis delectabili meditatione depingit, & ad proximi dilectionem contemplatis eius uirtutibus accendit, propter quod constat, hunc affectum esse perfectiorem. Etenim non modicum uirtutis indicium est, ipse amor uirtutis ex quo ad actum uirtutis excitabitur. Hae ille. Ab isto affectu differt affectio charitatiua, quia ista ratione mediante ab exemplis exterioribus oritur, & exercitatur. Affectio uero charitatiua a spiritu sancto ad amandum etiam peccatores inflammat, & bonorum exemplis multo dulcius afficitur, ut patet per Apostolum uel per alios sanctos. Quintus est affectus spiritualis, sic dicitur, quia uel a spiritu immittitur, uel a spiritu oritur, uel a spiritu inspiratur. Et hic affectus est triplex, quia quique imittitur a spiritu maligno, quique oritur a spiritu humano, & quandoque inspiratur a spirita diuino & sancto. A spiritu maligno affectus immittitur, (ut dicit Hugo) quando inclinatur aliquem ad

De Ange. hic. c. 1. & de diu. nomi. c. 2.

Affectus triplex.



uita. Illo affectu maligno filius David improbe in fororis exarsit amplexus. Istumq; affectu misit in cor iuda, ut Dominum traderet. Illo affectu inclinatur ad quaeq; turpia. Vnde Osee, Spiritus (inquit) fornicationis decapit eos. Quod autem affectio charitativa differat ab illo planum est, quia ab illo contrariatur, a spiritu autem humano tam ex in nata ingenuitate, quam ex studiose & exercitata exquisicione, oriuntur, quoadq; affectus amorosi ad summum bonum diligendum, quod est summe appetibile, & sunt simillimi affectioni charitativae sive gratuita. Na si accipiatur gradus maxime charitatis, qui (stante ueritate in Euangelio) est, ut animam suam ponat quis pro amicis suis, similem gradum ex puris naturalibus inueniuntur multi ascendisse. Vnde Augustinus narrat, qd multi utilitatem rei publicae propriae uitae praeponebant. Et exemplificat de hoc. Et Tullius de officijs dicit, qd duo erant praepcepta Platonis uolentibus reipublicae prodesset. Primum, ut utilitatem ciuium spectarent, ut quaeque agant ad eam referant, obliuiscerent commodorum suorum. Secundum praepceptum fuit, ut totum corpus reipublicae curent principaliter, ne dum aliquam partem teneant, reliquas deserant. A spiritu autem diuino affectus charitatis infunditur, ut patebit, qui licet in multis differat a praedictis, in multis tamen conuenit cum eis, propter quod difficile est distingnere inter istas affectiones. scilicet charitativam, naturalem, & acquisitam, propter similitudinem actuum suorum. Et tamen isti habitus differunt, quod certum est, primo quantum ad originem, quia charitas gratuita a solo Deo supernaturaliter infunditur. Vnde dicit Apostolus. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per inhabitantem spiritum sanctum. Illa autem scilicet naturalis per naturam cum homine nascitur, & altera per exercitium acquiritur. Secundo differunt quantum ad substantialitatem, quia charitas gratuita est uiuificatiua, purior & feruentior, quia nunquam est sine spiritu sancto qui datur in ea, neutra autem aliarum uiuificat. Tertio differunt quantum ad formalitatem, quia charitas gratuita alias uirtutes, uel habitus, informat, & perficit. ut dicit Ambrosius. Vtrique autem illorum manent informes, & imperfecti sine ista. Quarto differunt quantum ad finis capacitatem, quia charitas gratuita spiritum humanum a culpa educit, in gratiam concludit, & Deo uenit, & gaudio perenni & iubilatione, consummat & perficit. Vnde Rabanus in quodam sermone dicit sic. Charitas sive amor diuinus est ignis in meditatione, mentem purificans a sordibus uitiorum. Lux est in oratione, mentem irradians claritate uirtutum. Mel est in gratiarum actione, mentem dulcorans, dulcedine diuinorum beneficiorum. Vinum est in contemplatione, mentem inebrians iucunda delectatione. Sol est in aeterna beatitudine, mentem clarificans, serenissimo lumine, & suavissimo calore, exhibita

rans ineffabili gaudio, in perenni iubilatione. Haec ille. Nullum istorum potest perficere sine charitate, nec naturalis amor, nec acquisita dilectio. Bern. super Cant. ser. 50. sic distinguit dicens. Est affectio, quam caro, sive natura gignit, est affectio quam caro regit, & affectio quam sapientia condit. Haec ultima prima illuminat, sed am remunerat, prima quidem est dulcis, sed turpis, secunda est licita, sed fortis, tertia suauis & pinguis, quaequae quae suauis est dicitur. Haec ille. Certa tamen differentia in his non potest haberi.

Distinctio quarta. Articulus primus.

Quartò igitur uidendum est, quibus signis uel coniecturis charitativa affectio, ut a Deo inspirata est, qualiter cognoscatur. Circa quod sciendum, quod quis magister in sententijs notificare nitatur habitum charitatis. Charitas est uirtus gratuita, uoluntate in eam secundo perficiens, in ordine ad actum diligendi, promp- te, & facilliter, pro se, & supra omnia summum bonum. Et licet habitus notificentur per eorum actus tamen (ut supra patuit,) quia actus charitatis, & actus amoris naturalis, & acquisita dilectionis sunt simillimi, ideo non possumus certitudinaliter scire, utrum habeamus habitum charitativae affectionis, quod non absque rationabili causa a Deo ordinatum est, & ideo oportet nos esse contentos aliquibus signis, & coniecturis, quibus aliquantulum confidimus nos habere charitatem gratuitam. Et quia ista signa & coniecturae oriuntur ex actibus charitatis quorum aliquae ipsa charitate oriuntur, aliae ex ipsa imperantur, & horum aliquae sunt charitatis incipientium, & aliae sunt charitatis proficientium, & aliae charitatis perfectiorum, propter quod sancti & doctores aliqui dicunt, aliqua signa esse charitatis iam roborata, & aliqua esse charitatis signa iam perfecta. Et signa charitatis iam genita sive infusa, sicut dicit Bern. sunt quatuor, quae ibi numerat dicit sic. Primum signum charitatis genitae sive infusae est dolor de culpa praeterita: Ratio huius est, Charitas & culpa mortalis opponuntur, & ideo similitate non possunt in eadem uoluntate, ideo quando charitas est in uoluntate, expellit culpam per doloris contritionis. Vnde Aug. dicit sic. Radix omnium bonorum est charitas, & radix omnium malorum est cupiditas, & simul ambae non possunt esse, quia nisi una radicitus euulsa fuerit, alia plantari non potest. Ergo dolor contritionis signum est habitae charitatis, cum utraq; simul in uoluntate esse non possit. Secundum signum charitatis genitae secundum Bern. est summum propositum cauendi futura peccata cum effectu. Cuius ratio est, quia hinc propositum cauendi omnia peccata mortalia cum effectu, nec per amorem naturalem, nec per acquisitam dilectionem, potest diu quis habere sine gratia, sive charitate adiunante. Vnde Aug. dicit quod uoluntas ipsa nisi gratia Dei liberetur a seruitute, quae facta

2. Reg. 17.

Ioan. 13.

Osee 4.

Ioan. 15.

De Ciuit. Dei libr. 4. c. 18.

Tullius duo praepcepta Platonis refert.

Charitas gratuita ab alijs affectibus dilectionis ut differat.

Quibus coniecturis sci potest quia nati sit in gratia.

In ser. de omnibus sanctis.

In hom. 1. super Job.

Libr. 1. tract. 1. c. 11.

Articulus secundus.

facta est serua peccati, & per gratiam adiuuetur, recte pieq; uiui a mortalibus non potest, licet enim propter libertatem possit uitare quodlibet peccatum mortale signatum non tamen propter firmitatem potest diu omnia in communi uita re, quin in aliquod incidat, ergo diu esse sine mortali peccato, signum est charitatis iam habitae, sine mortali, id est sine conscientia mortalis. Tertium signum est charitatis genitae, secundum Bernard. est delectatio in auditu diuini sermonis. Ratio huius est, quia amantes delectantur in sermonibus mutuis, sive sint sermones inspirati, sive scripti, sive exterius auditi, ut ex illis capiatur experimentum mutuum affectuum, quos charitas silentio tegere non potest. Mos enim amantium est (ait Chrysolom.) ut amorem suum silentio tegere non queant. Vnde & Gilbertus por. idem dicit. Ideo charitas inspiratione. i. in terna locutione non est contenta, sed sacri sermonis institutiones, uel clypeos, undiq; memoriter apprehendit, sed nec his contenta, quasi uociferando clamat. Nunciare dilectio quia amore languet, ubi dicit glo. Illis uolentibus docere, ista flagrans amore prior alloquitur. Ex his apparet, quod delectatio in auditu uerbi Dei, est signum charitatis genitae. Quartum signum charitatis genitae est promptitudo boni operis. Ratio huius signi est, quia charitas maxime est operatiua, quia ipsa est amor finis, & ideo imperat omnem actum ordinatum, uel ordinabilem in hunc finem. Vnde Gregor. in homil. super Ioann. Si quis diligit me, dicit. Nunquam amor est ociosus, operatur enim magna si est, si autem operari renuerit, amor non est. Et ibidem, probatio dilectionis est exhibitio operis. Et Bernard. super Cantic. Magna res est amor, & si ad suum recurrit principium, si suo origini reducit, si refusus suo fonti, semper ex eo sumat, unde ingerit fluat: igitur operatio bonorum opum, signum est charitatis habitae. Quintum signum charitatis iam genitae ponit Ambr. in libr. de similitudinibus, ubi dicit. Quod quando aliquis de defectu alius tristatur spirituali, & de profectu aliorum spirituali letatur, signum est charitatis. Et August. in una epistola ad Hyponenses dicit. Qui non dolet de malo proximi, non est in eo charitas Christi. Ratio huius signi est, quia cum secundum Diony. charitatis ardor sit uirtus unitiua, ideo nititur omnia liquefcere, & in unum conflare, ut ipsa uniantur. Vnde Gregor. super Ezechie. dicit sic. Ecce qualis est charitas, quae diuersitates mentium accendit, coeumat, coeumat, & quasi in unam spem auri reformat. Sed hanc conflationem unitiuam defectus spiritualium impedit, & profectus perficit, ideo charitas facit de uno tristari, & de altero letari. Vnde Apostolus, dicit, quod charitas non congaudet iniquitati, sed magis congaudet ueritati, igitur tristari de defectu spiritualium, & gaudere de eorum profectu, signum est charitatis.

Signa charitatis proficientis.

Luc. 12.

Si hoc diffusus est, re desideras, requirere iustitiam. vi. dicitur.



observatio mandatorum, vera sine charitate fieri non potest. Vnde Dominus dicit sic. Qui diligit me, sermo meum seruabit, & pater meus diligit eum, &c. Quod exponens Gregor. in homil. dicit sic. In quorundam corda uenit, & mansionem non fecit, quia tempore tentationis ab eo recedunt. In quorundam corda uenit & mansionem facit, quia sic amor siue charitas deiratis eos penetrat, ut ab amore tempore tentationis non recedant. Qualiter autem charitate non proficeret, qui fontem dilectionis in se haberet, & iam aliquantulum gustaret? Vnde Augustinus dicit. Si tu qui ueram requiem, quam post hanc uitam promittitur, quæris, etiam hanc inter amarissimas uitæ huius molestias, suauem iucundamque gustabis, si eius, qui eam promittit, præcepta seruando, dilexeris. Et sic patet quartum signum charitatis proficientis. Quintum signum charitatis proficientis est diuinarum ueritatum manifestatio. Ratio huius signi est, quia amor est signum communicationis, & ideo amicus reuelat, & communicat amico suo secreta sua, quasi non credens ea ponere extra se, sed in eo qui est sicut ipse. Amicus enim meus est, quasi alter ego, ait quidam. Vnde Richar. dicit sic. Si uis noscere quia subtilitas diuinarum reuelationum sit manifestum diuinæ dilectionis indicium, audi, Tam non dicam uos seruos (inquit Dominus) sed amicos, quia omnia nota feci uobis, quæ audiui a patre, quia ex magnitudine diuinæ dilectionis pendet modus diuinæ reuelationis. Et idem dicit sic. Certum igitur signum tibi sit, quod dilectum tuum minus diligis, & ab illo minus diligeris, si ad theoricos excessus, nondum uocantem, sequi merueris. Ex quo patet, quod crescente reuelatione, crescit & dilectio. Et signum quintum charitatis proficientis patet sic.

Articulus tertius.

Tertio quidam tradunt quædam signa charitatis iam perfectæ, prout potest perfici in uia. Quia iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem, scilicet perfectæ charitatis. Et ideo sciendum est, quod in uiatoribus duplex est perfectio charitatis. Vna est necessitatis & sufficientiæ, alia est priuilegiatæ sanctitatis & excellentiæ. Has perfectiones tangit Prosper de uita contemplat. ubi dicit sic. In hac uita perfecti sunt illi, qui perfectè diligunt, qui uolendo quod uult Deus, nullis peccatis quibus offenditur Deus acquiescunt, & semper ad uirtutes habendas se extendunt. Perfectionem necessitatis tangit cum dicit. Qui uolendo quod uult Deus, & hanc habet quietem que manet in charitate, & ad hanc perfectionem inuitat Dominus dicens. Perfectus eris & absque macula, coram Domino Deo tuo, absque macula nepe criminali, ut ait glo. Perfectionem autem excellentiæ tangit Prosper, cum dicit. Semper ad

uirtutes habendas se extendunt. Vnde bene in epistola quadam dicit sic. Indefessum proficendi studium, & iugis conatus ad perfectionem, reputatur perfectio. Sed quia Apollonius dicit. Velle mihi adiacet, proficere autem non inuenio, ideo plena charitas qualis erit in patria, nullo modo in uia haberi potest. Propter quod signa talis perfectæ charitatis, hic non queruntur, sed quaeruntur. Est igitur notandum, quod signa charitatis perfectæ dupliciter considerari possunt, quæ quædam habentur ex actibus exterioribus, & quædam quasi ex actibus interioribus, & licet de utrisque multa assignari possint, tamen de utrisque quinque ad præsens sufficiant. Primum igitur signum extrinsecum charitatis perfectæ, est si quis pro salute proximi mori paratus est. Ratio istius signi est, quia sicut dicit Augustinus lib. de gra. & libe. ar. Parua charitas non sufficit ad implenda magna mandata, ut sunt mori pro Christo, uel pro fratribus, & cetera huiusmodi, sed requiritur ad hoc charitas magna, id est perfectæ. Vnde super epistolam Iob dicit Augustinus. Perfecta charitas hæc est, ut quis pro fratribus mori paratus, sicut & Origen. etiam exponit in Iud Cant. Ascendam ad palmam, dicens. Voluntas patiendi probauit, quia ueraciter amauit, & tanto erat amor altior, quanto patiendi pro Ecclesia uoluntas erat paratior. Hæc ille. Et Dominus dicit. Maiorem hac dilectionem, &c. signum igitur perfectæ charitatis est, si aliquis paratus est mori pro salute proximi. Secundum signum extrinsecum perfectæ charitatis est, si inimicos diligit, & eis propter Deum benefacit. Ratio huius signi est. Quia sicut dicit Hugo de arra anime. Amor transformat amantem, in similitudinem amati, in quantum potest: non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad operationes arduas & difficiles. Cum ergo Deus amatur, qui diligit inimicos & bene facit eis, ut ipse ostendit dicens. Diligite inimicos uestros, & bene facite eis, ut sitis perfecti, sicut & pater uester perfectus est, & hoc non possit fieri per quamlibet dilectionem, sed per perfectam, quia dicit Augustinus in Enchir. quod talis dilectio perfectorum est, & Origen. super Cantic. dicit. In exhibitione pietatis probatur magnitudo amoris: ideo illud uerum est signum, diligere inimicos propter Deum dilectum. Tertium signum charitatis perfectæ extrinsecum est, si omnia aduersantia gaudenter suscipit, & patienter finit. Ratio huius signi est, quia charitas perfectæ mentem ab amore huius uitæ quasi totaliter auertit, & occidendo quasi insensibilem reddit, quia penas temporales, & mortem continere facit. Vnde Gregor. in hom. ix. dicit sic. Fortis est uis dilectio, quia sicut mors corpus interimit, sic charitas uitæ æternæ ab amore temporalium auertit & occidit. Nam mentem, quæ perfecta charitas absorberit, ad terrena foris desideria uel

lut insensibile reddit, neque sanctus quilibet mori pro Domino potuisset in corpore, nisi prius a terrenis desiderijs in mente mortuus fuisset. Hæc ille. Charitas enim omnia sustinet, ait Apostolus. Vnde Apostoli ibant gaudentes a conspectu concilij &c. Ex quo patet ueritas istius signi. Quartum signum perfectæ charitatis extrinsecum est, si omnibus renunciare paratus sit, & sequi Christum. Ratio huius signi est, quia perfecta charitas omnia renouit, quæ eius officium impediunt. Vnde Apostolus omnia arbitratus est ut stercus, ut dilectum lucrificaret. Sed temporalium concupiscentia maxime impedit officium charitatis. Dicit enim Aug. quæ charitatis uenenam, est spes adipiscendorum temporalium: & nutrimentum charitatis, est immunitio cupiditatis: perfectio uero charitatis est, ubi nulla est cupiditas. De hoc dicit Greg. Sant nonnulli iustorum, qui ad contemplandum culmen perfectionis, dum ad altiora interius appetunt, exterioris cuncta derelinquunt, qui rebus habitis se nudant, gloria honoris se expoliant, qui desideriorum interiorum assiduitate se affligunt, de exterioribus habere consolationem nolunt, quibus Paulus dicit. Mortui estis, & uita uestra abscondita est in Deo. Hæc ille. Et sic patet, quod renunciare omnia & sequi Christum, eius uoluntatem faciendo, signum est perfectæ charitatis. Vnde Ioan. dicit. Qui seruat uerbum Dei, uerè in eo charitas Dei perfecta est. Quintum signum perfectæ charitatis extrinsecum est, si nihil aliud quam solum Deum timuerit. Ratio huius signi est, quia sicut dicit Ioan. Perfecta charitas foras miretur timorem. Quod exponens Gilbertus poreta. ser. xvij. dicit. Charitas proximi caret timore, sed charitas Christi caret timore. Hæc enim nihil penale habet, timor autem penam habet, ergo in Christi charitate non erit timor nisi filialis. Quid enim timebit charitas ueteres offensas, quia multitudinem peccatorum operit charitas? Quid infirmitatem propriæ conscientie timebit ne decidat, quia fortis ut mors dilectio? Quid temporales pro Christo timebit molestias inuicibiles, cum nec quid si æternæ fuerint, defatigari aut nec euanescere poterit dilectio consummata, id est perfecta? Non ideo amat charitas ut pereat, sed magis uult foris in æternum perire penaliter, quam priuari usu amoris internaliter. Hæc ille. Ex his patere potest, quod timorem expellit charitas perfecta. Quidam etiam ponunt signum istius amoris corporalis, ut faciei pallorem, corporis languorem, actionis torporem, & cetera huiusmodi. Sed ista sunt signa tam amoris carnalis, quam spiritualis, ut communiter patet.

Articulus quartus.

Ultimo uidendum est de signis intrinsicis charitatis perfectæ. Sunt enim quædam actiones charitatis, perfectæ quasi intus manentes, &

charitate elicite uel imperate, & tanto sunt ueriora, quanto interiora. Quanto enim charitas perfectior, tanto acutior, & ad intima pertingens, ut patet per Hugo, ideo intimiores & perfectiores elicite actus. Primum igitur signum intrinsicum charitatis perfectæ, sunt profunda & intima suspiria mentis. Ratio huius signi potest esse talis, quia quando memoria rei amate intima mentis tangit, statim suspiria amorosa quasi quosdam nuncios amoris expellit, donec eam presentia dilecti uisitet, & uisu reficiat. Vnde Greg. v. lib. moral. adducens illud Iob. Antequam comedo suspiro, dicit. Mens ad inspirationem fulgoris intimi, suspirijs uegetata conualescit, quia cum amor ueritatis afficit, & refectio contemplationis pascit, tepidus autem amor hoc non facere potest, sed amor perfectus. Patet ergo, quod intima suspiria sunt signum charitatis perfectæ, ut idem & Rich. dicunt. Secundum signum charitatis perfectæ, sunt alta desideria. Ratio istius signi est, quia Aug. lib. xij. confessi dicit. Omnia ponderibus suis aguntur, & loca sua petunt, grauia deorsum ut lapis, sursum leuia ut ignis. Hæc extra loca sua exeunt quasi inquieta, sed quod est potius in corporalibus, est amor in spiritualibus. Vnde dicit idem. Amor meus pondus meum, eo feror quocumque feror, dono tuo accendimur, & sursum ferimur. Ergo quanto amor magis accenditur, tanto desideria amorosa perfectius sursum feruntur, nec quiescunt, donec ad locum suum, scilicet ad amatum Deum perueniant. Vnde sequitur. Inardescimus, & imus, & ascendimus ascensionem in corde ad pacem in Hierusalem. Simile dicit Lincon. Et Greg. lib. vij. moral. dicit sic. Sancti uiri cum desiderium æternitatis anhelant, in tanta altitudine uitæ se subleuunt, ut audire iam quæ mundi sunt, graue sibi, ac deprimens potius credant. Valde enim intolerabile æstimant, quicquid id non sonat, quod intus amant. Sequitur infra. Et multiplicata charitate maioribus desiderijs æstuant, & iam peruenire ad uitam spiritus, etiam per cruciatum corporis anhelant. Ex quo patet, quod alta desideria quæ in summum desiderabile tendunt, signa perfectæ charitatis sunt. Idem dicit Rich. in tractatu de charitate. Tertium signum & intrinsicum perfectæ charitatis, sunt cogitationes languide. Ratio istius signi est ista: Fulgetius in quodam sermone dicit. Necessè est, ut quod præcessit dilectionis thesaurus, id est amatum, illic sequatur cogitationis affectus, id est desiderium amorosum. Ideo ueritas ait. Vbi n. thesaurus tuus est, ibi & cor tuum erit. Sequitur. Ut ergo cœlestia thesaurizemus, cœlestia diligamus. Vis ergo nosse ubi thesaurizas? attende quod amas, attende & quod cogitas, & ita fiet, ut thesaurum tuum ex tuo amore recognoscas, & amoris tui iudicio tuæ cogitationis intelligas. Hæc ille. Si ergo cogitationis affectus est ubi est thesaurus amoris, id est amatum, planum est, quod cogitatio fastidit omne aliud ab amato. Vnde glo. super illud Cant.

De hac exercitio fenitiam re- quire su- que dicit. Ioan. 14.

De cont. plat. li. 4. cap. 16.

Ioan. 15.

Signa extrinsecum charitatis perfectæ. Prover. 4.

Charitatis perfectio duplex.

Deut. 16.

Rom. 7.

ad Cor. 13.

Phil. 3.

Phil. 3.

In lib. 83. quæ.

In moral. lib. 2. c. 9.

Col. 3.

In Iob. 2.

In Iob. 4.

Cant. 7.

Ioan. 14.

Matth. 6.

Super 7. Angelicæ hier.

Iob. 3.

Super 3. Angelicæ hier.

Matth. 6.



Can. Adiuo uos filia Hierusalem, ut annuncietis dilecto, ga amore languet: dicit sic. Prae magnitudine amoris, omnia temporalia sunt mihi fastidium, unde languet. Languor autem iste causatur ex amore perfecto. Vnde Orige. ibidem, distinguit inter amorem simplicem, & ardorem, & languorem. Amant (inquit) incipientes, ardent proficientes, languent perfecti, ergo cogitationes languidae sunt signum amoris perfecti. Simile ostendit Richar. infra. Quartum signum intrinsecum amoris perfecti, sunt expectationes tedium. Ro huius signi est, ga sicut dicit Lineo. Amore tendente in rem amatam nihil uelocius, nihil acutius, nihil subtilius aut penetrabilius, quia sua natura non quiescit, donec substantia-liter totam penetrauerit profunditatem, & pertranferit amabilis totalitatem quantum potest. Et idem. Quando cursus istius amoris impeditur, uel rerardatur qualitercunq; , tota mens turbatur, & expectatione atredatur. Quia sicut dicit Rich. Amanti omnis mora nimis longa uideatur, expectatio onerosa, clamat cum sancto Iob. Tædet animam meam uita mea. Quod exponens Greg. ix. moral. dicit sic. Praesens uita uilcescere, idest tædere incipit, dū diuinus amor dulcescere coepit, idest perfici. Vnde amas perfecte, cum tædio quodam fastidit omne quod cursum amoris impedit. Ideo Gilbertus porretanus ser. xj. dicit. Sicut amor terrenarum occupationum impatiens est, suis satis habet inferuire negocijs, ocio gaudet, quiete fouetur, ad internā dilectionem libera tempora habere uolens. Sequitur. O q̄ durum est amanti, animum dimidiare cum Christo & mundo. Et q̄ durum est in dilectionis iura peregrinas admittere curas, & caeleste secretum secularibus infestari turbis. Sequitur. Amor nihil magis uult q̄ amare. Hæc ille. Et sic patet, quartum signū charitatis perfectæ. Quintum signum intrinsecū perfectæ charitatis, sunt affectiones extaticæ. Extasis autem est excessus mentis, ait Papias. Ratio huius signi est, quia sicut dicit Dionysius. Amor in Deum tendens, est faciens extasim spiritus. Et reddit rationem ibidem, dicens. Quia amor non permittit amatorum esse sui ipsorum per mentis excessum, sed illi qui non sunt aliorum, extra se sunt. Quia sicut dicit Bern. Nō est presentior nosse spiritus ubi animat, q̄ ubi amat. Quod tñ intelligendum est, quantum ad conatum affectionis. Hanc autem excessum, non potest facere nisi charitas perfecta, quæ per fortem inclinationem, causat tendentiam uehementem in rem amatam, quod ostendit Diony. ibidem per exemplum dicens sic. Vnde beatus Paulus in amore Dei magnificè excellens dicit. Vivo ego, iam non ego, uiuit autem in me Christus. Sequitur. Hoc autem dicit uerus amator, & extasim passus, uiuēs Deo & non sibi. Hæc exponens Vercell. dicit. Vivo ego uita naturalis, iam non ego, per imitationem excessiuam ad

Super 7. Aug. hic.

De contē pla. lib. 4. cap. 21. Iob. 3.

De diu. nomi. c. 4.

De præce pro & dispensa. parum ante finem.

Gal. 1.

In prolo. super Cāt.

ternitatis immensitatem, quasi absorpta & suo officio suspensa, dirigor, moueor, doceor, & regor uita supersubstantiali, cui unior, qua repleor, uiuit autem in me Christus, idest, sicut anima sobria me regit naturaliter, & disponit ad omnē actum interiorem, sic uirtus Christi cui unior gratuitè, me uiuificat & ad omnia disponit. Sequitur. Hæc dicit sicut uerus amator. Verus amator est, qui in solum, & summè, & uerè diligibile, & desiderabile, immediatè, & propter ipsum, superintellecualiter tendit. Hæc ille. Et sic patet quintum signum charitatis perfectæ. Sunt tamē plura alia signa charitatis perfectæ, sed hæc pp breuitatem ad præsens sufficiant.

Distinctio quinta. Articulus primus.

Quintò uidendum est, qualiter charitatiua affectio à sanctis doctoribus distinguitur per gradus. Dicit enim Aug. sic. Nunquid mox ut nascitur charitas, iam profus perfectæ est? immò ut perficiatur nascitur, cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur, & cum ad perfectum uenerit dicit. Cupio dissolui, & esse cū Christo. Ex quo patet, q̄ i charitate sunt diuersi gradus. Et quia Aug. alibi dicit. Tandò nobis melius, q̄ tō magis ad Deum imus, quo nihil melius est, imus autem non ambulando, sed amando, quem tandò habebimus præsentem, quanto eundem amorem quo in eum tendimus, potuerimus habere puriorem. Hæc ille. Et qm̄ maior & minor puritas in gradibus inuenitur charitatis, idè de gradibus eius uidèdum est, quomodo ab infimis ascendamus ad medios, & per medios ueniamus ad summos, quia (ut ait Gregorius.) Nemo repente fit summus, sed per gradus ad summum peruenitur. Propter quod notandum est, q̄ quidam distinguendo gradus charitatis, siue amoris gratuiti, incipiunt ab infimo gradu amoris, ascendendo usq; ad gradus amoris uiolenti. Et quidam alij docent ascendere ultra per gradus amoris uiolenti, usq; ad gradus amoris seraphici. Primò igitur notandum, q̄ quidam doctor, scilicet Cantuar. super Cant. incipit rationabiliter ab infimo gradu charitatis, siue amoris gratuiti, ascendendo per sex gradus, usque ad gradus amoris uiolenti siue uehementis, dicens. Non omnis amor inducit languorem siue uulnerat, sed uehemens amor, qui habet sex gradus præcedentes, quos enumerat ibi dicens. Primus gradus est amor intemporalis siue in comparabilis, & iste est communis omnium electorum. Secundus gradus, est amor incontaminabilis, & iste est mundi contemptorum & religiosorum. Tertius gradus, est amor infatigabilis, & iste amor est iugiter proficientium & confessorum. Quartus gradus, est amor inseparabilis, & iste est bonorum contemplatiuorum. Quintus gradus, est amor insuperabilis, & iste est Christi marty-

Head of charitatis affectio. Sup. C. 10. Ioan.

In Epist. ad Marcedonium.

22. Moral.

martyrum siue uictorū. Sextus gradus, est amor infatigabilis, & iste est iugiter desiderantium, ut solitariorum. His sex gradibus decursis, sequitur amor uiolentus inducens languorem. Primus gradus charitatis siue amoris & simus, est amor intemporalis, qui est cōmunis omnibus electis, qui est tanta uirtutis, q̄ omne peccatum mortale ab anima expellit, & Deum super omnē creaturam diligit. Et hic gradus est necessitatis, ut ostendit Dñs in Euāgelio Matth. ubi dicit. Qui diligit patrem & matrem & c. non est me dignus. Ergo super omnia diligendus est Deus. Vnde Anf. dicit, q̄ creatura rationalis, nihil debet diligere, nisi summam essentiam, aut propter illam. Ratio istius est, quia in quo est summa diligibilitas, summè debet diligi, hoc autem est Deus. Secundus gradus amoris charitatiui, est amor incontaminabilis, & hic gradus est mundi contemptorum, qui tantè est uirtutis, ut hominè à mundana conuersatione abstrahat, ne mens polluat, & ne charitas ab opere impediatur. Vnde Ioan. dicit. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo, qm̄ omne quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ. Ratio istius est, quia ignis amoris (ut dicit Lincon. in Angel. hierarchia) separatur Heterogenea & unit homogenea, separat enim omne incoueniens ab amato. Tertius gradus charitatiui amoris, est amor infatigabilis. Et iste est iugiter proficientiū & Christi confessorum, qui est tanta uirtutis, ut animā non sinat quiescere, donec inueniat quem diligit. Vnde in Cant. dicitur. In lectulo meo quiescui per noctem & c. Surgam circuibō per uicos & plateas, querens quem diligit anima mea. Quod exponens Orige. dicit. Querendus es Dñe cum frequentia laboris, nunc in lectulo lumine ueritatis, nunc per noctes seruire charitatis, abiecta superstitione naturalis rationis. Sequitur. Solus amor te inuenit, quia qui te amat, te habet ut amet, amat ut habeat, & ne te in aternū perdat. Hæc ille. Quartus gradus amoris charitatiui, est amor inseparabilis, & hic est assidue contēplantiū, & hic gradus tanta uirtutis est, ut continuis stimulis agitet mentem contemplatoris ad comprehendendum dilectum, donec tandem dicat. Inueni quē diligit anima mea. Et dicit Bern. Quis te non teneat Dñe Iesu, qui tenentem te spe fortificas, perfectione decoras, per seuerantiam conducis, remuneratione perducis? Ego autem non dimittam te, nisi benedixeris mihi, & nunq̄ dimittam te, quia non benedixis nisi tenentem te. Istum gradum uidetur habuisse Apostolus dicit. Quis sepabit nos à charitate Christi? & c. Quintus gradus amoris gratuiti, est amor inseparabilis, & hic est Christi martyrum, & aduersitatibus non cedentium, qui est tanta fortitudinis, ut in libro de moribus Ecclesie dicat Aug. Nihil tam durum, atq; ferreum, quod non igne amoris uincatur. Et Hieronymus in quodā ser-

Gradus amoris gratuiti.

Matth. 10.

Monoc. 10.

1. Ioan. 2.

Cant. 2.

1. Cor. 13.

mone dicit. Nihil amantibus durum est, nullus labor difficilis. Sequitur. Amemus & nos Christum, & facile uidebitur esse omne difficile. Ratio huius est, quia sicut dicit Aug. de sancta ueritate. Nullo modo onerosi sunt amores amantium, sed ipsi delectant, sicut uenantium, aucupantium, & piscantium labores. In eò enim quod amatur, aut nō laboratur, aut labor amat. Amor autem reddit minus sensibilem, ait Aug. Sextus gradus amoris gratuiti, est amor infatigabilis, & hic est iugiter desiderantium, & solitariorum. Hic gradus tanta fortitudinis est, ut nihil sibi sufficiat præter unum solum quod amat, & ad ipsum semper amplius in hac uita sitit & desiderat. Ratio huius est, quia sicut dicit Rich. lib. de charitate. Charitas ista semper inuenit quod adhuc concupiscere potest, quia quicquid agit desiderium ardentis animæ non fatiat, sitit & bibit, bibendo sitim non extinguit, sed quò amplius bibit, eò amplius sitit, auda enim immò & insatiabilis animæ sitis uel esuries non sedatur, sed irritatur. Sequitur. Quid quæso amore scelestius, molestius, acerbius, cum sitim suā nec resistendo temperare, nec inebriando possit extinguere? Hæc ille. Ecce q̄ iste gradus amoris, iam se extendit ad uiolentiam quandam amantis, ut clamet cum psalmista. Sirituit anima mea ad Deum fontem uiuum. Vnde Cant. idem dicit. Istis sex gradibus decursis, sequitur amor inducens languorem, qui est gradus amoris uiolenti: Et idè nunc de illo dicendum est.

Articulus secundus.

De gradibus igitur amoris uiolenti, loquens Richardus, in tractatu de charitate dicit. Vis magna dilectionis, magna uirtus charitatis, multi gradus in ea, & in illis magna differentia, & quis eos distinguere uel saltem dinumerare sufficit? Et dinumeratis aliquibus gradibus, idè dicit. Supra tñ omnes gradus dilectionis, est amor iste ardens & feruens, qui cor necessitat, & medullitus transigit, ut ueraciter dicat. Vulnerata charitate ego sum. Et sequitur. Cogitemus ergo, quæ sit supereminentia charitatis Christi, quæ dilectionem parentum uincit, amorem prolis superat, affectum carnis transcendit uel extinguit, in super & animam suam in odiū uertit, o uiolentia dilectionis, o uiolentia charitatis Christi, o excellentia & supereminentia charitatis Christi. Hic est de quo loqui uolumus de uehementia charitatis, de supereminentia perfectæ enumerationis ascendendo ad opera uiolentæ charitatis, & inuenio q̄ charitas uulnerat, charitas ligat, charitas liguidum facit, charitas defectum inducit. Quid horum non uiolentum? quid horum non ualidum? Hæc omnia Rich. Et post hoc prosequitur dicens. Primus igitur gradus uiolenti amoris, est qm̄ mens desiderio suo resistere non potest quin uulneretur. Nonne tibi corde

Psal. 41.

De gradibus amoris uiolenti.



corde percussus uidetur, qñ ille igneus amoris aculeis mentem hominis medullitus, penetrat, affectumq; transuerberat, intantum ut desideriu sine altum cohibere animo non ualeat, desidio ardet, affectu afluat, anhelat profundè ingemiscens, & longa suspiria trahens, ut dicat, uulnerata charitate ego sum. Sed nota, q amor uolentus nò solum uulnerata matrices animas, sed etiam cœlestes substantias, immò etiam ipsum fontem amoris Deum uulnerat. Vndè Vercell. exponens illud Cant. Filij matris meae pugnauerunt cõtra me, dicit. Filij sunt substantia superna ciuitatis, ex qua ipsa assidue spiritualia percipit alimenta, pugnauerunt contra me, pugnant corporaliter, spiculis acutis mutuo se feriunt & pungunt, sic mentes contemplatiuae speculationes uolantes, feruentia desideria, subtilia & acutè penetratiua immittunt. Primò quidem in paranymphos prorsus eisdè ptransitis i spõsum dirigunt sagittas acutas uolantes, uolenti scilicet amoris, ut dicat. Vulnerasti cor meum foror mea spõsa sicut dicitur in Ecclesiã. Et sequitur. Ex quo à diebus Ioannis regnum cœlorum uim patitur, ex tunc enim regnum cœlorum quasi uolenter rapitur ab his, qui stimulo uolenti amoris aguntur, mentes enim cœlestes ad similitudinem pugnantium, his speculationibus & desiderijs occurrentes, luminibus feruidis & penetratiuis illos perfundunt, & ad sui ipsarum excessum, quasi ad quandam spiritualem mortè prouocant, quam eligunt ossa, ut uiuant uita spõsi. Hæc Vercellen. De signo huius amoris Rich. ubi supra dicit. Hæc tibi anima uulnerata certa sunt signa, gemitus & suspiria, uultus pallens, atque tabescens, quæ omnia operatur amor uehementis. Sed post subiungit utilitates istius gradus dicens. In primo isto gradu spiritus iste intrat super mel dulcis ad animam, & inebriat eam intantum, ut habere dicatur mel & lac sub lingua sua. Et parum post dicit sic. Hic est ille cibus cœlestis, qui egredientes de Aegypto solet reficere, & per solitudinem ducere & pascere, hoc est illud manna absconditum, quod nemo scit, nisi qui accipit, non per doctrinam, sed per experientia, & hic est ille dulcor suauitatis spiritualis, & tenebra suauitas, quæ solet lactare, & alere, & ad maturitatem paulatim perducere. Et infra, hoc ergo aestimo, per dilectionis gradum agitur, ut dum mens sapè uisitatur, sapè reficitur, sapè inebriatur, quandoq; ad maiora audienda prouocatur, & ad secundum gradum charitatis disponitur. Hæc ille. Secundum gradum amoris uolenti (inquit Rich.) diximus illum qui ligat, sicut primò diximus, qui uulnerat. Nonne (inquit) sine omni contradictione animus ligatus est, quando omnium obliuiscitur, ut aliud meditari non possit? quia quicquid agat, quicquid dicat, semper hoc mente reuoluit, perhenniq; memoria rerinet, hoc dormiens somniat, hoc uigilans omni hora tractat. Vndè facile est perpendere (pt arbitror):

Cant. 1.

Cant. 2. Math. 11

Iob. 7.

quomodo hic gradus priorem gradum transeat, qui mentem hominis nec ad horam quietam esse permittit. Sequitur. Rectè itaq; dictum est, q prior gradus sit qui uulnerat, secundus sit ille qui ligat, licet ergo ligare minus sit quandoq; uulnerari, tamen maior uolentia uidetur esse, si postq aliquis percussus derjctur, deiectus depræhenditur, depræhensus abducitur, abductus incarcerationatur, incarcerationatus cathenatur atq; ligat, & iam omnino captiuus tenetur. Quid horum quæso maius & uolentius? Ille liber est, iste aut à loco in quo derinetur, recedere non potest. Sic utiq; qui à secundo gradu uolentiæ charitatis absorptus est, quicquid agat, quocūq; se uertat, ab illa una & intima sollicitudinis sue cura uelli non potest, quia ligatus est. Hæc ille. Sed quæ sunt uincula, quibus spiritus siue animus sic ligari potest? Respondet idem dicens. Si uultis audire de charitate ligante, propheta Osæ dicit. In funiculis Adam traham eos, in uinculis charitatis. Sed quid sunt isti funiculi Adam primi parentis nostri, nisi munera Dei? In magna enim gloria creatus fuit. Quid igitur sunt ista charitatis uincula, nisi Dei beneficia, bona natura, bona gratia, & bona gloria? His enim beneficijs uinculis debitor obnoxios nos fecit, quia natura condidit, gratiam contulit, & gloriam repromissit. Ecce funiculus triplex. Funiculus autem triplex difficile rumpitur. Seneca dicit. Qui beneficium accipit, libertatem uendidit. Sequitur. Adiecit autè Dñs adhuc noua uincula charitatis, quæ manu ualida multiplicat super nos, ut nos sibi arctius astringat, quæ enumerari non possunt. Hæc ille. Cum his concordat Vercellen. qui exponens eandem auctoritatem dicit. In funiculis Adam traham eos, id est in uinculis charitatis. Ipse siquidem Deus mentem mouet in se suo amore, adducitq; suis participationibus, quibus solum cognoscitur, quanta aut illa sint quis nouit? Richardus igitur quasi concludendo dicit. Sicut in priori gradu degustata suauitas faciat animum, transigitq; affectum, sic in hoc secundo gradu, inspecta claritas cogitatione ligat, ut illius obliuisci, uel aliud cogitare nò possit. Vincula illius alligatura salutis dicitur in Ecclesiastico. Ad tertium, itaq; gradum uolenti amoris ascendit, quando omnem alium amorem excludit, quando nihil præter unum, uel nisi propter unum diligit. Sequitur. In hoc itaq; tertio gradu uolentiæ charitatis, nihil omnino satisfacere potest, præter unum, sicut & nihil sapere potest, nisi propter unum, unum amat, unum diligit, unum scit, unum concupiscit, ad unum anhelat, in unum suspirat, & uno inardescit, in uno requiescit, unum solum est in quo reficitur, unum solum ex quo faciat, nil dulcescit, nil sapit, nisi hoc uno condit. Sequitur. Quicquid ulterò se offerat, quicquid spõte occurrat, citò rejicitur, citò conculcatur, qd suo affectui non militat, uel eius desiderio non deseruiat. Sed quis huius affectu tyrannidè dignè

Os. 11.

Ecc. 6.

gnè describat? quò omne desiderium expellit, ostudium excludit, omne exercitium uolenter opprimat, quod suæ concupiscentiæ deteruire nò cõspicit. Quicquid agat, quicquid dicat, quicquid cogitet, inutile immò intolerabile uir, nisi in unum sui desiderij finem cõcurrat, cum aut frui potest eo quod diligit, omnia pariter se habere credit, sine illo autem horrent omnia, corpore deficit, corde tabescit ac languescit, consilium non accipit, rationi non acquiescit, nullam consolationem admittit, sed clamat cum sponsa. Nunciate dilectio, quia amore languet. Vbi ait glosa. Præ amore magnitudine, omnia temporalia sunt mihi fastidio. Sequitur. Tertius itaq; gradus amoris est, quæ mens rapitur in Deum luminis abyssum, ita ut humanus animus in hoc statu omnium exteriorum oblitus, penitus nesciat seipsum, totusq; transeat in Deum suum. In hoc itaq; gradu, cõpescitur plenè carnalium desideriorum turba, & sic in cœlo silentium quasi dimidia hora, in hoc namq; gradu dum mens à seipsa alienatur, dum in illud diuinum secretarium rapitur, dum ab illo diuini amoris incendio circundatur, intemè penetratur & inflammatur, seipsum penitus exurit, & diuinum quandam affectum induit, & inspecta pulchritudini configurata, tota in aliam gloriam transit. In hoc statu anima in illum què diligit liquefcit, & in seipsa tota languescit, ut dicat. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languet. Hæc ille. Sed nota, q triplex est languor. Primus est defectus corporis, ex intentione seruoris, amoris, uel charitatis. Vndè glosa dicit. Iam anima supradictis confortata, ita in amore Dei ardet, ut præ nimio ardore, languor carnis imminet, crepente enim uirtute mētis, decrefcit fortitudo corporis, ait glo. super illud Gen. Angelus Domini tetigit neruum &c. Item est alius languor, charitatis respectu temporalium. Vndè glosa ibidem. Quanto (inquit) ad amorem sponsi se accendit mens, tantò ab amore temporalium languescit. Item est alius languor respectu tribulationum, habet enim amor plagas suas, secundum Augustinum, quæ quadoque amarissimè infiguntur. De his tribus dicit Origenes. O si sic languescat seruus Christi in spe aternæ uisionis, ut caro pressa non lasciuat, mundus fallax non inuoluat, tribulatio utilis eos custodiat, cum quo suis in tribulationibus est ipse Deus, ut dicit Psal. Cum ipso sum in tribulatione &c. Et Richardus concludens in fine dicit. Primus gradus affectum lauciat, & sic secundus sauciatur ligat, sic tertius actionem implicat, ut animus circa aliqua occupari non possit, nisi quo eam uoluntatis diuine nutus trahit uel impellit, & sic qui ad hunc tertium gradum amoris proferunt, nil iam propria uoluntate agunt, nihil omnino suo arbitrio relinquunt, sed diuine dispensationi omnia committunt. Hæc ille. Sed hic cautè intelligas, ut non cooperationem totaliter excludas creaturæ. Vndè Rich. idem ad-

Cant. 2.

Cant. 2.

Cant. 2.

Val. 90.

dit dicens. Sicut artifex liquefactis metallis, formam quacūq; uoluerit imprimat, sic anima in illo statu ad omnem diuinæ uoluntatis nutum se facile applicat, immò spontaneo quodam desiderio ad omne eius arbitrium seipsam accomodat, & iuxta diuini beneplaciti modum, omne uoluntatem suam informat, ut obediat eū Christo usq; ad mortem. Huic enim exemplari quilibet se debet conformare, qui uult summæ charitatis gradum attingere. Quartus gradus uolentiæ charitatis est (ut ait Richardus ibidem) quado assuantis animi desiderio iam omnino nihil satisfacere potest, & ideo ad defectum ducit. Sequitur. Quis huius supremi gradus uolentiæ dignè pensare sufficiat? quid quæso cor hominis profundius penetrat, uehementius exagitat, cum sitim suam nec resistendo tepere, nec inebriando extinguere possit? In hoc quarto gradu est amor insuperabilis, quia alij affectui etiam maiori non cedit. Insuperabilis est, quia à memoria nunq recedit, singularis est, quia socium non recipit, insatiabilis est, quia ei satisfieri non potest. Sequitur. Quanta est excellentia ipsius amoris, qui omnem alium affectum excedit, quanta quæso uehementia, quæ mentem quiescere nò sinit, quanta obsecro uolentiæ charitatis, quæ omnem alium affectum uolenter expellit, quanta supereminetia, cui omnino nihil sufficit? O excellentia amoris, o uolentiæ dilectionis, o charitatis uehementia, o emularionis supereminetia. Et infra dicit. In primo gradu, aqua multa non potuerunt extinguere charitatem. In secundo gradu, anima ponit dilectum suum super cor suum sicut signaculum, eò q illum omnino obliuisci nò potest. In tertio gradu, si dederit homo omnem substantiam suam pro dilectione, quasi nihil despiciet eam, eò q in re alia delectari nò possit. In quarto gradu, fortis est ut mors detestatio, & dura ut infernus emulatio, eò q ei sit dulce, quicquid pro Deo facere, uel sustinere possit, hic enim omnem alium affectum expellit & uincit, si enim ad aliquid affectum habemus, quod propter Deum non diligimus, profectò ad alterum affectum est, qui summæ charitatis constantiam frangit, uel resq; eius mouet, in quantum ad aliena animam trahit uel impellit. Sequitur. In primò igitur gradu, diligitur Deus ex corde, in secundo, ex toto corde, in tertio ex tota anima, in quarto autem, ex tota uirtute. Et infra dicit, secundum aliquem modum anima in hoc gradu efficitur immortalis & impassibilis, immortalis, quia à uita separari non potest. Certas sum (inquit Apostolus) q neq; mors, neq; uita, neq; aliqua creatura &c. Nonne impassibilis secundum aliquem modum uideretur, quæ illa damnata non sentit, quæ in omni iniuria hylarescit, & quicquid infertur ei ad penam, totum præsumit ad gloriam, ut cum Apostolo dicat. Libèter glorabor in infirmitatibus meis &c. Et Apostoli ibat gaudentes &c. Nonne hic gradus amoris uolenti, ui-

Cant. 1.

Cant. 2.

Cant. 2.

Cant. 2.

Ibid.

Ibid.

Cant. 2.

Rom. 8.

1. Cor. 12

Act. 5.

ti, ui-



ti, uideretur animum hominis quasi in amentiam uel in sanctam insaniam uertere, dum non finit...

Exod. 32.

Gen. 18.

Articulus tertius.

De gradibus amoris seraphici.

DE gradibus autem seraphici amoris nunc dicendum est, non quod nos similes actus amoris exercere in hac uita possimus...

Ang. hier. 65.

Cant. 5.

xus illius adepti, nec aliqua ratione aut modo aliquo retinetur, aut remittitur eorum tentio in illud, aut progressus, aut illud adeptum amoris amplexu deseritur.

De Aug. hier. 7.

uerbo nata fuerant, de uerbis quae intus seruari debuerunt, uerba quae foris proferri debuerant, de immensis magna, de occultis obscura, de impenetrabilibus profunda: quae a nobis audita sunt tanquam tonitrua, utrum intellecta nescio.

resuscitans in consimilem caliditatem, ut semper ardeant, sed non aequaliter. Mobile igitur amoris est, ut non torpescat dilectio nostra, neque tepescat.



inquisitionem exciter, & incessabile sequitur, ut ad perseverantiam confirmet, ita calidum sequitur ut sensum uiuificet, & acutum sequitur, ut ad apprehendendum penetrat, & ultimo superferuidum sequitur, ut adhaesionem & amplectum quietum manifestet. Require plura ubi si uis. Linconien. autem de calido loquens dicit sic. Sicut prima actio ponderosi uel leuis, est inclinatio ad uniuersalem locum, sic actio uirtutis seu potentiae amatiuae est inclinatio ad naturale amabile. Haec tamen actio nondum multiplex est amatio, sicut inclinatio ponderosi uel leuis nondum actualis est motio ad locum naturalem, cum frequenter sit inclinatio ad quietem rei inclinantis, altero prohibente actum motionis. Hanc igitur inclinationem uirtutis amatiuae, puto significari per calidum: motionem autem ad naturaliter amabile amplectendum, existimo significari per acutum. Ideo sequitur. Ipsam autem rei amatae amplexationem, semper intentionem, seu cum illa adhaesionem, & in illam quietationem manifestari per superferuidum. Caliditas enim, naturaliter est inclinatio subiecti in dilatationem & diffusionem sui in omnem partem. Gaudium autem est animi diffusio, sed amor est res, quae per se & sola sua est gaudiosa & dilatabilis. Cum igitur amor sit res per se dilatationis, & diffusionis participatiua: quapropter & inclinatio ad actum amoris, est inclinatio ad actum dilatationis & diffusionis. Unde conuenienter haec inclinatio nomine calidi est expressa. Calor namque qui intus est non uidetur, & mouet uirtutem incendij latentis, sed quod mouet uidetur, & ex quo uidetur intelligimus uim magnam & uiolentiam fortem caloris, qui latet & non uidetur. Calor iste sine tumultu & actione sensitiua ad amorem ingreditur, ut ingressus illius sibi assimilet, & tandem potenter a seipso eiciat, & tandem per calorem totus ignescat. De isto gaudioso amore dicit Richardus sic. Amor est dulcedo saporis intimi, & quanto ardentius amat, tanto suauius gustat. Et amor est gaudium spei, quia ubi amor, ibi spes, & ubi est spiritualis amor, ibi est spirituale gaudium. Quarta proprietates siue gradus seraphici amoris est acutum. Quod exponens commentator dicit sic. Acutum, significat quendam impetum amoris, & uehementiam desiderij ardentis & penetrantis, ut ibi sit ubi est ipsum amatum, cum ipso & in ipso, ut non solum ab ipso calidum sit, sed transeat acutum in ipsum. Poterat enim calidum esse, & quasi de longè calidum fieri, ut hoc & esset satis amare absentem, & praesentem non uidere, uel praesentissimum possidere. Sed non erat iste amor perfectus, nisi acutum faceret sibi foramen, & transfret omnia, & penetraret donec ad dilectum perueniret,

Amor d.

immò potius in dilectum iret. Si enim in dilectum non uadis, adhuc foris amas, neque acutum habes dilectionis, & torpens diuisus es, manens extra & alius a dilecto, & unum non efficeris cum ipso. Amor autem te uult unum facere cum ipso, & ideo penetrat omnia, & appropinquat quantum potest ad unum ipsum. Unde propheta ait. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Impetus acutum est. Et infra dicit. Acutum non quiescit, donec intret & penetrat & dicat. Tenui eum nec dimittam, donec introducam eum in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae. Sed tamen ipsum ad te introductum, non quolibet modo, ut scilicet subsistat extra apud te, uel in partibus tuis, siue ante ostium domus tuae, aut etiam solummodo in domo tua, quia hoc non esset signum magnae dilectionis, nisi usque ad thalamum perueniat, & cubiculum ingrediat, & usque ad interiora penetrat, & in intimis requiescat. Ipse autem ingreditur, ut & tu ingrediaris ad illum. Haec ille. Linconien. illud uerbum exponit, dicens sic. Acutum, dicitur tam quod subtile & penetratiuum est, quam quod in motione uelox est. Inhiatione autem tendente in rem amatam, nihil uelocius. Unde nihil acutius, nihil subtilius amore, aut penetrabilius, quia natura non quiescit donec naturaliter totam amabilis penetrauerit uirtutem, & profunditatem, & totalitatem quantum potest, hoc igitur existimo significari per acutum. Haec ille. Quinta proprietates siue gradus seraphici amoris est superferuidum. Quod Linconien. exponit. Primum ostendit quid sit feruidum, & quid sit superferuidum. Dicit ergo sic. Feruere dicuntur, qui impresse calore supra se sursum feruntur, & proprio pondere in se redeunt, huiusmodi super se leuationes, & in se relapsus uicissitudinarie, feruores dicuntur. Sancti itaque uiri qui exarserunt sancti spiritus gratia, se offerunt in Deum: & ex proprio pondere recidunt in se ab actuali supra se eleuatione. Haec uicissitudinantes, congrue dici possunt spiritu feruentes, & qui in hoc supereminet, superabundanter superferuidi dicuntur. Sed oritur quaestio, si Angeli quorum amor defixus in Deum non tepescit aut remittitur, aut aliquo modo declinat ab ipso, quomodo dici possunt feruentes? & si feruentes dici possunt, quomodo superferuidi dicuntur? Respondet Linconien. quod potest dici, quod sicut Dei cognitio in se est sicut mane, & cognitio eius in creaturis est uelut uespere, sic amor in se est eleuator, & amor ipsius in creaturis depressior. Et in hoc utroque ipsius amore sese naturaliter ad inuicem consequente, quasi quaedam uicissitudo feruor est spiritualis, cuius supereminentia est esse in termino possibilibus sibi intentionis.

Exec. 6

Cant. 7

Vel

Vel quod forte (inquit Lincon.) posset dici, amor quo Deum angeli amplectantur, superferuidus est, qui est intensus ad summum, non lentescit nec remittitur, sed immobiliter praestat intentionis suae summum. Si enim uis caloris sursum ferentis, partes liquidè feruentis supra posset ea portare, & sustinere in sua super se eleuatione, ita ut neq; caloris remissione, neq; proprio pondere relaberentur ad inferius: liquidum huiusmodi usitato modo loquendi, non diceretur feruere, sed uerissimè diceretur superferuere, cum maioris uirtutis esset id eleuare, & quietare in sua eleuatione supra se, quod id solum eleuare absque quietatione, & statim laberetur inferius. Et sic patet cognominatio Seraphim. Docet etiam haec proprietas istius potentiae amatiuae primum actum, qui est inclinatio, & consequenter secundum actum, qui est motio animi ad naturaliter amatum, intendens ipsum penetrare, ut possibile est: & deinceps docet tertium & ultimum actum istius potentiae amatiuae, qui est cum amato iam adeptum, adhaesio & quietatio. Intellige tamen prioritatem & posterioritatem naturam, non temporis. Haec ille. Hugo uero commentator exponens praedictum uerbum, scilicet superferuidum d. Admonet nos haec res, ad magis cogitare de superferuidum, quam de calido & acuto. Nostis enim, quomodo id quod feruet, quadam caloris incendij sui uiolentia iactatur extra se, tollitur supra se, & facit motionem magnam inuisibili situacione. Quod enim prius acutum fuit in dilectione, obstitentia omnia penetrans, superferuidum sit, iam bulliens in seipso stare non ualeat. Acutum enim amoris est cum omnia transcendendo despiciat, superferuidum autem cum etiam seipsum contemnendo relinquit. Nam qui hoc solum appetit quod amat, in illius comparatione, etiam seipsum contemnit & despiciat. Neque enim uerè hoc solum appeteret, si uel semetipsum cum illo amaret: non autem hoc facere potest, nisi magna & singularis dilectio, ut pra amore illius quod solum diligitur, ille etiam qui amat, quodammodo a semetipso despiciat. Sic ergo miro modo per dilectionis ignem sustollit, qui etiam supra se per uim amoris expellit, ut exeat etiam a se. Quo igitur feruet, & quo bullit corde, qui perceptum amoris superni ignem dum in illum solum qui sursum est, appetendum fertur cogitatione, & desiderio extra se proicitur, & supra se eleuatur, nec se cogitat, dum illud solum amat? Et in fine concludit dicens. Ecce diximus mobile illius dilectionis incessabile, & calidum, & acutum, & superferuidum, & intentum, & intimum, & inflexibile, & exemplarium, & reductiuum, & actiuum, & recalificans, & resuscitans, ut ex istorum aliquali cogitatione imitemur, ut possumus, in amando caelestes substantias.

Distinlio sexta.

Extò uidendum est, qualiter spiritus noster per charitativam actionem intrinsecum & aeter-

num secretum Domini Iesu ingrediatur. Circa quod notandum est, quod amare Deum, est accedere ad ipsum, & intrare & gustare, quoniam suauis est Dominus. Et hoc ostendit Greg. 15. moral. dicens sic. Superiora amare, iam sursum est ire: dumq; magno desiderio ad caelestia animus inhiat, miro modo hoc ipsum quod accipere quaerit, hoc iam degustat. Et Grego. super Ezech. dicit. Quantum quisq; amat, intantum ad ingressum regni appropinquat. In quantum uerò ingrediti negligit, intantum recusat. Ratio istorum est, quia uerus amor siue charitas, nullum patitur medium inter se & obiectum quod est Deus, sed uehementer tendit in ipsum immediatè: & ideo nunquam quiescit, donec omnia transeat, & ad ipsum & in ipsum ueniat. Et Hugo dicit. Dilectio siue amor impetu sui ardētis desiderij sequens, amato appropinquat quantum potest, & eò amplius sitiens intrare ipsum cupit, & esse cum Christo, & tam prope ut si fieri potest, hoc id ipsum sit quod ipsum est: ideo super omnia uerius, citius, perfectius peruenit ad Deum gressibus affectionum, non gressibus pedum. Unde Augustinus dicit: Tanto nobis melius est, quanto magis ad illum imus, quo nihil melius est. Imus autem non ambulando sed amando, què tanto habebimus praesentior, quanto eundem amorem quo in eum tendimus, poterimus habere puriore. Haec enim charitas, ut dicit auctor de spiritu & anima, est uia Dei ad homines, & uia hominum ad Deum. Per charitatem namque uenit Deus ad homines, uenit in homines. Per charitatem eligunt homines Deum, diligunt Deum, & ad Deum currunt, & ad Deum perueniunt. Sic familiaris est Deo charitas, ut mansionem habere nolit, ubi charitas non fuerit. Et ibidem dicitur sic. Anima namque quam Dei pietas respicit, humilitas subiicit, penitentia ducit, iustitia deducit, obedientia conducit, perseverantia perducit, deuotio introducit, puritas coniungit, & charitas unit. Sequitur. Habet anima in se amorem, quo semper potest stare cum Deo. Si igitur charitatem habemus, & Deum habemus, & se eo manemus, quia Deus charitas est. De hac materia, require plus in hoc quarto itinere quasi per totum.

Distinlio septima.

Septimo uidendum est, qualiter spiritus humanus ad ueniendum per iter charitativae affectionis, ad intrinsecum & aeternum secretum Domini ab ipso amabiliter inuitatur, dicente sponso in Canticis. Surge propra amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni. Et huius inuitationis allecium subiungit dicens. Veni, quia iam est ambulantiu alleuiata agilitas, quia tempus purationis aduenit, id est omnium superfluorum & grauantiu depositio. Dicit ergo. Amica mea, propter tuam unitiuam charitatem. Charitas enim ut ait Apost. est fortissimi-

Sup 7. an gel. hierar.

In epistola ad Macedoniū.

Cant. 3

Coll. 3



num vinculum amicitiae, quia ipsa est vinculu... mationis. Immo fortis est ut mors dilectio. Sur... ge, propter dilecti tui attractionem amabilitate... Ego enim traho te mouendo sicut amatu & de... sideratum, & traho te in vinculis Adam, & in fa... nticulis charitatis, idest in virtutis attractioni... bus primae dilectionis, ait Verce. O coluba mea, propter charitatis tuae sinceritatem. Charitas syn... cera est (ait Bern. in libro de diligendo Deum) qua proximi bonum aequè diligimus vt nostru. Nam qui magis aut certe solum diligit suu bonum, conuincitur non caste diligere bonu, quod propter se diligit, non propter ipsum, homo (se... cundum iam prophetam) confitebitur tibi cum be... nefeceris ei. Propera, propter charitatis tuae ue... locitatem. Nihil enim uelocius est amore acu... to tendente in rem amatam, ait Linconien. su... per 7. ange. hierar. cui etiam hora breuis longa uideatur, ut supra. O formosa mea, propter chari... tatis tuae pulchritudinem. Quam pulchra es & q̄ decora charissima in deliciis, ibidem dicit Orige. Mirabilis laus tua non ex tuo, sed ex eo qui diligit te. Fide enim polles, spe nites, chari... tate iuces, iustitia splendes, fortitudine rutilas, prudentia fulges, & temperantia candes. Veni, per iter charitatis non diuisa, sed integrè, que sit ex toto corde, i. secundum Aug. toto intellectu sine errore, ex tota aia. i. ex tota uoluntate sine con... tradictione, ex tota mente. i. memoria sine obli... uione. Si unum illorum deest, integrè non uenis. Huius autem inuitationis subiugit allecctum, dicens, ueni, quia tempusputationis aduenit, idest, oia aggrauantia & impediencia spum itine... rantem in itinere charitatis sunt amota, q̄a chari... ritas operit multitudinem peccatorum, no que... rit, quae sua sunt, & alleuiantia itinerantes colla... ta sunt, scilicet palmites omnium habituum uir... tutum. Verce. expones haec uerba dicit. In uite... putantur, idest, refecantur, sarmenta, quae si in ue... re manerent, fructum multiplicem sed minus no... bilem profertent. Sic (inquit) in mente sunt uir... tutes & motus, qui apti sunt in uita actiua fructi... ficare, sed illi fructus minus reputantur respectu fructuum uitae contemplatiuae. Maria optimam partem elegit quae &c. Similiter intellectus specu... latius fructificat in diuinorum cognitione p... creaturarum inuestigationem, sed ille fructus minus nobilis est, quia enigmaticus est respectu cognitionis unitiue. Nam dicit Dionys. Est ite... rum diuinissima cognitio Dei, qua ipse cogno... scitur per ignorantiam, qn. s. mens ab oibus in... tellectualibus & intelligibilibus recedens, & ta... dem seipsam excedens, unit radijs aeternae sapien... tiae inscrutabilis profunditatis. Et sequitur. Quo... ties ergo superintellectualiter exercemur ad di... uinum radium, toties opus est, ut refecemus in... tellectuales operationes, ut docet Dionys. i. de mystica theo. & similiter creaturarum similitu... dines, ut innuitur in Exod. ubi dictum fuit Mo... si. Solue calciamenta de pedibus. Pedes sunt in...

Cant. 8. Cant. 7. Psal. 49. Cant. 7. De diuin. nomi. 6. 7. Exod. 3.

tellectus & affectus, quibus spiritus noster aeternum Deum accedit, ut supra dictum est. Qui pedes mundandi sunt ab oibus pellibus. i. creaturarum similitudinibus, quos sponsa dixit se lauisse in Cant. ubi dicit Verce. Pedes meos. i. affectum & intellectum quibus carpsi itinera charitatis, laui & purgavi vel purificaui, quo iterum inueniabo illos umbris & imaginibus temporalium. Cum etiam intellectuales operationes & forme in hoc loco i. superintellectuali exercitio, reputentur umbræ & ostendiculae. Hæc ille. Et hæc sufficiant pro quarto itinere charitatis.

DE QVINTO ITINERE AETERNITATIS.

Particula V.



Quintum igitur iter aeternitatis, p quod spiritus noster uenit ad in... trinsecum secretu, & aeternu ma... nerium Dni Iesu, est aeternorum occulta reuelatio. Reuelationes autem aeternorum sunt studio... sissimè considerandæ, & assidue ruminandæ, quia sicut dicit Verce. Assidua reuelationum spiri... tualium ruminatio, præbet assidua cognitionu & exultationu mentis incrementum, & ex hoc excessum aeternorum, & ingressum occultorum consequitur. Sunt autem ad maiore huius itine... ris cognitionem septem consideranda p ordinè. Primò qualiter iter occultæ reuelationis aeterno... rum, iter charitatis affectionis sequatur. Secu... dò qualiter reuelatio aeternoru occulta dicat & qualiter distinguat. Tertio qualiter p sensibile reuelatione aeternoru admittat. Quarto quali... ter p intellectualè reuelatione aeternoru spūs nē ad aeterna introducat. Quinto qualiter p supin... tellectualè reuelatione aeternoru spūs nē aeterni... tati uniat. Sexto qualiter supintellectualis reue... latio aeternoru a nobis acquirat. Septimò quali... ter ad iter occultæ reuelationis aeternoru spūs noster a Domino inuitatur.

Distinctio prima.

Primò igitur videndum est, qualiter iter occultæ reuelationis aeternorum iter charitatis affectionis sequatur. De hoc potest assignari ratio talis. Cum secundum Augustinum xij. libr. confessio. Charitas siue amor sit pondus inclinans amantem ad amatum, & appropinquare facit amato, quantum potest, ut etiam transformet amantem in amatum secundum Dionysium. Quanto ergo propinquius est amans amato, tanto uerius subtilius & perfectius sibi reuelatur amatum. Vnde Hugo super 7. ange. hierar. dicit. Constat, ut qui ardentius diligunt, profundius conspiciunt, & subtilius discernunt. Et quia magis profundè conspiciunt, pculdubio euidentius cognoscunt. Ergo rectissime

De diuin. nomi. 6. 7. Exod. 3.

mè quanto aeterna magis amantur, tanto perfectius cognoscuntur. Et sic uerificatur uerbu Richar. dicentis lib. 4. de contempla. Ex magnitudine dilectionis pendet modus diuinæ reuelationis, idè rationabiliter illud iter sequitur præcedens iter, ex quo pendet modus diuinæ reuelationis.

Distinctio secunda.

Secundò uidendum est, qualiter reuelatio aeternorum dicatur occulta, & qualiter distinguatur. De primò notandum, q̄ reuelatio diuinorum dicitur occulta, quia non nisi in occulto percipitur. Siue enim reuelatio prout est occultoru manifestatio, per exteriores figuras fiat, siue per sacras scripturas, siue per illuminationes inspiratas, siue p colloquutiones exterius expressas, semper fit in occulto ut ostendit Hugo lib. 4. de arca Noe: ubi dicit, q̄ in reuelationibus necessaria est secreta habitatio, & mentis collectio & unio. Vnde dicit sic. Scrutemur scripturas, & inuenimus uix aut nunquam Deum fuisse locutum in multitudine, sed quotiescunq; innotescere uoluit aliquid hominibus, non gentibus & populis, sed uel singulis uel admodum paucis, & a comuni hominum frequentia segregatis, uel per noua eterna silentia. Vnde in campis & solitudinibus, & montibus & uallibus se manifestauit, sicut locutus est cum Noe, cum Abraham, cum Isaac, cum Iacob, & Mose, Samuele, Dauid, & omnibus prophetis. Et sequitur. Quid est q̄ semper loquitur in secreto Deus, nisi q̄ nos ad secretum uocet? & q̄ cum paucis loquitur, nisi q̄ nos colligat siue uniat? Et dicit ibidem sic. Similis ratio est quare Deus obscure loquitur in scripturis, nisi q̄ ueritas malis abscondatur, & bonis reueletur. Simile dicit Deus in Euangelio: ne margaritæ pedibus porcorum conculcentur. Simile dicit Dionys. in mystica theologia loquens ad Tim. Ex his patere potest secundum, scilicet q̄ reuelationes distinguantur. Non enim omnes aequaliter a sensibilibus abstrahuntur, nec aequaliter intellectualiter exercitantur, nec aequaliter superintellectualiter sursum extenduntur: idè necesse fuit, ut quibusdam fierent reuelationes sensibilibus, quibusdam intellectualiter, & quibusdam superintellectualiter: quas reuelationes legimus Mose factas. Quando exiuerat Aegyptum temporalem ad interiora deserti, ut illas nunciaret filiis Israel, de Aegypto exire desiderantibus, ut testabatur clamor eorum ad Dominum, ut pergeret iter trium dierum in solitudinem, quæ possunt intelligi tres reuelationes. Prima reuelatio sensibilibus, & simpliciter uiuentibus fit Aegyptum huius mundi exire desiderantibus. Vnde quibusdam patribus siebant sensibiles reuelationes, ut exemplificat Dionys. sicut pastoribus, & quibusdam alijs. Hæc reuelatio ad intrandum ad aeterna allicat. Secunda reuelatio est intellectualis, quæ fit

Deu. ni. hui. reue. latio. loco. huius. In dicit. Marg. 7. Reuelatio. diu. multi. Exod. 3. Angel. hier. c. 4.

intellectualiter uiuentibus, in filiis Israel de Aegypto huius mundi exeuntibus, iam intellectualiter ambulantes. Et hæc reuelatio ad aeterna introducit. ut 4. cap. patebit. Tertia reuelatio est superintellectualis. Et hæc tantum fit unitis mentibus, & egressis de Aegypto, & in interioribus deserti existentibus: ut Mose. Et hæc reuelatio aeternitati unit: ut patebit infra. c. 5. Ista reuelationes mens percipit, quæ in intus & imis stare consuevit: ait Richar. Et sic patet secundum, l. qualiter reuelatio distinguatur.

Distinctio tertia.

Tertio uidendum est de qualibet istarum reuelationum. Et primò de sensibili, qualiter spiritus noster per eam ad excessum aeternorum alliciat. De qua notandum est, q̄ hæc reuelatio fit plebi simpliciter uiuenti, de Aegypto temporali iam exire desideranti ad terram promissæ aeternitatis. Et hæc reuelatio, ut dicit Richar. scilicet sensibilis, fit dupliciter. Fit enim quandoq; per signa sensibilia, ut quando res uidetur corporalibus sensibus extra absq; significatione mystica, ut Pharaonis & huiusmodi, qui nullum sensum spirituales uel mysticum intellexerunt. Et sic non fuit reuelatio facta illis, quia ultra sensum nihil manifestatum fuit. Est & alia reuelatio sensibilis siue uisio corporalis, quæ fit sensibus exterioribus, ut quado res uidentur in quibus latet significatio mystica: qualis facta fuit patribus ueteris legis & nouæ, ut dictum est, & patet per Dionys. qui mysteria nouerunt: ut Abraham, Isaac, & Iacob &c. Necessitas huius reuelationis fuit (ut dicit Dionys. i. epistola ad Titum) ut homo qui constat ex duabus naturis, anima, scilicet rationali, quæ simplex est in essentia, & corpore composito, iuxta utriusq; naturæ proprietatem illuminetur diuinis cognitionibus, ut & mens eius puras & simplices & intimas signorum sensibilibus intelligentias segregatè ab ipsis signis conspiciat, & sensualitas eiusdem per naturæ proprietatem coaptetur mentali cognitioni, & sic ad diuina extendatur. Hæc ille. Et secundum Augustinum de uera religione. Sic inuisibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, & sempiterna eius uirtus & diuinitas. Et hæc est a temporalibus ad aeterna regressio, & ex uita ueteris hominis in nouum hominem reformatio. Hæc ille. Quia iam sensualitas ordinatè cooperatur cognitioni mentali. Hæc reuelatio sensibilis facta fuit Mose, cum de rubo ardenti Dominus sibi sensibilibus apparuit in subiecta creatura, & dixit: filijs Israel dices. Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob: hoc nomen mihi est in aeternu. In hac reuelatione sensibili ostendit Dominus ignem diuinitatis, in qua uerbum paternum ostendit suam sensibilem denominationem, in qua coniungit aeterna cum temporalibus, spiri...

De reuelatione sensibili. Super A. poc. cap. 1. De angel. hier. c. 4. Rom. 1. Exodi. 3.



tualia corporalibus, patriā exulibus: cum dicit. Ego sum Deus Abraham Isaac, & Jacob. Ego (inquit) sum, quia esse meū eternum & immutabile est. Quod etiam ostendit Dñs dicens. Antequā Abraham fieret, ego sum. Et dicit Hiero. ad Marcel. Deus qui exordiu naturæ nō habet, uerē nomen essentia tenuit. Ego sum Deus Abraham Isaac, & Jacob, Deus aut sum uiuorum non mortuorum. Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Jacob. Ergo Abraham, Isaac, & Jacob uiuūt sed non uiuunt in temporali mutabilitate, non exilij huius calamitate, sed æterna hereditate, quia nomen hoc mihi in æternū est. Dicens ergo filijs Israel. Ego sum Deus Abraham Isaac & Jacob, eos alli cendo, ut Aegyptum tēporalem corruptibilem & perigrinam egrediantur, ad terrā hereditaris patribus promissam & datam, terram (inquam) æternæ stabilitatis & ueritatis, terrā æternæ beatitudinis & hereditatis. Nā ut dicit Augustinus. Natus est nobis Christus in tēporis mobilitate, ut nos perducatur ad patris æternitatē. Factus est Deus homo, ut homo fieret Deus. Veniat igitur modō nō corporaliter, sed mētaliter memoria æterna cogitando, quia sicut Aug. dicit. Cū æterna cogitamus, ueniat etiā intellectui æterna contemplatio, quia. 18. moral. dicit Greg. In sanctis fit æternitas, aspiciendo Dei æternitatē: ueniat etiam uoluntati æterna amando, quia sicut dicit Grego. 1. moral. Unusquisq; electorum adhuc in mundo positus corpore, mente amate, etiam extra mundum surgit. Et. 15. dicit. Superiora amare iam sursum est ire, eunq; magno de siderio ad cœlestia inhiant, miro modo hoc ipsum quod accipere quarunt, iam degustant. Sic igitur pater qualiter, sensibilis reuelatio æternorum ad æterna allicit.

Distinctio quarta.

De reuelatione intellectuali.

Quartò uidentū est, qualiter per intellectualē reuelationē æternorum spūs noster ad æterna introducitur, quæ fit intellectualiter uiuentibus, ut filijs Israel de Aegypto huius mundi mentaliter iam egredientibus, & ad æterna tendentibus. Et hæc reuelatio non fit oculis carnis, sed mentis, ut dicit Richardus. Et fit dupliciter, quæ quandoq; fit quando per Spiritum sanctum animus illuminatus, formalibus rerum uisibilibus similitudinibus præmonstratis siue presentatis, ad inuisibilibus cognitionem ducitur: qualiter Ioannes uidit Apoc. & tamen ueritatem in eis intellexit. Hæc reuelatio ad æterna ducit, quia per eam intellectus in inuisibilibus & æternorum cognitionē exurgit & perducitur, ut dicit Richardus. Secundo modo fit hæc reuelatio æternorum siue uisio intellectualis, ut dicit Richardus. quando spiritus humanus per internam inspirationem suauiter tactus, nullis medijs rebus uisibilibus, ad cœlestium cognitionem erigitur, sicut

uidit propheta, qui uidit in spiritu. Et Haymo supra Apoc. concordat ubi dicit. Intellectualis uisio siue reuelatio fit quandoq; non per corporales res, nec per similes, sed ipsa ueritas immediate manifestatur uidentibus, quod propriæ electorū est. Vnde saluator dixit Petro. Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est, per internam inspirationē. ait P'al. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Hæc occulta reuelatio æternorum, uidetur innui per hoc quod dictum est Mosi. Quando in interioribus deserti dictū est tibi, dices filijs Israel. Qui est, misit me: hic apparet, quæ hæc reuelatio fit intellectualiter uiuentibus, quia filijs Israel, & in interioribus mentis, quia interiora deserti ingreditibus. Vnde Vercelleñ. dicit sic. Populo israelitico mandatur nomen intellectuale. i. qui est, siue ens: quod est emanatio primæ existentia: a causa causalissima. Et Dam. dicit, quæ qui est: principalis est nomē omnibus nominibus Dei, quæ de Deo dicuntur. Totum enim in seipso comprehendit, uelut quoddam pelagus substantia infinitum & interminatum. His concordat August. 5. lib. de Trin. cap. 2. Et quia illud uerbum est, significat præsens nunc æternitatis, eo quod ambit omnes differentias temporis, prout de Deo dicitur: ideò mentem siue intellectum a temporalibus ad æterna, a sensibilibus ad intelligibilia ducit & pertrahit, usq; ad nūc æternitatis quod uarietates temporis nescit, ut tales dicat illud Pauli. Nostra conuersatio in cœlis est. Sed sciendum est, quæ ista reuelatio intellectualis æternorum non fit nisi intelligentibus, & interiora ingreditibus, ubi omne uelum remouetur ab eis. Nam reuelatio, dicitur quasi uel remotio ab oculis intellectualibus, quam remotioem petiuit Dauid dicens. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. De hoc uelamine dicit Apostolus. Usq; in hodiernum diem uelamen in lectione ueteris testamenti manet nō reuelatum, quod in Christo euacuatur. Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu. Velamen ergo a Christo euacuatur, ut nobis pater manifestet. Vnde ait ipse. Neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare, Christum autem Spiritus sanctus clarificat, non in se sed in nobis, ut ipse dicit. Cum uenerit paracletus, ille me clarificabit, & docebit uos omnia, quia amor diuinus omne uelum remouet, & omnem ueritatem docet. Vnde Apost. dicit. Nobis autē reuelauit Deus per spiritū suū, qui omnia persequatur etiam profunda Dei. Et Ioan. uisio docebit uos omnia. f. Spiritus sanctus.

Distinctio quinta.

Quintò uidentū est, qualiter per super intellectualem reuelationē æternorum spūs noster æternitati

æternitati innitatur. Sed hic primò occurrit dubium, quæ in reuelatione ista superintellectuali uideatur includi oppositum in adiecto, quia ut ait Papias. Reuelatio, est manifestatio eorum quæ sunt abscondita, sed abscondita reuelantur cum intelliguntur, quæ aut intelliguntur non sunt superintellectualia, ergo nulla reuelatio dicitur superintellectualis. Sed ad horum cognitionem habendam, est notandū, quæ secundum sanctos. Augustinum, Gregorium, Dionysium, & alios doctores bonos, homini a Deo donantur diuersi habitus supernaturales, ad suum finem (quæ est supernaturalis) comprehendendum uel consequendum, donantur enim intellectui habitus supernaturales ad suum finem cognoscendum, ut fides, & scientia diuinorum &c. Donantur etiam uoluntati supernaturales habitus ad Deum diligendum, ut charitas siue amor gratuitus, &c. Sed habitus charitatis excellit oēs habitus intellectus, ut fidem, & spem, & scientiam, &c. ut expressè ostendit Apostolus in epistola prima ad Corin. ubi primò enumeratis aliquibus actibus, & habitibus intellectus & uoluntatis, maior aut horum infert est charitas. Et ostendit ibidem, quæ nullus habitus, uel actus intellectus est meritorius, sine habitu uoluntatis, qui est charitas, & quæ habitus intellectus aequaliter euacuabatur, propter imperfectionem eorum, in patria. Habitus aut uoluntatis propter suam perfectionem permanebunt in patria, sed perfectione eliciunt actus, ut patet, & ideo actus dilectionis hic præfertur actui cognitionis tanq; perfectior. Vnde in Matth. dicit, quæ dilectio est primum & maximū mandatum. Itē actus dilectionis conuenit unire & transformare, ut dicit Dionysius de diu. no. ut uisum est supra, hoc aut nullus attribuit intellectui propriè. Ex his igitur patet planè, quæ actus dilectionis excellit & præcedit actum cognitionis intellectualis in aliquo gradu. In quantum aut eum excellit, in quantum cum excedit attingendo Deum in aliquo gradu dilectionis, ad quem actus intellectualis extendi non potest, quia superintellectualis est saltem in hac uita, quia in patria uidebimus Deum sicut est, ut dicit Ioannes. Nec obstat quod dicit Aug. Incognita nequam possunt amari, quia est notitia aliqua non intellectualis, sed affectualis seu experimentalis; ut statim patebit. Cum prædictis concordat Hugo commentator Dionysii dicens sic. Intel ligas quantum est uis ueri amoris & dilectionis, si tamen intelligi potest, quoniam dilectio supereminet scientia, & maior est intelligentia: plus enim diligit quæ intelligitur. Intrat dilectio & appropinquat, ubi scientia foris stat. Et reddit rationē. Quia amor (inquit) præsumens & confidens amato, suo acumine penetrat omnia, impetum sequens ardētis desiderij sui nec dissimulari ualēs, donec ad amatū perueniat, & esse cum ipso, & adhuc sitiens intrare ipsum, & esse cum ipso, & esse tam appete, ut si fieri possit, hoc idem ipsum sit

quod ipse. Ecce expressè dicit, quæ uerus amor Dei uincit Deo immediatus quam intellectio, & quod intellectus non capit. Sic ergo talis notitia affectualis est superior intellectuali. Cum his concordat per omnia Verceles. sup Cant. dicens, quæ affectus & intellectus simul coambulant, usq; ad nouissimum defectum intellectus, ubi habet suam cognitionis & sui luminis consummationem. Affectus aut adhuc continet principalia in Deum suspiria, superintellectuales extensiones, & immisiones, feruidos fulgores, & fulgidos seruos, ad quorum omnium sublimes excessus & excendentis sublimitates, intelligentia trahi non potest, sed solum principalis effectus Deo unibilis, & hoc idem post dicit. Tanta est uirtus ueri amoris & pulchri, quæ non solum facit hoies & angelos excedere propriam naturam, ut in Deum ascendant, sed et Deum quasi naturam propriam egredi, ut ad creaturas quasi infra naturam suam procedendo cōdescendant. Et hoc (ut dicit Dionysius) audendum est dicere, per ueritate, cū tū sit inegressibilis a se, licet ipse suam immensitatem nō capacitari cōtemperet eo immutato. Hæc reuelatio superintellectualis æternorum fuit facta Mosi in interioribus deserti cōstituto, quærenti a Dño, quod sibi nomē esset. Respondit Dñs in subiecta creatura dicens. Ego sum qui sum, ut dicit Verceles. ego sum, esse in se reflexum, uel entitas, quale nomē nō concipit nisi ab apice principalis affectionis, quæ æternitati unitur. q. d. Me nemo potest cognoscere, nisi per me ipsum. Vnde nomen quod queris est mirabile, quod nemo scit, nisi qui accipit. Nisi scilicet (ut Aug. ait) uel sicut dicit Haymo, qui ad hoc prædestinatus est, ut experimēto cognoscat. Ex quo patet, quæ reuelatio hæc nō fit nisi mentibus seraphicis in interioribus deserti existentibus. i. in caligine occulti silentij, in qua reuelatē & uerē apparet Deus superintellectualiter, ut dicit Linc.

Distinctio sexta.

Sextò cū reuelatio æternorum ista sit superintellectualis, & ideò cogitari nec dici possit, ut supra patuit. Ideò oportet uideri, qualiter fit attingenda & obtinenda. Circa quod notandū est, quæ Dionysius uolēs Timotheo ostendere accessum ad istā reuelationē superintellectualē æternorum, docet eū derelinquere oēs reuelationes sensibiles, & oēs reuelationes itellectuales tā naturales quæ supernaturales, & oia sensibilia & itelligibilia, donec ingrediatur caliginē occulti silentij, in qua reuelatē & uerē apparet Dñs superintellectualiter. Vbi Dionysius. c. 1. dicit sic secundū trālationē Abbatis. Tu autē amice Timothee ad hoc quæ capax fias mysticarū cōtēplationū, siue reuelationū incorporari, sic radio diuino derelique sensus, & sensibilia exercitia, & itellectuales operationes, & oia intelligibilia, & forti conatu hic cōprime te, & si est tibi possibile, cōfarge ignem & superintellectualiter ad unionē Dei, quæ est super



omnem cognitionem. Istud uerbum consurge ignote, expones Lincon. commentator dicit sic. Surge & restitue te incognite, ut possibile est ad unionem Dei. i. eius qui super omnem cognitionem est, quæ quidem restitutio uel resurrectio fit per ipsius solius forte desiderium, & amorem superferendum: quæ nulla rationatua inuestigatione potest esse cognita. Et infra dicit. Cessans enim in ista caligine ab operatione cognitionis, sed æstans desiderium solius Dei perfecte ab ipso incogniti, ipsi soli unitur, & cognoscens uidet in ista caligine super intellectum, quia ad hoc cognoscendum non posset intellectus humanus & inoculatus attingere: non quod intellectus dicatur inoculatus a priuatione potetie uisus, sed a priuatione omnis actus uisui, dum ociatur in illa caligine. Sequitur. Et hi sunt gradus ascensionis in spiritualem caliginem, signati per ea quæ sunt historice facta Mosi. Et is est modus habendi se in caligine illa, donec diuinus radius uerè incircumuelatè appareat, & se reuelet dicto modo. Hac Lincon. Gradus igitur ascensionis istius sunt, primò derelinquere omnia sensibilia, secundò oia intelligibilia, tertio ingredi caliginè ubi appareat Deus. Cuius cõcordat quasi p oia Vercell. cõmẽtator, per eandẽ historiã Mosi, ostẽdens gradus ascendendi caliginem mysticam, in qua se Deus incircumuelatè reuelat. Vndè dicit, qd Moses, primò missus est se purgare a multitudine sensibilibus, & deinde a non puris separari, & post omnem mandationem audit sonum buccinæ, & tonitrua uidet, & fulgura micantia, & radios multos emittentia: & post separatus a multitudine populari cõ Aaron, & Nadab, & Abiu, & septuaginta senioribus in Israel tanquam rationabilibus ascendit: & tunc fuerunt sibi reuelata intelligibilia. f. eternæ architipiz, siue rationes exemplares omnium creaturarum, quæ in Deo sunt, quarum intellectualem inspectione Deum cognoscimus: quibus nihil diuinius oculis intellectu libus intuemur. Hac ille. Tertio dicit, sed adhuc restat principalior Dei cognitio, quæ figurat in eo qd Moses post prædicta separatur ab his, qui prædicta secum uiderant, & subtrahitur illis uisus, & intrat in caliginem ignorantie, & unitur incomprehensibilitati diuinæ, quam non penetrat intelligentia, quæ omnium clarissima, & in se claudit & celat secretissimè omnes cognitiones comprehensuas. Exemplum huius planè uidetur in luce stellari, quomodo absconditur in luce solari in meridie. Sequitur. Et omnis unitus Deo p eã qui est super omnia cõstituitur, in excellẽtia quã nec ratio inuestigat, neq; intellectus speculat, & quasi ab omnibus talis quasi a seipso segregat, & per unitiõẽ dilectionis quæ est effectiua uerè cognitionis unis Deo intellectualiter cõ ignoro, & cõ cognitione multò meliori, q̄ sit cognitio in eo qd intellectualis est. In eo qd cognitione intellectualem derelinquit, super intellectu & mentem Deũ cognoscit. Hac ille. Ex prædi

Sup my-
sti. theol.
cap. 11.

Exodi. 24.

Exodi. 34.

ctis patere p̄r, qd reuelatio superintellectualis nõ sit p̄ intelligibilem cognitionẽ, sed p̄ ardentissimã immò superferendã dilectionem experientialem notitia. Ex his etiam apparet sicut dicit Lincon. qd hæc reuelatio q̄ sit incircumuelatè & uerè, absq; symbolis & imaginibus, secundũ sui nudam apparitionem, solum fit his qui transcendant immunda oia. i. terrena omnia, q̄ amore cõtracta maculant amantẽ mentẽ, & etiã pura quæ nõ maculat mentẽ contingentẽ, & qui ascendunt super ascensionẽ omnium sanctarũ extremitatum, hoc est: ascendunt super oes actus ois uirtutis apprehensiuæ agentis quantum possibile est intente, & derelinquunt oia diuina lumina illustrantia, & introeunt in caliginem, hoc est actualem ignorantiam omnium. Vbi uerè est (ut eloquia aiunt) qui est super omnia, solum enim ibi inuenitur & tenetur. Qualis ibi inuenit non est effabilis. Hac ille. Cui talis reuelatio facta fuerit, dicat illud Matth. Confiteor tibi pater Domine &c.

Distinctio septima.

Septimò uidendũ est, qualiter sp̄s humanus ad ueniendũ per iter occultæ reuelationis ad intrinsecum secretũ Dñi, ab ipso inuitat dicere. Surge prope amica mea, formosa mea & ueni, & huius inuitationis subiungit allectiuũ dicẽs. Quia iam ambulantis reuelata est ueritas, quæ iam uox turturis audita est in terra nostra. i. uox paterni uerbi reuelantis oem ueritatem in terra humanitatis nostræ. Dicit ergo. O amica mea, ppter secretorũ reuelationẽ, undè saluator dicit in Ioan. Vos dixi amicos, quia omnia quæ audiui a patre nota feci uobis, notitia experientia li, dicit Grego. in homil. Surge ad reuelationum perfectionem a sensibili ad intellectualem, ab intelligibili ad superintellectuale: & secundum Psal. Disposuit ascensiones in corde suo in ualle lachrymarum. O columba mea, propter reuelationum exercitationem, & sequitur. Oculi tui sicut columbarũ super riuos aquarum. i. ut dicit Vercelleñ. innitentes aquis sapientie, quæ deriuant a fonte sapientie, in quibus mentes columbinæ tanquã in puro speculo cõtemplant reuelationes, mentẽ simplicitates & purificates. Prope, ppter reuelationũ plenissimã effusionem. Vndè colũba q̄ resident in mentis suspensio, quietatæ iuxta fluẽta plenissima, & p quã ut dicit Vercelleñ. quantum mortalibus concedit ad plenissimas sapientie essentialis copias accedit, quarũ plenitudo nulla effusione dimittit. Hac Vercelleñ. O formosa mea, ppter reuelationũ radiosam illuminationẽ. Vndè dicit in Isa. Implebit Dominus splendoribus animã tuam, & eris quasi hortus irriguus cuius nõ deficiunt aquæ. Exemplum de Mose, cuius facies ex cõsortio Dñi splendida facta est, ut uideri non posset oculis corporalibus. Veni, propter diuinarum reuelationum certam directionem & Psal. Specie tua & pulchritudine tua &c. quia uox iam turturis audita est in terra nostra:

Matth. 11.

Canti. 1.

Ioan. 11.

Psal. 57.

Isa. 58.

Psal. 47.

nostra, gemitu amoroso cantans. Ego sum uia, ueritas, & uita. Ego sum uia, per quam tutissimè ibis: ego sum ueritas, ad quam certissimè ibis: quia iam finis enigmatis est. Ego sum uita, in qua æternaliter permanes. Qui enim inuenit me, inuenit uitam. Ergo ueni, quia mens quasi auis turturea inuenit sibi nidum continuæ mansionis, ab eterno turture præparatum, ubi reponat pullos suos. i. omnes castos & amorfos conceptus castæ mentis, & casto & amoroso turture. i. uerbo paterno auditos conceptus & gemitus. Vndè glo. dicit. Turtur est Christus amator castitatis, cuius uox audita est in terra nostra. i. in humanitate, in qua uerbum paternum denunciat nobis amoenissimum aduenisse tempus ueri, & tempus gratiæ, & in quo nobis reuelabit omnia quæ audiuit a patre. Dum (sicut dicit Gregor.) Affectus nostri imprimuntur diuino amor, cui nihil occultatur. Vndè Vercelleñ. exponit illud uerbũ dicens sic. Turtur est foliaguus, & signat mentis uirtutem unitiuam & superintellectualem, quæ nidificat in amoenissimis locis uirentibus, & alsi diuis contemplatiuis mentibus, & pullos ut turtur fouet nocte in superluceni caligine occulti silentij. Amen.

DE SEXTO ITINERE ÆTERNITATIS, PARTICVLA VI.



SEXTO iter æternitatis p qd spiritus noster uenit ad intrinsecum secretum, & æternale manerium Domini Iesu, est æternorum experimentalis prægustatio & notitia. Nisi enim esset in nobis æternorum quædam spiritualis prægustatio, non diceret Psal. Gustate & uidete, quoniam suauis est Dominus &c. Ad maiorem huius itineris notitiam septem per ordinem sunt notanda. Primò igitur uidendũ est, quid hæc experientia dicatur, & quare præcedentia itinera sequat. Secundò, quarum potentiarum ista experimentalis notitia dicatur. Tertio qualiter spirituales sensus potentiarum ab experientiali notitia impediuntur. Quarto, qualiter interiores sensus spirituales reparantur uel reformantur. Quinto, qualiter per gustũ interiorem spiritualem æterna prægustantur. Sexto, qualiter quilibet sensus interior spiritualis æterna experiat. Septimò, qualiter spiritus noster ad ueniendum per iter experientie ad intrinsecum Domini, inuitatur.

Distinctio prima.

Primò igitur uidendum est, quid hæc experientia dicatur, & qualiter alia itinera sequat. De quo notandum est, uel dicit Papias: qd experientia idem est quod notitia. Vndè experientia, ut dicitur esse obiecti cuiuslibet potentie presentia hæc actus & notitia. Actus enim uitales attingunt

sua obiecta actiue uel passiue uel utroq; modo, secundum quosdam, aliàs potentia non fieret in actu. Vndè si omnes homines dicunt mihi hoc esse dulce, per hoc non habeo notitiã experientialem de illo, etiam quantumcũq; probat per rationes, sed opinionem uel fidem uel scientiã possem habere. Sed si gustus meus attingit gustabile, uel attingitur ab illo, tunc habeo notitiã experientialem illius. Similiter est de gustu interiori, & alijs sensibus spiritualibus. Vndè si ego lego uel audio ab aliquo, qd dulcis sit Dominus, propter hoc non habeo notitiã experientialem de hoc, nisi gustus spiritualis attingat a dulcedine diuina, ut dicat cum sponsa. Fructus eius est dulcis gutturi meo. Vbi loquitur de gustu spirituali, ut patet in glo. Et ista notitia experientialis perfectissimorũ est. Vndè dicit Bern. Quicquid de tuis occultis scimus o Domine Iesu, aut scriptura docente, aut te reuelante, aut certe qd perfectissimorum est, gustando didicimus, id est experientia. Ex quo patere potest, secundũ. f. qd istud iter experientialis notitiæ æternorum rationabiliter sequitur itinera præcedentia. Quid prodest nãq; multa cognoscere & intelligere, nec illa experiri, nec ad aliquem usum illa habere? ergo experientie notitia quandoq; est necessaria. Vndè Hugo dicit sic. Non facit perfectum cognitio uirtutis, nisi & habitus uirtutis in experientia subsequatur. Magistra enim intelligendi est experientia, & illa optime iudicij ueritatem cognouit, qui eam non audiendo solum, sed gustando & faciendo didicit. Sequitur. In experientia namq; & habitu uirtutis, cognitio perficitur ueritatis, quia in sola intelligendi illuminatione inchoatur. Hac ille. Ad hanc experientiam hortat Pet. di. Si enim gustastis quã dulcis est Dominus: rationabiliter itaq; iter experientialis notitiæ æternorum, sequitur præcedentia itinera tanquam illa perficiens.

Distinctio secunda.

Secundo uidendum est, quarum potentiarum & quorum sensuum experimentalis notitia esse dicatur. Circa quod notandum est, qd in libro de spiritu & anima dicitur sic. Duo quidẽ in homine sunt sensus, unus interior & alius exterior, & uterq; bonum suum habet in quo perficitur. Sensus exterior reficitur in cõtemplatione humanitatis, sensus interior in cõtemplatione Diuinitatis. Propterea enim Deus factus est homo, ut totũ hominem beatificaret, & tota cõuersio hominis esset ad ipsum, & tota dilectio esset in illo, cum a sensu carnis uideretur per carnẽ, & a sensu mentis per Diuinitatis cõtemplationem. Sequitur. Hoc erat totum bonũ hominis, ut siue ingrederetur, siue egrederetur, pascua in suo factore inueniret. Et infra dicit. Cum homo constet ex carne & anima, & in carne sint quinque sensus, scilicet uisus, auditus, olfactus, gustus, &

Cant. 1.

Super Cã
ri.

Super 7.
Angel.
hierat.

1. Pet. 1.

Tot sunt
animæ se
sus, quot
corporis.



tactus, quostamen non mouet absq; aie societa te, ita aia similiter habet quinq; sensus suo modo, quia spuales res non corporalibus sensibus sed spualibus rimanda sunt. Et sequitur. Vnde diuina vox in Deut. ait. Videte q ego sum Deus: Ecce spualis uisus. Et in Apoc. Qui habet aures audiat, quid dicat spūs ecclesijs: Ecce spualis auditus. Et in Psal. Cultate & uidete, qm suauis est Dns: Ecce spualis gustus. Et Apostolus, Bonus odor Christi sumus: Ecce spualis olfactus. Et in Euangelio, Fide mulierem se tetigisse magis, q corpore ostendit, dicens. Quis me tetigit? Ecce spualis tactus. Et sequitur. Sic modo cum omni cautela seruandum est, quid ad corporis sensus, & quid ad anime dignitatem pertineat. Hec ille. Ex his planē patet, q sicut experientia corporaliū fit sensibus corporalibus, ita experientia spirtualium fit in mente spirtualibus sensibus.

Distinctio tertia.

Tertio uidendum est, qualiter sensus nostri interiores spuales ab illa experimentalis notitia impediuntur. De quo notandum, q sensus spuales dupliciter impediuntur ab experimentalis notitia. Vnum impedimentum est ex natura corrupta, aliud est ex nostra negligentia. De primo impedimento Bern. dicit sic. Sapor rem interiorē perdidimus ab ipso penē exordio generis nostri. Vnde ex quo cordis palatum sensu carnis praualete infecit uirus serpentis antiqui, cepit non sapere bonum, ac sapor nouus subintrat, & insipientia mulieris. i. sensualitatis saporem boni excludit, quia serpentis malitia, & astutia mulieris insipientiam circumuenit. Hec ille. Iste morsus serpētinus fecit sensus interiores languescere & rabsescere. Ex tunc. n. uisus interior spualis tenebescit, auditus surdescit, olfactus tabescit, gustus amarescit, & tactus crassescit, vt clamet propheta. Oculos habent & non videbunt, aures habēt & non audier &c. Tales manent in tenebris exterioribus carnis. De impedimento secundo, dicitur in libro de spū & aia sic. Hoc bonū magnū quod habuit ex duplici sensu. i. interiori & exteriori bene ordinato, malum magnum secutum est, qm perditio bono quod intus erat, egressa est aia ad bona aliena q foris erāt, & pactum fecit cum delectationibus seculi, requiescens in illis, non attendens homo boni sui interioris absentiam, eō quod consolationes suas cerneret in bonis alienis. Nam cum exterior sensus carnalis bono suo foris uritur, interior sensus quasi obdormit. Non. n. cognoscit bona interioris sensus, qui iucunditate honorū exteriorū capitur. De hoc uide hic proximo membro plenius, qualiter utriq; impedimentum tollitur. f. experimentalis notitia. Itē, in tertio itinere aliqua inuenies de eodem.

Serm. 89. super car.

Psal. 113.

Distinctio quarta.

Quarto uidendum est, qualiter sensus interiores spuales reformantur vel reparantur. Circa quod sciendum est, q contra primum impedimentum. f. corruptionem naturæ, necesse est ut a Iesu sensus nostri aperiantur, anteq aterna experiantur. Vnde Bernar. dicit. Dns polt suam resurrectionem loquens discipulis (ait euangelista Luca) aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Cum enim inquit Ber. scripturam interiorē sensum, & uirtutem miraculorum, & sacramentorum Dei cœperimus nō solū intelligere, sed etiam quadā (ut ita dicam) experientie manu palpate & tractare, quod non fit, nisi quodam conscientie sensu, & experientie disciplina, intelligentis & scientis bonitatem Dei & uirtutem q potenti bonitate, cum efficaci uirtute in filijs gratia opus ipsius gratie operatur, tunc demum sapientia quod suum est exequit, tunc quos dignos iudicat, unctioe sua docet de omnibus, tunc appposito bonitatis sigillo, omnia pectora nostra unctioe illa & emollit, & imprimit, & conformat. Et si qua dura, si qua rigida inuenit, incultat & infringit, donec letitia Dei salutaris accepta, & sapientie spiritui principali confirmata, anima lata & sancta decēat ad Deū. Si gnatum est super nos lumen uultus tui Domine, dedisti letitiam in corde meo, & idem sup Cā. dicens. Sapientia assidue vincit malitiam, id est concupiscentiam in mentibus ad quas intrauerit, saporē mali quē illa inuexit sapore meliore exterminans. Intrans enim sapientia dum sensus carnis infirmat, intellectum purificat, cordis palatum sanat, & reparat, sanato palato iam sapit bonum. Sapit & ipsa sapientia, quā in bonis nihil est melius. Hec ille. Contra impedimentū secundum, scilicet nostram negligentiam, necesse est vt sensus exteriores sopiantur, & a sua uagatione restringantur, quia tunc interiores excitantur & exercitantur. Vnde. 3. lib. moral. Greg. dicit. Si exterior euagatio sensus clauditur, interior sensus aperitur. Cuius rationem reddit Hugo de arca Noe, ubi dicit. Mentēs quas curę carnales exagitant, non comprehendunt sapida sapientiam, sed q minorat actu ipse inuenit eā, quia dum animus ab exterioribus ad interiora abstrahitur, ad seipsum colligitur, & robustior ad contemplanda cœlestia eleuatur, & cum a delectatione exteriori abstrahitur, necesse est, vt aliquid spirtualis gaudij pręgustare incipiat, ne si omnino a delectatione manserit alienus, quasi semen aridum sine humore ad gramen sapientie non conualescat. Sequitur. Fit ergo diuina gratia inspirante, ut mens sic abstracta, & terrenis desiderijs exuta, statim quadam insolita letitia perfundatur, ut amplius amarum esse agnoscat quod deseruit, quō magis dulce sentit quod inuenit. Sequitur. Illas mentes interne dulcedinis

Lib. de amore. ca. 19. Lu. 24.

Psal. 4. Ideo super cant. let. 85.

nis desiderium trahit, quas nullus concupiscentie carnalis affectus religauit. Hec ille.

Distinctio quinta.

Quinto uidendum est, qualiter per interiorē gustum spirtualē aterna pręgustantur. Circa quod sciendum, q nisi gustus spirtualis esset in nobis Dominus non diceret. Qui manducat hunc panem, uiuet in aeternum. De gustu aeternorum spirtuali dicit Bernard. Mens est quaedam vis animæ, qua inhæremus Deo & fruimur. Fruitio autē hæc in sapore quodam est diuino. Quare sapientia a sapore dicitur, sapor autem iste in gustu quodam est. Gustum autem istum nemo potest dignè exprimere, nec etiam qui meretur gustare, sed potest dicere. Gustate & uidete, quoniam suauis est Dominus: Hæc Bernard. Dicit etiam Grego. Suauitatem eius non cognoscitis, si hæc minime gustastis. Ex quo ergo gustum illum nemo potest exprimere, sed solum per experientiam noscitur, ideo oportet uiam querere, qua liter spiritus noster ad istam gustus experientiam possit pertingere. De quo notandum est, q Iesus qui est sapientia patris sapida, quia in eo est sapor omnis suauitatis & delectamenti: Primum exiuit (ut dicit Hugo) Per creaturam mundi, & manifestauit se in operibus suis, & cœperat uideri uisibiliter inuisibilis, per effectum suum uisibile. Et ille exitus sapientie causabat in sensibus nostris exterioribus, qdam notitiā aeternorum scientialem, quia secundum Apostolum. Inuisibilia Dei a creatura mundi per ea que facta sunt, intellecta conspiciuntur, semipiterna quoq; uirtus eius, & gloria, & diuinitas. Et licet illud lumen sapientie aliquem causet saporē in sensibus, ut patet per Psal. Delectasti me Domine in factura tua &c tamen illa delectatio fit semper ex gustu sapientiali, oleo gratia condito, nec illa notitia est experimentalis, sed discursua. Secundō ut dicit Hugo ibidem, exiuit sapientia patris incarnata, & facta est lumen in testa, ut nos illuminaret, & ad patrem reuocaret. Et ille exitus sapientie siue manifestatio, causabat in sensibus nostris interioribus qdam notitiā aeternorum credibilem, supernaturalem: & ideo notabilior est præcedente, quia supernaturalia dona perficiunt naturam, ut dicit Dionys. Sed nec illa notitia est experimentalis, quia experientia repugnat fidei, ut patet per Greg. Tamen ex notitia fidei firma, multiplex notitia & cōsolatio habetur, ut patet per Dionys. qui dicit sic. Fides diuina est stabilis collocatio credentium, collocans illos in ueritate, confirmans simplicem ueritatē intransmutabili identitate in ipsis credentibus. Et credentem in ueritate (teste scriptura) nihil mouebit a letitia, quæ est secundum ueram fidem, sed ha-

Ioan. 6.

Lib. de aeternitate Dei cap. 19.

Rom. 6.

Super prolog. aug. de uita.

1a cor. 13.

Psal. 19.

De diuina uoc. cap. 7.

Ioan. 8.

bebit in ea permanentiam immobilis, & intransmutabilis idēitatis. Qui enim ueritati unitus est, ex ipsa unione bene nouit quando bene sentit, quis multi corripiant eum, tanq mentis excessum passum. Tertio ut dicit Hugo. sapientia inca nata quæ se per inuisibilia manifestat, uoluit ostendere quomodo ipsa animorum cibus & refectio est. Et ideo carnem assumptam nobis in edulium proposuit in sacro, ut per cibum carnis ad gustum inuiteret diuinitatis. Hæc ille. Egressa est ergo sapientia patris & quasi iam panificata, ut etiam dicat. Ego sum panis uitæ, & pater dat uobis panem de celo uerum, qui de celo descendit. Igitur Iesus in sacro est uerus cibus, & uere gustabilis, ut per gustū corporis eius perueniatur ad gustum diuinitatis eius, quia ipse est uia secundum humanitatem ad eius diuinitatem, ut supra dictum est. Summe autem necessarium est, ad hoc vt ad gustum intima diuinitatis pertingatur per corpus eius in sacro, q sensus corporalis aliquo sensibili signo foueatur & determinetur, & ut intellectus lumine supernaturali fidei confortet, & ut uoluntas charitate inflammetur: & sic per spirtualē manducationem corporis Christi, ad gustum absconditæ diuinitatis pertingatur. Sed ecce, hic Iesus dicit. Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, & pasceua inueniet. Ego sum ostium sensui corporali, per signa sensibilia monstratū. Ego sum ostiū intellectui, per fidē perfectam referatū. Ego sum ostium uoluntati, per charitatem seruandam apertum, gustatum, & habitatum. Ego (inquam) sum ostium sensui, per signa sensibilia monstratum in sacramento, per sensibiles species sacramentales panis & uini, quæ significant perfectam refectio-nem. Signa enim sensibilia aliud faciunt in cognitionem uenire. Vnde Hu. ubi supra dicit. Ne humana infirmitas contactum carnis in assumptione ab horreret, ideo consueti edulij speciebus carnem uelauit, ut sensus foueretur, dum consueti percipit, ut etiam intellectus credendo, & affectus diligendo determinatē dirigeret ad cibum hunc, quem pater sanctificauit, vt dicitur in Ioan. sub speciebus panis & uini, quæ etiam signant perfectam refectio-nem esse in hoc sacramento, ut ait. Item, ego sum ostiū intellectui, per fidem perfectam referatū. Vnde Chry. dicit. Fides est lumen animæ, ostium uitæ, fundamentū salutis aeternæ. Vñ dicit Isa. Nisi credideritis non intelligetis, ergo per fidē intratur ad ueritatis cognitionem. Vnde August. super Ioan. dicit, noli intelligere vt credas, sed crede ut intelligas. Intelligere enim est merces fidei. Fides mundet te, ut intelligere repleat te. Hæc ille. Intellectus enim hominus sine radio fidei, circa diuina est quasi cæcus. Vnde impossibile est, q intellectus attingat corpus Christi, ut existit sub speciebus sacramentalibus nisi lumine supernaturali certissimæ fidei illuminetur

In sacramento altaris qualis gultus percipiat.

Ioan. 6.

Ioan. 10.

Ioann. 6.

In tractatu de sym bolo. Isa. 7.



netur & dirigatur, alias non uidebit riuulos huius torrentis butyri & mellis, ut dicit Iob. Quod exponens Gregor. xxx. moral. Butyrum nascitur ex carne, & significat Christi humanitatem, mel uero descendit ex aere, & significat Christi diuinitatem. Ex his duobus descendunt septem riuuli contemplationis humanitatis, & septem diuinitatis, quos solum fideles in tanta plenitudine quandoque recipiunt, ut uideant quod dicere non ualent. Attingit enim fides inaccessa, ait Bernard. quia intellectus per fidem illuminatus & confortatus, attingit hanc ueritatem indubitanter, quod Christus uere est in sacramento, & diuinitas uere est in Christo. Item ego (inquam) uere sum os illius uoluntatis, per charitatem feruidam, apertum, gustatum, & inhabitatum, quia qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Hanc autem manducatio fit spiritualiter. Manducare autem spiritualiter, est attingere ad rem huius sacramenti. Res autem huius est duplex, una contenta & signata, & est Christus integer, qui continetur sub speciebus panis & uini. Alia est res signata & non contenta, & haec est corpus Christi mysticum. Ille ergo manducat spiritualiter, qui Christo coniungitur per fidem & charitatem. Fides pertinet ad cognitionem, charitas ad refectionem, ideo etiam unit corpori Christi mystico, id est Ecclesiae. Ex ista enim manducatione oritur attingentia spiritualis, alias Christo non incorporamur, dum carnem eius gustamus. De ista autem incorporatione Aug. super Ioan. dicit. O factum pietatis, o signum unitatis, o vinculum charitatis, quod uult uiuere accedat, credat incorporari, & uiuificari. Et Hugo dicit, quod ista manducatio dicitur uiuifica, quia uiuos secum efficit omnes, quibus se manducandum praebet. Dicat ergo manducans illud Cant. Comedi fauum cum melle meo. Fauus sicut dicit Orig. est cera uirginea, cellulis distincta, melle repletis. Quid ergo est aliud, Comedi fauum cum melle meo, nisi manducare corpus uirginis carnis dulcissima diuinitate repletum? & sic per gustum humanitatis peruenitur ad gustum diuinitatis, & ideo ad praelibationem aeternitatis.

Distinctio sexta.

Extremum notandum est, qualiter quilibet sensus interior spiritualis aeterna experiatur. De quo sciendum est, quod Bernard. dicit. Sicut corpus habet suos quinque sensus, quibus anima coniungitur, uita mediante: sic anima habet suos quinque sensus quibus Deo, siue aeternis coniungitur, mediante charitate. Quare Apostolus dicit. Nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis, id est experimento sciatis: quia sit uoluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Sequitur per

Sup. Can. ser. 69.

Ioan. 6.

Res sacramenti duplex.

Super. 7. Ang. Hic.

Canti. 5.

Li. de amore Dei. 15.

Rom. 12.

sensus corporis veterascimus, & huic saeculo conformamur. Per sensus uero mentis, renouamur in agnitione Dei siue aeternorum. Et infra dicit. Sicut omnes sensus corporales: scilicet uisus, auditus, odoratus, & tactus; sine sensu gustus infirmantur, & hebetantur in operationibus suis, sic ante aduentum Iesu mediatoris omnes sensus nostri spirituales languerant, propter absentiam gustus spiritualis uel sapientialis, quae nec dum fuit incarnata, nec quasi gustata, a cuius gustu quanto diutius abstinemus, tanto sensus interiores magis deficiunt, & infirmantur in actibus suis circa aeterna. Unde Greg. xxx. moral. exponens illud Iob. Attenuetur fame robur eius, & iedia inuadat costas eius, sic dicit. Ex rationali anima habet homo ut in perpetuum uiuat, & tamen hominis iniqui robur attenuat fame, quia anima eius nulla interni cibi refectione pascitur, & iedia inuadat costas eius, quando spirituali refectione subtrahitur, sensus mentis deficiunt, & tunc cogitationes suas nec regere nec tueri possunt, quia fames interna sensus mentis extenuat, & ideo se foris extendunt ad temporalia spretis aeternis, quae eis non sapiunt. Ad ueniente autem gustu sapientiae (ait Bernard. ubi supra) tunc sequitur quaedam dulcedo saporis, quam in interiori suo sentiens anima, modo quodam singulari, quae suscepit cuncta discernit & diiudicat, sequitur & omnes sensus uerget & confirmat. Nam hic panis spiritualis est de quo dicit. Paratum panem dedisti eis de caelo sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnium saporis suauitatem. Et ideo iste panis sapientialis nobis in sacramento charitatis exhibitur, maximae attingentiae est. Attingit enim omnes sensus interiores, intantum, ut in omnibus manducantibus eum maneat & ipsi in eo, ut non moriantur, in aeternum sed in aeternitate uiuant, & maneant ut dicit saluator. Diuinitas igitur eucharistica in se habens delectamentum omnem sensum in terriorem attingens, sensum uisus spiritualis excitat ad experiendum aeternorum contemplationem, sensum auditus spiritualis excitat ad experiendum aeternorum affectionem, sensum tactus spiritualis excitat ad experiendum aeternorum praelibationem. Nisi istis sensibus interioribus aeterna aliquantulum in hac uita experirentur: Grego. v. lib. moral. non diceret. Sic aeternitas per inhiatam mentem sine specie cernitur, sine sono auditur, sine motu suscipitur, sine loco retinetur, sine corpore tangitur, & cum mens fantasmata imaginationum corporalium abiicit, iam aliquantulum aeternam diuinitatem conspiciat, quam si nec dum quid sit apprehendit, agnouit tamen certum quid non sit. Videamus ergo de singulis sensibus interioribus. Primo igitur Iesus panis uita in sacramento manducatur, cum uere in se habeat delectamentum omnis suauitatis omnium sensuum

Cap. 19.

Iob. 13.

Cap. 19.

Sap. 16.

Ioan. 6.

Can. 4.

Angel. 12.

De sensibus exterioribus.

sensuum spiritualium. Et cum ipse sit candor lucis aeternae & speculum sine macula. Attingens sensum uisus interioris hominis iam aliquantulum exercitatum, ipsum excitat ad aeternorum recipiendam contemplationem uel inspectionem. Unde Greg. 24. moral. exponens illud Iob. uidebit faciem eius in iubilo, dicit sic. Plerique contemplatione quadam retributionis aeternae, et prius quam spoliemur carne hylareleunt, dum in iubilo faciem Dei conspiciunt, quod fit, cum aliqui spiritualium oculum in radio aeterni solis figit, ibi lumen uiuens uidet, quia iam omni mutabilitatis uicissitudine atque obubratione calcata, ueritati aeternitatis inharet, ei; inharendo quem cernit ad similitudinem incommutabilitatis assurgit, atque in semetipsum auctoris sui inconuersibilem speciem dum recipit assumit. Quae enim ad mutabilitatem per seipsam lapsa est, ad immutabilitatis statum immobilem uideodo formatur. Haec Greg. Huius sensus experientiam habuit, qui dixit. Dilectus meus candidus & rubicundus &c. Experimentaliter loquebatur, ait Vercel. Secundo Iesus panis sacramentalis cum sit uerbum patris, uerbum autem est uerbum declaratiuum cum amore (ut ait Aug. li. 9. de tri.) attingens aures spirituales in sacramento, excitat eas ad experiendum allocutionem de aeternis, quae quantum in se est semper notificat aeterna, & illuminat omnem hominem. Aia autem nisi haberet aures spirituales abiles ad audiendum aeterna, Iesus non dixisset. Qui habet aures audiendi audiat. Dominus autem (ut dicit Grego.) non querit aures corporis sed mentis. Et in Apoc. dicit idem. Qui habet aures &c. ubi dicit Richard. Ille habet aures audiendi, qui habet sensum intelligendi, & affectum diligendi ea quae promittuntur, & idem dicit Haymo. Auris carnis tantum ad audiendum consistit, auris uero cordis auditu simul & intellectu uiget. Has aures uerbum patris multipliciter alloquitur, ut supra dictum est in itinere meditationis. Et Aug. super Gen. ad litt. dicit. Sapientia filius Dei non cessat loqui occulta inspiratione ad intellectuale creaturam. Sed Grego. 13. moral. dicit. Unde exterior auditus aperitur, inde interior absurdescit. Huius allocutionis experientiam habuit, qui dixit. Vox dilecti mei, ubi dicit glosa. Gaudeo consolatoriam eius uocem audiens, dum eius faciem nondum uideo, tamen subleuato ad caelum animo, aliquam suauitatem preguisto future beatitudinis, & hoc in praesenti saeculo. Haec glosa. Tertio Iesus panis sacramentalis. Cum sicut dicit Dionysius. existit fontana copiosa susceptionum diuinarum suauitatum, refundens de sua plenitudine diuinitissimas fragrantias, ideo olfactum interiorum spirituales excitat & aperit, ad experiendum aeternorum odorem, ut Ioannes Euangelista tanquam expertus diceret. Odor tuus Domine excitauit in nobis concupiscentias aeternas. Sed hic nota quid sit olfactus spiritualis in ani-

ma, & in Angelis. De hoc dicit Lincon. commentator super angel. hierar. sic. De olfactu uirtute discretiua odorum, quae intus suscipiendo agit, dicit Dionysius. signare susceptionum bene re dolentis, hoc est, bene contemplantis gratia diuina. Et inij. Eccle. hierar. dicit Dionysius. si sensibilia aromatum susceptio moderata, uim olfactiuam nostram sanam delectabiliter refouet, pariter & intellectualem sensum nostrum spiritualis suauitatis discretiui ab appetitu inordinato purgatum, susceptio diuini boni odoris sancta delectatione nos replebit. Huius odoris experientiam habuit qui dixit. In odorem uigentorum tuorum currimus post te, ubi dicit Bernardus. Et si Dominus suauis uniuersis, maxime tamen domesticis, & quanto quis sibi familiaris uita merito ac mentis puritate aperiat, tanto eum arbitror recentiorum aromatum, & uirtutis suauioris sentire fragrantiam. Porro in homini non capit intelligentia, nisi quantum experientia attingit. Haec ille. Deo igitur gratias. qui odorem uirtutis suae manifestat per nos in omni loco. ut dicit Apostolus. Quarto Iesus panis sacramentalis. Cum sit summa attingentia, quia ipse se dat in cibum, & manet in cibato & cibatus in eo: ut dicit Ioan. & hoc in maxima charitate, ubi sit uerissima attingentia animae & Dei spiritualis. Sed notandum, quod Hugo in lib. de arca Noe. primo, dicit sic. Ad Deum attingere, est semper per desiderium eum querere, & per cognitionem inuenire, & per gustum tangere. Ex quo patet, quod attingentia ista habet quosdam gradus, per quos Deus acceditur, & inuenitur, & attingitur, non accessu locali, nec tactu corporali, sed similitudine spirituali acceditur ad Deum, & dissimilitudine a Deo recedit, ut dicit Aug. lib. vii. de trinitate. Primus igitur gradus est quo Deus acceditur, cum per desiderium queritur, quis enim Deus ut desideratur, secundum aliquid ut praesens non habeatur, tamen necesse est, ut etiam secundum aliquid praesens habeatur: alias non desideraretur. Dicit enim Grego. in homil. profecto qui Deum desiderat, iam habet quem amat, & tamen habitus amplius queritur, quia sine fine est querendus, ut ait Aug. exponens illud Psal. Querite faciem eius semper. Secundus gradus quo Deus attingitur, est cum per cognitionem inuenitur. Cognitionis enim est actus uitalis. Actus autem uitalis attingunt suo objecta, ut dictum est supra, alias dilectus non dixisset dilectam. Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, intelligentia tua penetrante ait Verellen. sed attingentia manet imperfecta nisi id quod praesens est cognitioni, fiat praesens uoluntati amantis. Quia Augustinus dicit: quod quidam Deum cognoscunt, qui tamen Deum propter hoc non habent, quia si eum ut Deum cognouerunt, non tamen ut Deum glorificauerunt, ait Apostolus. Tertius gradus quo Deus attingitur, est cum Deus per amorem tenetur, & amplexatur, & spiritua-

Cant. 1.

1. Cor. 2.

Ioan. 6.

Psal. 104.

Cant. 4.

In epistola ad Dardanum. Roma. 1.

liter



liter manducatur. Hi autem actus & gradus sunt principium ipsius affectus & voluntatis. Vnde Augustin. dicit: qd uoluntas habet vnum proprium actum, qui est actus tenendi siue amplexandi, & quasi possidendi, quos actus non potest habere intellectus. Nam possessio non est intellectus cognoscens, sed uoluntatis hntis, sicut fanitas sani non est medici cognoscentis, sed faniam habentis. Vnde & actum gustandi non habet intellectus, sed uoluntas, quia gustus est in charitate sicut dicit Richa. sed charitas uel dilectio est actus uoluntatis. Nam sicut dicit Richar. Sicut Deus per memoriam auditur, & per intelligentiam uidetur, ita per affectum amplexatur & attingitur. Hunc tactum spiritualem experta fuit quae dixit. Leua eius sub capite meo. Leua nomine intelliguntur splendor intellectus speculatiui, qui ad gustum uia toris pertinent, dextre nomine quae patriam signat, intelligitur super intellectualis uisio ad Deum, quae speculum nescit, & quasi ad praemium inchoat tanquam arra & pignus, nec auferetur: quare dixit sponsa. Tenui eum ne edimittam illum, post tam excessiuos amplexus & ineffabiles. Hac Vercellen. Quinto Iesus est panis supersubstantialis, sicut patet in Matth. Ideo gratissima & sufficiensissima refectio Angelorum & hominum, ut dicitur in Psalm. Ideo attingens gustum interioris mentis, aperit eum ad aeternorum dulcedinem gustandam. Vnde Vercellen. super Cantic. dicit. Nihil est quod ita gratam mentibus praestet refectioem, sicut panis supersubstantialis. Hac enim refectio non fit per speculum, sed per diuinam dulcedinis experientiam, iuxta quod gustus & tactus non exercentur per speculum sicut visus, & in hac Dei participatione fundatur portio Mariae, quae non auferetur ab ea. Sed haec est principalis riuinae antiquae reparatio, quando in primo Adam spoliati fuimus, & vulnerati in naturalibus. Hac ille. Quamuis autem iste panis habeat omnem delectamentum, & omnem saporem suauitatis, & sanet omnes infirmitates nostras, secundum Psalm. non tamen omnibus sapit aequaliter. Dicit namque Bernard. Deus non uniformiter sapit omnibus. Oportet namque pro variis animae desiderijs diuinam praesentiam gustum variare, & infusum saporem diuinam dulcedinis diuersa appetentis, animae aliter, atque aliter oblectare palatum. Multum enim differenter sapit iste panis vitae aeternae reprobis & electis. Vnde Gregor. xi. moral. exponens illud Iob. Auris uerba dii iudicat, & fauces comedentis saporem, dicit sic. Iob in his uerbis aliqd de reprobis, & aliqd de electis innuere uidetur, quia uerba sapientiae, quae reprobi audiunt tantum, electi non solum audiunt sed etiam gustant, ut eis in corde sapiat, quod reprobis non mentibus, sed solummodo auribus sonat. Aliud namque est cibum nominatim audire solum-

Lib. 4. de concepta. cap. 15.
Cant. 2.
2. Cor. 5.
Luc. 10.
Cant. 3.
Matth. 6.
Psalm. 77.
Luc. 10.
Sermo 32 sup Cant.
Iob. 12.

modo, aliud uero est gustare. Electi itaque cibum sapientiae sic audiunt, ut degustent, quia hoc quod audiunt ipsi per amorem medullitus sapit, reprobi uero qualiter sapiat ignorat. Aliud enim est aliquid scire de Deo, & aliud quod cognoscitur faucibus intelligentiae gustare. Illa enim dicta in sapientiae radice solidata sunt, quae per uiuendi usum & actuum experimentum conualescunt. Hac Gregor. Sed (ut supra dictum est) oportet uolentem gustare hunc panem supersubstantialem, habere sensus excitatos. Hos sensus interiores uidetur beatus Angu. habuisse, qui. x. lib. confe. ait sic. Quid amo cum Deum meum am ocerent non exteriora, sed quandam lucem, & quandam uocem, & quandam odorem, & quandam cibum, & quandam amplexum interioris hois mei, & ubi fulget anima mea lumen, quod non caput locus: & ubi sonat uerbum, quod non rapit tempus: ubi olet odor quem non spargit uentus: & ubi sapit cibum, quem non minuit edacitas: & ubi haeret quod non diueller facietas. Hac amo cum Deum meum amo. Hac August. Ex his patet, qualiter sensus interiores nostri aeterna experiantur. Vnde & Richar. dicit. Non debet nobis sufficere illa aeternorum notitia, quae est per usum solum, nisi & apprehendamus illam quae est per intelligentiam, si nec dum sumus scimus ad illam quae est per experientiam. Hac ille.

Distinctio septima.

Septimo uidendum est, qualiter spiritus noster ad ueniendum per iter experientialis pragustationis aeternorum, ad intrinsecum Domini Iesu inuitatur ab ipso dicente. Surge, prope amica mea, columba mea & ueni, & huius inuitationis subiungit alleclium dicens, quia ficus protulit grossos suos, id est quia iam est desiderati uicini optata suauitas. Tunc namque est itinerandi securitas, quando itinerans suauiter reficitur, & itinerantis uirtus augmentatur, donec cum propheta ad montem Dei Oreb perueniatur. Dicit igitur, o amica mea propter experientialem mei manducationem: Nonne comedisti fauom meum cum melle meo? id est dulcedinem diuinitatis cum corpore & sanguine meae humanitatis. Hoc enim proprium est amicis meis, ut comedant & bibant & inebrientur charissimam: ut corpus meum comedant & sanguinem meum bibant, & experientia intima mea diuinitate inebrientur. Hoc enim proprium electorum est, dicit Haymo super Apoc. Surge ad meam experientialem cohabitacionem, ut ubi sum ego & tu sis, quia ex hac manducatione mei tu manes in me, & ego maneo in te, tanquam mihi iam incorporata. Ego quidem in altissimis habito: & thronus meus in columna nubis. Ideo Surge o columba mea, per experientiam tuam simplicem fructione & singulari, solum enim

Cant. 4.
3. Reg. 5.
Super pri mo angel. Hier.
Cant. 10.
Iob. 12.
Eccle. 10.
psalm. 118.

quaris experiendo frui praesentia mea. Vnde dixisti. Renuit consolari anima mea, memor fui, Dei & delectatus sum. Qd expones Greg. vj. moral. dicit sic. Qui temporalium amissione non lugeo, de temporalium abundantia consolari nequaquam possum, & tamen memoria Dei solum delectatus sum. Si igitur tunc delectatur in sola memoria Dei, dicat cum Bernard. super mel & omnia eius dulcis praesentiae. Propera propter experientiam tuam perfectionem & delectationem. Quanto enim spirituales delicias plus experiris, tanto audius appetis eas: prope igitur uenire ad me fontem omnium deliciarum. Nam est celeritas in desiderio mora est, ut dicit Seneca. O formosa mea, prope experientiae tuae radiosam multiplicationem. Ex periris enim me, te uisitante, post parietem stantem, per caecillos prospicientem, in montibus salientem. Item experiris me, te aloquentem, te odore meo semper attingentem, te reficientem & amplexantem &c. ut patet in cantico amoris per totum. Vnde Bernard. dicit. Attendite spondae deuotionem, atque solertiam siue experientiam, quae uigili utique; oculo scilicet experientiae obseruat spondae aduentum, & deinceps omnia ipsius intuet. Venit enim illa, accelerat, appropriat, adest, respicit, alloquitur, & nihil horum momentorum spondae industriam fugit. Hac ille. Veni igitur ad experientiam tuam consummationem, quia ficus protulit grossos suos. In quo ostendit suae uisitationis dulcem alleclium. Quid per ficus conuenientius intelligi potest, praeducentem fructum dulcedinis, quam pater aeternus, principium omnis dulcoris, quae protulit nobis grossos infinitae dulcedinis & refectioem. Verbum suum, spiritum sanctum, co substantialia, & coaeterna? Verbum suum infinitae dulcedinis protulit incarnatum, ut nobis esset in redemptionem, & panem supersubstantialem, ut esset nobis in refectioem, qui descendit de caelo nobis preparatus, & habens in se omnem delectamentum, & omnem saporem suauitatis, ut per ipsum dulciter reficiamur in uia, ne deficiamus, sed ad aeternum patrem reducamur. Ecce dicit Hug. Vnum ferculum proponitur in mensa Domini, sed noli contemnere. Continet enim in se omne bonum. Sed hanc refectioem non omnes gustant. Ipsa enim una est & singularis, quae cum aliena & extranea delectatione & dulcedine non percipit. De domestica, quia amicis & familiaribus tantum preparatur, dicitur unifica, quia unum secum efficit omnes, quibus se fumendam, & percipiendam praebet. Hac ille. Ficus etiam paterna protulit nobis spiritum sanctum consubstantialem, & coaeternum, qui est fons infinitae dulcedinis, saliens in uitam aeternam. Spiritus enim meus super mel dulcis. A quo omnis dulcedo emanat. Vnde Gregor. lib. ix. moral. dicit, quod unctio spiritus sancti facit contemnere inferiora & eleuat ad superiora, & quod dulcedo eius hic sentiri potest, non dici. Hunc grossum infinitae dulcedinis pater nobis protulit, dum nobis cum in sensibilibus

signis misit, & quotidie inuisibiliter electis mittitur, qui itinerantes per septem dona quasi per septem dies, & per septem refectioes spirituales, nos ad conuiuium aeternorum collum perducit. Vnde Gre. lib. j. moral. dicit, quod unumquodque donum spiritus sancti, die spirituale facit in mente per suam illuminationem, & in qualibet die conuiuium facit per suam dulcedinem. Intellectus in die suo conuiuium facit & praeparat, quia in eo quae audita penetrat, reficiendo cor tenebras eius illustrat. Sapientia in die suo conuiuium facit, quia mentem aeternorum spe & certitudine reficit. Consilium in die suo conuiuium exhibet, quia dum praecipit esse prohibet, ratione animam replet. Fortitudo in die suo conuiuium facit, quia dum aduersa non metuit, trepidanti menti cibos confidentiae apponit. Scientia in die suo conuiuium praeparat, quia in ventre mentis ignorantiae ieiunium separat. Pietas in die suo conuiuium exhibet, quia cordis viscera misericordiae operibus replet. Timor in die suo conuiuium facit, quia dum praemit mentem ne de praesentibus superbiat, de futuro illam cibo spei confortat. Hac ille. Et sic iteras ad aeternitatem confidenter & uelociter incedit. Et haec dona sancti spiritus sunt quaedam perfectiones animae, per quas redditur bene mobilis ad aeterna consequendum, & exercitata ad experientium, quia spiritualis omnia diiudicat. Ad cuius aeternitatis plenam experientiam nos perducit aeterna sapientia, benedictus Deus. Amen.

DE SEPTIMO ITINERE aeternitatis. Parti. VII.



Septimum iter aeternitatis per quod spiritus noster uenit ad intrinsecum secretum & aeternale manerium Domini Iesu, est aeternorum meritoria operatio, siue deiformis, id est diuinae operationi conformis. Nisi enim opera nostra essent iter ad aeterna, Dominus non diceret, se redditurum unicuique secundum opera sua. Opera enim illorum sequitur illos, sicut dicit Ioan. Ad maiorem autem huius itineris notitiam habendam, septem sunt notanda. Primo quare iter meritoriae operationis, praecedentia itinera subsequatur. Secundo quare natura rationalis ad hoc facta est, quae operetur, & aeternum finem per hoc consequatur. Tertio quare homo secundum duplicem naturam corporalem, scilicet & spirituale operari denotetur. Quarto qualiter operatio utriusque naturae corporalis scilicet & spiritualis deiformis efficiatur. Quinto qualiter diuersi gradus utriusque operationis vel species distinguantur. Sexto qualiter spiritus per utranque uiam scilicet actiuam & contemplatiuam ad aeterna ingrediatur. Septimo qualiter, ad ueniendum per iter meritoriae operationis a Domino inuitetur.

Math. 16
Apoc. 14



Distinctio prima.

Primo qualiter istud iter precedetia sequat. Notandum est, quod cum aliquis in spiritualibus exercitatus fuerit ad aeterna directus per rectam rationem vel intentionem, cum fuerit in itineribus eternitatis expeditus per frequentem meditationem, cum fuerit ad aeterna directus ad limpdam contemplationem, cum fuerit ad aeterna inclinatus per feruendam dilectionem, cum fuerit de aeternis instructus per multiplicem reuelationem, cum fuerit aeterna expertus per dulcem per gustationem, ut de oibus patuit supra, quid modo restat, nisi ut aeterna ingrediatur per deiformem & meritoriam operationem? Quid nam praedicta oia valerent, si ea deiformis operatio non consummaret? Non enim perfectum facit cognitio veritatis, nisi subsequatur habitus virtutis in operatione, ait Hugo super 7. ange. hierar. Et in libro de tribus dictis dicit sic circa finem. Quid nobis prodest, si in Deo cognoscimus maiestatis celsitudinem, & nullam nobis inde colligimus utilitatem? Si enim de illo intimo diuinae contemplationis secreto reuertimur, quid nobiscum afferre poterimus nisi lumen exemplaris operationis? &c. ut supra in prologo distinct. 5. quare iter meritoriae operationis rationabiliter praedicta sequitur.

Distinctio secunda.

Secundo sciendum est, quod natura rationalis ad hoc facta est, ut operationes proprias operetur, & per hoc gratia mediante finem suum vltimum consequatur, propter hunc enim finem conditus est homo, ut opus propter quod factus est operetur, & non solum ne a vita aeterna sine a suo fine excludatur, sed etiam ne quasi naturali sua perfectione priueretur. Quod Lincon. commentator super 3. ange. hierar. sic ostendit dicens. Facta est rationalis natura non solum propter inhaerere Deo per dilectionem Dei, sed etiam operari secundum sacras ordinationes bene ad proximum ex dilectione proximi, & si praedictio modo non operatur, tunc sine (propter quem facta est) caret, cum neutra dilectio sine altera permaneat, ac pro hoc causa & uana est, & ideo indigna subsistere, etiam secundum existentiam naturalem ei diuinitus datam, propter huiusmodi finem. Sicut enim (secundum Apostolum) qui non laborat non manducet, sic omne quod opus propter quod factum est suae negligentiae uitio non facit, existentiae suae naturalis fulcramento priuari debet, ut uidelicet plenitudinem integram, & integritatem plenam existentiae naturalis non retineat, sic primus angelus & primus homo, non operantes secundum sacras ordinationes gratiae propriae, recedentes uoluntarie & elongantes se a per se eute, & per se esse, deciderunt in corruptionem naturalis existentiae, non quod ipsa ca-

2. Thef. 3.

derent in penitus non esse, sed quod ipsa, ut praedictum est, a propriae integritatis plenitudine deciderunt, & propter auersionem ab illo qui solus per se est, & conuersionem ad aliud quod per se non est, aut deficienter est, dicuntur magis non existere quam existere. Haec ille. Et ideo non licet occidari a bono opere. Ocia enim sine literis mors est, ait Seneca, & uniuersum hominis sepultura. Et Ber. in sermone ad solitarios. Nihil pretiosius tpe, quia sicut capillus non peribit de capite, sic nec momentu peribit de tpe, quoniam oportet redere rationem. Igitur natura rationalis facta est ut operetur, & per hoc finem suum consequatur.

Nota.

Distinctio tertia.

Tertio uidentur est, quod cum homo constet ex duplici natura, corporali. f. & spiritali, & ideo duplices operationes debet operari, ut scdm vtraque naturam ad aeterna passibus operationum dirigat per intentionem, in finem vltimum rectam qui est Deus aeternus: ut sic totus homo cum tota familia sua spiritali bene ordinetur, & pacificetur, & regnum efficiatur aeterno Deo. Nisi enim Deus regnum suum in nobis habere possit, non dixisset Regnum Dei intra uos est. Hoc autem regnum non est esca vel potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Iustitia iustificat iudicia cordis siue rationis, pax tranquillas imperia facultatis, gaudium adimplens desiderium voluntatis. Et Gregor. exponens illud uerbum dicit. Haec sunt quasi imago & ara pennis letitiae futuri seculi. Istarum operationum tam spiritualium quam corporalium ordinem, & directionem in finem. f. Deum, bene ostendit, & docet autor libri de spiritu & anima dicens. Nobilis est creatura aia: ciuitas namque Dei est, de qua tam gloriosa dicta sunt, quod ad imaginem & similitudinem Dei facta est. Haec ciuitas Hierusalem merito appellata est, quia ad fruendum uisione illius pacis summam, quae facit vtraque unum creata est. Mens eius paradysus est, in qua dum caelestia meditantur, quasi in paradiso voluptatis delectantur. Domus etiam summi patrisfamilias est aia, propter unitatem morum. Spofa Christi, propter dilectionem. Templum spiritus sancti, propter sanctificationem. Sequitur. Ciuitas Regis aeterni, propter concordiam ciuium. Et quia nulla est ciuitas absque populo, disposuit in ea conditor noster populum triplicis gradus, id est sapientes ad consulendum, milites ad pugnandum, artifices ad ministrandum. Ciues huius ciuitatis, sunt naturales & ingenti animae vigores tanquam indigene, quorum distincti sunt gradus. Alii superiores, alii medij, alii inferiores, ad similitudinem angelicae hierarchie. Superiores sunt quidam intellectuales sensus, medij rationales, infimi animales: quorum haec differentia est. Animalis suae sensus appetit sensibilia. Rationalis discernit & discretionis oculo aspernatur ea. Intellectualis pertrahit ea

Luc. 17.

Rom. 14.

Distinctio quarta.

Quarto uidentur est, cum Dionysius dicat quod ex scriptura edocemur, quod iam in hac uita deiformem vitam inchoamus, quam in caelo consummabimus, qualiter utraque nostra operatio: scilicet, spiritalis & corporalis, deiformis, id est diuinae operationi conformis efficiatur. Nisi enim aequaliter possemus nos Deo patri nostro conformiter operari tanquam filij, Dominus non dixisset. Estote perfecti, sicut & pater uester caelestis perfectus est. Sicut enim imaginem dei patris nostri habemus in mente uel tenemus, ita etiam ut dei filij simus, debemus similitudinem tenere in operatione. Nam eius filij sumus cuius opera facimus, dicit Dominus. Unde Dionysius dicit. Vniuersumque hierarchie. i. bene ordinatae personae perfectio, est ad dei imitationem secundum propriam operationem reductam esse, & fieri cooperatricem, quod efficacius omnibus diuinam ingignit conformitatem, & facit repraesentare diuinam operationem in seipso, secundum quod possibile est. Iuxta illud pauli. Dei enim adiutores sumus. Notandum igitur, quod Dionysius. v. ecel. hierarchie dicit: ne illuminationes diuinarum operationum confusa & indistincta videantur, ideo tam angelici quam ecclesiastici gradus sunt diuisi in primas, medias, & ultimas sanctas operationes & ordines, secundum hierarchicas discretiones. i. ordinatas distinctiones. Et cap. x. angel. hierar. dicit: quod unaquaeque mens bene ordinata, tam angelica quam humana habet in se primas, medias, vltimas, siue infimas ordinationes & uirtutes, & summationes: secundum quas uniuersusque angelus & homo, hierarchicus & bene ordinatus percipit secundum propriam capacitatem dei purgationem, & illuminationem, & perfectionem: quae sunt deiformes operationes operari esse hierarchicos, id est bene ordinatos ad similitudinem angelicae hierarchie, ut uidelicet secundum supremas operationes simus bene ordinati ad Deum, secundum medias simus bene ordinati ad nosmetipsos, secundum vltimas siue infimas simus bene ordinati quantum ad exteriora: & sic erimus totaliter ordinati, & operationes nostrae deiformes, & Deo acceptae erunt: quia per eas purgamur, illuminamur, & perficimur, & extunc erimus idonei ad purgandum, illuminandum, & perficiendum alios dispositiue, quia sumus coadiutores dei, qui solus hoc facit effectiue. De hoc uide supra itinere tertio & quarto. Primo igitur ut tanquam bene ordinati deiformiter operemur quoad Deum, ad similitudinem angelicae hierarchie. In qua (sicut dicit Bernardus) lib. v. de consideratione. Deus in Seraphin amat ut charitas, in Cherubin nescit ut ueritas, in Thronis sedet ut aequitas. Oportet etiam ut nos (quantum possumus) Deum summum bonum diligamus, ut summam ueritatem cognoscamus, & ut summam aequitatem in nobis te neamus: & sic erimus bene ordinati quoad Deum per deiformes operationes. Quia sicut dicit Lincon. super angel. hiera. Intellectus humanus in suo supremo gradu adiutus, habet ut ferueat amore cum Seraphin, luceat scientia cum Cherubin, spiritalis factus iudicet omnia cum Thronis. Secundo ut tanquam bene ordinati circa nosmetipsos, deiformes operationes operemur ad similitudinem mediae angel. hier. In qua sicut dicit Bernardus ubi supra, Deus datur ut maiestas, operatur ut uirtus, tuetur ut salus, oportet ut et nos omne impediens participatione diuinae diuinitatis superemus, ut opera oium uirtutum secundum gratiam nobis datam studiose agamus: ut omnibus inordinatis motibus & impulsibus potenter resistamus, & illa (ut possumus) inferioribus comunicemus, & sic erimus bene ordinati in nobis per deiformes operationes, quia sicut dicit Lincon. ubi supra. In media hierarchia nostra oportet, quod dsemur cum dominationibus, ut fortes simus cum uirtutibus, ut ordinati simus cum potestatibus. Tertio ut tanquam bene ordinati, ad exteriora, operemur deiformes operationes ad similitudinem infimae angelicae hierarchie. In qua Deus ut dicit Bernardus ubi supra, regit ut principium, reuelat ut lux, & assistit ut pietas, oportet ut omnia exemplariter ad primum principium reuocemus, ut lumen ueritatis uerbis & factis aliis ostendamus, ut opera pietatis omnibus deuote exhibeamus, & sic erimus ordinati quoad exteriora per deiformes operationes, quia sicut dicit Linconien. ubi supra. In uultu nostra

Phil. 12.

Lib. de contempl. cap. 15.

Apo. 11.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

ad diuina. Sequitur. Intellectuales igitur sensus sunt tanquam animae consiliarij dicentes ei. Deum time & mandata eius obserua, propter hoc est enim omnis homo. Rationales sunt milites, qui hostes concupiscentiarum impugnant per arma iustitiae. Animales siue sensuales sensus sunt tanquam rustici & artifices mechanici, qui corporalibus rudimentis insistant, & corpori necessaria ministrant. Sequitur. Hanc triplicem vim animae, scilicet sensualem, rationalem, & intellectualem, philosophi partes animae uocauerunt, non integrales sed uirtuales, quia potentiae eius sunt. Haec omnia in libro praedicto. Tota igitur ista familia pacificata, & quilibet in suum officium & opus ordinata & directa, & Regi suo plene subiecta, oes extranei regnum aia turbantes eiiciant, & excludant. Extranei autem sunt (ut dicit Richard.) omnes cogitatus tam uani quam noxij, qui nulli nostrae utilitati seruiunt, & similiter turba inordinatarum affectionum & sollicitudinum, quas omnes oportet eiicere, ut regis nostri legibus, & dilecti nostri amplexibus, quanto liberius tantum iucundius liceat inhaerere. Qui absterget omnem lachrymam ab oculis eorum. Ex his apparet, quod homo secundum uirtutes naturam debet operari, cum secundum uirtutes sit beatificabilis.



nostra hierarchia oportet ut principemur cum Principibus, scilicet media ad primum principium reducendo, ut reuelemus veritatem cum Archangelis: & per assistamus indigent cum Angelis: Vt igitur dicit Dionysii. diuinitas caelestes animos prius naturaliter mundat, postea illuminat, & illuminatos perficit, ad operationes perfectionis Deo conformes. Hæc illa.

Distinctio quinta.

Quintò uidendum est, qualiter in vtriusque operationibus diuersi gradus vel species distinguantur. Sed quia de operationibus specialibus prout respiciunt vitam contemplatiuam, supra dictum est in tertio itinere, distinctione quarta de gradibus contemplationis. Ideo modò dicendum est de gradibus operationum, prout respiciunt vitam actiuam. Et primò dicendum est de gradibus operationum virtualium, prout ordinantur ad proximum; secundò ut ordinantur in proprium subiectum, & tertio prout ordinantur ad Deum. Gradus operationum virtualium prout modò loquor de virtutibus, quarum quælibet habet plures gradus, ut ostendit Macrobius lib. i. de quatuor uirtutibus ubi recitat dicta Platonis: qui distinguit quatuor genera uirtutum, quarum quaedam dicuntur politica, quaedam purgatoria: quaedam purgati animi, quaedam exemplares. Primæ ordinantur hominem quoad proximum, secundæ quoad subiectum proprium, tertiæ quoad Deum, quartæ perficiunt alias. Politica sunt quibus boni viri reipublicæ consulunt, urbem tuentur, parentes venerantur, liberos amant, proximos diligunt, ciues suos bene gubernant. Purgati uirtutes, sunt in quantum ab his animam ad diuinam trahunt. Purgati animi uirtutes, sunt in quantum animum innixum diuinis expeditum tenent. Exemplares siue heroicæ sunt, quæ in solo Deo sunt, non ut in nobis, sed incomparabiliter excellentiori modo, à quibus omnes uirtutes in nos influunt, & operantur, & consistunt. Notandum est igitur, quòd Macrobius ibidem quamlibet istarum uirtutum distinguit, & diffinit, per quas diffinitiones patent earum gradus siue species & proprietates. Primò igitur diffiniens prudentiam primam uirtutum cardinalium, ut est uirtus politica, dicit. Prudentia est ad rationis normam uniuersa dirigere. Secundò ut est uirtus purgatoria diffinit eam sic. Prudentia est diuina non quasi in electione aliis præferre, sed quasi nihil aliud sit intueri, quod perfectiorum est. Exemplaris autem prudentia ut est in Deo, est ipsa mens diuina, uel diuinæ mentis regula, qua disponit uniuersa in cælo & in terra. Hæc ille. Ex his apparere potest, quòd

Quatuor genera uirtutum.

Virtutum cardinalium diffinitiones, & gradus.

primus gradus prudentiæ ut est uirtus politica, facit finem in omnibus rationabiliter operari, & cum omnibus honeste conuersari. Secundus gradus prudentiæ ut est uirtus purgatoria, mentem altius erigit, quia dum mundana despiciunt, æterna siue caelestia prudenter appetunt. Tertius gradus prudentiæ ut est uirtus purgati animi, mentem plenius perficit, dum eam in æterna figit, quia sola æterna appetit. Exemplaris autem prudentia quæ in solo Deo est, prædictos gradus inchoat, deducit & consummat, quia omnis prudentia uera à Deo est, ut patet. Secundò, Macrobius secundam uirtutem cardinalem scilicet, fortitudinem diffinit. Et primò ut est uirtus politica dicens. Fortitudo est quæ habet mentem super metum erigere, & nihil nisi turpia formidare. Secundò ut est uirtus purgatoria diffinit eam sic. Fortitudo est animam non terri terreat corporis cruciatu, ductu philosophiæ præcedente. Tertio ut est uirtus purgati animi, est passiones non uincere, sed animo petitis ignorare. Exemplaris fortitudo quæ in Deo est, est quòd semper idem est, nec unquam mutatur. Ex his patere potest, quòd primus gradus fortitudinis ut est uirtus politica, hominem facit omnem timorem pro utilitate reipublicæ postponere, & turpia formidare. Secundus gradus fortitudinis ut est uirtus purgatoria, mentem magis confortat, ut nulla poena temporalis eam terreat, quia ad sola æterna anhelat. Tertius gradus fortitudinis ut est uirtus purgati animi, mentem in æternis figit, quia cum omnia contraria uicerit, repugnare omnino & confidenter contemnit. Exemplaris autem fortitudo quæ in Deo est, prædictos gradus inchoat, deducit & consumat. Ipsa n. attingit ad finem usque ad finem fortiter, suauiter disponens omnia. Tertio, Macrobius uirtutem cardinalem tertiam, scilicet temperantiam diffiniens primò ut est uirtus politica, dicit sic. Temperantia est uirtus quæ in nullo moderationis mebitur excellit. Secundò ut est uirtus purgatoria diffinit sic. Temperantia est omnia relinquere, nisi quantum natura requirit. Tertio temperantia ut est uirtus purgati animi, est terrenas cupiditates non reprimere, sed obliuisci. Exemplaris autem temperantia quæ in Deo est, sic est, quod in se perpetua intentione conuersa est. Ex his apparet, quod primus gradus temperantiæ ut est uirtus politica hominem ab excessu, & defectu custodit, quia ei mediam uirtutis in omni operatione ostendit. Secundus gradus temperantiæ ut est uirtus purgatoria, mentem ad æterna perfectè dirigit, quia omnem superfluitatem rerum grauantium firmiter excludit. Tertius gradus temperantiæ, ut est uirtus purgati animi mentem æternis infigit, quia concupiscentia omnis inordinati concupiscentis penitus extinguit. Exemplaris autem temperantiæ quæ in Deo est, prædictos gradus temperantiæ inchoat, deducit, & perficit,

Ecclesi.

Sap.

perficit, quia omni creaturæ numerum, pondus & mensuram tribuit. Quarto, Macrobius uirtutem quartam cardinalem, scilicet iustitiam ut est uirtus politica diffinit dicens. Iustitia est in uisum istum despiciere, & seruare unicuique quod suum est, sibi ipsi, & proximo, & Deo. Secundò, iustitia ut est uirtus purgatoria, est ad ueram propositi uiam consentire. Tertio, iustitia ut est uirtus purgati animi, est cum diuina mente perpetuo sociari. Exemplaris iustitia ut in Deo est, est quod per henni lege à superna sui operis continuatione non flectitur. Hæc ille. Ex his patet, quod primus gradus iustitiæ ut est uirtus politica hominem ab omni iniquitate custodit, & cum omnibus pacificè conuersari docet. Secundus gradus iustitiæ ut est uirtus purgatoria, mentem ad æterna directè trahit, quia iusto ordini rectè rationis perfectè consentit. Tertius gradus iustitiæ ut est uirtus purgati animi, mentem in æternis figit, quia illam cum Deo perpetuo sociari facit. Exemplaris autem iustitia, ut in Deo est, prædictos gradus inchoat, deducit, & perficit, quod omnem creaturam perpetua, & inflexibili lege iustè regit. Ex his aliquoties patet, quòd gradus operationum uirtualium differet sunt in actiuis & contemplatiuis, & qualiter per uirtutes, ut sunt uirtutes politicae homo ordinatur in operationibus suis quo ad proximum, per uirtutes ut sunt purgati ordinatur quantum ad seipsum, ut sunt uirtutes purgati animi quantum ad Deum. Alias uirtutes exemplares quæ in Deo sunt solo, perficiunt secundum magis & minus, prout operantes in fide & charitate operantur lucis, eas perfectius, uel minus perfectè participat, uel imitantur.

Distinctio sexta.

Extò uidendum est, qualiter per utrasque operationes scilicet interiores & exteriores hominis, siue uitæ actiuæ siue contemplatiuæ spiritus humanus ad intrinsecum & æternale manerium Iesu ingrediatur. De quo notandum est, quod sicut dicit Prosper in lib. de uita contemplatiua. Licet uita actiua & contemplatiua itineribus disparibus incedant, ad eandem patriam tamen tendunt. Actiua uita (ait Prosper) habet sollicitudinem, contemplatiua uero habet gaudium sempiternum, quod non auferetur ab ea in æternum. Item in contemplatiua uita regnum percipitur, in actiua regnum acquiritur. Hæc scilicet actiua facit te plurimorum bonorum copia operum pulsare ianuam, illa scilicet contemplatiua uocat consummandos in patriam. In hac uidetur Deus. Hæc ille. Cum his concordat Augustinus in serm. de deificatione templi, dicens sic. Sicut malis operibus quasi quibusdam uectibus & seris uitæ nobis ianuam clauditur, ita absque dubio bonis operibus aperitur, igitur non solum bonis operibus hominis interioris, sed etiam bonis operibus homi-

nis exterioris puenit ad æterna, quia Deus reddit unicuique secundum opera sua. iuxta illud. Opera n. illorum sequuntur illos. Qui bona opera facit, quid aliud quod ad æterna uita quibusdam passibus tendit? Et qui æternam uitam querimus, quid aliud quod quamdam itinera agimus, per quæ ad patriam festinamus, ait Gregor. 22. moral. Quia quis in usu operis sit temporalitas, tñ in intentione debet esse æternitas. Et notandum, quod sicut per opera interioris hominis (ut per contemplationem) quæ sit quædam prælibatio æternæ uitæ, ita & per opera exterioris hominis sit in eo aliquam similitudinem aliqua uel imago æternæ uitæ, sicut dicit Ber. in lib. de amore Dei, ubi dicit sic. Sicut in sanctitate uitæ & hois interioris contemplatione, & fruitione diuinitatis, iam futura uitæ beatitudinem prælibare in hac uita uidentur, & imitari, sic et de corporum ipsorum glorificatione quæ plenè ibi percipiuntur, in hac uita non nihil percipiunt. Accepta n. illa gratia, quæ habitates in unum seipsum in Deo, & Deo in se ipsis fruuntur, ipsius carnis se sentiant uicisse oēs contradictiones, ut uniuersa substantia carnis non sit eis nisi instrumentum boni operis. Nam & si ipsius miseris & infirmitatibus conturbentur, ex hoc ipso in interiori homine fortius conalescunt, quoniam n. infirmior, tunc fortior sum, & potes, ait Apollolus. Sequitur. Sensus ipsi noua percipiunt quandam & prælibationem gratiam, oculos simplices & aures obtentantes, & aliquam in seruire orationis tanta cordis ignota quadam fragrantia inspirat, tanti gustus & si non gustado suauitas, tanta per murum tantum spiritualis charitatis incentiuum fit, ut uideantur sibi, intra seipsos spiritualis gratia cuiusdam uoluptatis gerere paradysum. Vultus est & totius corporis compositione, uita & morum & actuum decore, mutua est seruitutis in illis deuotis exhibitionibus, & pijs susceptioibus, cuiusdam gratiæ beneplacito sibi conueniunt inuicem & conuiuunt, ut uera sit cor unum & anima una. Nimium corporum suorum gloriam iam hic inchoant uel iniciunt, & puritate conscientiarum, & intima conuersationis gratia perfectè habituri, eam in futura & per henni uita pronuntiant. Hæc Bern. potest ergo humanus spiritus dicere. Ingrediar in locum tabernaculi tui.

Distinctio septima.

Septimò uidendum est, qualiter spiritus humanus ad uidendum per iter deiformis actionis, siue meritorie operationis ad intrinsecum & æternum manerium domini Iesu, ab ipso amorosè inuitatur dicente. Surge propera amica mea, formosa mea, columba mea & ueni. Dicitur igitur. O amica mea, propter operationis meæ hierarchicam imitationem. Amica (inquit) mea, quia manus tuæ stillant mirram. Quod exponens Vercellen. dicit sic, quòd per manus stillantes mirram signantur operationes hierarchicè ordinatæ. Nam sicut Deus stillat dona gratiarum, & perfectionem operationum

Apoc. 14.

2. Cor. 12.

Cant. 5.

m m prima



primæ angelicæ hierarchiæ, & illa instillat mediâ, & media ultima, ut patet per totam angelicam hierarchiam, ita anima in suo supremo à Deo recipiens suam perfectionem, suarum operationum circa superiora, & illa stillat in mediâ perfectionem suarum operationum circa superiora, & illa stillat in mediâ perfectionem suarum operationum respectu interiorum, sic & illa stillat in ultimam mentis hierarchiam perfectionem suarum operationum respectu exteriorum, & hæc est stillatio gratuita mirræ, quæ operationes præferuat à putredine uanæ laudis, & factore humani fauoris. Surge propter operationis tuæ ostensionem rectam, ut pater celestis honorificetur, & proximus edificetur, quia opera tua sunt plena coram Deo meo, ut dicitur in Apoc. Opera sunt plena coram Deo, ut Haymo ait, quando uirtutes datæ uirtutibus non commulatur, & exterius humana gloria non quaritur. Plenitudo enim legis est dilectio, ait Apostolus. O columba mea, propter operum tuorum fecundam parturitionem. Quasi enim columba, quæ est auis fecunda, aquas steriles mundi fugiens, & ad meum intrinsecum & æternum manerium quasi ad arcam salutis confugiens, portans ramum oliuæ uirentibus foliis, i. amorosam uoluntatem plenam operibus bonis, ibi ut columba fecunda in foraminibus petræ nidificans, æterna secunda parturis opera lucis. Vnde Bernar. super Cantic. exponens illud uerbum, dicit sic. O amica mea, si quietem desideras, si securitatem affectas, si fecunditatem amas, a sumæ pennas sicut columba, & uolans nidifica in uulneribus Iesu Christi, nusquam quies gratior, nusquam securitas tutior, nusquam fecunditas uberior, ubi hauries quod pullis ministres. Propera, propter operationis tuæ spiritualem refectionem. Dicit enim Origen. super Cantic. de naturâ boni operis est, quod ad ipsius multiplicationem multiplicetur etiam dilectio & delectatio, & quasi quoddam condimentum tibi spiritualis cibi est hilaritas benè operatiua. Nam bonum operatiu facit dulcedinem in gustu, & gaudium in corde. Et Greg. xxi. moral. dicit. Comedere animæ est bonis operibus satiari. Ergo propera. O forma mea, propter operum tuorum deiforme ordinationem. Deiformis autem ordinatio, ut dicit Lincon. super 3. ang. hier. est renouatio spiritus rationalis, & confortatio ipsius, prout possibile est secundum tria. scilicet amorem, scientiam, & operationem ad Deum, ad quod deiforme attingit nostra possibilis assimilatio ad ipsum, ut amor referatur ad spiritum, scientia ad filium, operatio ad patrem. Sequitur. Est enim in nobis primò amor boni in genere, deinde scientia bonorum in specie, de quibus ps. cedit in operationem singularium bonorum scitorum, & amatorum. Et quasi concludit dicens, quod rationalis creatura debet, ut possibile est, secundum amorem, scientiam, & operationem Deo assimili-

Apoc. 3.

Roma. 12.

Apoc. Cantic.

Eccl. 14.

Apoc. 14.

Prou. 9.

Cantic.

1. Cor. 6.

Ioan. 14.

lari, & ad eius imitationem redacti deiformiter. Et ueni propter operationis tuæ plenam remanentationem. Merces enim mea mecum est, dare uenitque secundum opera sua. Veni ergo ad me de libano sponsa mea, ueni coronaberis. Hoc uerbum exponens Vercellen. dicit. Quod omnes tres hierarchiæ sponsa candore lucis æterna perfusa sunt, quasi montes eleuati, & ideo in libanum conuersæ sunt, qui interpretatur candidatio, quare ter dicit, ueni. Primò igitur dicitur, ueni sponsa mea de intima hierarchia tua, quæ perfusa est lumine uirtutum politicarum, per quas charitate in formatas, operaris ordinatè circa omnia exteriora, exemplo & doctrina alios ad me reducendo. Secundò, ueni de media tua hierarchia, quæ perfusa est lumine uirtutum, quæ dicuntur purgatoria, per quas operaris ordinatè circa omnia tua interiora, habitus uirtutum, & donorum deiformiter exercendo, & proficiendo, ut dictum est. Tertio, ueni de suprema tua hierarchia, quæ perfusa est lumine uirtutum, quæ dicuntur purgati animi, per quas operaris ordinatè circa superiora, Deum sinceriter cõtemplando & fortiter amando, & sursum tendendo, ut coroneris. Pro operibus enim infima hierarchia coronaberis corona gaudiola. Vnde sapiens dicit. Circa te corona fratrum quasi plantatio cedrorum in monte libano, quia de omnibus per exemplum, & doctrinam tuam conuersis gaudebis. Secundò pro operibus media hierarchia, coronaberis corona speciosa. Vnde in Apo. dicit in capite eius corona xii. stellarum. Per duodenarium signatur uniuersitas perfectionis aliquid, ut patet per Augustinum in lib. de ciui. Dei. Tertio pro operibus supreme hierarchia, coronaberis corona gloriosa interminabilis æternitatis. Vnde in Prob. Corona tribuetur ei in generatione, & generatio nẽ. i. sempiternũ. Corona nec habet principium neque finem in figura, & signat æternitatem, quæ nec fine nec principio claudit. Veni igitur sponsa mea, quia mihi & tibi omnia communia sunt. Vnde Bernar. ferm. 7. super Cant. dicit. Non sunt inuenta æquè dulcia uerba, quibus uerbis animæ quasi dulces adinuicem exprimunt affectus, quemadmodum sponsus & sponsa, quibus quippe omnia cõia sunt, nihil proprium, nil à se diuisum habentibus, una utriusque hereditas, una domus, una mensa, unus thorus, una caro, & scdm Apost. Deus, & aia unus spūs. Vltimò dñs subiungit huius sanctæ imitationis dulce alleluuũ, dicens. Veni, quia uineæ florentes odorè dederunt, qui odor istius itineris mediũ facit odoriferũ, & fugat & expellit uenenata. Quid autem p uineas florentes, & odorem spargentes conuenientius intelligitur, quæ fecunda mentis potentia, & capacitates odoriferæ illius sapidæ sapientiæ patris, quæ est uera uirtus, quam pater celestis agricola in mentibus humanis, quæ in orto uinearum sacris inspirationibus plantat, sacramentis negetat, & bonis operibus maturat, prout gradatim ipsam uineam excolit,

excolit ut fructificet? Vnde Hugo in ij. de arca Noe. dicit. Hoc est uere lignum uitæ uerbum patris sapientiæ Dei quæ in cordibus sanctorum tanquam in paradiso inuisibiliter primò per timorem feminatur, post per gratiam irrigatur, per dilectionem moritur, per fidem radicitur, per deuotionem germinat, per compunctionem oritur, per desiderium crescit, per charitatem roboratur, per spem uiret, per circumspectionem frondet, & extendit ramos, per disciplinam floret, per uirtutem fructificat, per patientiam maturefcit, per mortem carpitur, per contemplationem cibat. Hæc ille. Cum igitur (ut dicit Diony. 4. eccl. hierar.) Iesus qui est uera sapientiæ patris sit fontana copiosa in seceptioni diuinorum suauitatum, & refundat de plenitudine sua diuissimas fragrantias sue odores ad deiformes intelligentias, in quibus meritis suauiter delectat, & sanctis, & odoriferis susceptionibus adimpleta utuntur intelligibili armento, penetrat ad intimos suos intellectuales sinus, secundum suam diuinam participationem, benè olentium distributionem, planum est, quod hi quos sapida sapientiæ inhabitat, sacris susceptionibus quasi uineæ florentes fecundantur, habitus uirtutum, & fructibus bonorum operum perficiuntur, & sic tot suauis odores alijs dant, quos exempla odoriferorum operum exaporant. Vnde Paulus dicit. Deo autem gratias, qui odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Bonus n. odor Christi sumus, his qui salui sunt, qui bono odore recreantur, & his qui pereunt, qui bonum odorem abominantur, sicut bufones bonum odorem uineæ florentes. De hoc odore require supra itine re. vj. Vineæ igitur florentes dicuntur fecundam mentis potentia, & capacitates odoriferæ, quas celestis agricola inhabitans, & excolens, facit eas floridas & odoriferas. Floridas per uerbum ueritatis, odoriferas per scriptum charitatis. Dionysius dicit. Quod filius & spiritus sanctus quasi quædam pullulationes à patre originem habent, & quasi quidam flores, & super substantialia lumina ab ipso lumine, uel patre luminũ existunt. Vnde agricola celestis dicit. Veni auster perfla hortum meum, ut fluant aromata illius. Quod uerbum exponens Vercellen. dicit. Sponsa hic inuitatur ad perfectionem hierarchicæ operationis. Auster enim est uentus calidus, & purus, & per eum potest intelligi uerbum quantum ad puritatem ueritatis, & spiritus sanctus quantum ad calidorem charitatis, dicit igitur agricola celestis. Veni auster, perfla hortum meum. i. supremam hierarchiam, quam specialius zelo tanquam hortum uoluptatis fecundam operibus ueritatis & odoriferis exemplis, ut producant uinum germinans uirgines, & uirgineas mentes, & aromata illius & participationes luminum odoriferorum fragrantis mentis fluant hierarchicæ, id est, fluant de summa mentis hierarchia in mediâ, & de mediâ in infimam, ut sic mens exerceatur ad perfectionem hierarchicæ operationis, scilicet ut fortiter & incessanter extendatur sursum ad Deum, ad hauriendum diuinum odoriferum lumen, quod uineam maxime fecundat, & perficit, & secundò haurit lumen odoriferum firmiter in se custodiat, & exerceat. Tertio illud lumen odoriferum alijs omnibus sine detrimento luminis sui, ueris doctrinis & odoriferis exemplis communit, ut dicere possit illud Eccl. 24. Ego sicut uitis fructificauit odorem suauitatis. Tota igitur Trinitas has uineas inhabitat, Pater in memoria, operarios ad laborandum excitans sacris inspirationibus, filius in intelligentia, operarios ad prudenter laborandum claris ueritatibus illuminans. Spiritus sanctus uoluntate, operarios ad laborandum exemplariter feruidis affectionibus inflammans. Vnde Origen. super Cant. dicit sic. Delitiosus intuitus memoria per partem confortata, intelligentia per suum illuminata, & uoluntatis per spiritum sanctum expedita ad operandum, quia Deo existente in uinis dicitur gaudi tanto ero remotior, quanto sterilitati propinquior. Et ibidem dicit. O amica mea conuertere in requiem tuam in Deum quum, ut in te tanquam in speculo imaginem suam expressiuam representet, in te ineffabiliter delectetur, & familiariter congratuletur, te eleuet inuouando, te inuouet decorando, te decorat amando, te amet inhabitando, te à casu futuro præseruet precando, & te lætificet de conversione gratias agendo. Hæc ille. Spiritus igitur noster ad ueniendum iam à Domino amorosè inuitatus, & ex hoc ad ambulandum prædicta itinera æternitatis uigorosè animatur, & amorosè & gratiosè à patre tractus, competenter petit dilectum, inuitantem horum itinerum esse socium, ducem, ductorem, & conseruatorem, quia ipse est uia, ueritas & uita. Ipse est uia per quam inus, de qua Is. d. Hæc est uia ambulate in ea. Et Augustinus super Ioanem dicit sic. Verbum assumendo hominem factum est uia, ambula per hominem & peruenies ad Deum. Ipse est ueritas per quam perueniemus, quia ueritas est finis enigmatum. Vnde Ioan. ait. Videbimus eum sicuti est. Neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Ipse est uita in qua permanebimus in æternum, unde dicitur in Prouerb. Qui me inuenerit, inueniet uitam, scilicet æternam. Dicit igitur spiritus amans confidenter illud uerbum Can. Veni dilectæ mi ad sitibundam æternorum intentionem, quantum ad iter primum scilicet rectæ intentionis, ingrediamur in agrum per deuotam æternorum meditationem, quantum ad iter secundum, commoremur in uallibus per limpida æternorum cõtemplationem, quantum ad iter tertium, mane surgamus ad ueniendum per inebriantem æternorum dilectionem, quantum ad iter quartum, uideamus si uineæ floruit, per pullulantem æternorum reuelationem, quantum ad iter quintum, si flores fructum par-

Eccl. 24.
super Cant.
1. Cor. 6.
Ioan. 14.
Isa. 30.
1. Ioan. 3.
Prou. 8.
Cantic. 7.



turiunt, per experimentalem eternorum pragu stationem, quantum ad iter sextum, si floruerit malapuica, per collum aternorum deiforme operationem, quantum ad iter septimū. Sic ibi homo in domū aternitatis suae. In qua (sicut dicit auctor de spiritu & anima) erit manifesta uisio, plena cognitio, uera dilectio, firma coniunctio, societas indiuidua, similitudo perfecta, uita beata in aeternum, & ultra in perpetuas aternitates. Odor autem & dulcedo praelibatur praedictorum, & gustatur a spiritibus ambulantiibus in praedictis itineribus, ex quo uelocius currunt. Vnde Greg. xv. moral. dicit. Superiora amare iam sursum ire est, damq; magno desiderio ad caelestia homo inhiat, miro modo hoc ipsum quod accipere querit, iam degustat. Ex quo spiritus trinerans maxime consolatur, consolatus currere calefcit, calefactus deuotione mollescit, mollescatus amando liquefcit, liquefactus feruendo sursum effluit, ut nusquam nisi in aternitate sistere, & quiescere uelit. Vnde Orige. dicit sic, quasi admirando. Diuinae consolationis dulcissimus affectus, ut audio, est liquefactio. Liquefcit enim mens cum deuotione mollescit, ut sponfus in ea suauiter cubet, & nihil ei dure obstat. Liquefcit dum deuotione calefcit, ut dilectus in ea calorem diuini amoris inueniat, ut quasi quidam contactus spiritualis fiat, qui maximam delectationem generat. Liquefcit, quia dum deuotione superfluit, ut Deus solum plenum dominium in ea obtineat, tunc omnes motus, omnes nifus, omnes impetus eius aternitate feliciter terminat. Haec ille. Ad quam domum aternitatis nos perducatur, conuecat, & inducat, qui est trinus & unus Deus in aeternū bndictus. Am.

Super C. u. cap. 2.

SERAPHICI DOCTORIS SANCTI BONAVENTURAE.

TRACTATUS DE QUATVOR VIRTUTIBVS CARDINALIBVS.



DE QUATVOR VIRTUTIBVS. Cardinalibus sunt uirtutes politicae. i. scientiae de gubernatione ciuitatum, purgatoria, purgati animi, ac exemplares. Senec. Quatuor uirtutum species multorum sapientum sententijs distincta sunt, quibus animus humanus comptus, ad honestate uitae possit accedere. Quarum prima est prudentia. Secunda magnanimitas. Tertia continentia. Quarta iustitia. Singulae igitur honestum & bene morigeratum faciunt uitum. Gregorius. Solidum nostrae mentis aedificium prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia sustinet. In his igitur quatuor uirtutibus, tota boni operis structura consur-

git. Vn̄ quatuor paradisi fluminibus terra irrigatur, quia dum his quatuor uirtutibus cor confunditur, ab omni desideriorum aestu temperatur. Cardinales appellantur, quia sicut ostium uertitur in cardine & regitur, ita his regitur & uertitur uita hominis. Per uirtutes namq; cardinales rectificatur anima in suis uiribus. Na prudentia rectificat uim rationalem. Fortitudo siue magnanimitas irascibilem. Temperantia siue continentia concupiscibilem. Iustitia uero rectificat omnes uires. Ipsa enim iustitia apprehendit omnes uirtutes ad proximum, ut est liberalitas, & ordinantes ad seipsum, sicut est poenitentia & innocentia. Et ordinantes ad Deum, sicut est latritia, pietas, & obedientia. Et ideo iustitia dicitur retinens omnes uirtutes, quia non tantum est specialis, sed generalis uirtus, comprehendens totius animi rectitudinem, cum ipsa dicatur rectitudo uoluntatis. Nota, per uirtutes cardinales homo in omnibus operibus instruitur, & contra uicia armatur. Primum fit dupliciter, quo ad se per prudentiam, ad proximum per iustitiam. Secundum etiam dupliciter. In prosperis per temperantiam, in aduersis per fortitudinem armatur. Augustinus. Prudentia est in praecauendis insidijs. Iustitia in subueniendis miseris. Fortitudo in perferendis molestijs. Temperantia in coercendis delectationibus prauis. Politica dicuntur, prout sunt in recto regimine rationis. Purgatoriae prout sunt in uictoria uitiorum, & respiciunt partim interiora, & partim exteriora. Purgati animi dicuntur, quando de uictis uitijs possessor uirtutum quiescit, raro in surgentibus motibus prauis primis. Exemplares dicuntur, quae in mente diuina consistunt. Nam idem in Deo sunt, & omnium reru exemplar est. Nota, quod qualibet uirtus cardinalis potest cooperari singulis uirtutibus iam praemissis. Nam prudentia prout est uirtus politica, ut ait Macrobius, est ad rationis normam quae cogitat & agit uniuersa dirigere, nihil praeter rectum facere uel uelle. Secundò prout est uirtus purgatoria, est mundum & omnia quae in mundo sunt diuinorum contemplatione despicere. Tertio prout est uirtus purgati animi, est sola diuina noscere, & ea tanq; nihil sit aliud intueri. Exemplaris autem est ipsa mens diuina, cui omnia nuda sunt & aperta, & disponit uniuersa quae in caelo sunt, & quae in terra sunt, &c. Primus gradus facit hominem in omnibus rationabiliter operari, & cum hominibus honeste conuersari. Secundus mentem altius erigit, quia cum mundana despicit, aeterna & caelestia prudenter appetit. Tertius mentem plenius perficit, dum eam in aeternis figit, quia sola aeterna caelestia bona concupiscit. Quartus qui solo Deo est, praedictos gradus inchoat deducit & consummat, quia ois uera prudentia a Domino Deo est. Seneca. Quisquis prudentiam sequi desideras, tunc per rationem recte uiuas, & omnia prius assumes & perpen-

Quae quatuor uirtutes cardinales dicuntur.

De prudentia.

De fortitudine.

De temperantia.

Seneca qualis homo prudens se ostendat.

Si prudens esse cupis, in futura prospectu intende, & quae possint contingere cuncta ante propone, nil tibi lubitum sit, sed anterotum prospicias. Nam qui prudens est, nunquam dicit, non putauit fieri, quia non dubitat, sed expectat, nec suspicatur sed cauet. Si prudentiam amplecteris, ubiq; idem eris, & prout uarietas exigit rerum, ita te accommodes temporis. Sermo tuus non sit inanis, sed aut suadeat, aut moneat, aut consoletur, aut praecipiat, lauda parca, ut uera parca. Nam similiter reprehensibilis nimia laudatio, sicut immoderata culpa. Illa siquidē adulatione, ista malignitate suspecta est. Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispenletur, praesentia ordina, futura prouide, & praeterita recordare. Nam qui non de futuro praemeditatur, in omnia incautus incedit, praepone animo tuo mala futura & bona, ut illa sustinere possis, ista moderari. Non semper sis in actu, sed interdum animo tuo dato requiem. Sed & ipsa requies plena sit scientia studijs, & cogitationibus bonis. Nam prudens nunquam marcescit ocio. Aliquando animum remissum nunquam dissolutum habet. Non te moueat auctoritas dicentis, nec quis sed quid dicatur attendito, nec q; multis, sed qualibus placeas cogites. Prudentia est bonarū rerū & malarum discretio utraq; cum fuga mali & electione boni, de qua procedit circumspectio, docilitas, & cautio. Circumspectio est cautela contrariorum uitiorum, quae fugimus auaritiam, & cauemus prodigalitatē. Docilitas est potentia erudiendi, hoc ordine ut prius te, & postea alios instruas. Cautio est prudentia discernendi uitia uirtutum speciem inferentia. Prudentia in sex diuiditur. In cognitionem praesentium. Vnde in Proverb. dicit. Praecedat palpebrae tuae gressus tuos, id est consilia tua facta tua proueniant. Secundò, in memoriam praeteritorum, unde dicit Ezechias. Recogitabo tibi oēs annos meos, & car. Tertio, in prouidentiam futurorum. Vnde Boetius. Nō sufficit intueri quod situm est ante oculos, prudentia rerum exitus metitur. In circumspectionē contrariorum, ut in Prou. dicitur. Est uia quae uidetur homini recta, nouissima aut illius ducunt ad mortem. Quintò, in cohibitionem peccatorum, unde dicit Paulus. Castigo corpus meū, & in seruitutem redigo. Sextò, in exercitationem uirtutum, ait enim Ecclesiastes. Quodcumq; potest manus tua facere, instanter operare. Secunda uirtus cardinalis est temperantia, quae prout est uirtus politica, est nihil appetere poenitendū, in nullo legem moderationis excedere, & sub iugo rationis cupiditatem domare. Secundò prout est purgatoria, est omnia relinquere in quantum natura patitur, quae corporis usus requirit. Tertio prout uirtus purgati animi, est terrenas cupiditates non solum reprimere, sed penitus obliuisci. Quarto prout exemplaris quae in Deo est, sic est, q; in se perpetua est, in intentione conuersa est. Primus ab excessu & defectu custodit, quia

ei medium uirtutis omni tempore ostendit. Secundus mentem ad aeterna perfecte dirigit, quia superfluitatem rerum grauantium firmiter excludit. Tertius mentem in aeternis figit, quia concupiscentiam omnis inordinati concupiscibilis penitus extinguit. Quartus praedictos gradus inchoat, deducit & perducit & perficit, quia omni creatura numerum pondus & mensuram tribuit. Seneca. Si continentiam diligis, circumscede superflua, & in arcum desideria constringe. Considera tecum quantum natura deposcat, non quantum cupiditas spectat, palatum tuum fames excitet, non sapores, nec ad uoluptatem, sed ad cibum accedas, nec praesentibus delectationibus inherebis, nec desiderabis absentes. Si continentiam diligis, turpia fugito antequam accidant, nec quicquam aliud magis ueres quam teipsum, omnia praeter turpitudinem tolerabilius crede, a uerbis quoq; turpibus te abstine, quia licentia eorum impudentiam nutrit. Si continens es, opus est continue affectiones adulationum repellere, quorum sermones animam quadam uoluptate resoluunt. Si continens es, & animi & corporis motus oblerua, ne indecori sint, nec ideo contemnes, quia latent: nam nihil differet si nemo uideat, cum ipse uideas. Cunctis esto benignus, nulli blandus, & paucis familiaris, omnibus aequus, bonae famae, neq; ire seminator, neq; inuidus alienae sollicitati, ad iram tardus, ad misericordiam p̄nus, in aduersis firmus, in prosperis cautus & humilis, uirtutum occultator sicut uitiorum, rari sermonis, sed loquentium patiens. Quae noli, sine arrogancia postulant imperies, quae nescis sine occultatione ignorantia, tibi postula humiliter impartiri. Notandum, q; temperantia est uirtus cum potentia resistendi illecebris nobis impetus facientibus, ex qua procedit continentia, q; est uirtus ab illecebris, castitas, sobrietas, parcitas quae retinemus retinenda, largitas, moderantia, honestas, abstinentia, uerecundia, modestia, omnium rerum moderatio. Tertia cardinalis uirtus est fortitudo politica, quae est animum supra periculi metum erigere, nihilq; nisi turpia timere. Secunda purgatoria est animo non terri contra quaeq; aduersa. Tertio purgati animi est, passiones non solum uincere corporis, sed animo penitus ignorare. Exemplaris quae in Deo est, q; semper idem est, nec unq; miratur. Ex his potest patere, q; primus gradus hominem facit omnem metum pro utilitate reipublicae postponere, & nihil nisi turpia formidare. Secundus magis confortat, ut nulla poena carnalis eum terreat, quia ad sola aeterna fortiter anhelat. Tertius mentem in aeternis figit, cum contraria uiderit repugnare animo, & confidenter contemnit. Quartus praedictos gradus inchoat, deducit & consummat. Ipse attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Seneca. Magnanimitas quae & fortitudo dicitur, si insit animo tuo, uiues cum magna

Notabiles Senecae sententia.

De fortitudine.

Sap. 8.



gna fiducia, liber, intrepidus, alacer. Magnū ani- mi humani bonum est, finem huius uitæ intrepī dum expectare. Si magnanimus fueris, nunquā iudicabis tibi contumeliam fieri de inimico, di ces, non mihi nocuit, sed nocendi animum ha- buit, & cum ipsum in potestate tua uideris, vin- dictam putabis uindicare potuisse, & non fecis- se. Scito enim magnum, & honestum uindictæ esse genus, ignoscere. Eris magnanimus, si pe- ricula non appetas ut temerarius, nec formidas ut timidus. Nam timidum non facit animum, nisi reprehensibilis uitæ conscientia. Fortitudo est immobilis inter aduersa animi laborum, & periculorum susceptio, quæ nec aduersitatis in- cursu frangitur, nec prosperitatis blandimento eleuatur. De qua oritur magnanimitas, fiducia, securitas, patientia, perseuerantia, longanimitas, humilitas, mansuetudo, &c. Quarta uir- tus Cardinalis est Iustitia politica, quæ est mū- dum despiciere, & seruare unicuique, quod suū est, scilicet sibi ipsi, & proximo, & Deo. Purgato- ria est ad ueram uiam proximi consentire, & uniuscuiusque uirtutes in suo uigore seruare. Ter- tiò, purgati animi est, cum diuina mente perpe- tuo fœdere sociari. Exemplaris Iustitia quæ in Deo est, perhenni lege à sempiterna, operis sui continuatione non secedit. Primus gradus ab omni iniquitate custodit, & cum omnibus ho- minibus conuersari facit. Secundus mentem ad æterna trahit, quia iusto ordine rationis perfe- ctè consentit. Tertius, mentem in æternis figit, quia illam cū Deo æterno perpetuo fœdere so- ciat. Quartus, prædictos gradus inchoat, dedu- cit, & perficit, qui omnem creaturam sua perpe- tua & inflexibili lege iuste regit. Ex his patet, quomodo per uirtutes cardinales, ut sunt poli- tica, homo ordinatur in operationibus suis quo ad proximum suum, per uirtutes, quæ sunt pur- gatorie, ordinatur ad seipsum. Purgati animi ad Deum. Seneca. Iustitia est naturæ decus, taci- ta conuentio.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS. OCTO COLLATIONES FACTÆ IN CONVENTU HOLOSANO.

De uerbi incarnatione. Collat. I.



Luc. 1.

Ide anima mea in nouata mirabilia ueritatis. Hæc omnia videre possumus, quæ fecit iunctura conscæ derans Deum & hominē in uerbo quod factū est, quod fecit Deus, & ostendit nobis. Priò uis uidere æter- nitatem nouam, quia qui filius Dei est æternaliter, caro factus est temporaliter. Vide aia mea,

non poterat te redimere nisi haberet precium, nec debebat secundum legem nisi esset propin- quus. Homo propinquus erat, sed precium non habebat. Deus precium habebat, sed propinquus non erat, non debebat nisi hō, non poterat nisi Deus. Factus est ergo Deus hō propinquus, & fa- ctus est noster Iesus uir p̄ciosior auro, & homo mundo obrizo. ut dicit Isa. Sacculum pecu- niæ tulit secum, quia Deus hō in carne apparuit, & uerbum in carne quasi pecuniam in sacco ab- scondit, & hominem reum redemit. Secundò ad- mittit immensitas breuitatem, quia uerbū ab- breuiatum fecit Dominus super terram. Verbū (inquām) Diuinitate immensum, est positione præsep̄ij abbreviatum. Vide animā mea, dulcia mirabilia & omnino tibi necessaria. Tua neces- sitas non minus quæ Dei filio supplebatur, sed tua possibilitas non capiebat immensum, & maior erat necessitas quæ capacitas. Propter quod mirabi- lis dispensatio consilii charitatis Diuinæ prouit- dit, ut si daret nobis filium quo indigebamus, & paruulum quem capere poteramus. Ideòque par- uulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Tertio, admittit pulchritudo obscuritæ, quia quicquid iucunditatis habeo, si non possum ut- dere tam immente charitatis donum, quid mi- hi prodest? Vnde in nostro Iesu aperta est, illa facies, in quam desiderat Angeli prospicere, fac- co mortalitatis nostræ, ut non solum uisibile cer- neremus inuisibili specie, sed nobis similem a- maremus in nostra carne. Vnde in Apoc. di. Fa- ctus est sol sicut saccus cilicinus. Sol iustitiæ Chri- stus Deus noster, qui secundum Apostolum est splendor gloriæ, & figura substantiæ patris. Spe- ciosior planè sole, & super omnem dispositionē stellarum luci comparatus inuenitur prior, & tū- pp nos factus est quasi saccus cilicinus pp aspe- ritatem. Quarto, admittit celsitudo abiectionē ip̄iū seruitutē, quæ non ad me, sed infra me descē- dit: quæ hodie iacuit ad pedes aialium ille, cuius gloriosi pedes uix erāt accessibiles altissimis An- gelorū. Ecce ipse bñdictus Deus oīa fecit ex par- te sua, ut eū habeamus, sit hō ut ei attineat, sit par- uus ut eū accipiat, sit uisibilis ut eū agnoscat, sit humilis ut eū attingat. Quintò, fortitudo admi- sit infirmitatē, sapia simplicitatē. Ego sum reus, & corā eius sapia uenire erubescō. Ego aduersa- rius, & iō ab eius potentia cōtremisco. Cōmissa mea (inquit) pauesco, & ante te erubescō. Ideò mira Dei benignitas, quæ semp magnificauit bñsa cere nobis, suā abscondit sapiam in simplicitatē, ne erubescā cōparare fortitudinē in infirmitate, & ne p̄timecā accedere. Ipse n. est quod portat oīa uerbo uirtutis suæ. Ipsum (inqu) tale uerbū factū est caro, & non solum hō passibilis, sed et in par- uulitate mihi similis, & carne mortalis. Sextò, iustitia subiit reatum, quia ne dicas quid pro- derit accedere, nec negocium meum cōingat complere? Hæc autem est mea necessitas, quia conceptus sum in omni malo, & priuatus omni bono,

Isa. 13.

Ad Rom. 9.

Isa. 9.

1. Pet. 1.

Apoc. 6.

Hebr. 1.

bono propter culpam meam & debitam penā, & indigeo à malo releuari, & in omni bono testi- tum, ut iustificemur à malo, opulentiā defectū- ut locupletemur in bono. Eū enim qui non noue- rat omnino peccatum, scilicet innocentem Ie- sum, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, fecit Deus peccatum pro no- bis, id est peccati nostri reatum sibi imposuit. Dominus posuit in eo iniquitates omnium no- strum, ut efficeremur iustitia Dei in illo. O ue- rē felicem necessitatem, quia ex quo Deus ho- mo Iesus nostrum reatum assumpsit soluendum uel necesse fuit Deum odire seipsum, quod est impossibile, uel reconciliari hominem reum, quod quidem est Deo acceptabile, & ab ipso in- tentum. Septimò subiit opulentiā egestatem, ut locupletemur in regno. Scitis gratiā Domini nostri Iesu Christi, quoniam cum esset diues, p̄- prer nos egemus factus est, ut illius inopia di- uites essemus. O quantum deberemus esse locu- pletati, quibus Deus tantum dedit, quod nudus & pauper remansit. Vide felicem necessitatem, in qua se posuit p̄ nobis. Amore nostro ebrius benedictus Iesus, quia necesse est hominem re- stitui in regnum, uel Iesum regem à regno exu- lare, priusquam ipse nostram assumpsit inopiam, & simul in unum conueniant diues & pauper. Sic ergo anima mea tuus Iesus Deus æternus as- sumpsit nouitatem, ut ei attineas, immensus bre- uitatem, ut eum accipias, pulchritudo obscuri- tatem, ne erubescas, fortissimus infirmitatem, ne contremiscas, iustissimus reatum, ut iustifice- ris à malo: opulentissimus defectum, ut locuple- teris in bono. Hæc Vbertinus.

De timore Domini. Collat. II.

Qua sapientiæ salutaris fons uitæ, & ini- tium sapientiæ timor Domini est, ait Ber- nar. Optimè refrigerans animam, in om- nibus noxiis desideriis astuantem, iacula inimi- cū potens extinguere, & per omnia pietati pro- ximorum timor Domini præferendus est. Qui- morem Domini semper habet præ oculis, ut e- ius pulchra, & omnes semitæ eius pacificæ. Stat- propositum Dei, stat semita pacis super timen- tes eum, ipsorum & dissimulans mala, & remu- nerans bona. Ut miro modo eis bona, & mala cooperentur in bonum. In ueritate didici, nil- tam efficacem ad gratiam promerendam, retinen- dā, & recuperandam, quàm si omni tempore co- ram Deo inueniaris, nō altum sapere, sed time- re. Beatus es, si cor tuum triplici timore repleue- ris, ut timeas quidē p̄ accepta gratia, longē am- plius pro amissa, longē plus pro recuperata. Ti- me ergo cum arriserit gratia, time cum abie- rit, time cum denuò reuertitur. Cum adest ti- me, ne indigne operis ex ea. Si recesserit multò

magis timendum, quia ubi tibi deficit gratia, ubi deficit & tu. Time ergo subtracta gratia, tū- quam mox casurus. Time quia reliquit te custo- dia tua. Pro omni tempore time Dum, & ex om- ni corde tuo. Tunc demum si plenè si perfecte ti- mueris, dabit tibi saporem charitatis.

De obedientia. Collat. III.

Uigitur obedientia religiosi Deo sit acce- ptabilis, ideò debet esse prompta sine di- latione, deuota sine dedignatione, uolū- taria sine contradictione, simplex sine disculsi- one, perseuerans sine cessatione, ordinata sine deuiatione, iucunda sine turbatione, strenua sine puillanimitate, & uniuersalis sine exceptione. Qualiter nos audimus nostros superiores, tabi- ter nostras exaudit Deus orationes. Hæc Au- gustinus, ut autem melius ualeas esse obediens, cogita semper quando uox præcipientis sonat in auribus tuis, quod uocem istam nō tanquam ab homine audias, sed tanquam ab ipso Deo. Item non est obediens, sed negligens, qui secun- dum expectat mandatum. Item Bernardus. At- parum est esse subiectum Deo, nisi sit omni crea- turæ humanae propter Deum, siue Abbati tan- quam præcellenti, siue ab eo Prioribus constitur- tis. Ego plus dico, paribus subdere, subdere & minoribus. Et si uis in iustitia esse perfectus, ua- de ad minorem, subdere inferiori iuniori incli- nato. Nota. Clymachus. Si quis erga patris su- biectionem suam conscientiam ad summum possedit mundam, iste de cætero per singulos dies mortem quasi somnium, magis uerò uitam expectans non conturbatur, cognoscens in soli- do, quia non ipse in tempore separationis, sed qui præest reddet rationem. Idem. Quando ab- sente eo qui præst. uultum ipsius imaginamur, hunc nobis astare putantes, & omnem colloca- tionem, uel sermonem, uel cibum, uel aliud qu- piam eū suspicamur, odire in nobis auertimus, tunc cognoscamus, quia legitimam obedientiā uerè exequimur.

De uerecundia. Collat. IIII.

Nescio, an quicquam gratius uerecundia- nad ornatum in moribus hominum esse queat? Quam pulchra hæc, & quam pul- chra gemma in uita & uultu adolescentis, quam uera, & minimè dubia bonæ nuncia spei, bonæ indolis est index, uirga disciplinæ est illi, qui padendis affectibus imminens, lubricæ aratis motus, actusque leues coerceat, reprimat in- solentes. Quid ita turpiloquii, & omnis de- inceps turpitudinis fugitans? Soror continen- tiæ est, indicium columbinæ simplicitatis, res- tis innocentia, lampas pudicæ mentis iugi- ter lucens, & nihil in ea turpe uel indecorum residere attemptet, quod non illico probat. Il- m m 4 la ex-



la expugnatrix malorum, & propugnatrix puritatis innata, specialis gloriae continentia est, fame custos, uita decus, uirtutis sedes, uirtutu primitia, natura laus, & insigne totius honestatis. Quid tam amicum uerecundo animo, quam secretum? Sed quid tam proprium uerecundiae, quam proprias uitae laudes, & uitare iactantia? Quid tam indecorum, maximè adolecenti, quam ostentatio sanctitatis?

De taciturnitate. Collat. V.

Stentij amicus appropinquat Deo, & latenter colloquens à Deo illuminatur. Sollicitus de exitu circueidit sermonem, & qui lectum animam possidet, quasi ignem auerit multiloquiū. Hac Clymachus. Bernardus. Bonum silentiū à iactantia, bonum à blasphemia, bonū à murmure & detractioe. Sileat à nobis lingua maledica, lingua blasphema, lingua magniloqua, quoniam bonum est in hoc triplici silentio salutare Domini praestolari. Ita cum ab his taceas, ne dederis silentium Deo, loquere illi contra iactantiam in confessione, ut obtineas ueniam de praeterito, loquere in gratiarum actione contra murmurationem, ut ampliorem inuenias gratiam in praesenti, loquere in oratione contra diffidentiam, ut consequaris gloriam in futuro. Cōfiteri (inquam) praeterita peccata, & pro praesentibus gratias age, & deinceps ora studiosius pro futuris, ut ne ipse quidem fileat, à remissione, ab immissione, aut promissione. Item luge silentium & ab omni strepitu secularium perpetua quies, cogit caelestia meditari: porro continētia labor & rigor disciplinae, Plalmorū, & hymnorum dulcedine releuantur. Pudor de praeteritis nouae conuersationis temperat austeritatem, uenturi timor iudicij pio cedit charitatis fraternae exercitio. Tediū & accediam procul pellit sanctarum uarietas obseruationum, labor & latebrae, & uoluntaria paupertas, haec sunt monachorum insignia, haec uitam solent nobilitare monasticam.

De deuotione. Collat. VI.

Psal. 76. Renuat consolari anima mea in alienis, si uis in Dei amore delectari, delicata siquidem consolatio est, nec omnino tribuitur admittentibus alienam, ait Bernar. Cuius mens ad alienas inhiat consolaciones, & non penitus renuit in caducis & transitoriis consolari, ipse sibi profectō subtrahit caelestis gratiam consolationis. Errat omnino si quis caelestem illam dulcedinē, huic carni, diuinum illud balsamum huic ueneno, charismata illa spiritus misceri posse huiusmodi illecebris arbitratur. Non amat ueritas angulos, in medio stat disciplina omnium, omnium studiis delectatur. Item sancta anima sola esto, ut soli illi serues teipsam, quem ex oibus

elegisti tibi. Fuge publicū, fuge domesticos, secede ab inimicis & intimis, nihil tibi & turbis, nihil cū multitudine ceterorū. Ipsum obliuiscer populū tuū, & domū patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum. Secede ergo, sed mente nō corpore, sed intentione, sed deuotione, sed spiritu. Solus es si communia non cogitas, si non affectas praesentia, si despicias quod multi suscipiunt, si fastidias quod omnes desiderant, si iurgia deuitas, si damna non sentias, si non recorderis iniuriarum. Cibus animae gratia Dei dulcissimus, sanè & omnem habens suauitatem, & delectamentum saporis, non modò delectat, sed reficit & medetur. Quatuor sunt signa, quae ostēdunt praesentiam gratiae Dei. In primis si cor in se est pacatum & quietum, quia in nulla re requiescit, & impletur cor nisi in solo Deo, quamuis & cetera affici quidem possunt, implere autem non possunt. Secundum, quando mens & animus ad deuotionem inclinari se sentit. Tertium, in praesentia gratiae tunc plus solito facies hominis hylarescit, & benignam se ostendit. Quartum est ferè idem, uidelicet, cum in motibus exterioribus plus homo est compositus atque ordinatus.

De diligentia. Collat. VII.

Num est quod multos à perfecta & feruenti emendatione retrahit. Horror difficultatis seu labor certaminis. Quoniam uerò illi maxime pra aliis in uirtutibus proficiunt, qui ea quae sibi magis contraria & grauiasunt, uirtutis uincere nituntur. Nam ubi homo plus proficit, & gratiam ampliorem meretur, ibi magis seipsum uincit, & in spiritu mortificat. Duo specialiter ad magnam emendationem iuuat, uidelicet subtrahere se uolenter, ad quod natura uitiosè inclinatur, & feruenter instare pro bono, quo amplius quis indiget. Quam nociuum est negligere uocationis suae propositum, & ad non comissa sensum inclinare. Religiosus qui se intentè & deuotè in sanctissima uita, & passione Dni exercet, oia utilia & necessaria sibi abundatè ibi inueniet, nec opus est ut extra Iesum aliqd grat. Religiosus feruidus oia bene portat & capit, quae illi iubentur. Religiosus negligens & tepidus habet tribulationem super tribulationem, & ex omni parte angustiam, quia interiori consolatione caret, & exteriorem quaerere prohibetur. Religiosus extra disciplinam uiuens, graui patet ruina. Qui laxiora querit & remissiora, semper in angustijs erit & c. ut patet in deuoto libello de imitatione Domini nostri Iesu Christi.

De disciplina. Collat. VIII.

Primo omnium iugo disciplinae insolentia morum domanda est, quousque diuus ac datus seniorum attrita legibus humilietur, & sanetur. ceruicosa uoluntas, bonumque in se naturae quod super-

superbiendo amiserat, obediendo recipiat. Accedit nimirum disciplinatis moribus bonum natura, quo redditur homo suauis & mitis, homo sine querela, neminem circueidens, neminem concutiens, nemine ledens, nemini se superextollens aut preferens. O qui compositum reddit oem corporis statum, nec non & membrum habitum, disciplina ceruicem submittit, ponit superciliū, componit uultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, stringit gulam, iram sedat, format incessum. Nam de monachis ordinatis & inordinatis dicit Abbas pastor sic. Qui queruliosus est, monachus non est. Qui malitiam in corde tenuerit, monachus non est. Qui iracundus est, monachus non est. Qui elatus & uerbosus est, monachus non est. Qui uere est monachus, semper est mansuetus, humilis, charitate plenus, & timorem Dei semper & ubique pra oculis habet, ut non peccet. Item Ioannes Abbas montis Sinai dicit. Monachus est, qui solam quae Dei sunt agit, cogitat, & loquitur, Christo ueritas in omni tempore loquitur & negotio. Monachus est, uiolentia natura indefinens, & custodia sensuum indeficiens. Monachus est, sanctificatum corpus, expurgati os, & illuminata mens. Et quis purus est fidelis & prudens monachus, qui sub obedientia subiectione, & labore doloreque calorem suum custodit inextinguibilem, & usque ad suum exitum ignem igni, & feruorem feruori, & amorem amori, & desiderium desiderio, & sollicitudinem sollicitudini quotidie non cessauit. Unde & Bern. Ille uere est monachus, qui deuotionem tenet in choro, patientiam in capitulo, disciplinam in labore, meditationem in lectione, feruorem in oratione, castitatem in tentatione, tolerantiam in aduersitate, humilitatem in prosperitate.

EIVSDEM SERAPHICI DOCT. S. BONAVENTURAE.

LIBELLVS APOLOGETICVS, id est excusatorius, in eos, qui minorum Fratrum ordini aduersantur.

Quaestio aduersariorum prima.



RAETER hoc quod surripitis clericis elemosinas, quae ipsis darentur, si uos non essetis, conquaeruntur, & detraheris in populo, & confundatis eos in predicationibus uestris, uicia eorum propalando. Insuper, quae suadatis hominibus, ne confiteantur eis, & ne dent eis oblationes, & alia quae deberet, cum ipsi sint potius quam uos, qui pro animabus eorum sunt rationem Domino reddituri. Responsio ad ista

per ordinem. Omnia quae ipsis iure debentur in oblationibus, decimis, & alijs, uel de approbata eis consuetudine dari solent a populo, nos potius suademus eis dari, quam impediamus, immo hortamur populum, eis ista non subtrahere, nec in alios pios usus erogare, & ius sui cuique tribuere, etiam peccatori. Si autem quatuor dog; quarunt consilium, ubi secundum Deum melius sit dare elemosynam, ad quam non tenentur ex debito: dicimus liberè, quod ibi sit melius, ubi uel maior est indigentia, uel maior Deo honor exhibetur, & ipsis dantibus, exinde efficaciora orationum suffragia prouenire creditur, uel quo ipsorum deuotio ad benefaciendum pro Deo feruentius inclinatur. Quod autem Plebanis suis confiteantur (ut debent) suademus, etiam his, qui nobis confessi fuerint, ut agnoscant eorum conscientias, quos regere debent, ut sciant, quibus exhibere, uel negare debeant ecclesiastica sacramenta, nisi forte tales sint aliqui, à quibus prohibeantur canones sacramenta requiri, ut suspensi ab officio, uel irregulares, uel ius ligandi, & soluendi non habentes, uel per quos animae magis irretiantur peccati laqueis, quam purgetur, de quibus non est nunc ulterius prosequendum. Quod autem detrahamus eis, & confundamus eos in populo, non oportet, quod nobis hoc imponant singulariter, cum ipsi non abscondant scelera sua. Sed per facti euidentiam omnibus ea propolant, & nobis etiam tacentibus, omnibus ingerant inde materiam detrahendi. Utinam nos soli ea sciremus, utinam ita essent occulta eorum peccata, quod nobis ea prodere uolentibus, non crederetur, & mendacij, & detractioe à populo arguerentur. Nunc autem tanti & tanti aperti sunt, multorum excessus, quod layci arguant nos, cum aliorum uicia in predicatione tangamus, quare tam enormia, & aperta, & multa, & magis noscua clericorum scelera non reprehendamus, cum non debeat esse personarum acceptio apud ueritatis doctorem, nec pro timore uel fauore debeat apertam ueritatem tacere, & hoc grauius redarguere, quod est nociuus, & quo Deus magis offenditur in quocunque? Inde est, quod propter hoc cogimur interdum, aliquid de clericorum excessibus tangere, ne putemur ex timore tacere, uel ex priuato fauore, quasi cum ipsis contra laycos pariter conspirauerimus, & ut layci aequanimius ferant, si eos corripimus, uidentes, quod nec clericis parcimus, & maximè ut ueritas Euangelij seruetur, quae omnium peccata detestatur, ne aliter putarent simplices, quod peccata non essent Deo odibilia, quae non audirent in clericis reprehendi, & stultae mulierculae putarent, non esse illicitum cum ipsis peccare, sicut aliquibus earum notum est, ab eis fuisse persuasum. Quod autem non nitamur eos in predicatione confundere, nec populo eos odibiles reddere, potest ex hoc patenter agnosci, quod multos eorum defectus scimus, & dissi-



disimulamus, nec populo propalamus expresse, parcentes eisdem. Cum & si non in omnibus, tamen in pluribus eorum plures reperiantur, per quos fierent despecti populo, si vellemus eos publice predicare, & hoc caute tacemus, his de causis, Vna pro pace & reuerentiam cleri, ne laycos contra clericos prouocemus ad discordiam, cum pro pace cleri & etiam adificatione populi, a Deo & a sede Apostolica specialiter missi sumus. Secunda, quod non possemus tamen per hoc emendare eos, nec haberemus alios meliores qui eis mox substituerentur, si isti omnes qui sunt reprehensibiles abijcerentur, & est minus malum aliquo modo habere istos quam nullos, maxime cum Episcopi & prelati non intenderent substituere meliores. Tertia, quod deserimus in hoc bonis qui sunt inter eos, & si pauci sunt qui cum ceteris confunderentur, cum rudis populus sine discretionem bonos & malos persequi inciperet & odire. Quarta & quasi precipua, ne si populus perderet omnino fidem in clericis, haeretici insurgerent & attraherent sibi populum, quasi oues destitutas pastoribus, & facerent eos haeticos, gloriantes quod nostro quasi testimonio, tam uites essent cleri, quod nullus eis obedire deberet, nec doctrinam eorum curare. Omnis enim haeticorum intentio ad hoc tendit, quod spreto clero eis credatur, & ad hoc non conuenit nos ipsorum esse cooperatores, qui potius debemus contra eos quasi lupos rapaces clero & Ecclesiae esse propugnatores, contra eorum ueritatis testimonij ex scripturis autenticis confutando. Quinta, quod luera animarum quaerimus, melius promouemus cum beneuolentia cleri & assensu, quos si in discreto agendo exacerbaremus, cum non possemus contra eos coiter prauallere, prohiberet nos animabus prodesse predicando, & confessiones audire. Et sic salus multarum animarum impediretur, & fieret quasi scissio in Ecclesia, dum cleri nos quasi reprobos persequi inciperent, & layci aut nobis aut ipsis fauentes, alteros despicerent, & eis credere recusarent. Et cum non possemus eos qui nobis fauerunt defendere a clero, quin eos nobiscum persequerentur & excommunicarent, tandem omnes nos desererent, & ex odio nostri doctrinam nostram cleri infamarent, & sic haeticis qui modo nos timent, aditus ad subuersionem fidelium sine contradictione pareretur, sicut lupis ubi canes non metuunt, & pastores sunt desides, datur audacia oues inuadendi. Nisi enim essent isti ordines in Ecclesia, qui ex officio predicationis & confessionis fideles illuminant, cito plurimi efficerentur haetici in his terris, ubi tam pauci inueniuntur cleri in sacra scriptura periti, cum nescirent haeticorum ueritatis obuiare. Immo ipsi cleri cito ab haeticis subuerterentur per calidas expositiones scripturae, in quibus nescirent eorum deprehendere fallacias, uel per promissiones seducerent eos.

Peruerfa haeticorum omnium intentio.

spondentes quod magni fierent inter ipsos. Et cum laycos attraherent cleri, etiam potius adhererent eis, qui soli relicti perirent inopia, cum nullus curaret eos, nec darent eis oblationes uel decimas, aut certe persecutionibus eorum exterminarentur, cum iam haberent laycos adiutores contra clerum, sicut modo cleri haeticos persequuntur. His ergo de causis & alijs, ut multa mala uiteretur, utilius indicamus tacere quam mala clericorum, quae populo prodere, ubi sine scaldalo possumus euitare, ut sunt ista. Quando quisque habet plures Ecclesias curam animarum habentes sine dispensatione Apostolica, omnes uacant ipso iure praeter ultimam, & nullum ius habet in alijs ligandi uel soluendi, nec eius uicarius, nec aliquos inde redditus percipiendi. Item illegitime natus nullum ius habet in beneficio curam animarum habente. Item qui recipit Ecclesiam per quamcumque symoniam. Item qui recipit Ecclesiam ab eo, qui non habet uerum ius conferendi eam. Omnis notorius fornicator cuius criminis testis est populus, iure taxatus, siue in domo sua teneat fornicatiam siue extra, uel unam habeat uel plures, est ipso iure suspensus ab officio, ita quod subditi non debent eius missam audire, nec conuerti ei, nec alia ab eo sacramenta recipere, nec potest eos excommunicare, nec absolueret. Item si suspensus celebrat & officiat Ecclesiam, uel quacumque excommunicatione ligatus, seu recipit ordinem clericalem, aut in eo solenniter ministrat, factus est irregularis, & non potest exercere officium clericale, etiam si iam fornicari cessauit, uel ab excommunicatione absolutus fuerit, nisi cum eo saper irregularitate contracta per sedem Apostolicam dispensetur, maxime si a iudice suspensionis sententia fuit lata. Huiusmodi autem sententia iam saepe feruntur in clericos, ab officialibus & archidiaconis & iudicibus ordinarijs uel delegatis, & parum curantur a multis. Videmus in terris istis tot esse imperitos clericos, in his quae ad regimen pertinent animarum, licet forte in grammatica uel alia scientia sint instructi, quod ubi centum uel plures plebani & uicarij conueniunt, uix pauci sint, qui uere sciant animas suas, uel alia quae ad salutem sunt necessaria, in his per scripturarum scientiam expedire. Et talibus imperitis non deberent eorum subditi confiteri propter periculum, ne forte ex ignorantia relinquant eos in statu damnationis, docendo non esse peccatum, quod est mortale peccatum, aut non ostendendo formam debitam satisfactionis de peccato confesso, ubi certa forma satisfactionis est necessaria, ut de restitutionibus rerum illicitè acquiratarum, certis locis uel personis uel haeredibus faciendis, ubi multi seducuntur. Scimus etiam, quod qui scieter in mortali peccato positus celebrat missam, qualibet uice mortaliter & grauiter peccat, & quantum in ipso est, rursus Christum crucifigit, quem pro denarijs, quos sibi sperat offerri, & illicite & indigne

Clericorum scelera non dissimulanda.

digne contrahat. Qui ergo offert ei quem tale esse praesumit uel scit, & rogat eum missam celebrare, facit eum Christo tantam inferre contumeliam, ut eum indigne contrahat, & peccat mortaliter. Sed qui facit aliquem peccare mortaliter, ipse peccat, ubi ignorantia non excusat, & secundum ista si nullus offerret uel audiret missas eorum, qui illicite celebrant, cessarent a celebratione uel corrigerent uitam suam, & sic multa peccata omitterentur. Multi etiam inordinate excommunicantes incurrunt poenam suspensionis & irregularitatis, & per alios actus plures in obedientiam merentur suspendi ab officio, & inefficax fit eorum auctoritas in subditos suos. Scimus etiam, quod qui est in peccato mortali, cum sibi Deus iratus sit, non placat eum pro alio peccatore. Ergo oratio cleri in peccato positi, inefficax est sibi, & alijs qui offerunt ei elemosinas, ut oret pro illis. Item clericus lubricus uanus & male expendens res Ecclesiae, quod plura habuerit plus peccat. Sed qui illi dant oblationes & alia, promouent eum ad amplius peccandum, expedit ergo ei non dari. Item qui recipit precium operis alicuius, & non deseruit, male recipit, sed clericus habens curam animarum, & non faciens quae debet eisdem in doctrina salutis, & bono exemplo, & efficaci oratione, & debita correctione, & in alijs, peccat recipiendo stipendia ecclesiastica, quae non deseruit ut debet. Ergo non deberet ei dari, ne daret occasio peccati. Quam paucissimi autem in terris istis iam respiciant, qui debito modo praesint animabus commissis, nimis est miserabile, qui aut ex defectu iuris, aut scientiae, aut uirtutis, aut diligentiae circa eas, aut liberae executionis officij sui nihil habeant reprehensibile, & quod eos tali officio reddat indignos. Quomodo uero tota Ecclesia per mala exempla clericorum & auaritiam corrumpatur, & negligentiam deformetur, & a statu debito elongetur, & quae ex hoc quotidie peccata increuant, & quot bona negligantur per mundum, quae uix aliquis sufficit estimare. Haec & plura alia cum uera esse scimus, & tamen ea populo non aperte predicemus, non debemus a clero iudicari, quod confusione eorum intendamus, & eos populo studeamus odibiles facere, sed magis si haberent intelligentiam, agnoscerent, quantum eos honoramus, & deserimus talia subtrahendo, propter causas supra notatas. Ideo tamen securius ista dissimulamus, quod nec clericorum nec laicorum cura nobis ita commissa est, ut de ipsis teneamur reddere rationem sicut prelati ipsorum, ad quos spectat eorum correctio, nisi in quantum ex libera charitate consideramus eis prodesse. Unde possumus tacere & loqui, quae secundum Deum & nobis & alijs expedire uidemus, cum nihil a nobis amplius requiratur. Vicia autem laicorum liberius arguimus, quia & patientius sustinent, & nesciunt literas, quibus instruantur quid debeant cauere uel facere, & minus periculum sequitur si eorum in

publico propalentur excessus, & facilius emendentur. Clericis autem possumus in capitulis suis, omnia pericula sua in sermonibus literalibus seorsum ostendere, cum reuerentia charitatis, & maturitate benigna, & sic magis proficimus apud eos. Quae. Cum ergo non sitis iudices clericorum uel laicorum, nec ad uos spectet eos redarguere uel corrigere, sed ad suos tantum rectores, quid usurpatis uobis iuris, etiam si causa praedicta non essent, ut alicuius uicia publice reprehendatis, sicut saepe tangitis in predicatione uicia quorumlibet laycorum, clericorum, & religiosorum, cum predicator non debeat arguendo descendere ad species peccatorum, sed in genere solum ostendere uicia & uirtutes, & nullam notabiliter confundere coram populo, peccata sua publice obiurgando alijs in scandalum? Responso. Intelligentibus constat, quod multum differunt actio iudicis & doctoris. Iudex enim ad quem spectat correctio delinquentium subditorum, debet inuestigare, excessus delinquentium eos audire, testes recipere, peccantem citare, crimina contra ipsum proposita ei obijcere, negantem conuincere, conuictum uel confessum punire, contumacem amplius ut magis terreatur arctare, & cogere ad satisfactionem, etiam inuitum. Cum ergo formam istam omnino non teneamus in predicando, non usurpamus nobis iudicis officium iudicantis super aliquem, sed imitamur tantum formam doctoris. Doctor uero seu predicator qui diuersi generis auditores debet instruere, ut uirtutes magis reddat commendabiles necessarias ad salutem, uicia his opposita quae sunt nociua & derestabilia ostendit. Et quibusdam generibus hominum quaedam uicia sunt magis usitata, ut mercatoribus fraus & mendacia, militibus rapina & incendia, & ita de alijs necesse est, quod propter generalem instructionem quodlibet genus hominum specialiter arguat, & moneat sibi specialius insidiantia uicia cauere, sicut medicus aegros diuersis infirmitatibus laborantes, docet a sibi magis noxijs cibis & alijs abstinere. Nihil enim prodesset infirmis si diceret, caute ab omnibus cibis nociuis generaliter, nisi specificaret in qualibet passione quid illi specialius noxium esset, aut proficuum sanitati. Quod autem dicitur, quod predicator debeat in genere omnes arguere peccantes, & non descendere ad species, hoc est intelligendum de notabili specificatione personarum, non uitorum uel statuum uel officiorum, quae non possunt proprie describi sine expressione officij uel status illorum, qui in hoc specialiter offendere consueuerunt. Potest enim sic congrue generaliter dici, uos artifices peccatis frequenter in hoc, & uos milites in hoc, & uos religiosi in isto, uos cleri in illo, & sic de alijs si sunt ibi plures de quolibet genere illorum ad quos loquitur, siue nullus, ut quisque sibi conscius talis peccati compungatur, & in se confundatur, & nullus specialiter notabilis

Quaest. 2.

Iudicis officia.

Munus doctoris seu praedicatoris.



tabilis de hoc reddatur, quem facti euidentia alijs non facit notabilem, uel qui seipsum non prodit esse reum, sibi ascribendo specialiter cum murmure, quod generaliter dictum conflat iuxta illud Poeta. Conscius ipse sui, de se putat omnia dici. Correctioni enim & edificatiioni tantum debet intendere doctor fidelis, non confusio uel infamatiioni alicuius presentis uel absentis. Vbiunq; ergo presumitur, qd aliquis specialiter de peccato prius incognito alijs ex predicatiione reddatur notabilis, unde potest oriri grauiamen uel scandalum, melius est tacere, & alia edificatiua magis loqui. Qui uero facere confueuit contrarium, aut contentiosum, aut inuidum, aut imprudentem se demonstrat, aut uanæ gloriæ cupidum, qui cum non aliunde esset acceptus apud homines, ex aliorum infamia gloriæ sibi querit. Quem confundendo exasperas, hinc tardius edificas, & rancoris aculeo uulneras.

Quæst. 3.

Quæst. Cum in predicatiione & confessiione audienda, multa sit discretio necessaria, & peritia scripturarum, quare ad hæc officia tam iuuenes (ut uidetur) & immaturos promoueris, qui & sibi & alijs aliquando minus profunt, & fortasse etiam obsunt, cum in clericis alijs hoc reprehendere soleatis animarum rectoribus? Resp. Licet enim aliquando qd iunior literatior sit, & magis discretus sit qd senior, & facies iuuenilis sepius maiorem celet aratem, & morum maturitas ætatis defectum suppleat, in plerisque tamen etiam propter hoc aliquoties ad hæc officia promouemus iuniores, ut interim discant per exercitium, quia cum uident se ad hæc officia assumptos, diligentius student, qui alijs forte legiores essent in studendo, & minus proficerent. Minus etiam obest, si minus adhuc perfecti sunt, & moti, dum uiuunt adhuc seniores, qui eos possunt informare, & corrigere, & defectus illorum in consilijs supplere, qd si illi deficerent penitus, & nemo eorum sciret instruere, si tunc primò exercitari deberent. Tot etiam sunt requirentes à nobis predicatiiones & confessiões & consilia, qd seniores non sufficiunt omnibus satisfacere, idè oportet nos de iunioribus, aliquos qui sperantur idonei promouere, qui onus seniorum subleuent, & petentibus satisfaciât, prout sciunt. Quamuis nullum scienter promoueamus, quæ non speremus idoneum. Tamen aliquando aliquis propter uoluntatem nostram minus efficitur utilis, quia multa sunt quæ ad idoneitatem tanti officii requiruntur, & satis est difficile, hæc omnia simul in omnibus reperiri. Quæstio. Quæ sunt ergo necessaria illi, qui ad predicatiōis & confessiōis officium est assumendus? Resp. Ut ad hoc sit idoneus, præter abilitatem illam quam confert gratia, quæ etiam est efficacior omnibus, quæ non in nostra potestate consistit, sed in beneplacito Dei, singulis prout uult dona sua diuidens, ista considerate in promouendis solemus ad hæc officia. Primò, qd sit competentis

Cur iuniores inter religiofos merito promouentur ad predicatiões, & confessiões.

Quæst. 4.

Qualis debeat esse promouendus.

ætatis, non multum à tricesimo distans anno, quæ sunt à pueris, puerilia reputantur. Secundò, qd non sit etiam facie & moribus puerilis, quia ista multum minuunt auctoritatem apud homines, tam dictorum qd factorum. Tertio, qd non sit ualde notabiliter deformis in corpore, uidelicet nimis breuis, uel crassus, uel gibbus, uel aliter turpiter deformatus, ne per hoc eius predicatiō despectui & risui haberetur. Quarto, qd non sit etiam ualde debilis corpore, cum ex hoc labores huius officii exequi uiriliter non ualeret.

Quintò, qd sit competentis facundia, ut possit ea quæ debet proponere sine fastidio auditorum. Sextò, qd sit saltem in grammatica & sacra scriptura tam sufficienter instructus, qd sine errore uel confusione sciat coram populo & clero proponere ueritatem, & in consilijs competenter satisfacere requirentibus de causis necessarijs, & in confessiōe de penitentis iniungendis imponendis. Septimò, qd sit talis in uita & in moribus, qd de ipso & fratre interius, & alij exterius nihil uideant uel audiant, per quod doctrina predicatiōis eius apud audientes quoquo modo uilescat. Nā cuius uita despiciatur, restat ut eius etiam predicatiō contemnatur. Octauò, qd etiã naturali tñ polleat industria, qd per famam simplicitatem non reddat contemptibile, quod per acquisitam scientiam apprehendit, ut sciat se honeste gerere inter homines, & prudenter in omnibus se habere. Nonò, qd non sit minus ad hoc uoluntarius, ut si ad hoc motu proprio non trahitur, saltem propter obedientiam bonum proximorum saluti intendere predicando, consulendo, & confessiões audiendo, & alios edificando non contentiosè recuset. Grego. Quod mens uoluntariè non recipit, congruè non disponit. Sic multi sanctorum officium quo prodesse debebant proximis, humiliter fugiebant, & tñ ad hoc tracti per obedientiam, sollicitè adimplebant, ut Moses, Hieremias, & alij plures noui & ueteris testamenti doctores. His donis ornato, si gratia affuerit, potest & debet imponi officium predicatiōis, & confessiōis, in ordine ubi fuerit necessarium. Qui uero alios non idoneos pro priuata societate promouent, ordini confusioem, & animabus nocuumtum, & ipsis promotis detrimentum, & sibi met culpam non paruum procurant, cum negligentiam inutilium & imperitorum tam in consilijs incautis, qd in absolutiōibus inefficacibus, & in alijs nocuentis animarum ab eis qui tales promouent, merito requirantur. Tales enim in multis sæpè possunt offendere uel scandalizare, dum non dicenda populo predicant, uel falsa docendo errorem inducunt, uel aliter fortè minus compositè se habendo.

Item in confessiōe fortè nesciunt consistentes debito modo instruere, nec inter peccata grauiora & leuia distinguere, & aut faciunt ex nimio rigore desperare, aut cum adhuc in statu damnationis sunt, dant eis spem de saluatione, & indulgent

Di. Grego.

Ineptia eorum qd audiunt confessiones, dāna multa causat

dulgent eis corpus Domini recipere. Et maxime circa rerum inuillarum acquisitionem, uel restitutionem multi seducuntur, dum non informantur quæ sit iniusta conquisitiō, uel qualiter purè restituant quibus debent. Ex moribus etiã quorundam & uita predicantium uilescit sæpè doctrina uerborum, dum alta docent uerbo predicatiōis, sed minus edificatiua ostendunt exēplo actionis. Unde ut diligenti examinatione inuigil, qui debet esse doctor in medicina corporum, ita multa consideratione opus est, si sit idoneus, qui debet esse doctor & medicus animarum, cum sint subtiliores & periculosiores & incurabiliore morbi peccatorum, qd passiones corporaliū infirmitatum. Illi uero qui se ad hæc officia impudenter ingerunt, indignantes si ad ea tardius promouentur, qd sint imprudentes pendere nolunt aut nesciunt, & corpore se ad hoc ostendunt & reddunt indignos. Nam si digni fuerint & idonei, non debent se ad hoc ingerere, sed modeste expectare, quousq; per inspirationem Dei, à prælati suis & fratribus ad hoc suo tempore assumantur. Si autem indigni uel nondum idonei, tunc si se ingerunt, primò quidem temerarij sunt, qd anteq; nocentur, ad tm officium currere præsumunt, unde Hiero. Ipsi currebant, cum ego non mitterem eos, scilicet predicare, & Paulus. Quomodo predicabunt nisi mittantur? idè alibi. Nec quisquam sumit sibi honore, sed qui uocat à Deo tanq; Aaron &c. & Christus dicit in Ioan. Neq; enim à meipso ueni, sed ille me misit, scilicet pater. Secundò superbi, quia seipfos reputant dignos & idoneos, ad quod forte nec Deus nec fratres uel prælati sui iudicāt eos idoneos, sicut Chore, qui uoluit sibi sacerdotium uēdicare. Tertio stulti, quia cum talia officia sint occasio tentationis per inanem gloriam, auaritiam, luxuriam, noxiam, libertatem & internæ deuotionis extinctionem, & alia plura pericula, qd ipsi met se talibus incautè ingerunt, nimis stultè se satis periculis sine necessitate exponunt, cū fugere magis deberent à periculo, qd illud appetere, nescientes, quo exitu bellum qd sibi concitant finiatur. Quarto non carent rancore inuidia, uel contra eos qui ad hæc officia eos promouere possunt & non faciunt, uel qui fortè impedierunt, imputantes illorum maleuolentiæ magis qd suæ insufficientiæ, qd non promouentur, cū ipsi sibi uideantur ad hæc digniores, qd illi quos alijs se reputant aptiores. Quæst. Cū prudentum sit non leuiter retractare quæ faciunt, sed ante diligenter deliberare faciendā, ne postea oporteat reuocare, & uos toties mutetis prælatos ordinis, uideamini aut inconsideratè constitutere inutiles ad tantum officium, aut sine ratione utiles deicere, quod est signum inconstantiæ & impatientiæ, qd non possitis pati rectores idoneos, quos iniuriōsè abijcitis, aut qui in officio ita peruersi fiunt, qd merito non debeant in eo

Hier. 23.

Rom. 10. Heb. 5.

Ioan. 7.

Num. 16.

Quæst. 5.

duntius tolerari, aut qd tam paucos habeatis in ordine pro officio regimini idoneos, qd semper queritis meliores. Resp. Sicut supra de officijs & confessiōibus dictum est, plures conditiones ad hæc fore necessaria, ita de officio regimini animarum est tenendum. Requiritur. n. in prælato ætatis maturitas. Honestas admodum personalitas. Vitæ irreprehensibilitas. Quarto qd non sit idiota in literarum sciētia. Quintò qd sit discretus & prouidus ex naturali industria. Sextò qd sit zelator iustitiæ & ordinis disciplinæ. Septimò qd sit tractabilis per mansuetudinis lenitatē. Octauò qd sic compassius pietate fraterna. Nonò qd sit deuotus habens orationis usum, & fiducialiter agens cum Deo. Decimò ex gultu internæ dulcedinis eius, & experimento crebro ex auctoriōis, qui semper in officio esse se debeat, & tñ cum ad hoc compellitur, æquanimiter illud ferat, nec propter hoc ut citius absoluaatur ab officio, negligentius in eo se gerat. Undecimò qd corporis imbecillitate à communis uitæ obseruantia non omnino impediatur. Iste conditiones simul omnes in paucis reperiri, idè paucos stabiles in officio possumus habere prælatos, dū aut minus sunt corpore debiles, pro talibus laboribus & sollicitudinibus susserendis, aut nimis inuoluntarij pro timore conscientia, dum semper eriment minus qd debeant facere, aut in exterioribus prouisionibus minus triti, aut mores eorū in aliquo fratribus displicent uel minus placent, aut fortè in alio loco uel officio utiliores sunt quidam, propter ista sæpè mutantur prælati. Bonum est etiam propter hoc, ne fiant aliqui insolētes, si scirent se in dño permanuros diu, ut sic in humilitate seruētur, & subditi quibus fortè grauis esset aliorum alicuius prælatio, de spe facilis absolutiōis eius consolentur. Sunt etiam quidā boni subditi, sed inutiles pro prælati, idè deponuntur. Quæst. Cur aut toties mutatis fratres aliquos de loco ad locum? Suspectum. n. uideatur, quasi aliquod crimen ibi comiserint, unde mutant, uel quasi ex impatiētia sua uel aliorum non possint ibi manere, uel ex rancore non permittat eum prælati ibi stare, ubi diligit & consolatur esse. Resp. Vix aliquid sit tā purè, quin possit ab aliquo sinistre interpretari, quasi malè fiat. Sed bonū nō idè malū est, si illud mali seu stulti dicunt malum. Sunt aut plures cause quare fratres de loco ad locū mutantur. Aliqñ consolatio eius qui mutatur, quia sic petiuit. Aliqñ consolatio ipsorū ad quos mittitur, quia hoc petierunt diligentes eū pro bona conuersatione uel utilitate. Aliqñ forsitan quia alibi magis necessarius est, & utilis pro predicatiōe & confessiōe, uel alio officio domus illius. Aliqñ pro maiore spūs eius quiete, quia ibi minus à parentibus & alijs requirentibus infestatur. Aliqñ pro cōi recreatione, quia aer uel uisualia plus ibi cōpetunt ei, uel suppetunt pro indigētia sua. Aliqñ quia in uno loco habet aliqñ tentationis alicuius

In officio regimini quæ sint spectanda.

Quæst. 6.

Cur fratres de loco ad locum mutantur.



cuius materiam, quam non habet in alio. Posset etiam aliqñ accidere, q̄ aliquis deliquisset in uno loco, q̄ pro sopiendo scandalo, expediret eū mutari in alium locum. Similiter posset aliquis ita esse distortus moribus, uel ex aliqua corporis qualitate onerosus, q̄ pro petitione oneris alijs transmitteretur ad tempus, ut alii interim ab eo releuariētur, sicut onus ab uno humero in aliu commutatur. Valet etiam ad hoc maxime talis mutatio, ut fratres secundum regulam agnoscat se peregrinos & aduenas in hoc mundo, non habitantes hic manentem ciuitate, & semper eternā patriam inquirentes. Si. n. in uno loco dia stare deberent, quidam nimias ibi contraherent cum extraneis cum potentibus cum feminis amicitias, corporis commoda procurarent, sumptuosas adificia construerent, & cum ibi quali notiora magis uiderentur esse necessarii, tanto uellet esse super ceteros potētiores, ita ut nec prelari auderet sine ipsis in domo aliquid ordinare, & ueluti quada dicitur in scriptis stabilis uix equo aio se sent, si uellent eos pro aliqua eā mutare, et si q̄ modis expediret. Ut ergo puritas paupertatis & obedientia melius obseruētur in ordine, & mala plurima praeuēantur, expedit fratribus aliqñ a loco mutari. **Quest.** Cui potius deberet diligere si religiosi & boni apud uos essent uicini, quā seculares & insolentes laici, quare impeditis aliqñ et per priuilegiū papale, alios religiosos circa uestram habitationē sibi mansionem construere, nisi q̄ v̄ inuidia esse in causa? **Resp.** Non pro inuidia, sed potius pro pace priuilegium hoc a sede Apostolica datum agnoscat, & ob eandem causam pacis eorum utimur, cum non tam nobis q̄ et alijs possit aliter in posterū turbatio & materia scandali suboriri. Si. n. ali qñ necesse foret, eis uel nobis areas nostras ampliare non possemus, cum alij priores eas iam occupassent. Si aut aliqñ aree inter nos & illos essent mediae, cū utriq; eas certatim pre-occupare desiderarent, ex auaritia sua uenditores earū uix pro triplicato precio eas darent. Vel si forte pauperes essent possessores earū, aliquis diues auarus eas premeret, ut nobis eas postea carissime uenderet, uidens nos ipsis necessarios indigere. Item forte conueniret eis uel nobis, officinas nostras p̄ situm loci aliqñ sic ordinare, q̄ essent alijs pro magno incommodo, & frequentium turbatione, ut si chorus ipsorum poneretur apud locum infirmorum nostrorum, uel aliter quolibet modo, uidelicet larrina, coquina, dormitorium, refectorium, capitulū, domus hospitum, q̄ p̄ pacem infirmorum cordium, magis expedit nos esse longius segregatos. Posset et qñq; diuinum officium apud alterutros impediri, si oratoria nimis essent contrigua, cātu suo mutuo se impediētibz. Idē posset fieri de praedicatione, cū utrobiz forte pro causa aliqua praedicare contingeret. Si et aliquis qñq; confiteretur apud illos, & placeret ei et ab eorum apud nos

Simile.

Quest. 7.

Cur inrecauti est, ne monasterium in xti aliud monasterium addi ficetur.

consilium requirere, aut nō auderet facere hoc, timens q̄ prior confessor indignaretur, quasi nō sufficei et ei pro confessore dum querebat alium, aut forte putaretur uelle explorare, quid ille uel ille cōsaleret, & inde querere frequentarent illos, q̄ illas in officio diuino uel in alijs, uiderentur alios minus diligere, & fieret materia murmurandi. Infirmis. n. cordibus ex leui occasione plurimam materiam ministratur, & ideo necesse est, ut praeuēantur talia quae ipsis nocent, & alios scandalizant, ne postea emendari non ualeat, quod in principio facilius praeuētur. Viri. n. et est horum ciuitatis, ubi fratres morantur, q̄ in diuersis locis se dilinēntis eis religiosi morant, q̄ in ista angulo plures manerent, & alia pars manis remaneret, per quoru uicinitate possent spūaliter consolari. Quid si forte tales forent religiosi, qui apud nos habitare uellent, per quos non admitterentur fideles, sed potius scanda- lizarentur, tunc bño expediat, q̄ non sint nobis uicini, ne forte ipsorum insolentia nobis aliquando ascriberentur, aut nesciretur an ad eos uel ad nos latenter intrarent persona suspecta, aut certe ipsorum dissolutio fieret aliqñ nouitatis tentationis occasio, uel et alijs causa inquietudinis, & impedimentum in studio spūali. Si autem quidam infirmi aliqñ dolerent, cum forte uiderent alijs religiosi largiores elemosynas dari q̄ sibi, & ex hac inuidia torquerentur de uicinitate illorum, hoc nec probamus nec oīno negamus, sed nō est nostra intentio propter hoc praedictū uti priuilegio, sed potius propter causas ante positas, & si quae alia possunt rationabiles inueniri. **Quest.** Cum uiciniq; liberum sit, uestem suā formare prout uult, & de pāno seu colore quolibet, uideat in ualde inuariari quibusdam religiosi uitis uel feminis, prohibendo ne deferant uestes in colore uel forma habitui uestro conformes. **Resp.** Multis de causis habitum nostrum alios ferre non sustinemus, & p̄ priuilegium Apostolicū omnibus inhihemus. Una causa quia cū sumus ex professione regulae mendicantes, si sub nostro habitu diuersi hinc inde mendicarent, hostes qui iam illis elemosynā dedissent, & nos uel alii in simili habitu iterum superuenirent, putarent, q̄ idem ex auaritia iterum peteret, & scandalizaretur de ipsis uel de nobis, q̄ nimis eos petendo grauaremus. Item cum putarent nobis dedisse quod alijs nobis similibz dederunt, qui inter habitus, nescirent discernere, recusarent nobis iterum dare elemosynam, & sic nihil acquirere possemus & periremus. Itē cum multi intelligerent, q̄ hostes magis diligerent nos, & libentius nobis subuenirent q̄ alijs, sub habitu nostro per terras discurreret, & quod nobis dandum esset, ipsi praepererent fraudulenter, & peccarent, & nos fraudarentur, & homines grauarentur. Alia causa, quia cū pro edificatione Ecclesiae specialiter missi sumus, si sub nostro

Quest. 8.

Cur habitū nostrū ab alijs deferri in decens sit nec sustinendum omnino.

nostro habitu alius aliquo peccato scandalizaret homines, uel nos taliter infamaret, uel suam sienequitiam cōtegeret, cum reiecto habitu nostro non agnosceretur, sed frater ordinis nostri putaretur hoc fecisse, Ecclesia non haberet de nobis adificationem sed scandalum, & nos frequentes exinde confusiones pateremur, cū multa similia attērent, sicut comperimus aliquoties esse factum. Item posset haereticus aliquis sub nostro habitu in locis oportunis docere heresim, ut sic ei quasi probato fratri ordinis nostri crederetur, et nos similiter infamaret. Itē si forte aliqñ ex nostris aliqui in uia minus honeste se gererent, cum super hoc corriperentur a nobis, possent excusare se, q̄ sub nostro habitu alii hoc fecissent, cum de personis esset dubium, quae fuissent. Ne igitur tantus ordo taliter cōsumatur, & tot mala inde proueniāt, expedit, ut ordinis nostri habitū nullus alius permittatur deferre. **Quaest.** Cum asseratis uos secundum regulam & profestonem uestram, nullos debere recipere prouentus reddituum seu possessiones, exceptis domibus in quibus habitatis, uideamini transgressores regulae uestrae, in eo q̄ recipitis domos uel areas non contiguas uestris areis, in quibus habitatis. Eodem enim modo si hoc licet, poteritis etiam uineas recipere, & agros, & mālos, & similia quaeq; recipere, immo grangias, & uillas, & castra, & terras, & opida, & quae cūq; fuerint uobis data, & sic pristina paupertas & mendicitas, quam professi estis, paulatim euanesceret, & nō eritis discipuli sancti Frācis, cum non sequamini uestigia eius, nec eius regulam teneatis. De domibus enim uobis contiguas potest esse excusabile, q̄ pro dilatada area uestra illas quandoq; recipiatis, sed de alijs non ita, in quibus homines alios pro censu locatis, quem procurator uester loco uestri exigit, & in usus uestros conuertit de uoluntate uestra. **Resp.** Si qui in talibus incaute agūt, dolemus, & contradicimus, & prohibemus. Qualiter aut in hoc licet agere possimus, aduerte, & tunc nō iudicabis nos (si sanē intelligis) transgressores. Protestamur nos secundum regulam nostram, nō debere seu uelle possessionis, uel certoru reddituum recipere, uel habere. Quia uerō medici sumus & pauperes, ea quibus pro praesenti necessitate indigemus, ideo recipimus prout licet, siue pro soluendis debitis, uel alijs necessarijs procurandis. Cum ergo aliquis ex deuotione uult nobis legare domum suam, uel arcam non contiguam nostrae mansioni, non recipimus eam, nec per nos, nec per interpositam personam uestrā. Sed si ille eam disponit per alium quemcūque, ut ea uendita, de precio eius prouideatur nobis ex parte sui, in his quibus tunc indigemus procurandis uel soluendis debitis, acceptamus. Si

Quest. 9.

Quidam modū leuatae possessionis a fratribz recipi.

autem ille timens ne forte eius talis dispositio per haeredes suos uel alios in posterū impediatur, & propter hoc praecupat roborare illā sigillo alicuius iudicis, uel ciuium, uel alterius, & committit sic alicui amico suo eam, uel fratru, qui conseruat quod ipse disposuit de domo tali uel area, nil ad nos, cum de rebus suis possit ordinare quod uolet. Nec domum nec locum talē dicimus esse nostrum, cum nihil iuris nos in ea protestemur habere. Similiter si aliquis disponeret per amicum uel alium, q̄ de precio uel de prouentibus illis uel illis, darentur fratribz tot panes quotidie, uel tantum elemosynae singulis septimanis aut annis, non essemus p̄ hoc praedij uel reddituum possessores. Nam si me petente elemosynam, aliquis diues promittat, q̄ singulis annis uelit dare fratribz duas tunicas uel tārū unam, uel singulis hebdomadibus tot panes, & hoc committat officialibus suis, ut uice sui ista dent etiam eo absente, & hoc pro fratribz recipiam, uel etiam si illi negligant dare, admodū exigat, nunquid propterea certos redditus habere dicendi sumus, cum non ex iure, sed ex gratia solum talem elemosynam recipiam, uel exigam? Et si post obitū illius, uxor eius uel alii amici pro anima illius adhuc uelint, aliquo tempore talem nobis elemosynam per se uel ex dispositione illius largiri, possumus similiter recipere ex eadem gratia, ita q̄ quando cūq; nollet amplius ista dare, nil peteremus ab eis quasi ex debito, sed more mendicorum recurremus ad donum clementis Dñi pro quotidiana elemosyna, q̄ diu illi placeret, sed quando plus nollet, abiremus uacui, gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato. Hae est uera & pura uita mendicorum, quod datur ex gratia recipere, non ex iure. De censibus uerō domorum fratribz legatarum nihil quaerimus, sicut nec de alijs redditibus. Si autem anteq̄ uendantur, aliquem inde censum recipiunt, in quorum tunc potestate sunt ille domus, nil iuris habere in eo protestamur, sed elemosynam nobis spōtē oblatam simpliciter recipimus, sicut aliunde donatam. Quia uerō Dominus docet nos cauere ab hominibus, & Apostolus ab omni specie mala abstinere, ne putemur ab ignorantibus transgressores regulae nostrae, debemus aperte protestari, nil nobis iuris in talibus donationibus uelle habere, sicut tenetur suspectus de fornicatione omnia illa cauere, ex quibus posset ista suspitio probabilis iudicari. **Quest.** Cum nulli deberetis facere iniuriam uel damnum inferre, hoc non seruatis, quia saepe contra uoluntatē plebanorum recipitis domos in eorū parrochijs, unde eis multum deperit de oblationibus & alijs prouentibus, dum uos occupatis loca in quibus alii habitarent, qui eis ista persoluerent. Item saepe sine licentia Episcoporum, intratis eorū dioceses. Aliqñ inconsultis Dñis terra uel ciuitatis, domos recipitis in eisdem. **Resp.** Non oīa

Nota.

Math. 10. 1. Thef. 5.

Quest. 10.

Resp. 1. quax.



quæ sunt contra uoluntatem alicuius, ad iniuriam eius sunt. Cum ergo ciues alicuius oppidi nos uocant, & locant nos apud se in tali loco, ubi etiam possent Iudeos locare, uel aream pro ladiis facere, uel horrea seu stabula de quibus nil proueniret plebano loci, etiam si nos ibi non essemus, non facimus eis iniuriam ullo modo. Summus etiã non deterioris conditionis q̄ alij Christiani uel religiosi, quibus conceditur domos recipere, & loca ubicūq; dantur eis, qui habet ius liberum dandi eis, maxime cum per sedem Apostolicam sit ordo noster approbatus, & in subsidium animarū in Ecclesia destinatus, & hoc bonum per aliorum malitiam non debeat impediri. Si enim nunq̄ deberemus morari nisi de uoluntate clericorum, uix unq̄ in Ecclesia possemus diu morari, dum aut per se aut incitati per alios, eijcerent nos de parochijs suis potius q̄ hereticos uel Iudeos. Episcopis etiam nullam facimus iniuriam, cum non grauemus eos in aliquo, sed inuenimus prædicando & consulendo eorum subditis, ut deuotius obediant, & onus regiminis eorum tantò portabilius fiat eis, de quo in iudicio extremo oportet eos reddere rationem. Si autem mouet eos, q̄ sumus excepti à iurisdictione ipsorum quoad nos ipsos, tunc e conuersò cōsolentur, q̄ liberiores sunt, q̄ pro nobis non tenentur reddere rationem: ut de nostra gubernatione carent honore, ita sint liberi à solitudine & labore, excepta prouidentia pietatis, & inter nos in sua pacis unitate seruanda. Domino etiã terra uel uilla non facimus iniuriam, si eo inconsulto, quandoq; uocati à ciuibus, mansionem recipimus in uilla, ubi liberū esset eis (si uellet) theatrum facere, uel locare iudeos, uel locum relinquere uacuum, quia de ipsius fundi possessione nihil subtrahimus, nec aliquid proprietatis nobis de illo uedicamus, maxime cum ciues amore nostrę commorationis ibidem Domino refundant aliunde, si quid fortè de area nostra deberet annui census percipere, si nolit pro Deo carere. Nam si etiam contingeret, nos post hæc à loco penitus discedere, nec uenderemus aream, nec alicui partem traderemus, sed sicut concessum est nobis, eis ad quos pertinet dominium relinquere. Ipsum quoq; oratorium nostrū nō fit parochiali Ecclesiæ præiudicium, in quo nec oblationes eius ad missam percipimus, nec aliquos homines ab ipsa nobis attrahimus, quin omnia iura sua uuentes & mortui, Ecclesiæ parochiali persoluant. De sepultura uerò constat ex iure cōi, q̄ si apud nos eligūt sepeliri, possent, & alibi si uellent ubicūq; sine præiudicio parochialis Ecclesię hoc facere, nec ad hoc possent in aliquo impediri. **Quæst. 11.** Quid ergo dicitis ad hoc, q̄ in pluribus locis dicuntur fratres uel alios religiosos uel clericos eiecisse uiolenter de proprijs Ecclesijs uel monasterijs, & ibidē eis iniuris sibi mansionem fecisse, quo pōt hoc excusari ab iniuria et uiolenta? **Resp.** Vbi-

Resp. secundum.

Resp. tertium.

Quæst. 11.

cunq; hoc factum est, non est per fratrum uiolentiam factum, sed uel per Episcopum loci, uel ex iussu Dñi Papæ, qui intelligens clericos illos uel religiosos ibi munus honestè se gerere, uel ad tantam paupertatem redactos esse, q̄ diuinum seruitium ibi ita esset desapsum, q̄ per ipsos non erat spes restauracionis, auctoritate Apostolica mandauit illos alibi locari, assignatis sibi certis redditibus, unde possent congruè sustentari, & fratres nostros ibi habitare, & diuina officia celebrare, cū ad ipsam spectat de omnibus locis religiosi ordinare, ut sacra ibi religio instaretur, siue per illius ordinis personas, siue per alias alterius ordinis sicut uiderit expedire. **Quæst.** Cum deberetis omnia mala uobis illa patienter sustinere, & nullam super his apud iudices querimoniam facere uel mouere, quid est, q̄ non solum istud non facitis, sed etiam non contēti Episcoporum iudicis, obrinetis à sede Apostolica iudices & cōseruatores, & ad illos quolibet molestantes, nos etiam leuiter citatis, & grauatis laboribus & expensis, donec satisfaciant uobis p̄ uelle uestro contra Apost. ad Cor. q̄ ait. Delictū est in uobis, q̄ iudicia habetis. **Resp.** Inuarias & molestias ex quibus aliud malum non sequitur, nisi q̄ illa hora sentiri potest, ut sunt uerba probrosa, uel damna rerum, seu uerba, & similia, possunt uiri religiosi æquanimitè sustinere, quia nil aliud afferunt nocuenti. Sed ubi posunt grauiora dāna subsequi, uidelicet animarū grauius nocuentia, ibi non est expediens talia tollerare. Nam cum sumus in Ecclesia Dei ad multarum animarum salutem à sede Apostolica destinati, per officium docendi & extrahendi homines à peccato, si quis infamaret ordinem nostrū, q̄ essemus seductores, aut heretici, aut criminosi, aut non habentes auctoritatem prædicandi, seu confessos nobis & contritos absoluenti, cum à Dño Papa uel etiã Episcopis habeamus, non solum læderet nos sic reddendo despicabiles hoibus, q̄ subtraherent nobis beneficia sine quibus sustentari non possumus, sed etiam noceret omnibus, qui ex hoc inciperent nos persequi, & grauius peccarent. Et qui crederent nos tales esse, sicut ille assereret, nec prædicationes nostras attenderēt, nec consilia salutis requirerent à nobis, & iam nullus ordinē intrare curaret, immò debiles mēte ordinē tēterentur relinquere, quē uiderent ab oibus conculcari. Insuper heretici se detractoribus nostris libenter adiungerent sub specie amicitie, ut nos amplius redderēt odiosos, ad hoc ut doctrinā nostram hoibus redderēt odibilem, & ita astutè sibi attraherēt corda eorū, & paulatim ducerēt in errorem, cū nos maxime timeāt, modò in hoc sibi esse resistētes. Plura alia mala suscitarent nobis ueritatis aduersarij, si nō haberemus munimen per sedem Apostolicam, quæ non tam nobis q̄ Ecclesiæ & fidei catholicæ ualdè nocerent, & hæc in dedecus ipsius sedis redundaret, quæ ordinem plantauit & cōfirmauit, &

Quæst. 11.

1. Cor. 4.

uit, & ad p̄fectū ecclesiæ destinant. Nā & Apostolus Paulus, qui paratus erat oia aduersa subire p̄ Christo, uidens obesse fidei & Ecclesię, si traditus fuisset à Felice uel Felso iudeis, ipsum perire cupientibus, Cæsarem appellauit, ut legit in Act. Vt ergo parcamus eis à peccato iniqua persecutionis, & nobis à frequenti vexatione, & alijs à nocumento animarum, conseruatores habeamus à sede apostolica nobis datos, qui priuilegiarū nostrorum iure defendant, & à calumniantibus tueantur. **Quæst.** Cum denarios seu peccuniam, nec per uos nec per interpositam personam, ex regula uestre præcepto debeatis recipere, & tñ aliqua recipiatis, quæ uenduntur postea pro pecunia, nō uideo qualiter excusamini à transgressionē huius præcepti, quæ uendita te illa, sicut prius uestra fuit res ipsa ante uenditionem, ita etiã erit pecunia uestra quæ pro re data est, cum non habeat alium dominum nisi fratres, quod illicitum est omnibus manifestè. **Responsio.** Trialemosynarum genera dantur nobis. Aliqua n. recipimus quibus uti volumus, ut victus & uelut & libri nobis utiles, & similia quæ non p̄ponimus alienare ab ordinis usu. Quædam autē dantur nobis, quibus nunq̄ in illa specie uti uolumus, ut uestes seculares, & libri nobis non apti, uel etiam aliqua superflua uictualia, quibus tōtè non indigemus ad præsens. Illa si nolunt fratres recufare propter deuotionem dātium, pōt procurator ea uice illorum dātium seruare, sicut pecuniam pro fratribus ei commissam, ut suo tēpore idē prouideat eis, quibus indiget ex parte illorum. Quædam uerò dātur nobis pro usu nostro, & ea per nos recipimus, & post modum aliquando contingit, q̄ ea uolumus alienare. Si illa simpliciter uendimus, tunc fiet sicut dicitis, q̄ illa pecunia nostra est, sicut res uendita fuerat ante nostra. Sed ne transgressores regulæ nostræ simus, recipiendo pecuniam per interpositam personam, tres uias pro hac cautela tenemus. Aut enim rem illam quæ uendi deberet commutamus pro alia, qua indigemus, non interueniente pecunia, ut librum pro libro, oleum pro cera ad luminaria, & sic de similibus. Aut rem illā damus pro solutione debitorum quantum res illa ualet. Aut damus eam alicui ut sua sit, & nobis pro ea de alijs quibus indignerimus tantum acquirat quantum res illa distracta ualet. Si uero autem ille qui sic eam recipit postea uendat, siue reseruet ut suam, nil ad nos, cum iam non sit nostra sed ipsius, & ita non erimus præcepti illius de non recipienda pecunia transgressores. Quia aliter facit, uideat quomodo conscientiam suam apud Deum iustificet, & apud homines de scandalo se excuset. **Quæstio.** Olim non mendicatis, nisi solum quò indiguitis, nūc autem non solum petitis pro futuro tempore necessaria, sed etiam de una specie tautò plus acquiritis, ut unum pro alio commutetis, ut oleū

Act.

Quæst. 13.

Plurimos enim quædam sic in solent esse genera.

Quæst. 14.

Quæst. 14.

pro caseis, uel similia pro alijs in hunc modum. **Responsio.** Ut supra dixi, dum pauci eramus, paucis indigebamus, nunc autem plures facti, pluribus indigemus, & sicut aliquando medicus per plateas discurrens (cui solum panis aridus hinc inde datur, quem communius habent homines & paratius quàm alios cibos) dat aliquam partem panis pro buccella casei, uel ouo, uel pomo, eo quòd non semper ualet arido pane sustentari, cum sit media confectus: ita & nos, cum non inueniamus ubique singula quibus indigemus pro sufficientia ad mendicandam, eo quòd in omnibus terris non omnia abundant æqualiter, & homines non habent nobis dare illa quæ non habent, & oportet nos de talibus quæ in quolibet loco magis abundant, tantò plus petere, ut per illa & alia conquiramus, quæ aliter ibidem non possemus habere, & quibus similiter indigemus, & hoc non est auaritia, sed indigentia imputandum. **Quæstio.** Si multitudo est in causa quòd multis indigetis, quare ergo magnos conuentus facitis, & non potius bini uel quaterni, uel ad plus seni uel octeni in domibus pauperculis habitatis, ut quietius & in maiori paupertate ibi uiueretis & humiliter, quia postpositas quædam uidetur gloriari de multitudine? **Responsio.** His de causis magis diligimus magnos conuentus quàm paruos, uidelicet, quia maior disciplina potest ibi seruari, dum occupatio officiorum in plures diuisa ordinariis & expeditius administratur, & coram pluribus quisque minus audet negligens aut insolens esse, & quilibet informatur ab altero moribus & scientia. Et ex his maior potest esse deuotio, & ordinatio uita, & officium diuinum pulchrius, & maior cautela contra qualibet tentamēta uitiorum, & nouitij melius ibi informantur. Item quia maior prouenit utilitas inde animarum, dum plures ibi stare possunt confectores & prædicatores. Vel etiam potest ibi melius teneri studium theologiæ, in quo habiles exerceantur ad eruditionem aliorum. In paruis autem domibus dum alij sunt in terminis, alij in uilla pro eleemosyna, alij fortè debiles & infirmi, alij occupati officijs in domo, nec disciplina religionis, nec studium nec deuotio in diuinis ualet, ut expedit, obseruari. **Quæstio.** Cum uideamini zelatores esse animarum, & sancti Frãciscei deberetis in omnibus imitatores esse: cur ordinem illum qui decitur penitentiu, quem ipse instituit, nō promouetis, ut ubiq; dilaret in Ecclesia, & multi saluentur in eo, cū laboratis cōuertere & fouere ad bonū, q̄ nobis sunt minus ex paterna traditione annexi? **R.** Quòd in alijs laboramus ut conuertantur & proficiant in bono, ibi habemus fructum, & conseruamus libertatem nostram, ne plus q̄ nobis expedit, occupemur per eos. Per istos autem penitenti-

Quæst. 15.

Cur magni conuentus à fratribus recipiant.

Quæst. 16.

Cur penitentium ordo tertius non admodum excreuerit.

tes si multiplicarentur impediremur, q̄ alijs minus prodesse possemus, dum quasi ex iure exigērent a nobis, vt ad oia quæ tangerēt eos, essemus parati. Alioquin impropere nobis, quare ad hunc ordinem eos induxerimus, si curam ipsorum nollemus. Si contingeret eos aliquando astare iudicio vel seculari vel ecclesiastico, vocarent nos vt eis assisteremus, & pro eis intercederemus. Si aliquis impeteret eos p̄ debitis vel offensa, obiurgarent nos, quare non faceremus ei iustitiam fieri ab illo, qui in nostro regimine & obedientia conuersatur. Et siue iuste siue iniuste moueretur, nobis imputaret, si pro voluntate sua ei non satisfaceret, maxime si iste diceret, se nil facere nisi de nostro consilio siue iussu. Si aliquis eorum captiuaretur, vel a Domino suo vel alio molestaretur, vellet quod fratres causam eius agerent, & hincinde discurrerent, vt eum a tali molestia liberarent. Sicut vidua ad Elisabetham venit, vt eam a creditoris sui vexatione liberaret. Si aliquis inops esset nimis, & non habens aliunde subsidium corporale, iustum videretur ei & alijs, quod nos sicut fratribus spiritualibus eis prouideremus, & forte plures in illa spe ordinem illi assumeret, vt eis in huiusmodi subueniremus, & maxime feminæ vel beginæ. Si aliqua ipsarum de aliquo crimine infamare fornicationis vel adulterij, statim qui nos forte non diligerent, diuulgaret istud in nostram infamiam, dicentes. Ecce sorores nudipedis, paruulos nudipedes procreant eis. Sed a quo illos concipiunt, nisi ab eis qui tota die occupantur cum ipsis? Et lasciuia clerici uel laici, in odium nostri magis essent sororibus illis infesti, vt aut corruperent eas, aut infamarent, cum ipsarum dedecus in nos plusquam in alios redundaret. Si quæ inter eas aliqua fieret disceptatio, oporteret nos occupari in reformatione pacis inter eas, propter cauendum scandalum aliorum. Si ciuitas vel opidum indigeret, non possemus eas tueri, quin oporteret eas soluere quæstas & rallas, & obseruare vigilias nocturnas, & exire cum alijs ad bella, & habere arma, & equos, vel pro se mittere bellatores, vel etiam dominis suis a quibus haberent feuda, uel quibus aliter astricti oporteret eos in talibus deseruire. Clerici etiam qui nos non diligunt, imponent nobis, quod plebes suas nobis uellemus sub hoc colore attrahere, & nostræ obedientiæ subiugare, ut res eorum nobis cederent totaliter, quæ ipsis offerre deberent, nos eis præriperemus. Et quando nos non possent in personis nostris forte grauare, illos quacunque occasione quererent perturbare. Infamarent etiam nos, quando haberemus cum eis aliquando secreta capitula, quasi celebraremus conuenticula hæreticorum in latebris, cum ipsi potius Ecclesiæ rectores, deberent eos secundum morem Ecclesiæ corrigere, si

quando offenderent, & punire. Nam & ipsi eorum magistri qui prouinciales dicuntur, cum sint laici, & aliquando vxorati, quandam habent similitudinē cum hæreticorum magistris, & si non pro inuidia prauitate, tamen in laicali habitu nomineq; hæreticorum in contemptum cleri, laicos habent magistros & doctores. Et cum nos sub vna forma uiuendi & multiplici custodia, uix conseruemus ordinem nostrum in suo uigore, ne dilabatur per negligentiam, quomodo possemus illum ordinē in bono statu diu seruare, ubi quisque vadit in domum suam, & exercet negocium proprium, & habet curam dumus suæ, & uxoris & filiorum, & versatur in seculo, & multis quatitur tentationibus mundi & carnis? Et qui nobis non essent astricti obedire, nisi pro uelle, & quos non possemus sicut exedit coercere, quin citò dilaberetur sub manibus nostris disciplina & iustitia. Et sic melius fuerat non incepisse, quam non posse perficere, & tanta negocia allumpisse, per quæ dissipatur pax nostra, & fama uilescit, & inter nos ipsos possunt plura scandala suboriri. Præter alias occupationes, quas in confessionibus eorum & consiliis, tota die nos oporteret habere cum ipsis. Et si soli diuites admitterentur, inceperent nos homines habere suspectos, quod pro auaritia faceremus, ut res eorum sic nobis attraheremus. Et clerici & alij religiosi contra nos grauarentur, si familiares eorum eis per hoc abstraheremus, & inde lites & scandala inter nos & ipsos orirentur. Si autem omnes passim admitterentur, fieret confusio, cum non possemus omnes regere vel corrigere, & multa inconuenientia sequerentur. De sancto autem Francisco alia fuit ratio, quia status illius terræ & illius temporis, circa ordinem & homines alios in multis aliter se habebat, & ipsius sancti patris Francisci, & primorum fratrum eius diffamata sanctitas effecit, quod tunc habebatur pro bono, quod modò & in alijs terris non talem haberet successum. Qui nostræ doctrinæ uolunt corrigi consilio, possunt sub alia forma & colore ita utiliter in bono per nos informari, sicut congruit cuilibet, & tamen nos prædictis implicationibus uel alijs similibus non inuoluemur, & ab alijs bonis uel melioribus non retardabimur. **Quæstio.** Quare ergo ordinem sanctæ Clare in cura habebis, per quam libertas uestra similiter impeditur? **R.** Ordo ille non est annexus ordini seruiliter, vt eis intendere teneamur, sed ex petitione domini cardinalis, qui utrique præest ordini, ministri constituunt eis confessores, qui ecclesiastica interdum sacramenta ministrant, & uisitatores qui eas corrigant. Alij fratres non tenentur occupari pro ipsis, nisi sicut pro alijs amicis ordinis quando uolunt. Et quia clausæ manent sub vniformi conuersatione

uersione hoc facilius regi possunt. Quando cumque autem ordo noster communiter uideret non expedire sibi curam illarum gerere, potest se ab eis eximere, cum ex regula nostra non simus alicui ex debito nisi ordini obligati, & singulari libertate inter ceteros ordines expriuilegio gaudeamus. Licet autem omnino non possimus impedire, quin aliqua fiant in terris istis prædicti ordinis monasteria, tamen si non studiosè obsteremus, citò multiplicarentur per concessionem domini Papæ uel cardinalis, & per hoc ostenditur, quod non diligimus multum occupari cum ipsis. **Quæstio.** Cum ergo sitis informatores earum, quare permittitis, quod plures apud eas impure idest per pecuniã recipiuntur, quæ si nil secum ferrent, nullatenus recipiuntur, & aperte simonia uideretur. **R.** Si illud alij faciunt, de hoc non a nobis, sed ab illis est ratio exigenda. Sed tamen vt satisfaciamus querentibus, sciendum, quod quantum spectat ad hanc materiam, quadruplex est forma recipiendi ad ordinem qualicumque. Prima quado aliquis recipitur nec pro pecunia nec cum pecunia, sed pure pro Deo: & ista est purissima coram Deo & hominibus. Secunda quado aliquis recipitur non pro pecunia sed cum pecunia, ita vt si nihil afferret, tamen reciperetur pro Deo, & similiter hoc purum est coram Deo: sed est cautè agendum coram hominibus, ne detur eis occasio scandali, & ne sit ibi affectus auaritia infectus exspe lucri. Tertia quando quis recipitur non pro pecunia, nec tamen recipitur sine pecunia, eo quod non habent aliter ei qui eum recipiunt in necessitatibus corporis prouidere, cum tenues facultates domus uix sufficiant iam receptis, nec ad eas audeant plures recipere, & istos suis necessitatibus spoliare: ita quod talis persona quæ sic recipitur, si abundaret locus, sine peccunijs reciperetur. Similiter aliquis duxit uxorem propter diuitias eius uel nobilitatem, quæ habet nasum: nec tamen propter hoc ducit eam quia nasum habet, quam tamen si naso careret, nullatenus duxisset: & hoc non est impurum, licet non appareat forsitan pulchrum. Quarta cum aliquis recipitur amore pecuniæ, ita q̄ si possent illam pecuniam habere sine persona ista, nõ reciperent personam, sed vt habeant pecuniam personam recipiunt: & hoc penitus impurum est & simoniacum, quia ibi pecunia causa est receptionis personæ, & nõ e converso. Vbi ergo recipitur persona propter pecuniam, simonia est, quia ibi ueditur spirituale. i. cõsortium spiritualis societatis, pro temporalibus, scilicet pro pecunia. Et hoc plerique faciunt, et ex mera inopia optantes aliquem venire cum pecunia, quem reciperent vt eorū inopia repararet, uel debita contracta soluerentur, uel bona concupita emeretur, uel ædificia construerentur: de talibus dicit Ecclesiasticus. Propter inopiã multi deliquerunt. Vbi uerò pecunia recipit propter

personã, quã aliã libenter recipere si haberet ueniam paterent, non uidetur esse simonia, dummodo forma cum intentione concordet. Et hoc modo sustinemus, q̄ sorores sanctæ Clare recipiunt pecuniam con personis, si quando oportet eas plures personas recipere, quam de facultatibus monasterij congrue ualeant sustentari. **Quæstio.** Cum doctrina salutis tam necessaria est illis, qui in rure & in abditis locis habitant, sicut illis qui morantur in bonis opidis, & ita tructuosa esset in eis, & uos æqualiter uocati & missi sitis ad ædificationem oium indifferenter: uide mini nõ dignè ambulare tali uocatione, in eo q̄ in bonis ciuitatibus & opidis & uillis frequenter prædicatis, in alijs autem locis raro uel nunquam. Videtur enim quod sitis, in hoc personarum acceptores, q̄ pauperes contemnit, & ditioribus prædicatis. Vel quia ciuitatibus multa habent bona hospitia, & bene procuramini quod nõ alibi uel quia plura ibi dant munera uobis in speciali seu communi, ideo ibi sepius prædicatis. **R.** Melius quidem multa eorum qui doctrina indigerent salutis, sed operarij pauci idonei & fideles, ideo non sufficimus omnibus qui indigent, prout uellemus docendo prodesse, cum nos pauci sumus respectu illorum. In locis etiam siluestribus uel desertis, si qui sunt habitantes, ita sunt dispersi, quæ possent ad locum congruum prædicationi conuocari. Sed nec ad singula loca eorum possemus venire, vt eis prædicaremus ibidem. Raro etiam vacant ab occupationibus nisi in festo, ut prædicationi intendere ualere, & propter diuini festiuium non possemus tota hebdomada in uilla morari. Non enim permittuntur fratres tandiu extra domum suam morari, quod sic omnes uillas singulariter possint visitare, nec haberent in pluribus locis, unde tanto possent tempore congruè sustentari. Et si aliquando forte vnus frater uellet & posset aliquandiu pati penuriam, socius eius forsitan hoc non posset. Et si aliqui aliunde uellent ad prædicationes nostras accedere, non inuenirent ibi uictualia ad emendum. In opidis autem seu uillis ubi abundant uictualia, plures possunt confluere & melius sustentari, & inter plures maior fructus speratur, & a quibus ministrantur nobis plura temporalia in elemosynis, plus etiam requirunt vt eis spiritualia rependamus: non quod omnino debeamus alios in locis desertis deserere, sed prout se oportunitas obtulerit, debemus etiam eis doctrinam salutis offerre. Illos tamen prædicatores & confessores non excuso a peccato negligentia, qui magis pro commodo corporis frequentant loca illa, ubi sunt bona hospitia, & nolunt pro salute fraternã diuertere ad uillas pauperulas, & ibi pro Christo paupertatem quam illi homines ibidem semper sustinent, apud illos aliquandiu tolerare, cum ipsi professi sint extremam & perpetuam in regula paupertatē. Indiguos. n. se



faciunt eisdem officijs, quæ pro subueniendo omnibus susceperunt, si pro commodo temporali vel muneribus ea vendunt: ideo dicit saluator in Matthe. [Gratis accepistis, gratis date: non pro munere temporali. Dicitur enim talibus in fine. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, quam principaliter hic & studiosius quaerunt. Dicitur etiam eisdem in Trenis. Dederunt præciosa quæque pro cibo &c. Præciosa sunt verba Dei, & auctoritas absoluedi à peccatis confessis, quæ dat pro cibo, qui pro corporis alimento ea principaliter impendit. **Questio. 10.** Cum in aliis religionibus & collegiis ecclesiarum, maior reuerentia prioribus in ordine introitus soleat exhiberi, quod etiam inter Apostolos aliquo modo seruatum uidetur, videlicet in stallo chori, & capitolii, & mensæ, & alijs. Magna rusticitas videtur, quod apud vos nulla in his differentia seruatur, cum Apostolus dicat. Honore inuicem præuenientes. **R.** Sanctus pater noster Franciscus in summa uoluit ordinem puritate fundare, ut in nullo gloriarentur fratres, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, idest humilitatis & charitatis eius, quæ pro nobis pati uoluit, deuota imitatione, cū in huiusmodi excellentiis qua uis alteri præfertur, in aliquo soleat animus imperfectorum saepe pueriliter extolli. Quod autem Apostolus docet, honore inuicem præuenire, nõ tantum ad istas extrinsecas reuerentias referendum est, quæ vnus alteri assurgit, vel facit eum se præcedere, & in superiori loco stare, vel sedere & similibus, sed magis ad hoc ut quisque reputet alium, se meliorem esse. In humilitate sibi inuicem superiores arbitantes &c. Ut non sit pronus ad interpretandum facta eius uel dicta in parte deteriorem iuxta illud. Non ergo amplius inuicem iudicemus &c. Ut offensus ab eo facile ei ignoscat. Donantes inuicem, si quis aduersus aliquem habet quærelam. Ut studiosè caueat, ne in aliquo eum despiciat vel offendat. **Vnde ait Do.** Videte ne contemnatu &c. Ut absenti non detrahat, nec libenter derogationem eius audiat, sicut dicit Salomon. Cum detractoribus ne commiscearis. Ut indigenti auxilium & promptum obsequium libenter impendat, iuxta illud Pauli. Per charitatem spiritu sancti seruire inuicem. Ut cum pure diligat, & apud Deum fideliter in quibus ualet promoueat. Qui hæc negligens, tantum illas extrinsecas reuerentias (ut dixi) fratri exhibet, quas plerique magis ad hoc sibi mutuo exhibent, ne incuriales notentur, vel adulatorie, ut sibi ista vicissim reexhibeant, uerbum Apostoli debilitate de honoris perueniuntione impleuit. Inter illos igitur qui aliquid exterioribus gloriæ, uel officio dignitatis, uel ex alta intentione honesta, cupiunt habere secundum hominem, possunt iste reuerentiæ obseruari. Nos autem extremam & altissimam paupertatem in regula professos, decet, etiam humili-

Matthe. 5.
Tren. 3.
Quest. 10.
Roma. 14.
Roma. 14.
Matth. 18.
Pro. 24.
Gal. 5.

tatem summam in omnibus custodire. In alijs ordinibus ubi tempus & dies professionis cuiusque potest obseruari, quis prior altero intrauerit, patet etiam in locis ista prioritatis seruare distinctionem. Apud nos autem ubi saepe de loco ad locum mutamur, sicut non possumus scire tempus introitus cuiusque, ita nec in quo eum debeamus stallolocalle, cum ex obliuione, & ambitione, seu ex humilitate plures dicerent, prius uel posterius se uenisse. Et aliquoties cognita ueritate, contingeret aliquos postea de locis suis forte cum uerecundia remoueri. Et ista perplexitas frequens esset inter nos, quis uideretur altero superior propter frequentes mutationes, & pro appetitu præuenientie sepe conscientie macularentur multorum. Et maius ex his omnibus detrimentum esset in ordine, quod utilitas huiusmodi obseruatiæ de prioritatis honore, cum secundum multitudinem meritum magis quam annorum quis sit acceptior apud Deum, iuxta illud Sapientie. Consummatus in breui, expleuit tempora multa, placita &c. **Quest.** Cum deceat bonos promouere, & alios ad bonum posse, multum uideamini ab hac forma declinare, qui scripta uestra in libris & quaternis tam difficulter alijs præstado cõicatis, qui ex eis possent proficere, & alijs prodesse, & aut de profectu aliorum moueri ex inuidia, uideamini. Aut ex inani gloria, ut uideamini scire que nesciunt alii. Aut alia intentione corrupta. **R.** Quæ possunt etiam bona intentione & inculpabiliter fieri, aliquando temerarium est, ea in deteriorem partem interpretari, cum cordis occulte ignoremus: & ea quæ in se indifferencia sunt, possunt saepe pro bono fieri & licite & bene. Scripta enim sua non communicare alijs, sicut potest fieri reprehensibiliter, ita potest etiam fieri inculpabiliter, & licite, & prudenter. Prudenter, quando scriptum nondum est bene correctum uel ordinatum, ita quod alius inde se nesciret expedire, & forte magis esset materia scandali uel erroris alij rescribenti uel legenti. Item quod non competit illi qui desiderat, magisque foret ei nocuum quam utile tale scriptum. Item si ille continuo & frequenter indiget suo scripto, ut si alteri concederet, ipse foret neglectus, cum nemo teneatur se neglecto, alios minus necessarijs promouere. In culpabiliter, quando sapius & si non stantim indiget suo scripto, & eo diu carere non potest. Item sunt in petendo multi ualde importuni, sed in reddendo tardi, quod sapius pulsati, uix tandem cum murmure concessa reddunt, & pro beneficio gratitudinis uerba impendunt. Item saepe per scriptores polluuntur quaterni & libri, & lacerantur, uel aliter male tractantur sic concessi. Item unus concedit ulterius alij, irrequisito eo qui ei scriptum concessit, & ille forsitan iterum alij, donec tandem ille nescit à quo reperire debeat, & sic elongatur ab eo quod nullus directe ei inde respondet. Item etiam saepe

Sap. Quest. 11.
Quest. 22.

pè perditur, quod ita conceditur, quia forte negligenter relictum alius quasi nulli retineat, sibi illud similiter reseruat. Aliquando etiam ille uel iste de loco mutatur, & tam longè unus ab altero disiungitur, quod non potest concessum per nuncios repetere, uel timet in uia destrui, uel amitti per nuncium aut predonem aut aquam. Illa autem quibus talia restituenda committuntur, quandoque uolunt, ubi rescriberes priusquam illi restituatur, uel commodant alijs, uel alicubi relinquunt, donec obliuioni tradunt, & postea negant sibi fuisse commissa. Et sic plurima perduntur, alijs commodata. Aliquando scriptum aliquod est ligatum in uolumine cum alijs operibus, & si illud frater alij cui concederet, oporteret eum totum librum dissoluere, cum graui damno expensorum & laborum in ligando factarum. Saepè etiam cum uel rescribendum conceditur, alij nisi & sibi concedatur, indignatur, & per hoc aut diu cogitur ille scripto suo carere, aut per plures manus transiens fordidatur & perditur. Cum ergo tot causas sint irreprehensibiles, pro quibus contingit saepe, ut aliquis non communitur alij scripturam suam. Non oportet, ut iudicentur non habere charitatem ad proximum, uel ex inuidia aut uana gloria, uel rancore, uel alia non bona intentione petentibus hoc negare, licet aliqui ab his non sint immunes. Ille tamen non est excusabilis in hac parte, qui & si non ex malitia, tamen ex quadam diffidentia nõ cõicat alijs scripta sua, timens ne si per alium prius ea predicarent, ipse postea nõ habeat cum necesse fuerit, aliqua alia quæ opponat, quasi fons charitatis & sapientie Dei desiccatus sit, uel nõ alia pro his ei liberaliter restituat & refundat, si per charitatem, quæ ab ipso accepterat, studeat alijs impartiri. Cum etiam libri & quaterni fratrum sint tantum ad usum à superioribus suis concessi, & ad custodiam commisi, qui cauet commissum destrui uel amitti, quod non est eius proprium, propter hoc non debet maleuolus iudicari. **Quest.** Cum (sicut ipsi asseritis) missi sitis in adiutorium plebanorum, non in præiudicium iuris ipsorum, quare non predicatis populo ius plebanorum, scilicet, quantum & qualiter debeant eis subesse, obedire, & quantam habeant super eos potestatem? Uideamini enim hoc tacite præterire, ideo ut uobis magis adhæreant, & ea quæ illis donarent, in usum uestrum callidè retrahitis, & sic eos iure suo fraudatis. **Respons.** Qui bene aduertit, saepe intelligit, quod etiam in predicatione & consilijs hortamur subditos prælaris suis in omnibus (quibus de iure tenentur) fideliter obedire, & iura sua illis persoluere, & sententias eorum iuste latas reuerenter obseruare, & eos quasi Dei vicarios honorare, & quod in hoc meritum salutis eorum ex magna parte consistit. Sed quia non ualde magnificamus eos in populo, uidetur eis, quod parum pro ipsis faciamus. Quare autem hoc dimittimus, plures sunt causæ. Vna ne uideamur

hoc adulatorie potius facere (ut sic captemus eorum beneuolentiam) quam pro ueritate doctrina, cum prædicatio debeat esse aliena ab adulatione presentium, uel detractio absentium. Neque enim aliquando sumus in sermone adulationis sicut scitis, ait Apосто. neque in occasione auaritie. Altera, cum ipsi per se saepe plus amplificent iura sua super subditos suos, quam oporteat, præcipiendo quod non debet, prohibendo quæ non possunt, concedendo quæ non licet, exigendo indebita, fulminando sententias duras, & laqueos multiplicando animabus, quas soluere & expedire deberent, si nos adderemus terrendo populum, & magnificando potestatem clericorum super ipsos, prouocaremus amplius quorundam clericorum audaciam, & aut faceremus simplices subditos pusillanimes, aut tumidos prouocaremus ad proteruiam maiorem, ut magis e contra se erigerent contra clerum. Tertia cum plures clericorum tam aperte uiuant iniuste, quod laici sumant inde graue scandalum, si super hoc uellemus eos magnificare in populo, scadolum suscitarem contra nos ipsos, quam uituperabiles laudarem: ideo dicitur in Prouer. Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui conseruant, succedunt contra eum. Quia cum plures in clero ut nunc, uel male & contra formam canonum teneant regimen populi in Ecclesia, uel propter excessus suos suspensi sint ab executione officij pastoralis, si omnes cõmuniter magnificaremus, etiam illi qui non haberent ius, cogent subditos in his quæ non debent sibi obedire, quasi legitimis pastoribus. Si autem specificaremus quibus essent digni ad obediendum, alij grauius ferrent, quod eos notabiles & contemptibiles redderemus, ideo quasi dissimulando transimus. Quamuis autem nonnulli de clero plus oderint religiosos, quam iudeos Christi aduersarios: tamen si laeperent potius diligent nos pluribus de causis, tam pro temporali utilitate, quam etiam pro spiritali utilitate sua. Vna quoniam per nostram doctrinam subditi eorum plenius soluunt eis iura sua, & obediunt eis, & reuerentur eos amplius, licet ipsi clerici hoc non credant, dicimus enim illis dictum Apostoli. Obedite prælaris uestris. Altera, quod beneficia ecclesiastica quæ nos teneremus si essemus cum eis in seculo, uenientes ad religionem ipsis relinquimus obtinenda, quæ quantum diligunt se habere, tamen deberent diligere illos, qui eis ea relinquunt, nisi potius uellent nos mori, ut ea sic gaudentius possiderent. Tertia, quod sumus testes eorum in doctrina fidei, ut melius credatur eis, quod docet obedendum sibi esse, tanquam Christi vicarijs. Sicut heretici qui dicunt, quod clerici pro suo quaestu seducant populum, ut sibi obediunt, & dent ipsis oblationes & decimas, ut inde sustententur, & ditentur, & delitientur, & sine labore abudènt, qui hæc aliunde tam cõmodè nõ haberent: & ideo cõfiterentur

1. Tref. 2.
Prou. 28.
Hebr. 11.



feſta & officia diuina, animarum remedia, peccatorum poenitentias, iudiciorum eccleſiaſtico- rum ſiſias, ſacioru adminiſtrationes, & altas ſolem- nitates, & inſtitutiones ſanctae Eccleſiae, & praerlationum dignitates, ut horum omnium oc- caſionem exhauriant maſupta laicorum. Sed fi- deles cum uident religioſos relinquere mundu, & diuitias mundi, & eccleſiaſtica beneficia reſi- gnare, & paupertatem uoluntariam profiteri, & tamen haec eadem docere, & credere, quae docet clerici, auferunt eis illa haereticorum ſuſpicio, qua pro ſola auaritia poſſent opinari praedicta omnia a clericis adiuuenta, cu uident illos eſſe teſtes eorum doctrinae, qui haec temporalia pro- doctina fidei relinquerunt. Quarta, q habeat in nobis aliquem ſtimulum correptionis, ut mi- nus audeant peccare, & ſtudioſius officium ſibi commiſſum exerceant, & inſtruantur in aliqui- bus, quae ignorant, & ad poenitentiam prouocentur, & in bono amplius roborentur. Quis alius argueret eorum uicia, cum in ſimili morbo la- borans alium non praefumat curare? iuxta illud. Medice cura teipſum. Item ſi caecus caeco duca- tum praefert &c. Quinta q ſumus eorum coadiu- tores in ſubleuado onere ſibi impoſito, ut ſit eis hic portabilis, & iudicium durisſimu quod fiet in his qui praefunt, aliquo modo tolerabilis ſen- tiant in futuro, ſupplendo eorum uices, praedican- do, conſulendo, confeſſiones audiendo, ubi ali- qui eorum minus ſufficiant pro multitudine populi, uel pro perplexitate caſuum minus ab ali- quo imperito iſtrui poſſunt, uel parochiani mi- nus faciunt quam deberent, ut quando eorum ſubditi timent eis conſiteri ex cauſa aliqua ſpe- ciali. Sexta, ſi quis inter eos timore periculi in quo ſunt, querit confugere ad ſtarum tutiorem ſalutis, uel deſiderio uitae melioris, uult ea quae in mundo ſunt relinquere, & ſtarum perfectionis euangelice apprehendere, apud uiros religioſos po- teſt quod deſiderat inuenire, qui ſint ordinis ſui fideles obſeruatores. Sicut Loth fugiens ab excidio Sodomorum, confugit ad paruulam Se- gor, iſdeſt humilem religionem ſaluandus. Septi- ma, quod ſi immineret aliquando Eccleſiae ne- ceſſitas, uel pugna contra haereticos, uel alios oppreſſores fidelium, uiri religioſi deberent ſe promptius exponere, & quaſi primi in acie ſe opponere inimicis, ſicut filij Ruben & Sad & Ma- naſſe fuerunt fratrum ſuorum propugnatores, ad obrinendam terram cum pace. Octaua, q ſunt apud Deu interceſſores p orationis ſtudu, & uitae meritum, & Dnu ſibi & aliis placabile facientes p ueniam peccatoru, p gra meritou, p amotio- ne quoru cuq; maloru, p gloria celeſtiu ſmioru facilius obrineda. Que nobis preſtare dignet Je- ſus Chriſtus Amen. Et haec ad praefens ſufficiant pro excuſatione noſtra, contra calumnias expo- brantium, uel qones ignorantiu, qua forma uel intentione aliqua quae uidentur, aliquando mi- nus intelligentibus quoquo modo reprehendi-

Lucz. 4. Matt. 15.

Gen. 19.

Iofue. 1.

lia faciamus. Qui autem uoluerint, poſſunt plu- ra ſuper addere, & iſta quae hic poſita ſunt melius explanare, quae ſicut impremeditate, ira & inor- dinare conſcripſi, ſicut tunc mea memoria oc- correrunt, modo hoc, modo illud ſicut aduerte- re poſſe legens.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS
*alphabetum paruum boni mona-
 chi in ſchola Dei.*



las tuas Domine demonſtra mi- hi, & ſemitas tuas edoce me. Obſecro te Deus meus, doce me uias bonae uita pro ſalute animae meae.

Magiſter, Lectio prima.

Ama nesciri & pro nihilo reputari, hoc tibi ſa- lubrius eſt & utilius, q laudari ab hominibus.

Lectio ij.

Beneuolus ſis omnibus bonis & malis, & nullis onerofus.

Lectio iij.

Cuſtodi cor tuum ab euagatione, os tuum ab ocioſa locutione, & caeteros ſenſus ſub rigore diſcipline.

Lectio iiii.

Dilige ſolitudinem & ſilentiu, & inuenies quietem magnam, & conſcientiam bonam. Vbi enim multitudo, ibi frequenter ſtrepitus, & magna diſtractio cordis.

Lectio v.

Elige paupertatem & ſimplicitatem, & cum pau- cis ſis contentus, & non facile murmurabis.

Lectio vj.

Fuge homines & ſeculi rumores, quia non potes eſſe ſatis Deo & hominibus, aeternis & tranſi- toriis.

Lectio vij.

Gratias age Deo ſemper, corde & ore, qualiter cumq; tibi ſuccedit in grauamine & dolore. Nam Deus omnia prouide diſpenſat in mun- do uero & recto iudicio ab aeterno.

Lectio viij.

Humilia te in omnibus & ſub omnibus, & inue- nias gratiam ab hominibus, eris quoque Deo acceptus & hominibus dilectus, & Diabolus fugiet citius, propter humiliatis uirtutem ſi- bi ualde cantrariam.

Lectio ix.

In omni opere bono habere intentionem pura ad placendum Deo, qui inſpector eſt cordis, & diligit iuſtos & puros.

Lectio x.

Kariſſimos reputa amicos & patronos, qui te pre- munt & utnperant, ſi enim recte ſapis & con- ſideras, lucrum inde acquires, nam proſant ti- bi in bono, qui obſunt in malo.

Lectio

Lectio xi. Labore & dolore cum gemitu & ſtetu acquiritur regnum Dei, delitij & honoribus perditur paradifus.

Lectio xij.

Magnum donum Dei eſt, pauperem eſſe in hoc mundo propter Chriſtum, & inſimum tenere locum. Magna ſuperbia altum petere gradu, ad alta ſemper Diabolus ſuadet, honores am- bire, fugere deſpectum, ut cadat aſcenſor eius retrorſum, cum ad breue dominatus fue- rit pauperum. Minima dona permagna repu- ta, eris & dignus maiora accipere.

Lectio xij.

Neminem ſpernas, nulli noceas, aſſiſto & egeno condoleas, & nunq te extollas.

Lectio xiiij.

Omne tempus cum Deo uiliter expendas. Nihil enim praecioſius tempore, in quo pro mereri potes regnum Dei in perpetuum. Omnibus quoq; te amabilem, benignum, & affabilem ſine diſſolutione exhibens. Omnia bona ad laudem Dei referas, & ſine conſilio & delibe- ratione nil facias.

Lectio xv.

Primo ſemper quare in opere tuo an Deo pla- ceat uel diſpliceat, nec timore nec amore age contra conſcientiam tuam. In dubiis ad ſcri- pturam & obedientiam praerati tui recurre, nec tibi ipſi nimis conſide. Prius diſce tacere q loqui, potiusq; uelis inſtrui q docere. Tu- tius enim eſt uelle latere q apparere.

Lectio xvj.

Quaecumq; ad te non pertinent, de his non iudi- ces, nec te intromittas ut ſemper pacem ha- beas. Qui coia ſectatur & ſingularia uita, ma- gis diligitur & citius ab bonum ſinem perue- nit. Qui tempeſtue facit quod debet, le- ctior poſtea erit.

Lectio xvij.

Reuertere ad interiora cordis tui, & claude oſtia oris tui, ne uagari incipias p uaria deſi- deria mundi conſilio Diaboli. Nocent mala audita, tentant pulchra uifa, turbant illata uita peria. Recede ergo ab omne iracundo, indocto, diſſolato, & mane in ſilentio cu Deo.

Lectio xvij.

Sobrius eſto in uictu, modeſtus in ueltitu, pro- uidus in uerbis, honeſtus i moribus, maturus in coſilio, fortis in aduerſis, humilis in op- probriis, & humilis in proſperis, gratus in bn- ficis, hylaris in deſpectibus, patiens in dolo- ribus, diſcretus in omnibus agendis.

Lectio xix.

Time deum offendere in minimis negligetis & defectibus tuis. Noli praefumere in bonis, nec deſperare in aduerſis. Timor Dei facit rece- dere a peccato, & ſollicitat in bono opere, ut bonum bn fiat. Totu te Deo comitte, & quod tibi eſt graue, fiet cito portabile. Pax tua in patientia multa. Leuis eſt omnis tribulatio

pro uita aeterna. Lectio xx.

Vende Deo omnia comoda tua, & dabit tibi ſo- latia meliora gratia adueniente in uia hora. Nemo ditior, nemo liberior eo, qui ſe ad om- nia Deo dat, & Chriſtum amando emit, qui mundum cruce redemit.

Lectio xxj.

Chriſtus ſit uita tua, lectio tua, meditatio tua, lo- cutio tua. Ipſe deſiderium tuum, lucrum tuum, tota ſpes tua & merces tua. Si aliud qua- ris q pure Deum, damnum pareris: labora- bis & requiem non inuenies.

Lectio xxij.

Hymnos & pſalmos canere, monachorum eſt & clericorum, quibus congaudent angelorum chori, laudantes Deum iugiter in regno cee- lorum. Seruire carni mors, cibus uermium, nidus Demonu, uita peccatorum, fomes mor- borum, corruptio corporum, inquinatio morum, perditio bonoru, acquiſitio multo- rum malorum & dolorum. Seruire Deo, bea- titudo anima, ſanitas corporis, prudentia ſpi- ritus, uita celeſtis, dulces hymnos Deo can- tat, qui in tribulatione ſua Deum ſemper lau- dat. In initium & finis omnis boni religioſi, Deu corde amare, ore laudare, & fratrem ſuum exemplo adificare.

Lectio xxij.

Zachee frater deſcende de altitudine ſecularis ſcientiae, ueni & diſce in ſchola Dei uiam hu- militatis, manſuetudinis, & patientiae, per quam poſſis Chriſto docente ad aeterna bea- titudinis gloriam ſecure peruenire. Amen.

Concluſio.

Scribe monache alphabetum iſtud in corde tuo, quaſi in libro uite, & per ſingulos dies cartula tuam inſpice, & bonos mores aſſueſce, pauca ſunt uerba, ſed magna ſunt myſteria & perfe- ctorum opera. Ornate exterius, & quietant in- terius. A contemptu & ſui ipſius abnegatione incipit uita boni religioſi monachi, & pſicit uſq; ad contemplationem Dei.

**EIVSDEM AVTORIS ALPHABE-
 tum religioſorum incipientium.**

A Ma paupertatem, ſis uilibus contentus. Bonis ſemper actibus iugiter mtentus. Caue multiloquium, ſtudeas ſilere. Deum omni tempore pra oculis habere. Eſuriam amplectere, gulam refrenando. Fratrumq; conuiuia ſegniter ſectando. Gaudete cu gaudentibus, cum ſentibus plorare. Humilibus conſentiens maiores honorare. In omnibus obediens, prelatoq; parebis. Karitatem inſuper cum omnibus tenebis. Lumbos ſtringe lubricos Domini timore. Mundans cordis oculum caſto cum pudore. Nihil ſeruans proprium nudum ſeques Chriſtu.



Onus leue sufferens, mundum uincens istum.
 Passum Christum recolere corde gemebundo.
 Quarens Dei gloriam nil aliud in mundo.
 Resistendo uitij orando feruenter.
 Sacramentum sumere debes reuerenter.
 Tu motum mentis comprime iram mitigando.
 Vanaq; colloquia sollicitè vitando.
 Christo frui cupiens, cellam frequentabis.
 Iesum super omnia sic dulciter amabis.
 Zelo Dei feruens charitatis igne.
 Et in te peccantibus ignoscas benignè.

Non nomen sed factum, non uerbum,
 sed adiectum facit beatum.

SERAPHICI DOCTORIS
 SANCTI BONAVENTURAE
 MYSTICA THEOLOGIA,
 QUAE QUAMVIS SIT
 A QUIBUSDAM ASCRIPTA
 HENRICO DE PALMA,
 A PLURIBVS TAMEN SANCTO
 Bonauenturae iure ascribitur.

Prologus.



Tren. 1.

VIA Sion luget, eo qd non sit q vadat ad solenitate. Licet Hieremias ppheta dixerit hoc verbu, captiuitate populi sui deploras, tn hoc poterit speculator qsq; intelligens exclamare, tara captiuitate aiaru, tara declinatione a semitis iustitia & uis egratis in mudo vniuerso discernes. Via. n. dicunt amari desideria aiaru, qbus ad Deu & ad supna ciuitate Hierusalẽ su p oem rone & intellectu, et in terreno corpore habitates, aia subleuantur. Quae via et lugere dir, eo qd no sit q ad tara solenitate aspiciat. Eo qd abiecta vera sapia, ta clerus qd populus mudanis delitijs, vel inutilibus curiositatib. se immergat. Sed qd multo magis est dolendu, & cordis lachrymis incessabiliter lametandum, qd multi religiosi, multi et viri famosi reputati (veluti quoda populus israeliticus relicto cultu creatoris sui manufactis idolis seruiert) sic relicta vera sapia qua Deus solus perfecte interius colit, & solis amatibus adorati, diuersis sciẽtijs & fabricationibus multipliciu argumetoru inuenticijs, quasi quibusda idolis miserabiliter metẽ impleuerit. In qbus sic absorbentur Diabolo istigante, & sic mes ipsoru in istis totaliter possidet, vt vera sapia locu in eis no inueniat. Na hac pessima occupatione (qua Deus dedit filijs hoium) infelicitate captiuatur, ita vt no sit spiraculu, quo suu creatorẽ aia p flammigeras amoris affectiones contingat. Non. n. ad hoc animam creauerat, ut

Verasapia inutilib? i sciẽtijs ipeditur:

Ecccl. 1.

contra sua generositate multitudine quaternorum ouinarum pelliu repletur, sed ad hoc esse sedes sapientie, & in ipsa rex pacificus cui tatis superna: scilicet Deus altissimus, resideret. Sapientia enim hac qua Mystica Theologia dicitur, a Paulo Apostolo est edocta, a Dionysio Ariopagita suo discipulo conscripta, qua idem est quod extenso amoris in Deum per amoris desiderium, quantum distat ortus ab occidente, omnium creaturarum sciẽtia incomparabiliter excellit. Na alias scias mudi doctores edocet, sed hac a solo Deo immediate, non mortali homine, sed spiritu edocetur. Ista diuinis illuminationibus, & distillationibus celestibus scribitur in corda, illa vero penna anseris & atramento scribitur in pelle. Ista vero dicit sufficit, nam per istam aias causam inuenit: scilicet, Deu creatorem suum, & in ipso qui est fons bonitatis totius, & beatitudinis immediatissime conquisceat. Alia vero nunquam dicit sufficit. Nam iustum iudicium est, vt qui non curando de summa sapientia, a summa ueritate deuiat, vel ut totus in tenebris inuoluatur, & sic per uana & deuia anima infatuata humanis inuentionibus insensata discurrat. Item ista affectum inflammat, intellectum illuminat, alia uero qd pluries inueniens ex uera sapientia cor eleuatum inflat, qd pluries variis opinionibus, & diuersis erroribus intellectum obtenebrat.

Igitur relicta humana sapientia, curiositate sciẽtia inutilis, argumentationum & opinionum capturis, religiosa anima per amoris affectionem ad fontem omnium desiderado ascendat, in quo solo reperiat ueritatem. Sed quia hac summa sapientia non potest ab homine edoceri, subditur, quomodo quilibet quantumcumq; laicus, i schola Dei existens, hanc sapientiam ab ipso immediate recipiat super omnem intellectum, per amoris affectum, quam nullus philosophus, nullasque alius scholaris secularisq; magister, nulla humana intelligentia quantumcumq; studiat, apprehendit.

Triplex est igitur uia ista ad Deu: scilicet purgatiua, qua mens ad discendam ueram sapientiam disponitur. Secunda uero illuminatiua dicitur, qua mens cogitando ad amoris inflammationem accenditur. Tertia uirtutia, qua mens super omnem intellectum rationem & intelligentiam a solo Deo sursum dirigitur. Nam sicut uidemus in pontibus dum sunt, opprius ligna supponuntur, vt firmitas munit lapidei superius edificetur, & perfecto edificio iam ligna supposita penitus admoventur. Sic & mens cum primo sit in amore imperfecta, & post ad amoris perfectionem meditando conuergit, & cum per multum exercitium in amore uniuersum fuerit confirmata, & propter multas flammigeras amoris affectiones siue aspirationes supra seipsam creatoris sui dextera subleuata, citius quam cogitari possit, sine omni cogitatione purgatiua

Suaio.

Triplex uia ad perfectionem

ua uel comitate quociescuq; placet, centies uel millicies de die uel de nocte in Deo afficitur, ad ipsum solum possidendum, innumerabilibus desiderijs aspirando. Sic enim quilibet nouus discipulus ad perfectionem huius sciẽtia gradatim ascendat. Vt primo in uia purgatiua qua est purilis, & incipientium studiosissime se exerceat, qua sic incipit. Iustitia & iudicium preparatio sedis tua. Postea autem per mensem unum uel duos, secundum qd diuino super irradiante lumine, sibi uidebitur expedire, ad amorem cogitando conuergat. Quod si presumptuosum forte aliquid uideatur, qd anima inuoluta peccatis multiplicibus, audeat a Christo amoris petere uniuersum, in seipso cogitet, nihil esse periculi. Dum primo osculatur in pede, per peccatorum recordationem. Secundo in manu, per beneficiorum sibi collatorum recognitionem. Tercio ascendat ad osculum amoris, ipsum solum desiderado, & ipsi soli affectibus flammigeris adherendo, ut secundum qd subsequenter uidebitur, dicendo orationem dominicam, prout per ipsam mens cogitando conuergit, ordinatè ascendat. Quarto se exercendo secundum uiam illam qua illuminatiua dicitur, qua ibi incipit. Nox illuminatio mea in delectationibus meis. Conscendit anima ad multo eminentiorem gradum & statum, in quo etiam quociescumq; uult sine aliqua cogitatione prauiam in Deo afficitur, quod ad plenum non potest aliqua humana industria edoceri, sed exercendo per uiam purgatiuam & illuminatiuam anima experimenter percipit, solo Deo interius dirigente & docente: quod non potest uia aliqua mortali uel eloquentia referari, quod nec Aristoteles, nec Plato, nec aliquis mortalis aliqua philosophia uel sciẽtia potest, nec potuit, nec poterit intelligere: quod solus amor docet interius, ut discat omnia rationalis anima a summo doctore & aeterno acquirere scientiam, in qua omnis ratio & intellectus deficit, & affectus per amorem dispositus, transcendens omnem humanam intelligentiam superenatat, sola amoris uniuersum ad ipsum qui est fons totius bonitatis spiritum dirigente. Hac igitur est Mystica Theologia. i. occultus sermo diuinus, quo mens ardore disposita, linguis affectionum. Christum suum dilectum occulto alloquitur, in cuius mystico tractatu sic proceditur. Primo manifestatur uia purgatiua, in qua declaratur tria. Primo quomodo anima purgari debeat. Secundo quo uera oratione gratiae abundante impetraet. Tercio quomodo peccator plenam de peccatis indulgentiam consequatur. Secundo duo manifestant. Primo de uia illuminatiua subditur, ubi primo docet quomodo mens usualiter per dominicam orationem meditando, ad amorem conuergat. Secundo quo per eandem uiam expositione orationis dominicae, omnis scriptura anagogice totum referendo in Deum spiritualiter exponat. Tercio determinat de uia uniuersum, qua incipit ibi. O sapientia qua

Pal. 88.

Pal. 138.

Pal. 138.

Pal. 138.

Pal. 138.

ex ore altissimi &c. Vbi primo manifestat quantitate sublimitas, & quanta uirtutum consummatio per mysticam sapientiam, ad hoc ut magis appetat, & ab ipsis exercentibus acquiratur. Quod si forte alicui legenti nimis difficile uideatur, uel propter sciẽtia profunditate, uel propter uerborum obscuritatem: tñ tangat tertiam uiam, qua est super omnem intellectum, exerceat se in uia purgatiua & uia illuminatiua subsequente, & statim experiet & intelliget in seipso, solo Deo interius operante, quicquid de uia uniuersum in scripto, uel audiet ab aliquo. Nam in hac sapientia necesse est, ut in seipso primo percipiat experimentaliter ueritatem, & deinde sententiam omnium uerborum, qua ad mysticam sapientiam pertinent, in comparatione cuiuslibet doctrinae facillimam iudicabit. Hac enim sapientia in hoc differt ab omnibus alijs sciẽtijs, quia in hac primo oportet usum habere in seipso, quae uerba intelligere, & practica hinc praecedat theoreticam. In alijs sciẽtijs necesse est, primo uerba intelligere, quae ad discendam sciẽtia habeat. Quae inquam a nobilitate doctore acquirat, intantur citius possidet: & ita fit, ut in ipsa aliquis Deo docente sit perfectior discipulus, qd in aliqua liberalium artium perfecte intelligens magister, uel in arte mechanica bonus faber. Secundo. i. in illo loco. Accedite ad eum, & illu. &c. docetur quomodo per oes creaturas tam superiores qd inferiores, anima rationalis ad amorem creatoris obtinendum, perfecte instruitur. Tercio ipsius Mysticae Theologiae textus manifestè exponitur, in quo licet sint pauca uerba, tamen est quasi infinita sententia. Qua perfecte intellecta, tam librorum beati Dionysij difficultas, qd totius ueteris & noui testameti sensus mysticus uerus amantibus elucescit. Nam sicut ab uno fonte deriuantur plures riuuli, qui quasi in infinitos fluuios deriuantur: & sicut ab uno puncto centrali procedunt quasi infinitae lineae, sic intellectus illis paucis uerbis, qua ibi exponuntur, in quibus spiritus edocet, quomodo uniri Deo debeat, in suo summo apice constitutus: & ibidem experimenter taliter inueniet totius sapientiae originem. Ex qua coniunctione mens de inferioribus sciẽtijs preclare intelligendis, sacrae scripturae expositionibus uerbis idoneis in praedicatione, ad inflammanda corda audientium fidelis discipulus multipliciter & affluentissime erudit. Quarto subdunt octo industriae, in quibus anima ad acquirendam istam sapientiam, & conseruandam habitam sagaciter edocet. Ultimo contra aliquos scios hanc supremam sapientiam impugnant, & dicentes, qd nunquam conuergit affectus, nisi praemeditando & cogitando, disputatio subdit, auctoritatibus & rationibus ipsorum error conuincit, & huius sapientie ueritas efficacius enodatur, qd siue media praecunte discretionem sed solo amoris uehiculo, supra seipsam quociescuq; uult, experimentaliter anima subleuatur: quod

Ecccl. 24

Quo sapientia differt ab alijs sciẽtijs.

Pal. 33.

Pal. 33.

Pal. 33.

Pal. 33.



nec ratio intelligit nec intellectus speculatur, sicut ibi dicitur, gustate & uidete.

De via purgatiua. Cap. I. Par. I.

Vltima & iudicium preparatio sedis tue &c. Cum n. anima per mentis affectum ad perfectam sponſi celestis vnionem peruenire desiderat, necesse est, vt qui pane angelorum quo beati spiritus reficiuntur in gloria, adhuc in miseria degens, quasi quibusdam micis cadentibus appetit faciri, triplici officio angelorum quasi gradatim ascendendo, in missione diuina influentia subleuetur. Cum enim dicat bea. Dionysii in hierarchia angelorum, q. triplex sit angeli officium. s. purgare, illuminare, & perficere, oportet, vt anima que vult ascendere ad illum altissimum panem in presenti, in quo mentes angelicæ absorbentur in gloria, velut coru imitatrix primo purgetur, secundo diuinis fulgoribus illuminetur, tertio qm̄ suprema apice affectiue constituta vnitiui amoris culmine perficiatur. Primo ergo dicendum est de prima via. s. purgatiua, quæ est quasi puerilis & incipientium, per quã mens adhuc rudis disponitur sine mortaliu hominũ documento, solis insistentis doctrinis celestibus, vt experimentaliter q̄q̄ sit simplex vel laicus, ad practicam non ad theoreticam illuminationem, diuinã manifestatione necessariò subleuet. Ante enim q̄ illa sapientia, q̄ Deus est beatissimus, in spiritu rationali veluti in domo propria conquietat, iuxta illud. Anima iusti sedes est sapientie, oportet, vt de ipsa iudicium & iustitia fiat. Iudicium vt sicut à creatore suo se auertendo (sicut fit in omni peccato mortali) ipsum contempserit creatorem, pro creatura lamentabiliter relinquendo, sic ipsa humilietur totaliter, vt humiliatio ipsius incipientis, intantum ipsius clementia prouocet, in quantum ipsius contemptus diuinam contra se sententiam in peccatis anterioribus prouocauit, oportet etiam vt ibi sit iustitia, vt illa anima quæ aliquando delectationem, creatoris, in delectationem creaturæ peccatis suis exigentibus commutauit, quod intantum doleat, vel saltem se non dolere doleat, ut diuine iniuriæ secundum iudicium ipsius tam misericordis videatur, secundum humanam iniuriã aliquatenus satisfactũ iuxta illud: Quatum glorificauit se & in delictis fuit, tantum date illi tormentum & luctum, vt secundum artem medicina per duo contraria. s. per humilitatem contrapristinũ contempũ, p̄ dolorẽ de peccatis contrapristinam delectationem, quasi nascens denuo, illi qui est summa maiestas, & indeficiens bonitas, per vnitiuum glutinum ardentissimi amoris uniat. Dicendum est ergo, quomodo humiliatio & dolor de peccatis, quadam necessitate congruente acquiratur. Et licet hæc via purgationis puerilis aliquibus videatur, maximẽ respectu sequentium, tamen nisi per istam mens

Triplican ge orum officium.

Sap. 7.

Apoc. 18.

circa diuina negociari accedens, sollicita & attententa pertranseat, nunquam in presenti uita ad cognitionem de diuinis, nec ad ardorem vnitiui amoris practici poterit accedere, nec ab istis inferioribus suis pollesores deuorantibus sequestrari.

De modo purgatiuo. Part. II.

Se ergo debet anima se humiliare, vt primò recolat peccata sua in aliquo loco occultissimo, & maximẽ in secreto noctis silerio, & maiora succincte ne Diabolus sibi inferat ad delectationem, vnde debuit habere medicinã, faciem suam dirigendo in cœlum, & prout potest, sic maiora peccata sua usq; ad decem vel duodecim coram Deo quasi ipsiloquendo enumeret, & enumerando suspirer, ipsum Deum in omnibus exaltando, & se in omnibus deprimendo, prout poterit, dicendo. Domine Iesu Christe, vel quocunq; modo sibi melius placuerit. Ego sum ille peccator nequissimus, miserissimus, infelicior, nequissimis abominabilior, qui tuam maiestatem in tot & tantis criminibus offendi, vt illa enumerare non sufficiã, sicut nec arena maris præ multitudinẽ numerari potest, & ibi suspirer vel gemat, prout efficacius poterit. Quia sicut lima operatur in ferro, vt in qualibet ipsius singulari fricatione aliquid de ipsius ferri rubigine expellat, sic quodlibet suspiriu vel gemitus aliqd de rubigine peccati, et post infusionẽ græ reliquum eliminat. Et sic magis ac magis anima se purgans, ad percipiendã quæ ratio non inuestigat, vel intellectus speculat, diuino subsidio vel desiderio eleuetur. Et ut intentus dolore cõstrungatur, animus ad sui confusionem & humilitationem diuina beneficia, primò in generali, secundo in speciali attentissimẽ coram Deo prout melius poterit, sibi ingrato diuinitus collata recordetur. Primò quod ipsum quoad speciem eã nobilem creaturam de nihilo sic creauit, dicens. Nonne tu Domine me ad imaginem tuam cum nihil antea essem, in tam nobile esse produxisti, vt te tenerem per gratiam in presenti, & te facie ad faciem contemplarer in gloria? & ego intantum prouocauit districtum iudicium tuum, vt nisi mihi subuenias, magis non nasci q̄ ad lucem presentis uitæ perducere, mihi misero, p̄fuisset. Secundo beneficium incarnationis recorder, sic dicens. Nonne tu Domine es ille Rex altissimus angelorum, intantum pro me te ipsum ad nihilans, vt nostras miseras & peregrinationes iteris ad similitudinem cuiusdam pauperis humiliter sustineres. Et ego Dñe non me humiliando, sed intantum impudenter extollendo, tuam maiestatem contempsi, in miseras huius uitæ momentaneas te fontem totius beatitudinis commutando, quo ergo fugiam? si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero ad infernum ades. De secundo aliquantulum insistendo, percurrat ad

Beneficia Generalia

Psal. 118.

ad tertium, scilicet ad recordationem dominicæ passionis, sic dicens. Non sufficit tibi dulcissime Domine Iesu Christe, q̄ intantum te ipsum inclinares, ut manens Deus, carnis mortalis humanitatem assumeres, sed insuper propter uniuersorum mortalium miseras subleuandas, tam dira uerbera, tam innumerabilia uulnera tollerasti: ut à planta pedis usq; ad uerticem nõ esset membrũ in corpore tuo, quod non sanguine tuo sacratissimo spargeretur? Quid ergo faciam miserissimus, q̄ mortis tuæ sum causa, non tantum uicem pro uice non rependens, sed te in secibus meis prouocans, ut digno iudicio deberet contra me pugnare totus orbis terrarum, à summo cœli cardine usq; ad ultimum centrum inferni? Surgant ergo creaturæ omnes, & ueluti Domino proprio famulantes, de me uindictam suam proprium Dominũ & creatorem, & ibi cogitet de passione Domini aliquantulum, ut per uulnus lateris usq; ad contactũ diuinitatis occultæ latentis interius, per experimentũ amoris attingere mereatur. Hæc enim tria sunt in generali quæ nõ sibi tantum, sed & omnibus alijs altissimus cõdonauit. Quæ in quantum sunt generaliora, intantum indicant maiorem diuinam clementiã. Postea cogitet in speciali, quæ sibi non omnibus alijs præter totius consolationis subsidium contulerit, quem maximẽ ad religionem fratrum minorum diuina clementia prouocauit: quoniam ista uia purgatiua solum est eorum, qui à uita seculari ueluti columba uel turtur in desertum in secessum uidelicet cõtemplationis (licet adhuc debiles) supra se ipsos auolare nitunt, a motionẽ omnis culpæ mortalis quo ad iudicium cõscientiæ necessariũ supponens. Primò ergo recogitet, quot digniores, quot potẽtiores, quot etiam ad abundantiorẽ influentiam diuinæ gratiæ magis multipliciter præparatos, reliquit ipse altissimus in miserijs, & mundanis uoraginibus inuolutos, & te de tenebris miseriæ conuocauit ad suam incõmutabilem ueritatem. Secundo non tantum respectu miseriæ modernæ sibi beneficiũ collatum recogitet, sed & illud diuinũ beneficiũ respectu infernalis miseriæ pertractet: quia multi qui non tantum quantum ipsa diuinã maiestatis oculos offenderunt, sempiternæ maledictionis pœnis perpetuis detinent, & ipsa qui multo plus idem meruerat, nõ meritis proprijs, sed dono conditoris gratuito, ad gratiæ radium in presenti uocati, & ad præmiũ eternæ beatitudinis in futuro. Similitudinem duorum latronũ recolens, quorum unus ab aliquo rege terreno cõdignus suspendit, alter uerò plus priore delinquens, sola regis terreni clementia, licet meritis contradicentibus, ipsi efficiẽ commensalis, gloriã non ignominia reportando. Tertio illud ad quod uocati recolat, quia eum nõ ad regulam beati Aug. uel Benedicij redemptoris gratia reuocauit, sed ad illam sacratissimã quam ipsemet elegit, quando ductus est in deserto, ubi quadraginta diebus &

Beneficia Specialia

noctibus continuis ieiunauit: & in maxima paupertate per mundum prædicauit, & saluti omnium ardentissime intendit. Et præcursor suus præprie instituit, ipsam in seipso seruans, & nobis seruandam monstrauit. Intantum alijs regiminibus sublimior regula, in quantum doctrinam humanã diuinum eloquiũ præexcellit. Sed & sic persistens in oratione, non tantum cogitet in seipso, sed ad Deum immediate dirigat eloquiũ suum, tam peccata sua q̄ beneficia in generali, & i spirituali humiliter referendo: tamen cum quodam ordine ista uel alia, secundum q̄ ipsam Dñs intus docuerit recolendo. Sic per recordationem peccatorũ & diuinorũ beneficiorũ contusus, iam uiam humilitationis incipiat, sic dicens. Domine pater, totius miserationis, non possum tibi satisfacere de malis, quæ coram te miserabiliter pertractaui, non tibi respondere ualeo ad beneficia quæ mihi miserissimo contulisti: sed quia me interficere nõ debeo nec ualeo, tu me infelicem interfice, sed si tibi hoc non placet, mitte angelum tuum gladiatorem qui de me uindictam accipiat: sed si hoc propter misericordiam non uis adimplere quod merui, quia me interficere non possum, tamen hoc quod in me est facio, me quasi latronẽ tuũ tibi reddo in perpetuum seruitentem, nunquam diebus meis ulterius à tuo seruitio recedẽtem. Tunc prosternat se in faciem, & quantumcunq; poterit, seipsum humiliter deprimendo, & altissimum offensum exaltando: & in quantum humiliter, intantum etiam citius & abundantius gratiã diuinã misericordiæ prouocabit. Et tunc de necessitate oportet, q̄ quado pijsimus pater uidet ipsum sic coram se humiliatũ, dolorem cõferat de peccatis, uel saltem dolorẽ quia nõ dolet: ut p̄ ista duo cõtra duo prædicta, anima purgata recuperet, iam quondam quod erat perditum, & sibi quandoq; multo amplius q̄ antea id ipsam restituet. Sed si etiam dolorem nõ poterit quoad effectũ consequi, per ea quæ dicta sunt, tamẽ qualibet nocte succincte hoc teneat quod dictum est, quia creatori sufficit, quando homo facit quod in se est: nec non ipse Dominus rei exitum expectans, quandoq; se subtrahit, ut & ista faciens, dolorem nullum uel consolationem inueniat, ut eius patientia ad tẽpus per diuinam sufficientiam comprobet: & ut sibi postea amplior consolatio, & de peccatis contritio diuinitus cõferatur. Sed quia quæ prædicta sunt, non possunt fieri sine gratia speciali, sequit de impetratione gratiæ per modum orandi, prout ad uitam purgatiuã pertinet. Sicut enim oculo corporis uel sensuali de ioculatoribus in curijs magnatũ cernitur, q̄ cupientes aliquod tẽporale commodũ à principe inconsulabiliter obtinere, primò ipsum multipliciter cõmendant, deinde quod intendant sibi postulant cõdonari, sic & nouus ioculator spiritualis, mundũ deceptorem despiciens, debet ordinatẽ procedere. Cum enim Deus i se sit innotabilis, ipsum tamen in suis effectibus nomina-

De humilitatione. quæ peccator coram Deo face re debet.

Gratia specialis à Deo qualiter peccator impetrare debeat.



nominaus, & per ipsos ipsius magnificentiam collaudamus. Primò enim secundum qd ipse est omnis creaturæ rã corporalis q̄ spiritalis principiu, & origo. Secundò aliquantulũ submissius, prout se habet ad contemplantes in gloria. s̄ m̄tes angelicas & humanas, & ipsas cõtemplatione suã indicibilis pulchritudinis, quã uident sicur est beatificans in hoc ab ipsis oem eliminans potestãtẽ. Tertio adhuc isto submissius, prout ad oes creaturas se habet, quibus ipse tanquam altissimus imperat, & oes tam rationales, q̄ irracionales suã obtemperant maiestati. Quarto respectu nobilissimã creaturæ, quæ est homo, & primò respectu eorũ qui sunt in charitate famulantium suo creatori, in hoc qd ipsis adhuc degentibus in hac uita miseria superpositus pater, superpositus filijs multa encenia internarum consolationũ, uelut i quãdã futurã diuinã beatitudinis siue beatificationis indicia, hominibus quasi nihilum existẽtibus, uelut i filijs altissimus præostendit. Quintò & ultimo respectu existentium in peccatis, quibus in quãtiscũq; peccatis diutius sua scelera proelãtes extiterint, pulsantibus ad ianuam diuinã pietatis, ipsos diuinã clemẽtia in finũ suã charitatis recolliget, & perpetratis peccatis sic indulget, ut sapius ab ipso, quẽ sic abominabiliter offenderunt, quãdoq; plus q̄ innocentes uberiora & preciosiora beneficia illapsa cõsequatur. In his enim diuinã bonitas, ex primordiali diffusionis gratiã manifestatio, usq; ad feces existentium in peccatis ostendit. Et hæc quinq; breuiter in quinq; his uocabulis includuntur. s̄. bonus, pulcherrimus, Dominus, dulcis, misericors. Et postquã in his commendatus fuerit, illud quod intendit, plenariã remissionem de perpetratis sceleribus securẽ poterit postulare. Iste enim modus postulandi & orandi edocetur, ubi spõsus dicit sponsæ. Vox tua dulcis, & facies tua decora, scilicet per interiorem purgationẽ obtenebrantem caliginem expellendo, & uox dulcis, ut in quolibet uerbo spõsus æternus in aliquo specialiter cõmendat. Et hæc propriã appellationes sunt cantica cãticorum, & intantũ a parte animæ, ut quãdoq; mens ad Deum se erigit, in ipsis uocabulis inuolutam dulcedinem inueniat: ne per multiloquas enarrationes, & uocales prolationes, animus in tanto colloquio enaget, sed in his illectus uel allectus, infra se totaliter adunetur. Sic ergo dicat, quoties poterit bono modo isti consimili, bone, pulcherrime, Domine, dulcis, misericors: misere huius peccatoris, quem redemisti sanguine tuo precioso. In hoc solum attendens, qd sibi de malis perpetratis parcat clemẽtia saluatoris, non quod in quolibet uerborum includitur theoreticẽ speculando, sed affectuose orando, potest illa uel consimilia dicere, prout dicens nouerit, maiorem affectionem in istis uel consimilibus reperire. Sed ad hoc ut mens desiderij cõpletionem obtineat, necesse est, ipsam diuinam influentiam

imitari, ut sicut ipse sol spiritalis Hierusalem ciuitatis superna; quãtum est de se, bonos & malos radijs bonitatis suã illustrat, sic non tantum propinquis, sed pro omnibus illis, quicunq; sunt beatissimã Trinitatis imagine insigniti, totis uisceribus deprecetur illius clemẽtiam saluatoris: ut sicut omnes creauit, omnes redemit, ita omnibus indistincte dignetur misericorditer subuenire. Et in hoc irrefragabiliter citius diuinam misericordiam prouocabit, & obtinebit, in quantum hominem creatoris uniuersorũ, & omnium mortalium redemptoris uestigia (suã charitatem super omnes beatissimẽ diffundentis) fuerit imitatus: nisi quandoq; ad horam pro se & pro alijs, singularibus orationibus coarctetur petitio, licet semper charitas habeat se diffundere, eundem affectuosum modum quẽ pro se, etiam pro omnibus exorans, sollicitus alleget, quantum est de modulo suã paruitatis, sic dicens. Bone, domine, pulcherrime, dulcis, & misericors, misere omni peccatorum, quos redemisti precioso sanguine tuo. Et tunc in quantum poterit habeat istam imaginariõnem, quãdo dicit, misere, ut totus mundus suo creatori inclinetur, per uerum cultum & reuerentiã condignam. Sed quia mens omnia ista non potest præ nimia carnalitate & uertibilitate, potest esse expe diens, impetrare, oportet, qd ad instar illorũ qui habent aliquod magnum in curiã regalis palatio, uel summi Pontificis expedire, qui uidentes se non posse propositum consequi, ad eum aliquẽ magnum de curiã, ut quod per se non possunt, ipsius mediatoris intercedentis reuerentiã impetretur. Quod si ille pauper aliquem magnum & præ excellentem inuenierit, qui has conditiones habeat, ut sit humilis ad audiendum preces pauperum, gloriosus in curiã, ut cum ipso (si necesse fuerit) multi alij pro alio intercedant, dilectus summo Pontifici, ut eius dilectione attractus, nihil uelit penitus denegare absq; ulla calumnia, pauper suum desiderium obtinebit. Sed quia ista inter sanctos alios, in superlatiuo gradu excellentissimẽ in beata Virgine reperiuntur, ad ipsam confugiat sic dicens. Tu quæ es misericordissima præ omnibus alijs, humiliter peccatoribus te inclinans, potentissima, quia per te ruina angelica reparantur, per te sanctis uita ianua aperit: & ideo te clamante pro paupere, tecũ omnes pãriter acclamabunt regi æterno amantissimo, quem tuis sacris uberibus lactasti, & ideo ineffabili glutino charitatis tibi coniunctus est. Rogo, ut per te mea inopia subleuetur, ut sic per te de peccatis meis propriam purgationem obtineam: ut tandem ipsum in isto amore constringam, quem tu totis uisceribus dilexisti, & tunc dicat ei. Aue Maria quadraginta uicibus uel quinquaginta, sed tertio numero si uoluerit diuidendo, uel consimile prout sibi melius uidebitur. Hoc quasi in signum dilectionis & spiritalis homagij reddens ei quotidie pro tributo, ipsam

feri corda ad nostras orationes inclinatur, quãdo generaliter pro oibus hominibus oramus, q̄ quãdo p̄ aliquo singulari.

Innocẽtia est beata Maria.

ipsam nõ in pictura parietis, nec in sculptura lignea, sed in celo attentẽ & affectuose salutans, ad ipsam immediatẽ suam faciẽ dirigendo. Hęc est uia purgatiua & ipsius expeditio, quæ multo plus in corde potest citius recolligi, q̄ scripto uel uerbotenus numerari, hanc purgationẽ recorde tur incipiens breuiter & succinctẽ, & uera sibi lassima uia cito apparebit.

De uia illuminatiua. Cap. II. Par. I.

Per uiam purgatiuam mens ad illuminatiuam immediatẽ erigitur, secundum illud Psal. dicentis. Ascensiones in corde suo disposuit in ualle lachrymarum, quia per gemitus & lachrymas anima a rubiginibus peccatorum abluatur, & per hoc immediatẽ ad susceptionem diuini radij preparatur. Cuius necessitas sic apparet, primò a parte recipientis, nam sicut i speculo materiali uidemus, qd si sit ibi flatus uel ali quod obtenebrãs, facies humana quẽ se ei obijciat, non tñ resultat. Sed cum abstersum fuerit, i ipso facies humana apparet, ut si etiam speculorõne humana ueretur, ad instar spũs per illud quod in seipso recipit, ipsum cuius est similitudo representans cognosceret. Sic cum a rationali spiritu erit eliminata caligo offuscans, iam ille sol spiritalis gratiã suã radijs immittit, quãtum est de se, equaliter omnibus se infundit, immò quod plus est, quia sicut radius solis materialis stat immobilis ad fenestram, & statim cũ sibi apertum est nunq̄ retrocedens, nunq̄ de sua naturali bonitate se retrahens, sed potius domũ interiorem prius obscuratã irradiat, sic uerus sol iustitiã ciuitatis superna, cuius sol iste materialis obscurã gerit similitudinem uel imaginem, nihil aliud expectat etiam immobiliter p̄stõ stans ad ianuam, nisi ut per aliquam abster sionem sibi aditus p̄pararetur, ut in mente uelut i lectulo facili ter conquiescat p̄ spũali splẽdorũ irradiationes, iam sibi desponsatã insi gnens, & sic a parte recipientis, & a parte influẽtis irradiatio spiritalis purgationẽ consequit. Sed hoc idem manifestatur, p̄ ipsorum distantium coniunctionem unitiuam. Sicut enim in sapientia dicitur, ipsa sapientia est candor lucis æternæ & speculum sine macula, oportet ergo ut aliqua conformitã conformitas, qd per uerã amoris unionem mens humana candori lucis æternæ unitur, & prius semota ab ipsa omni obtenebrãte caligine, speculo sine macula conformet vel comparetur. Vnde oportet primò, qd mens sit quasi speculum sine macula, & statim ad suscipiẽdum lucis splendores diuini disponitur, & sic cum fuerit curata, æternæ sapientiẽ conformetur. Sed de quo lumine intelligatur, qd mens anagogicẽ confurgens ad tertiam uiam unitiuã erigitur, sciendum, qd sicut sol materialis uidetur in corpore terminato inferius, ut ipsum uidemus in pariete, uidetur etiam in radio suo. s̄. in aere,

Phil. 3.

Optima comparatio.

sup. 7.

Sicut sol materia lis ab orculo corpore tri bus mo-

uidetur etiam in seipso ut in fonte solari, sic radius diuinus etiam spiritui apparet tripliciter. Apparet enim in sacra scriptura, quãdo sub cortice litteræ, per aliquod donũ intelligentiã sensus anagogicus inuenitur, quo mens sicut p̄ quẽdam radium ad amorem sui creatoris multipliciter & mirabiliter erudita erigitur. De isto radio, qui facit semper splendere spiritum, beatus Diony. de diuinis nomi. sic dicit. Indicibilia autem casto silentio uenantes, ad illucescentes nobis in sanctis eloquijs splendores exerceantur, & ab ipsis illuminamur. Secundus radius a sole spiritali missus respundet in spiritu, & his solis radijs mens æternis spectaculis suspensa, cum quadam etiam admiratione ad meditandum de supercelestibus eruditur, de rationibus æternis uel æterna generatione, uel nexu spiritus sancti, & de huiusmodi, quia sicut per solares radios splendentes in aere, non per aliquod aliud sumẽ sensible, oculus materialis ad contemplationem solis erigitur, sic oculus intelligentiã per radios immisos a sole spũali, nõ per aliquam aliam disciplinãtã scientiam, uel mortalis doctoris industriã, ad cognitionem occultorum supercelestium eleuatur. Et de hac beatus Dionys. dicit. Verte te ad radium, q. d. Non alium doctorem, non aliud exemplar assumas ad percipiendã diuinã, sed intra te ipsum ingredi, & per radios tibi datos desuper, ad contemplationem diuinorum arctius te exerce, quia sicut rationalis spiritus nobilior est inferioribus creaturis carteris, sic nobilior per immisos bonitatis radios apparet diuinã sapientia in ipso. De tertio uerò radio ubi ipse fons totius beatitudinis apparet, (quod raptu fit) prætermitto quod sit, quando mens rapitur a corruptione & sensificatione membrorum carnalium remota, quantum possibile est gratia trahente naturã, dono conditoris gratuito mens ad supernã rapitur, ipsum faciẽ ad faciẽ contemplans, cuius glorioso aspectu superna curia iucundatur. De primo radio latitante sub scriptura est præsens intentio, per quẽ ad amorem unitiuum ascenditur. Secundus radius amorem sapius comitatur, quia quãto plus per affectiones amoris mens fontĩ luminis appropinquat, in tantum efficacius ueluti ipsi uicior (sicuti de auro confurgente uideamus, qd primò partes propinquas illuminat) radijs diuiniõnibus adimpletur. Per uiam uerò tertiam quando mens suspirijs insatiabilibus suspirat dilecto totaliter uniti, ad tertiam irradiationem in qua plus agitur, quã agat, diuinitus subleuatur, & sibi diutius suspiranti dicitur a dilecto. Amice, ascende superius. De hac Dionysius in mystica theologia postquam dixit. Confurge ignote ad eius unionem, quæ est supra mentem & cognitionem, ubi tradit amoris unitiũ practicã, ubi scilicet ad ineffabile mysterium confurgit affectus, quod ignorat intellectus, postea subdit dicens ad Timotheum sic

dis aidentur, ita sol iustit ab oculo interiori.

In Epistola ad Titum.

Luc. 14.

Sic

Cant. 2.

Citius di uina mi-



Sic enim omnia à te auferens & ab omni irreten-
tibili & absoluto, munde ad diuinarum tenebra-
rum radium sursum ageris. Vnde & in consurre-
ctione uniuersi amoris dicit: conserge, quia si-
mul ibi operat natura & gratia, postea dicit: sur-
sum ageris, quia ibi non natura sed gratia mens
ad experimentalem & immediatam cognitio-
nem celestium eleuatur, & per illam animus ad
istam disponitur. Sed quia de uia illuminatiua
est praesens intentio, dicendum est quomodo lu-
men in scripturis apparet: deinde quomodo per
istud lumen ad tertiam uiam. f. uniuersam ascen-
damus. Et q. omnibus pateat, q. in omni scrip-
tura sancta iste radius latitat uelut lumen in testa,
subditur exemplum in uno. f. in oratione domi-
nica: ut simul ex uniuerso nouo & ueteri testa-
mento, ab uniuersis ueritatis discipulis compro-
betur, & ut non sit aliquod uerbum, quod non collo-
quijs sponsi & sponsae interius repleatur.

De triplici anagogia. Part. I I.

Psal. 138.

NOx illuminatio mea in delitijs meis &c.
Nox enim hic uocat obscurus cortex scri-
pturae exterior, uel etiam omnis insensibili-
s creatura, per quam mens interius irradiatur
ad hoc, q. anagogicè in uniuersi amoris delitijs
conquiescat. Via enim purgatiua respondet or-
dini angelorum, nam ibi tunc primò purgatur
anima, ad hoc q. primò Deus in ipsa ueluti in lo-
co mundo resideat. Ista autem, ut dictum est, re-
spondet Cherubin, Cherubin plenitudo scientiae
interpretatur, tantum autem per artem huius
theoricae scientiae lumen acquiritur, & tanta sa-
pientiae dilatatio in scripturis, ut quot uerba in
nouo & ueteri testamento, quot creaturae in mū-
do, tot habeat anima intelligentias uel sermo-
nes, totum ad Deum ad pūctum amoris omnia
referendo, ut postea apparebit: tertia autem. f.
uniuersa respondet Seraphin, qui interpretatur
ardens, ibi enim in tanto ardore fertur anima
in Deum, ut maximè corpus per extensionem af-
fectuum & motuum quandoq. mirabiliter affli-
gatur. Sciendum est igitur, q. triplex est anago-
gia. Vna quae est de Deo in se ut mentes caelestes
beatificans in gloria, ut dicitur de Dauid: qui
erat quidam homo ad literam, qui dicitur opti-
mus propugnator: & mortaliter significat ani-
mam, quae ita debet uiriliter pugnare cōtra Dia-
bolum, contra ipsum etiam insurgendo, cōspuen-
do: ne seipsam permittat tam uili Domino sub-
iugare, & à dulcissimo Iesu Christo in perpetu-
um separari. Dauid etiam dicitur Goliath per-
cusisse, signans allegoricè Dominū Iesum Chri-
stum, qui Diabolum superauit, pacem populo
suo acquires &c. Dicitur etiam Dauid pulcher
aspectu, inaccessibilem pulchritudinem diuinā
substantiae signans, in sua pulchritudinis uisio-
ne, laetitia indicibili laetificatis in requie beatitu-
dinis aeternae omnem mentem angelicam & hu-

Triplicis
anagogiae
expositio.

1. Reg. 17

manam. Vnde in Ioan. dicitur. Haec est uita a-
eterna, ut cognoscant te solum Deum uerum, &
quem misisti Iesum Christum. Et haec est anago-
gica expositio, secundum quod Deum beatifi-
cantem respicit. Alia est anagogia, quae respicit
Ecclesiam militantem, in quantum in sponsi am-
plexibus totaliter inauertibiliter perseverat, ut
Hierusalem ad literam, quaedam dicitur ciuitas,
Hierusalem enim ciuitas optimè munita, & for-
tissimis muris circumdata dicebatur, & signifi-
cat ipsam fidelem animam moralem, quae debet
interius muniri armis uirtutum gratiae, & amo-
ris, sine quibus armis, nullus unquam potuit, nec
poterit Diabolo resistere aduersanti, quae etiam
debet exterius muris fortibus circumdata esse,
& hoc in honesta conuersatione, & quinque sen-
suum mortificatione, quibus amoris uniuersi re-
gnantis integritas inexpugnabiliter conseruabi-
tur. Secundò in hoc, quod sedes regni dicitur,
Ecclesiam uenturam fidelium sub Christo prin-
cipe figurabat, in qua regnat ipse rex pacificus,
sub cuius persona quondam dicebat. Ila. Deus
legifer noster, ipse ueniet, & saluabit nos, regens
militantem Ecclesiam exemplo uita, & uerbo
doctrinae. Tertio Hierusalem interpretatur ui-
sio pacis, quod Ecclesiam triumphantē signat,
in qua sunt habitatores pacifici, quia illius felici-
tatis praesentia gratulantur, dicentes, & clamantes
(gaudiorum ciuitatis aeternae super plenissima
praemia admirantes) Melior est dies una in atrijs
tuis super milia. Et haec est anagogica expo-
sitiō. Quid sit anagogia? proprie dicitur anago-
gia, idem quod sursum actio. Vbi etiam rectè
inter sursum actum, & illum ad quem supra se
aspirando ardentius eleuatur distantia annota-
tur. Vnde proprie, neque inter beatificantem
altissimum, & illos quos ipsa pax uera beatifi-
cat, neque similiter e contra est proprie sursum
actio extensiuā, sed potius tanquam cum rege
existentes feliciter in thalamo, in ipso tranquil-
litate admirabili conquiescunt, & tanquam su-
pra se iam in ipso existentes, ad ipsius unionem,
uel imitationem desiderabilem ulterius non aspi-
rant. Sed hoc proprie sponsae adhuc à sponso pe-
regrinanti competit, quae adhuc tanquam di-
stans, ipsi insatiabilibus suspirijs uniri deside-
rat, quod in separatione animae à corpore in
tranquillitate uitae plenissimè obtinebit, secun-
dum quam sapientiam anagogicam currunt cā-
tica canticorum, cum dicit. Osculetur me oscu-
lo oris, &c. Et illud. Trahe me post te, &c. Et
iterum. Veni dilecte mi, & egrediamur in a-
grum, &c. Quae petitiones nihil aliud sunt, q̄
ignita suspiria, & inquietae affectiones, dilectum
ad sui sursum actionem feliciter obtinendam
ardentius prouocantes. Similiter, & ex parte
sponsi ad sponsam, cum dicit. Aperi mihi so-
ror mea, sponsa mea, & iterum dicit. Veni de
libano, ueni &c. & iterum dicit. Surge prope-
ra amica mea, &c. Quae sponsi colloquia nihil
aliud

Ioan. 17

Iu. 31

Psal. 87

Anagogia
quid.

Canti. 10

Canti. 10

Canti. 10

aliud sunt, quam radiationes scintillantes emif-
sa ab ipso, affectum ad ardentiora desideria &
inquietia suspiria importunè incitantes. Acquiri-
tur enim ista ars magis per amoris unionem, se-
cundum quam (ut dictum est) praesens est inten-
tio: hanc ubiq. inclusam in sacra pagina osten-
dentes, exemplum ponamus in uno, ut simile in
alijs sacrae paginae locis idem ostendatur, & ne
longius hoc exemplum protraham, primò sub-
ditur in oratione dominica. Pater noster &c. Si-
cut enim in sensu literali artificialiter proceden-
do, sic etiam in anagogico primò capitur bene-
uolentia infundentis: secundò petitiones suas
multiplicat. Sed primò ab ipsa dilectus in tribus
praecipue commendatur, captando ipsius bene-
uolentiam in suis petitionibus, ut sua beneficia
conferenti Domino ascribens, idem Dominus
favorabilior habeatur. Primò ut perfecte & spi-
ritualis generationis principium: secundò ut iug
bonitatis uelut quoddam diffusum: tertio in
habitu & mansionis dignitate diuum, qui
tanquam rex praecellens habitare dignatur, ubi
est firmum habitaculum siue tabernaculum, &
decore multiplici interius decoratum. Primum
per pater, secundum per noster, tertium per cœ-
lis. Imprecatur primò illud, quod est secundum
proprietatē uocabuli anagogicè ad sensum my-
sticum transferendo. Verbi gratia. Pater ad lite-
ram nihil aliud est, nisi qui de se aliquid emittit
do filiū progenerat, sic anagogicè transferendo
uerissimè pater ille dicitur, qui tamen non na-
turaliter sed adoptiuè multos filios generat, à se
germen amoris deificantis emittendo, quo mens
perfecta natiuitate gignitur, quado uiuere iam
in uera uita incipit, sine quo à natura quantum
ad uerum omne nihil penitus efficitur: uerius &
efficacius progrediens, quando de Deo uero qui
est uera uita nascitur per amorem, q̄ quando de
nihilò quantum ad esse naturae in natiuitate ca-
pabili duxit primordiale originem, à quo non
tantum ut principio affluentissimo uitam emit-
tendo caelitus generatur, ab ipso sensum & mo-
tum spirituales recipiens, qui uerè uitae princi-
paliter attestatur: sed usq. ad perfectam aetatem
claritatis aeternae, & quando ipse uidebitur facie
ad faciem, micas panis consolationis internae
recipiens, scilicet Dei corroborantis & confor-
tantis amorem, ab ipso paterno affectu miseri-
corditer educatur: & hoc totum importat hoc
q. dicit, Pater: mysticè occultatum, ut est totius
uitae fontale principium. Sequitur noster: ubi lau-
datur ipse beatitudinis inclusa diffusio, quasi
dicat. Tu es ille qui ratione tuae latissimae boni-
tatis, non singulares personas cōsideras, sed om-
nes rationales spiritus quantum ex te est, per im-
missos à te radios ad te trahis: ut non aliqui quan-
tumcūq. excellentiori & preclara religione emi-
nentes, te fontaneam bonitatis originem sibi ap-
propriare ualeant: sed ut non sit mens humana
uel angelica, quae se abscondat à calore tuo natu-

Per quid
anagogia
procedit.

Orationis
dominicæ
anagogi-
ca declarata
Ioan. 6.

Pater.

Uter.

raliter abstractiuo, & hoc per noster anagogicè
importat. De triplici proprietate. Sequitur: qui
es in cœlis. Hic captatur beneuolentia à ratione
excessiuæ uel praecelliuæ mansionis. Cœlum inter
alia praecellit triplici proprietate. Est enim conti-
nuè mobile, firmum, & uarijs syderibus in ipso
refulgentibus adornatum: hoc ad sensum ana-
gogicum transferendo, sponsa sponsum in suo
cubiculo collocas, in secreto cordis armario de-
bet hac proprietate triplici adornari. Primò q.
sit firma, & secundum hoc loquitur sic. O dulcis
sine tu q. es in cœlis. i. illarū mentium thalamū
inhabitans interiorē, iam non tantum praesentia-
liter, potentialiter, & essentialiter, ut in alijs
creaturis: sed uerè te ipsum qui es hospes iucun-
ditatis & solarij sensibiliter & familiariter repre-
sentans, his qui ob amorem tuum efficacius ob-
tinendum, ualefacientes, ceteris delectationibus
dederunt libellum repudij, & tibi soli quietanti
mentes in amore uiuentes, continuata suspiria,
impedimentis refecatis, glutino amoris suauissi-
mi colligati, tibi firmissimè & ineradicabiliter
adhæserunt, ut sit etiā in ipsis fortis ut mors dile-
ctio: ut in canticis dicit: ad suam radicationem
firmiorem sponsa proclamās ad paranympho-
rum subsidia. f. angelorum quibus tanquam fo-
cijijs adiuuatur, ita dicens. Fulcite me floribus, sti-
pate me malis, uos qui uidetis cum facie ad fa-
ciem, uestris cōsolationibus ipsum ad mihi sub-
ueniendum uberius prouocando: quia languet
calore uniuerso, est uans ipsam totaliter amplecti
desidero, quae adhuc pauperula in miseria exi-
stens, tam iucundum Dominum experimentaliter
praecognoſco. Sequitur alia proprietate, conti-
nuè mobile, tunc enim mentem uerissimè spō-
sus aternus certissimè uisitat, & eam inhabitat,
quando non iam laboriosa tarditate in uniuersis
motibus, sicut cum esset in status incipientis exor-
dio, se sursum erigendo affligatur, sed diuturno
exercitio tantā agilitatē affectionū diuino me-
re beneficio, & gratiā effluentissimae largitatis
accipere: ut quotiescūq. uult, quasi sine afflictio-
ne inquietatiua suorum desideriorū dilectio mē-
tis ut sursum ardentem agat afficitur, tunc ipsam
Deus uirtutū spiritualiter inhabitat, non tamen
actu continuo (quod est super uires conditionis
humanae, propter laxationes uirtutū.) sed conti-
nua abilitate motus amoris secundum libitum
suum eliciente facilitatē, & affectus motui firma-
menti similitatē. Vnde qui in primis lento gradu
& debili, uago & tepido ad modū testudinis am-
bulabat, nunc currendo celeriter, ita ut montes
& colles. i. dignitates tam ecclesiasticas q̄ mūda-
nas, ipsas uilipendendo transiliat, & hoc est quia
in parte exaudita est eius petitio, cum interius
uoce suspiriorū diuissimè proclamat, ita, trahe
me post te. Quia ergo tracta est ab illo, qui solus
potest ipsam supra se eminentius eleuare, prius
lenta, iam currit in odorē unguentorum suorū:
quia nimirum ardentioribus desiderijs, solito
ad sponsi

Qui es in
cœlis.

Cœlū tri-
plex habet
praex-
cellentes
proprietates.

Prima p-
prietas, ē
firmitas.

Cap. 8.

Canti. 10.

Secunda
est mobi-
litas.

Canti. 10.



ad sponsi amplexus erigitur, quia de enceniis Hierusalem civitatis superne ueluti quibusdam micis cadentibus de menta dominorum suorum, quae experimentaliter praecelsum, degustauit. Quia ergo non tantum sponsio aperuit, ob cuius amorem mundana gaudia ipsam obfuscantia coculcanda respuit, sed pulsanti ad ostium cupienti introire in occursum perexit in affectiones flammigeras confurgendo, qui non propter seipsum, sed propter ipsam intrando inhabitat, cibum solide affectionis apportans, ut cenat cum ea & ipsa secum. Sic enim in loco continuo mobili dilectus requiescit. Sequitur de tertia proprietate, diuersis syderibus adornatum. Cum enim uirtutes efficaciore uirtute sine purgatore indigeant, nondum plene floridus & preclarus dilectus mentem inhabitat, cum inordinatio uirtutum & immoedella delectatio sensuum mentem nubilosam caligine obtenebrent, & quia lippos adhuc habet oculos, non est accepta acceptione gratissima aeterno iacob, quod Deus altissimus est, cuius pedibus omnia sunt subiecta, ut ab ipso in copulam dispositionis indiuiduam assumatur. Quare? quia nulla convenientia lucis ad tenebras, sed cum uirtutes sunt purgatae lumine uirtutum clariori ab interiori mundicia, ut mens uirtutum splendore fulgeat, sicut firmamentum syderibus resplendet, ita ut suae irradiationis claritate multiplici, & dignitate sui luminis aspectu sponsi ad sui placidam conspectum promoueat, ut etiam luminosa gratiae & uirtutum in mente multiplicata claritate, placitas exterius in conspectu hominum faciat apparere, & sic ipsum dilectum altissimum in suo decore iam puocat, ut ipsam familiariter inhabitare dignetur. Quod citò assequitur, cum ipse dilectus istud amplius quam ipsa desideret, ut prius mendica, modò regina, prius mundanis delictis intenta miserabiliter sedebat ad sinistram, modò transformatione amoris transeat ad dextram. Quae etiam prius offuscata & inuoluta peccato leuitatis, modò preciosissimi amoris auro textum induitur uelutamentum, prius sordida diuersis uitijs, modò formosa uirtutum fulgentium multiplici colore resplendet, intantum, ut paranymphe, id est amici sponsi, scilicet angeli purgationem uictoriosam acceptantes, dicant sponso. Assit regina a dextris tuis in uestitu deaurato. Captata beneuolentia subditur de petitionibus.

Tertia est ornatus.

Psal. 44.

Septem sunt petitiones in oratione dominica.

Prima petitio.

Sanctificetur nomen tuum. Septem petit, quorum prima quatuor, boni adeptio, alia mali remotionem respiciunt. Primo enim petit inter illa quatuor, ut dilectum suum sine contrario retardante possideat. Secundo ut non in aliquo se obliquans, limites regularum ueritatis transiliat. Tertio ut ipse beatissimus non tantum sibi id quod ipsa sentit, sed omnibus alijs peccatoribus per ipsius misericordiam innotescat.

Quarto ut in consecutis ab ipso beneficijs, per ipsius manu ductuam sustentationem inauertibiliter in omnibus perseveret. Primo (ut dictum est) uocabuli proprietates assumitur, ad sensum analogicum transferendo sanctum, & idem est quod sine terra. Sine terra ergo efficiatur nomen tuum in me, quod nomen est mirabile. Unde in li. iud. di. Quid quæris nomen meum, quod est mirabile? Tunc enim mundanis delictis deturpatis, & imbuta terrenis desiderijs anima male uiuens in amore, tranquillitatem serenam ingentem intelligere cordis læticiam nec sentire ullatenus potuit, quia erat homo & non Deus, carnalis & non diuinus, amore deficiente est ab hominibus omnibus separatus cum equis, terrenis. i. affectionibus ineptis, insensatis, & carnalibus desiderijs traheretur, sed in illud Isa. Aegyptus & non Deus. Sed cum extensionibus ignitis aliquantulum ad experimentalem & diuinorem læticiam mens amantis attingit, cum nondum terrenis affectibus se sentiat expeditam, quia ad hoc uirtus propria non sufficit, sciens se duo contraria simul non posse possidere, terrenam ponderositatem, ob carnem corruptibilem inferius attrahentem, petit a dilecto instantius remoueri, cum prior oblectatio respectu dignitatis sequentis læticiam uilescat, cum ratione oppositionis spiritualis iucunditatis prioris gaudij denudat amaritudinem, cum radius interior, licet non sit in perfecta plenitudine, tamen mundi deceptionem & turpitudinem apertius manifestet, ut sic rubigine consumpta, igne amoris leuis effecta, pennis affectionum superius eleuata & stupefacta admirabilem in presenti certissime sentiat, quem aduenam ignorabat, ut per multas affectiones & continuata desideria, multo tempore desideratū inueniens, dicat admirans præ gaudio. Vere tu es Deus absconditus, tunc enim nomen quod est mirabile sanctificatur, quando in sua petitione exauditur, ut terra remota. i. carnalitate, solus sponsus cum sola sponsa mirabiliter præsentetur.

Secunda petitio.

Adueniat regnum tuum. Tunc enim regnum Dei in animam uenit perpetuo solio stabilitum, quando intantum uirtus ardentis amoris præualeat in spiritu, ut non solum in ordinatione interiorum sensuum uelocissima insurrectione uiriliter comprimens, domina totius regni spiritualis appareat, sed cum uirtute ipsius amoris omnia acta iudicio rationis præsentantur, ut illud quod plus dilecto placere decreuerit, semper in omni actu exerceat: iam se cum suo corpore in obsequio ipsius dilecti ad nihilas, per radios immisos ab ipso, præcogitans quæ beneplacita sunt illi, & ipsa cum discretione inuertibiliter exequatur, & si non semper actu, hora tamen consueta faciat orationem, nisi aliqua de causa exteriori uel maioris obedientia præ-

prædictus, uoluntas tamen in conspectu dilecti appareat non inanis, ut iam in omnibus non quærat quæ sua sunt, sed quæ Dei secundum Apoll. ut iam in ipsa regnet solus Deus, cum iam seipsam uoluntas sacrificium medullatum obtulerit, quia iustum est, ut in ipso a quo creata est, finaliter conquiescat, ipse solus in ipsa resideat, ut sub ipsius regno referretur intacta, ut in ipso refrigerium suauiter inueniat, & dicat præ gaudio. Sub umbra illius quæ desiderauit sedi, & subdit ratione, quia fructus eius dulcis gutturi meo. Tunc enim uerè regnum aduenit, quia sub umbra illius altissimi sedet, qui est Rex regum, & Dominus dominantium, quem ipsa perfecte obtinet, quando (ut dictum est) uoluntatem suam secundum quod humana fragilitati competit, Deo totaliter consecrauit, nulli creaturæ penitus subiaccendo.

Tertia Petitio.

Fiat uoluntas tua, sicut in celo & in terra. Cum enim uerè non diligit, nisi quem diligit, & uelit eum ab omnibus uenerari, petit sponsa (quæ per celum signatur ut dictum est) ut id quod sentit, alijs peccatoribus (qui per terram denotant) misericorditer innotescat, ut ipse qui solus est colendus, & insatiabiliter adorandus, sic se benignè peccatoribus reuolatione exhibeat, ut scintillam ueritatis & stillam roris, ipsum unice attingentis ipsorum mentibus impartiendo distribuatur, ut omnis lingua exardescens affectionis interior, qua solus spiritus creatus spiritum increatum alloquitur, confiteatur experimentaliter cognoscendo, ubi est ineffabile indicium, quod Dominus non ster Iesus Christus in gloria est Dei patris, diligetibus ipsum, & derelinquentibus terrena gaudia, ad multo illis preciosiora munera multipliciter conferendis. Secunda ratio quare in gloria patris esse dicitur, ut per amoris desideria uerè diligentem ipsum ad suam integritatis unitatem misericorditer erigendo, suæ sollicitudini compaties, in sinu suo immobiliter collocet, sicut Dominus dicit, in perpetua charitate dilexi te, ideo attraxi te miserans tui. Ait ergo. Fiat uoluntas tua sicut in celo. i. firmo, continuo, mobili, diuersis luminibus adornato, ut dictum est analogice recludendo, & in terra. i. peccatoribus. i. qui non immerito terra proprie nominantur, quia longè a regione ignis sunt positi, per cuius consumptionem purgatiua, anima leuigatur, ut in terris existens, celestes amando & desiderando obrineat mansiones, quia ubi amat, ibi proprie inhabitat. Hoc nomen terra, non potest exponi analogice per essentiam, sed tantum per causam, quia sicut amor est causa, ut mens omnia bona per amorem obtineat, sic absentia illius est causa omnium defectus. i. pœnalis & culpabilis. i. uenialis, & mortalis. Et hoc est quod dictum est, quod peccator terra dicitur, quia a leuitate amoris igniti distantius elongatur, & in talibus, quæ culpam dant, uel

dicunt de se defectum, est ars alia exponendi analogice, uel quia proprietatem de se non habent, quæ sponse tendentiam ad dilectum respiciat, quia hæc exponuntur per amoris absentiam, sicut alia creatura, uel scriptura aliquam proprietatem habet in se inelapsam, quæ sponsa ad sponsum erigitur, ad sensum analogicum transferendo, ut sicut unitiui amoris presentia fit causa omnis boni, sic eius absentia occasionaliter est presentia omnis mali, non quod carentia sit aliquid in spiritu, sed quia per carentiam amoris anima non habet retinaculum, iam uaga per deuita, quæ effrenata discurrit, & incurrit omnem miseriam & non immerito, quia denigrata est super carbones facies eius, & intantum uilior regio diadamate priuata, scilicet de omnipotenti amatori suo, ut omnes amici eius spreuerunt eam, scilicet Angeli, & facti sunt ei inimici, quia iam non est ipsi mentibus celestibus conformis affectione amoris, ideo ipsi scilicet anima inimicari dicuntur, quia a sui subsidio, scilicet Deo omnipotenti priuata regali signaculo elongata. Non igitur immerito dicitur, quod anima carer omnino bono cum amore priuatur, quia iniquitates suæ diuiserunt inter se, & Deum suum, scilicet illum quem nec oculus uidit, nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, quem præparauit Deus his, qui diligunt illum. Subtiliter ergo & luculenter ista meditentur, quomodo per causam, uel per essentiam, uel amorem salientem in uitam æternam claritatis æternæ pleniorum radium & gaudium haurientem, quomodo etiam ista quæ nunc dicta sunt manifestissime comprobantur.

Quarta Petitio.

Panem nostrum, &c. Pro se enim & pro alijs per augmentum amoris sursum agi desiderat, ut supra se eleuata, fontem totius beatitudinis exilens propinquior, sic in uerbo referentibus facietur uerè, ut in ipso immutabiliter confirmata, delectationem inferiorem miserabilem, tanquam ea non indigens de cætero non mendicet. Scit enim, quod statim ad creaturam uel carnis consolationem quærendo prolabitur, si non refectione supercoelesti, pane uidelicet Angelorum qui est amor, cuius haustu surgens delicias in fonte beatitudinis æternæ continè aliquantulum facietur, ideo panem petit, id est augmentum amoris, quo solo infirma solidantur, & debilia fortificantur, & famelica faciantur, sed petit ipsum hodie, sed quotidianum pramittit ordinatè procedens. Quotidianum nominat, quia nec per diem, nec per horam, nec per instans potest mens uera uita uiuere, nisi stilla roris uiuificante continè perfundatur, quia sicut anima est uita corporum, sic amor uita spirituum. De qua & etiam de his pro quibus anima non sufficit, paranymphe dilecto referendo gratias, dicunt illi.

Quid sit panis petrus in dominica oratione, & quare per mitteretur quotidianum ante hodie.



Vitam petiit a te, & tribuisti ei Domine, quæ non est ad tempus momentanea, ut est uita corporis, sed in longitudinem dierum, usque in seculum & in seculum seculi permanebit, quia amor quo sponsa uiuendo totaliter adamat sp̄sum, non deficiet in futuro, sed tantum augmentabitur, ut compleatur sermo propheticus quæ ipse altissimus per os Isaia dedit dic. Dicit Dominus cuius ignis est in Syon, & caminus in Hierusalem, &c. Vel aliter potest dici, secundum quod de mente anagogica est præsens intentio. Nisi enim semel in die pane sensibili corpus reficeret animale, corporalis fortitudinis amitteret uigorem, sic nisi mens in moribus amoris uniti ui semel in die aspirando ad osculam se extendat (nisi forte quandoq; in agrum ad se exercendum exiuerit, uel aliqua modesta requie corporali, uel aliqua de causa spiritali.) uix est qui in se ipsa efficiatur tepida, & de perfectione suæ altitudinis aliquid non amittat, nec mirum, quia sponsus prestolatur ad ostium, dicit. Surge prope ra amica mea, & ueni. Si ergo in nimia mora p̄ relatione se absentat, ipse non immerito indignatur, & ab ipsa se subtrahit ad tempus sapius. Et licet ita intenso habitu ut prius huc diligit, tamen dicit. Quasi ui per noctem, quem diligit anima mea, quasi ui, nec inueni. Hoc est proprie per noctes querere, uidelicet per creaturas confurgere, & dilectum in eisdem querere, ut quidam dicere uoluerunt, quod querere per noctes, erat querere per creaturas, uel per uestigia creaturarum, sed hoc anagogico & unitiuo motui non conuenit, cum sine omni speculo affectus amore subleuante, ipsi fonti bonitatis æternæ inhareat. Sed tunc per noctem dicitur querere, quando aliqua de causa mens in suis sursum actionibus impeditur, ut in quem primo lucidè & expedite & præclare sine tenebra mouebatur, quandoq; caliginosam se sentiat, ut etiam affectus à cogitatione fantastica in illo in quem mouetur, uix ualeat se parari, quod fit quandoq; propter suam negligentiam, uel alijs de causis, ut postea apparebit. Quæ sui ergo, & non inuenit in tanta agilitate affectionum ardentium, ut solebam. Perit etiam hodie, hoc est, in præsentia uita ratione æternitatis, quæ est simplex & unica, quæ in amore uiuentibus incipit in præsentia, quia amor ille quo sponsus in uita illa diligitur, idem est numero cū illo, quo i æternitate beatificatorum omnium unietur, & hoc est quod dicitur, hodie, quod unitatem & claritatem signat, & ideo præsens uita dicitur, ut dicitur est in ratione continuationis, præsens dicitur, quia cum amore inhæret uerius, & ueracius uino & pane reficitur, quæ aliquod corpus alij corpori sensibili, per aliquod glutinum, uel uinculum materiale copuletur. Et hoc est quod ait diuinus Apostolus, aspiratis anime unitiua suspiria colaudans. Qui adhæret Deo, unus spiritus est, & cætera. Bene ergo debent præsentia non immerito appellari, ubi non tantum præsentialiter

Ita. 37.

Cant. 4.

Cant. 3.

Quid sit per noctem querere sponsum.

Quid importet hodie.

1. Cor. 6.

sponsa dilecti astat aspectibus, sed cum ipsa uniuersa à diuino Apostolo hierarcha istius sapientie nominatur. Hodie etiam lucem importat, quia tunc sibi uerè oritur sol iustitie, cum radijs solaribus ad superiora instruitur eleuari, & ideo in canticis aurora meretur appellari. Vbi dicitur. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora confurgens? Tunc enim pane uita iam incipit refici, cum ad modum auroræ crescendo in amore eleuando, uirtute ipsius amoris in moribus egredientibus sentit experimentaliter sui sum agi. Quod experimentum (ne facultas errandi indolis & pueris datur) nihil aliud est, nisi expeditio motuum, &urrectio ardentissima per eosdem quod non minus à mente exercitata percipitur, quam oculus corporalis bonem sensibilem transeuntem per semitam contempletur. Quod ergo sibi iam incipitur ad præsens, supponitur cū sequentibus hoc argumentis irrefragabilibus comprobetur. Quia ergo sibi iam incipitur æternitas & sponsi præsentia, & lux etiam resurgere interius, dicit de talibus magnus hierarcha Apostolus. Nostra conuersatio in cælis est, quia est iam latio solis iustitie super terram. I. mentem amantem adhuc terrestri corpori sociatam, per quod licet à sui tendentia multipliciter retardetur, tamen stante aucto manu ductiua diuina inspirationis, per radios diuinitus immisos ad diuina suscipienda desuper aperitur, cum maxime à parte inferiori respectu mundanorum delectabilium obturatur, & hoc superior portio, quæ Deo unitur, à parte inferiori terrestri non callicata multas importunitates sentiet sepissime, uel inuita. Claudat ergo quantumcumque affectus ostium, ne ad inferiora respiciat, sed ad diuinam sui sum actionem fideliter ad hoc aspiret, ut sibi à dilecto dicatur iam ceuante cum ipsa. Hortus conclusus es soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, qui hortus dicitur flores rosa odoris, qui ideo conclusus dicitur, ut nullus ad uersarius, uel propinquus particulam ueri amoris obtineat, nisi ille de quo dicitur, qui solus ratio ne sua floridè honestatis nihil aufert portio, sed potius reficit, de seipso iucundum perhibens testimonium. dicit. Ego flos campi, & lilium conuallium, qui non extra ipsam, sed potius interiori habitationem appetens, & ad hoc efficacius implendum, menti pauperculæ altissimus se inuitans, ut ipsam uino & pane reficiat. I. consolationem iucundæ diuinitatis tribuat, sic d. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, quia caput meum plenum est rore, iam conditio nem prouocatricem apponit, & multiplicem ipsam multipliciter & dulciter prouocando, ut ex parte dilecti plena designatio habeatur, quod per ipsum non steterit, quin mens profundis beneficijs, donis, & fulgoribus plenarie repleatur. Caput plenum rore nominat, quia sicut à capite descendit motus, & sensus ad membra inferiora, quæ uix ueraciter attestantur, sic ab

Cant. 6.

Phil. 3.

Cant. 4.

Cant. 6.

Cant. 6.

sic ab

fic ab ipso altissimo qui caput est totius Ecclesie, uita amoris, & sensus lætitiæ unitiuis mentibus illabuntur.

Quinta Petitio.

ET dimitte nobis debita nostra, &c. Vbi requirit sponsa à tribus instantius liberari. Primo à malo culpæ uenialis, quia mala mortalia elongata sunt ab ipsa propter ipsius radicacionem in Deo ab ipsa dilecto, secundo à malo periculi, quod est utrumque, & culpæ & pœnæ respiciens, tertio à malo pœnæ per quod contractum in culpâ frequenter incidimus. Primo à malo uenialium quærit sollicitè liberari, quod non nisi per donum amoris poterit ab ipso totaliter obtineri. Quia enim mens luminis nihil habet, nisi inquantum præparando se, à suo sole spiritali ipsi præparata, se inauertibiliter infundente irradiationem recipit. Quando uero per inordinaciones uisum interiorum, uel ineptas delectaciones sensuum, quærens alibi requiem quam in fonte bonitatis uel beatitudinis, aliquantulum ab ipso obliquatur, & obliquata dispergitur, nisi ab ipso lumine fonte claritatis illustretur (anima enim per uenialia aliquantulum obfuscatur) similiter à suo desiderio quærens alibi delectari, quasi ille sibi non sufficet, qui sola uisione pulchritudinis suæ & tactu dulcedinis reficit omnem mentem angelicam & humanam, non immerito à suo desiderio retardatur. Perit ergo attentissime liberari, ne à suauibus desideriorum eloquijs sponsus ad sui subsidium uel subuentionem uocatus retrahatur, & ideo sub persona ipsius gementis terrenas cogitationes extirpare radicitus non ualentis, dicitur in libro Sapientie. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Cū enim multa de inferioribus cogitat, & uoces creaturarum recipit afficientes interius, in tanto à summis subuentionibus distantius elongatur. Quia inquantum mens plus circa diuersa cogitando distrahitur, intanto minus in fonte beatitudinis adunatur, & tunc corpus animam aggrauare dicitur, quia quodlibet horum ad sibi locum naturaliter competentem tendit, ideo est in pugna continua, & est mentis aggrauatio, quia anima tendit ad Deum qui solus est sibi locus sufficiens, corpus uero ratione pōderositaris semper habet circa terrestria delectari. Vel aliter potest dici, ne propter suam obfuscacionem, & obliquacionem à decorante lumine in tanti sponsi præsentia, quam intimis uisceribus amplecti desiderat, indecenter ornata iudicetur ab ipso, cum minus speciosa sponsa est illi appareat, qui in ipsa solum pulchritudinem interiorem ad sibi sponsam assumendam specialiter contempletur, quia tunc est acceptum eius eloquium, quando per mentis interiorum pulchritudinem super cœlesti pulchritudini con

formatur. De qua ipsam precipue admonet, in canticis dulciter alloquens hanc. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora, quia tuus aspectus non sapit nisi cœlestia, & facies tua non est in multitudine uenialium, uel carnalibus affectionibus deturpata, ideo tuum mihi suauis est colloquium, cum hoc clamo, te per pulsum affectionum alloquens, & facies tua decora, & ad dignitatem nuptiarum regalium præparata, quia non est macula in te, quæ tamen nisi per sanctum amorem extinguitur. Quia cum mens confurgendo ad unionem quæ immediatè per motum amoris acquiritur, mens prius obliquata rectificatur, ut per istam refectionem & confurrectionem, affectus tanquam gutta aquæ, quæ cadens in ignem sibi culpa uenialis per sui concretescentiam uel adunacionem importunum nullo modo ualeat in gerere nocuum. Illa etiam debita cognominat, quibus obligati propter illam ratione iusta alicuius pœnæ debitores efficiuntur, cum mens in ipso qui est uera beatitudo minus delectatur, cum ex deliberacione alibi, quam in ipso requies appetitur, qui solus mentis humanæ desiderio est plenissimus, & sufficiens consolator, ita ut ipsamet ueritas de sua plenitudine protestetur, ad suam sufficientiam alios prouocando, sic dic. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, in superiotum affectionum laborioso exercitio, sed tamen dulci, quia cū propter elongacionem incolatus miserie, & dilationem gloriæ oneratos uos esse dicitis, & corpore sarcinæ corpulenta substantia retardari, & ego reficiam uos, non alius: qui sum sapientia æterna oriens ex alto, qui diuinas consolationes uestra desideria quietantes, non tantum in futuro, sed impartiat etiam in præsentia. Nam quia mitis sum & humilis corde, ideo prouocantibus meam affluentiam per continua desideria me inclino, non pauperes despiciens, quia humilis sum corde, quia inquantum terrenis diuitiis mens fuerit pauperior, intantū ad regales nuptias ueluti conformior super humanæ naturæ limites, mihi uniendo citius eleuabo. Quod uos non per speculationem attendatis, sed uidete per gustum interiorum præsentem, quia non uidebitis nisi sermonem Prophetæ impleueritis, sic dicentis, Gustate & uidete quoniam suauis est Dominus, quia tunc erit requies, & proprie murmur aspirantis animæ iam cessabit, cū creator se ipsa maiore se ipsa p̄senserit quiescentē, & hoc est quod postea dicitur. Et inuenietis requiem animabus uestris, & tunc amoris iugum erit leue, & onus facile. Nam iugum amoris sua dignitate & iucunda allicentia sic ligat interior uoluntatem, ut nihil pœnæ sentiat, qui ceruicē suam supposuerit ad hoc iugum suauissimum sustinendum, nam contra consuetudinem aliorum iugorum, illud manifestissime in suis sustinentibus comprobatur, nā aliud iugū trahentes ab ipso ceruices inclinant in ferius, iugū aut illud intus sustinentes eleuat, ut

Cap. 2.

Math. 11

Psal. 33.

Iugū Christi amoris dei sic sua ue.



comitorantes in terra faciat in celestibus habitare, ut supra nosmetipsos extendendo, spiritu conciuens faciat supernorum. Ideo uere leue dicitur, quia ab inferioribus mentē alleuians, & ipsum ad superiora supra seipsum statuendo est leuigās. Suae etiam dicitur, quia ipsum sustinens, uirtute uita Angelorum non hominum. Quod modo imperfectius, sed in separatione corporis, & animae plenissima foeliciter obtinebit. Vel ideo sua ne dicitur, quia in tanta leticia, & iucunditate interioris animae facit uitam istam amarā deducere, quia sibi iam uita gloria incipit, ut iucunditas mentis penalitates corporis propter sui abudantiam exuperet absorbendo. Leue etiam dicitur, propter interioris animae pinguedinem, ueluti autem pinguem, & pinguedine repletam car bonibus in uerū appositam, ut frigoris egestas, uel aestas, uel calor importunus non sibi ingerat aliquod nocumentum, ut merito praesentiat, quod sibi antea sponso promiserat. di. Ego protector tuus sum, cum iugo meo suauiter alliceris, & merces tua magna nimis, cum me in gloria uidebis, me ipsum non aliud tunc tuae militiae stipendium recipies, sed nimis, quia tuum gaudium nunc tibi usque ad completam cognitionem subtrahere, sed cum in eum iugum sustines parum in miseria, qualis ero in gloria misericorditer tibi communico.

Gen. 35.

Sexta Petitiō.

ET ne nos, &c. Tunc enim mens in tentationem inducitur, quā tantis blanditijs uel seductijs mens illaqueata uoluitur, ut iam in parte consentiat huic nephario operi, ad quod inclinari a seductore uersutissimo instantius ad monetur. Petit ergo sponsa non de dilecti continua subuentione dissidēs, sed carnis humanae fragilitatem considerās, ut ab isto periculo liberetur, quo tūc scit se firmiter liberari, quā benignissimo protectori per radiantissima amoris desideria praesentatur, & ideo obnixē semper intendit per affectiones sursum agi, ut illum mereatur attingere, & suis affectionibus clamoribus pro uocare, de cuius misericordia confisa, hostiū uocatos tentatores fortissimos conspuendo, ob dilecti confidentiam uilipendit, qui sibi iam dudum per Psalm. promiserat, qui in me sperauerit, liberabo eum, protegam eum, quā cognouit nomen meum. Item alia est ratio, uidet propter importunas hostiū insidias, qui intantum secundum quod aduersari permittuntur concurrentes in sponsam insaniunt, in quantum quod magis conuenit praesenti tractatui, quia experimento praecognouit, quā suaue sit dilectam tam benignum diligere, hoc morte amarior reputat, quod in modico tantillo consentiat, ut a tam foelici consortio, nec modo nec ipse uel separet, imō et intolerabilem deditens, ut mens quae sentit pie quae sit ista iucunditas, aurem inclinare ad inimicorū colloquia,

Psal. 90.

Job. 40. & 41.

do riuulo amoris a fonte bonitatis, uel beatitudinis aeternae exeunte, per quem uita descendit in spiritum interrupto ueluti icerecissimo aqueducta, per partes corporis riuuli mundanarū cupiditatum, & undē precipitantes dignitatu restrium, suffocato balsamo affectuosi amoris, per quem animam in suis desiderijs loquitur, im petuosis haectibus animam repleuerint, & tūc aurum quasi lutum sternitur, quando amor suauissimus creatoris suo decore animā pulcherrimā, & dignitate praexcellsa insigniens, in amorem creaturae faciem superiorem animae sordidantem, lamentabiliter commutatur. Ideo liberari se postulat, ipsum desiderijs prouocando, ubi sibi ille iam nolit deficere, ob cuius amorem est caciū obtinendum, terrena gaudia, & regnum Diaboli conculcauit. Et ideo sibi per Prophetā desideranti, dilectus repromisit, ut uidelicet suā petitionem non solum exaudiens, sed in sua tentatione tanquā felix dux, & comes sua iucunda praesentia ipsam totaliter liberabit, & pro uictoria & fidelitate ipsius pugnando ipsam corona gloriae praemiabit, sic dicit. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in, &c. Tertia ratio est, propter quam petit a periculo liberari, quia mens unita Deo iam non querit quae sua sunt, foelicem insequens magistrum, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, id est bonitatis suae radios in bonis submittens, & deinde per ipsos ad seipsum attrahens, super malos etiam expectans forinsecus, sicut radius solaris ad fenestra clausam expectat, de natura bonitatis suae nulla tenus retrocedens, sed pulsans continuē, ne per defectum ipsius conferentis ullus spiritus rationalis Christianus uidelicet, infidelis aliquis, uel iudeus, diuini amoris inopiam pariat. Qui ergo fideliter diligit, labore attentius tā oratione interiori, quā etiam spirituali quodā exercitio, cum uiderit multiplicem, uel (ut planius, & uerius proferam) infinitam stragem animarū, ut omnes ad uitam amoris mutui suscitentur, & excacati oculis interioribus, ad cognitionem proueniant lucidissimae ueritatis. Quia ergo mens unita Deo, ratione amicitiae a dilecto potest, quā plurima beneficia peccatoribus impetrare, quia fidelium ac ueracium amicorū est pro oia idē uelle, & idem nolle, & cum ad hoc dat operam sollicita, potest multam orando, & obsecrando dilectam auferre praedam ab hostibus, & in hoc indignationem furibundam incurrere, & ideo petit pro omnibus, ab ipsorum laqueis liberari. Sed uictima est ratio, secundum quod magis conuenit praesenti tractatui, quia experimento praecognouit, quā suaue sit dilectam tam benignum diligere, hoc morte amarior reputat, quod in modico tantillo consentiat, ut a tam foelici consortio, nec modo nec ipse uel separet, imō et intolerabilem deditens, ut mens quae sentit pie quae sit ista iucunditas, aurem inclinare ad inimicorū colloquia,

Quid lo Jordanis influent os Dæmonū, & sternent aurū quā si lutum

Mat. 6.

Psal. 90.

Mat. 6.

mundana gaudia, uel terrenas diuitias dignetur tanquā quid sit uere bonum, non experimentaliter cognouisset, cū ipsa maxime foeliciter edocta, animas peccatrices iurgauerit, quā ab ista fontali bonitate miserabiliter recesserunt sic dicit. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Postea subdit rationem, dico. Scito & uide quod durum & asperum est reliquisse te. Dñm Deum tuum, duplicem infolicitatem ipsam significās incurrisse, quia per malitiam creaturae inferiori inuerecundē adhaesit propter delectationem humanam, iusto Dei iudicio non oblectationem, sed amaritudinem potius reportabit, ut qui scitari uoluit in ipsis delectationibus creaturarū, infinitis amaritudinibus repleat, quia quanto delectatio mundana spiritus secreta ingreditur, tā tō ueneno pestifero lamentabiliter anima adimpletur, non tantum malitia, qua spreto creatore creaturae adhaesit, ista inferiori uilitate arguit, sed diuisio a fonte totius beatitudinis increpat, quia sicut ipse est summum bonum & solum, & ideo omnia dicuntur bona, in quantum ipsum cōpletius participant. Quod non bene participat bonum, non debet aliquod appellari, quod tamē impossibile est, & sic ipse fons iucunditatis & letitiae riuulos suae beatitudinis mentibus impartitur, & secundum recipientium preparationem, quibusdam minus, quibusdam magis misericorditer se infundit. Quā ergo anima diuidit a fonte illo, sine quo nihil est gaudij, nisi in quantum ab ipso inferius deriuatur, non est mirum, si anima diuisa ab ipso tristis efficitur, quia aqueductus amoris per quem iucundanter anima a creatore experimentaliter letitiam obtrinebat, interitus rumpitur, & ideo continuo torpore cum se mens infra seipsam recolligit increpat, quia absentia non sentit illum, a quo tota iucunditas emanat & descendit, & anima ista considerans, inaudita leticia circumdatur, & singulare gaudij comitatur, a quo periculo per affectiones & dilecti desideria totaliter expeditur, & uictoriosissime liberatur, quia propter illud quod sentit, subiectas sibi delicias uilipendit, intantum de inimicis triumphans, ut quod sibi credunt inferre ad ignominiam, ipsa exinde per uirilem insurrectionem in ipsis, amplioem dilecti gratiam, & unionem strictiorem, & coronam gloriae consequatur.

Septima Petitiō.

Sed libera nos a malo amen. Petit hic liberari a multis pronitatibus excitantibus ad peccatum, quia cum supra oēm estimationem mens experimentaliter edocta, ad intimiorem unionem aspiat, & ad dilectū suū sursum agi desideret, tā quā ratione corporis terrestris, & carnis inimicantis, spūs sursum actioni intētus a caelis, ad sensuū concupiscibilia appetenda obliquatur, & quāq; nitens supra se erigendo habita

re per amorem in caelo, quāq; inuenit se per cognitionem in luto. Quia ergo hoc execrabiliter restatur, ut mēs (quae est totius Trinitatis sacra riu) libidinosas allocutiones recipiat, uel ad aliud inuerecundē ex deliberatione se melinet, pro quod sponso contemptibilis habeat, petit ab istis multiplici desiderio liberari, non propter uirtutem uitandam quae sibi debeat, sed ne obfuscationem incurrat, quia possit in aliquo a suo dilecto minus appreciabilis iudicari. Unde oportet, quod ad illum benignissimū patrem, per quem est in uita amoris generata, sic autem affectus inclinaret, & oculum intellectus aperiat interior, ut tanto ardore dilectionis patri spirituali adhaereat, & ad eius mansuetudinem aspiat, ut pro ipsius amore obliuiscatur patriam & parentes, ut sine contuminatione uniuersarūq; causati alterius uel creati uirgineo decore adornata, illi celesti sponso concupiscibilis habeatur, cui et ille altissimus communicari cupiens, ipsam ad imaginem suā creauit ex nihilo, totius Trinitatis imagine insignitam, ad sibi solū tā in uia quā in patria igniti amoris obsequium impendendū. Audiat ergo iugiter per Dauid prophetam ipsius admonitionem dulcissimam imitantis. Audi filis, & uide, inclina aurem tuam, &c. & ita multiplicatis suspitijs per amoris efficaciam plenarie poterit obtinere, quia prima natiuitate quā aia infunditur, has corruptiones a carne recipit, quibus saepe ad inferiora prolabitur, sic conuerso secunda natiuitate, qua plectē in Deo nascitur pfecta existit, ordine praeposito caro aspergitur a mente iterio rī pinguedine, ut per quam aia in prima natiuitate fuerit laetata, in secunda eius peruncta est seculi amoris unguenti odoriferi distillatis prius contraria, ab ipsa recipiat sanitatē, ut mens ratione obedientiae inferiorū uirtutum, iam parte reformata, & suo primordiali principio concordans, regnet in carne caelitus obrepta uictoria, spōso laudes debitas referendo, decantet pro dulci beneficio exaudita. s. immisione ignis in spiritu, & toris in carne penalitates ipsius foetidas extinguens, iam ipsum sponsum in affectu libertatis possidens, iam in luce ambulās, iam de somno carnis experrectus ipsius subsidio, iam ad ipsum conurgens attentius uigilat dicens. Deus Deus meus ad te de luce uigilo. Sit uirtus in te, &c. Cum n. iā est a penalitatibus liberatus affectus, ut ipsis non subiaceat, uigilare ad ianuam ipsius incipit ardentius, affectionibus concupiscendo intētius, ut ab ipsa intentione iam caro silere incipiat, & spiritui cōsentire, cui diebus oibus aia fuerat inimica. Sic ergo patet p simile datū in uno, quā mirabilis scientia abscondit in scripturis, quā lata, quā profunda, quā saporosa, quā nobilis, quā docet sponsa ab inferioribus separare, ut regalibus nuptijs grata & accepta in posterum habeatur. Nullus ergo ambigat, quin totus textus noui & ueteris testamenti, secundum uiam anagogicam de sponsi, & sponsae colloquijs, uel eorum altercationibus

Psal. 44.

Psal. 44.

Psal. 44.

Psal. 62.

Tota scriptura facta in sensu anagogico potest explicari.



quoniam per amorem excessuum cogente limites transcendere naturales, ipsi unitor extratica amoris consurrexione, a quo primordialiter exiuit, ut iam circulus aternus in ipso apparere incipiat, ad illu a quo exiuit primordialiter reuertedo. Sed & ipse conditor aternus non tantum est totius creaturae principium & origo, sed & omnia suis rationibus aternis sic ordine inconcussibili regulantur, ut omnia quaeq; diuina regulante prouidentia, finaliter in suis ordinibus conquiescat: sic mens per intimas affectiones consurgens, quodam medio mirabili ipsam carnem irrorando perfundit, saltem quo ad hoc, ut inata corruptio paulatim sic debilitetur in ipsa, in quantum mes per ardentius exercitium ad superna extendit, quoniam diuina miseratione hac uictoria perfruitur, ut in quantum per amorem integrum se subijcit proprio creatori, intantum caro spiritui subiecta, contra naturalem inclinationem, ipsius iussioni obtemperet, & diuino iudicio consequatur, ut sicut mens est concors sui conditoris per amorem prouecta, sic sequitur corporis subiecti & mentis concordia, ut in proprio corpore ueluti in regno praesideat, & dicat cum Psal. Sit uirtus in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Sed ipse altissimus creator non tantum uoluit creaturae praeside, ut factor, uel dominari ut rector, sed etiam a fine temporum quasi a celsitudine maiestatis exiliens, cu miseris peregrinari instituit, tadem in peregrinationis termino, ad supernas mansiones conscendit, sed & ipsi sic existenti in carne reuertenti in coelum, mens per extaticum amorem disposita conformis efficitur, quae in sua primordiali creatione libera a suo creatore progreditur. Sed & corruptioni corporeae necessitas coacta, subiecta multiplici seruituti mendica efficitur, sed in posterum super caelesti immisione diuturno aspirationum ardentium exercitio eleuata, iam quodammodo arcem aeternae felicitatis pertingit, quia ubi amat, ibi inhabitat, & in illo ad quem tendit, desideriorum importuna tendentia ueluti in naturali termino conquiescit, & sic qui in principio altissimus existens, secundum quo ad statum humanam mendicus, tertio glorificatus ascendens in coelum, apparuit ipsi per unitiuam sapientiam conformatus, ut merito dicatur in Apoc. 14. Apoca. de ueris amantibus, iam quodammodo sibi reddita per purgamentum flammiae amoris innocentia puerili. Hi sequuntur agnum, quocumq; serit. Sed tamen non tantum in respectu ipsius conditoris, per istam sapientiam mens unius in amore modis praedictis disponitur, sed etiam respectu iubilantium beatorum in gloria, quoad hoc quod uita, requies aeterna, quae est Deus beatissimus, finis unicus, desideratissimus, immediatus constituitur utriusq;. Sed in hoc tamen est differentia, quod mens glorificata iam in eo per assistentiam praesentialiter conquiescit, haec, id est mens corpori unita, in faciliabilibus desiderijs

ueluti absens sursum trahitur ineffabili ardore, ut tantum sibi intimus unitor aspirat, & ista dicat. Trahe me post te, in odorem unguentorum tuorum curramus, illa, id est mens glorificata, dicat. Introduxit me Rex in cellam uinariam, et caetera. Item illa mens superna coniunctione cum sponso perfectissime iam obtenta felicitate indicibili delectatur, mens uero ista coniuncta hac sapientia, licet tendat superius, tamen quantum est de suis motibus anagogicis, in ipso actuali exercitio sine omni mulcebre unitione, uel delectatione consistit, sed potius est ibi miro modo corporalis afflictio, sed in hoc solui laticia, quod in ista actuali tendentia directae, & sine aliqua obliuatione consurgit, ueluti lapis ad centrum inferius in ipsum beatissimum, qui est suae diuinitatis locus unicus, naturaliter correspondens. Unde multi decipiuntur in hac philosophia minus experti, existimantes, in motibus anagogicis caelesti dulcore mentem consurgentem multipliciter irrorari, cum e contrario mens laboriosissima sursum actione agatur, & ex extensione spiritus sit quaedam corporis enervatio, & spiritualis separatio, & membrorum etiam corporali ex impetuositate motuum anagogicorum protensio, secundum illud Job. Sui spendium elegit anima mea, & morte ossa mea. Unde impetus anagogicos corpus sustinere non posset, sine magna afflictione, nisi gaudium spiritus de ipsius directa tendentia temperaret. Itaque mens beata continuo & indiuisibili exercitio in ipso summo bono ueluti aeterno dulcore afficitur, haec tamen intercalari & intenso in ipsum consurgit, cuius motus rectissime est ad instar emissionis syderis scintillantem, si ille immisiones ex libera uoluntate procederet, quia illi motus anagogici sunt quasi subitanei, ut statim post consurrexionem mens infra seipsam inferius prolatur, iterum & iterum consurgit, & iterum infra seipsum cadit. Item mens glorificata in ipso cuius pulchritudinem facie ad faciem contemplatur, ardentissima unitione coniungitur, & licet ibi sint simul unio & dilectio, tamen cognitio naturaliter praecedat dilectionem, sed mens hac huic consurrexioni actualiter intendens (prout est hic intentio omnis rationis & intelligentiae) suis motibus radicatus rescindit officia, nam intellectus excommunicatione carnis corrupta, fantasys est admoueri, sed in patria purgabitur, in qua carnis corruptio deponetur, ideo per solam affectus igniti consurrexionem erigitur, quia ibi affectiua intelligentia incomparabiliter praecellit, ut iam cito probabitur. Et licet in his & multis altis mens anagogice consurgens, a mentibus glorificatis incomparabiliter excedatur, tamen mediante ista sapientia, utraque eadem uita super caelesti uiuificatur, & eodem pane desiderabili utraque reficitur, sed & per

Cant. 1.

Ibidem.

Job 7.

& per istam eandem sapientiam ad conformitatem, prout possibile est, spiritui uiatori mentibus Angelicis ordinare disponitur, quia ipse Angelus est substantia intellectualis, ab omni corporali depressione penitus absoluta, gaudiorum lucis aeternae impermutabili claritate absorptus, sed cum diuina sapientia dono gratuito suae irrefragabilis bonitatis, menti uianti affectionum extensarum notitia experimentaliter seipsam praesentem denunciat, oculos intelligentiae aperit ratione appropinquationis ad ipsam, quia ipse in se propriissime est lux & claritas, & exinde ex eo quod spiritus ipsi qui est superior strictus per amoris contactum coniungitur, non im merito plus rescinditur carnalis affectio, & exinde in carne super carnem extensa, magis ac magis absorbetur, & sic per desideria amoris uitam ducentes Angelicam, dicat cum Apostolo. Mihi uiuere Christus est, & mori lacrum. In quantum ergo mens per pedes affectionum in ipso qui est uera uita aspirat ardentius quietari, intantum minus carnali affectione coniungitur, cum sentiat ea quae sunt spiritus, & per consequens magis ac magis in Deo absorbetur, & sic quodammodo per istam sapientiam, licet misera quoad tria praedicta, in magna tamen distantia uitam Angelicam imitatur. Sed per istam eandem sapientiam rationalis spiritus ordinatissime infra seipsum disponitur, quia illud signum mendicationis humanae infallibile comprobatur, quod in alia creatura extra seipsam egrediens, tendentia suae & sui etiam appetitus regimen ex ista reperire, quia cum mens humana ceteris uisibilibus creaturis excellentior iudicetur, ipsam eminentius & plenius sapientia supercaelestis inhabitat, quia est imago, caetera uero uestigia. Tunc ergo cum thesaurum diuinae Sapientiae anima occultatum referat diuina bonitate in seipsa percipit, iam non egena alterius delectabilis mendicantia fulcitur, iam non a sui primordiali nobilitate degenerat, infra seipsam inclusam, quadam iucunditate relicta, ex intimiore unitione cum Deo continua iucunditate laetatur, di. cu diuino Job, nolens ab ipso decetero separari. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies, & non tantum disponit animam in quantum facit ipsam infra seipsam quiescere, alienam mendicantem extirpans, sed etiam ratione preciositatis sui ipsius existentis in mente, in quantum enim nobilior seu sanus possessus habitus, intantum plus spiritus Angelicus, quia si omnes thesauri, oepreciosum delectabile, quicquid oculus potest uidere, ratio inuestigare, intellectus percipere, nihil ipsa mens ratione ipsius, qua solus Deus in corde possidet, reputat, sed coram omni sapiente affirmat, tanquam lutum aestimabitur aurum in comparatione illius. Quare? quia tanta est nobilitas in ipsa & dignitas & attrahentia, ut omnia quae desiderantur, huic non ualeant comparari. Nobilitas etiam ipsius, non tantum apparet ratione sui ipsius exi

stentis in spiritu, sed & ratione aliorum multorum gratuitorum, uel gratis datorum, uel acquiritorum, quae magis inter caetera appetibilia iudicantur. Per ipsam enim certificatur fides, corroboratur spes, & charitas inflammatur. Certificatur enim fides in hoc, quod mens sensibiliter sentit trahi infallibili notitia in illum, qui est solus desiderij quietatium, & hoc scit ita uere uel uerius, quam oculus materialis uideat materiale obiectum. Et ergo cum illum in quem tendit, istis consurrexionibus infallibiliter sic cognoscit, iam quodammodo mens certificatur, quod ille est uerus Deus, uerus Dominus quem hinc collit, uel etiam cum incipientes & proficientes ad istam sapientiam habeant per beneficia incarnationis & passionis pertingere, & per huius considerationem in ipsa diuinitate affectus magis ac magis inflammatur, oportet, quod mens cum iam est in ipsa sapientia actualiter eleuata, quod recto ordine ad illud pertingat, & sic ex consequenti connectionem diuinitatis & humanitatis cognoscit. Sed & cum mens per istam sapientiam de multis quae ad fidem pertinent (licet adhuc misera) certificetur ad plenum, sciat qualibet fidelis anima, quod ex quo mens ad istam sapientiam pertingit, si omnes mundi sapientes, omnes philosophi protestarentur, & confiterentur, & dicerent, tua fides non est uera fides, quinimmo deciperis, ipse contrario responderet. Vos omnes fallimini, & ego solus ueram fidem teneo, multo felicitius quam per rationes & inuestigationes, per amoris unitionem habens in corde infallibile firmamentum, ut dicat cum Apostolo. Scio cui credidi, & certus sum & c. sic certificatur fides per hanc sapientiam. Sed & corroboratur spes, quia cum spes sit certa expectatio futurae beatitudinis, intantum per istam sapientiam corroboratur, ut iam quasi de obtinenda futura gloria non timeat, quia sic uidemus, quod quanto domicelli alicui principi diuturniori exercitio familiaris obsequuntur, sit, ut quem primo timebant ut Dominum, ex quadam familiaritate iam timor ad reuerentiam materialis resiliens, penitus euanesceat, ut de ipsius familiaritate & bonitate confidentes, nullatenus se credant ab ipso de caetero separari. Isto modo ad intellectum anagogicum referendo, mens prius trepida per affectiones & desideria, unitiuam familiaritatem consequitur, ut ipsius dilecti dono in ipsa quaedam mera confidentia relinquatur, ut ois timor pugnitiuus (nisi per modum cautelae) ab ipsa radicatus extirpetur. ut dicat cum Apostolo. Quis me separabit a charitate Christi? fames, an gladius? & c. immo etiam nec instantia nec futura. Per istam etiam sapientiam inflammatur charitas, integratur & perficitur, quia cum ipse Deus beatissimus sit ignis consumens, intantum a spiritu uiatoris omnimodam frigiditatem expellit, in quantum per amoris extensiones ipsi interius appropinquatur, quia cum sic per modos anagogicos ad ipsius intimiorem

Sponit animam ad dona recipienda, unde per diuinam Sapientiam certificatur fides.

ad Tim. 1.

Corroborat spes.

Exemplum.

Ad Ro. 8.

Inflamatur charitas.

Psal. 69.

Apoc. 14.

Secundo respectu beatorum.

Phil.

Terio respectu creaturae rationalis.

Job 9.

Sup. 7.

Quarto respectu diuinae Sapientiae di-



morem unitionem aspirat, solis spiritualibus radijs exurentibus se exponit, & ueluti stappa a solibus radijs exposita, ab igne desuper immisso accenditur. Unde iste sol mentes dicitur exurere tripliciter, quia & ipse per se augmentat ardorem in spiritu, & mediante ardore oblatioa plectat, quae amorem impediunt, ut ardentius inflammetur, ipse spiritualia beneficia superaddit, quibus ipse amor in ipso per se facit. Item ipse facit mentem exurere, ad hoc quod ardentissime ipse Deus unice diligatur. Exurit etiam ista sapientia mentem, ut in omnem proximum sicut in seipsum hoc amore ferat, ut iterum ipsa faciliabilibus desiderijs usque ad plenissimam unitionem aspirare languida non desistat. Non tamen uirtutes per istam sapientiam perfectum obtinent principatum, sed & mens omni philosophiae omni inuestigationi rationis, omni speculationi, theologiae etiam inquisitioni preponitur. Naturalis enim philosophia ipsam causam omnium per hoc quod apparet in sensibilibus creaturis, cognouit creatorem, affirmans infallibili argumento, quod tanta creaturarum bonitas, tam mirabilis ordo, tanta earundem immensitas, non nisi ab uno omnipotentissimo creatore prodiret, secundum illud Apostoli. Inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea quae facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna eius quoque uirtus & diuinitas, &c. & sic uenit philosophus ad cognitionem. Sed cum totus mundus nihil sit in comparatione spiritus rationalis, secundum ipsius sapientiae increatae protestationem dicentis. Ludens eram in orbe terrarum, & delitium meum esse cum filiis hominum. Unde totus mundus est sicut paruus ludus, in quo paululum apparet pulchritudo respectu mentis Angelicae uel humanae. Unde quia nihil de inimicis mentis conditionibus habuerit, stricta & medica est naturalis cognitio, & haec sapientiae quantum distat ortus ab occidente, incomparabiliter substernitur. Inter respectu considerationis methaphisicae uel theoricæ, quae ambegit sub ratione entis, uel eius differentiarum, uel practicarum intentionum, scilicet sub ratione unius, ueri, uel boni, Deum simplicissimum apprehendant. Mens autem per istam sapientiam, sub nulla ratione praedicta, sine aliquo cogitatu committente nel praecedente motum amoris, habet apicem ipsius affectiva, ipsum qui est summum bonum apprehendere modo indicibili, ad quam apprehensionem nec intellectus confurgit, nec intelligentia speculatur. Quomodo autem hoc fit, & quomodo intellectus possit diuidi ab affectu in theorica huius practicae ostenditur, & de his quae ad hoc pertinent super illud Mysticae theologiae. Confurge ignote &c. Videndum est, quomodo respectu inferiorum mens suauiter disponatur, respectu enim corporis subiecti, dictum est superius, quod summa sapientiae regenti mundum mens per istam sapientiam conformatur, sed tamen addendum ulterius, quod sicut fessor in

equo uirtute freni iumentum sibi subiectum uertit ad libitum dextrum uel sinistram, sic etiam mens per istam sapientiam erecta, non curuata, existat in corpore uirtute ipsius amoris ueluti in quodam freno spirituali, sensuum exteriorum reprimat inordinationes, ut ad nutum & ad imperium ipsius ad quem tendit, prout potest melius, omne regimen tam in uirtutibus quam in sensibus aequaliter regulatur, & facit in suo subiecto tabernaculum, secundum exemplar quod sibi in monte hoc monstratum est, secundum quod diuino Moysi dicitur habetur in Exodo sub typo diuina sapientia imperante. Sed etiam per istam sapientiam mens respectu omnium mundanorum disponitur, quibus per ipsam uerissime dicitur. Quod sic apparet. Si enim aliquis princeps terrenus uniuerso orbi praesert, & haberet tot delicias, diuitias, & honores, quot omnes mortales habuerunt ab initio mundi, & in his oblectari diserneret, iam ipsis subijceretur, dum ab eis quietem uel aliquam beatitudinem uel perfectionem, quam non habet de se, obtinere appeteret. Qui ergo in his delectatur, ipsis uere subijcitur. Solus ergo ille est Dominus, qui sic omnia inferiora uilipendit, ut nihil terrenum per amorem inquitum contingat, quia tunc in uilipensionem omnia sub suis pedibus concalcantur. In hoc ergo regno dominatur anima, cum non alibi quaerens requiem, super his desiderijs se extendit, dicitur in Apostolo. Omnia reputaui ut stercore, ut Christum lucrifacerem. Ideo Petrus & Paulus gloriosi principes terra uocantur. Sub typo etiam dictum est illis Israel ab ipsa ueritate inconfutabiliter promittente sic. Omnis terra quam calcauerit pes uester, uestra erit. Si ergo quis uilipendit cum calcatur omnia, multo uerius quam mundi principes omnibus dominatur. Sed & per hanc sapientiam respectu inimicorum suauiter disponitur, tum ratione irreptionis eorum, tum ratione fortitudinis. Sagaci enim uersutia instantius muniti peruigilant, quomodo Deo mentem uniceam a suo dilecto ualeant separare, sed per istam sapientiam liberantur, quia haustu amoris fontis luminis appropinquat, & ex ipsa appropinquatione diuinis radijs necessario illustratur, quibus etiam uersutissimas tentationes, & pallatas, & sub specie bonitatis praetensas cito & sagaciter deprehendit, tunc hostis sagacitas confutatur, quia secundum quod in prouerbijs dicitur. Frustra iticitur rete ante oculos penitentium, qui per affectionum desideria uolant sicut nubes, & quasi columbae ad fenestras suas, sicut legitur in Isa. Disponitur etiam respectu ipsius fortitudinis, quia tanta uehementia ipsi inhaeret, quem diligit ueraciter, ut potius mille ses se permitteret singulari, quam semel ex deliberatione dilecti offensam incurreret, & ad istam fortitudinem obtinendam, habet ista duo coadiutoria, ut ueluti de propria familia ipsius dilecti creatoris dirigente dextera protegatur, secundum illud Sap.

Exo. 31
Sicut de
spectu om
nium m
danon.
Phil. 72
Phil. 3
Proo. 11
Proo. 4
Ista. 60
Iuan. 4
Sap. 7

Per ipsam
sapientiam
naturalis
philosophia
intel
ligitur.

Rom. 1.

Proo. 8.

Metha
phisica ac
quiritur.

Quinto
diuina sa
pia dispo
nit animam
ad regen
dum cor
pus suu.

Iustorum anime in manu Dei sunt, & illud a parte sui, quia si in fortissimis tentationibus ab inimicis propelleretur intensius, ueluti puer confurgit ad matrem concito, & confurgit cum ab alieno timet ledi. Sic mens in fortissimis tentationibus ad subsidium illius quem diligit, ad ipsum aspirans intus recurrit, & iste modus uincendi Demones inter alios est praclarus. Per istam sapientiam temperantiae uirtus ducitur ad perfectum, ex hoc enim est temperantia humana, quod homo in gula uel luxuria uel alijs carnis illecebris, omnia uera delectatione, quae est ex coniunctione Dei & animae, miserabiliter delectatur. Cum igitur multo maior sit illa delectatio quae est in Deo, quam quae est in carne, sicut Deus melior est quam ulla creatura, in qua carnales homines delectantur. (Inquam enim de uera illa delectatione mens sensibiliter experitur, instantum uehementius carnalem delectatione respuit, & illam inueniens in lectulo amoris, qui est uera iucunditas, sic dicit. Mihi autem adhaerere Deo bonum est.) Igitur hac habita, ab ipsa cetera alia de facili uilipendit. Per mysticam et sapientiam iustitia perfecta acquiritur, quia uera iustitia haec est, reddere Deo quod suum est, & sibi quod suum est, & proximo suo quod suum est. Primum enim per istam sapientiam uniuersam redditur Deo quod suum est. Nam per quemlibet motum resurrectionis anima constituitur ante Deum, per affectionem etiam amoris anima querit quae Dei sunt, non quae sua sunt, nam aliter non est uera dilectio, nisi plus dilectum quam se ipsum amans diligat, ipse amor etiam ipsam quiescere non permittit, nisi in eo quem diligit, quia sicut pondus lapidis non permittit ipsum quiescere, donec ad terram suum locum naturalem perueniat, sic nec amor spiritualis permittit in alio quam in solo Deo quiescere, qui est omnium spirituum (ultra quem nihil desideratur) terminus naturalis. Non tamen redditur Deo quod suum est per istam sapientiam, sed & animae redditur quod suum est, in eo quod per gratiam perficitur in seipsa. Quia secundum Philosophum. Anima perficitur uirtutibus & scientijs, igitur tunc est ibi summa animae diligentis perfectio, quam ille qui est fons totius sapientiae, & omnis sapientiae sine scientia creata, tam in superioribus quam in inferioribus ab ipso emanauit, spiritualiter per seipsum mentem inhabitare dignatur. Unde uerius quam aliquis in loco materiali sedeat, habitat Deus in anima ipsa, quae diligit ipsum, & hoc spirituali habitatione, ut dictum est, quia ipse charitas est, & qui est in charitate, quae est uerus amor, in Deo manet, & Deus in eo, ut in canonica Ioan. legitur. Per hanc igitur redditur proximo quod suum est, & in eodem amore quo diligitur pater & filius. Ex hoc enim quod anima suam creatorem diligit, quae ipsius patris aeterni est imagine insignita. Ex eo enim quod pater diligitur, ex eo uenit ser-

uens animarum sola dilectio, ex eo enim multiplicatur orationes pro animabus deperditis liberandis. Ille etiam idem amor gemitus multiplicat, ut animae ad propriam creatorem reuertantur, ut scilicet mortuae per peccatum, per uitam gratiae diuinae suscitentur. Sicut Hieremias Hier. 9. clamat dicens. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut plorem super interfectos populi mei die ac nocte. Quomodo etiam per hanc disponitur respectu meriti secundum omnem affectionem theologiam planum est, quia quotiescunq; mens in Deum immediate mouetur, uitam aeternam toties promeretur, & quotiescunq; uult anima sic disposita, potest actualiter affici uelocissimis moribus, tamen intercessis, & plus quam dicere ualeam, eleuari meretur in gloria in qualibet resurrectione istorum, & quia singulari merito est respondens gloria singulari excepta substantiali corona de uisione pulchritudinis diuinae, constat, quod per hanc sapientiam sibi coronae innumerabiles cumulantur. Concludendo ergo a primis, sic per istam sapientiam mens ignita perficitur, ut ad instar circuli quae est perfecta figura inter alias, in presenti & in futuro mens a sensibilibus egressa, reuertendo in eodem punctum directissima ordinatione regreditur. Ergo sapientia aeterna, quia nullus mortalium potest manifestare istam admirabilem & incretam sapientiam, quae a te fonte uitae immediatissime procedit. Veni ad docendum nos uiam prudentiae, quia contra usum aliarum scientiarum in ista sapientia, practica praecedit theoricam. Primum ergo subditur de practica, quae mens purgatur in prima uia. In secunda illuminatur. In tertia perficitur, ut haec sapientia secundum triplicem uiam ultimae hierarchiae respondeat, scilicet purgatiua Thronis, illuminatiua Cherubin, uniuersa Seraphin. Quia ergo haec sapientia, ut dictum est, persuaderi potest ab homine, sed non doceri, ideo subditur haec triplex uia, per quam quilibet quantumcumque simplex doctrinam istam caelestem non humanam quoad usum diuinitus obtinebit. Tu beatissime Deus altissimi me, qui natura es inuariabilis, incommutabilis per te stans, omnium bonorum uirtus principalliter conditua, qui aspectu tuo Angelos reficis, tu qui es increata sapientia, quae mentes Angelicas & caelestes tuis radijs preclaris irradias, tamquam uiuifica uirtus, ita amatores tuos adimpleret, ut ab infimis separatos suscites nos ad tui desiderium & cognitionem, & remota omni mentis distractione, conuertas nos ad aggregantem patris unitatem, quibus in horrea claritatis aeternae dispersiones congregas Israelis. Amen.

De



De triplici uia ad diuinam sapientiam. Particula II.

Equitur ergo primò qua sit illa sapientia. Secundo de perliasionibus ad ipsam. Tertio de industrijs per quas mens in ipsa firmisime solidetur, & hæc pertinent ad practicã, idest ad usum, & etiam si anima simplex fuerit, ita que nesciat ordinare, saltem aspiret, & primò quoquo modo doleat. Secundo etiam si nesciat meditari in scriptura (ut dictum est) saltem aspiret ad amorem, dicens semper in omnibus suis orationibus, & petitionibus. O Dñe qñ re strictissimo amore constringam? & sic quantumcumque simplex uel laicus, poterit per dolorem de peccatis, ueluti per osculum pedis, per re cordationem beneficiorum, ueluti per osculum manus, usque ad osculum oris quod est in desiderijs amoris ascendere, dicens. Osculetur me osculo oris sui. Et hæc iam præsumptuosa non iudicabitur, si primò in osculo pedis & manus se exerceat, & postea in alia hora ad osculum oris. Sequitur de tertia uia. Accedite ad eum & illuminamini &c. Cum enim Deus beatissimus lucem inhabitet inaccessibilem, secundum quod ait diuinus Apostolus. Cum omnis rationalis creatura distet ab ipso gradibus infinitis, ad hoc quod lucis æternæ super pulchris claritatibus illustratur, necesse est, animam quasi à se egredi, & gratuito beneficio creatoris superius eleuari, ut sit aliqua approximatorio, & aliqua assimilata conformitas inter creaturam recipientem, & ipsum benignissimum influentem, ideo dicit diuinus Propheta. Accedite ad eum & illuminamini, ut illud præcedat & immediatè illuminatio consequatur, ubi ergo tangit completè istius libri materiam, in quo casu extraneo quasi contra omnes diuinos & theologicos tractatores, non per speculum creaturæ uel ingenij inuestigatione, uel intellectus exercitio, docet ad cognitionem immediatam creatoris attingere, sed per amoris unitiui aspiratio nes flammigeras, quibus non tantum quia Deus est, sed etiã quid sit Deus beatissimus ipse principium totius beatitudinis & origo, infallibilitèr adhuc degentes in miseria prægustamus, que tantum excedit cognitionem rationis uel intelligentiæ (ut dicitur postea) in quantum Sol cū cæcis alijs planetis pulchrior, & stella matutina ceteris syderibus fulgentibus fulgentior uniuersis, qua reuelantur abscondita, qua referantur occultata, qua non humanis & terrenis facit amantè intendere, sed potius supra seipsum eleuatū immediatè diuinis & cælestibus insistere disciplinis. Quia ergo amor astuans ad unionem dilecti aspirat ardentius, sursum trahit spiritum, ut fontis ueri luminis appropinquet, qui solus facit accedere ad illum, qui est oriens ex alto, hos qui in tenebris & in umbra mortis sedent illuminans, ut per ipsum motiua & cognitio completa sit illius perfectiones obtineant, ut mens at

Cant. 1.
Psal. 33.
Rationes pp. quas unitiua sapia ab oibus desiderari debeat.
1. Tim. 6.
Psal. 33.

dore amoris & decore luminis à suo dilecto misericorditer decoretur, quia non solum per amorem unitiui gloria æternæ beatitudinis in recessu spiritus à corpore possidetur, nec solum unitam cælestem ducere contingit in terris, non tantum humanam suis sursum extensiuis siue excessiuis actionibus mentem interius sollicitant, sed insuper in anima incomparabiliter per amoris unitiui desideria perfectio amplioris cognitionis relinquuntur, quod studendo, uel audiendo, uel per rationis exercitia conquiratur. In hoc ergo presenti opere, quod à me ad declarandum beati Dionysij mysticam theologiam conscribitur, est præfens intentio ostendere theoreticam ubi inclusam, quo modo anima creatori suo inhaereat, & ipsi efficacius ueluti dilecta dilectissimo radicabiliter uniat. Vbi uerba paucissima sunt, sed infinita sententia, sicut manifestissime in sequentibus apparebit, quia in hac unitiua sapientia, non ab eo quod extra in scripta redigitur, sed ab eo quod intus percipitur mentis extensa unitio, ad suum dilectissimum cupientis attingere, ipsius dono gratuito recipit incrementum. Scribitur autem istius libri simpliciter & purè anagogicus est, nisi quod propter piam auditorem ad inferius aliquod quod descendat, ad sensum anagogicum manifestius explicandum, ut solum per amantes hanc supremam sapientiam unitiuam in seipsis percipiant, & à mundi sapientibus uel mundana amantibus, neque quo ad intellectum, neque quoad affectum ullatenus capiatur. Finis autem est, attendere quomodo anima ad sponsum unionem totis uisceribus debeat aspirare, ut aræ gloriæ & dyadema nuptiarum regalium ualeat percipere in presenti, quod ois rationalis spiritus tanquam suam beatitudinem debet appetere, propter quinque rationes quæ ante principale uidentur, ad audiendum recipiendum, quæ in sequentibus dicentur, prolixius præmittuntur. Prima igitur ratio sumitur respectu rationalium creaturarum, & mundanorum actuum, tres aliæ respectu perfectionis ipsarum personarum, quæ per unionem amoris in presenti feliciter obtinentur, ultima ratio ratione continuationis profectus & augmenti, quo mens seipsa fortior efficitur semper, & pro amore dilecti ad maiora semper seipsam extendere cupiens, donec in recessu ipsius à corpore sibi sol iustitiam ipsam uisura facie ad faciem, sicut est, oriatur. In prima enim insipientia omnium mortalium & maxime religionum ostenditur. Sicut enim quidam sanctus dicit. Vniuersusque artis industrius appetitor, cum ceteros labores & pericula, atque dispendia æquantem libenterque sustentat, & hoc in agricolis & negociatoribus, & in militibus exemplo sensibili comprobatur. Nam & agricola nunc torridos solis radios, nunc pruinas & glacies non declinans, terram infatigabiliter scindit, & indomitas agrum glebas frequenti subigit uomere, ut eam cunctis sentibus expurgatam, uniuersisque geminibus

Intentio, stilius, & hinc libi qualis.

Quinque rationes per quod ad diuinam sapientiam.

Prima ratio.

bus absolutam, in modum solubilis arenæ exercendo comminuat, hunc solum finem intendens, scilicet perceptionem copiosarum frugum, exuberantiam legetum, non alias ad eperum se esse confidens, quo uel ipse uitam securus ducere, uel suam possit substantiam ampliare. Si ergo tot laboribus, tot calamitatibus incessanter exstaret, ut possit terrenus terrena suscipere, per modicum temporis in ipsis quietudinem inuenturas, non immeritò omnis anima totius Trinitatis uigilanti imagine, & maxime religiosus, qui ad hoc obtinendum efficacius ut Deo æterno uniat, strictius præ alijs se succinxit. In quo tanquam in fonte beatitudinis laticiam in presenti, & gloriam in futuro per unitiuam desideria poterit exhaurire. Et si in principio aliqua forsitan difficultas, uel carni repudiata intolerabilitas uideatur, tamen cito in tam iucundo dilecto desideratam requiem poterit inuenire, quia in ingressu est uia arctissima, secundum Salomonem in lib. Sapientia dicentem. In paucis uexati, in multis bene disponentur, & non immeritò, quia ille citissime à quo omne gaudium & omnis iucunditas emanauit. Secundo uidemus, quod illi qui negotiationum solent exercere commercia, non incertos pelagi timent casus, nulla discrimina perhorrescunt, dum ad finem quæstus sollicitè atredentes, hæc omnia perpeti hylariter prouocant. Quod si tales corpus & animam tantò subiecit discrimini incessanter, quanto deberet rationalis spiritus incessabili deuotione inardescere, ut illi suauissimum inueniret, qui sua iucunda presentia per amorem unionis obrenta, omnem ab ipso eliminaret egestatem, & omnem ab ipso motum remoueret, & non ultra ipsum uagari permitteret, non ultra oblectamenta adulterina in creaturis alijs medicaret, cum ipse beatissimus inueniret experimentali hospitem, qui est omnis mentis tendentiæ sufficientissimus quietator. De quo dicit anima, cum ipsius sentit iucundam presentiam in Tob. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies, nolens iam ad consueta discurre, iam humana consolatio ne non indiget, quia iam illi unita est, in quo omnium languorum suorum tam corporalium quam spiritalium inuenit saluberrimam medicinam. Tertio etiam uidemus, quod hi qui militiæ mundialis ambitione libidinosi inflammantur, dum perspicunt honorum ac potentiam finem, exercitia peregrinationum uel pericula non sentiunt, nec presentibus erumnis bellisque franguntur, dum propositum sibi dignitatis finem cupiunt obtinere. Si ergo in tot miserijs inuoluntur, ut ad modicum temporis laudibus hominum uento inanis gloria eleuentur, hoc sufficiens præmiū reputantes, pro omnibus perperis multipliciter tam in spiritu quam in corpore fatigationibus. Quid dignum possit peragere mens rationalis creaturarum nobilissima, respectu tamen sui creatoris medica, ut ad illa tanta dignitatis præmia perueniret, ut

Sap. 3.

Lib. 9.

Prima ratio.

illi à quo creata de nihilo primordiale originem habuit, in amoris unitiui desiderijs uniretur, & tantò honore in conspectu creatoris digna ualeat iudicari, ut minus quam musca, minus quam nihil, principis uitæ sponsa, regis Angelorum dilecta proprijsimè ualeat appellari, & ad tantum honorem ab altissimo creatore minima prouocetur, sic dicente in Cant. Aperi mihi soror mea, columba mea &c. Dicto quomodo per actus mundanorum & secularium mens ad tanta dilecti gaudia prouocatur. Dicendum est, quomodo per creaturas rationales & irracionales ad quiescendum in suo creatore multiplici excitatur. Primò in sensibilibus. Secundo in uegetabilibus. Tertio in animatis rationabilibus & irrationabilibus. Vide quia ad istud edulium ad quod aliqua experimentalis noticia animal brutum gustui delectabile exastuat, currendo cum impetu sine discretione accelerat. Cum ergo ratione prædicta mens habeat unum solum delectabile obiectum, in quo uera requies & omnis sacietas pariter combinantur, diuino iudicio misera indicatur, ut tanto delectabili sibi presentialiter & immutabiliter existenti misera defraudetur, cum bruta ad suum delectabile cum tanta festinatione accelerent sensibilibus obtinendum, & ista non uult faciem suam erigere ad illam ueram sapientiam unitiuam, de qua ab increata sapientia in libro Sap. dicitur. Omnia mihi bona uenerunt pariter cum illa. Dicit enim omnia, ut nihil in mente ipsius presentia remaneat incompletum. Dicit bona, non bonum dicit, ut multiplicationem in mente diligentis diuinorum beneficiorum insinuet. Uenerunt dicit, per hoc non à se signans, sed ab illo obtinere, scilicet ex influentiâ ipsius dilecti misericorditer influentis. Dicit pariter, cum in seipsa anima nihil boni habuerit, & si quod fuit multiplici amaritudine replebatur, cum illa dicit, ut non solum possessione ipsius unitiue sapientiæ mens interius impinguetur, & medullarum ipsius multiplicatis fructibus irroretur. Sed & multa dilecti encenia, sicut splendor & distillationes multiplices presentia unitiue sapientiæ comitantur, ut tam per ipsam, quam cū ipsa mens experimenta gloriæ obtineat in presenti. Miserabilis ergo debet anima reputari, si illud quod uidemus in sensibilibus, nos rationales non facimus, & respectu momentanei delectabilis pigritantes circa inferiora lamentabiliter occupati, contra etiam cordis humani generositatem, impudenter & miserabiliter dormitemus. Hoc etiam apparet in uegetabilibus ut in arboribus, quæ ut stabiles sint, & in concussionem uentorum immobiliter maneat in terra, radices immittunt profundius, ab humore ipsius terræ in qua figuntur recipientes fortificabile nutrimentum, ut etiã ramos superius emittentes, per immisionem firmisimam sine sui confractione in suo loco firmisimè perseuerent. Sic mens per amorem unitiuum supra se erecta, per penetra-

Cant. 5.

Secunda ratio.

Sap. 7.

tuias



tiuas affectionum radices in eo cui per amore unitur radicata infigitur, in qua infixione unionis stille roris eterni exhauste, per amorem maxime ratione redundantia ipsius fontis omnium delictarum & plenitudinis, quia p importunitate unitiui amoris, quasi quibusdam radicibus ad stipitem affectus descendunt inferius, mentem sic fortificantes in ipso, ut inauertibiliter ad spem sine obliquitate profectu continuo ascendat, ut etiam corroboracione motuum amoris, qui hic radices proprie nominantur tami ceterarum potentiarum omnium perfundatur, & inde sic fortificata, ut non iam ad modum arundinis spiritalium uentorum turbine quatitur. Et sicut humor arbores facit uirescere, florere, & fructificare, & nihil horum sine uirtute ipsius humoris arbor materialis obtineret penitus, sic & humor amoris facit florere altioribus ad magis placendum dilecto conceptionibus plurimis, & fructum operum sine exinanitione proferre folia uerborum, non de ariditate mundanorum nisi ea uilipendendo, sed de his quae placent illi quem diligit, facit amor uirtute perpetua apparere, ut illius promissionis ueritatem experimentaliter notitia in seipsis percipiant, quam iam dudum degens in terris, & cum miseris habitas, dilectus promiserat dicens. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum uestrum. Hoc. n. promittit Deus altissimus animam aspiranti, quae ad instar insensibilium materialium arborum per amoris motus ignitos in ipso infigitur, & quod uidet in creatura quae expertem & insusceptibilem delectationis & iucunditatis cognoscit, hoc ipsa misera appetat, cui tot delectabilia premia a collatore omnium promittuntur, & quae sint ista, in sententia praedicta insinuantur. Mensuram dicit, quia cuiuslibet se ad suam infixionem sollicitudine disponendi datur amor, id est perfecti amoris unitio, quae mensura proprie dicitur. Nam ipsa sola quantitas aeternae mensuratur, ut desideratam perfectiorem unionem citius & efficacius apprehendat, ardentius quoque amare desideret, & secundum suorum desideriorum mensuram apporrandum secum ingenia, ipse altissimus pauperula se infundit, quae uere bona affectum mentis erigendo Deo aeterno diligentem unius non bono per participationem, sed summo bono, ampliori bonitate mentem sibi unitam deificans, ut eo sola bona dicatur, & melior omni mens Angelica & humana, in qua amor transformans creaturam in creatorem abundantior redundauerit, ut iste solus nobilissimus habitus, bonus anthonomatice debeat nominari, quia in eo qui solus bonus est secundum ipsius sententiam, facit in Deum sua extensione deifica aeternam transformari, cuius fructum multiplicatione & exuberanti abundantia uires & uirtutes aeternae pfundens, ut ratione redudantur ipsius nihil maneat uacuum, & ideo conferta statim dicitur. Sed et quia ex unitiui amoris, ex qua totus homo respersitur, est ibi quaedam uirtutum creatio, ut una motu alterius occupare cupiat, ideo coagitata dicitur. Et quia uerus amor tanquam ignis aestuans, non potest sic adhibere diligentia cooperiri cineribus, quin semper quoad aliquid calorem emittendo alijs emineat, sic amor superfluam operatur usque ad uerba exterius, quia de his circa quae uertitur mentis affectio, uerba libentius proferuntur, ipsa mens quadam limitatione amoris praeponderat, ut os quod est nuncius quo mens praemitit, quod sentit interius, profertur diuina non humana, caelestia non terrena. Unde potest dici mensura amoris, secundum quam affectus potentias suas dirigit, multiplici exhauritione corroborat, uirtutes creatas ad operandum exagitat, ut et ad ea quae sunt exterius se extendens, sua dignatione & ex deliberatione, loqui uel facere, nisi de pertinentibus ad ipsam, suam possessionem non permittat ullo modo. Inde ergo debet aia lamentabiliter excitari, ut labore instans, sicut in principii inceptio, ubi quasi tota est unitiua sapientiae difficultas, aggrediatu audacius, ut tunc citius manens immobilis in loco sibi conaturali, suae primordiali origini naturaliter competenti firmissime radicetur. Dicitur quoque per exempla sensibilium & uegetabilium mens ad suum delectabile obiectum debeat excitari, & in suo loco naturali inuertibiliter radicari, dicendum est, quod per exempla inanimatorum ad idem efficacius excitetur. Sicut omnia corporalia locis sibi competentibus conseruantur, sic spiritualia, scilicet mentes Angelicae & humanae locum habent proprium, non ad instar corporaliu dimensionum, sed suae contententiae & ne redigant in nihilum ipsa sua dextera contententur. Sicut enim corpus ratione suae ponderositate statim ad locum naturalem (ut in ipso quiescat) naturaliter deportat, sic mens donec perfecte constringat illud, qui sua dignitate non potest non appeti, per pondus amoris usque ad ipsius unionem a supernis collata, sine quiete uaga, sine refectione famelica, mendicabit, quantumcumque extraneis delictis uel honoribus occupetur, tamen nullatenus faciabitur, nisi illud cuius est imitatrix imago, ipsum per contactum amoris quem unicuique naturaliter appetit, fuerit assecuta, & nisi in signo iugis laetitiae in ipsa se praesentem annunciet, mentis importuna tententia non quiescit. Et hoc in Ioan. Euangelio insinuatum habemus, a diuino Petro praeter ceteris amante ardentius, sic dicente. Viderat enim ubique inopiam, & in ipso solo cui loquebatur, praesentialiter perfectam quietem inueniens, dicit. Domine ad quem ibimus, uerba uita aeternae habes, Dominum uocat, quia ipsum colit omni postposita creatura, potest enim appellare Dominum, cum amor non deriuetur ad aliud, sed conuertatur ad ipsum a quo tanquam a fonte primordialiter emanauit. Et sic dicit. Ad quem ibimus quare uerum non esset recedendum ab eo in persona amantium subdesse efficacissimam rationem. Verba uita aeternae habes, non uerba oris exterius, sed mentis interius, tuas distillationes multiplices immittendo, quibus multo efficacius quod per

Luc. 6.

per argumenta, uel creaturas, uel quocumque alia, uerba uita aeternae incognita, gaudia tuis amatoribus manifestas, ut ipsa sentientes (secundum diuinum Apostolum) cetera omnia ut stercorea reputent, ut te lucrifaciant. Quarto respectu rationalium. Cum naturaliter aia secundum suas potentias obiectis competentibus perfici desideret, sed ad arduum, uerum, & delectabile aspexit, se extendendo superius, ut illi ineffabili uniatur, qui est summa maiestas, incommutabilis ueritas, & indefectus bonitas. De istis breuiter pertranseo, quia de his inferius oportet determinare prolixius. Tamen ad praesens sic ueram arduitatem increata esse aia non reputet in eis, in quibus quantumcumque alijs praexcellens arduioribus honoribus eleuetur, ipsam necesse est tam mentis quam corporis ut sensibiliter comprobamus, mendicanti, & subiectioni multiplici subiicere. Sed tunc solum mens in obtentu uerae arduitatis congaudet, quoniam per intimam amoris unionem tanta libertate perfruatur, quae non potest cognosci nisi ab illis, qui ipsam experimentaliter notitia praesentiunt, ut Diabolum non timeat, mortalem hominem nullatenus pertimescat, ut tumultus poene aeternae non sentiat, ut susceptionem mortis amplectendo gaudeat, ut quae immediate per ueram unionem creatori proprio se subiicit, in omnibus liberam ipsius promissionem consequatur, dicens in Ioan. Si filius Dei uos liberauerit, uere libereritis. Tunc enim uere filius Dei liberat, quoniam dexteram amoris ipsam extendendo porrigit, ut ipsi inhaereat omni creatura supposita, nihil sub Deo uale amanti in unitiuis desiderijs dicitur. Et haec est ratio, quia in loco tuto per infixionem amoris se firmiter collocauit, nihil aliud timet extrinsecum, nec etiam ipsum in quo habitat, cum amor familiaris minas illius quem diligit, facit obliuisci. Unde dicit ipsa ueritas in Ioan. Haec locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo autem pressuram habetis: Tunc enim quando Dominus menti loquitur, & seipsum per spiritualium insuasionum colloquia praesentem denunciat, statim pax sequitur, quia ipse est ab omni seruitute radicatus liberatus, qui etiam altissimus mundanis pressuram habendam promittit, quia dignum est, ut qui uenerandissima maiestati seipsum per amorem uerum non subiicit, ab omni creatura misera conculcetur, ut omnis creatura suum uindictae creatoris, illi afflictione multiplici conculcando, qui nolens ei per amorem subiici, Dominum proprium derelinquens, adhuc uires uilitatibus alijs, quasi ille non esset uerus Deus uilipendit. Unde quando aia inhaeret per ardentiorum amorem intimus Deo, in tanto efficacius ab omni subiectione libera, in regno proprio felicitius iucundatur. Dicitur quoque ibi est uerus honor in illius amoris unionem repositus, in quo est totius subiectionis priuatio: dicendum, quomodo ratio in ipso inuenit ueritatem, sed quae praesens speculationis est, quae uera illuminatio ex amore relin-

Ioan. 6.

quitur, ideo dicendum est, quomodo uoluntas in ipso & non in alio perfectissime facietur, cum ad ipsius pertigerit in praesenti exiliens uiaatrix beatissimam unionem, tamen sicut diffusus dicitur postea, cum mens in re aliqua seipsa ignobiliori non quiescat, sibi consolatio uel delectatio terrena non sufficit, licet in ipsis quandoque contra sua naturalia lamentabiliter occupetur. Et hoc, quia omne delectabile, si uerum est, quietat desiderium siue tendentiam appetentem, sed omne terrenum quantumcumque suauius assimari ualeat, appetitum relinquit famelicum, & nisi forsitan ad horam totaliter inquietum, ut appareat sensibiliter in omnibus, ergo in mundanis obiectationibus nunquam appetitus tendentia conquiescit. Quidnam ergo mens praedicta faciet? Vnum scilicet solum restat, ut ad ipsius praesentialem unionem acceleret, quem solum seipsa meliorem inuenit, qui solus habet thesaurum in uindicta in seipso absconditum, quem cum quis per experimentalem notitiam inuenit, uadit, & uendit omnia praeter gaudium, & emit agrum illum. Ager enim dicitur amoris unitiui planicies, in quo mens currit per ignota desideria pedibus affectionum sulcata, in quo thesaurus absconditus inuenitur, quoniam per amoris exercitia ille qui est uera iucunditas, per spiritualement notitiam uel ingenium aliquod spirituale praesens esse sensibiliter comprobatur, pro cuius amore adeptus mens hylariter cetera omnia uilipendit, cum quis uel qualis sit ille quem diligit, in affectu perceperit, cum se supra se ad ipsum directe extendit, dilecti dextera subleuatus, ut ea quae prius audierat, uerius quam illa quae sensibiliter conspicit manifestius comprobatur, non immerito propter hoc dicit sermo Dauidicus. Melior est dies una in atrijs tuis super milia, quod dum per atria planicie amoris mens aspirando percurrit celeriter, plus sentit in una die de mentali latitia, quam in milibus dierum ualeat in uariarum rerum ineptis obiectationibus experiri, & diem in atrio nominat, quia mens dum non per istam planiciem percurrit, sciat se multiplici obrebrata caligine obfusari. Sequitur de obiecto rationali, quod est ueritas dicitur. Ista enim ueritas rationali spiritui respondens, non in ueritate creata conspicitur, quia omnis ueritas a falsitate, a deceptione, ab opinione est penitus elongata, & non ibi de ueritate increata fit mentio, sed de creata hic loquitur, quia per hoc quod ueritas ignorat, ideo accommodatur falsitas, ideo sequitur de ueritate occulta non potest cognosci, nisi in lumine desuper radiante, scilicet quo abscondita diuina intellegimus, tanquam mediante lumine, sicut materiali lumine dirigente uisualement radium ad obiectum, sensu exteriori corporalia sensibilia ideceptibiliter capiuntur. Si ergo lumen diuinum deficiat, iam creata ueritas in mendacium conuertetur, non propter defectum ipsius, sed propter uel remanentem cecutentis mentis obfuscationem, uel

Mar. 13.

Psal. 93.

in se



In se percipere intelligibilis ueritatis radiū non ualentis. Cum ergo secundum q̄ sensibilibus uideamus, quasi oīs ueritas sit maxime de diuinis (nisi illa quibus per fidem acquiescimus) in dubitationem uel opinionem conuersam, iam nō p̄rē per humanam doctrinam ueritatem mens rationalis apprehendit. Ut ergo inueniat ueritatē, ad amoris unionem properet, & uerius q̄ corpus per materiale uinculum, uel artificiale glutinū, uel incastraturā labore operatoris indultij corpori alij coniungatur, mens per amoris osculum unicitur illi (secundum diuinum Apostolum) qui lucem inhabitat inaccessibilem, & tunc sibi dilectum suum timore filiali timenti pariter & amāti promissionem diuini prophete Malachie consequitur, dicentis. Vobis timentibus nomē meū orietur sol iustitię, tunc diuinam misericordiam supradictam misericorditer consequetur. Accedite ad eum & illuminamini, Cuius reddit in se primo diuinorum nominum Dionysius rationē. Quia q̄n̄ mens circa illa quę sunt creatę ueritatis addiscenda immergit affectum finaliter, non unicitur illi ut suo splendore multiplici decoretur, qui facit solē suum oriri super bonos & malos, sic dicens, q̄n̄ mens ab omnibus alijs recedēs, se ipsum postea dimittens, unita est supersplendentibus radijs, profundę & imperscrutabili sapientię illuminata. Vñ prius dicit unita, q̄ i seruitabili sapientia illuminata, ut oī mēti sinuet, q̄ nō nisi mediante unione amoris, mētē summo & inaccessibili caligantis, ueritas quoad profunda & inscrutabilia penitus cognoscat. Sequitur ultimum, scilicet de profectu mentis diligentis, pro amore dilecti ad maiora se extendere diligentis uel cupientis. Non enim sicut humani philosophi qui illa quę quo quomodo capere poterant intellegunt, fastu superbia inflati, attribuerē contēpserunt illi fontali principio, a quo in mentibus omnium rationalium spirituum omnis ueritatis radius emanauit, sed e contrario, in quantum sensibilibus mens maiori desiderio inardescit, quia per ueram sapientiam mens edocta, scit se per sui merita quę ipsa possidet, nullatenus posse obtinere, in gratiarum laudibus collarori omnium se diffundit, ut in quantum ab ipso ampliora recipit, in tantō se humiliorem in suis oculis se reputando abiciat, ut non furti diuino iudicio arguatur, ut ea in quibus nihil habet, sibi tribuendo propriam elationē inanescat. Ista ergo sunt duo brachia, quibus mediantibus mentis sursum actio affectuum multiplicium recipit incrementum, quia ab una parte seipsam disponendo preparat, ab alia parte diuinam influentiam prouocando ipsius dono gratuito peruenire ad maiora & copiosiora premia promeretur. In hoc nō q̄ ipsa quę habet non sibi attribuit, sed omnia redigit ad laudem oīum largitoris, concantatem in se exarat cōtra seipsum uerius propugnando, quā pluuia diuinarū gratiarum exuberans montes & colles transiliens, locis humili-

x. Tim. 6.

Malach. 4.

lioribus se infundit, ut quantō maioris humilitatis fuerit concantitas, in tantō amplioris gratię susceptibilis habeatur, & hoc quia oīs creatura in quantum suum recognoscit principū, se ipsam annihilat, ut quę de nihilo creata est, intāto plus recognoscit magnificentiam creatoris, cum ipsi soli esse & omne bonum attribuit, iam nōn inmerito dī. Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiā. Aliud autē est brachium ēt a parte dextera, quō iuuantur mentis desideria, ut ardentius solitō mēs in ipsius exercitijs exerceatur, quia dū per amoris unionem aīa sentit quę Dei sunt, prorumpit in laudem ipsius multimodā, quę laus super omnia exceptis amoris exercitijs ad conferendum collaudanti ad maiora prouocat largientem, dum in persona taliam collaudantium dicit Ioannes in Apoc. Benedictio, claritas, & sapientia, & gratiarum actio &c. Vnde frequēs beneficiorum cogitatio, est quasi quadam tuba intonans in auribus dilecti, ut sibi ampliora condonentur. Ista enim beneficiorum diuinorum frequēs meditatio stimulat ipsum, ut se totaliter diffundat in ardentioribus obsequijs assidentissimi creatoris. Vnde David in persona talium dicit. In meditatione mea exardescet &c. quia dum diuina beneficia meditando recogitat, intantum ad amplectenda maiora pro amore conferentis animus inardescit.

Quomodo unitiua & mystica sapientia obtineri possit. Particula. III.

Dicto de his propter quę unitiua debet ab omni rationali spiritu concupisci, & p̄ cōsequens illa in quibus ipsa sapientia determinata diffusius continetur, presentis intentionis est inquirere, quomodo unitiua & mystica sapientia ualeat obtineri, tria principaliter in hoc opere ostendentes. Primō de sapientia ipsa in generali, secundum q̄ alternatim duplex intellectus theoreticę in scripturis conscribitur. Secundō de mystica theologia quantum ad sui prapparationē, id est de remouendis obstaculis, ut prius inuia in subsequenti planissima habeatur. Tertiō de unitiua sapientia in seipsa considerata. Dicitur quōd ratio naturalis spiritus nisi summo bono inhaereat, non potest in alio aliquo quietari, dicendum est de industrijs per quas amor ardentius incitatur, & iuuatur unitiuum desiderium ad hoc, quōd dilectus ipsum erigendo, oculo respiciat pieratis, & hoc intelligitur per hoc quod dicitur postea. Inspectrix diuinę sapientię. Ad quam notandum cum bona assuetio sit hominis ardui possessi in initiale principium, quatuor ibi de necessitate concurrunt, ad hoc quōd perfecte respiciatur diuinitus, & unitiuam desideratissimam consequatur, quorum unum est interius in mente, secundum a corpore, tertium a loco, quartum a tempore. Primō enim sicut uidemus, & quando sol fulget in

1. Pet. 4. Tac. 4.

Affectio orationis necessaria ad amoris unitiuum. Apoc. 1.

Psal. 38.

Dimitte.

Psal. 120.

Job. 7.

Quis alius paratioris, sedus, ut p̄ no interlat apd. uia.

in uirtute sua in meridie feuerberantur oculi a solaribus radijs, & etiam obfuscantur, idē necesse est, ad hoc q̄ fontem solis directē aspiciat, uti quodam ordine. Primō uidelicet clarum aliquod aspiciere, uel etiam ipsum solem in ortu cōsurgentis aurora, deinde ipsum circa horam tertiam, postea etiam per assuetionem ipsum poterit in meridie uidere, sic mēs postquā iam omnia terrena dimisit, postquam etiam a gaudijs mundanis se penitus sequestrauit, tamen est inuoluta multiplici obtemperante caligine, quę adhuc non permittit ferri spiritū expeditis moribus in obiectum. Sibi ergo necessaria est industria, quia nemo repente fit summus, ut siue habeat deuotionem siue non, siue sentiat se calidū uel frigidum, tamē (ut postea prolixius dicitur) pulset ad ostium diuinę bonitatis, assidentissimam misericordiam obsecrando, ut illum dilectum per amorem astuantem sentiat, qui ipsam creatur ad suam imaginem, ad sibi soli amoris obsequia impendenda, non ergo a suo proprio proposito desistat, sed tantum pulset secundum suam paruitatis modulū, donec per quietē amoris uocem dilecti suauis audiat consolantem. Ecce ego ipse sum, ut habetur in Ioan. Et hoc est quod dicit beatus Dionysius in li. de diuin. no. Secunda industria est, ut cum in principio multū elongatum ab ardore unitiuam amoris se sentiat, per quem debet dilectio coniungi. (quia hoc est supra mortalis hominis facultatem q̄ misera, & distans tanti amoris unionem appetat) necesse est, ut illos qui in epithalamio cum ipso lætatur, in gloria toris uisceribus orando inclinet, ut illum qui iam non ipsum amant, sed ardent in ipso totaliter, per ipsum supplicationem scintillam ardoris existens in miseria recipere mereatur, non ardorem ipsorum desiderans, sed de micis quę cadunt de mensa Domini ad instar captuli desiderat faciat, & maxime cū ista duo dederit secundum Psalmitę consilium dicentis. Leuauit oculos meos in montes &c. statim subdit. Vnde ueniat auxilium mihi, cum Iob consilium obliuioni non dederit, & ad aliquem sanctorum conuerrere, quia licet tanquam regales confortes omnes mentes angelicę & sancti excellentiores sint attentione præcipua exorandi, tamen unum specialem habeat, cui præcipuum impendat obsequium, ut cum semper non possit ad diuina intendere, illos suos defectus impleat, qui in celesti gloria ipsius semper astat aspectibus, qui uidet eum reuelata facie, quem ipse laudat incessanti iubilo: huius per suffragia amorem consequi desiderans, qui quantum etiā de se, uix est dignus ad plantam pedis dilecti sui oculum eleuare. Sed quia ibi dictum est, q̄ mentes angelicę & sancti beati in gloria sunt præcipue deprecandi, cum illa felix ciuitas ex hominibus constat & angelis, ipsos angelos reuereri non negligat, sed uocem audiat Raphaelis loquentis pro Tobia adhuc calliganti dicentis:

Ego obtuli orationem tuam Domino, hoc sibi dicens in persona anime ascendere cupientis. Hi sunt enim expeditissimi paranympsi, quia mentium pijs affectiones dilecto offerunt, ut suis miserationibus de sua naturali bonitate impermutabiliter inclusis defectum supplere debeant. Hi sunt qui nobis tot insignia impendunt obsequia, qui nostrę beatissima redemptionis in incarnatione uerbi mediatores pacifici extiterunt, qui nobis pacem de cœlo redditam nunciauerunt, creatoris & creaturę iam pace reformata per uita principem Dominum nostrum Iesum Christum, ipsum pro nobis collaudando, gratias reddendo, solenniter beata gaudia humano generi reddendo, siue nunciandi iucundi nuncijs affuerunt, & suum angelum a diuina bonitate a sua primordiali origine ad sui custodiam deputatū reuereatur, deprecando attētius, ut ipse pauper attingere ualeat, per amorem illum in cuius amplexibus ipse absorptus luce inaccessibili felice beatitudine iucundatur, ut audire ualeat illud quod Danieli prophete in persona anime diligenti dicitur ab eodem, quia uir desideriorum es tu. Quid enim poterimus illi beatissimo conductori & consolatori nostro respondere, q̄ tam dulciter admonet ut creatori suo perfecte etiam anima inhaereat, si in charitate debilis, si abscisa per peccatum est ab ipso, q̄ ad fontem uitę mortua iam anima reuertatur, qui mentem perfectam tot splendoribus ea quę ipse percipit ipsi obijciens, multis modis irradiat, suis excitationibus accendit, suo consortio magna letitia iucundatur, & maxime cum secundum suam paruitatem, mens facta est conformior, cum idem sapere desiderat, i quo ille totaliter absorbetur. Tunc enim facilis est transitus, ut mens ea quę sibi angelus obijcit, recipiat, quando nō tantum in natura, sed etiam in gratia est proportionabilis conuenientia, quando est eiusdem amoris affinitas, licet unus minus alio radiceatur. Et sicut est impossibile, arenam maris & stellas cœli ab homine enumerari, sic sunt ipsius beneficia circa nos infinita. Ipse enim est orantibus assidens, euntes cōcomitans, dormientes protegens & defendens. Sequitur de tertia industria, quę est in modo quoad corpus quantum ad orantes in unitiuis desiderijs existendi, & tamen modum multiplicem orādi nobis expressum in sacra pagina uideamus. Primus in Mose, qui erectus in corpore, manus extensas ad cœlum erigebat. Secundus Salomonis, qui genibus flexis, faciem suam uersam ad terram manus ad cœlum dirigebat. Tertius est in nouo testamēto in beata Magdalena, quę prostrata ad terram in facie, beatos pedes benigni redemptoris lachrymis rigauit. Quartus in sedendo, quem habemus in Luca, ab ipsa Magdalena dum ipsa sedebat ad pedes Domini in silentio, plus orans interius in desiderio cordis, quā in labijs oris exterius. Quintus a Domino Iesu Christo, qui patrem ut ab eo calix

3421

3581A

Dan. 9.

De dispositione corporis in oratione habenda. Exodi. 17.

2. Para. 6.

Luc. 7.

Luc. 10.

Math. 26



passionis si possibile esset transiret exoravit. **Luc. 23.**
 Sextus in cruce, quando manibus extensis erectus corpore patri spiritum commendavit. **Actu. 1.**
 Septimus ab Apostolis, Iesum ad patrem ascendente desiderio reuertendi ad ipsos, in corpore erecti facie uersa ad caelum orabant interius. Cum ergo secundum diuersas affectiones uel cogitationes diuersus modus reperitur ab orantibus oportunus, tamen in ista specialiter necessesse est, quod corpus totaliter sit erectum, & facies uersa ad caelum superius, quia secundum dispositionem actionis spiritui respondentem formatur. Unde si mens quando se extendit in ardore motuum, unionem dilecti desiderans, faciem uersus terram inclinaret, impediretur actualis tendentia, uel in parte maxima cessaret, cum ipsum desiderando appetat, qui est supra ipsum ineffabiliter collocatus, secundum beatum Dionysium sibi in mystica theologia desiderata gaudia promittendo dicentem, sursum ageris ad illum, qui est supra omnem substantiam & cognitionem. Unde uel corpore totaliter erectus stando, uel genibus flexis necesse est mentem per modos anagogicos confurgere ratione conuenientiae sicut dictum est, secundum quod etiam uidemus in illis qui de aliqua materia cogitant subtilius se profundando, uel etiam in his qui loquuntur de arduis, est necessaria corporis dispositio, ut semper se interioribus quod est exterius configuret, tamen in meditando uel flendo pro peccatis, potest ibi esse alia dispositio corporalis, ut ad similitudinem Publicani terram respiciat inferius, qui suum benignum redemptorem contra se ad iracundiam prouocauit. Et similiter secundum alia spiritalia exercitia meditando uel cogitando, potest esse dispositio alia & alia. Talis in anagogica actione necessaria est dispositio, quae dicta est superius, quia cum ardendo afficitur unionem desiderans, loquitur ad eum sic attentè, & ueluti si eum uideret facie ad faciem. Cum ergo licet sit ubique, tamen ut est in caelo dirigatur amantis eloquium. Cum ergo loquatur ad eum quem in caelis adorat, superius est necesse faciem conuertere, cum ibi eum desiderando prouocet in ipsum totaliter transformari. Dicto de industria, quae est in dispositione corporis, ad hoc ut citius respiciatur ab illo, cui solum placere concupiscit, dicendum est de quarta industria, quae est ratione temporis. Sicut enim uidemus in necessitudine corporis, quod esca sibi competens semel uel bis in die tempore suo propinat, sic anima quae in amore uiuere desiderat, hora debita & tempore congruo lumbos suos accingendo se praepraret, & tempus orationi constituat, ut mens pane & uino in tali amore refecta, quotidiano conuiuio non priuetur, cum multo nobilior, multo suauis ab amante illud inueniatur conuiuium, quam in pastu corporis carnis refectio sentiatur: non enim dignum est ut domina mellisui amoris prandij languescat

De tempore orationi deputato.

inedia, & garrulae famulae hora debita & tempore oportuno carnale desiderium impletur. Et quod talis sit temporis oportunitas manifestum est, quia sicut ex frequenti bene agere relinquit habitus in anima, sic cum mens elegerit tempus orationi maxime de nocte specialiter deputatum, secundum illud Daniticum propheticum. Et nox illuminatio mea in delictis meis, quaedam affabilis complacentia in mente remanet, ut semper suum exercitium illa hora impleat, in qua se ad Deum dirigere consueuit, & si etiam quandoque distat, ut non in hora assueua propter aliquod aliud impedimentum mens se in oratione extendat, a seipsa arguitur, & non modicum quandoque affligitur, si pro causa minus honesta remaneat, quia iam hora pertransijt, in qua mens dilecto inhaerere consueuerat, sibi firmam amoris refectioem ministranti, & spiritalis latitiae odori fera pocula propinanti. Si autem de hora competentem sit quaestio, quo mens diuinis laudibus se extendat, audit Dominum per prophetam loquentem. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius: quod maxime dicitur, quia tunc minus uidetur ab omnibus hominibus, quia tunc quasi omnia silentium multuantia, maxime quia tunc dormit populus christianus: cuius ratione charitatis causam debet assumere, non tantum alium sed omnium filiorum baptismatis, ut ipse tunc uigilet uiceuersis orationibus protegendis, ut leo circuiens quarens quem deuoret, in ipsis non praeualeat, quos pater omnium uuentium imagini filij sui conformauit. Tunc enim ad amplexum Domini sui inardescit confurgere, sicut per uigil custos, qui de nocte pro quolibet, ut pater suus seipsum immolauit hostiam uiuentem. Sequitur de quinta industria quae est ratione loci. Cum enim antiquus seductor per pium laboris initium, & per alios effectus uideat, quod mens a sui dominio totaliter uolens recedere aspirans ad regnum, multo nobilior sub alijs dilecti desiderans protegi: ad eius dominium se transferrere eius felicitati inuidens tentando circuit, ut quem sub specie aperta malitiae non potest decipere, sub specie boni suspirantem ad alta miserabiliter decipiat, sic ei obijciens. Veritas in Euangelio suos discipulos admonet. Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Tu ergo debes in loco publico & aperto insistere orationi, ut alij simpliciores per tuum exemplum manu ductiue superius attrahantur iustitiae & sanctitatis, non solum tuum profectum proprium desideres, sed per te multitudo non modica ad consumile tibi spirituale exercitium, multo plus exemplo uitae quam uerbo doctrinae eminentius prouocetur. Ideo locus occultus requiratur, ut ex illo per quod debet consequi unitiui amoris gloriam, per omissionem circumstantiae non incidat in ruinam, non tantum propriam sententiam,

Psal. 138.

Psal. 49.

Psal. 11.

Nocturni tempore orationi aptus.

De uariatione meditationum necessaria contra falsum.

Matth. 11.

Locus secretus orationi et conuiuio.

Meditatio passiois Christi.

sententiam, sed creatoris sui audit in Euangelio fideliter edocentem. Cum oraueris intra cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum qui est in caelis, quia licet per modicum tempus ab hoste maligno oras in publico, pacifice relinquitur, ut ipsius praedicta admonitio in corde orantis radicetur amabilius, tamen postea timeat ne orationem suam ponat in ore hominum, & tanquam meliorem se alijs reputans, uel sanctum se iudicans, sic interius inanescat, ut sibi dicat a Domino. Tu uero odisti disciplinam meam, Euangelij consilium non tenendo, & proiecisti sermones meos retrorsum. Multiplicium consolationum attentè orantium, quibus solus Deus in mente (tanquam ipsis loquens) se praesentem annunciat, ut unde confurgendo superius collatori respondere debuerat gratiarum actiones multimodas, pro beneficio non suis meritis sed gratis exhibitio, retrorsum projiciat se ad fauorem humanum in laude hominum persistendo. Et licet haec industria propter instantia & multimoda pericula attentè ab omnibus obseruari debeat, tamen nouus amans de nouo confurgere cupiens, cum magna cautela custodiat, cum adhuc habet arundineum amorem, quia multum plus sine maius periculum imminet ei, quam illi qui in duello spiritali diutius se exercens, tanquam clypeo amoris iam protectus, iam apertis oculis cognoscens machinationes hostiles, ueluti expertus miles de inimico persecutore nouit sagaciter triumphare, quia tunc securus potest se alijs ostendere, qui pondere amoris cor suum interius in Domino protectore benigno, non sine multis laboribus collocauit. Dicto de quinta industria, qua diuinam amans inspectionem occasionaliter promeretur, dicendum est de alia, quae est ex multiplicatione spiritalium, quia secundum quod uidemus in materiali refectioe animalium corporum, si aliquid ceteris magis delectabile ad uescendum continue propinetur, cum ex eiusdem continua & diuturniori replicatione gustus sensibilis fatigetur, nouorum aliorum refectioem appetens, licet primum suauius (quam in se est) ab omnibus iudicetur, & quoniam plus recentium epularum superuenerit copiosior multitudo, facilius in uno reficit, & plus interius ingeruntur: sic mens, si horam quam sibi ad diuinam colloquia dedicauit, totaliter in extensius siue excessiuis motibus aspirans ad sponsum unionem expenderet, propter fatigationem corporis non sustineret spiritus, cum sicut dictum est, ex amoris importuna tendentia non modica afflictio, immo maxima capiti & pectori quibus amplius spiritus radicitur, & per consequens membris alijs corporis ingeratur, ideo epulas recentes sibi multiplicet, & maxime circa tria unum praecipuum & praclarum, & duo alia adiacentia committentur: principale sit deuotissima oratio, & castissima affectio qua sponso propter seipsum uniri desiderat. Sed ad hoc primum principium maxime incipientibus sit cogitatio de passione do-

minica necessaria, quoniam pro peccatis nostris radicitus extirpandis, Rex gloriosus seipsum obtulit, intantum pro nobis Deo patri obediens, ut morte crudelissima damnaretur, ita, ut a planta pedis usque ad uerticem non fuerit in eo sanitas, & non esset pars, quae non sanguine sacratissimo resperfa uniuersis aspicientibus appareret. Unde cogitatio de carne, est ad ingrediendum ad diuinitatem amoris interius latitantis ianua, & in signum illius, latus suum sacratissimum ferro lancea aperiri uoluit, ut non nisi per plagas illius mens in diuinitatis intimis radicetur, quia (secundum quod dicitur alibi) cogitatio de passione, & refectio in eadem dignitati animae non sufficit, sed solum ille qui carnis uelamine seipsum ab humanis aspectibus abscondebat. Ideo diuinus Apostolus admonet omnem animam super se confurgere aspirantem: Christo (inquit) semel in carne passio, & uos eadem cogitatione armamini, quia iam multum diuinitati beatissimae appropinquat, qui humanitati ipsi unitate per compassionem imitricem passionis pertractata tam preciosa uulnera interius conformatur, quod tunc sine aliquo retinaculo cogitationum de carnis passione poterit dimittere, quia iam si nemi parte assecutus, (solum in ipso intimius defiderat radicari, pro cuius obtentu de plagis offerri cogitabat illud exercitii principium speciale. Sequitur de tertio subsequente, scilicet quoniam modicum diuinam misericordiam siue refectioem misericorditer prouocabit, hoc est aliorum peccatorum expositorum hostibus in peccatis obdormitorum in scorbis, in delictis mortuorum compassio. In hoc enim apparet filialis & amorosa dilectio, quando illis compatiendo qui ad patris sui imaginem creati sunt, ut illum imitantes in uita regnent sancti in gloria, uideat sic miserabiliter alios laceratos, & alios sic excruciatos recognoscat, ut uix uentus maxime de adultis inter centum inueniri ualeat, quod illum uidere in gloria mereatur, in quem desiderant angeli prospicere, cum sibi illud decretum obstupescendum ediderit: Qui mihi ministrat me sequatur, quia quicumque uiuens homo sedulum famulatum praestiterit, siue Altissimo in bonis, siue Diabolo in peccatis, iusto Dei iudicio post recessum animae a corpore, illius gloriosus uel miserabilibus agminibus coniungetur, cuius complebat dum uiuere uoluntatem. Si ergo materialigladio uideam aliquem corporaliter iugulari, uel perforari, uel cuiuscunque potentioribus pedibus suffocari, naturali affectu misericordiae ipsius compatiar. Quomodo ergo mens se dicat patrem amare rationalium spirituum, cum tot filios sua insignitos imagine uideat, crudelissimorum hostium pedibus suffocari, & illuc eos introducere ubi omnes guttae aquarum, & folia arborum citius certo numero redderentur, quam desistat lamentabiliter proclamare illaverba, quae Dominus sibi per Iob uirum diuinum

si incipientibus conuenientior.

1. Petri. 4.

Virum spiritum lem dicit de peccatis hostium communi pati.

Ioan. 12.

Iob. 3.



præderat. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo: & postea immediate. Cur exceptus genibus? cur lactatus uberibus? cur egressus de utero non statim perij? Rationem huius rei duplicem reddit sibi diuinus propheta. Prima erit ex mirabili cruciatu, in quo corpus & anima quandiu Deus erit in gloria, insimul patientur, quia pariter deliquerunt. Dicit Isa. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: quia uermis est remorsus conscientia, quo poenam doloris sensibilem, & poenam damni incurere meruit, in aeternum dolens de perpetratis in seculo, quæ iam non profunt, sed singulariter dolorem incutiunt, secundum quod de talibus Dominus in lib. Sap. protestat, cum ait. Quid nobis profuit superbia? &c. Sed & poenam damni comminatur altissimus per Isa. prophetam dicens. Tollatur impius ne uideat gloriam Dei. Et bene ipsum uocat impium, quia solus amor mentem in propria pietate facit uitam deducere, quo uerus cultor creatori proprio exhibetur. Digno ergo Dei iudicio a beatissima fruitione illius separando tollitur, qui dum uixit in corpore, non se sic preparando disposuit, ut bonitati increatae amoris uinculo coniungeretur. Tunc enim uere tollitur, quando moriens in tenebris a felici diuisione diuinæ pulchritudinis peccatis suis exigentibus separatur. Et hoc est quod sequitur, ne uideat gloriam Dei, qui uita brutali uixit in terris, non esset iustum iudicium, quod uita angelica in cognitione ueritatis aeternæ, & amore beatitudinis increatae, in quibus consistit gloria in caelis iubilans perfruatur, quomodo ergo iam hylaris apparebit, qui tot patris sui benignissimos filios uidit in tam inestimatis doloribus cruciari? Ideo dicebat diuinus Apostolus ad Cor. Sollicitus non pro uno tantum, sed pro omni congregatione fidelium. Quis enim infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Quia membrum uium & efficax, & unitam Christo capiti non uidetur, qui dolores commembrorum suorum & eorum uulnera insanabilia non praesentit. Hæc ergo diuina industria non modicum coelestem ad se inclinans clementiam, ut sapientia oriens ex alto inferius profundatur, qui ad hoc totis tam obsecrationibus, quam pijs affectionibus compassione limitis, tam uerbis ignitis in prædicatione ad populum in omnibus laborans attentius, ut diuina maiestas in immisione sapientia & doctrina uel fidei, sic misericorditer inclinetur, ut omnis creatura per quam princeps gloria in terris indignatus est apparere, quicumque sit ab oriente in occidentem, ab aquilone in septentrionem christianus, iudeus, uel gentilis, sic ad ueram cognitionem ueritatis pertingat, ut illius felici consortio non priuetur, qui non pro uno tantum, sed pro omnibus seipsum in ara crucis imprecabile precium condonauit, & illius beata uisione non careat, ad quem solum contemplandum, & amandum creata est, ut &

Isa. ult.

Sap. 5.

Isa. 26.

1. Cor. 11

mens patrem benignum Dominum nostrum Iesum Christum sectari desiderans, supportet pijs orationibus attentis & accensis peccata omnium uiuentium, ut illi conformetur, qui uicem perditam in ouile claritatis aeternæ portans in proprijs humeris, patri suo restaurauit. Non enim diuinus propheta Hierem. fuit tanquam membrum mortuum, sed uiuum, & efficax: qui uidentium populum a Rege nequissimo tam atrociter suffocari, dicebat. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut plorem super interfectos populi mei die ac nocte? Nabuchodonosor enim Diabolum, Babylon confusione tartaream, Hieremias animam Deo unitam per amoris proprijsimè signat. Sic enim Moyses qui solus uisus fuit, licet esset mitis in gère sua & ceteris mansuetior appareret, manus suas leuans ad caelum, orationis ignita clypeo, & hasta amoris fortitudinis extenta usque ad caelum Deum exercituum attingente, promeruit, ut uirtute ipsius Israel populus Amalech superaret: sic etiam eiusdem uirtute amoris quo Deo erat unitus eundem populum sic protegit, ut Dominus ei diceret, dimitte me ut populum istum deicam, quia sicut Dominum affectuosa orationis uinculo ligauerat, ne populo Israel poena condigna criminibus inferretur. Si enim duo principis alicuius negociatores famulantes existerent, & alter eorum semper circa commodum proprium negociaretur attentius, alter uero utilitatem totius familiarie domini sui se effundens sollicitè procuraret, citius a Domini sui largitate potiora beneficia acciperet, quam ille qui de singulari profectu pijs circa afflictos carens uisceribus, seruili fidelitate lucra specialia procurauit. Ista duo itaque duo concomitantia iucunda metis desiderantis tendentiam adiuuant, ut a suo desiderio & tendentiae termino non fraudetur. Primum ergo & præcipuum præcedit, ut dictum est, scilicet affici circa passionem & plagas redemptoris, per quæ ad perfectam inherentiam subintramus, tamen sepe iam cessat maxime in quibusdã, quado mens in ipsa Diuinitate sine impediante obstaculo, uia iam aperta per exarationem superiorum ardentium, potest dilecto solito perfectius adhære. Sed ista quæ est ex compassione proximi, respectus diuini prouocatrix compassio, nunquam cessat, immo mens quanto ardentius afficitur, tanto ipsum orat attentius, ut ipse miserorum uisceribus uulneratis, salubrem misericordiam & pietatis adhibeat medicinam, ut in consummata iustitia existens, dicat cum beato Iob. Semper creuit mecum miseratio, & ab utero egressa est mecum. Tunc enim semper crescit miseratio, quoniam proprijs affectionibus spiritali iucunditate attendit continue, sed infelicium miseria condescendit. Tunc ab utero secum egreditur ab illo instanti, scilicet quando ab emanatione fecunditatis diuinæ uitalem amorem mens recipit, quo primitus natus diuino conspectui & uirtutibus

Hierem. 9.

Exodi. 17.

Exodi. 17.

Optimè exempli.

Iob. 1.

uirtutibus angelicis apparuit, ad ipsorum uitam consimilem transformatus. Ultima industria est, quæ in sapientia anagogica dinoscitur: ab ipsius amatoribus totis uisceribus amplectenda, quia si omne confusum & inordinatum eo ipso corruptibile & instabile indicatur, similiter econuerso omne ordinatum stabile & suæ ordinationis decencia iudicabitur stabilitum. Idcirco discipulis ueritatis est cum diuturniori exercitio sagaciter laborandum, cum suas orationes, uel psalmos, uel hymnos, uel quæcumque alia dixerint, ut stabiliant in se numerum dicendorum. Item quid primò, quid secundò, quid tertio: nisi fraternam charitatem, uel necessitatem aliquam, uel obedientiam maiorem, aliquatulum retardent, semper id & eo modo quo decreuerint, studeant adimplere: quia ex isto felici exercitio relinquunt quædam abilitatio in mente, de quo saepe animus non modicum contristatur, si aliqua negligentia uel inertia consuetum exercitium derelinquat: immò quod in principio ipsius exercitij spiritalis laboriosum uidebatur, spiritui postmodum quasi uersum in consuetudinem suo decore alliciat, ut iam frigiditas uersa in calorem, tarditas in uelocitate, maxime quia amore unitiuo trahitur, experimento infallibili comprobetur. Vnde in canticis sponsa petit trahi dicens. Trahe me post te. Et statim subditur. In odore curremus uuentorum tuorum, quia ex quo amor attractiuus & sursum actiuus in supremum affectus iam inflammando immittitur in ipsam sponfam, in sui dilecti desideratissimum sinum collocando: iam mira agilitate currere incipit, ut quotiescunque uoluerit, unitiuo amoris desiderio, ueluti quodam ardore sibi sparso diuinitus, in ipsum ardentissimè se extendit.

In spiritalibus exercitijs stabilitas & uero requiritur.

Cant. 4.

Sapientia diuina a Deo edocta qualis sit. Part. IIII.

Dilecto de persuasionibus & industrijs, quibus mens super intellectum ad percipiendam scientiam unitiuam attingit, subditur ipsa sapientia a Deo immediate edocta, a magistro hierarcha Paulo Apostolo tradita, a Dionysio Ariopagita stilo anagogico & occulto conscripta, ipsam ad Timotheum ueritatis discipulum destinante: & sic dicente. Tu autem Timothee amice circa mysticas uisiones forti concertatione sensus derelinque, & intellectuales operationes, & omnia sensibilia, & intellectualia, & omnia existentia & non existentia, & sicut possibile ignotè conserge ad eius unitiuam, quæ est super omnem substantiam & cognitionem: etenim excessus tui ipsius ab omni irretentibili & absoluto, mundè ad supersubstantialem diuinarum tenebrarum radium sursum ageris. Videas autem, ut nullus doctorum ista audiat &c. In hoc uerbo Pauli Apostoli sapientia suprema includitur, & culmen totius perfectionis, ut possibile est in uia: & tota profunditas librorum Dionysij Ariopagite, quo

perfectè cognito, quicquid est super intellectum in libris Dionysij leuius omni altimatione efficitur. Vnde ista consurrectio quæ per ignorantiam dicitur, nihil aliud est, nisi immediate moueri per ardorem amoris sine omni creatura speculo, absque præiua cogitatione, sine etiam motu intelligentie concomitante: ut solus affectus tangat, & in ipso actuali exercitio nihil cognoscit ac speculativa cognitio, & ille est oculus, quo sponsum in canticis a sponsa dicitur uulnerari. Quod & unum esse perhibetur ipsius testimonio dicitur. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, in uno oculorum tuorum. Vnde cum sit triplex cognitio, una uidelicet quæ per speculum creaturarum sensibilibus respicit, quæ docetur a Richardo de sancto Victore in arca mystica, ubi per quadraginta duas considerationes olim in populo Israelitico ab Aegypto ad terram promissionis ueniente expressissimè figuratas, docet peruenire, & per sex gradus ascendere ad omnium creatorem. Alia est quæ intelligentia exercitio per immisionem spiritalium radiorum, docet primam causam per effectum cognoscere, & in omne exemplatum per considerationem exemplaris ad ueritatem immutabilem peruenire. De qua Augustinus in lib. de magisterio, & uera religione, intelligenti facit non modicam mentionem. Alia est istis multò excellentior, per amorem ardentissimum unitiuum, quæ actualiter sine omni medio animum disponente, ardentissimè facit in dilectum suis extensionibus sursum actiuus consurgere: quæ mystica theologia tradita in apice affectu consurgit, quæ consurrectio ignorata, uel per ignorantiam dicitur, ut remoto omni imaginationis rationis intellectus uel intelligentia exercitio, per unitiuam ardentissimi amoris id sentiat in præsentem, quod intelligentia capere non sufficit: immò quod potius est, omnis speculativa cognitio totaliter ignorat, quod inquantò Seraphin nobilior est Cherubin, inquantum amor uerus omni habitu ab origine primordiali indito, uel gratis dato, uel gratum faciente perfectior. Inquantum potentia motiua potentia cognitiua excellentior, inquantum cognitio per amorem unitiuum quantum ad diuinorum secretissima penetranda, omni cognitiua apprehensione præclarior est. Vnde & hæc a beato Dionysio incomparabiliter omnes alias excedens, diffinitur sic. Sapientia est Dei diuinissima cognitio per ignorantiam cognita, & non tantum præclarior, immò etiam uniuersalior, & utilior alijs scientijs, cognitionibus & apprehensionibus dicitur. Qui non tantum affectum supra se erigit, & amore extratico perfectè unit sponso altissimo creaturam, sed insuper inquantum eleuat intellectum, ut multo plus omni prudentia & cognitione diuinis fulgoribus illustret, quæ aliquo ingenij exercitio ualeat obtineri. Vnde de illa dicit Dionysius. Hanc igitur irrationabilem & amentem stultam & sapientiam

Cant. 4. Triplex cognitio diuinorum.

Sapientia quid.

Lib. 7. de diuinis nominibus.



tiam excedentem laudantes dicimus, q̄ est ois mentis & rationis & ois sapientia & prudentia causa, ab ipsa est ois consilium, ab ipsa etiam ois cognitio & prudentia, & in ipsa sunt omnes thesauri sapientia & scientia absconditi, ubi per sapientia & cognitionem completa vtriusq; potentie perfectio denotatur. Ipsam. n. vocat irrationabilem, quia nec ipsam ratio apprehendit, nec ratione inuestigando vritur, amentem etiam vocat. i. sine mente & sine intellectu, quia nec ipsa in suo exercitio utitur intellectu, quia usq; ad tam summam cognitionem intellectus pervenire non sufficit, stultam vocat, quia sine usu omnimoda intelligentia in affectu ista sapientia confurgit, quam nulla intelligentia penitus apprehendit. In verbis enim propositis a Dionysio perfecte traditur haec sapientia, subdit primo quid sit amovendum, secundo quo confurgendum. Et cum etiam in ista confurrectione anima sit in statu duplici. f. ut perficiens & ut perfecta. Primo subditur quid removendum in primo statu, ubi sensus derelinque, secundo confurrectio, qm̄ dicitur, confurge ignote, vique ibi, etenim excessus sui ipsius, & c. Mysticas. n. visiones appellat ipse Dionysius in tota philosophia sua, q̄ traescendit ois entis considerationes, quod intellectiva cognoscit ex ipso affectu precedente, nec contra, & ista est verissima & certitudinalis cognitio ab ois errore & opinione & fantastica deceptione penitus elongata. Vnde & haec quae dicta sunt, & q̄ dicuntur, siue in theoria siue in practica huius sapientia quae affectiva directionem conspiciunt, sine dubitatione & opinione coram totius mundi philosophis & doctoribus irrefragabiliter affirmantur, & ideo haec cognitio mystica vocatur. i. occulta, tñ quia pauci ad ipsam recipiendam se disponunt, tñ quia occulte consistit in corde, ut nec stilo nec verbo ad plenum valeat enodari. In illa mystica cognitione ubi affectus dominat, iubetur & sensus & intellectus ra dicibus derelinqui. Primo a parte ipsarum virium apprehendentium, ubi dicit, sensus & intellectuales operationes, secundo a parte ipsorum obiectorum. f. sensibilibus & intelligibilibus, cum dicit, sensibilia & intelligibilia. Sed ne absurdum illud videatur, sensus debere derelinqui, subditur ratio, quia ista sapientia non est sicut alia scientia, quae est ex praesensibili sensibilibus cognitio, sed est potius de super secundum regulam beati Jacobi dicentis. A quo haec sapientia vocatur omne bonum, omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens, & c. Si omne donum, multo fortius haec sapientia q̄ est optima portio Mariae, q̄ amoris dilecti igne succensa ardebat desiderio, quia igitur haec apprehensio est desuper & non subter, iubetur sensus exterior extirpari, quod non tñ de sensu exteriorum officio intelligendum est, sed etiam de sensibus interioribus, quia nec sub ratione dulcis vel odorabilis siue olfactibilis quod idem est, vel qu-

Quid amovendum, & quo confurgendum ad unitivum amentem.

Sensus & intellectus removendi sunt in mystica cognitione.

Jacobi. 1.

chri vel melodiosi vel suavis ipse Deus beatissimus apprehenditur, cum haec omnia apprehensione rationis praeva dirigantur, & haec unitiva apprehensio sit supra mentem & rationem sicut dictum est, oportet ergo speculativum discipulum hanc alibi haurire sapientiam, q̄ in eis q̄ apprehensione speculativa cognitionis respiciunt, & in hoc apparet huius sapientia mira & apprecianda nobilitas, & eiusdem divinitas. Et quare divinisissima in definitione Dionysij appellat, i. hoc q̄ aia quasi seipsam exponere necesse est, & amore divinitus collatum, affectu veluti pedissequam insectari, & per istam divinam sursum actionem intellectus habituali cognitione cum tactu amoris relicta divinisissima informari, non tñ de simplici apprehensione ipsorum sensuum intelligendum est, sed etiam de delectatione eorundem prout motivam respiciunt, quia haec est ipsius sapientia quasi summe preparativum, q̄ a sensibus exterioribus inordinata delectatio in creatura (prout melius poterit) efficaciter rescindat, ut quoquomodo Deus finis mediatas vel immediatus, vel finis ultimus requiratur, quia quanto plus in ipsis immergitur, tanto debilius ad divina confurgit, ut dicitur cum Psal. Renuit consolari anima mea, a quo etiam redditur illius renuntiationis delectationis ratio, ab eo sic dicente, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus, supple, dñ se exercet mens motibus anagogicis ad divina & directa tendentia, sui ipsius ad Deum delectatur, deficit spiritus ab his delectationibus, quae sibi a sensibus corporis exterioris investigatione diabolica offeruntur. Quod etiam de delectatione sensuum interiorum dicendum est, quia nec ab ipso vero diligente, debet diligi dulcedo, vel suavitas concupisci, quia ipse solus appetitur, nisi quandoque haec de causa ipsam dulcedinem, vel suavitatem appetat, ut ad intimiorem unionem efficacius affectus, & importunius inardescat. Vnde tota ista sapientia est in ardenti desiderio collocata, ubi omne ens vel vis & officium intellectualis virtutis extirpari, & derelinqui praecipitur. Nam quandoque vis intellectualis multa de divinis participat, maxime quando theoris diviniioribus illustratur. Sed quia alia vis est in mente multo illa eminentior, cuius motibus mens ignita erigitur ad sapientiam profundiorum, tum ratione superioris apicis ipsius affectiva, tum ratione ardoris ipsam superius erigentis, qui super habitus gratuitos & infusos ratione sua importuna extensionis & dignitatis, in rationali spiritu obtinet principatum. Vnde commentator Verceel super mystica theologia, sic dicit. In hoc libro alium & incomparabiliter profundiorum modum cognoscendi Deum tradidit superintellectuale & supersubstantiale, quae ideo gentilis prophetia non apprehendit, quia non quae sunt, nec esse putavit, nec vim secundum quam diffunditur in anima, dephedit.

Pu

Putavit enim summam vim cognitivam inesse intellectui, cum sit alia, quae non minus excedit intellectum, q̄ intellectus rationem, vel ratio imaginationem. f. principalis affectio: & ipsa est scintilla siderensis, quae sola unibilis est Spiritus sancto. i. divino. Et haec de causa cum incomparabiliter totius intellectus suspendat officium mentis suprema affectio, ab ea secludi praecipit, non tantum operationes prout exeunt a vi sensitiva vel intellectiva eliminari iubent, sed etiam obiecta ipsarum omnia sensibilia & intelligibilia, prout ea quae sensu exteriori percipiunt. Cum vero rationalis creatura consistat ex duplici natura, corporali. f. & spirituali, utraq; habet sibi obiectum respondens, cum secundum cuiuslibet capacitatem aeterna veritas percipiat: quomodo sensibiles homines sunt, qui non nisi sensibilia cognoverunt, veluti secundum habentes intellectum obtusum & affectum recursum: ideo nec bonitatem nec veritatem divinam in se percipiunt. Sed & tñ ne sint omnino expertes cognitionis divinae, posuit Deus altissimus sensibiles creaturas, ut invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspicerent, ut secundum Davidicum sermonem aliquis excusationem non habeat, ut se abscondat a calore eius: cum egressus bonitatis ipsius a summo usq; ad summam in omnibus creaturis resplendet, sed a filiis voluit increata sapientia ista sensibilia amoveri, ut multo sollicitius, multoq; verius in thalamo affectus secretiori interiori in lectulo amoris collocati sentiant, quae Iudaei & ceteri philosophi per creaturas discutendo mendicant. Vnde ab ipsa veritate verus orans in spiritu ingredi infra cubiculum (ubi inveniatur thesaurum occultum) praecipit, non tantummodo sensibilem prout sensui exteriori respondet, sed etiam prout est obiectum sensuum interiorum: nec sub ratione apprehensa ipsius beatissimi Dei, prout est dilectus pulcherrimus & suavis per mentis desideria anagogica appetat, ne ipsa anima quae veluti filia habet soli desiderio conditoris inhaerere, refectionem suam veluti mercenaria impudenter inquirat, nisi ratione superius dicta. f. ut in ipsam aliquo dulcedinis vel suavitatis nutrimento allecta, infaciabilis & immensus inardescat. Intelligibilia enim generaliter euelli admovent, quia secundum q̄ alibi dicit, cum omnes homines naturaliter scire desiderant, in nulla tñ scientia noticia vel cognitione rationalis spiritus tendentia coquiescit, nisi primae veritatis iucunda cognitione laetetur, quae sola inveniunt nobilitati humanae intelligentiae respondentem. Si ergo sciat omnem naturam elementorum, complexiones corporum, virtutem astrorum: cum omnia illa utiliora sunt, rationalis spiritus penitus non quiescit, sed potius sic labitur, vel etiam luxuriatur cum idolo creaturae, seipsa infirmioris (nisi redigat ad finem ultimum) inuoluatur. Cum etiam tantae nobilitatis sit spiritus, ut species angelicas etiam fastidiat penitus constrictus & errabundus, nisi quoquo-

Rem. 12.

Phil. 18.

Phil. 18.

modo ad cognitionem illius a quo exijt originaliter & victor & triumphans virtualiter reuertatur. Quod etiam si omnia creata uellent scire, reducendo ad finem debitum, ut per illa creator cognosceretur, ab ipso tamen respectu illius sapientiae totum oportet relinquere, quia mens immediate ipsum per ineffabilem cognitionem relicta, ex amoris unitione cognoscit. Et de illa cognitione in mystica theoria secundum tertiam translationem sic dicitur, per unitione dilectionis, quae est effectiva uerae cognitionis uniti Deo intellectualiter ignota: cognitione multo meliori q̄ sit aliqua intellectualis cognitio & c. non tantum intelligibilia, in quo uerbo respectu exercitij istius, omnis finalis complacencia cognitionis de omni creatura tam inferiori q̄ superiori relinqui persuadetur, & etiam existentia & non existentia, per quae duo omnis modus speculativus apprehendendi divinam naturam excluditur. Existentia hic dicuntur rationes aeternae in mente divina, quibus aliquid extractum in creatura inferius correspondet, quia ordinatissimus procedendi modus in humanis ad divina certitudinaliter reperitur, quando mens supra se prouectā, mouet immediate in Deum ueluti in terminum, sine etiam commixtione alterius cuiuscumq; creaturae superioris uel inferioris. Quia ergo considerando rationes aeternae mens in quantum ab ipsis egredientem creaturam considerat, intantum a parte altera infra seipsam finitur, ut non totaliter supra seipsam integraliter erigatur: quia ergo sapientia unitiva omnem contemplationem uel considerationem in suis motibus creaturae relinquit, ad suum unicum intelligibile supra seipsam aspirans, ideo respectu ipsius existentiam (licet sit nobilis contemplatio) dimitti praecipitur, cum sit sibi aliqua incuruatio & perceptio naturalis, & ideo mens per istam relationem contemplationem non relinquit omnimodam humanam apprehensionem, ut omnino ueluti per aliam mens super naturales limites collocetur. Sed & non existentia iubentur admoueri, respectu ascensionis illius sapientiae. Non existentia uero hic appellatur, secundum quae nihil exemplatum in creatura reperitur, ut omnis consideratio de Trinitate & ordine personarum, quia illud nunquam in creaturis apparet exemplatum, q̄ aliquis generet aliquem, qui sit idem quod ipse: quorum quilibet sit uere existens substantia, nunquam quod amor connectens aliquos, sit aequalis & existens substantia cum ipsis amantibus. Ista ergo speculatio inter speculativas contemplationes excellentissima relinquitur, non quia bona non sit & nobilis, sed quia est alia superior apprehensio in mente humana, per quam solam excellentissimam supremam spirituum attingatur, quae sola optima portio Mariae dicitur: alia uero per Rachel signatur, contemplatio uero sensibilibus in creaturis per Lyam, & haec est ratio: quia in-

A mystica cognitione, remouenda est consideratio de emanatione diuinarum personarum.



tantum mens diuini ad super celestia & eminentius attingit, in quantum ipsius magis appropinquat, uel in ipsum Deum intimius transformatur: quia nulla est contemplatio speculatiua, quae habet uirtutem transformandi, sed solus amor extensius deficiens, ideo ille solus diuina apprehendit, ad cuius pedem nulla contemplatio cognitiua, sed potius quasi de longe prospiciens atque quatenus se extendit. Ideo in 7. de diuinis nominibus sic dicitur. Oportet autem uidere mentem nostram habere uirtutem ad intelligendum, per quam inuisibilia respicit, unitiorem autem excellentem mentis naturam, per quam coniungitur ad ea quae sunt supra ipsam: secundum hanc igitur differentiam oportet intelligere non secundum nos ipsos, sed totos nos ipsos institutos, & totos deficiatos &c. Quod quia ita derelinquere est difficile, ideo concitacione & forti conatu mentis ista rescari iubent. Dicitur de his quae oportet derelinqui necessario, subdit de ipsa consurrexione unitiua: ubi primo notat conditio consurgentis, quando per ignorantiam dicitur, & ipsa consurrexio exte sua, ubi dicitur: consurge. Et illud quod ipsa consurrexio solum & praecipue ascendit, cum dicitur: ad eius unitiorem quae est &c. Sed cum omnis apprehensio iam dicta sit extra mysticam consurrexionem, cum in illa oportet esse ignorantiam: ideo totaliter oculus intellectus rescindere oportet, quae in ipsa consurrexione semper uult illud apprehendere, ad quod tendit affectio. Unde maxima aduersatio in ista consurrexione est uehemens inhaerentia intellectus cum affectu, quam tamen rescindere necesse est per magnum exercitium. Causae dictae sunt superius, quae uel fantastice uel circumscripserunt, uel modo limitato apprehendit: & quomodo hoc possit fieri, dicitur in mystica theologia super illud. Consurge ignote, quia ibi eleuatio est uehementia tendentia affectus, quae intellectum post se relinquit: pura ergo affectiua consurrexio nunquam est, nisi totaliter intellectus oculus rescindat, & hoc est quod in ipso mysticae theologiae principio dicitur. Omnino autem ignorata notatione omnis cognitionis, & melius unitur ex eo, quod nihil cognoscit super mentem eleuata cognitio. Unde haec est necessaria conditio ad istam eleuatissimam apprehensionem, quod in ipsa eleuatione uacet omnis cognitio speculatiua, quia ipsa est ignota intellectui, & ipsam relinqui necesse est, si ad cognitionem super mentem desiderat peruenire. Et quantum in ipsa consurrexione intellectus se commiscet affectui, tantum est hic de impuritate: & in quantum plus intellectus oculus totaliter excusat (quod fit non nisi per magnum exercitium & laborem) in tantum oculus affectiua in suis extensionibus liberius & incomparabiliter eminentius eleuatur. Et per quaecumque exemplum materiale, illud potest uideri in aspiratione & respiratione anhelitus, quia sicut ex interioribus sine omni deliberatione procedit ista emissio, sic fi-

Qualis conditionis debeat esse, qui ad amorem unitiuum se disponit.

Quare cognitio speculatiua mysticam cognitionem impedit.

ne deliberatione affectus ignitus, quae est super omnem intellectum, tendit ad illud cui soli perfectius uniri desiderat: & habet suam actionem ab omni intelligentia totaliter separatam, tanta latitudine a parte superiori & promptitudine coadiutus, ut mira uelocitate motum citius etiam quam cogitare ualeat ratione, ad instar aspirantis & respirantis consurgat. Cuius (ut supra dictum est) uelocitate motum ardore extensiuo & importunissimo eorundem, sicut mendicans nullius ualoris reputatur & rescinditur, licet importune se misceat omnis speculatiua cognitio, quod quia non potest dici, nec sufficienter uerbo tenus explicari, secundum illud mysticae theologiae 3. Nunc autem ab inferioribus ad supremum ascendens, secundum mensuram ascensionis contrahit, & post omnem ascensionem totus sine uoce erit, & totus uniet ineffabiliter &c. Quia docet in sapientia reueruare uoluit, ut sciat omnis mortalis creatura, quod est doctor in caelo, qui soli sapientia uera suis scholaribus per celestes immisiones, & suae claritatis radios manifestet. Secunda ratio est, ut omnes sapientes mundi confutet, cum simplex uetula uel rusticus pascualis ad istius sapientiae consurrexione perfectum possit attingere, dum tamen modo praedicto se preparat, quod nulla praehabita scientia, uel mortali industria apprehendit. Tertia etiam ratio in libro sapientiae dicitur, quia omni superborum & sublimium colla propria uirtute calcavit: quia quantumcumque; praclarus, quantumcumque; clericus omnibus alijs gloriosior existat, fimbrias huius sapientiae non attingit: quae super mentem eleuata cognoscitur, nisi per uiam puerilem, scilicet purgatiuam, supposito quod mortaliter peccauerit, ad unitiuam se preparat: dolens & gemens quod collatorem totius sapientiae ad indignationem contra se peccatis anterioribus prouocauit. Colla ergo superborum & sublimium, usque ad humilitatem puerorum incipientium necesse est incuruari. Unde est ibi illud Propheticum impletum in quo sapientia sapientium reprobatur, & sola purgatiua inferioris humilitas ab illo supremo exigitur, qui deponit potentes de se de, & exaltat humiles. Subditur etiam respectu cuius fit illa consurrexio, cum dicitur, consurge ignote. scilicet ad unitiorem illius altissimi, qui super mentem & cognitionem, & haec causa partim praedicta est: quia nec ibi gratia nec gloria uel dimissio poenae, uel aliquid aliud requirit istis desiderijs sursum actiua consurrexionis, sed ipse solus cui soli propter se in conculcatione uehementium desideriorum mens uniri aspirat, qui sub ista apprehensione obtentus prout ab affectu tendente percipitur, supra omnem mentem humanam & cognitionem attingit: ut non solum esse ipsum absolute respiciatur: sed & modus apprehendendi ipsum, quia (ut dictum est) quando affectus tangitur, super mentem ducitur & rationem. Unde tota ista sapientia in hoc sola perficitur,

perficitur, ut ipsa affectiua in suo supremo apice constituta, per abscissionem totius intellectualis operationis nihil aliud quam soli Deo uniri desiderat, & quia hoc est difficile: subditur propter hoc. Et sicut est possibile, usque quo possit cum Psal. dicere. Dirupisti Domine uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Quia cum praedicta impedimenta mediante diuino auxilio (scilicet omnia sensibilia & intelligibilia, & maxime inmixtio intellectus, quae semper uult apprehendere illum in quem tendit affectus) perfecte siue extensione unitiua uincula dirumpuntur, tunc libera ipsa affectiua ueluti quadam a uicula solis pennis affectionum ardentium prouecta, tanta libertate perfruitur, ut quotiescumque uult, moueatur ardentissime in Deum: sic etiam ut orans affectionum desiderio in mentis affectu quantum possibile est in uia, sic attendit exoret, ac si ipsum uideret facie ad faciem: quandoque etiam ut supra ipsam mens erecta motu, & consurrexione quasi totaliter extra corpus uideatur, ideo dicitur, sicut possibile est. Quia nulla mens nisi inmixtione diuina hoc percipit, secundum illud in primo de diuinis nominibus. Nam super substantialitatis, quae lem scientiam ignota super substantialitatis, quae supra rationem & intellectum & substantiam ipsam ipsi tribuere conuenit, tantum ad superius respicienti, quantum theoricorum eloquiorum radius se immittit ad splendores superiores et, quod idem est, quia illa scientia quae est per ignorantiam (ut dictum est) solius Dei doctrina percipit: & in quantum plus affectus de theoreticis eloquijs, scilicet, diuinis insurrectionibus, quibus mens cum dilecto garrula iucundatur recipit, in tantum Deus solus in mente intimius se immittit, ut ipse qui est uera sapientia, per diuinos radios praclarior cognoscatur, postea subditur. Etenim excessus tui ipsius quia non tantum creaturam sapientia unitiua funditus eradicari perurgit, sed ipsum specialiter intellectum mortificat, & soli diuinae influentiae se submittit, & de illo excessu Apostolus dicit ad Cor. Siue mente excedimus Deo &c. & per istum continuatum excessum, igne amoris anima efficacior consequens separationem & purgationem, per suas extensiones flammearum & consumentes rubigines efficacius promeretur, quod primo cum per istam incipit consurgere, quia sicut est duplex purgatio: scilicet, per aquam & per ignem in corporalibus, sic & in spiritualibus, quia uia prima purgatiua per dolores & frequentes attritiones purgat & per lachrymas, sed multo efficacior illa quae est per consurrexionem ardoris. Unde per istum excessum ardoris iam leuis ab omni irretentibili: scilicet, mundano delectabili, & absoluto. scilicet ab omni aliena affectione, mundus ad diuinam incomprehensibilitatis claritatem, iam penitus ablatis obstaculis, & absolutus spiritus a uinculis agilitate sursum agit. Unde iste est ordo consurgendi. Primo oportet, quod consideratio uiam & amorem sensibilibus derelinquat, & co-

templationem omnium intelligibilium & purus consurgat affectus sine admixtione intellectus, in illum quem in sua tendentia cognoscit: quietatiuum desiderii, ut ipsi intimius uniat. Et per istam diuturnorum motuum anagogicorum consurrexionem, magis ac magis affectus extenditur, & quasi quibusdam flammis scintillis mens purgatur efficacius, & ab amore carnalium alibi requiem inueniens, sine carnis murmuracione necessario sequestratur multo plus quam antea, & exinde affectus puris moribus fit agilitior, ut quotiescumque uult, sine meditatione intellectus prauis ardentissima moueatur. Unde primo dicit consurge ignote, & post hoc dicit, sursum ageris, quasi diceret, quod in principio exercitii consurrexionum anagogicarum affectus apex cum difficultate consurgit, sed per amorem excessiuum ipsius supra se, & per efficaciorum purgationem quasi sine difficultate ad libitum consurgit, & motum agilitate mirabiliter leuigat, ut licet in ipso motu anagogico natura & amor pariter concurrat, tamen efficacius iam remotis impedimentis, & exinde maiori immisione desuper adueniente, multo plus ardor amoris, quam uigor affectus naturalis facilitatem & agilitatem motuum incomparabiliter operetur, & hoc est quod dicebatur, cuncta auferens & cetera. ubi duo maxime quae oportet derelinqui, tanguntur, scilicet omne irretentibile, & omne absolutum, quorum primum respicit affectum, quia in quocumque afficitur creato, illi necessitate coniungitur, & per consequens irretitur, & tunc minus agilis ad consurrexionem diuinorum efficitur: sed non tantum irretentibile, sed omne absolutum dicitur. Absolutum dicitur omne quod sua propria forma cognoscitur habere esse distinctum, cuius omnem speculationem uel contemplationem amoueri necesse est, quia sicut omne irretentibile immundum reddit affectum, dum in creatura se ipsa uiliori delectatur affectus, ita per secundum immundus efficitur intellectus, id est tenebrosus, quia dum tantum humana scientia speculatiua repletur, in comparatione illius sapientiae quae est per superfluentes diuinos radios, quasi quadam obrebrante caligine obscuratur. Sed & illud uerbum ultimum non tantum de agilitate consurrexione est, sed de cognitione super ipsam intelligentiam, quia secundum sapientiam beati Dionysij, illa sola uera est cognitio de diuinis, quae experimentaliter notitia sursum actiua consurrexionis relinquitur. Unde diuina miseratione secundum quod comperit, consurgenti hoc accidit, ut quando mens per multorum temporum curricula aspirauit, ut suum dilectum intimius sibi coniuncta ardentiori uinculo amoris constringeret, ad modicum prout capax est, prout sic in raptu uisio beata conceditur, maxime cum ab irretentibili & absoluto sit mundum, & erigitur tunc ad diuinarum rebrarum radium, scilicet lumen diuinae incomprehensibilitatis

Pal. 115.

Eccle. 24.

Isa. 33.

ad Cor.

Ordo con surgendi ad amorem unitiuum.



1. Tim. 6.
Luc. 14.

tatis quæ ibi uocatur tenebra, secundum quod in epistola dicitur ad Tim. sic. Diuina caligo lumē est inaccessibilis, in qua habitare Deus dicitur, & inuisibilis quidem existens propter exceedentē claritatem &c. Vnde sapientia illa est in mente ante cognitionem, & sic diuinius aspiranti à dilecto dicitur. Amice ascende superius. Vnde primò dicitur, confurge, & ibi sursum ageris, quia in consurrexione uirtutis sapientia natura operatur & gratia, in ista autem suprema operatione intelligentiæ sola gratia eleuans immediatissime operatur, quantum ad ipsam eleuationem raptus, prout mēs sic in corpore erigitur, ut à sensibus corporis sequestretur, cum in ista uirtute intelligentiæ eleuatione tam intellectuua quam affectiua potissime officium consumatum, non per modum patienti sed agendi actuum suorum obtineant. Postea dicitur. Vide autem ne quis indoctorum ista audiat. Et hoc quidem admonet in fine primi de diuinis nominibus, sic scribens ad Tim. loquens de cognitione per amorem prauium dicit. Apponamus in sanctis sancta, secundum diuinam traditionem collocantes, & ipsa ab indoctorum uerbis & derisionibus auferentes magis ipsos illos si taliter sunt, tales quidem homines ab impugnatione Dei in hoc liberantes &c. Hoc idem sapissime admonet in alijs libris suis. Et hæc est ratio, quam ipse assignat statim postea, quia putant ea quæ secundum ipsos est cognitione, cognoscere eum qui ponit tenebras latibulum suum, quia non possunt Deum apprehendere, nisi sub ratione boni, uel veri, uel dulcis, & sic de alijs. Et ista sapientia anagogica est quadam theōrica per se distincta, & diuersa ab omni speculatiua sapientia, quæ omnem rationis apprehensionem transcendit. Et quia multi sapientes & doctores hoc videre non proualent, hanc summam sapientiam irridunt, & in hoc per consequens Deum altissimū collatorem huius sapientiæ impugnant. Ideo cū beato Dionysio, sed quod magis cum Domino Iesu Christo rogo illum, quicumque hoc scriptum inspexerit, ne indoctis huius mundi doctoribus philosophis, carnalem uitam ducentibus, uelatenus manifestet, nisi hac uia puerili uelint incipere. scilicet purgatiua uia, & citius quæ aliquis esse non tantum in aliqua liberalium artium, sed in arte mechanica industrius operator in seipis sola diuina immiissione gradatim ascendetes, omnia quæ dicta sunt multo melius & multo iucundius experimentaliter ueracissima approbabit. Sed hæc scribere uolui, ad hoc quod minus experti in ista sapientia, corroborato itinere semitas dirigant, scientes quod citissime inuenitur, quod si in principio purgationis uel extratiæ consurrexionis difficultas mirabilis sentiat, tamen in paucis ueraxi citissime in multis bene disponuntur: ita ut experimento uideant, omne quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: hoc etiā in presenti uidere possunt, qui ipsi p

Sapientibus huius seculi, quæ apud Deum insipientes sunt, diuina sapientia non est pro palanda, quia illam irrident.

dilectionem huius supremæ sapientiæ inherēbit ut iam mens dicat. Teneo eum nec dimittā, sed licet ab indoctis quasi stulta hæc sapientia uideatur, subditur theōrica, ubi per rationes & argumenta proceditur: ut quomodo mens confurge re ualeat; quomodo remouenda obstacula: quæ uirtutione media: & multa alia quæ ad hoc pertinent ad confutationem humanæ philosophiæ. Sed & ne ascensus tanta sapientiæ uideatur irrationabilis, argumentis tam naturalibus, quæ theologicis quæ anagogicis sumptis à rationibus atrenis, euidentiis disputatur. Et ideo sapientia Dionysij difficillima uidetur, quia modus procedendi super omnem rationem existit, & sola Spiritus sancti intuitiōe percipitur, maxime de diuinis nominibus: ubi dicitur, quod non asseueratur hæc doctrina in persuasionibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in demonstratione à Spiritu sancto in morem uirtutis in supremo apice, secundum quæ ineffabilibus & ignotis ineffabiliter & ignotē coniungitur &c. Quando ergo Spiritus sanctus mouet apicem affectiui, secundum Psal. tange montes & fumigabunt, tunc tota profunditas sapientiæ Dionysij ubi intellectum accedit, super omnem disciplinam alterius leuitatem certissima & leuissima comprobatur. Et ideo amantissima, quia sine omni dubitatione & opinione procedit: & ideo, quia primò oportet cognoscere practicam quæ theōricam, ut illa leuissima cognoscatur, ideo theōrica operatiua consequitur. Pax ergo omnibus amatoribus ueræ sapientiæ & diuine bonitatis influentia concedatur. Amē.

Questio Vnica.

AD manifestationem illorum occultorum & mysticorum, quæ dicta sunt super ueritate, queritur difficilis questio: in qua cuiuslibet intelligenti ueritas huius sapientiæ manifestus illucet. Queritur igitur, utrum anima secundum suum affectum possit aspirando, uel desiderando moueri in Deum, sine aliqua cogitatione intellectus præuia, uel concomitante. Videtur quod semper sit necessarium præcogitare, antequam per extensionem amoris affectus moueatur in Deum. Primò auctoritatibus sic, quia dicitur in Psal. In meditatione mea exardescit ignis, ergo primò oportet quod mens præmeditetur cogitando, antequam in ipsam dilectū igne amoris consurgendo per affectionem, affectus interius inardescat. Item August. Inuisa possumus diligere, incognita autem nequaquam: ergo primò oportet ratio cinando uel intellectualiter cogitando cognoscere, antequam affectu amoris aliquod diligatur: cogitatio igitur affectionem amoris necessariò præcedit. Hoc idem probatur rationibus, & primò ratione sumpta in diuinis sic. Anima enim in Deum quem diligit, per amoris desiderium actualiter se extendens, uocatur deificata, uel deificata in. vij. de diuinis nominibus: nam

Cant. 3

Psal. 43

Psal. 38

nam secundum quod possibile est creaturæ, per extensionem amoris Trinitati super excellentissime conformatur. Sed in Trinitate ita est, quod secundum ordinem naturæ primò est pater, qui est summa potentia, secundò filius qui est patris notitia uel summa sapientia, tertio est Spiritus sanctus qui est uerus amor: ergo sic erit in anima, quæ per extensionem amoris secundum modum suæ paruitatis (ut possibile est) Trinitatem beatissimam nitit imitari, quod primò ibi erit, de ipso ad quæ tendit aliqua cogitando uel intelligendo notitia, antequam amoris desiderio in ipsum possit aspirando consurgere: ergo cogitando cognoscere, semper præcedit affectionem amoris. Item secundum quod dicit beatus Dionysius, Ecclesia militans imitatur (secundum quod possibile est) Ecclesiam triumphantem, ergo anima fidelis uolens per amorem consurgere gradatim, sedm quod est in ordinibus angelorum consurgit, & maxime mentes amantium uirtutis hierarchiæ comparantur, in qua sunt tres ordines. scilicet Throni, Cherubin, & Seraphin. Igitur necessariū est in anima consurgere actualiter uolente, quod tres proprietates uel officia istorum trium ordinum imitetur. Primò quod sit Tronus. i. quod cetera mundanos honores, carnales affectiones, terrenas delicias, ut solus Deus iam sede preparata in ipsa resideat, penitus derelinquat. Secundò quod sit Cherubin, quod intelligitur plenitudo scientiæ, & hoc fit mediante lumine diuinitus immisso, quo mediante mens supra intellectualiter cogitando secundum humanam intelligentiam, diuina cognoscit, & celestia apprehendit. Postea oportet quod sit Seraphin, qui est ordo supremus. i. quod in illum quem iam mens cherubica cognouit, postea affectus ipsum solum desiderando non aliud, per affectiones flammigeras inardescat, & tunc est Seraphin qui interpretatur ardens. Cum enim Cherubin, cui appropriatur cogitantis cognitio, ordinate præcedit seraphin, qui interpretatur ardor amoris: igitur sic erit in anima, quæ hoc triplex officium angelorum nititur imitari, quod per cogitationem cognoscere præcedit actualiter ardere, ut sine cogitatione præuia nullatenus consurgat amoris affectio. Item anima per amorem consurgens, nititur illis beatis mentibus sanctorum, qui cōtem plantur Deum, facie ad faciem conformari, sed illis illic primò est uidere quæ amore inherere, quia nisi illam indicibilem plenitudinem intelligendo cognoscerent, nullatenus ipsi ignitis affectionibus, in quarum delectatione beatitudo completur inauertibiliter adhererent: ideo nisi nobis prius esset cogitatio seu cognitio quæ affectio amoris, iam non conformaremur mentibus sanctorum in gloria, quia sic uident diuinam pulchritudinem, ut in ipsa per amorem supra omnem intelligentiam interius affectionibus delectentur, in his ergo intelligere præcedit amore. Item secundum quod anima suis potentijs ordinatur, sic eodem modo naturaliter ordi-

natè uideret moueri: sed ego uideo, quod à sua primordiali creatione anima tres habet potentias naturaliter distinctas, scilicet memoriam, intelligentiam, & uoluntatem. Memoria nihil aliud est in nobis, quæ intensio diuinæ similitudinis. Intelligentia est in nobis illud, mediante quo, naturaliter non inuestigando nec ratiocinando, qualibet anima suum creatorem cognoscit. Voluntas est illa potentia, per quam anima suum creatorem diligit, & in ipsum naturaliter tendit: & ex illo uultimo est ratio, quare affectus humanus non potest fieri ad plenum terrenis diuitijs, & honoribus: cum in solum Deum tendat ut in ipso finaliter conquiescat. Cum igitur potentia intelligentiæ in qua est cogitatio, præcedit potentia uoluntatis naturaliter, in qua est ardor uel amoris affectio: igitur motus uoluntatis, qui est amare: nullus igitur intellectus sine cogitatione consurgere quantumcumque ignitis affectionibus, ut diuinitus eleuetur. Item hoc idem uidetur in apprehensiuâ, & in motiua sensibili. Nam primò necessarium est, ut illud ad quod imaginariè diligendum moueor, quod illud antea sensibilibus præcognoscam: ante igitur oportet me comprehendere oculo exteriori uel alio sensu aliquid delectabile, quod in ipso delecter, ut illud habendum desiderem. Igitur sic erit in cognitiua & motiua ratione superiorum, quod Deum siue aliquid aliud delectabile antequam cogitem, quod ad ipsum possim inerioribus affectionibus aspirare, uel in ipso aliquatenus delectari: ergo præcogitare semper præcedit amore consurgere. Item secundum quod dicit beatus Dionysius in principio mysticæ theologiæ, in consurrexione amoris oportet omnē intellectum derelinquere, & cogitationem de creaturis sensibilibus, & etiam tam de Deo quam de angelis, sed illud ponere uidetur stultissimum, quid n. faciat animus, si non poterit cogitare de Deo, uel Trinitate, uel Angelis? Videtur etiam tunc esse in mari, quasi cum semper cognitio intellectus ipsum amorem dirigat: aliter enim sapientia mystica non uidetur sapientia, sed abusus uel stulticia. Item omne illud quod apprehenditur, apprehenditur sub aliqua intentione entis: scilicet aut ut uanum, aut ut uerum, aut ut bonum: ergo Deus quoquomodo apprehendatur, apprehendatur sub ratione entis, ut est summa ueritas, aut ut est summa ueritatis, aut etiam ut est summa bonitas. Cum igitur nullo istorum modorum possit apprehendi nisi per cognitionem, nā si apprehenderet ut unum, oporteret me cogitare de ueritate, & ut uerum de ueritate, si ut bonum de bonitate: igitur cum amoris apprehensio apprehendat Deum, in quantum est bonum, oportet necessariò, quod prius ibi sit cogitatio præuia de ipsa bonitate, quam in ipsam actualiter per amoris affectionem moueri: ergo &c. Contra. Videtur, quod sine cogitatione præuia uel concomitante

Quæ sint officia trium potentiarum aia.



tante affectus per amorem dispositus liberè moneatur in Deum, & primò auctoritate magni hierarchie Dionisij in prime. mysticæ theologia: dicentis ad Tim. sic. Tu autem amice Timothee circa mysticas visiones forti contitione sensus derelinque, & intellectuales operationes & omnia sensibilia & intelligibilia, & omnia existentiæ & non existentiæ: & sicut possibile est ignotè confurge ad eius vnitionem, quæ est super omnem substantiam & cognitionem &c. Cum igitur secundum hoc in consurrectione amoris mystica, oportet derelinquere omnem intellectualem operationem vel cognitionem, & solum secundum vnitionem amoris affectuosi confurgere, quæ est super omnem intellectum & cognitionem: igitur sine cogitatione præuia verè amans amoris affectione confurgit. in tertia translatione Dionisij dicitur in mysticæ theologia, per vnitionem dilectionis quæ est affectiua verè cognitionis, vnif Deo intellectualliter ignota, cognitione multò nobiliori, quæ sit cogitatio intellectuallis, & in eo quod cogitationem intellectualem derelinquit, super intellectum & mentem Deum cognoscit &c. Cuius igitur ut ibidem dicitur, Deus non possit cognosci per intellectualem cogitationem, cognoscitur verissimè per tactum amoris: igitur ut planè dicitur, necesse est omnem intellectum derelinquere, & solum per amoris affectum in Deum confurgere. Item dicitur in vij. de diuinis nominibus, oportet autem videre, nostram mentem habere virtutem ad intelligendum per quam intelligenda inspiciat, vnitionem autem excedentem naturam mentis, per quam coniungitur ad ea quæ sunt supra ipsam: secundum hanc igitur diuina oportet intelligere, non secundum nos sed nos totos, totos ipsis statutos, & totos deificos &c. Igitur licet in humanis primò oportet intelligere quod affici, in vera tamen & experimentaliter cognitione diuinorum, oportet primò sentire per amorem, quod ipsum Deum qui sentitur intelligendo cogitare: ergo oportet confurgere per amorem, ut ex isto statu cognitionis in ipsa mente vera cognitio relinquatur: nam illud scilicet de diuinis quod experimentaliter sentit affectus, verè etiam intelligit intellectus. Item in eodem capitulo dicitur de mysticæ sapientia sic. Hanc igitur irrationabilem stultam & amentem sapientiam excedenter laudantes dicimus, quod est omnis mentis & rationis & omnis sapientie & prudentie causa: & in ipsa est omne consilium, & ab ipsa omnis cognitio & prudentia, & in ipsa thesauri sapientie & scientie absconditi &c. Cum igitur ipsam irrationabilem vocet, non ergo per rationum inuestigationem procedit, & cum ipsam stultam appelleret, non procedit: sicut alia scholastica scientia. Nam ordinatè procedendo, primò cognoscimus omne illud quod diligimus, si ergo mysticæ theologia primò per rationes cogitando vel meditatio procederet, sicut videmus in alijs, non stulta à beato Dionysio vocaretur, nec amens, id est sine mente: nam sine

oimentali cogitatione vel meditatione affectus amoris accenditur: igitur ex affectu amoris relinquitur in mente cognitio, non e converso &c. Itè Psal. Gustate & videte &c. Cuius igitur gustare affectum respiciat amoris, videre autem intellectus, cogitationem vel meditationem, ergo primò oportet motu amoris cōfurgere, quod occultissimè Deum intellectualliter cogitando cognoscere, nam hæc est regula generalis in mysticæ theologia, & primò oportet habere practicam quæ theoreticam. i. vltimū exercitij cordis, quod ipsius rei vel eorum quæ dicuntur habere notitiam. Itè illud idè apparet auctoritate commentatoris Vercellè. super mysticam theologia dicitur. Istud sapietia negotium sensus imaginationis, rationis, intellectus, tam practici, tam theoretici usus & officia suspendit: & excludit omnem intellectum & omnem intelligibile, & ens & vnum & verum: & transcendit speculum & enigma, & ipsi diuino spiritui apicè affectionis principalis diuina dignatione vnif &c. Igitur non requirit in mysticæ affectione aliqua cogitatio vel cognitio intellectus. Item hoc idè probat per rationem in diuinis sumptam, quia mens ratione perficitur, sed mens gradatim ascendendo ordinatè ad diuinam cōfurgit: sed ego video, quod in ipsa diuinitate sunt tres personæ. i. pater & filius & spūs sanctus, pater est summa potentia, filius summa sapientia, spūs sanctus amor cōnectas: sed spūs sanctus qui est verus amor secundum naturam & est secundum nostram intelligentiam, non secundum tempus est vltima persona in diuinis. Nam primò est intelligere patrem generantem, secundò filium genitum, tertio spūs sanctum procedentem ab utroque: vltimus ergo & nobis propinquior est spiritus sanctus: cum ergo anima gradatim ascendendo ordinatè proficiat, oportet, quod habeat primò amorem qui appropriatur spiritui sancto (qui spiritus sanctus nobis est affinitior) antequam habeat intelligentiam cogitando, vel etiā sapientiam que appropriatur filio, amoris igitur affectus, pcedit cognoscere, & non e converso. Item anima secundum quod à Deo fonte totius beatitudinis recipit influentiam, ad instar Ecclesie triumphantis perficitur, sed constat secundum Dionysij. quod ordo Seraphin qui interpretatur ardens, primò uberius & perfectius recipit influentiam à Deo, quam ordo Cherubin qui interpretatur plenitudo scientie: ergo affectus per ardorem amoris qui respondet Seraphin, primò & principaliter afficitur & mouetur in Deum, quam intellectus illud quod affectus desiderat cogitando intelligit, quod intelligere respondet Cherubin: ergo primò affectus mouet in Deum sine cogitatione præuia intellectu, sed potius ipsum sequitur. Item spiritus rationalis recipit à Deo influentiam primò & principaliter, in quantum ipsi est affinitior, sed affectus maximè per amorem dispositus est supremus in rationali spiritu, & per consequens spiritui increato propinquior: igitur tangitur apex affectus à Deo per immersionem igni amoris in spiritu tãquam Deo propinquior, antequam habeat

psal. 31

Solutio quæstionis.

Mystica quæstio.

cap. 20.

habeat ipsum apprehendere intellectus, qui est potentia, multò plus affectu à creatore supremo distantior, igitur semper mouetur primò affectus in Deum, quod intellectus cogitando intelligat. Item cum Deus quasi gradibus infinitis distet à qualibet creatura, ad hoc quod ipse in ista miseria aliquantum cognoscatur, oportet animam sic appropinquare eidem, ut quoquo attingat ab ipsa: cum ergo solus amor faciat animam appropinquare ad Deum per sui extensionem, igitur in quantum mens amat attentius, intus fonti luminis appropinquat, & per consequens in quantum propinquior est fonti luminis per amorem, intus plus intellectus illuminatur ab eo per cognitionem, primò igitur in diuinis est ardore amare, quod intelligendo cognoscere. Solutio. Dicendum secundum beatum Dionysium in principio mysticæ theologiae, sapientia ista dicitur solū Christianorum. Vnde fidei cognitionem supponit, & charitatis fundamentum. Vnde nullus mortalis quātuncumque sit philosophus, vel sciens, hanc sapiam quæ est in supremo affectu mentis humanæ facultatem transcendens, nec potuit, nec poterit apprehendere rationem inuestigatione, vel intelligentiæ exercitio, sed solis filijs à solo patre eterno consolationem expectantibus, paterno etiam affectu misericorditer referatur, & ideo mystica. i. clausa uel occulta dicitur, quia à paucis cognita, vnde notandum, quod duplex est modus apprehendendi, sed in duplicem naturalem potentiam pertingendi ad Deum, nam qualibet anima habet potentiam intelligendi, & hæc est potentia intellectus, & potentiam amandi que affectus dicitur, quibus Deum apprehendit, qui est summa veritas & summa bonitas. Vnde intellectu apprehendimus veritatem, & affectu attingimus bonitatem. Secundum hæc duo est duplex via excellentiæ. Vna quæ dicitur contemplatio, & hæc figuratur per Rachel, quæ dicitur venusta aspectu, cum mens. i. lumine de super infuso diuinitus, habet meditando vel cogitando solum celestia contemplari. Alia est in affectu, & hæc dicitur ardor amoris, quæ. i. igne spūs sancti de super infuso anima flammigeris affectionibus ad solum Deum aspiras. ipsum solū desiderat, ut sibi per strictiorem amorem intimius vnifatur, & hæc dicitur optima portio Mariæ, quæ ardebat desiderio, ut dicitur in Ioanne. Vnde sicut nouum testamentum pstantius est veteri, sic via amoris siue perfectionis quæ est in ardore amoris, quæ est designata per Mariam, est nobilior omni meditatione vel contatione intellectualli, quæ designatur per Rachel. Sed notandum, quod ad hoc quod veritas efficacius videatur, quod duplex est contatio. in intellectu. Similiter & ardor amoris dupliciter acquiritur in affectu, quædam. n. est meditatio vel contatio ab inferioribus ad superiora, quæ dicitur e converso. i. descendens à superioribus ad inferiora. De prima determinat Rich. de sancto Vj. in arca mystica, ostendens per quadraginta duas meditationes uel considerationes in creaturis, quo mens

lumine intelligentiæ decorata ad cognitionem summi creatoris debet attingere: & sicut Isaeiticus populus peruenit ab Aegypto per quadraginta duas mansiones ad terram promissionis, sic anima fidelis per illas quadraginta duas considerationes, in lex gradibus ordinatas, usque ad cognitionem summæ veritatis attingit, omni rationali spiritui adoptatam. Alia verò contemplatio est e converso procedens, nam mens lumine de super infuso, secundum regulas veritatis & rationes eteras, quas secundum diuinas illuminationes in seipsa percipit meditatio, de inferioribus creaturis iudicat, & secundum quod ampliori lumine anima de super irradiando infunditur, sic intantò infallibilis, secundum illas causas & rationes, quæ sunt idem quod Deus, à quo omnis creatura exelata & ideata primò aliter extuit, veritatem in creaturis & in omnibus affectibus multò melius quæ ratiocinando animus perferatur, non tamen intelligendum est, quin ista contemplatio in affectione terminetur, aliter nulla esset, de istis verò nihil ad præsens. Multò enim excellentior, & multò amabilior, & ad obtinendum facilius est ardor amoris. Sed ad istum ardorem amoris est duplex modus attingendi, unus scholasticus & communis, alius mysticus & secretus. Primus enim est per modum inquisitionis & eleuationis, & incipit ab inferioribus usque ad summum per exercitium diuturnius ascendendo. Verbi gratia: modus enim amandi Deum per meditationem præuia iste est. Primò enim fidelis discipulus sensu exteriori siue oculo conspicit creaturas exteriores, deinde etiam aliquantulum ascendendo, quod iam percepit oculo exteriori, in imaginatione repositum conseruat, deinde magis eleuando ratiocinando & conferendo, vna causa creatrix omnium necessariò inuenitur: & sic peruenerunt philosophi ad cognitionem Dei. Nam ipsi videtes tantam creaturarum magnitudinem, tam decoram ordinationem, tantam utilitatem earundem, per hoc ipsi, & quilibet alius vnum creatorem potentissimum, sapientissimum, optimum, infallibiliter cognouerunt: & hoc per potentiam animæ superiorem sensu exteriori & imaginatione, quæ ratio nuncupatur. Deinde ex ista consideratione creaturarum, quidam habitus per predicta intellectu relinquitur, vbi primordiale fundamentum creaturarum relinquit, & e non tunc per cōspeditionem creaturarum, sed per irradiationem & illuminationem in ipsam, quodamò mens à Deo ad contemplanda diuina practariis eleuat: & hæc potentia vocatur intellectualli siue intellectus, quæ solum in meditatione pura consistit. Vltimò omnis meditatio vel contemplatio, sine affectione amoris subsequente parum prodest, aut nihil. Vnde dicit Augu. quod licet semper volitando cogitare, & amando inharere, ut semper cognitio vel meditatio præcedat affectione amoris: scilicet dicitur anima fidelis sine oibus alijs creaturis,

Modus amandi Deum per meditatio mem.



Sapia qd.

turis, per solam cognitionem immixtam a Deo in ipso afficitur. Alius autem modus confurgendi in Deum est multo his oibus nobilior, praedictis etiam ad habendum facilior: & haec est sapientia unitiva, quae est in amoris desiderio per affectiones flamigeras superius aspirando, quae diffinitur a beato Dion. lib. vij. de diuinis nominibus. Sapientia est diuinissima Dei cognitio per ignorantiam cognita, secundum vnitionem super mentem, quando mens ab oibus aliis recedens, postea etiam seipsam dimittens, vnita est supersplendentibus radijs inscrutabili & profundo sapientiae illuminata. Vnde in hac sapientia secundum quod dicitur in principio mysticae theologiae, sic sensus & sensibilia derelinque, intelligibilia & non intelligibilia &c. Vnde ista sapientia sine omni inuestigatione vel meditatione praua, amantis affectum sursum trahit. Vnde non ibi oportet cogitare nec de creaturis, nec de Angelis, nec de Trinitate: quia haec sapientia non per meditationem prauam, sed per affectus desiderium habet aspirando confurgere. Sed notandum, quod ista sapientia alio modo intelligitur in proficientibus, aliter imperfectis. Proficientes enim ne cese habent se purgare per viam quae dicta est, scilicet per humilitatem, & contritionem, & illuminationem per modum orationis: & postea aliquantum cogitando ipsi Deo desuper inflammati occurrere, non tamen meditando de Deo, vel angelis, vt dictum est, sed confurgendo secundum illam viam quae immediate sequitur viam purgatiuam, in expositione minori de pater noster, quae est oratio in spiritu & veritate. Sed postquam affectus se exercendo diuturnius, vel cogitando secundum quod ibi dicitur, diligentius se crexerit: tunc dimittitur omnis cogitatio vel meditatio, & solum per amoris desiderium quiescunt; vult, vel de die vel de nocte, intus vel extra, ad vnitionem ipsius dilecti solum aspirans, animus confurgentis se erigit, & ibi amoris affectio praecedit cogitationem: nam illud quod sentit affectus, vere intelligit intellectus, & sicut dictum est de contemplatione, quod duplex est, una quae ascendit, alia quae descendit: sic in affectione amoris, nam secundum viam scholasticam quae dicta est, ascenditur ab inferioribus creaturis usque ad affectum amoris, in sapientia autem mystica contrarium est, nam ille verus amor, est Spiritus sanctus, tertia persona in diuinis, & vltima respectu ordinis personarum, nobis est propinquior & prima in confurrectione affectiva in Deum. Vnde ipse Spiritus sanctus per ignem amoris tangit & inflamat supremum affectum apicem, & indicibiliter sine omni cogitatione, vel rationis discretione ad se trahit. Vnde sicut lapis suo pondere trahitur, & fertur naturaliter ad suum centrum inferius: sic apex affectus, vel rationis discretione immediate & sine aliqua obligatione, absque omni praua vel concomitante cogitatione, sursum fertur in Deum. Vnde illa potentia quae

est affectus, & supremum in spiritu hominis, Spiritu sancto immediate amoris vinculo est unibilis. Et haec potentia ut est supremam in spiritu, quasi ab oibus ignorat, nisi ab illis in quibus ab igne Sancti Spiritus immediate affectus tangit & mouetur. Vnde Dionysius hanc virtutem vocat immediate motam a Spiritu sancto, & secundum istam procedit tota ipsa mystica theologia, & dicit sic. Est & nunc a nobis lex praediffinita, veritatem de Deo docens nos asseuerare, non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in demonstratione a spiritu more theoricarum virtutum, secundum quam ineffabiliter ignita, ineffabiliter & ignota coniungimur, secundum meliorem nostram intellectuales virtutis & operationis vnionem &c. Vnde secundum istam virtutem motam a Spiritu sancto, immediate est multo maior de Deo cognitio, quam per omnem intellectum vel rationem inuestigando. Vnde primum tangitur supremum apex affectus, secundum quem mouetur per ardorem in Deum, & ex isto contactu relinquitur in mente verissima cognitio intellectus, nam illud solum quod sentit de diuinis, verissime apprehendit intellectus, ut dicitur in fine principij mysticae theologiae, sic per vnitionem dilectionis quae est affectiva vera cognitio nis, vnitur Deus intellectualiter ignoto &c. Ex qua etiam vnitione ingenium ad inuestiganda occulta mirabiliter clarescit, per hanc etiam imaginaria & fantastica dirumpuntur, per hanc etiam sensuum exteriorum inordinatio quasi quodam retinaculo interiori refrenatur, usque etiam ad carnis sensualitatem, corruptionem corporum pestiferorum mortificando affectus ibi: ignita affectus redundat, nam quanto mens plus aspirando erigitur, tanto plus debilitatur ipsius carnis male inflammantis corruptio. Per hoc pro magna parte scholastici & mystici doctoris diuersitas patet, nam secundum diuersos intellectus vtriusque procedunt argumenta.

Nunc respondendum est ad rationes prius factas. Ad primum dicendum, quod illud, in meditatione mea exar. ignis &c. intelligitur in proficientibus, nam quia in talibus nondum adhuc ardor amoris abondat: propter hoc oportet, quod aliqua tulum affectus meditando secundum illam viam, quae dicta est in expositione minori dominicae orationis, non autem cogitando de Angelis, de super celestibus, de Deo vel Trinitate efficacius excitetur, quod tamen in tertio statu in via unitiu amoris perfecto iam exercitatu cogitatio praua dimittit, sicut videmus in pontibus, quod in pontis aedificatione ligna lapidibus supponuntur, postea iam constructo aedificio, muri lapidei firmitate perfecta cuncta ligna amouentur, quia sine ipsorum obsequio structura, muri lapidei potest perflare immobilis. Sic etiam hic in proficientibus cogitatio praedicta modo praemittitur, deinde sequitur affectio amoris, qua perfectione obtenta totius cogitationis vel meditationis

151. 38. 152. 33.

tionis prauae vel concomitantis obsequium (vt supra dictum est) amouetur. Ad secundum dicendum quod illud bene concedimus: Inuisa possumus diligere, incogita nequaquam, nam sapientia mystica supponit cognitionem Dei. Vnde in principio mysticae theologiae uocatur sapientia christianorum. Vel aliter, quia duplex est cognitio, una praecedat amoris affectum. In primo enim affectu vel processu secundum viam scholasticam communem, est ibi primo cognitio per creaturas de Deo, vel per intellectum antequam in ipso amoris affectu accendatur, & secundum hoc illud Augustini intelligitur. Sed in processu mystico secundum Dionysium amoris affectus intellectus cogitationem praecedat, vt dictum est, & de vtraque loquitur propheta Dauid. Vnde quantum ad primum dicit. In meditatione mea exarscet ignis. De alia. Accedite ad eum & illuminamini, scilicet per cognitionem veritatis: & ista cognitio est certior quam prima & infallibilior, sicut multoties aliquid per aliqua signa quae videntur in ipso, esse delectabile ad vespendum cognoscitur: ex qua cognitione ad hoc vt comedatur, appetitus uidentis quam pluries inardescit, postea quando illud gustatur, amplior & certior cognitio ex ipso gustu relinquitur, quam illa esset quae ipsum gustum praecesserat: sic & in his eodem modo intelligitur. Ad tertium in diuinis &c. Dicendum, quod verum est secundum modum communem, & ipsa anima actualiter descendente: secundum autem processum mysticum contrarium est, & sic procedit ista obiectio alterius partis, quod patet in processu ipsorum argumentorum. Per hoc patet aliud de Cherubin & Seraphin, verum est quantum ab inferioribus superius ascendendo, & sic cogitatio praecedat amorem, sicut Cherubin praecedat Seraphin: contrarium autem est descendendo, nam primo & principaliter recipit influentiam a Deo Seraphin quam Cherubin, & sic similiter descendendo, primo mouetur affectus per amorem in Deum, quam illud quod sentit affectus percipiat intellectus, & sic currit secunda pars contrariae partis. Ad quintum dicendum, quod non est simile de beatis & uiuatoribus: nam beati ipsam claritatem lucis aeternae vident facie ad faciem, absque vlla admixtione fantastica vel corporis corruptione, obtenebrante caligine, vel medio contemplantis, & ideo est ibi summa ordinatio, quia nullum est ibi impedimentum: ideo primo naturaliter intellectus diuinam pulchritudinem apprehendit, quam in ipsa affectus vnione indissolubili delectatur. In uiuatoribus licet amet existentes in corpore, tamen (sicut dicit philosophus) intellectus humanus est fantasiae admixtus, ideo omne intelligibile & maxime summum intelligibile, quod est Deus, ipse fantastice apprehendit: quod si etiam per amorem & illuminationem, diuinius immixtam, ab intellectu admixtio fantastica separaret, semper tamen

intellectus quantumcumque caelitus illuminetur, Deum modo finito & limitato apprehendit, qui tamen inensus & infinitus est, & ideo omnis intellectualis cogitatio semper est impura & immunda: & ideo in praesenti si vera sit confurrectio mystica, iubet ipsam Dionysius ab amoris affectu totaliter sequastrari, & per solum ardoris amorem confurgere: quia & si totus sit desiderabilis, sicut in canticis dicitur, non tamen totus comprehensibilis, nec in praesenti nec in futuro. Et in quantum efficacius in ipsa confurrectione omnis intellectiva cognitio rescinditur, in tantum ardoris affectus veluti liber supernatans, citius quod desiderat apprehendit. Et hoc summe cauendum est, ut nulla cognitio intellectualis se amoris unitiu confurrectione admisceat. Ad sextum dicendum est, quod solum est secundum duplicem modum confurgendi per amorem, ut dictum est, neque de Trinitate, neque de Angelis. Per illud idem soluitur septimum. Ad octauum dicendum est, quod licet modus confurgendi mystice stultus & irrationabilis ignorantibus hanc sapientiam videatur, tamen sapientissimè & mira procedit ordinatione: nam solo pondere & discretione amoris affectus verius, & certius, & infallibilis in ipsum quem diligit fertur, quam oculus corporalis aliquid sensibile uideat, uel intellectus possit de Deo per cogitationem aliquam apprehendere veritatem. Si quaeritur, quid igitur cogitabo, cum de Deo cogitare non debeam, nec de Angelis? dicendum, quod solum aspirat & cogitabit, unde tunc sine aliqua cogitatione de Deo, vel de aliis, si mens secundum viam purgatiuam est aliquatenus preparata, si nesciret alia dicere nisi hoc modo confurgere, dicens sic. O Domine quando te diligam? quando te constringam? si hoc sapientissime frequentaret, citius se sciret experimentaliter inflammari, quam si de secretissimis caelestibus & aeterna generatione vel processione millies cogitaret. Vnde ista est optima stultitia, de qua dicit beatus Dionysius sic. Haec igitur stultitia & irrationabilem & amentem sapientiam excedenter laudantes dicimus, quod omnis est mentis & rationis & prudentiae causa, sicut dictum est superius in opponendo. Ad nonum dicendum, quod Deus secundum confurrectionem illius sapientiae apprehenditur per modum entis, nec ut vnum, nec ut verum, nec ut bonum. Sed quando ista vis animae suprema, quae est apex affectus, tangitur ab igne amoris, illo motu & tactu scintillat affectus aspirando in Deum, ideo beatus Dionysius istos doctores scholasticos & speculatiuos confurat, quia omnia se scire existimant: cum tamen de vera sapientia qua mens ad Deum trahitur, parum aut nihil, nisi forte coniecturando vel opinando cognoscant, & talibus non debere vllatenus istam veram sapientiam popolari, ad Tim. scribens, dicit sic. Vide autem ne quis indoctorum ista audiat: In doctos dico, qui existentibus

Cant. 5.



SERAPHICI DOCTORIS

SANC. BONAVENTURAE

FASCICVLVS, IN QVO

DE EXERCITIIS

SPIRITVALIBVS

TRACTATVS



Cire debes, q̄ quāis omnia quae in diuina scriptura reperiunt, immo caelum & terra & omnia quae in eis sunt, de Deo loquatur & instruant, non tamen omnia conueniunt ad vtiliter meditando: sed ea debes potius ad meditando suscipere, unde amplius timore concucieris, uel accenderis ad amorem. Sunt autem quaedam generalia, circa quae frequentius exercitia deuotiuersantur, uidelicet memoria peccatorum, qua compunguntur ad compunctionem uel dolorem. Memoria mortis, qua ut omnia huius mundi oblectamenta, gloriam, & honorem, altum statum vilipendant, accendunt. Memoria extremi examinis, qua inflammantur ad bona opera peragenda, ut tunc cum iustis mereantur accipere premium meritorum. Memoria penarum infernalium, qua omnia illecita licet dubia, respiciant timore tormentorum. Memoria caelestis gloriae, ut hic quiescant & exultent in spe, ac ut illic sint digni gloria, nitantur se ueris uirtutibus adornare. Memoria beneficiorum Dei, & maxime beneficij incarnationis, ne gratia largitori inueniantur ingrati. Ut autem de his cogitare eo promptius ad manum ualeas, habeas aliqua generalia, unde tu ualeas plura elicere. De unoquoque praemissorum hic inferunt, ut data occasione sapienti sapientior fiat, & ex paucis plura eliciat, sicut ipsi cognouit cogitanti. Esto igitur animal mundum, ruminans & reuoluens ea & ipsi similia in corde tuo, ut ita inutilia & uana possis a memoria remouere.

Qualiter fiat memoria peccatorum. Cap. I.

VT tibi de memoria tuorum peccatorum nascatur compunctio, talibus stimulis te concute meditando. Cogita, & ut sentire ualeas diligenter stude, quantum unumquodque peccatum Deo displiceat. Reuolue, quae superbia eiecit Luciferum de caelo. Inobedientia Adam de Paradiso, piecit. Luxuria subuertit Sodomam & Gomorram, & penae totum mundum in diluuium submersit, Christus pro peccato mortem sustinuit amarissimam, & ne peccatum inultum remaneret, & suae iustitiae non satis fieret. Cogita, quod Deus aliter iudicare non poterit, quam opera nostra merentur. Est enim Deus aequitas quaedam intelligibilis, inconuertibilis, atque indeclinabilis: non minus malorum poena, quam beatorum gloria.

Contem-
platio
necesse
meditatio-
num.

gloria. Igitur tibi reddet iuxta opera tua. Non igitur palliemus, uel blandiamur nobis, quia non est ita durum, & Deus est misericors. Cogita de peccatis tuis praeteritis ante conuersionem, cogita, quam multa sunt in locutione, opere, & consensu. In cogitatione tot sunt, quod nequeas numerare. Cogita, quam turpia praecipue ad carnalia, in quibus tamen inuis immoreris, ne delectatio surrepat. Cogita, quam graua, quibus Deum offendisti, & rursus Christum quodammodo crucifixisti. Cogita de peccatis post conuersionem tuam, quod semper tam negligens, tam tepidus tot annis sine profectu fuisti, & uide de singulis tuis criminibus, numera ea si potes in conspectu Domini, & pete ueniam de praeteritis, adiutorium de praesentibus, & cautelam contra futura. Deinde cogita in quantum satisfecisti pro istis, certus, quod qui quid hic non reddideris, in futuro a te exigetur usque ad minimum quadrantem. Nullum enim malum impunitum erit, sicut nec aliquod bonum irremuneratum. Deum cogita, quod iudicia Dei sunt inscrutabilia, nescis si in gratia, nescis si uere conuersus, quid in te lateat quod Deum non latet, sed offendit, nescis si paueraturus. Haec ruminata, haec cogita, & si bene sentis ea non altum sapies de teipso, caue tamen desperationem si profundius huiusmodi meditationibus te immerferis, atque ita huiusmodi meditationes digere, ut non abforbearis tristitia nimia & deiectione, sed ut in stigeris ad uitae emendationem, & tolerantiam omnium tribulationum.

Generalis modus ad formandum meditationes de morte. Cap. II.

DE morte tua ita poteris formare meditationes tuas. Primum ut horam mortis semper suspectam habeas. Cogita quod improuise mors ueniet, quia sicut fur, quando minime putabis, quando minime disposuisti, quando adhuc diuini uiuere sperabas, & tamen adhuc multa agere cogitasti, prout experientia quotidiana te satis sufficienter docet, & docuit de pluribus tibi notis. Reuolue deinde ordinem quo ad mortem deuenitur, & habete nonnunquam sicut si statim esses moriturus, & melius senties quae sequuntur. Cogita igitur qualiter praecedit mortem grauissima infirmitas, cuius aliae infirmitates non sunt nisi sicut praecones uide grauitatem huius infirmitatis, Cogita horrorem naturalis inclinationis appetentis permanente. Cogita deinde cum iam homo sentit se hinc transiturum, siue medicis hoc dicentibus, siue si ipse per se senserit, quantum tunc erit clamor conscientiae, quantum remorsus in eo qui se non disposuit. Tunc enim ipsa peccata ad memoriam confluunt, & cogita de singulis peccatis tuis, & passionibus propriis singulariter, quantum tunc de eis dolebis, quia non uicisti. Cogita si tali ar-

riculo mortis esses constrictus, & uitae & conuersionis ligatus, quanto desiderio desiderares unam horam, uel annum sanitatis pro emendatione. Cogita homo cum ad illam horam ueneris, & hinc transibis, & tempus praeteritum conparaueris ad aeternitatem ad quam transibis, quae breue tibi uidebitur, tota uita tua apparebit tibi breue somnium, & ita tibi erit totum tempus ac uita, ac si per modicum spacium, puta iter media leuca perrexisses. Cogita etiam quantum erit dolor ille, cum uides, quod propter tam paruam delectationem, illa sempiterna gaudia amisisti. Cogita, quam amara erit separatio, cum ab his, quae uitiole dilexisti separeris, puta ab honore tuo, qui hic in alto statu totis uiribus honorem quaesisti, & a uoluptatibus, & sic de aliis. Considera dispositionem morientis, quomodo totum corpus nigrescit & rigescit, oculi contabescunt. Cogita quomodo Demones sint ibi, tanquam rugientes parati ad escam expectantes, deinde imaginare quomodo anima in egressu a corpore suo, cum incipit considerare regionem ignotam, quod tot Demones eam expectent, quam uinitate exiret, quam libenter rediret ad corpus suum, sed non potest, quia clausae sunt fenestrae sensuum, & aditus uitales. Cogita quomodo tunc singuli spiritus uiciorum ad eam occurrent, quarentes sua in eis. Spiritus superbiam, superbiam; spiritus luxuriam, luxuriam, quilibet quae sua sunt, & sic de aliis. Ultimo aduerte quomodo anima egressa de corpore statim statuitur ante tribunal iudicis, & feretur sententia quae ex hoc tunc, usque in aeternum non reuocabitur. Et ubique tunc lignum ceciderit, ibi manebit. Deum cogita, quod tandem corpus traditur sepulturae, & perpetuae obliuioni, hospes hic fuit unius noctis, & abiit, & memoria eius recessit a terra. Poteris autem modum hunc contrarium sumere de morte iustorum, nam iusti uidentes se de hoc mundo migraturos, gaudent in testimonio conscientiae, exultant quod liberantur de istis miseriis, quia hic non fuerant ligati concupiscentiis, non dolent hinc exire, & sic de aliis.

Generales modi ad formandum meditationes de penis infernalibus. Cap. III.

DE penis infernalibus, imaginare ipsam infernum secundum quasdam similitudines a sanctis super hoc positas. Aspice igitur chaos horribilissimum, lacum subterraneum, puteum profundissimum, & totum ignitum. Item imaginare ciuitatem magnam & horribilem & penitus tenebrosam, obscurissimam & terribilissimam flammis succensam, & plangentibus, clamantibus, ululantibus, & plangentibus uniuersis praenunciabilibus doloribus, & similes similitudines poteris cogitare. Cogita de penarum acerbitate. Dicitur enim ignis ille ad ignem nostrum tantum esse caloris, quantum noster ignis est ad depictum.

Eccl. 11.

Nota.

1. Cor. 2.

Luc. 14.

Patet ergo euidenter, quod anima uere amans, potest consurgere in Deum per affectum accenso amoris desiderio, sine aliqua cogitatione praenunciata, & cetera.



Et ita cogita de frigore & fœtore. Huius pœnalitatis acerbitas patet ex stridore dentium, ex gemitu, & planctu, & blasphemia, & sic de aliis. Cogita de pœnarum multiplicitate. Ibi enim est ignis inextinguibilis obscurissimus, frigus intolérable fœtor horribilis, tenebræ palpabiles. Ibi erit pœna in omni sensu. In uisu, per horribiles uisus & aspectus Dæmoniorum. In auditu, per lamentabiles gemitus, & clamores de miserabili societate, & crudelitate tortorū, sine omni misericordia, in torquendo non fatigantur, nec ad misericordiam commouentur. Insultabunt dicentes, ubi nunc gloria? ubi nunc altus status? ubi superbia? Cogita quomodo nunc ibi per membra quibus quis peccauit eisdem puniatur, & omnibus membris malus pœnam sustinebit. Cogita etiam de pœna interiori, uidelicet remorsu interiori conscientie, & uermis eorū qui non morietur. Quis potest sufficienter cogitare quantum doleant, quod illā pœnam modicis laboribus, & breui tempore non euaserūt? Item internæ passionēs maximè regnabunt in eis, erunt enim maximè iracundi & inuidi, & erunt ita simul sicut canes rabidi. Item recordabuntur priorum delectationum ad augmentum pœnæ. Vnde ibi lamentabuntur dicentes. Quid nobis profuit superbia? Cogita de duratione pœnarum, quod scilicet nunquam sit finem habitura. Non post mille millia annorum, immò non post tot annos, quot anni possunt in millibus numerari, quia nulla ibi redemptio, nullus ibi finis.

Generales modi meditandi circa extremum iudicium. Cap. IIII.

De extremo examine, cogita quantus tunc fiat terror. Ipsa enim angelica tuba, mirabilia, terrenda, scilicet fulgura corrusionum percutient corda hominum, & pauere facient. Cogita, si potes, magnitudinem iræ iusti iudicis, uenientis contra eos qui eam offenderunt. Et quantum mali terrebantur. Imaginare quomodo, & quā amara fiet ibi diuisio. Ponentur oēs iusti, humiles, mites ad dexterā, superbi, inuidi, luxuriosi, &c. ad sinistram, amodo non coniungendi. Nunc sunt duo in mola una, in domo una, &c. & unus assumetur, & unus relinquetur. Cogita quid timoris, & quid horroris, quid admirationis erit superbis, elatis huius mundi cum se abiectos uiderint, & pauperes, uiles, & despectos, quos insanos putabant ad dexteram Christi in gloria uiderint assistentes. Tunc pœnitentiam intrat se agentes, dicent. Ecce hi quos habuimus in derisum aliquando. Contra, iusti stabunt in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt. Cogita quomodo omnium operum ibi, & cogitationum fiet redditio. Hierusalem scrutabitur in lucernis, id est hi qui apparebunt uelut sancti, inuestigabuntur ibi, & quicquid in eis occultum fuerit ad lu-

Luc. 17.
Sap. 5.
Soph. 1.

men ueniet. Testes erunt Diabolus, qui ostendet nobis omnia quæ fecimus tibi, & quando, &c. Item proprium scelus, & totus mundus dabit testimonium contra peccatores. Cogita quomodo Christus exhibebit passionis suæ insignia, & quomodo per illam Christus exprobrabit, quod eam contempnimus. Cogita de illo horribili conitruo, & irreuocabili sententia. Ire maledicti, &c. Cogita de dulcissima inuitatione iustorum ad sempiternam cœnam per illam uocem. Venite, &c. Cogita quā magna sint opera misericordie, & pietatis, cum ea solum Christus ad iudicium suum adducere uideatur. Cogita quod iusti ibunt in uitam æternam, iniusti in supplicium sempiternum. Et hæc duo loca, per chaos magnum diuisa semper permanebunt.

Generales meditationes de gloria cœlesti. Cap. V.

De gaudiis supercœlestibus, imaginare locum illum, per imaginarias similitudines à sanctis pro nostra capacitate inuentas. Est enim ciuitas ex auro purissimo, gemmisque preciosis mirabiliter constructa, singulæ portæ ex singulis margaritis, & campus spaciosissimus ac speciosissimus omnium florum pulchritudine decoratus. Ibi ætatis amenitas, ibi odoris suauitas, &c. Cogita quantum potes, quantum erit gaudium ex uisione sanctissimæ Trinitatis, in qua relucet exemplar omnis pulchritudinis, omnis bonitatis, omnis suauitatis, quā uident omnia scienda scies, & quicquid uolueris habebis in illa. In illa. uisione beatificaberis. Cogita de uisione humanitatis Christi, qui hic fuit propter nos pauper & uilis homo, ibi sublimis Deus & homo. Cogita de gaudio quod habebis ibi ex societate gloriosæ uirginis, omnium sanctorum, Apostolorum, martyrum, confessorum, uirginū, & de cuiuslibet gaudio gaudebis, & tu. Cogita de dotibus quas ibi corpus tuum recipiet, quæ sunt immortalitas, impassibilitas, summa agilitas, & maxima speciositas. Cogita de dotibus animæ quibus ipsa anima replebitur, quæ sunt plenitudo scientiæ & lætitiæ. Cogita de istis dotibus, quā multa alia conserueris, uidelicet securitatem, qua non timebis eiect, non timebis à tentatione uinci, inde tibi libertas summa, inde sanitas, inde uoluptas, inde amicitias, inde honor, inde concordia. Et breuiter, habebis ibi quicquid uolueris, & quicquid nolueris non habebis.

Breuis modus meditandi circa beneficia Dei. Cap. VI.

Vt circa beneficia Dei innumera aliquem modum habeas meditandi, & memoriā tuam reformati. Scias, quod in his triplici consideratione potes tuas meditationes uariare, & dilatare, ut nunc tua quidem meditatio

De hoc pulcherrime tractat in Apoc. 21.

Hier. 31.

tatio uerferet circa ipsum benefactorem, nunc circa te ipsum cui benefecit, nunc circa ipsa beneficia quæ tibi multipliciter elargitur. Considera, quod ipse benefactor tuus Dominus Deus, ita tibi benefecit, ut nihil à te repetat, nec te nec aliqua creatura indiget. Considera, quod sit infinita potentia, cuius potentiam declarat uniuersitas, & multitudo creaturarum suarum. Considera quod sit immensæ sapientiæ, & hoc attende ex pulchritudine, & ordine totius uniuersi. Attende igitur quantæ sit bonitatis, si hic talis tantumque Dominus modicum in cœnolium tibi tribuit, immò quantæ bonitatis, quod tantus de tantillo dignetur cogitare. Considera quā sollicita sit tanta maiestas circa te, in tribuendo beneficia modo quo tibi magis expedit, ab æterno disposuit tibi ea dare, ab æterno, & semper actualissimè cogitauit, & talia tibi beneficia præordinauit. Ita sollicitus circa te sicut circa integrum orbem, uel uniuersitatē creaturatum. Ita enim hic magnus Rex tibi, & circa te intendit, ac si uacaret tuis. Et hoc effectum tuum non modicum ad gratitudinem, & amorem accenderet, si singula beneficia diuina toti generi humano collata, ita tibi attraheres, & itate ex eis ad gratitudinem intelligeres obnoxium, ac si tibi soli fuissent collata. Verbi gratia, ac si pro te solo crucifixus, factus homo, & cetera: propter te solum creasset cœlum, & terram. Et hoc docet nos Chrysostomus. Affectu etiam tanto beneficia illa dat, quod si etiam quod minimum daret, gratissimum merito deberet esse. Perpetua (inquit) charitate dilexi te, & expetua, & maxima charitate donat tua beneficia. Attende, quā sis uilis, quā plenus malitiis, & concupiscentiis, sicut tibi superius satis est ostensum, cum diceretur de discussione tui, & propria cognitione, & de memoria peccatorum. Circa beneficia forma dupliciter meditationes. Primò circa hoc, quod mala tua benignè tibi remisit. Secundò, quod innumerabilia tibi contulit dona, & munera. Dimisit enim tot mala quot fecisti. De quibus supra dictū est, immò dimisit tot quot facere potuisti, à quibus te præseruauit. Attende quā longanimiter te expectauit in peccatis, & non occidit sicut meruisti. Circa beneficia autem, quæ dedit tibi, cogita, quā multa, quā bona, quā utilia, quā magna, quis enumerabit ea? quis intelliget? quæ loquetur? Attamen ut hic habeas modum cogitandi, cogita quomodo dedit tibi dona naturæ, dona gratiæ, dona superexcellentiæ. Percurre aliqua de singulis, nam in quolibet sunt multa bona ualdè. De dono naturæ est, quod creauit te in tēpore, & quod ab æterno te disposuit creatum, non creauit te pecus, sed hominem, dedit uisum, auditum, & cetera. Et singulis creauit sensibus, ea quæ sibi congruunt oblectamenta. Item dedit animam immortalem, cui dedit rationem, ingenium, industriam, qua omnia ma-

terialia potest intelligere. Dedit mentem, uel intellectum, qua immateriales spiritus Deum & Angelum intelligeret, propter te omnia in terra creauit. Omnia elementa ad tuam uitam, omnia animata ad tuum nutrimentum. Dona gratiæ. Primò quod uoluntatem tuam ab eo auersam ad se reuocauit, & ei gratiam suæ iustificationis infudit, quæ solum ab eo descendit, Dedit uoluntatem, ut uellete emendare. Tunc & locum ordinauit, ut possis. Ad donum superexcellentiæ spectat, quod propter te fecit filium suum incarnari, ut esset amicus tuus, frater tuus, qui & propter te mortuus est, & crucifixus, & se ipsam dedit in altaris sacramento. Misit tibi spiritum sanctum, & hoc in signaculum acceptationis, in priuilegium amoris, in anulum desponsationis. Cogita, quā multa ab initio egit mirifica cum genere humano, propter genus hominum locutus est cum patribus, apparuit in figuris, loquebatur in prophetis, eduxit de Aegypto, induxit in terram promissionis, & infinita mirabilia. Ut quid autem hæc omnia fecit, nisi ut per figuras, & per prophetas intellectū tuum in cognitione ueri illuminaret, & affectum tuū detraheret ad amorem boni?

De cœna Domini, & preparatione ad susceptionem corporis Christi. Cap. VII.

Super omnia quotidie, & maximè dominici corporis sacramenta sumpturus memoriam facias illius deuotissimi mysterii, quod in cœna Domini primitus erat institutum. Siquidem postquam agnum paschalem typicū cum suis discipulis Dominus Iesus comedit more Iudeorum, tunc ueram agnum paschalem comedendum dedit. Consecrauit enim corpus suum atque discipulis suis tradidit ad manducandum, quibus & potestatem tradidit id ipsum consecrandi, & alius tribuendi. O uere magna munificentia, o inaudita largitas, o charitas superexcellens, qui seipsum dat, quid poterit negare? quid ultra faceret? omnia quæ potuit pro nobis fecit, omnia quæ habuit nobis dedit, dedit regnum suū, dedit & seipsum, ideoque in hac cœna dicebat. Hæc quotiescunque feceritis, in mei commemorationem facite. In memoriam, scilicet eorum quæ pro te in carne gessi, quod propter te derisus, illusus, crucifixus sum. In mei (inquit) memoriam hoc sacramentum omnium sacramentorum excellentissimum ægrotis est medicina, peregrināribus diæta, debilesque confortat, ualentes delectat, languorem sanat, sanitatem seruat, fit homo mansuetior ad correptionem, patientior ad laborem, ad obediendum promptior, ad gratiarum actionem deuotior. Aduerte tamen, quod effectus sacramentorum solet esse secundum dispositionē, & preparationē suscipientiu. Neque enim Iudas pmissa

Lu. 22.



dona suscepit, qui corpus Domini suscepit (si tamen suscepit) Ideoq; tibi summopere studendum est, ut quantum poteris ante susceptione dignè te preparares. Qui enim corpus & sanguinem Domini in dignè sumit, iudicium sibi manducat, & bibit. Tria autem sunt quæ exigat à te huius sacramenti digna susceptio, scilicet corporalem munditiam, puritatem conscientie, & actualem deuotionem. Corporalis autem munditia, aliquando ex decenti, aliquando ex necessario requisita. Puritas autem conscientie præsertim à criminibus, ipsa est necessaria. I deò uide, ut ante susceptionem huius sacramenti contritionem habeas, atque si fieri potest, ante conspectum Domini humiliter lachrymas fundas, quibus te laues à peccatis tuis q̄ fecisti, & quæ omisisti, & quæ facere potuisti corde, ore, & opere. Actualem autem deuotionem in te faciunt timor, & amor. Timor incutit reuerentiam. Amor autem desiderium, & affectum, habeas reuerentiam & timorem. Terribilis enim est hæc mēsa, ad quam cum debita reuerentia, & congrua uigilantia necesse est accedas. Siquidem in hac sacerdotali mensa nunc præsens est Christus, & qui ultimam cœnam cum Apostolis cœnauit, ipse istam quoq; consecrauit. Non enim homo est qui proposita, scilicet panem & uinum, corpus Christi facit, & sanguinem, sed ille qui pro nobis crucifixus est Christus, sacerdotis ore proferuntur, & Dei uirtute & gratia consecrantur. Quomodo tu igitur ad illam mensam, ad præsentiam Christi, ad tactum Dei filii intrepidus audes accedere, quæ

Math. 3.
Luc. 5.

malorum desideriorum, ut eum quasi medicum aduocent, per quem ab omni infirmitate curentur. Aliquos trahit conscientia delictorum, eo quod hoc sacramentum institutum est in remissionem peccatorum, aliquos trahit amor, & compassio proximi, ut succurrant per hanc hostiam uiuis simul & defunctis. Ut autem desiderium tuum accendatur, cogita, quod Christus omnium ad se accedentium dolores tulit, & omnes infirmitates nostras ipse portauit. Mulier accedens retro sanata est, peccatrix pedes osculās est mundata, Chananea dum importunè sequitur, est exaudita. Leprosi accedentes curati sunt demoniaci, paralytici, & cuncta naturæ monstra dum accedunt, & credunt, salutem consequuntur. Nam uirtus ex illo exibat, & sanabat omnes. Publicani & peccatores accedentes, ueniam merentur, nec eorum conuiuia despexit. Igitur cum feceris quod in te est, accede in fide, & fiducia, sperans de infinita Dei pietate. Debes etiam præcipuè ante huius sacramenti susceptionem, deuotissimè Christi passionem percurrere, nam specialiter in memoriam passionis hoc sacramentum legitur institutum. Si autem quæris quate affectu magis debeas excolere timoris, scilicet & reuerentia, an amoris & desiderij, an debeas ut multi cū importuna desiderij festinantia anhelare, an ut nonnulli reuerentia, & timoris magnitudine, magnitudinem sacramenti attendens, & propriam infirmitatem considerans, magis debeas affectu retrahi & elongari: Ad hoc sancti responderunt utrunq; affectum commendantes, uniuscuiusq; conscientie quid ei melius uisum fuerit relinquētes. Festinauit siquidem Zacheus ut Dominum gaudens in domum suam suscipere. Centurio propria infirmitatis conscius, repulit eum dicens. Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Vnum tamē est quod omnibus generaliter tutum uideretur, ut scilicet ex reuerentia timentes spem & desiderium non relinquamus, ut ex spe & fiducia non amittamus timorem, & reuerentiam. Sed semper inter hæc utraque confidentes, & timidi fluctuemus. Ait etiā sanctus Gregorius, nihil nobis securius, quam sub spe timere. Simpliciter tamen loquēdo dubium non est, quin melior sit affectus amoris, q̄ timoris, sed quod est simpliciter melius, in casu est sæpè peius, & pluribus periculosius.

Luc. 19.
Matth. 8.

De generali materia exercendi in passione Domini. Cap. VIII.

Circa passionem Dominicam, in qua te præ ceteris exercitiis ardentius, & deuotius exercebis, ut ea quæ in sacris Euangelij legeris, ad tuam deuotionem melius scias reflectere, & dirigere ad propriam utilitatem. Scire debes, quæ tria sunt, in quibus tua consideratio circa mortem saluatoris nostri speciosissimè specu-

latur.

latur. Sunt autem hæc tria, opus, modus, & causa. Opus, ut ipsam passionem sicut facta à sanctis Euangelistis narratur, studiosa, & deuota mente pertractes, & inuenies Christi mirabilem patientiam, & excitaberis tu ad compassionem. Cum autem sacramentum diuinæ, scilicet passionis historiam in mente tua reuoluis, ut ad litteram materiam nostræ redemptionis contempleris, diligenter debes ad hoc niti, ut quoties audis Iesum uel Christum hæc fecisse, uel sustinuisse, per nomen Iesus, in mente tua representetur, nec solum Deus, nec solum homo, nec sola deitas, uel humanitas, sed in mente formabis conceptum personæ unius, quæ simul est Deus & homo, & in qua Deitas & humanitas sine essentialium permixtione, in uno supposito conuenerunt. Itaq; Christus, uel Iesus cum dicitur, Deus & homo, & persona deitatis, & humanitatis designatur. Ita quicquid Deus fecisse dicitur, hominem fecisse firmiter fide catholica retinemus, quicquid homo sustinuit, Deum credamus & cogitemus sustinuisse. Verbi gratia. Cum legis Christum fleuisse super Lazarum, uel Hierusalem, in mente concipies non nudum hominem, quoniam tunc minus mirabile est hominem fleuisse, sic cum audies Christum in cruce pependisse, non hominem solum in mente cogita, sed hominem Deū, & amplius miraberis, & multo plus ad deuotionem accenderis, & moueberis ad compassionem. Et quidem omnibus fidelibus Iesus, uel Christus Deū hominem representat, sed quanto illud lucidius & clarius attendere poteris, eāto eris deuotior in Christi uita, morte, miraculis & factis. Secundò circa opus passionis Christi, ut magis accendaris ad compassionem, debes diligenter ad uertere quotiescunque legeris, aut in passione Christi aliquas pœnalitates Christo inlicitas, eodem genere pœnalitatis seu eodem genere pœnarum Christum in passione sua ultra omnem æstimationem fuisse afflictum, quod ex multis causis poteris considerare, quæ te ut passionis Christi amaritudinem sentias, multum mouebunt, si bene consideras, unusquisque homo in eodem gradu pœnalitatis plus minus uel patitur, quanto pœnam plus minus uel senserit, ut notum est. Tantò enim quisque pœnam facilius, & acrius sentit, quanto natura fuerit uiuacior, & sensus eius facilius percipit. Sed Christus erat uiuacissimus, ideo qualibet pœna ei inflicta erat ei grauissima. Cogita ergo si illa crucifixio & illa clauatio manuum & pedū, (de qua Propheta ait. Foderunt manus meas, &c.) alteri fuisset homini intolerabilis, quam grauior & acerbior Christo in sua natura delicatissima, nobilissima, & uiuacissima? Item erat pœna eò grauior, quo à peculiari suo populo inflicta, Cui merito dicere poterat. Popule meus quid facere debui tibi, & non feci? Tu autem quid peius mihi retribuere poteris, quam

Psal. 21.

fecisti? Item pœna Christi erat in omni sensu, & in omni membro, sicut inuenies si bene opus passionis in mente tractaueris. Item deuote imaginare interiorem Christi pœnalitatem, quæ forte exteriori pœna non erat minor, immò forsitan multò maior, quæ interior pœna causabatur in eo ex zœli seruos pro humano genere, in quo tamen quo ad maiorem partem, ut debeat passionem suam fore inutilem. Item hæc interior pœna surrexit ex maxima compassione suæ dilectissimæ matris. Item ex nostra cæcitate, & ingratitude. Cum igitur legeris, uel in mente reuoluis quomodo Christus fuit flagellatus, derisus, illusus, cõspurus, crucifixus, &c. noli solum cogitare de pœna exteriori, sed ita Dominum Iesum respice in talibus pœnis, quæ si hominem Deum exterius summa pœnalitate afflictum, & etiam ultra, quam humana mēs comprehendere potest, interius tribulatum, & dolorosum. Et uerè si ita respicis Christum in quauis afflictione constitutum, si non condoles, ualde mirandum est. Cum te uera si perfecte comprehenderes animal brutum, ita inexplicabili pœna affligi, humanitatis aspectu compæreris, quanto magis Domino Deo? Et hæc de opere. Circa modum autem patiendi si diligens fueris, & deuote rimaris, inuenies præcipuè humilitatem, mititatem, & generaliter omnium uirtutum exēplar imitandum. Ut autem modum patiendi in Christo in te melius sentias, debes in omnibus, quæ de passione Christi legis uel cogitas, semper in mente tua reuolueres, quomodo Christus se habuit in uerbis, in responsionibus, in factis, in pœnis, quomodo se habuit tam interius, quam exterius, & quomodo illa prout loco & personis congruebat, optimo modo formabat, & hoc poteris in Euangelio inuenire, uel certe si ibi non est expressum, ex reipso forma. Nam nullus christianus ignorat, quin in omnibus optimo modo se habuit. Igitur de modo ita debes cogitare, cum uerbi gratia legis: Stetit Iesus ante Pilatum præsidem, &c. Cogita primò modum stationis, quam humiliter fuit, fortè inclinato capite, demissis oculis. Deinde de modo prolationis uerborum, quam leni & dulci uoce deprompsit, ita ut trè delectaret audire aliquem hominem, ita loquentem. Nam uox eius non minus, quam facies decora. Deinde cogita quomodo se habuit, & planum est, quod stetit cum summa humilitate, non habens inuidiam contra Pilatum, & Iudeos, sed compassionem. Sic cogita quando Iudæi clamauerunt crucifige, & cetera, quomodo Christus ea audiuit, certè summo dolore, & ex compassione, & zelo tamen exterius humiliter se habuit, & sic omnia pertractans, imitate modum Christi se habendi secundum locū & tempora, & inuenies oēm uirtutē in Christo, & optimum modum quo se habere potuit. Maxime autem diligenter attende modum, quo inte-

Matth. 27.



erius se habuit compassione, & zelo. Circa tertiam scilicet causam, ita semper lege & cogita de passione redemptoris tui, ut scias, quia tu es causa. Passus est enim propter tuam redemptionem, illuminationem, iustificationem, & glorificationem, ita semper attrahe tibi, & hoc beneficium, quasi sit pro te solo passus, (ut supra dictum est.) Ita cogita semper, ut quid legeris uel cogitaueris, quasi dicat Christus, hoc feci, ut sequaris uestigia mea, te humiliter, patiens sis, tollas crucem tuam & sequaris me, quia non est seruus super Dominum suum.

PASSIO CHRISTI BREUITER COLLECTA AD MODVM FASCICVLORVM.

Primus fasciculus dominica die, de oratione in horto, & captione.

Cant. 2.



Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commemorabitur, loquitur anima deuota, designans, Christi amaritudinem se simul collectam iugiter in suo pectore circumferre. Ut autem tu etiam quicumque; memoriam tuam per meditationem mortis Christi reformare desideras, in promptu habeas fasciculos, qui in memoria tua commoentur, passionem Christi hic tractam solummodo ordine Euangeliorum inseruimus compendiosè, ut ex illis paucis secundum illa tria, quæ dicta sunt, opus, modum, & causam, habeas materiam copiosè meditandi, & de paucis plurima colligas. Cogita igitur quomodo solemnè illa cæna, de qua supra dictum est, celebrata, & hymno dicto, Christus Deus & homo uidentis appropinquare tempus suum, surrexit ut iret ad montem, hoc est opus quod fecit. Cogita igitur, ut supra dictum est, de modo, quomodo se habuit intrus & extrâ. Eundo fugam discipulorum prædixit. Petrum asseruit ter negaturum, & alia quæ loquebatur, & hoc iterum opus attende. Cogita et quo modo exteriori uerba illa depromptit, & quali interiori protulit affectu, sic facias ubique; nec opus semper est repetere. Assumpto Petro Iacobo, & Ioanne ait. Tristis est anima mea usque; ad mortem. Relictis illis solus orat in monte. Finita ter uice oratione, ex imaginatione mortis, & interno dolore timore, factus est sudor eius sicut sanguis, innuens ineffabilem pœnam per hoc. Nam de nullo tale aliquid legimus. Tunc Angelus unum suum Dominum confortauit. Cogita quomodo Christus inimicis suis obuiauit, & sponte se obtulit, & uerbo suo eos in terram prostrauit. Deinde à Iuda osculatur, à Iudæis capitur, trahitur, uincitur, & ad domum Annæ deducitur. Et omnes discipuli fugerunt. Et hic sit tibi fasciculus unus memorie commendandus. Et hic si placet, potes aspicere Christum, g

Mat. 26. & Mar. 14.

fit iste qui ista patitur, & te subdas ei per rationis assensum. Crede igitur, & cogita ipsum esse ueraciter Dei filium, omnium principium, saluatorem omnium, & retributorem omnium.

Fasciculus secundus, de illusionem coram Anna, & Caypha, & negatione Petri.

Indomo Annæ confessus ueritatem à seruo nequam percutitur. Cogita hic, opus, modum, & causam, uel saltem aliquod eorum sicut tibi congruit. Deinde in domo Cayphæ ubi scribæ, & pharisæi expectabant adducitur, illuditur, & percutitur tanquam blasphemus, falsum testimonium queritur, & non inuenitur, à pontificè adiuratur, à Petro ter negatur, sed Christus respiciens Petrum, exire, & flere amarissimè compulit. Mane factus ad Pilatum uinctus ducitur. Cogita modum quo ipsi eum ducebant, quia pessimè tanquam latronem & maleficum, & c. Iudas uidentis, quod petebant Christum ad mortem, tantum in seipso doluit, quod tam dulcem hominem tradidit, ut se laqueo suspenderet, & retulit pecuniam, cum qua emptus est ager, sicut prædixit Zacharias. Coram Pilato multipliciter innocenter accusatur, mittitur ad Herodem, ab eo ut fatuus illuditur, & irridetur. Hic diligentissimè considera, qualis est qui patitur, & ei cõfigurare, ut compatiaris innocentissimo, mitissimo, amantissimo, & nobilissimo. Et hic sit fasciculus secundus.

Fasciculus tertius, de coronatione, & crucifixione.

Post hoc petentibus Iudæis dimittit Pilatus Barrabam, & tradidit Iesum ad crucifigendum uictus importunitate Iudæorum, & timore Cæsaris. Tunc Iesus more & scemate Regis multipliciter illuditur, clamide induitur, spinis coronatur, arundine percutitur, ut Rex in derisum adoratur. Hic homo cogita modum, attende causam, quomodo. I. Christus se habuit & quomodo Iudæi se habuerunt, causam quare tanta sustulit, uadens ut crucifigatur, propriam portat patibulum, populus sequebatur, & mulieres flentes quibus ait. Nolite flere super me, & c. In monte Caluarie crucifigitur. Et hic diligentè pertracta modum crucifixionis. Aut enim primò crucem erexerunt, & Christus ascendit ad crucem, aut certe crucem posuerunt in terram, & ibi eum clauis affixerunt. Nā alius modus non apparet. Et hic tertio specialius conuenit considerare, quantus est iste qui tanta patitur, ut ad ipsum posset egredi per admirationis aspectum, quia inmensus est potestate, speciositate, felicitate, & aternitate. Admirare igitur maiestatem annihilari, speciositatem decolorari, felicitatem tormentari, aternitatem mori. Et hic tertius fasciculus.

Fasciculus

Fasciculus quartus, de his quæ facta sunt dum Christus penderet in cruce, & de emissionem spiritus.

Pendens Christus in cruce sitit. Cogita opus quomodo Christus pendet, cogita modum, & causam, cogita, quæ sitit, orat pro crucifixionibus, blasphematur in cruce, irridet à prætereuntibus, à principibus, à latrone, titulus uerissimus & indelebilis. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum scribitur. Stat mater Iesu dolorosa sub cruce, quam respexit, & Ioanni commisit. Fiunt tenebræ, designas tandem quanta sua esset pœna, & quod humanitas fuit deserta, in eo, quod nulla fuit redudantia superiorum uirium, in quibus fruebatur, ad inferiores quibus patiebatur. Clamabat Eli, Eli, lamazabani? Accepto aceto, cõsummatis iam omnibus, cum nihil restabat agendum, clamans alia uoce tradidit spiritum, innuens, quod quandiu uellet, tandiu uiueret, & quod nullus animam suam se tolleret, sed quod ipse sponte eam poneret. Et hic debes considerare, quali forma passus est assimilatiõis amictu. Passus est enim sicut uerus agnus dei sui, obedientissimè respectu patris, prudentissimè respectu aduersarij. Stude igitur ad habendum habitum secundum effigiem modum se habendi. I. benignitatis, serueritatis, humilitatis, & perspicacitatis. Et hic sit fasciculus quartus.

Math. 27

Zach. 13.

Mod. 12. & Num. 9

Fasciculus quintus, de his quæ facta sunt Christo pendente in cruce post mortem.

Latronum ossa cõstringuntur, Christi os non comminuitur, ne figura de hoc euacuetur. Latus eius aperitur, undè perfluunt Ecclesiæ sacramenta, uelut scinditur, sepulchra mortuorum aperiuntur, undè indè mortui in die resurrectionis cum Christo resurgent. Hic considera quantus pro te passus est, & crucem amplectere per passionis desiderium, ut sicut ipse passus est iniuriam, conuicia, ludibria, supplicia, sic & tu passionem Christi imitando, amplectere pro omnem passionem plenam iniurijs, conuicijs, ludibrijs, & supplicijs. Et hic fasciculus quintus.

Fasciculus sextus, de septem signaculis in passione Christi referatis.

Passio Christi non solum reformat memoriam, per deuotam meditationem, nec solum inflammatur desiderium ad deuotionem, quin immò præcipuè illustrat intellectum, & ducit ad cognitionem ueritatis. Siquidem in uniuersitatibus cognitione, septem erant clausa ante Christi passionem, quæ sunt in eius passione referata. De quibus intelligi potest illud Apocal. Aperta sunt signacula septem. Primum signaculum fuit Deus admirabilis, qui per crucem manifestatus est esse summa sapientia, in eo, quod Diabolum decepit, summa iustitia, in quantum quasi uic redemptionis præmium, summa misericordia, quia tradidit pro nobis filium. Secundum

Apoc. 6.

Luc. 31.

signaculum fuit spiritus intelligibilis, qui manifestatus est per passionem: quanta sit benignitatis, quantum ad Angelos, qui permiserunt Christum crucifigi, quanta dignitatis quoad homines, nam propter eos Christus est crucifixus, quanta crudelitatis quoad Demones, qui Dominum Deum suum fecerant crucifigi.

Tertium signaculum est mundus sensibilis, qui in morte Christi probatur esse locus tenebrarum, in quo regnat cæcitas, quia lucem ueram non cognouit, in quo regnat sterilitas, quia Christum infructuosum reputauit: impietas, quia innocentem condemnauit. Quartum signaculum fuit paradysus qui per crucem apparet esse locus gloriæ, lætitiæ, & opulentiæ, in eo, quod Christus propter eius restitutionem factus est uilis, pauper, & miser. Quinto per mortem Christi infernus manifestatus est esse plenus omninegestate, uilitate, & paupertate, quia si hæc passus est propter peccati deletionem, multo magis damnati hæc patientur propter instam operum retributionem. Sextum signaculum fuit uirtus laudabilis, quæ per crucem Christi probatur esse preciosa, speciosa, & fructuosa. Preciosa, quia Christus ante uoluit uitam corporalem perdere, quam contrariari uirtuti. Speciosa, quia in contumelijs relucebat. Fructuosa, quia vnus perfectus actus Christi uirtutis infernum spoliavit, cælum aperuit, perditum restituit. Septimum signaculum per crucem aperitum est, & in eo quod apparuit reatus culpabilis, quam detestabilis sit, cum ad sui remissionem indigeat tam magno precio, tam grandi piaculo, tam difficili medicamento.

Fasciculus septimus, de resurrectione, Ascensione, & missione spiritus sancti.

Tertia autem die Christus uictor mortis resurrexit, & nos resurrecturos monstrauit. Si igitur Christo passus fuisti cõpassus, nunc resurgenti congaude. Cogita deuotè qualiter anima Christi ad infernum descendit. Quid ibi egit, & de gaudio sanctorum patrum, & tristitia Damonitorum. Cogita de timore custodum. Cogita de custodia Angelorum circa sepulchrum, quo cum nunc refertur vnus solus sedere, nunc stare supra lapidem, nunc in sepulchro, nunc duo, & hi diuersimodè, per quod ostenditur multitudo Angelorum circa sepulchrum, & uaria uisitatio mulierum. Cogita quomodo amor & desiderium Magdalenam, & alias sceminas frequenter cogebat currere, & sepulchrum Domini uisitare. Cogita de uarijs Christi apparitionibus. Cogita de dulcibus eius colloquijs cum discipulis. Cogita cur Christus uoluit in Galilea apparere, nisi ut debeas à uitijs transmigrare. Undè Pascha transitus, sed in Galilea, id est transmigratio, & mutatio corporum nostrorum, in regno celorum. Christum uide-



Epl. 4. & Pial. 67.

Ha. 63.

himus post generalem resurrectionem. Post qua draginta dies resurrectionis ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem sanctorum patrum. Meditare de gloriosa processione ascendentium cum Christo, nam sancti sequebantur; Angeli uenientes obuiabant, & tunc inter se questiones illas formabant, de quibus Isa. ait. Quis iste est qui uenit? &c. Cogita de tristitia Apostolorum, & Angelorum gaudio. Cogita de Angelis redeuntibus, & Apostolos consolantibus. Disce tu ascendere ad Christum, sed per ascensiones prius dictas, ut relinquant hic uitium, quia nullum uitium ascendit cum saluatore, ut dicit Augustinus. Deinde de caelo Dominus in lingua igneis misit spiritum sanctum. Vide quomodo deinde Apostoli fuerunt confortati & in charitate fundati. Meditare cur spiritus sanctus in igne, cur in lingua? cur in utroque simul? & cur in alijs creaturis apparuit? & stude proprietates rerum talium in te habere. Cogita effectus & dona spiritus sancti, & multa similia circa spiritus sancti missionem, signaque militanti sub gula. scilicet somnum, cordis duritiam, ociositatem, risus procacitatem, contradictionem, & insensibilitatem.

DE PVGNA SPIRITUALI contra septem uitia capitalia: & primo de certamine contra Gulam. Capitulum Primum.



IA nunc milites Christi bellum spirituale ingressuri, induite uos armatura Dei, arripite gladium & scutum, gladium uiriliter, & strenuitatis, scutum patientiae, ut sitis patientes in sustinendo eorum impetus & dolores. Videtur autem incipiendum certamen primo contra gulam, quia quando gula in nobis dominatur, aliorum uitiorum certamina magis occulta uidere non possumus. Item (ut Gregor. dicit) Multi quandoque ardua & magna incipiunt, sed quia gulam non uincunt, ea quae fortiter egerunt, turpiter perdunt. Qui enim nequit in propria terra, id est naturali carne de bellare, quomodo uincet in terra longinqua? Est autem gula, inordinatus, & immoderatus appetitus cibi. Omnia illa quae faciunt animam interius utiliter occupari in uiribus animalibus, & quae eius desiderium internum augent, remedia sunt contra gulam, immo contra omnia uitia carnalia. Hinc est, quod dicit Hieronymus, ad Rusticum. Ama scientiam scripturarum, & uitia carnis non amabis. Hinc est quod dicit Ioannes Climachus etiam in hac materia expertissimus, quod carentia dolorum, & obliuio mortis, est occasio gulae. Breuiter quilibet uacantia, uel uacuitas a desideriis bonis, a meditationibus, sunt origo, uel augmentum principium uitiorum carnalium. Remedia igitur sunt, timor mortis, iudicii, & inferni bene cordi

Remediū gulae.

impellus, si homo interius occupatur circa desiderium regni colorum, desiderium perfectionis, immo quodlibet bonum internum desiderium, ut deuotio, maxime compunctio lachrymarum, oratio, haec enim intus cor hominis occupant. Et secundum Hieronymum desiderium desiderio, affectus affectu expellitur. Sobrietas arcem concupiscibilitatis contra gulam debet custodire. Est enim uirtus, qua corporis alimeta cum moderamine admittuntur. Et debet sobrietas praecipue esse uigil contra gulam, uidet ne excedat in cibi qualitate, sed de quantitate difficile discernitur. Hic tamen in omnibus potest esse continentiae finis, ne quis iuxta mensuram capacitatis suae saturitatis oneretur iugluuic. Primus gradus sobrietatis est, ut patienter sustineas & feras, cum non poteris habere cibum uel potum ad libitum. Secundus est, etiam uelle his quae possunt haberi, amore sobrietatis paupertatis & boni exempli carere. Tertius potest abstinere sine difficultate ab habitis delectabilibus.

De pugna, & naturalis luxuria, & remedijs eius. Cap. II.

IGulam non uiceris, sed ipsa te uiceret, statim aduocat sororem suam, id est luxuriam, cuius aduentus indicia sunt, quae per naturam eius poteris agnoscere. Statim enim in uis concupiscibili accendit amorem & inclinationem, & affectum ad feminas, aut suscitatur motus in carne, & hoc potes uidere per motus carnis, & ritillationes. Aliquando magis in anima, per affectionem, & inclinationem ad actum illicitum, uel ad personam affectu illicito. Et hunc modum affectus, potes considerare per imagines mulierum in te depictas. Contra illud uicium est certamen longum & durum, immo uero uiribus nostris hoc specialiter non possumus perficere. Unde radicale remedium secundum Aug. in pluribus locis libri confessionum de continentia, & alios sanctos est, ut homo cor suum humiliet, & agnoscat propria fragilitate, & recurrat ad misericordiam Dei. Sunt quaedam remedia quae magis luxuriam remouent ab anima, ut contritio spiritus, frequens oratio, continua meditatio mortis, inferni, & similia praemissorum. Horum remedium ratio patet, ex his quae dicta sunt de gula. Item repressio interiorum affectionum, & malarum cogitationum, quod fit maxime per alia deuota, & spiritualia desideria. Item sunt quaedam remedia, quae magis restringunt luxuriam, abstinere a carne, & ieiunium. Maxime autem est tenendum contra hoc uicium aequale moderatumque ieiunium. Item opus manuum instabile cordis peruagationes coercens. Sunt quaedam quae directe iuuant contra uitium, id est luxuriam tantum in carne, quae in anima, sicut est custodia diligens sensuum. Hi. n. sunt fenestrae, per quas hoc uicium intrat. Item fuga societatis mulierum, nec familia-

Virtus sobrietatis, & gradus eius.

miliaritatem habere cum eis, nec solus cum sola (maxime in secreto loco) loqui, nec domos earum secundum Hieronymum frequentare. Primus gradus castitatis est, ut uiriliter cum labore abstineas ab actu carnis, cum proposito sic manedi, & neque semper consensum motibus illicitis. Secundus ut per remedia praedicta, & alia similia, caro tua spiritu tuo subiugetur, ut rarius teneris, & facilius tentatio cedat, imperando magis quam reluctando. Tertius gradus castitatis est, ita dominas habere concupiscentias carnis, ut uix rarissime & tenuissime sentias, & talem te induisse affectum, ut cum nauzea & horrore inde audias uel loquaris.

De phylargiria uel auaritia, & remedio eius. Cap. III.

OST luxuriam sequitur phylargiria uel auaritia, quae passio uexat tepe factos in seruitio Dei. Nam raro impugnat certantes legitime, praesertim si sub alterius degunt cura. Remedium tibi fit, ut sciens aliquam artem, labore manuum uictum & uestitum conquirens, illis sis contentus. Ideo Deo confide, quia non relinquit sperantes in se. Summa remedium, si uis auaritiam ad plenum uincere, relinque omnia quae habes, & alterius curae te committe, cum alijs uiuens in communi. Huic autem uitio in principio obsta, ut non admittas desiderium cuiusque rei. Sicut enim hoc uicium in principio facile uincitur, ita si semel admittitur, potest cunctis difficultius excludi. Primus gradus quo proficis, contra hoc uicium in contemptu mundi est, nihil habere iniusti, & diuitijs non abuti ad peccatum, & eleemosynam facere. Secundus est, nihil habere superfluum, sed necessarium esse contentum. Sed multi necessitatem suam ualde amplificanc, sed non est tutum, ut homo in multis sibi confidat, sed potius alteri. Tertius est, nihil possidere in hoc mundo, sed duntaxat capere usum necessarium, & frequenter pati penuriam, cibo, potu, & uestitu.

De ira & remedijs eius. Cap. IIII.

IRA praedicta uitia arcem concupiscibilitatis oppugnat. Quartum autem uicium quod est ira, debellat uim irascibilem, & est notua bestia sibi nocens, & alios scandalizans, uirus mortiferum animam interficiens, & spiritum sanctum expellens. Cum autem ira uim irascibilem obtinuit, statim introducit ibi suam familiaritatem, quae sunt rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blasphemia. Remedia contra iram sunt ista, primo ostaculo comprimere, & accensam flammam in corde suffocare. Nota autem quod secundum Ambro. in lib. de officijs. Verus praediator eo usque per timorem meditationemque mortis & similia, & maxime deuotam concupitionem (qua secundum Climachum, ait extin-

guit ira & indignatio, sicut ignis aqua) motus ire deberet reprimere & mansu facere, ut motu tracto, in naturam uertatur. Maltum inuadit contra iram, si quotiens quis in ira recesserit, iam sopita commotione seipsum dure redarguat, & comprehendat, & humiliter reum se det toto corde, ab illis ueniam petes quos offendit. Gradus autem quibus contra iram ascenditur, patent ex dictis. Primus est ira resistere cohibendo linguam, mēbra &c. ne excedat foris. Secundus est, cum homo iam per exercitia didicit non turbari ex aduersis, sed est quasi in loco munito, non curans ea quae sibi sunt contraria. Tertius est, gaudere & in tribulationibus gloriari cum adfuerit, & desiderare cum defuerit.

De inuidiae natura, & horu eius, & remedio. Cap. V.

QUINTUM certamen est contra inuidiam, quam beatus Greg. ponit inter uitia capitalia, eo quod ex sui ratione habet, quod alia uitia inde sequantur. Licet Casianus & Isidorus eam inter capitalia non enumerent, eo forsitan, quod ipsa ex uitio capitali suam ducit originem. Ve autem huius uitii naturam per suum effectum in te comprehendas, scire debes, quod inuidia est dolor de bono alterius. Inuidiae enim obiectum, est bonum fratrum in quantum est sibi malum. Hoc autem contingit dupliciter, uel tripliciter. Vno modo in quantum sibi imminet malum, ut si inuidemus quod inimicus noster, uel aliquis qui nobis non placet, sit noster praelatus, timentes ne nos deprimat, & hoc in casu stare sine peccato. Alio modo quando respicimus bonum proximi, non quod sibi inuidemus illud, sed quia dolemus illud nobis abesse, & hoc est interdum bonus zelus. Tali enim inuidia debemus omnes tendere ad humilitatem, charitatem, & obedientiam. Alio modo fit istud, in quantum bonum fratris est diminutum nostrae praecipuae gloriae. Unde inuidia est praecipue circa illa, in quibus gloria consistit. Unde generaliter uanagloriosi & pusillanimes sunt inuidi, quia isti timent minus gloriam suam, illi timent faciliter superari. Haec inuidia ubique uenerit, filias suas secum adducit, quae sunt odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi, & afflictio in prosperis eius. Inuidiam uero dilectio proximi expellit. Ideo de ipsa dilectione proximi aliqua dicamus. Et primo quibus medijs dilectionem inter nos mutuò seruare possumus. Deinde quomodo quilibet se talem exhibere debeat, ut & ipse diligatur ab alijs, & alios ipse diligat. Et ex his sufficientia remedia inuidiae apparebunt. De primo scias, quod perfecta uera & indurpta dilectio solum inter tales inuolabiliter seruatur, qui sunt unius propoliti, unius nolles & uelle, & quodammodo uitis omnibus expurgati, ut in xvi. collatione patrum dicitur, & ista summa dilectio erit in patria,

Vanagloriosi, & pusillanimes quare sint inuidi praeteris.

Quomodo uero dilectio conseruetur.

tria, & fuisset uera in Paradiso si non primus homo cecidisset. Attamen sunt quaedam remedia, quibus dilectio inter nos acquiritur, & seruat, & si non perfecta. Primum est, quod etiam inuidia est summum remedium, ut unusquisq; toto corde omnia quae mundi sunt ex quibus contentio, rixa, uel inuidia oriri potest, cordialiter despiciat & calcet, sine sint diuitia siue honores. Secundum, ne quis sapiens sibi sequatur propria suam uoluntatem nulli acquiescens, & hoc causat maximè discordiam & rancorem. Terriò, ut sciat quae utilia sunt, & necessaria postponenda bono charitatis. Nam si habeam fidem, ita ut motes transferam. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ideo super omnia exercitia in omnibus operibus, praeter omnibus debemus querere fraternam charitatem. Nec est aliquid quod tibi Angeli & Dominus Angelorum in nobis inuenire desiderat, sicut fraternam unionem & mutuam charitatem. Quartum ut unusquisq; summopere iracundiam, & alia quibus fratrem offendit, caueat, & deuitet, & si quoniam contra fratrem excessit, humiliter satisfaciat, si quoniam frater contra eum rancorem sine causa concepisset, quantum in ipso est, studeat pacificare. Haec habentur in collatione patrum. xvj.

De acedia, & remedio eius. Cap. VI.

Extremum certamen est contra acediam. Cuius natura est, ut tepidum boni generet, animi torporem causet, mentem grauet tristitia, ad somnum & dissolutionem inclinet, horrorem loci, & cellae fastidium, fratrum contempnum, & aspernationem gignit, nil operis libet maximè spiritualis. Nam interdum opus manuale arripit, ut possit spiritualia, orationes & similia relinquere. Huius huius sunt malitia, id est uoluntas machinandi malum, desperatio, pusillanimitas, rancor, id est odium inueteratum, torpor circa praeccepta Dei, euagatio mentis circa illicita. Summum remedium contra acediam est, nunquam tædere, sed repugnando acediae obuiare & uincere eam laborando. Attamen homo potest opera sua uariare, ut nunc oret, nunc legat, nunc meditetur &c. ut si unum non sapiat, sapiat saltem aliud, sicut febricitanti habet gustum infectum, apponuntur multa ferula. Item contra tedium cordis, ualet uarietas actionis. Item ualet compunctio. Qui enim luget seipsum, non nouit acediam, ait Clymachus. Ligetur ergo iste tyrannus memoria offensionum & delictorum, & percutiatur opere manuum, & intenta meditatione futurorum bonorum.

De tristitia, & pugna contra tristitiam. Cap. VII.

Nota, quod tristitia mala est duplex. Nam quoniam tristitia dicitur generaliter, ita quod uerbetur circa

ca omnes passiones, nam in omni passione est inuenire tristitiam & delectationem, secundum quod suum obiectum adipiscitur, uel ab ea repellitur. Et hanc tristitiam intantum superabis, in quantum singula uitia extirpaueris, si multum multum, si parum parum, omnino autem si omnino ipsam necas, sed ad hoc quis idoneus? Alia est specialis circa diuinam tedium, & ista potest comprehendi sub acedia. Tristitia origo difficulter est cognoscibilis, eò quod tam multas habeat origines, omnia met uitia & affectiones. Contra haec duo uitia acediam & tristitiam, pugnat charitas Dei, quae nunquam est ociosa contra acediam. Ad quam charitatem triplici gradu peruenitur. Primus sic uti licitis concessis, ut tamen illicita deuites. Secundus est seruentiori desiderio omnia quae Dei sunt, studiosè facere in se, & in alijs promouere. Tertius est tanto affectu aestuare ad Deum, quod quasi sine ipso uiuere non possit. Valet etiam contra tristitiam deuota confabulatio in bona societate, memoria benignitatis & misericordiae Dei. Item deuotus cantus, ut dicit Paulus ad Ephesios.

De uanagloria, & remedij eius. Cap. VIII.

Si omnia praedicta uitia uteris, quod sine maximis laboribus & multis doloribus non fit, si tamè fit, tunc amplius à uana gloria caue re debes. Haec enim occultè uirtutibus se ingerit, ita ut uix à spiritualibus semper ualeat comprehendere. Haec est multiformiter uana, semper & in omnibus uanitatem ingerens in uestitu, in apparatu, in loquela, in taciturnitate. Si ueste pretiosa indutus fueris, adest, si humilis fueris, amplius gloriatur, si loqueris, gaudet undè dixeris, si taces, laudat te uelut humilem. Ipsa semper suggerit, & magnum desiderium ingerit ad illa, in quibus laus & honor consistit, etiam per magna pericula & labores, & maiorem fortitudinè dat suis amatoribus, quae spes beatitudinis ueris praedicatoribus. Haec eadem bestia suggerit gradum clericatus, presbyterij, & diaconatus. Si quis tamen eum uellet cogere, nam per se non uult, ne ipse apperere uideatur. Vide super hoc exemplum libro de institutis cenobiorum Cassiani. Non possunt uarietates huius bestiae explicari, sed ubicumque eam proieceris, semper stat a culeo recto sicut tribulus. Ipsa est sicut allium quoties unum tegmen remoueris, aliud adhuc intus habet, ubi autem ipsa intrauerit, matrè dolosam sequuntur filiae peruersae, quae sunt inobediencia, contentio, iactantia, hypocrisis, pertinacia, discordia, nouorum praesumptio seu inuentio. Quantum uanam gloriam si uincere desideras, caue summum studio, ne quicquam intentione gloriae incipias facere, cogitans illud Saluatoris. Receperit mercedem suam. Et illud. Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, omni Deo spernit eos. Itè illud. Si adhuc hominibus placerem,

placere, Christi seruus non essem. Secundo debere niti illud quod bona intentione incepisti, simili custodia ab iniquatione gloriae custodire. Item quicquid singulare est, & undè laus & gloria posset conquiri, semper uitandum est, belanti contra hanc bestiam. Nam principium prauationis uanae gloriae, secundum Clymachum, est custodia oris, & amor humilis societatis, ignominia consummata, coram multitudine miserabiliter adinueniri. Chyso. Vnicum uanae gloriae remedium, orare Deum, ut ipse te liberet.

De superbia, & remedij eius. Cap. IX.

Vltimo aggredienda est ipsa superbia, uirtutum regina, uirtutum radix, uirtutum omnium deuoratrix, quae tantum est fortitudinis & saueritatis, ut Luciferum eieceret de caelo. Attamen puer David in Domino confidens, per humilitatem, Goliath quantalibet esset statura enormitate erectus, prostrauit. Est autem superbia duplex, una spiritualis pulsans, scilicet uirtuosos de perfectione, alia carnalis, quae minus perfectos pulsat de aliqua excellentia exteriori. Nam prima est in corde suo magna merita sibi depingere, spiritualem gratiam attribueri sibi, quantum Deus cum diligit cogitare, mirari quod non faciat mirabilia, turbari quod Deus non dat sibi nescio quid speciale, & alios uelut carnales despiciere. Et haec est multum periculosa, & plusquam uitia carnalia. Nullum uirtutum est, quod ita omnes uirtutes exhauriat, cunctaque iustitia & sanctitate hominem expoliet, quemadmodum huius superbiae malum. Qui autem huius nequissimi spiritus laqueos uult euadere, debet in singulis in quibus se senserit uirtutibus profecisse, dicere ex sententia. Gratia Dei sum id quod sum, & cogitare Deum esse qui operatur in nobis, & uelle & proficere pro bona uoluntate. Item diligenter considerare, quia bona nostra non sunt à nobis, sed dona Dei, de quibus districte sumus rationem reddituri. Item bona nostra quae multis malis sunt permixta, tepiditate, hypocrisis &c. Item considerare, quae multa sint in nobis mala & uitiosa. Item attendere meliores nobis homines & Angelos, ut ita in comparatione uilescamus nobis. Carnalis autem superbia his indicij demonstratur. Est clamosa dum tacet, amara & indignabunda, & indissoluta in latitia. Risus eius irrationabilis & sine causa, in tristitia sua est se uera, dura reprehendit eum rancore non ex compassione, uerba profert sensum sine aliqua cordis grauitate uel ponderatione, expers patientie, charitatis, aliena audacter iniuriat, sed pusillanimitate inturiam patitur, difficulter alijs obedit, exhortationem recipere spernit, in propria uoluntate permanens, sed uult propria statuere, nunquam alterius diffinitioni acquiescere, non uult consilium ab aliquo recipere magis sibi credens quam sapientibus. Huius remedium primum, est obedi-

ria simplici corde suscepta, & humiliter exhibita. Secundum, ut intimo cordis affectu fratribus nostris humilitatem exhibeamus, in nullo eos ledere acquiescentes. Item semper niti exercere nos in humilibus operibus, uilibus & despectis officijs, puta ministrare in coquina, lauare scutellas, purgare domum, semper uilia officia eligere, humilis habitu, humilibus gestis incedere. Haec si in consuetudinem uenerint, cor ad humilitatem inclinant. Item honorem fugere, magis semper eligere ministrare quam ministrari, superba uocabula & nomen iactantiae etiam à propria familia deuitare. Itè omnia signa & quaeque facta, iactantiam uel uanitatem praetendentia declinare. Humilitas quae contra superbiam pugnat, tres habet gradus. Primus est, ut homo seipsum cognoscat infirmum, inopem boni, uirtuosum, & si quos alios habet defectus, & non eleuet se supra se. Secundus est, cum homo se desiderat ab alijs reputari, qualem seipse noscit in ueritate, scilicet uilem, inopem, superbum &c. Tertius est, quoniam homo in magnis uirtutibus & honoribus non extollitur, & nihil sibi ex hoc blanditur, totum in illum refundens à quo totum accepit, & ei integrum restituens. Talis fuit humilitas Christi, & talis Angelorum & sanctorum in gloria.

SERAPHICI DOCTORIS

SANCTI BONAVENTURAE.

DE SEPTEM GRADIBVS
CONTEMPLATIONIS,
TRACTATUS.



CONTEMPLATIVORVM
aquilinos obtutus acui,
& ipsorum spirituale palatum perfundi dapibus supernae dulcedinis affectans, septem gradus eò gloriosissimos, qui scientia experientiae probatissimos in medium censui

deducendos, refectione quorum odorifera confido, quod tam intellectui splendoris copia, quam affectui deifici dulcoris affluentia, pijsimae matris thearchicae exalabit. Primum igitur dicamus ignem, secundum unctiorem, tertium extasim, quartum speculationem, quintum gustum, sextum quietem, septimum gloriam. Primo enim anima ignitur, ignita iungitur, uncta rapitur, rapta speculatur uel contemplatur, contemplans gustat, gustans quiescit, haec in uia possunt acquiri, non tamen subito sed gradatim. Citius autem haec experitur, qui frequentius spiritualibus se exercet. Septimus in patria confertur abundantius his, qui se in praecedentibus gradibus exercuerunt. Ignis est uehemens diuini calor uel amoris feruor, ex camino superisplendentis Hierusalem

Ignis quod sit.

rufalem flagellatus. Huius ignis calor contem-
platiui siue sancti actiui uiri animam cum se ad
orandum Deū effuderit in cōspectu Dei, subito eā
ualde perlucido splēdore irradians q̄ plurimum
ignit, & arentes motus affectionesq; accendit,
malosq; concremat & exuliat, teporem inflam-
mat, & torporem expergiscere facit, atq; ipsam
totam animam uelut uespertinum quoddam &
pinguissimum holocaustum diuino cōspectui
repraesentat, intuetur tūc & gaudet, Deus adest
& pauet illa. Ille immisum ignem auget ut ma-
gis caleat, illa ortas affectiones colligens nutrit,
ut eō amplius magis reddatur incendium, quō
abundantius subministratur materia accenden-
di. Super hunc gradum pedem fixit, qui potest di-
cere cum propheta. Concaluit cor meum intra
me, & in meditatione mea exardescet ignis. Et
iterum. Inflammatum est cor meū, & renes mei
commutati sunt. Vnctio est uelut quidā roseus
liquor, qui per totam animam se diffundens ip-
sam erudit, corroborat & confortat, disponens
eam suauiter ad ueritatis laculentias suscipien-
das, atq; pariter contemplandas. Hac cœlica un-
ctio per linitus fuerat, qui dicebat. Vixit un-
ctio misericordiae suae. De qua rursus dicit
David. Sicut ros Hermon qui descendit in mon-
tem Syon, Hermon interpretatur lumen exalta-
rum. Habet autem signare infinitissimam Iesu
bonitatem. Ipse etenim de se dicit. Ego sum lux
mundi. Quae quidem lux de terra in crucem, de
cruce uero fuit super pulchritudinem cœlorum
omnium exaltata, ita ut licet semper potuerit,
nunc autem conuenientius propter suā huma-
nitatis super pulchritudinem claritatem adiectam,
dici queat super splēdens candor, & supercandēs
splendor illius aeternae & foelicissimae regionis.
Ros igitur montis huius descendit in montem
Sion, id est contemplatiui uiri mentem, ipsius p-
cordia tam irrigando fecundans, q̄ fecundan-
do irrigans, & calorem scilicet primi gradus le-
niter tēperans, ne plus ardeat q̄ oportet. Quod
enim purificat ignis concremando, hoc unctio
mulcet suam pinguedinem perfundendo, ut ca-
pificillior sit diuinorum & pulchritudinū radio-
rum, ab aeternaliter oriente aurora dirisimē e-
manantium, quibus quidē salubriter perlustra-
ta, ita (secundum Apostolum) docetur de omni-
bus, ut nequaquā quicquid ibidem locus ignorantiae
tenebris pareat, ubi fulgeat copia tam gloriosi
luminis. Extasis, est deserto exteriore homine,
suuissius supra se uoluptuosa quaedam eleuatio,
ad superintellectualem diuini amoris fontē, me-
diantibus sursum actiuis uirtutibus pro uiribus
se extendens. Virtutes sursum actiuae uoco hu-
militatem & puritatem. Humilitate etenim fit
exterioris hominis desertio, puritate uero in-
terioris hominis sursum actio, quem quidem ad
fontalem producentem radiū, ibidem haurit san-
ctas thearchici amoris & insolitas inlucationes.
Quarum gratia posteriorum oblitus, ad ante-

riora empyrij & superlucidissimi tabernaculi
se extendit. Est enim extasim faciens amor diu-
nus, non dimittēs sui ipsorum amatores esse, sed
amandorum, ut testatur secretorum Dei con-
fiscus Dionysius. Igitur si in uera & nō ficta Dei
charitate sumus & amore, i sancta extasi sumus,
interiorem hominem ad anteriora extendente,
exterioris uero sicut posterioris oblitisci facie-
te. Speculatio est beatorum & supercœlestium,
& soli Deo seibitum diuitiarum, intellectualls
& affectualis pia inuestigatio. Contemplantur
autem hi duo, scilicet intellectus & affectus, sed
intellectus longē dissimiliter ab affectu. Cum n.
animus contemplatiuus sensibus spiritualibus
suspensis, synderesim in specula aeterna extendit,
apex intelligentiae & principalis affectio pariter
feruntur mutuo in diuina se promouentes, &
aequaliter ascendentes, illa speculando, haec uero
desiderando. Praecurrente autē intelligentia nec
ingredi queunt, ut potē per speculum uidēs, fo-
ris remanet. Affectio uero quae nescia est speculi,
intrans unitur, secundū illud. Qui adheret Deo,
unus spiritus est. Ingressoq; intellectu qui ante
conatu suo ingredi nō poterat, a superessentiali
& superintellectuali deifica bonitate huius
excipitur affectio ipsa. Susceptamq; superferui-
de ipsam desiderantem, & se sursum pro uiribus
impingentem, ipsam in se profundius trahens, tā
intelligentiae superclarorum radiorum pulchri-
cans claritatem fontani splendoris, q̄ affectioni
thearchici & superimmediati saporis suauiter san-
ctum desiderium nutriens, suauitatem superlu-
cidissimam elargitur. Postea illis sic gustatibus,
illam magis desiderantibus, magis se ipsam diu-
na bonitas immittit, & abundantius superfulget,
qm̄ multum diligunt illam summam ueritatem,
hoc summum bonum. Foelix nimis qui huius
gradus collem attingit, hic planē Angelificatus
in praesenti, futuram iam inchoauit uitam. Ex
quibus fuerat, qui dicebat. Nos autem reuelata
facie gloriam Dei speculantes, in eandem trans-
formamur imaginem a claritate in claritatem,
tanq̄ a Domini spiritu. Vbi potissimē diuinus il-
le Apostolus utilitatem expresit contemplatio-
nis. Quid enim est reuelata facie gloriam Do-
mini speculari, nisi remota omni impuritate fa-
ciem nostrā intelligentiae uelante, gloriam Dei,
id est, tam superignotam & simplicissimam & su-
persplendentem aeternitatis claritatem, q̄ super-
ineffabilem & humanis mentibus non capifici-
lem omnino supercœlestium substantiarum su-
pertranquillissimam pacem, piē, purē, deuorēq;
rimari? Quid uero est taliter speculantes in ean-
dem imaginem transformari, nisi quia causa su-
peractiuae suauitatis sunt haec eadem, quae imagi-
nati sumus, ut nos a nobis abstractos & in se ipsa
absorptos, ita torrente uoluptatis nos potant, ut
necesse sit de terrenis in caelestes, de carnalibus
in spirituales, de hominibus in quodammodo
Angelos transformari? Sic ergo intelligo uerbū,
in

Psal. 38.

Idem. 72.

Vnctio
quid.

Psal. 132.

Ioan. 8.

1. Ioan. 2.

Extasis
quid.

Specula-
tio quid

Coch.

Quies.

2. Cor. 1.

Gloria.

in eandem imaginem transformari, id est in eadē
imaginata. Bene autē dī a claritate in claritatem,
tanq̄ a Dñi spū, quia ab ipso Dñi spū manuducti,
superfantissimis diuinis splendoribus adimple-
mur, & per hoc de cognitione in cognitionem
proficimus, sicut per prophetam dicitur. In lu-
mine tuo uidebimus lumen. Haec contemplatio
uel inuestigatio quasi nihil habet periculi uel la-
boris, in animo puro & uacante, habet utilitatē
inestimabilem, etiam si nihil inuestiget. Gustus
autem est superinestimabilis diuinæ dulcedinis
persuauis quaedam & iolita praelibatio, excella-
rio sancti spiritus in sanctorum contemplatio-
rum animas distillata. Praelibatio dico, qm̄ per
modicum ualde est, quod nobis ex ista tam sup-
magna multitudine diuinæ dulcedinis distribuitur,
quod prouisiuē & superineffabili thearchica bo-
nitate fieri, non est dubiū. Dñ. n. stillatim eternis
& super suauibus illis inlucationibus recreamur,
frequentius nos ipsos orationibus extendimus,
atq; ad cumulos omnimodae plenitudinis anhe-
lamus. Quāuis autē utrunq; faciunt, tamen plus
alliciunt q̄ reficiunt diuinæ illae praelibationes, ef-
ficiunt enim esuriam, non saturitatem pariunt.
Beneficio huius gradus cognitio experientiae
tribuitur, per quam supercœlestium substantia-
rum cognitioni conformamur. Quicquid enim
diuinæ mentes nouerunt, hoc illius experientia
probauerunt. Quia sicut sol terris, sic ipsa sim-
plici cognitioni praelata est. Gloriosi & foelices il-
li, qui super uerticem huius gradus eleuati sunt.
Eruant planē hi abundantiam suauitatum a-
ternarum nuptiarum, uacant & uident q̄ suauis
est Dominus. Quies est totius animae, mira que-
dam & suauis tranquillitas, per infusam nobis ex
frequentia orationis dulcedinem concreata. So-
lis ualde spiritualibus experientia huius quie-
tis conceditur, quibus & datur etiam ipsas su-
cœlestes substantias contemplando transcende-
re. Suuignota enim bonitas, ipsis familiaris, seip-
sam eis immittit, & ipsi tota uirtute, dilatato si-
nu sancti desiderij, potenter suscipiūt beatas im-
missiones, animalibus & praesumptuosos omni-
no incognitas. Sic igitur puris sanctorum contē-
platorum animabus, tam insueto nutrimento
ditissimē adimpletis splendet ipsorum ratio,
dulcescit concupiscentia, hylarescit irascibilis,
ex dilectione quorum deificam illam quietē nō
ambigimus emanare. Hic gradus gloriosior &
preciosior est, quo ultimo modo gradui, qui so-
lum patriae est, appropinquat. De septimo tutius
tacendum censui, q̄ loquendum, quoniam nulli
uicatorum ascensus siue uisio huius gradus pate-
re potuit, nisi illi caelesti Paulo, qui se raptum us-
que ad huiusmodi per sacram scripturam asse-
rit. Foelix certē superdulcissimae & gloriosissimae
uirginis Mariae anima, cui hoc datum est in uia,
quod nulli sanctorum aliquando possederūt, por-
tauit ergo illam gloriam a qua portantur cate-
ri, ascendit illa gradum hunc, per fidei cognitio-

nem, descendit ille ad eam, per carnis assumptio-
nem. Quid hunc gradum, hanc gloriam cœleam
dicis? Nihil aliud q̄ ipsum quem peperit, quem
lacte uirgineo educavit, manibus eburneis con-
tractauit, dulcissimo gremio fouis, pudicissimo
uultu blandiebatur, castissimo amplexu comple-
xa est, Dñm nostrum Iesum Christum, qui est be-
nedictus in secula seculorum. Amen.

SERAPHICI DOCTORIS

S. BONAVENTURAE.

DE QUINQUE FESTIUITATIBVS
PVERI IESU SPIRITVA-
LITER DECLARATIS.



VM secundum uitorum
uenerabiliū (quos in Ec-
clesia Dei diuina irradi-
tio amplius illustrauit, &
cœlestis deuotio abūdā-
tius inflammauit) senten-
tiam & doctrinam, dul-
cis Iesu meditatio, uerbi
incarnati diuina contē-
platio, deuotam animā super mel & omnia un-
guentorum fragrantia odoramenta, suauis &
dulcius inebriat, perfectius consolatur & cōfor-
tat, hinc est, q̄ cum me a cogitationum inciden-
tium tumultu paululum subtraxissem, & intra
memetipsum cogitarem tacitus, quid de diuina
incarnatione in hoc tempore in mente pertra-
ctarem, undē aliquam consolationem spiritua-
lem reciperem, in qua diuinam dulcedinem in
haec lachrymarum ualle per speculum degusta-
rem, ut ea aliquantulum degustata, temporalem
& phantasticam consolationem perfectius fasti-
direm, incidit menti meae secretius, q̄ anima de-
uota benedictum Dei patris uerbum, & filium
unigenitum mediante gratia, spiritualiter pos-
set uirtute altissimi concipere, parere, nomina-
re, cum beatis Magis querere & adorare, & de-
mum Deo patri secundum legem Mosi in tem-
plo foeliciter praesentare, & sic tanq̄ uera Chri-
stianae religionis discipula, quinq; festa quae de
puero Iesu agit Ecclesia, mente deuota cum om-
ni reuerentia ualet celebrare. Igitur sicut humi-
liter concepti, uerbis humilibus conscripsi, con-
cordantias auctoritatum breuitatis causa pra-
termisi. In quo tractatu breui & humili, si uel
modicum deuotionis meditando dulcissimum
Iesum, quis legendo concipiat ipsum, tanquam
omnium bonorum principium fontem & au-
ctore laudet, glorificet, & benedicat, si ni-
hil uel minus sufficienter & dignē scri-
benti, uel fortē sibi minus deuo-
tē & humiliter legenti im-
putet & ascribat.

Prima



DE QVINGVE FESTIVITATIBVS

Prima solemnitas de conceptione pueri IESV
spirituali, in anima.

Primo igitur purgato intellectu contritionis lacero, & inflammato & elevato affectu dilectionis igniculo castis meditationibus & deuotis cogitationibus, pertractandum est, qualiter iste benedictus Dei filius Christus IESVS sit a deuota mente spiritualiter concipiendus. Cum anima deuota, uel spe celestis premij, uel timore aeterni supplicij, uel tadio in hac lachrymarum ualle diutius commorandi, mota ac stimulata nouis inspirationibus uisitat, sanctis affectionibus inflammatur, meditationibus celestibus anxietur, & tandem abiectis & despectis ueteribus affectibus, & pristinis desiderijs, nouo uiuendi proposito a patre luminum, a quo omne donum optimum, & datum perfectum, spiritualiter spiritu gratia fecundatur, quid aliud agitur, q̄ q̄ superueniente uirtute altissimi, & obumbratione celestis refrigerij carnales concupiscentias mitigat, mentales oculos ad uidentem confortat & adiuuat, pater celestis diuino quodam semine animam grauidam facit & fecundat. Post hunc conceptum sacratissimum, paller in facie per ueram humilitatem in conuersatione, fastidium cibi & potus concipit, in mente plenario mundialium cōtempto & abiectio- ne desideria uariantur, in affectione ex diuersorum bonorum proposita intentione aliqui etiam infirmari, & agrotare incipit anima in propria uoluntatis abiectio- ne. Iam enim incedit tristis & turbulenta propter ueterem dilectorum perpetracionem, pro temporis omissione, pro hominum adhuc in mundo mundialiter uiuentium societate & conuersatione. Iam paulatim graue & tædiosum incipit esse, omne quod foris est, & foris cernitur, quod intus percipitur & auditur. O felix conceptus quem talis sequitur mundi contemptus, & celestium operationum appetitus. Iam quis adhuc modico gustato spiritu, desipit caro cum gemitu. Iam anima cum Maria montana ascendere incipit, post talemq; conceptum fastidiuntur terrena, desiderantur celestia & eterna. Iam fugere incipit societatem illorum, qui terrena sapiunt, & appetit familiaritatem eorum, qui celestia concupiscunt. Iam incipit anima cum Maria ministrare Elisabeth, hoc est illis, quos diuina gratia amplius per dilectionem inflammat. Et hoc ualde notabile multisq; necessarium est, quando magis se a mundo abstrahunt, tanto familiarius se bonis amabiles & familiares reddunt, ut tanto amplius ipsis malorum confortium desipiat, quanto dulcius bonorum & spūalium honesta conuersatio, eorum affectum afficit & inflammat. Quia secundum beatum Gregor. qui sancto uiro adheret, accidit ut ex eius assidua uisionis, usu locutionis, exemplo conuersationis, accendatur in amore ueritatis, peccatorum tenebras fugiat, & amore diuinae lucis inarde-

scat. Unde Isid. Bonorum societatem require. Accidit enim ut si fueris socius conuersationis, eris & socius uirtutum. Hæc cogitet fidelis aīa, q̄ casta, q̄ sancta, q̄ deuota, fuerint illarum sanctorum colloquia, q̄ diuina salutaris consilia, q̄ miranda sanctitatis mutua societatis opera, dum unaquaq; aliam uerbo & exemplo prouocabat ad meliora. Sic tu o deuota anima facias, si te de spiritu sancto concepit noua celestis uita desideria sentias, fuge malorum consortia, ascende cum Maria, quare uirorum spiritualium consilia, imitari stude perfectorum uestigia, contemplare bonorum uerba, opera pariter & exempla, fuge peruersorum uenosa consilia, quae semper uertere quærunt, impedire appetunt, lacera- re non desistunt, noua sancti spiritus inspirata desideria, & sapē sub specie boni & pietatis, uirus infundunt inopia tepiditatis, dicentes. Nihil magnum est quod incipis, nimis arduum quod proponis, intolerabile quod facis, uires tibi non suppetant, uirtutes naturales deficiunt, caput confunditur, oculi destruantur, infirmitates diuersimoda nutriuntur, ptisis, paralytici, calculus & uertigo capitis, oculorum caligo, sensuum hebetudo, rationis obumbratio, & uirium destructio: his omnibus subiacebis, nisi ab inceptis abstineas, & commodo corporali amplius intendas, statum tuum non decent talia, per hæc diminuitur honor tuus & reuerentia. Vides, q̄ iam factus est magister disciplinae & medicus corporis, qui nec mores proprios componere nouit, nec curare propriam infirmitatem mentis? Heu heu quot & quantos maledicta mundialium consilia supplantauerunt, & cōceptum in eis per spiritum sanctum Dei filium extinxerunt. Hæc est illa portio misera & mortifera, persuasio Diabolica, q̄ in multis spūalem conceptam impedit, in plerisque conceptum iam per propositum formatum, uel per uotum iam perfectum, interficit & extinguit. Sed sunt & alij, qui uidentur (& forte sunt) boni & religiosi, sed tñ (salua eorum reuerentia) nimis timidi, non attendentes nondum abbreviatam manum Dñi, ut saluare nequeat, nec considerantes nondum diminutam pietatem altissimi, quin iuuare ualeat, habentes uolum Dei, sed non secundum sciam, dum ex compassione corporalis afflictionis, uel forte ex timore naturalis defectionis, dum alios uident uiriliter agere, q̄ ipsi iam dudum bonum & sanctum iudicabant, & tñ non audebant inchoare, retrahunt hoies ab operibus perfectionis. Dissuadent ea quae excidunt statum uitae communis, destruant sancta consilia diuinae inspirationis, quorum consilia ratione uitae quanto magis sunt autentica, tanto magis inueniuntur periculosa. Alij dicunt & multum callide, ex antiqui hostis aduentione obijciunt: Si talia uel talia feceris, sanctus & bonus, religiosus & deuotus iudicaberis. Et cum in te nondum sit, quod esse in aliis putaris, in conspectu summi iudicis tua magna, grauias, & hortenda pec-

Nota contra dilu- dentes peccata peccati.

PRIMA PVERI IESU

312

Secunda solemnitas de natiuitate pueri IESV, spirituali in anima.

da peccata cognoscentis, reus eris, & amittis meritum operis, & simulator & hypocrita reputaberis. Talia & similia exercitia dicunt debere esse illorum, qui nihil mali fecerunt, qui sancte & innocenter uixerunt, qui omnia propter Deum dimiserunt, qui toto tempore uitae suae Deo perfecte adhererunt. Sed & hos Deo deuota & dilecta anima deuota, montem ascende cum Maria. Paulus non sine peccatis uixerat, non diu Deo feruierat, qm̄ in tertium caelum rapiebarur, & Dñm facie ad faciem contemplantur. Maria Magdalena tota superba, tota ambiciosa, tota mundanis uanitatibus inteta, carnis cupiditatibus dedita, non longē post ad pedes Iesu, inter Apostolos sanctos sedit, & cum intentione deuotam doctrinam perfectionis audiuit. Prima omnium iam modico tempore uidere Deum meruit, alijq; uerba ueritatis constanter proposuit. Non enim est personarum Deus acceptor, non pensat nobilitatem generis, non diuinitatem temporis, non multitudinem operis, sed feruorem ampliorem, & charitatem maiorem deuota mentis. Non enim pensat qualis aliqui fuisti, sed qualis esse a modo coepisti. Unde taliter consulentium consilia essent multum reprehensibilia, si non excusarentur simplicitate, licet non approbanda. Tu ergo, o anima diuino semine grauida, fuge iudicia consilia, si non habes oculos linceos, noli abijcere humanos, melius est partem habere q̄ toto carere, malum est perdere propter perdidisse, & stultum est nolle proficere propter defecisse, si non potes saluari per innocentiam, studeas saluari per poenitentiam, si non potes esse Catharina uel Cecilia, non contemnas esse Maria Magdalena, uel Egyptiaca. Si perdidisti iuuentutem, noli amittere senectutem, si uixisti in maris fluctibus, moriaris in littoris sinibus. Igitur si te sentis sancto proposito Dei dulcissimum filium IESVM cōcepisse, praedicta uenena mortifera fuge, & festina, desideria, & affecta, more parturientis feliciter ad partum peruenire. Sed notandum est, q̄ beata uirgo non statim post conceptionem peperit filium, sed decursis nouem mēsis genuit Christum, quod non uacat mysterio, quia non est omni spiritui credendum. Sed o anima deuota qm̄ nouis illustrationibus uel reuelationibus illustraris, uel illuminaris insolitis inspiratibus, magna perfectionis propositis intrinsecus inflammaris, non statim de tuo consilio ad opus propera, sed bene te cum & cum bonis, & potissimē cum illis qui in talibus sunt experti delibera, utrum quae inspirata sunt liceant, deceant, & expediāt, utrum dictis prophetarum sint consona, utrum doctrinis Apostolorum & sanctorum doctorum aequaliter sint contraria, & etiam utrum exemplis sanctorum sint similia uel dissimilia, & ad opus festina, uel statim absoluas te ab his in tua cōscia, quia periculosum est, tales inspirationes diuinae & frequēter in mente cōcipere, & tñ ad affectum boni operis modicum, uel nihil properare.

Secundo igitur attende, & considera, qualiter benedictus Dei filius spiritualiter nascatur in mente. Nascitur enim cum post sanum consilium, post discussum sufficienter negotium, post inuocatum diuinum patrocinium, sanctum propositum perducitur ad effectum, cum iam anima incipit agere, opere perficere, quod diu pertractauit in mente, cum iam incipit uiriliter agere, quod iam dudum proponebat perficere, sed tñ semper formidabat inchoare, quia timebat deficere. In ista beatissima natiuitate Angeli iubilant, Deum glorificant, & pacem praedicant. Quia dum quod diu mente conceptum est, ad effectum boni operis perducitur, pax interior reformatur. Non enim in regno animae pax diuina bene geritur, qm̄ caro spiritui & spiritus carni reluctatur, qm̄ spiritus solitudinem, & caro affectat multitudinem, quando spiritum Christum, & carnem mundum, qm̄ spiritus quærit quietem contemplationis cum Deo, & caro appetit honorem praedicationis in seculo. Ecce contra postq̄ caro spiritui subiungatur, postq̄ bonum opus quod diu per carnem est impeditum, perducitur ad effectum, pax & exultatio interior reformatur. In ista natiuitate non auditur clamor lamentabilis, non sentitur dolor lachrymabilis, non percipitur cruciatus miserabilis, sed admiratio de integritate, exultatio de nouitate Dei, glorificatio de strenuitate. O q̄ beata natiuitas quam tanta sequitur Angelorum & hominum iucunditas. O igitur q̄ dulce & delectabile esset, naturam operari, si in sania nos pmitteret, qua sanata statim naturalibus gratia arriueret, iam experitur, q̄ uerum est illud Euangelicum dictum. Tollite iugum meum super uos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Sed notandum est hic, o anima deuota si te hæc iucunda delectet natiuitas, debes esse primò Maria, nam Maria interpretatur amarum mare, illuminatrix & domina. Esto ergo amarum mare per lachrymosam contritionem, ut pro peccatis commissis amarissime doleas, ut de bonis omisissis, profundissime ingemiscas, de diebus neglectis & perditis incessanter te affligas. Esto secundò illuminatrix, p̄ honestam conuersationem, per uirtuosam operationem, & studiosam aliorum in bono informationem. Esto tertio domina sensuum carnalium concupiscentiarum, oium operationum tuarum, & oēs actiones secundum rectum dictamen rationis facias, & in oibus tua salutem & proximi edificationem, diuinam laudem & gloriam appetas & requiras. Hæc est illa felix Maria, quae pro peccatis perpetratis dolet & ingemiscit, quae uirtutibus fulget & clarescit, q̄ carnalibus delectationibus dñatur. Ab ista Maria Iesus Christus cum gaudio sine dolore, absq; labore

Math. 11



labor spūaliter nasci non designatur. Post hāc
 foelicem natiuitatem cognoscit, & gustat, q̄ sua-
 uis est Dñs Iesus. Reuera suauis est, q̄ nutritur
 sanctis meditationibus, q̄ balneatur deuotis &
 calidis lachrymarū fontibus, q̄ inuoluitur ca-
 stis desideriorum uelaminibus, portatur sancta
 dilectionis amplexibus, osculatur crebris deuo-
 tionis affectibus, & confouetur in interioris mē-
 tis sinibus. Non enim ad hoc nascitur ut abijcia-
 tur, sed ut cum summa diligentia, more regaliū
 infantum, custodiatur. Hic nota fidelis aīa, q̄
 in te contingunt illa signa spūaliter, quae in Chri-
 sti natiuitate contigerūt uisibiliter. Multis n. si-
 gnis & prodigijs secundum doctorum sūam &
 doctrinam, est illa benedicta natiuitas compro-
 bata. Nam in ciuitate Romana muti templi pa-
 cis funditus corruerunt. Sodomitae in toto orbe
 morte subitanea interierunt. Vineae Engaddi il-
 la nocte floruerunt, & fructum balsami protu-
 lerunt. Fons aquae mutatus est in fontem olei, &
 fluxit usq; in Tyberim, & manauit tota nocte il-
 la. Stella magna apparuit, quae formam pul-
 chri pueri habuit, & in capite crux splende-
 bat. Tres soles apparuerunt in oriente, & pau-
 latim in unum corpus solate sunt redacti. In die
 media circulus aureus apparuit circa solem, &
 in medio circuli uirgo pulcherrima, puerum ge-
 stans in gremio. Et quid plura? Istam natiuitatē
 beatissimam Angeli mirabiliter praedicabant,
 pastores nuntabant, animalia bruta cognosce-
 bant. Ecce iam uidisti, qualibus signis & prodi-
 gijs est uisibiliter monstrata natiuitas Saluato-
 ris. Sed iam aduerte diligenter fidelis aīa, quae cu-
 pis esse Iesu mater ex gratia, utrum in te spūali-
 ter innouata sint haec signa, immutata mirabilia,
 ut sic possit aliquantulum certificari de hac natiui-
 tate salutifera. Aduerte diligenter, considera fre-
 quenter, an aliquod in te corruit templum, hoc
 est, appetitus uanae ambitionis & superbiae, utrū
 ceciderit idolum, id est affectus fallae possessio-
 nis & auaritia. Vtrum ne adhuc incurrit sodo-
 mita, scilicet carnalis delectationis & concupi-
 scentia. Haec sunt quasi prima signa istius natiui-
 tatis salutifera, q̄ iam anima se sentit euacua-
 tam ab ambitione per uirtutē humilitatis, alie-
 natam ab auaritia per desiderium paupertatis,
 purgatam a macula luxuria per amorem ca-
 stitatis. Post haec considera cum magna diligen-
 tia, utrum adhuc floreat aliquid uinea balsami,
 id est multitudo sanctarum affectionum, utrum
 fluat fons olei, id est de tuo corde exeant opera
 misericordiae, utrum illi tres soles, i. tres theolo-
 gice uirtutes orientur in oriente, i. in deuota mē-
 te, & uniantur inter se mutua fœderatione. Vide
 etiā si stella nouae claritatis, i. diuinae cogniti-
 onis adhuc aliquid fulgeat. Si circulus aureus iux-
 ta solē, i. sancta affectio iuxta cognitionem appa-
 reat. Si uirgo cum puero iuxta sedeat, i. si oratio
 pura cum deuotione sincera in affectione pma-
 neat. Post hoc omnia si adorant aīa, i. pfecta

Multa si-
 gua in na-
 uitate
 Christi
 uia sunt.

obediat sensitiua. Si querūt reges, i. desiderijs &
 affectionibus nouis ad Iesum mouentur uirtu-
 tes intellectuales. Si Angeli, i. oēs habitus uirtuosi
 per mētis hylaritatē iubilent, pp mētis tranquil-
 litatē pacem nuncient, pp cordis serenitatē ip-
 sum praedicent. Et postremo subtiliter considera,
 si pastores, i. sanctae meditationes paruulum na-
 tum Iesum tibi datam, in praesepio inueniant.
 Praesepio est contra inferius clausa per contem-
 ptum mundanorum, superius aperta p desiderijs
 aeternorum. Hic est locus requietionis pauperis
 regis, illie post natiuitatem a matre reponitur,
 ibi a pastoribus inuenitur. O foelix praesepio, quae
 continet Regem gloriae in te inuenio ut iumen-
 tum, & refectorium Angelorum, de te pascitur
 bruta aīa, & reficitur aīa deuota, te licet im-
 propriē tamen foelicem praedico, sed multo
 foeliciorē dico deuotam conscientiam, quae non
 est id, quod tu per essentia, sed tñ continet spūa-
 liter, quod tu continebas corporaliter.

*Tertia solemnitas de impositione nominis pueri
 IESU spirituali.*

Tertio considerandum, qualiter ille beatissi-
 mus infantulus, spūaliter natus, sit nominā-
 dus. Et puto, q̄ non potē notari congruētius
 q̄ Iesus, quia scriptum est. Vocatum est nomen
 eius IESVS, quod uocatum est ab Angelo, priusq̄
 conciperetur in utero. Hoc est nomen sacra-
 tum a prophetis prophetarum, hoc est nomen
 uirtuosum, gratiosum, gaudiosum, delitiosum,
 gloriosum. Virtuosum, quia superat hostes, con-
 gregat ciues, reparat uires, reuocat mentes. Gra-
 tiosum, quia in ipso habemus fidei fundamentū,
 spei firmamentum, charitatis augmentum, iusti-
 tiae complementum. Gaudiosum, quia iubilus in
 corde, melos in aure, mel in ore, splendor in mē-
 te. Nomen utiq; delitiosum, quod pascit cogita-
 tum, lenit prolatum, ungit inuocatum, reficit scri-
 ptum, instruit lectum. Nomen reuera gloriosum,
 quod dedit cecis uisum, surdis auditum, sermo-
 nem mutis, uitā mortuis, & gressum claudis. O
 nomen benedictum, quod ostendit tñ uirtutum
 effectū. O aīa, siue scribas, siue legas, siue doceas,
 siue aliud quodcunq; opus facias, nihil tibi sa-
 piat, nihil tibi placeat, nisi Iesus. Nomē igit̄ tuū,
 infantulū in te spūaliter genitū Iesus. Habeat sibi
 q̄ notat̄ Dei filius, splendor gloriae, imago sub-
 stantiae, uerbu patris, uirtus omnipotentis, haeres uni-
 uersorum, rex regū, Dñs Dñorū. Habeat sibi q̄
 dī Christus, i. unctus & benē, quia in prophetā,
 ut claruit in doctrinae eruditione, i. pugilē, sicut
 patuit̄ Diaboli debellatione, in sacerdotē, sicut
 ostēdit in p̄is recōciliatione, in regē, sicut mō-
 strabit in p̄miorū retributione. Habeat haec oīa,
 sibi cū suis beatis cōia. Sit tñ tibi Iesus, i. salua-
 tor in huius uita in colatu & miseria. Saluet (in-
 quam) te a mūdi uanitate, quae te impugnat a
 dēmonis falsitate, quae te infestat, a carnali fra-
 gilitate,

Luc. 2.

gilitate, quae te cruciat. Clama deuota inter tot
 huius uitae flagella. O Iesu saluator mundi salua-
 nos, qui per crucem & sanguinem redemisti nos,
 salua (inquam) dulcissime saluator, confortan-
 do debilem, consolando flebilem, adiuuādo fra-
 gilem, consolidando instabilem. Sed heu unū est,
 quod cum fieri referam, quod non uacat myste-
 rio, q̄ non statim ut nascitur, circūciditur, & no-
 minatur: sed secundum leges dies octaua expe-
 ctatur. Puto q̄ per septenarium, qui in octonatio
 includitur, uirtutes diuinarum & moralium
 virtutum, cum unitate & uinculo pacis figuratur.
 Quia postquam omnia per fortitudinem aduer-
 sa tolerauit, per iustitiam miseris & egentibus su-
 stentauit, per temperantiam concupiscentias su-
 perauit, per prudentiam mundi & antiqui hostis
 insidias declinauit. Adhuc postquam per fidem
 Deum omnium creatorem intellexit, per spem
 in eum tanquam remuneratorē in omnibus ope-
 ribus suis asperxit, per charitatem eum tanquam
 omnium bonorum largitore toto corde dile-
 xit. Et demum die octauo circumcisus ab anima
 omnibus pharaisiis imaginationibus, omnibus
 uanis & inuicibus cogitationibus, pacatis om-
 nibus anima moribus, & inordinatis affectioni-
 bus, per exercitium contemplationis in domino
 dulciter requiescit. Tunc puer nominatur, tunc
 dulce nomen Iesus imponitur, tūc eius dulcedo
 sentitur & gustatur, tunc experitur uirtutem, tūc
 percipit iucunditatem. O quam sapius sensisse
 dulcedinem, post illam beatam nominis imposi-
 tionem, illa felix mater naturalis, & uera mater
 spiritualis, uirgo Maria: quando percipit in hoc
 nomine daemōnia eiici, caecos illuminari, infir-
 mos curari, mortuos suscitari, miracula cumu-
 lari. Sic certe tu, o anima mater spiritualis meri-
 to debes gaudere & exultare, quando tu perci-
 pis in te & in alijs, q̄ tuus benedictus filius Iesus
 daemones fugat, in peccati dimissione: caecos il-
 luminat, in uerae cognitionis infusione: mortuos
 suscitāt, in gratiae collatione: infirmos curat, clau-
 dos sanat, paralyticos & contractos rectificat, in
 spirituali confortatione: ut iam efficiantur for-
 tes & uiriles per gratiam, qui prius erant debiles
 & infirmi per culpam. O q̄ felix & beatum nomē,
 quod tantam meruit habere uirtutem & effica-
 ciam. Aliquando latificat, aliquando usq; men-
 tis ebrietatem infundit, & suam dulcedinē com-
 municat.

*Quarta solemnitas de Magorum adoratione,
 spirituali.*

Quarta solemnitas, quae consistit in Mago-
 rum adoratione. Postquam etiam anima
 istum dulcissimum puerum, per gratiam
 spiritualiter concepit, peperit, & nominauit, tres
 reges, i. tres anima vires, quae bene reges dicun-
 tur, quae iam carni principantur, sensibus domi-

nantur, in solis diuinis studijs (sicut decet) uera
 reges occupantur, pueram iam per effectus mul-
 tiplices eius reuelatum in ciuitate regia, hoc est i
 totius mundi machina, aestimant esse quarendū.
 Querunt igitur meditationibus, requirunt affe-
 ctionibus, interrogant deuotis cogitationibus,
 ubi est qui natus est? Vidimus stellam eius in o-
 riente, uidimus claritatem eius fulgentem in deu-
 uota mente, uidimus splendorem eius radian-
 tem in intemis anima: audiimus eius uocem
 quae est dulcissima, gustauimus eius dulcedinem
 quae est suauissima, percipimus eius odore su-
 auissimum, experiti sumus eius amplexum deli-
 tiosissimum. Tam Herodes, redde respōsum, o-
 stende dilectum, monstra in aptolū desiderā-
 tum. Propter tuam gloriam uidentem non ueni-
 mus, propter tuam gratiam obtinendam nō pro-
 perauimus, propter tuam maiestatem adorandā
 non festinauimus. Tua enim gratia ipsius
 est factura, tua maiestas ipsius creatura, tua iu-
 cunditas sua est potētia, tua opulētia ipsius um-
 bra, tua nobilitas, tua magnificentia est suae in-
 finite bonitatis & nobilitatis modica scintilla.
 In te inuenimus quō ipsum cognoscimus, ama-
 mus, & desideramus, non in quo requiescere de-
 beamus. Tuus honor & decus est sui decoris na-
 tus. Dic igitur ne protrahas ubi est qui natus est.
 Vbi est ergo longitudo breuis, magnitudo le-
 uis, altitudo subdita, latitudo angusta? Vbi lux
 lucens, aqua sitiens, panis esuriens? Dic nobis,
 ubi potentia regitur, sapientia instruitur, uirtus
 sustentatur, uerbum patris laetatur? Dic nobis,
 ubi aeternus Dei filius infans inuenitur? Vbi splē-
 dor paternae gloriae pannis inuolutus cernitur?
 Vbi audiemus in cunabulis uagientem, qui est
 miserorum consolatio? Vbi uidebimus inter bra-
 chia infantulum baiulatum, qui est Angelorum
 & hominum, caelorum & creaturarum omnium
 conseruator & solidatio? Hunc desideramus,
 hunc querimus, O dulcissime, o amantissime
 puer aeternae, infans antiquae, quando te uidebi-
 mus, quando te inueniemus, quando ante faciē
 tuam apparebimus? Tēdet gaudere sine te, dele-
 ctat gaudere tecum, & flere tecum. Omne quod
 tibi est aduersum, nobis est molestum: tuum be-
 neplacitum est nostrum indeficiens gaudium, &
 desiderium. O si tam dulce est flere de te, quam
 dulce erit gaudere de te. Vbi ergo es, quem que-
 rimus? Vbi es, quem in omnibus & praesentibus,
 desideramus & affectamus? Vbi es, q̄ natus es rex
 Iudaeorum, lex deuorum, dux miserorū, lax ce-
 corum, uita morientium, salus aeterna aeternaliter
 uiuentium? Et sequitur responsio conueniens. In
 Bethleem Iudae, Bethleem domus panis, Iuda cō-
 fitens interpretatur. Ibi enim Christus inuenia-
 tur, ubi post confessionem criminum panis coe-
 lestis uita, id est doctrina Euangelica audietur, ru-
 minatur, & deuotamēte retinet, ut opere spleat-
 tur, & alijs adimplenda pponatur. Ibi puer Iesus
 cū Maria matre inuenit, ubi post lachrymosam

Quali af-
 fectu ani-
 ma deuota
 IESVM
 querat,

contritionem, post fructuosam confessionem, dulcedo celestis consolationis aliquam inter abundantissimas lachrymas degustatur, ubi oratio quem penes desperantem inuenit: gaudens & de uenia presumens derelinquit. O felix Maria a qua Iesus concipitur, de qua Iesus nascitur, & cum qua tam dulciter, & gaudenter, Iesus inuenitur.

IESVM
a multis
quæritum
legitant.

Sed notandum est hic, quod Iesus quæritus legitur a regibus, & hoc ut ipsum cum omni reuerentia adorarent. A doctoribus ut ab ipso ueritatis documenta cum summa diligentia audirent. A sponsa ut suæ suauitatis dulcedinem per secreta colloquia degustaret. A Maria matre ut ipsum perditum reperiret, & ab ea se amplius non alienaret, sic uos o reges, hoc est, deuotæ animæ vires naturales quærite, cum regibus terrenis ut adoretis, & munera offeratis. Adorate cum reuerentia, quia creator & redemptor, & remunerator. Creator in naturalis uitæ formatione, redemptor in spiritalis uitæ reformatione, remunerator in æternæ uitæ collatione. O uos reges adorate cum reuerentia, quia rex potentissimus: adorate cum decetia, quia magister sapientissimus: adorate cum lætitia, quia princeps liberalissimus: adorate (inquam) gaudenter, quia est dux æquitatis: adorate decenter, quia est lux ueritatis: adorate feruenter, quia est fax charitatis: nec sufficiat uobis ratio nisi concomitetur oblatio. Offerte (inquam) aurum dilectionis ardentissimæ: offerte thus consolationis deuotissimæ: offerte myrrham contritionis amarissimæ: aurum dilectionis, propter bona collata: Thus deuotionis propter gaudia preparata: myrrham contritionis propter peccata perpetrata, aurum offerte æternæ diuinitati, thus animæ sanctitati: myrrham corporis passibilitati. Querite etiam o reges cum doctoribus, ut uobis pandat secreta suæ inscrutabilis sapientia, ut ostendat magnalia suæ admirabilis potentia, ut uos doceat benedicta suæ uoluntatis & complacentia. Querite (inquam) cum reuerentia, quomodo omnia tam potenter de nihilo creauerit, quomodo cuncta tam sapienter in uniuerso ordinauerit, quomodo singula tam clementer suo inestimabili bono decorauerit. Querite humiliter (si homini fas est in hac uita inuestigare) qualiter ille tres personæ coæquales & coæternæ subsistant in una & indiuidua substantia, & hoc in trinitate beatissima. Qualiter ille tres substantia, uidelicet, carnis & animæ & deitatis conueniant in una persona, & hoc in Christi incarnatione sacratissima. Qualiter ab æterno pater à nullo, filius à patre solo, spiritus sanctus ab utroque, ipse quem quæris doctor est, & cognitor omnis ueritatis, a quo omnis ueritas principaliter queritur. Post quem ueritas exemplariter perducitur, ad quem omnis ueritas finaliter reducitur & ordinatur. Ipse est doctor, qui docet omnem ueritatem. Ueritatem uitæ, quam in multis destruxit lutoſa gulofitas, ueritatem doctrinæ quæ heu in plerisque cæcauit uoluptuosa uanitas, ueritatē

iustitiæ, quæ effugauit periculosa auaritas. Querite ergo uos reges deuoti Iesum, ut uos doceat omnem ueritatem. Ueritatem uitæ, ut sciatis qualiter uos ipsos utiliter regere debeatis. Ueritatem doctrinæ, ut cognoscatis qualiter subiectos laudabiliter dirigatis. Ueritatem iustitiæ, ut intelligatis qualiter Deo seruiliter seruiatis. Querite etiam Iesum aliquando cum sponsa dilectissima in horto deliciarum, ubi deambulat cum adolescentulis, ubi lilia colligit cum uirginibus, ubi comedit fructus pomorum suorum cum iuuenulis. Querite in cella uinaria, ubi cenam suam preparauit, ad quam suas specialissimas amicas (quæ sequuntur eum quo cunque ierit) tantum inuitauit, ubi præcinget se & faciet eas discumbere, & transiens personaliter ministrat eis: ubi administrat fercula varia de pinguedine suæ æternæ nobilissimæ & secretissimæ diuinitatis, ubi propinat pocula suæ dulcissimæ & castissimæ humanitatis. Certè illic bibunt amice, sed inebriantur charissimæ. Querite tandem in cubiculo, ubi requiescit cum sponsa inter amplexus & oscula, ubi cubat in meridie, quando splendor æternæ ueritatis tam lauculenter lucet, ardor supernæ charitatis tam dulciter ardet. Ibi insillat auribus sponsa secretissima suæ profundæ & inscrutabilis sapientia: ibi donat altissima munera suæ summe & incomparabilis magnificentia, ibi iocatur, ibi blanditur, ibi consolatur, ibi dilectam alloquitur, dicens. Pete quod uis, & dabitur tibi. O quam felices qui Iesum in hoc cubiculo secretissimo inueniunt, qui hoc cubiculum intrare præsumunt. O quam pauci eum in horto deliciarum inueniunt, sed pauciores in cella uinaria reperiunt, paucissimi uero non nisi secretissimi amici cubiculum intrare præsumunt. Quia scriptum est. Adiuuro uos filia hierusalem ne suscitatis, neque euigilare faciat dilectam, donec ipsa uelit. Unde sufficiat uos o reges, qui adhuc terrena sapitis, qui adhuc temporalia disponitis, & Iesum aliquando post diligetem inquisitionem in præsepio inueniatis. Vestra enim conscientia adhuc forte non est facta horti deliciarum, ubi florent sanctæ meditationes, redolent uirtuosæ operationes, ubi uigent delitiosæ affectiones. Nec forte minus perfectè dici potest cella uinaria, ubi illa celestia fercula odorantur, illa uina Angelica gustantur, quibus amici aliquando hic in terris consolantur. Sed heu minimè (ut timeo) dici potest cubiculum omnibus creaturis absconditum, soli sponso preparatum, stratum, & ornatum: ubi sponsus cum sponsa, dilectus cum dilecta requiescit, inter secreta & indicibilia sui familiaris oscula, ubi sepe audiuntur talia & tam arcana, quæ quidem intelliguntur sed non dicuntur, quia forte uel exprimi nequeunt, uel ab hominibus, sed in hominibus uiuentibus, percipi nunquam possunt. Si tamè ex abundantia diuine pietatis, aliquando ipsum post flentem & planctum, post luctum & gemitum, post positum seculare negotium, ad modicum uidistis

Can. 1.

in horto deliciarum, uel forte quod magis uerum est ante fores adhuc uobis clausas, per foramen inspexistis in cellam uinariam, & uidistis sponsum ornatum & succinctum, transeuntem, ministrantem, propinantem suis amicis uaria fercula, & uina deliciarum: & statim ignota & incognita, nec adhuc ad talia admittenda, per ianitores expulsi & repulsi fuistis, & iterato heu ad solita & mundana rediistis. Sed tamen post hoc ad cor reuersi, non immemores illius iucundæ societatis quam gaudium cordis in horto deliciarum aspexistis. Nec non & illius beatissimæ iucunditatis & solennitatis quam desolatam per rimulam inspexistis, de qua nescio quale solatium, sed tamen tale quod exuperat omnem sensum, & omne huius mundi conuiuium, per spiramentum modicum sensistis. Tunc cum Maria matre Iesum perditum cum dolore & mærore quærite, currite cum planctu & gemitu post Iesum quærendum, quærite tunc & flentes dicite. O quæ te inueniemus consolatore, quem expectamus? Quando te inueniemus gaudium nostrum quod desideramus? O si anima nostra adhuc redire semel ualeat, & si non ad amplexus & oscula, saltè ubi redolet horti deliciarum, & suauissime fragrat cella uinaria. Iam anima per te ipsam quære dilectum tuum quæ concepisti, tuus est filius quæ genuisti, & quare dimisisti a quo tot & tam insolita gaudia suscepisti? O uos reges inelyti, uos principes & defensores & cooperatores mei: uos hætenus quæsiuistis ut regem, qui uos sua gratia coronaret, ut doctorem qui uos sua sapientia illustraret, ut consolatore qui sua clementia uos reficeret. Nunc superest, ut ego quæram filium quæ perdidisti, dilectum quem amisti, amantissimum Iesum meum, quæ heu infelix & misera, in templo dimisisti, postquam denuo ad uana & falsa & inania me conuertisti. Heu me derelictam & desolatam, & omni ignominia plenam reliquisti. Quare suis consiliis non acquieui? Quare in suis monitis non permansi? Quam diu suam pietatem per ueræ solationem sensi, affuit mihi omnis boni abundantia, quæ diu ipsum habui oibus bonis abundanti. Sed heu, quæ infelix & quæ miserabilis propter paupertatem amisi diuitias, propter asperitatem postposui delicias: propter curam & sollicitudinem dereliqui quietem magnam, & spiritus dulcedinem: propter alie num neglexi me ipsum, propter hominem regendum perdidisti Deum meum, dilectum meum, consolatorem meum, dulcissimum Iesum filium meum. Quid ergo faciam? quo uadam? ubi quæram, ut iterato ipsum inueniam? Aliquoties propter predicta ipsum amisi, sed denuo adiuuante & reuelante clementissimo patre misericordiarum Deo, in cuius uinea laboro, cuius uoluntati de consilio maioris deseruio, ad cuius gloriam ampliandam me dulcis Iesu solatis per occupationem cordis sapius prius: propter cuius honorem cõseruandum, uariis tribulationibus me expono, ipso ex solita pietate auxiliante, perditum cum ingenti cordis gaudio, post uarios singultus & gemitus, etiam inter

abundantissimas lachrymas reperi, & inueni. O uinam ipsum adhuc semel taliter inuenirem, puto quod amplius non dimitterem, sed totis uiribus retinerem. Quid ergo faciam? Surgam & quæram quem diligit anima mea, postquam occupationes & sollicitudines dimittam, ad orandum me conferam. Et si hæc non sufficiunt, inter cognatos & uos. Ispirituales & deuotos ipsum quæram. Ipsi sunt in quibus habitat, ipsi sunt cum quibus moratur, quæ ab aliis amittitur. Hi sunt cum quibus tanquam in solitudine lætatur, quæ ipsum a me miser strepitus cogitationum fluctuantium fugat. Heu quæ illis similis fui, tunc habui, tunc tenui, tunc amplexatus & osculatus fui Iesum, quæ nunc curis distracta, sollicitudinibus occupata & afflictis, lamentabiliter amisi. Dicite ergo o uos religiosi, uos abstracti, uos solis diuini meditationibus dediti, num quem diligit anima mea uidistis? Certè scio quod habetis, scio quod bene scitis, quæ sentitis & gaudetis. Reddite ergo in charitate quod non amittitis, communicate quod non dimittitis. Et si in me propter distractionem ad horam feruor dilectionis tepuit, habitus tamen dilectionis (ut spero) non cessauit. Et si propter occupationem familiarem dilecto allocutione intermissi, a charitate tamen ipse non recessi. Et si propter proximorum uel modicum adificationem, ipsi tota mentis intentione non adhesi, desiderium tamen reuertendi in mente habui. Et reuera (ut uerum fatear) non ad gloriam dico, sed tantum ad reuocandum ad dilectam perditum humiliter allego, non propter meum lucrum, sed propter suum consilium: non propter meam ambitionem, sed propter suam æternitatem, gloriam, & honorem: non propter prælationis laudem, sed propter proximorum salutem: curis & sollicitudinibus dedita. Quare ergo propter hoc quod pia intentione etiam quasi & gemens facerem, dilecti pietate saltem aliquando, & si raro, consolari non deberem? Non esset æquam, sed (si fas esset dicere) iniustum & impium, quod piius Iesus non statuit, quod diuina lex nunquam approbauit. Sape enim propter amici uoluntatem, dulcis amici præsentia intermittitur, ut postmodum cum ampliori amorum iucunditate reparatur: sic & ego propter ipsum aliquando deserui, si propter suam gloriam ampliandam, labores, persecutiones, detractiones, impugnationes sustinui: si his oibus & his similibus etiam usque ad defectum repleta fui, & ad ipsum gemens & amens redeo, nunquid ipsius solatio ut uel modicum in tribulatione respirem carebo? Quid ergo est, dilectus meus loquitur mihi? Quid est per ipsum in Euangelio clamatur? Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, et ego reficiam uos? Nunquid ego, qui propter honorem eius diei pondus et æstus sustineo, saltem post laborem, et de micis quæ cadunt de mensa domorum suorum, refici non debeo? Absit, ergo ne solummodo uobiscum a uos contemplari ui morabitur dilectus, et laboras agricola sit cõtempus et



abiecius. Oportet tu (sicut scriptura testatur) laborantem agricolam, aliquando de fructibus celestis patrie prelabere, & hoc ne deficiat in labore. Sic Apostoli inter varia opprobria, martyres inter flagella, virgines inter cruciatus & uerbera, senserunt dilecti solatia. Ibant gaudentes a conspectu concilii, collaudantes & benedicentes Dominum, quonia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Sic confessores & heremite, monachi & anachoretæ, post vigiliis & ieiunia, inter lachrymas et gemitus senserunt diuina gaudia. Sic rectores, doctores, & ecclesiarum fideles prelati, postq; laboribus & curis sunt extenuati, de benignitate dulcis Iesu, ipsorum piissimè dulciter sunt corda refecti. Non enim Maria Iesum frequenter habuit sola, sed etiam a Martha post predicationem hilariter & gaudenter receptus fuit. Ego ergo in Domino confidens, & de diuina clementia tam multipliciter probata, & exemplariter ostensa presumens, dulcissimum Iesum aliquando quarum cum Maria matre in teplo, aliquando cum sponsa in cubiculo, aliquando cum discipulis in consistorio, aliquando cum regibus in diuersorio.

Quinta solemnitas de presentatione spiritali pueri Iesu in templum.

Quinto & ultimo consideret fidelis anima, qualiter natus paruulus per diuersorum operum consummationem, & nominatus per celestium dulcedinum degustationem, & quasi-tus, & inuentus, adoratus & honoratus, per spiritalium munerum presentationem, in templum sit presentandus & domino offerendus, & hoc per debitarum gratiarum deuotam & humilem actionem. Igitur postq; felix anima mater Iesu spiritalis, per istius benedicti filii conceptionem purgata per panitenciam, postq; aliquantulum iam post natiuitatem confortata per gratiam, postq; etiam est iam per impositionem benedicti nominis consolata medullis, & tandem in adoratione cum regibus est informata diuinitus: quod aliud restat, nisi ut in cœli sancti Hierusalem portetur in templum diuinitatis presentetur Deus, Dei & virginis filius? Ascende igitur spiritalis Maria, non iam in montana, sed in celestis Hierusalem habitacula beatae Trinitatis, & indiuiduæ unitatis. Flecte humiliter mœris genua in superna ciuitatis palatia: ibi ante thronum aternitatis Deo patri filium tuum representa, laudando, glorificando, & benedicendo patrem et filium cum sancto spiritu. Lauda cum iubilo Deum patrem, per cuius inspirationem bonum propositum concepisti. Glorifica cum gaudio Deum filium, per cuius informationem conceptum propositum opere perfecisti. Benedic & sanctifica sanctum spiritum, per cuius consolationem in bono exercitio hactenus perstitisti. O anima, Deum patrem in omnibus donis suis & bonis tuis glorifica, quia ipse est qui te

de seculo per occultam inspirationem euocauit, dicens. Reuertere reuertere sanamitis, reuertere reuertere etc. Deum filium tuum in omnibus factis tuis magnifica. Ipse enim est, qui te de Demonis seruitio per secretam suam informationem liberauit, dicens. Tolle iugum meum super te. Iugum suum Damonis abiice: Iugum suum amarissimum: Iugum meum suauissimum. Iugum suum sequitur cruciatus aternus & tormenta: Iugum meum sequitur fructus suauissimus & requies opulenta. Iugum suum si quod dulcedinem exhibet, falsa est & momentanea. si dulcedo: Iugum meum quando dulcedinem confert & lætitiã, vera est & salutifera. Ipse suos seruitores modicum alia quando extollit, ut in aeternum confundat. Qui autem honorificat me, sic ad momentum humiliatur, ut aeternaliter gloriatur & regnet. Ista fuit doctrina, que te Dei filius aliquando per se, aliquando per suos doctores & amicos reformauit a demonis falsa persuasionem, a carnis & mundi blanda deceptione liberauit. Deum & spiritum sanctum semper benedic & sanctifica, qui te per suam consolationem mellifluam, in bono confortauit, dicens. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Qualiter enim anima tenera & dilecta, fragilis & infirma, delictis mundi assueta, gaudiis huius seculi tanq; fecibus uariis, more porcorum inebriata, qualiter potuisses inter tot & tanta antiqui hostis rhetia, inter tot falsa consilia, inter tam varia impedimenta, inter tam innumerabilia amicorum consanguineorum & aliorum propinquorum a via mortis uoluerantiu iacula, in bono perstitisse? qualiter potuisses tot funibus peccatorum circumplexa, in bono proficisci, si non spiritu sancti gratia fuisset misericorditer adiuta, & sapienter dulciter consolata & refecta? In ipsum igitur refunde omnia opera tua, tibi nihil retine. Dic cum pura & deuota mentis intentione. Omnia opera mea operatus es Domine. In conspectu tuo nihil sum, nihil possum, de tuo munere est quod subsisto, sine te nihil agere possum. Tibi clementissime pater misericordiarum quod tuum est offero, tibi commendo, tibi committo me indignam & ingrã omnibus donis tuis, per te mihi collatis humiliter recognosco. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, o beatissime pater maiestas aeterna, quia me per tuam infinitam potentiam de nihilo creasti, te laudo, te glorifico, tibi gratias ago, o beatissime fili, claritas paterna, quia me per tuam aeternam sapientiam, de morte aeterna liberaasti: te benedico, te sanctifico, te adoro, o beatissime spiritus alme, quia me per tuam benedictam pietatem & clementiam de peccato ad gratiam, de seculo ad uitam religiosam, de exilio ad patriam, de labore ad requiem, de marore ad iucundissimam & delitiosissimam beatam fructuionem dulcedinem reuocasti. Quam dulcedinem nobis dulcis Iesus concedat: Qui cum patre &c.

Ser3-

SERAPHICI DOCTORIS SANC. BONAVENTURAE IN QVA TRATATUR DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA.

Prima pars: de tribus ordinibus Hierarchie.



Inuisibilia Dei, per ea que facta sunt intellecta, conspiciuntur (ut ait Apollolus) sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. A magnitudine enim spiritus & creaturae, cognoscibiliter poterat creator horum uideri: ait sapiens, ex quo apparet manifeste, quod humanus intellectus ad inuisibilem & intellectualem contemplationem ascendere non poterit, nisi per uisibilem & sensibilem considerationem dirigatur. Impossibile namque est (ut dicit Dion.) aliter nobis lucere diuinum radium, nisi uarietate factorum uelaminum anagogice circumuelatum: id est theologia poeticis informationibus uisa est, ut ex rerum uisibiliu similitudinibus, allegoricarum locutiones & mystici intellectus transumptiones formantur, & sic sensibilibus & uisibilibus, spiritalia & inuisibilia coaptentur. Huius rei gratia prius opusculum, & si laboriosum, mihi tamè & alijs paruulis in Christo lac petentibus (ut spero) non infructuosum, offero ad aedificationem domus Domini, qui est sublimis gloriosus in secula seculorum. In quo agitur de proprietatibus rerum naturalium, quas secundum paruitatem meam, nunc tropologicè, nunc allegoricè, necnon & quãdoque anagogicè rebus spiritalibus comparauit, in moribus relinquens materiam exercitij, sensibilia insensibilibus, & carnalia spiritalibus coaptandi: & cum rerum naturaliu proprietates ipsarum sequantur istas, secundum ipsarum distinctionem substantiarum & ordinem, erit distinctio & ordo proprietatum, quas in alio opusculo per se positas & distinctas, poteris per ordinem reperire. Primo igitur de spiritali substantia actu & potentia a materia separata est agendum, cuius proprietates & differentias in precedenti opusculo tradidas, poteris diligentius intueri: sed quantum ad prius spectat negocium, est notandum, quod inter principalem & propriam significationem, angelus metaphoricè ad significandum diuersa in sacra scriptura est transumptus, quia (ut beatus ait Greg.) nomine angeli, nunc Christus, nunc iustus, nunc gratia seu uirtus, figuratim nuncupatur Christus igitur ratione assumptæ humanitatis, dicitur Angelus propter missionem. Angelus enim mittitur & mittitur: sic Christus a patre in mundum missus est: unde dicit Isa.

Quem mittam? & quis ibit nobis? & in Mat. Non sum nullus, nisi ad oues domus Israel. Et in Ioa. Honorifico eum qui me misit: & in Exo. Mittam uobis angelum praecursores, ut erigam Amorreum &c. & ibidem. Ecce ego mitto angelum meum, qui praecedat te, & custodiat te in uia, & introducat in terram &c. Vnde Christus sic nullus more angeli alios misit, ut sta illud Matth. Ecce ego mitto uos sicut oues, & Luc. Rogate Dominum meum, ut mittat oparios &c. Ideo dicit in li. Iudic. dixit angelus Domini ad Gedeonem. Vade & scito, quod misero te, & liberabis Israel: & in Hier. Ad omnia quaecumque mittam te, ibis &c. Secundo per illuminationem. Angelus enim illuminat & illuminatur: sic Christus diuinitatis lumine repletus, ad illuminandum sedentes in tenebris et umbra mortis mundo est datus, ut dicit Ioan. Lux in tenebris lucet etc. et in Apoc. Vidi angelum alium descendente de caelo, habentem praeterea magnam, et terra illuminata est a gloria eius etc. Et in Act. Angelus Domini affuit, et lumine resulsit in habitaculo carceris. Nam ubi Christus est, tenebra esse non potest. Tertio propter purgationem, quia angelus purgat et purgatur, et Christus in multis uero diuina uirtute ab omni immunditia fornicis est purgatus, et actu et potentia ab omni corruptione uitii liberatus, et fide corde credentium purificat, et ad totius munditiam puritatem nos informat. In cuius rei figura dixit angelus ad Maue. Abstineat puer ab omni immundo, uinum et siceram etc. et in Ioa. Volauit uisus ad me ex Seraphin, et dixit. Ecce tetigisti labia tua, et auferetur iniquitas tua, et mundabitur peccatum tuum. Quarto per perfectionem, quia angelus perficit et perficitur, et Christus non solum est purgatus a malo, imò perfectus est in omni bono, et est causa totius nostrae perfectionis, iuxta illud Luc. Perfectus omnis erit, si fuerit sicut magister eius. Vnde in signum summæ perfectionis, omnia terrena fugere docuit. In cuius rei figuram dixit angelus ad Iacob. Surge egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuae etc. hic angelus est Christus, qui monet ut de terrenis fugiamus, et ad terram uiuentium ingredi festinemus. Quinto propter mediationem. Nam angelus inter Deum et homines est medius, et hoc congruit Christo qui est mediator Dei et hominum, mundum scilicet Deo reconcilians, et ad patris amicitiam nos reducens, et pro nobis continuè intercedens: unde dicit Ioan. Aduocatum habemus apud patrem Christum Iesum, qui interpellat pro nobis: et Iob. Si fuerit pro eo angelus loquens, miserabitur eius et dicet, libera aiam eius ne descēdat in corruptionem. Sexto per mysticam refectionem. Nam angelus diuino alimēto repletus, nos reficit, et Christus patris coplendo uoluntate reficit. Et Io. dic. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius etc. Et sic refectionem, et spiritualiter et sacramentaliter nos reficere non destitit: iuxta illud Sapientiae. Angelorum esca nutriti uisti populū tuū, et paratū panē de caelo praestitisti

rr 3 iij



3

3. Reg. 19. 3. Reg. tetigit cum angelus & dixit, surge & comede. Septimo propter inferiorum regimen siue gubernationem. Angelorum enim regimint hæc inferiora deputatur, ut dicitur in Eccl. In uaq; gentem preposuit rectores &c. & hoc angelo magni consilii. i. Christo conuenit, q om nium electorum mentes in sua custodia suscipit & tutela, ut dicitur i Io. Quos dedisti mihi ego custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, &c. & i Eccl. Ne dicas, cora angelo non est prouidentia &c. & in Exo. tollens se angelus Domini qui precedebat castra filiorum Israel, abiit post illos &c. quia Christus qui omnes præcessit doctrina & exemplo, omnes sequitur custodia bñficio. Ait. n. Psal. Immittit angelus Dñi &c. Bern. O q desiderant ciues angelici ciuitatis suæ ruinam restaurari, o q solliciti ueniunt la pides uiui, quo discurrunt medij inter nos & Deum gemitus nostros portantes, non dedignatur nobis fieri socij, qui pro nobis iam sunt ministri. Expectat nos creata iam illa multitudo, uae tibi quicumq; es, qui redire iam desideras ad lutum, reuerti ad vomitum. In quouis diuersorio angelo tuo reuerentiam age, ne audeas illo pñte quod me uidente non auderis. Nomine angeli iustus intelligitur, & præcipue uir spūalis: et religiosus, et ois literatus seu prælatus, p angelo comparatur, sic Ioan. baptista propter predicationis excellenciam, et spūalis uite eminentiã, angelus à Dño nuncupatur in Mat. hic est de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum etc. Item Ioan. in Apoc. rectores septem ecclesiarum angelos uocat, et Pau. Spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus. Et alibi An nescitis quia angelos iudicabimus. Et rursus. Mulier habeat uelamen super caput suum, ppter angelos. Coparant aut uiri iusti angelis, p septem. Primò, ppter mundiciam cordis, et puritatem conuersationis, nam angelus ab oī corruptiua et conditione carnea est separatus. Spiritus. n. carne et ossa nō habet. Sic uir iustus nihil habet in se admixtionis carnalis delectationis, immò sicut adeps ab oī carne separatur, ut dicitur i Eccl. & i Psal. Qui facit angelos suos spiritus etc. Ideo legitur angelum carnes consumpsisse. Extēdit (inquit i li. Iud.) angelus Dñi summitate uirga, et tetigit carnes, ascenditq; ignis de petra, et carnes azimofq; panes consumpsit. Vir. n. spiritualis cum uirga penitentiae quicquid in eo carnalitatē est, consumere solet, et per omnia abolere. Item. 2. propter limpiditatem diuinæ cognitionis. Angelus enim deiformem habet intellectum. Vnde eius intellectus Deo immediatē coniungitur, & influentia occulti luminis illustratur, sic uir iustus, suum sensum et intellectum Deo reddit conformem, et non de se præsumit, sed ut amplius mereatur per fidē illuminari, et pfectius in diuinis instrui, se Deo subiacere nō postponit: ait. n. Apostolus Destruētes p arma spūalia oēm altitudinē extollēt se ad-

uersus sciam Dei, & i captiuitatē redigētes oēm intellectū, in obsequiū Christi: & ad Tim. Quod manifestum est in carne, iustificatū est in spiritu, apparuit angelis, prædicatū est in gentibus. Itē 3 propter humilitatē subiectionis. Nam inferior angelus subest superiori, & obedit sine murmure & indignatione, quia superior præest sine tyrannica inferiorū oppressione. In quo notatur, quanta debeat conformitas esse inter imperiū prælatorum, & obedientiam subditorum. Nam sicut prælatorum monere est cum mansuetudine, ita subditorum est humiliter iustis iustionibus obedire, sicut dicitur ad Heb. Obedite prepositis uestris, & subiaccete eis. Ipsi. n. peruigilant quasi rationem pro animabus uestris redditori, ut cum gaudio hoc faciant non gementes. Vnde in signū talis obedientiæ dicitur in Zach. Alius angelus egrediebatur in occursum angeli, qui loquebatur in me, & dixit. Curre & loquere ad puerum istum &c. Ecce cum quāto moderamine maior præcipit, & cū quanta humilitate alter eius imperio acquiescit, & Petrus in canonica aias nostras castigātes in obedientia charitatis, & fraternitatis amore, simplici ex corde. Itē. 4. propter rectitudinē intentionis. Nā angelus (ut dicit Greg.) in oī suo opere Deum inspicit, & nihil aliud q diuinę uoluntatis regulam diligit vel requirit, ita. n. exteriora diuino natu angeli pagunt, q mentis aciem ab ipso nō deflectūt. Ideo dicitur in Mat. q angeli eorum semper uident faciem patris. Greg. Semper uident omnia faciē intuentur, qui nulla intentionis dissimilitudine ab ipsius præsentia remouent: & in secundo Reg. Tu Domine mi qua si angelus Dei es, fac quod beneplacitū est tibi, quia qui Deū uera intentione cordis diligit, ab ipsius uoluntatis beneplacito nō recedit. Itē. 5. p p sedulitatē & diligentiam administrationis. Angelus. n. ad scōrum ministerium continuē deputatur, & subæ lux agilitate ad peragendum quælibet iūcta subito cōcitā. Oēs. n. sunt administratoriis spūs missi, p eos qui capiūt hereditatē salutis. Sic absq; dubio, uiri angelici ageloru numero ascribunt, q pro aliorū salute laboris ministeria assumere non uerentur, iō dicit Isa. Ite angeli ueloces ad populū &c. Vnde magnū obrinent angelorum offm, qui docendo & inducēdo uite exēplo, ad Deū errātes alliciūt & conuertunt: de quo Ia. Qui cōuerti fecerit pēdōrē ab errore uia suæ, aīam eius saluabit à morte &c. talis fuit angelus qui dixit ad Agar. Reuertere & humiliare sub manu Dñe tuæ et noli timere &c. talis etiam fuit angelus, de quo dicit Manue. Obscuro Dñe, ut mittas angelū, ut ueniat iterū, et doceat nos, qd de puero q nasciturus est facere debeamus? Itē. 6. p p continuitatem dulcedinis contemplationis. Angelus. n. sic administrādo Deo seruit, q p p hoīum seruitiū à cōtēplationibus itimis non recedit, ut dicit Greg. Nā quādo cōtēplatione nō recedūt, ab interiori cōtēplatione nō recedūt, q illū semp aspiciūt, q pns est quocūq; vadunt.

Sic uir spiritualis taliter circa exteriora se occupat, ut deuotionis spiritum non extinguat. Vnde quādo extrinsecus per bonorum exercitatio nes operum fatigat in corpore, intrinsecus reficitur in mēte. Vnde Oseā dicit. In fortitudine sua directus est cum angelo, & inualuit ad angelum & confortatus est, sicut & rogauit eū, & in Genesi. Vidit angelos descendentes, & ascendentes per scalam &c. Scala (sicut ibi dicitur glos.) cuius cacumen tangebatur cælum, significat Christū, q est uia recta perducens ad Deum, per hanc scalam descendunt uiri spirituales cum angelis ministrādo, ascēdunt & cōtēplādo: unde dicitur i Dan. Milia millium ministrabant &c. & Ioann. Videbitis angelos ascendentes, & descendentes super filium hominis. Item septimò propter fixum & stabilem motum dilectionis, quo amor angelicus tanquā ignis, sine termino in Deum mouetur, ideo sapius angeli in specie ignis leguntur apparuisse, ut in Exod. apparuit Dñs. i. angelus, in quo erat Dominus, in flamma ignis de medio rubi: & uidebat q rubus ardebat, & non comburebatur &c. Rubus, est uir spiritualis spinis penitentiae circūplexus, mediū rubi, est cor uiri iusti, de cuius medio, erumpit debet flamma inextinguibilis charitatis, unde dicitur in Can. Lam pades eius lapades ignis, atq; scāmari: & in Psal. ministros suos facit scāmari ignis, hoc igne cor accensum ardet, & non cōburitur, quia nulla aduersitate frāgit nullo ēt mortis metu ab illo quē diligit separatur, unde. ii. Reg. legitur, sicut angelus Dñi, sic est Dñs meus Rex: qui nec bñdictione nec maledictione mouet. Ideo dicit in Act. Angelus Dñi apparuit Moyse in igne rubi, & in lib. Iudic. Angelus Dñi cum flamma pariter ascendit i cælum. Item angelus, dicitur grā Dei, siue uirtus. Hūc angelū Dñs mittit, quando alicui grām infundit, ideo dicit in Dan. Angelus Domini descendit in fornacē &c. omnis enim astus concupiscētiæ, ac fomitis incentiuum extinguitur, qn angelus in fornacem mittitur. i. quādo diuina gratia cordi infunditur, & uirtus aīæ inspiratur. Virtus enim dicitur quasi uirum tuens, uel quasi uirens intus, qm duplicem habet effectum, nam animā suā pntia tuē ac cōseruat, & ornat atq; decorat, sicut angelus hoīem custodit, & seruat, aīam ēt illuminat, pscit, & informat: ideo dicit in Act. Viderūt uultū Stephani, quasi uultū angeli: & i lib. Esther. Vidi te Dñe, quasi angelū Dei. Valde ei mirabilis es, & facies tua plena grātum. Dicit ergo grā angelus Dei, p quē mens humana pfectissimē custoditur: p quē pñm expellitur, & potestas Daemonum i aīa euacuatur: nū dicit in Exo. Angelus meus pcedet te, & custodiet in uia, & euiciet Amorem Chananeū &c. septē nōia gētū ponit, p qua septē principalia pēta intelligit, q suuēniēs grā euicet penitus & excludit. Et sunt nouē genera grātū, quæ cōparationē hāt ad nouē ordines angelorū, & p q ad equalitatē puenit. Prima igit grā, est grā dilectionis siue charitatis de qua Luc.

Si diligitis eos q uos diligunt, quæ est uobis grā? & Ioan. Maiorem grā nō habeo, q u uidi filios meos in ueritate ambulare. Ista gratia à Domino aīa immissa, ipsam infāmat, & per feruorem amoris ordini Seraphin ipsam affumiliat, & conformat: uñ in Lu. dicit. Igne ueni mittere in terrā, & quid uolo nisi ut ardeat? & i Threnis. De excelso misit ignē in ossibus meis. Secunda gratia est gratia sapientiæ, & diuinæ cognitionis de qua in Prouer. Inuenies gratiā & disciplinā bonā, corā Deo & hominibus: & in Ecclesi. In me omnis gratia uiræ & ueritatis: & in Prouerb. Super aurū & argentū est grā bona, & in Eccl. Vir sapiens amabile se faciet, gratiæ aut fatuorū effundētur. Hęc gratia mentem illuminat, & intuitū aīæ ad Deū uidentem per fidem abilitat: & informat, unde Psal. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Per hanc gratiā ordo Cherubin in aīa collocat, qm mēs à sensu carnali abstracta, ad susceptionē diuinis luminis per cognitionē ueritatis præparat, & hoc intellexit Psal. cū dixit. Ascēdit super Cherubin, & uolauit &c. & Ezechi. Tu Cherub plenus sapientiā & decore. Tertia grā est contemplationis, siue spiritualis delectationis, quæ ex plenitudine diuinæ dilectionis & cognitionis in anima generat: de hac dicit in Exod. Domine si inueni grām coram te, ostende mihi faciem tuā &c. & in Eccl. Gratiam & spēm desiderabit occupus, & super hoc uirides fatiōes. Hęc gratia mentem quietat & pacificat, & uelut sedem quietissimi ad diuini superaduentus susceptionē præparat & coaptat, & sic tronorū ordinē representat: anima ēt iusti sedes sapientiæ est, dicit in Ecclesi. Tronus meus in columna nobis. Columna nubis, est anima per contemplationem suspensa & eleuata, in qua Dei filius tanquā in throno requiescit. Quarta gratia est benigne sequeritatis, siue fauoræ liberalitatis, ad bene præsentandum. Magna enim gratia Dei est, q prælatus sic exequantur contra delinquentes iustitiam, ut benignitatem & misericordiā nō dimittāt: uñ dicit in Ecc. Curā illorū habe, ut ornāmētū græ accipias, & coronā ac dignitatē cōsequaris, & alibi iterū. Retribuet grām q offert similitudinē, & qui facit misericordiā offer sacrificiū: & rursū. Sunt hoīes misericordie, itūctes grām i oculis oīs carnis &c. Hęc grā ordinat platos respectu suorū subditorū, ut sciāt q liter se debeāt inferioribus cōformare, & sine tyrānide dñari, iō dicit ad huc i Ecc. Rectorē te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi uisus ex ipsis: & sic cōfigurāt ordini dñationū. Apóstolus ēt dicit ad Col. Dñi qd iustū est facite seruis uestris, sciētes qd & uos Dñm habetis i cœlis: & Pet. Nō ut dñantes in clero, sed forma gregis facti ex aīo, & cum uenerit princeps pastorū pcepieris immarcescibile coronā gloriæ. Quinta grā ēt humilitatis ad obediendū, de qua dicit in Eccl. Quāto magnus est, tāto plus te humilia in oibus, & cōrā Deo inuenies grām: qm magna est potētia Dei solius, & ab humilibus honorat. Et Petr. Humili-



Bus dar gratiam. Hæc gratia ordinat subditos respectu suorum superiorum, vt debitâ reuerentiam eis impendant vñ dñi in Ecclie. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia: & sic per hanc gratiam ordini principatû animæ cõformatur. Magnus. n. princeps est, cui propria voluntas nõ principat̃ ait. Ecclie. Principatus sensati stabilis erit, & Iob senes asurgentes stabant, & principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo &c. & in Gen. princeps Dei es apud nos, & Psal. Prauenerunt principes conuicti psallentibus &c. Sexta gratia est patientia & longanimitatis de qua Pet. Hæc est gratia, si pp Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste: quæ. n. gratia est, si peccates suffertis? & i Ecclie. in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. Hæc grã docet resistere tentationibus, & aduersas demonũ coercere p̃tates: vñ Ecclie. Si spiritus p̃tatem habentis ascenderit super te, ne dimiseris locum tuum. Locum suum dimittit, qui per impatientiam Demoni cedit, eũ dicat Iacobus. Resistite Diabolo, & fugiet a vobis. Vnde per patientiam conformatur homo ordini p̃tatum. Maxima. n. potestas est, per patientiam seipsum, mundum, & Diabolum supera re: & in Prou. Melior est uir patiens, viro forti: & qui dñatur aõ suo, expugnatore urbium: & in lib. Macha. Accingimini viri potentes &c. & Psalm. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè. Septima grã ẽ pudicitia & castitatis, ait .n. Sap. Nemo potest esse cõtinens, nisi Deus det: & hoc Dei donum est: Grã. n. super gratiã, est mulier sancta & pudorata vt dicit in Eccl. Itẽ i Deute. Si non inueniet mulier gratiam coram viro suo pp aliquam fœditatem, abominabilis erit mulier huiusmodi. Gratiã enim Dei a luxurioso penitus denegatur. Hæc gratia hominem facit vir tuosum, vt viriliter omnes morus sensualitatis rebellantes conterat, & allidat, unde Psal. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum. Et hæc virtus refertur ad ordinem virtutum, quorum est offm̃, naturam lapsam vel corruptã miraculosè reparare: non enim est mirus miraculum, q̃ in carne præter carnem viuere, hoc enim nõ est humana natura, sed angelica. vt dicit Hier. Et Psal. Dextera Domini fecit virtutem dextera dñi &c. Octaua gratia est eloquentiã ad docendum de qua Psal. Diffusa est gratia in labiis tuis, & habet̃ ẽ in Prouer. propter gratiam labiorum, habebit amicum regem, et in Ecclie. In labiis sensati inuenietur gratia. Hæc gratia ordinat animam ad gradum archangelorum: quorum est docere. & Dan. Gabriel facit intelligere visionẽ: & alibi. Egredus sum, vt docerem te, & intelligeres: & Malachi. Labia sacerdotum custodiunt scientiam &c. Non est gratia misericordiã & pietatis ad comparandum: de qua in Ecclie. Eleemosyna gratiam hominis conseruabit quasi pupillam, & aliud Fa tuo. i. avaro nõ erit amicus, & nõ erit grã in bonis illius. Hæc grã cõformat mentẽ ordini ange-

lorum, qui oēs suas gr̃as nobis cõicant, qui bonis nostris congratulantur: vñ Luc. Maius gaudium &c. & nris miseriis compatiunt̃ & Isa. Angeli pa eis amarè s̃lebunt, & in lib. Iudic. Ascendit angelus de loco silentium. Cũ secundũ Dionysiu: hierarchia sit sacrarum & rationalium rerum ordinata potestas, debitũ in subditis retinens principatum, manifestum est, triplicẽ esse hierarchiã, secundũ triplicem ordinatã a Deo p̃tate. s. diuinã, angelicã, & humanam. Est itaq; prima hierarchia sup̃ cœlestis siue diuina, quæ consistit in tribus increatis p̃sonis. Secũda est cœlestis siue angelica, quæ complet̃ in bonis angelis & beatis. Tertia est sub cœlestis. s. humana, quæ in p̃destinatis hoibus p̃ficitur, & p̃cipue in p̃latis. Hæc autem hierarchia humana ad similitudinem cœlestis hierarchiã ordinata est & disposita: & secundũ maiorem vel minorem gratiã siue potestatis p̃ceptionem, in maiori vel minori, siue in excellentiori & inferiori gradu ordinatissimè cõstituta. Vñ in Iob dñi. Nunquid nosti ordinem cœli? aut rationem eius ponens in terra? &c. Nosse cœli ordinem, est cognoscere supernarum virtutum ordinatissimam dispõtionem: eius rationem in terra ponere, est vitã & offm̃ hoium, quãdiu in terra sunt, secundũ similitudinem cœlestiũ spũum sc̃te & reuerenter ordinare. Vnde. ix. sunt ordines ordinandorum, sicut. ix. sunt sancti ordines angelorum. Est enim ordo Epõrum, p̃sbiõrum, diaconõrum, subdiaconõrum, acolitorum, & corxi. lect. Psal. mistatus, & hostiariorũ: sicut Moyse dictũ est. In spice, & fac sc̃dm̃ exẽplar quod tibi in monte monstrantũ est: & i Sap. dñi. Dixisti me edificare templũ & altare, sc̃dm̃ similitudinem sancti tabernaculi: qd̃ p̃parasti ab initio &c. & i. Paral. Oia (inquit David, enẽnerũt ad me scripta manu Dñi, vt intelligerẽ opa exẽplaris. Nra itaq; exẽplaria sunt sc̃ctõrum angelõrum agmina ordinata, ut. sc̃dm̃ ipsoũ ordinatõem, distinctionẽ, & opationẽ nr̃am (quãtũ possibile est) ordinemus cõuersationẽ: ut igit̃ illa omittamus, rone difficultatis, & proluxitatis, quæ dicit Diony. i ecclesiastica hierarchia, hoc sufficiat de hoc ista vice, q̃ Ecclesia militas in suis mẽbris disponit, sc̃dm̃ similitudine Ecclesiã triumphãtis, & hoc quo ad ordinationem, quo ad sc̃iam, & quo ad actiõem. Est. n. hierarchia (vt dicit Diony.) ordo diuinus, scientia, & actus, dei forme similas, & ad m̃ditas ei diuinitas illuminationes, p̃portionaliter ascẽdens. In ordine, notat̃ distinctio illõrum, q̃ per ordinatũ offm̃, a Dño maiore vel minore recipiunt potestatem. In sc̃ia, notat̃ discretio: in actiõem verò ministeriũ. Sine ordine. n. p̃sumptio est actio, sine actiõem negligẽtia est ordo, sine sc̃ia & discretiõem, est actio reprehensibilis, & ordo inutilis: & ideo tã i ordine q̃ sc̃ie & actiõem, & hoium & angelõrum, potestas Dei vniformitatẽ imitatur, & secundũ modũ & mẽsurã suã illuminationis i ordine suo p̃ficet, & rectè discernẽdo, & bñ opando, ad Dei cõformitatẽ (q̃tũ possibile ẽ) ascẽdit: tũc verò angelõrum hierarchiã quibus per

per imitationem, & vitã conformationem, dum tres electõrum hoium ordines sc̃dm̃ trinas conditiones siue differentias singulis appropriatas cõparantur. Et hi tres saluandorum status significantur per illos tres, quos dicit Ezechiel liberandos. Si fuerint (inquit) in ciuitate hi tres viri. s. Daniel Noe & Iob, num liberabũt animas suas? Daniel, qui abstinentiã merito obtinuit intelligentiam visionum, typum gerit claustralium & religiosõrum, qui continet gratia & excellentiã abstinentiã, quã non solum abstinent ab illicitis, verumetiam a licitis concessis, meretur amplius illuminari. Noe autem, qui aicam gubernauit, formam gerit p̃latorum, per quorum sc̃iam, & regiminiũ industriã, electi in arca Ecclesiã constituti, a diluuii. peccati periculo merentur liberari. Per Iob verò, cõtus actiuorum & coniugatorum numerus poterit designari, pietatis operibus misericordia comprobatus. Iob. n. fuit coniugatus. Tres igitur sunt ordines electõrum. s. religiosõrum siue contemplatiuorum, p̃latorum, & actiuorum. De his dicitur i Matth. duo erunt in lecto, in agro, & in mola. Nã illi qui sunt contemplatiui, in cubiculo diuinã suauitatis requiescunt, qui verò p̃lati sunt, in agro regiminiũ, correctiõis, & p̃dicatiõis officio se exponunt, sed qui verè subditi sunt & actiuũ, laborem molæ non renunt, & a boni exercitio non desistunt, & cetera. Iste igitur triplex status saluandorum, per quãdam appropriationem uidet̃ esse comparabilis triplici statui angelõrum, inter quos, secundum ordinum differentiam, quidam sunt primi, quidam verò vltimi, & quidam inter medij, primi quidem ordines hierarchici, debent esse tres ordines. s. angeli de ordine Seraphin, qui amoris incendio p̃cateris feruent, Cherubin quoq; qui cognitionis priuilegio gaudent, & Throni, iustitiã perpendiculari alijs p̃minent, angelis horum trium ordinum qui officio & dignitate sunt ceteris sublimiores, comparabiles sunt uiri summã perfectionis, religiosi videlicet, & claustrales, qui tantò maioris meriti estimant̃, quantò ad altiorem vitã perfectionem ex uoti proposito obligantur. Et ideo nomen & officiũ angelõrum, qui Deo sunt viciniore, sibi uedicant, qui amoris incendio inflammati, ac sapietia dono p̃diti, diuinã iustitiã se conformant. Vnde dicitur seraphin. i. ardentes uel incẽdentes, propter ascensionem & feruorem charitatis. Cherubin, propter plenitudinem cœlestis sapientiã, & cognitionem diuinã veritatis. Throni vero propter amorem iustitiã & perpendicularitatem.

De Seraphin qui sunt primi ordinis primas hierarchia.

Dicunt̃ igit̃ primò seraphin, quia angeli illius ordinis diuini amoris incendio p̃cateris inflammari, aliorum sunt inflammatiui, sic religiosi quasi ignei, illos ad amorem Dei

& proximi inflammant, ad quorum corda, nunc uerbo, nunc exemplo appropinquant, dicitur. n. in Ecclesiastico. Surrexit Helyas sicut ignis, & sermo eius sicut facula ardebat, & in Luca. Nõne cor nostrum ardens erat in nobis? &c. & ideo angeli ordinis seraphin, non solum dicuntur calidi, immò superferuidi. Nam qui feruet caloribus violentia, nunc extra se iactatur, nunc supra se tollitur, sic mēs religiosa in Dei amore feruida, nunc supra se per deuotionem rapitur, infra etiam, vt quando sui ipsius obliuiscitur, nunc ad proximum inflammandum diffunditur & dilatatur, in se stare non valens, nunc volens alios at trahere, & sibi incorporare satagit, & conatur, unde dicitur in Iob: Feruēs & fremens absorbebit terrã, & Psalm. Qui facit angelos suos spūs, & ministros suos flammam ignis, & in Apoc. Vidit angelum, cuius facies erat vt sol, & pedes eius vt columna ignis. Ideò dicitur in Isaya. Voluit ad me uenire ex seraphin, & in manu eius calculus ignitus, quem tulerat de altari, & tetigit os meum &c. Item secundò, quia in se mobiles aliorum sunt motiui. Vnde & volasse leguntur in Isaya. sic religiosi spiritu diuinã dilectionis moti, mobiles sunt iustis superiorum, sine morã dispendio obtemperando, & alijs exemplum obedientiã relinquendo, tales perficere iperata non procrastinant, sed uelut uolucres, ad omne qd̃ precipitur aduolant, & festinant. Ideo de uolucrum talium obedientia dicitur in Isaya. Qui sunt isti qui vt nubes volant? & alibi. Ire angeli veloces, & in Sapientia. Omnibus mobilibus mobilior est sapientia, & in Eze. Quocũq; ibat spūs, rote leuabantur sequentes eum, spūs. n. uita &c. Spūs uita est charitatis, quæ uita est anima, qui enim non diligit, manet in morte, ut dicit Ioã. Spūs quidem uita, principium est motus & operationis in corde. Vnde si fuerit spūs uita in corde, mobile efficit hominem, & agilem ad quãlibet uictoriosam actionem: de tali dñi in Prou. Vidisti hominem uelocem in opere suo? &c. Itẽ tertiò acuti sunt & penetratiui, penetrant enim contemplando ad interiora velaminis, idest ad secretissima deitatis, sic contemplatiuorum affectus per desiderium semper in Deum tendit, & extra se non effluens, ad aliud p̃ter ipsum & extra ipsum non diuertit unde dicitur in Ecclie. Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & i. Cor. Spūs omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Et Iob. Omne pretiosum uidit oculus eius, profunda fluiõrum scrutatus &c. Tam acutus & penetratiuus fuit Paulus, qui in persequutione cœlestium archangõrum, usq; ad cœlum tertium introuit, unde in libro Sapientie dicitur, inter alia, q̃ spūs sapientiã est. Item quartò sunt inferiorum & suppositõrum reductiui, quia quos seraphin igne charitatis accendunt, ad Deum qui sursum est, deducunt, & conuertunt. Sic affectus uiri spũalis, igne charitatis succensus, nunc se extendit ad Deum per

Eccl. 47. Lu. 24. Iob. 39. Psal. 103. Apo. 19. Isa. 6. Isa. 60. Isa. 18. Sap. 7. Eze. 1. 1. Ioan. 3. Prou. 21. Eccl. 24. 1. Cor. 2. Iob. 18. Sap. 7.



contemplationem, nunc vero ad proximum per
 compassionem, ad Deum mouetur, ut in eo co-
 quiescat, ad proximum, ut ipsum ad Deum re-
 uocet & reducat, unde Iaco. si errauerit quis a
 ueritate, & conuerterit eum aliq, scire debet &c.
 & in Leuit. Si errauerit bos uel asinus reduc eum
 &c. Item quinto actiui & exemplificatiui, quia
 non solum inferiores accedant, uerum etiam &
 ordinatè diligendi formam tribuunt: quia ange-
 los inferiores informant, qualiter per amorem
 perfectum redeant in Deum, & secundum supe-
 riora perficiant & incedant. Et hoc proprie reli-
 giosis congruit, quos Dominus secularibus pos-
 suit in exemplum, ut secundum ipsorum imita-
 tionem mores prauos corrigant, & contemptis
 terrenis, celestia appetant & acquirant. Sic &
 Isa. nudus & discalciatus, datus est in signum &
 portentum Aegyptijs & Aethiopijs & quibus-
 dam alijs. Vita itaq; religiosorum exemplar est
 mundanorum. Similiter uita & conuersatio san-
 cta pralatoru, forma est & reformatio uita sub-
 ditorum, unde dicit in Deuteron. Describet sibi
 Rex Deuteronomium legis, & accipiet exemplar
 a sacerdotibus leuitica tribus, & habebit secum
 &c. Et Zacha. Adam exemplum meum ab ado-
 lescentia mea. & Ioan. dicit. Exemplum dedi
 nobis &c. & Paul. Esto exemplum fidelium, in uer-
 bo, in fide, & in castitate. Mali autem sanctorum
 angelorum omisso exemplo, se exhibent exem-
 plar perditionis sicut Achaz, qui misit exemplar
 altaris Damasci in Hierusalem. Quod quidem
 uident facere aliqui de modernis, qui hoc secu-
 lo nequam se conformant, relicti & abiectis pa-
 trum & regulè institutis: ut dici possit illud Iob.
 Posuit me quasi in prouerbum uulgi, & exem-
 plum sum. Relinquant alijs exemplum culpa, erunt
 posteris exemplum poenae, sicut dicit Ezech. Eris
 opprobrium & blasphemia, & exemplum & stu-
 por cunctis gentibus. & Pet. Ciuitatem Sodomo-
 rum in cinerem redigens euerfione damnauit,
 exemplum coru qui impiè acturi sunt ponens &c.
 & canonica Iudae. Ciuitates finitimae simili mo-
 do extornicatae, & abeuntes post carnem altera,
 facti sunt exemplum ignis aeterni, poenam susti-
 nentes. Item sextò, angeli ordinis Seraphin sunt
 holocausti purgatiui, quia non solum sunt pur-
 gati a corruptione mali, immò ab imperfectio-
 ne omnis boni, in quibus nulla adest mali cor-
 ruptio, nec de esse alicuius boni perfectio copro-
 batur, & hoc potissimè congruit uiris angelicis
 & perfectis, qui se Domino medullatè holocau-
 sum penitus obtulerunt, qui uelut angeli ignei,
 in se etiam leuioris culpa maculam non admit-
 tunt, immò oem mali specie in se & in alijs anni-
 hilant & consumunt: ideo dicit Malach. Erit quasi
 ignis consans, & sedebit & purgabit filios Leui.
 & in Eccle. De negligentia purga te cum paucis,
 nec solum sunt puri & immunes a corruptione
 mali, uerum etiam ab imperfectioe boni, ut di-
 cit in Deuteron. Perfectio tua & doctrina tua a-

uirò sancto &c. Sic etiam dictum est Abraham.
 Ambula coram me, & esto perfectus, ideo dicit
 seraphin ad Isaiam. Auferetur iniquitas tua, &
 peccatum tuum purgabit, in quo notatur purga-
 tio omnis mali. Et sequitur in eodem cap. adhuc
 erit decimatio, & conuerteret, & erit in ostensio-
 ne sicut terebinthus, & sicut quercus expandens
 ramos suos, semen sanctum erit, quod steterit in
 ea. Ecce perfectio totius boni, quae consequitur
 purgationem mali. Item septimò sunt illumina-
 tui & omnis tenebrosa obscuritatis fugatiui:
 luciformem enim & illuminatua habent pro-
 prietatem, ut dicit Dionysius, quod uiris spiri-
 tualibus potissimè conuenit, quos Deus uelut
 luminaria in firmamento, id est in Ecclesia collo-
 cauit, quibus dicitur. Vos estis lux mundi, & ideo
 omnes tenebras in se & in alijs discutit, & lucis
 spuales radios undiq; circumspargit, iuxta illud
 Iob. Per quam uiam spargit lux? Et ad Ephes. Ve
 filij lucis ambulate in dilectione. Et ad Philip.
 Inter quos lucetis tanquam luminaria &c. & Dan.
 Fulgebunt iusti sicut docti, sicut splendor firma-
 menti &c. Nominè igitur seraphin, qui Deo im-
 mediatus coniunguntur, & in diuinis laudibus
 uoces frequentius emittunt, uiri religi-
 osi & spirituales non immeritò intelliguntur,
 qui uiciniore sunt Deo per cõtemplationem &
 laudis continuationem, sicut dicitur in Isa. Cla-
 mabat alter ad alterum, & dicebant. Sanctus, san-
 ctus, sanctus &c. & propter charitatis incensio-
 nem, cuius excessus siue incensio, plus exigitur in
 ipsis q̄ in alijs, praesertim cum ipsi sint altare Do-
 mini, in quorum corde & corpore iuge sacrificiũ
 Domino immolant, & ideo ignis in hoc altari est
 cõtinuè accendendus, ut patet in Leuit. Ignis &c.
 De istis autem angelis ordinis seraphin, septem
 specialiter exprimitur. q̄ stabant, q̄ duo erant
 qui stabant, q̄ bis sex alas habebat, q̄ se uelabat,
 q̄ uolabant, q̄ clamandò requiem non habebat,
 q̄ tollentes lapidem ignitũ ad altari labia Isaiæ
 emundabant. Ista omnia exigunt in uiris ange-
 licis & spiritualibus quoad statum perfectionis.
 Quòd namq; duo fuisse dicuntur, refert ad mu-
 tuae cohabitationis associationem, siue ad mu-
 tuam geminæ charitatis exhibitionem, quia in-
 ter pauciores q̄ inter duos, esse non potest osten-
 sio charitatis, ideo dicit in Luc. Misit binos & bi-
 nos, ante faciem suam &c. & Ecclesi. Melius est
 duos esse simul q̄ unum, habent enim emolumentũ
 societatis suæ &c. Ideò duo angeli misit sunt
 simul Sodomam, ut haberetur in Gen. quoru unus
 gentem peruersam subuerteret, alter aerd iustu
 Loth cum sua familia liberaret. Ad utrumq; mi-
 nisterium complendum unus angelus sufficere
 potuisset, duos tamen simul misit Dominus, ut
 societatem mutuã in angelis & hominibus cõ-
 mendarer, & ad augmentum & conseruationem
 charitatis societatem esse necessariam demon-
 straret, ideo dicit Psal. Ecce q̄ bonum &c. ideo
 dicuntur duo fuisse in agro, duo in lecto. Quòd
 autem

autem secundò super templum stabant, scilicet
 q̄ non sedebant, non iacebant, sed fixi & erecti
 super utrumq; pedem stabant, refertur ad erectã
 affectionis & intentionis eleuationem ad coele-
 stia, & ad fixam ac immobilem aeternorum con-
 templationem, unde dicitur in Psal. Stantes erant
 pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem, & Hiero.
 State super uias ueltras, & uidete, & interroga-
 te, quæ sit uia bona. Et in psalmo. Mane astabo ti-
 bi & uidebo. Et Abachuc. Super speculã meã sta-
 bo &c. & Sap. Caelum attingebat stans in terra.
 Ideò dicitur angelum stetit iuxta aram tem-
 pli &c. in Apoc. Tertio bisenas alas habebant,
 quia sex erant uni, sex alteri, & hoc habet referri
 ad plenitudinem operum charitatis & misericor-
 diae, quæ necessariò super obseruationem deca-
 logi supererogantur, quibus uiri spirituales, ut
 Iob. Per quam uiam spargit lux? Et ad Ephes. Ve
 filij lucis ambulate in dilectione. Et ad Philip.
 Inter quos lucetis tanquam luminaria &c. & Dan.
 Fulgebunt iusti sicut docti, sicut splendor firma-
 menti &c. Nominè igitur seraphin, qui Deo im-
 mediatus coniunguntur, & in diuinis laudibus
 uoces frequentius emittunt, uiri religi-
 osi & spirituales non immeritò intelliguntur,
 qui uiciniore sunt Deo per cõtemplationem &
 laudis continuationem, sicut dicitur in Isa. Cla-
 mabat alter ad alterum, & dicebant. Sanctus, san-
 ctus, sanctus &c. & propter charitatis incensio-
 nem, cuius excessus siue incensio, plus exigitur in
 ipsis q̄ in alijs, praesertim cum ipsi sint altare Do-
 mini, in quorum corde & corpore iuge sacrificiũ
 Domino immolant, & ideo ignis in hoc altari est
 cõtinuè accendendus, ut patet in Leuit. Ignis &c.
 De istis autem angelis ordinis seraphin, septem
 specialiter exprimitur. q̄ stabant, q̄ duo erant
 qui stabant, q̄ bis sex alas habebat, q̄ se uelabat,
 q̄ uolabant, q̄ clamandò requiem non habebat,
 q̄ tollentes lapidem ignitũ ad altari labia Isaiæ
 emundabant. Ista omnia exigunt in uiris ange-
 licis & spiritualibus quoad statum perfectionis.
 Quòd namq; duo fuisse dicuntur, refert ad mu-
 tuae cohabitationis associationem, siue ad mu-
 tuam geminæ charitatis exhibitionem, quia in-
 ter pauciores q̄ inter duos, esse non potest osten-
 sio charitatis, ideo dicit in Luc. Misit binos & bi-
 nos, ante faciem suam &c. & Ecclesi. Melius est
 duos esse simul q̄ unum, habent enim emolumentũ
 societatis suæ &c. Ideò duo angeli misit sunt
 simul Sodomam, ut haberetur in Gen. quoru unus
 gentem peruersam subuerteret, alter aerd iustu
 Loth cum sua familia liberaret. Ad utrumq; mi-
 nisterium complendum unus angelus sufficere
 potuisset, duos tamen simul misit Dominus, ut
 societatem mutuã in angelis & hominibus cõ-
 mendarer, & ad augmentum & conseruationem
 charitatis societatem esse necessariam demon-
 straret, ideo dicit Psal. Ecce q̄ bonum &c. ideo
 dicuntur duo fuisse in agro, duo in lecto. Quòd
 autem

in bonitate electorum tuorum, ad latandum in
 latitia gentis tuæ, ut lauderis cõ hereditate tua.
 Clamabant autem seraphin, sanctus, sanctus, san-
 ctus: ideo enim prorumpunt electi praecipue reli-
 giosi, in triplicem laudem Dei, quia ipse sanctus
 sanctoru electos suos sanctificat, ab amore mun-
 danorum separando, & separatos in uia merito-
 rum promouendo, & in fine iam sanctificatos, p
 sanctificationis cõsummationem in gloria præ-
 miando. Est itaq; iugiter laudandus, quia efficit
 hominẽ sanctum & mundum in poenitentia, san-
 ctiorẽ in iustitia, sanctissimũ uerò in gloria sem-
 piterna, de hac sanctificatione dicit in Ioan. San-
 ctifica eos in ueritate, ut & ipsi sanctificati sint
 & cõsummati in unũ, sicut ego & tu unũ sumus.
 Quòd uerò septimò labia Isaiæ polluta cõ cal-
 culo tangebant & mundabant, habet referri ad
 sanctoru & religiosorum misericordiã & copã
 sionem, qua per gratiã ipsos sanctificantem in se
 purgati, secularibus etiã & alijs immundis pec-
 catoribus cõpatientes, feruentissimis & deuotif-
 simis orationu suffragijs, eorum sanctificationi
 cooperant. Sic Moses suis precibus Mariam le-
 profam & immundã, sanitati et munditiã resti-
 tuit, & in Iob dicitur. Seruus meus Iob orabit p
 uobis, faciem eius suscipiam, ut uobis nõ impu-
 tet stultitia. Et sequitur. Cõuersus est Dominus
 ad poenitentiam Iob, cum oraret cum amicis
 suis &c. Ex quo patet manifestè, q̄ multum co-
 operantur bonorum suffragia, ad peccatoru iu-
 stificationem & emendationem. Et hæc de ordi-
 ne seraphin dicta sufficiant.

De Cherubin qui sunt secundi ordinis prima hierarchie.

Sicut uiri perfecti configurantur ordini sera-
 phin propter excellentiam feruentissimæ dile-
 ctionis, ita assimilantur ordini Cherubin ppter
 plenitudinem sapientiæ, & prerogatiuam limpi-
 dissimæ cognitionis, quæ in uiris spiritualibus
 dinoscitur præ ceteris relucere. Cherubin quip-
 pè plenitudo sapientiæ interpretatur, quod absq;
 dubio, uiris spiritualibus conuenit, per quorum
 corda spiritus sapientiæ affluentissimè se diffun-
 dit, unde Apost. Sapientiam loquimur inter per-
 fectos, sed non sapientiam principum huius se-
 culi, quæ destruet, sed loquimur sapientiã in my-
 stero absconditam, quam nemo principum hu-
 ius mundi cognouit &c. Istius sapientiæ cele-
 stis radius, per Spiritum sanctum in cordibus ui-
 rorum spiritualium diffunditur, sicut ibidem se-
 quitur. Nobis aut reuclauit Deus p Spũm sanctũ
 suũ, quia spũs scrutat oia &c. Hęc sapienciã nõ est
 mundana quæ inflat, sed illa quæ edificat. Prima
 enim est terrena, de qua dicitur in Luca. Pruden-
 tiores sunt filij huius seculi filijs lucis, & hæc est
 in auaris & negociosis: præterea est animalis, de
 qua ad Roma. Prudentia carnis mors est, hæc est
 in uoluptuosis, quæ uera sapientia non inuenitur
 in terra suauiter uentium, ut dicit Iob. Est in-
 super

Iacob. 6.
 Leu. 19.
 Isa. 10.
 Deut. 17.
 Zach. 14.
 Ioan. 13.
 1. Tim. 4.
 4. Reg. 16.
 Iob. 17.
 Ezech. 5.
 1. Pet. 2.
 Iud. Apo-
 stolus in
 cano.
 Malach. 3.
 Eccle. 4.
 Deut. 33.

Gen. 17.
 Isa. 6.
 Psal. 121.
 Hiero. 6.
 Psal. 5.
 Abac. 2.
 Sap. 18.
 Apoc. 8.
 Ioan. 5.
 Iob. 3.
 Ephet. 4.
 Phil. 1.
 Dan. 12.
 Iud. 6.
 Psal. 138.
 Ezech. 1.
 Apoc. 12.
 Matth. 6.
 Ibidem.
 Luc. 10.
 Eccle. 4.
 Gen. 19.
 Psal. 119.
 Matth. 23.
 Psal. 105.

Ioan. 17.
 Num. 12.
 Iob. ult.
 1. Cor. 2.
 Luc. 16.
 Rom. 5.
 Iob. 28.



Iob. 28. 11a. 5. Hier. Sap. 1. Iac. 3. Malac. 2. Exo. 25. Ioan. 4. 1. Para. 28. Eze. 1. & 10. & Apo. Alias, aspiciant.

super diabolica, & hæc est in superbis & in inuidis, de quibus Isa. Væ qui sapientes estis in oculis vestris &c. & in Hier. Sapientes sunt ut faciât mala, sed in ma leuolam animam non introibit sapientia, ut dicitur in Sap. Ideo ad veram & permanentem sapientiam quæ de sursum est, recurrendum est. Hæc enim est pudica, pacifica, modesta &c. ut dicit Iac. Nam mentem quam inhabitat, purificat, & pacificat, & quietat. Et ideo istius sapientia plenitudo, perfectorum mentes angelis ordinis cherubin purificat & cõfigurat. Ideo dicitur in Malach. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Et in humis rei figuram dicitur in Exod. Duos quoque cherubin facies ex utraque parte oraculi, cherubin vnus erit in latere vno, & cherub alter in latere altero &c. Istud oraculum, est cor humanum, in quo oportet Deum adorare in spiritu & veritate, sicut dicit in Io. In quo quasi à sinistris erigitur cherub quoad scientiam in humanis, ut sciamus qualiter in medio huius prauæ & peruersæ nationis sapienter cõuertemur: in alia verò parte debet esse cherub quoad sapiam necessariam in diuinis, ut scilicet secundum spiritum diuinæ sapiæ nos celestibus conformemur, ut sic cherubin vocabulum in præfenti & in futuro sciam significat. Possunt itaque viri perfecti dici cherubin, propter multa quæ secundum traditionem beati Dionysii, istis angelis spãliter appropriantur, & primo propter deificam visionem, ideo n. de iudi dicunt, quia diuini luminis influentia primò & principaliter irradiantur, qua in Dei visione sublimiori gloria extollantur. Et hoc ideo, nam uiri spuales angelis quidem cherubin comparabiles, Deum vident per cognitionem & per cõscientiam munditiæ, sibi adheret inseparabiliter per amorem, & sic de numero cherub efficiunt, ad quorum equarãtiam se deuenisse vitæ & græ merito dinoscunt, unde dicit in primo Paral. Aurum purissimum dedi, ut fieret ex eo similitudo cherubin, scdm opera exemplaris &c. Aurum purissimum, puram significat conscientiam, & mundam, quæ in uiris spualibus potissimè inuenitur, propter quã uita angelica in ea similis potissimè reperitur, nam nulla creatura puritati angelicæ in præfenti poterit adæquari, quæ ipsius angelicam puritatem quantum in se fuerit, contempserit inuitari. Itè secundò propter singularem diuini luminis susceptionem, quia lux diuina super ipsos transfusa, ipsos singulariter illuminat, ut oibus sub se constitutis ipsis mediãtibz euidẽtissimè se ostendat, propter quod cherubin plena fuisse oculis legunt, quia uiri angelis cherubin cõparati, circumspectionis gratia & prouidentie dono circudati, sunt undique luminosi, ut non solũ ppria, uerũ etiã & accendant vigilãti studio aliena: & ideo forsan facies cherubin mutuo se legunt respexisse, quia unusquisque alterius debet esse oculus, & alieno periculo uelut proprio, cũ discretionis moderamine cõ-

traire. Item tertio propter sibi infusa sapientia communicationem. Nam occultum supremum sapientie donum siue lumen, quod diuinitus accipiunt, ad alios transfundunt, sic iusti talentum quod ex Dei dispensatione recipiunt, non ponunt in modio, sed super candelabrum, quod oibus (quantum in se est) communicant æqualiter & exponunt, ideo dicitur Sap. sacramenta Dei non abscondam, sed ponam in lucem scientiam, & non proteribo ueritatem &c. Verũ erubescere possunt inuidi & emuli, qui donum Dei nituntur sibi solum uedicare. Cõtra quod est illud. Numer. Quid (inquit) emularis pro me? quis tibi ueritatem ut ois populus propheta, & det singulis spiritum suum? Item quarto propter diuinam quietis preparationem. Vnde Dionysius eos diuinam quietis hospites siue receptores cognominat, ex eod. n. quod lumen capiunt, locus luminis fiunt. Qui igitur per amorem & quietem conscientia Deo desuper ueniunt, in suo affectu locum praparent, angelis cherubin se conformant, ideo forsan dicitur sedere super cherubin, quia quos quietos humiles & mansuetos inuenit, in ipsis familiariter requiescit, sicut dicit Isa. Requiescet super eum &c. & Psal. In pace factus est locus eius, &c. et cetera. Isa. Super quem requiescet spūs meus, nisi super mansuetum, &c. Item quinto propter immediatam secretæ Dei sapientia circuitiõnem, nam angeli cherubin immediatè quidem Deo assistunt, propter incommutabilitatem contemplationis & ueritatis, circueunt tamen semper admirando & laudando incomprehensibilem profunditatem diuinæ maiestatis, nam quanto contemplationis acie profundius diuinitatis secretæ comprehendere satagunt, tanto se minus comprehendisse per omnia recognoscunt, sic reuera est de perfectis, qui nondum se comprehendisse arbitrantur, immò quanto uidentur esse uirtutibus & gratiis perfectiores, tanto se reputant omnibus inferioribus, & cum aliqui reputant eos usque ad Dei secretiora iam penetrasse, uix putant se adhuc talia inchoasse, iuxta illud Ecclesiast. Cum consummauerit homo, tunc incipit, & in Luca. Cum omnia bene feceritis, dicatis serui inutiles, &c. Item sexto propter deificam alimentum vnificam repletionem, quia non esset per omnia beatus angelorum status, si multa de secretis Dei caperent intellectu, & tamen uacui remaneret in affectu. Ideo dicit, quod multa quidem & inaudita de Dei secretis intelligunt, sed singuli suam refectionem spirituales, qua Deo incorporantur, inueniunt, & per internam dulcedinem diuinæ uoluntati uniti, ab ipso non recedunt. Sic uiri spirituales multa capientes intellectu, uberius se & alios reficiunt, quanto profundiora de occultis diuinæ sapientie apprehendunt: ideo dicitur in Hieremia. Inebriabo animas sacerdotum pinguedine, &c. et cetera. Et Isa. Audite, &c. et cetera. Istius alimenti dulcedinem, tanto

Sap. 6. Numer. 11. Psal. 75. 11a. 66. Eze. 10. Luc. 17. Hier. 15. 11a. 19.

iusti perfectius recipiunt & sentiunt, quando sensus corporis & affectiones corde, parius custodiunt atque regunt. Ideo Abraham prius angelorum pedes abluerat, quos temperato cibo reficere disponebat, ut dicit in Gen. Afferam pauillam aquæ, & lauent pedes uestri &c. Soli enim boni & mundi ad usum angelicum admittuntur. Et Sap. Præparasti populo tuo escam angelorum &c. Item septimò propter situs collocationem. Nam supernæ uirtutes ex parte dexteræ collocantur: demones uerò sinistram tenere uidentur, iuxta illud Ezech. Cherubin stabant à dexteris domus &c. Et hoc est proprium electorum & perfectorum, ut sint filij dexteræ, sicut mundani filij sinistræ. Nam oues à dextris, hedi uerò à sinistris in iudicio locabuntur, ut dicit Matth. In cuius rei figuram Abraham dexteram tenuit, Loth uerò reuens sinistram in Sodomam declinauit, ut legitur in Gen. Ideo etiam posuit Iacob manum dexteram super caput Manasse, sinistram uerò super caput Effraim, ut dicitur in Gen. Manasse obliuio, Effraim uerò frugifer uel fructificatio interpretatur. Qui hic gaudet bonis temporalibus, quibus applaudit mundus, sunt Effraim, & putat se dexteram felicitatis obtinere, iuxta illud Psal. Beati dixerunt populum, cui hæc sunt. Religiosi uerò quos obliuiscit & abiicit mundus, sinistram habere partem à reprobis oppinant, dicente Sap. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum &c. sed in fine cancellabunt manus, quia mali sinistram cum rubore obtinebunt, boni uerò cum honore dextram obtinuisse se gaudebunt, quando dixerit. Amice ascende superius, & erit tibi gloria coram simul discumbentibus, alijs incipientibus obtinere nouissimum locum cum rubore. Item octauò propter inferiorum excitationem. Nam angeli ordinis Cherubin inferiores angelos excitant in diuinæ contemplationis admirationem, & quod de Deo per cognitionis donum percipiunt, inferioribus innoscunt. Et hoc conuenit religiosis, uerbo & exemplo seculares allicere ad laudem & cognitionem creatoris: nam dicit Scrip. Cum ambularent Cherubin, ibant pariter & rotæ iuxta ea, & cum eleuarent alas suas ut exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed iuxta erant, stantibus illis stabant &c. Ex quo manifestum est, quod ex profectu uel defectu religiosorum & clericorum dependet profectus uel defectus laicorum, iuxta illud. Et nunc fratres uos qui estis presbyteri in populo Dei, ex uobis pender anima illorum. Item nono propter diuinæ uoluntatis manifestationem. Nam medianibus angelis, Cherubin diuina uoluntas in superioribus innoscit. Ideo dicitur. Audiebat uocem loquentes ad se de propiciatorio, quod erat super arcem inter duas alas Cherubin, inde & loquebatur ei. Sic religiosi & litterati uiri sunt quasi interpretes Dei, ad aures simplicium laicorum & ipsorum laicorum ad aures Dei. Moses retulit uerba Domini ad po-

pulum, & uice uersa populi ad Deum, ut dicitur in Exodo. Et Sonus alarum Cherubin, erat quasi sonus aquarum multarum, quasi uox sublimis Dei, ut dicitur in Ezechiele. Nam perfecti uerba populorum referunt ad Deum in oratione & gratiarum actione, & uerbum Dei annunciat populo in prædicatione. Videant igitur, quod fideles sint interpretes, non amore, non odio uel timore alicuius personæ, & diuinum consilium peccatoribus occultantes, talis interpretis fuit Paulus, qui dicit. Nihil subtraxi uobis utilium, quin annunciare uobis, & docerem, publice testificans omnibus penitentiam & fidem &c. Item decimò propter specialè custodiã paradisi deputatiõnem: nam Cherubin uelut ianitoribus, custodia ianuæ paradisi fuit deputata, ut patet in Gen. Collocauit Cherubin, & flammeum gladium atque uersatilem, ad custodiendam uiam ligni uitæ. Et hoc uidet esse proprium officium religiosorum, & doctorum, & prælatorum, ut tam ex uitæ merito, quàm ex officio, uiam ætarnam que ducit ad uitam in se custodiant, & alijs ostendere non desistant, ut dicere possint illud Hierem. Hæc est uia, ambulate in ea, sed non debet esse sine gladio uersatili, & flameo uir perfectus.

De thronis qui sunt tertij ordinis hierarchia.

Tertius ordo primæ hierarchiæ uocatur ordo Thronorum, in quibus diuina iustitia potissimè requiescit, per quorum ministerium diuinæ æquitatis excellentia, benignè & sapienter iudicans, uniuersa hominibus innoscit, sicut dicit Psal. Sedes super Thronum, qui iudicas iustitiã. Et Eccle. Vnus est altissimus, creator omnium, potens & metuendus nimis, sedens super Thronum dominans Deus. Vnde hi angeli in quibus Deus residet, & cuncta subiecta ordinat & disponit, dicitur Throni, quia sicut Thronus subijcitur residenti, sic angeli illius ordinis diuinæ iustitiæ sunt subiecti, ex quo præfidentis auctoritas declaratur, & ipsorum subiectorum Thronorum, id est angulorum humilitas commendatur, nam super humiles spiritu Dominus requiescit: & ideo uiri spirituales & perfecti, siue sint religiosi, siue prælati, significantur per Thronos ratione iustitiæ & humilitatis, sicut per Cherubin propter excellentiam sapientiæ, & sicut per seraphim ratione charitatis. Nam illa quæ de Thronis per appropriationem dicuntur, in uiris sanctis primi rationem diuinæ iustitiæ inueniuntur: de proprietatibus autem Thronorum dicit Dionysius, quod sunt sedes Dei altissimi compactæ, id est conuenienter coniunctæ, ab omni liberæ subiectione, diuini superaduentus susceptiua, deiferæ, & ab omni extremitate remotæ &c. Et hæc conditiones, quamuis proprie dicantur de angelis tertij ordinis, cõueniunt tamen per appropriationem uiris sanctis, qui possunt dici uiri ignei uel flammei, quoad perspicuitatem cognitionis, & feruorem charitatis, iuxta illud Dan. Thronus eius flamma

Ezech. Act. 16. Gen. 3. Hier. 5. Psal. 9. Eccl. 1. Hier. 7. Dan. 7.



flamma ignis. ibi glosa Origenis. Thronus Dei sunt monachi & eremita, & consimiles, qui in uno loco degentes, Deo militare studet, nec per loca discurrunt, in quorum quietis cordibus quiescit Deus, qui bene flamma nuncupantur, quia directione Dei & proximi, & desiderio celestis patrie inflammatur. Dicuntur etiam Throni eburnei propter munditiam cordis, & candorem innocentie castitatis. Vnde significantur per Thronum eburneum, quem fecit Salomon de ebore grandem, ut patet in 2. Paral. & 3. Regum. Nam in cordibus eburneis, id est mundis & castis Dominus requiescit, qui pascebat inter lilia, donec inclinaretur umbra, & aspiraret dies. Et ideo in uirginali utero uelut in Throno eburneo, diuinitas nouem mensibus requieuit, iuxta illud. Venter tuus eburneus, distinctus saphiris. Ille inquam uenter de quo Luc. ait Beatus uenter qui te portauit &c. Qui utique fuit eburneus uenter uel Thronus, quantum ad extinctionem fomitis & concupiscentie, tam originalis quam actualis, & quoad privilegium continentie singularis. Item sunt Throni gemmei, uarijs scilicet gemmis & lapidibus preciosis insigniti, quantum ad mentis constantiam & patientie firmitatem, unde dicitur in Ezechie. Similitudo Throni quasi aspectus saphyri. & in Apocal. Sedes erat posita in caelo, & super sedem sedens, & aspectus eius quasi aspectus lapidis smaragdi. Saphyrus est solidus lapis celestis & aerei coloris, & significat illos qui firmi sunt, & stabiles contra extrinsecas mundi tribulationes, & hoc ob spem aeternorum & bonorum celestium futurorum, sicut fecit Eleazarus, qui dixit. Domine tu scis quia cum a morte possem liberari, duos corporis sineo cruciatus, secundum aliam uero translationem, propter timorem tuum hac libenter patior. Smaragdus uero qui lapis est mundus, & contra impetuolum sanguinis fluxum utilis, significat illos, qui in amore castitatis roborati, inuincatas reprimit in se corporis passiones, sicut fecit Apostolus quando dixit. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo &c. Iaspis uero, qui est gemma fugans fantasmata, illos significat, qui tentationes demonum superant, & ipsorum fantasticas uincunt illusiones & declinat, sicut Apostolus qui dixit. Non ignoramus cogitationes eius &c. Et talibus gemmis, id est uiris solidis in fide & opere uirtuosis, preparat Dominus Thronum suum, sicut dicitur de Hierusalem celesti, Thronus Dei dicebatur in Matth. et in Tob. Ex saphyro & smaragdo edificabitur & ex lapide precioso &c. Item Throni sunt nubei, per compassionem & pietatem, in quibus Dominus residet, uelut de quibusdam nubibus pluens, per ipsas subuenit miseris afflictis, et in Eccl. Speciosa est Dei misericordia in tempore tribulationis, quasi nubes pluuia in tempore siccitatis. & in Prouerb. Misericordia et ueritas custodiunt regem, et roborabitur clementia Thronus eius.

De hoc Throno dicitur in Ecclesiastico. Thronus meus in columna nubis. Item iusti dicuntur Throni Domini, sed quasi auri per incorruptibilem iustitiam, & inflexibilem equitatem: nam aurum incorruptibile est & inflexibile, sic iustitia, de qua in Sapientia. Iustitia perpetua est, & immortalis &c. Et in eadem. Iusti in perpetuum uiuent, & ideo in eis uelut in Throno aureo firmo & solido, Dominus requiescit, sicut Assuerus qui in Throno aureo & in solio regni sui residebat. & in Prouerb. Aufer iniquitatem & impietatem de uultu regis, & firmabitur. Possunt etiam dici iusti Throni syderei siue stelle, & hoc per tranquillitatem conscientie, & perfectam cordis humilitatem: nam quanto hominis conscientia humiliando se magis indignum reputat, tanto circa celestia obtinenda amplius se coaptat, & ad Deum in se suscipiendum tanto est abilius, quanto in sui consideratione humilior iudicat, ideo dicit Psalmus. Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta &c. Sol quidem & luna computantur inter sydera, quae quauis corporali dimensione & uirtuali effectu & operatione sint maxima, tamen minima secundum sensus aspectum iudicantur. Et hoc humilibus congruit, qui quanto in mundo minus reputantur, tanto sunt maiores, iuxta illud Sap. Habuimus eos in derisum, & in similitudinem improprij, & finem illorum sine honore, & ecce quomodo computati sunt inter filios Dei &c. Sancti itaque uiri, qui tam multiplici causa Dei dicuntur Throni, angelis tertij ordinis comparantur, propter altissimam paupertatis professionem. Nam illud reputamus altius, quod est a centro remotius. Tales sunt pauperes spiritu, quorum est regnum caelorum. Qui cum terrenis nihil commune possident, & ideo superiores in celestibus locum habent, sicut dicit Apostolus. Altissima eorum paupertas, abundauit in diuitias simplicitatis eorum &c. Alta quidem est paupertas, quae tollit superflua: aliorum quae distribuit & licita & permixta: sed altissima sibi subtrahit etiam necessaria, sicut illa uidua, quae in gazophylatio de suis necessarijs duo dedit minuta. Altus est igitur pauper spiritu superflua abiciens, sicut Abraham, qui dixit. Iuro tibi &c. Altior uero a licitis abstinent, sicut Dauid, qui abstinuit ab aqua quando sitiuit. Sed altissimus est, ea quae uidentur necessaria non admittens, iuxta illud Isa. Sustollam te super altitudinem terra, et cibabo te hereditate Iacob patris tui etc. Item Throni angelici sunt compacti, id est conuenienter aptati et coniuncti, quia mutuae charitatis iuncturam aliqua relaxante iniuria non deserunt, sed secundum naturam suam et gratiae capacitatem Deum superuenientem aptissime recipiunt, et receptum de se ulterius non repellunt. Et hoc conuenit sanctis uiris et perfectis, ut sint compacti sicut Throni, per mutuae charitatis et affectionis indissolubilem compaginacionem, sed in omnibus se Deo

Deo coaptantes, sibi in suis affectibus immutabilem praeparent mansionem, Vnde Pau. Crescimus in charitate, in illo qui est caput, ex quo totum corpus ipsi compactum est, & connexum per omnem iuncturam, &c. Nam in illis qui sunt uniti, & compacti in charitate, sine omni scissura & affectiois separabilitate, Deus pacis requiescit: &c. Item ab omni ignominiosa subiectione sunt liberi, quantum ad omnimodam seruitutis peccati euacuationem. Nam throni quauis Deo sint subditi, non tamen seruiliter sunt oppressi, & tanto magis sunt liberi, quanto ei magis sunt subiecti, cui seruire est regnare &c. Seruitus itaque nimis ignominiosa & turpis est peccare, na qui facit peccatum, seruus est peccati, ut dicit Saluator. Deo uero subiici, & eius iussis obtemperare, summa est libertas, & iam cum Christo in spiritu conregnare. Et ad Roman. Liberati a peccato, serui facti estis iustitiae, &c. Veri ergo serui sunt, in quorum mentibus per malitiam regnat Diabolus: sed uere liberi sunt, quorum corda per gratiam inhabitat Deus. Item sunt deserti, per legis diuinae uoluntariam supportationem: nam tunc Deum ferre dicimur, quando fidei suae praecipis uoluntarie subicimur, ideo ait Apost. Glorificate, & portate Deum in corde & corpore uestro. Tanquam ergo throni Deum ferimus, quando praceptorum suorum onera coportamus, et in Cantic. Perculum fecit sibi Salomon &c. Item diuini superaduentus sunt susceptiui, & hoc per omnimodam uoluntatis cum Deo conformacionem. Nam ad illos Deus sine obstaculo peruenit, ubi contradictionem uoluntatis improbe non agnoscat, & ideo thronum cordis oportet disponere, & aptare, si ipsum in nobis uoluerimus habitare, quia legitur in lib. Sap. Non habitabit in corpore subdito peccatis: & ideo sola domus cordis est preparanda & ornanda, ne forsitan ad nos declinans recedat, eoque thronum uel sedem paratam non inueniat in figuram huius dicitur in quarto Regum. Vir Dei sanctus est iste qui transit per nos: faciamus ergo ei conuaculum, & ponamus in eo lectulum, mensam, & sellam, & candelabrum: ut cum uenerit, maneat apud nos &c. Item throni angelici ab omni extremitate sunt remoti, quia ei qui sine fine & principio est, in quo non est reperire extremitatem, immediate sunt coniuncti: & hoc refertur ad uirtutis meditationem, siue uirtutis existentis in medio electione, quam uiri sancti angelorum exemplo eligunt, & ab extremitate uitiorum se subtrahentes, ad uirtutis medium tendunt: & bonis aeternis, quae sine extremitate sunt, per uirtutis opera se coniungunt. In medio se tenendo proficiunt, qui per fidem & charitatem mediatori Dei & hominum adhaerendo, ab ipso per uoluntatis discrepantiam non recedunt. In medio se tenent, qui omnibus indifferenter sine acceptione persona iustitiam exhibent, dr. n. in li. Paral. Non est apud Deum iniquitas, neque personarum acceptio, neque cupiditas

nerum &c. in Prouerb. Accipere personam in iudicio, non est bonum &c. hi medium non tenent, sed ad extremitatem tendunt, & ideo throni Dei non sunt & iterum. Multi colunt personam potentis, & amici: sunt munera tribueris, & Isa. Cortuit in platea ueritas, & causa pauperis non potuit ingredi ad eos. Boni uero & electi ideo throni Dei sunt, quia pauperibus sicut diuitibus aequaliter se exponunt, unde dicitur in Prouerb. Qui in ueritate iudicat pauperes, thronus eius in aeternum firmabitur &c. Item throni angelici, Deo praesidenti non coacte, sed spontanea sunt subiecti, & ideo eorum ministerium potius est felicitatis, quam necessitatis, & hoc refertur ad uoluntariam electorum obedientie subiectionem. Coacta uero seruitia Deo non placet. Vnde Pau. Non ex necessitate, sed ex hilaritate &c. & in Psalm. Voluntarie sacrificabo tibi, &c. et in Exod. Obulerunt mente promptissima & deuota primicias Domino &c. In corde itaque deuoto, & ex deuotione ad obediendum prompto, Dominus suauiter uelut in throno requiescit. In cuius rei figuram spiritus sanctus sicut columba descendit, & requieuit super caput Domini, quando Ioanni uoluntarie subditus, ab ipso uoluit baptizari, ait enim ioan. Vidi spiritum quasi columbam, de caelo descendentem, & manentem super eum, &c. Patet itaque ex praedictis, quia in uiris sanctis & religiosis ille triplex ordo celestis, per quandam assimilationem configuratur: ex quibus conuenitur, quod subsequens hierarchiae triplex ordo, in bonis rectoribus & prelatibus per quandam expressam similitudinem reperitur. Nam media hierarchia continet dominationes, uirtutes, & potestates secundum Dionysij ordinationem. Nam dominationes, uisum dominandi edocent, uirtutes uigorem conformandi se Deo inferioribus uiriliter exhibent, potestates malitiam aduersariorum cohibent atque arcunt. Iste tribus angelorum ordinibus, quorum nomina sonant in domino, uirtute, & potestate, ois praelationis auctoritas correspondet. Nam omnis praelatio est propter tria principaliter a domino ordinata, quia per ipsos uult Deus homines per fide ueritatis, & amore sanctitatis, ad Dei similitudinem reformare, uel lites rescindere, ac discordes ad concordiam reuocare, aut coercere rebelles, & malitiam reformare. Ad morum disciplinam & correctionem est instituta dignitas sacerdotalis, ad reformandam concordiam inter homines, et pacem conseruandam, ordinata est auctoritas iudicialis ad malitiam coercendam, concessa est potestas secularis, imperialis scilicet et regalis. Prima auctoritas est pure spiritualis: tertia est pure temporalis: sed media est mediocris, scilicet partim spiritualis, partim temporalis. Illi igitur qui praesminent in ministerio pontificali, siue sacerdotali, assimilantur ordini Dominationum. Qui uero ex officio praecellunt in auctoritate iudiciali, conformitatem habent cum ordine uirtutum.

1. Paral. 17. 2. Paral. 1. 3. Regum 7. Sap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Proue. 18. Prou. 19. Isai. 59. Prou. 29. 1. Cor. 9. Psal. 53. Exod. 35. Luc. 3. Ioan. 1.



ritum. Sed qui alios transcendent in potentia seculari, configurantur ordini Potestatum, de quibus per ordinem aliqua sunt breuiter in medium proferenda.

Secunda pars in qua tractatur de tribus ordinibus secundae hierarchie.

Dominaciones itaq; dicuntur angeli primi ordinis mediae hierarchie. Sic autem secundum Isid. nuncupantur, quia inferioribus angelis dominantes, eos instruunt & informant, qualiter in prelationis officio debeant subditos ad deificam similitudinem reuocare, & sine tyrannide subditorum facta liberaliter ordinare. Vnde dicit Diony. Nominatio dominationum absolutam & liberam, anagogen absq; ulla tyrannica dissimilitudine, liberaliter saueram, & ab omni subiectione ignominiosa remoram declinat, quasi dicat. Sicut per anagogen. i. per excellentiam uniuersalem, supra alios angelos sine subiectione eleuantur, ita per nullam tyrannidem ad depressionem aliorum inclinantur, quorum dominatio & liberalis est & sauera, liberalis in benignitate, sauera in potestate, & hoc proprie conuenit prelati, qui in spiritualibus singulariter dominantur, sicut sacerdotibus & Episcopis, qui in spirituali officio iudicantur omnibus digniores. Dicuntur itaq; illi qui praesunt pure in spiritualibus dominaciones, quia uerum dominium est, quando superantur uicia, ac uirtuosa opera in regno animae siue Ecclesiae dominantur, non autem possunt extirpari mala, ut bona efficaciter dominantur, nisi per prelatorum ministerium, quibus caelitus collata est auctoritas, ut per ipsorum officium & sacramentorum mysterium euacuetur uicia, & mores in hominibus corrigantur, & sic subditorum mentes per morum disciplinam ad deiformem similitudinem reformantur. Et ideo apud prelatos animarum istius dominationis auctoritas a Domino est relicta, ut ipsi cooperantibus, peccati seruitus penitus auferatur, & uera libertas spiritus, electis mentibus per ipsorum ministerium conferatur: unde dicitur in libro Sap. In sapientia tua constituisi hominem, ut dominaretur creaturae tuae, quae a te facta est, ut disponas orbem terrae in aequitate, & in directione cordis & in iustitia &c. quasi dicat, ideo dominium homini super hominem contulisti, ut corruerit hominis per iniustitiam, mediante iustitia, ad Deum iterato dirigat. Recognoscant igitur Pontifices Christi ac sacerdotes, quia a dominatore uniuersae terrae receperunt supremum dominium, & a diebus seculi, non solum hominibus, immo & angelicis spiritibus penitus inauditum: quia (ut dicit Bern.) nec regibus, nec seculi huius potestatibus, legit attributum, ut illud conficiat quotidie consecratus in sacerdotem in altari, quod Dei filius diuinitatis uirtute profecit in cena paschali, ubi fuit remunerans & munus, cibans &

Cōsecratus sacerdos quotidie conficit, id quod profecit Christus in cena.

cibus, conuina & conuulsi, offerens & oblatum. Istud donum prelati est collatum, non ad turpem quaestum exorquendum, nec ad superbiendum, uel subditos qualitercunq; opprimendum, sed potius ad ueram libertatis statum, per sacerdotum officium & sacramentorum mysterium reducendum, & hoc dicit Zacha. Sedebit, & dominabit, & erit sacerdos in solio suo, & erit consilium pacis inter eos, & erunt coronae memoriale in templo Domini. Dicunt igitur Christi sacerdotes dominaciones, non quia debent dominari in clero ut superbiant, sed ut formam gregi ex animo se ostendant, & ad angelorum conformitatem, uerbo & exemplo promoueant subditos, & adducant, iuxta illud Petri non ut dominantes in clero &c. Illi igitur qui plenam in spiritualibus a Domino receperunt auctoritatem, non immerito dominacionibus conformant, & hoc praecipue propter illa, quae appropriata de istis angelis recitant. Primum propter clericali auctoritatis libertatem, nam in hoc istorum angelorum dignitas consistit, quod nullius pedestris subiectionis oppresione oppressa sit, ut dicit Dionysius: & hoc quidem clero conuenit, qui libertatem non modicam, laicis omnino & pedestribus incomparabilem, a Domino recipere meruit, ut dicitur Psal. Non fecit taliter omni nationi. Vnde omnium iametorum, & reprobilium, & etiam uolatilium dominatio, est uniuersaliter clericis & uiris spiritualibus attributa, ut dicitur in Genes. Dominabit piscibus & uolucris &c. & in Deut. Dominaberis omnibus nationibus, & nullus tibi dominabit. Item secundum propter praesentem modum, & dominandi qualitatem, nam angeli illius ordinis sic inferioribus praesunt, quod nullam tyrannicam uolentiam illis qui sibi subiecti sunt inferunt, sed simpliciter eis in omnibus condescendunt, quod utique clericis conuenit, ut taliter se habeant circa laicos, quod eorum uita uideat habere conformitatem ad angelos supradictos. Item tertium propter ipsorum clericorum caelestem intentionem, siue intentionis puritatem, nam isti angeli dicuntur a Dionysio sursum actiui, quia conuersi ex suo ordine, altos inferiores conuertunt, & perfecti in se alios perficiunt, & alios ex suo lumine illuminare satagunt, & intendunt, & istud manifestum esse angelicum, ut illi qui praesunt uerbo & exemplo alliciant conuertendos, & perficiant perficiendos, ut sic cortina cortina trahat, & qui audit, dicat ueni: sicut dicitur in Apoc. quia qualis est dominus uel rector ciuitatis, tales sunt qui habitant in ea &c. Item quartum propter officij clericalis necessariam liberalitatem: nam angeli istius ordinis dicuntur liberales & saueri, quia benignitatem habent, & saueritatem in liberalitate, sic & prelati ordinis ecclesiastici liberales sunt in casu necessario, pariter & saueri. Liberales quidem et benigni, circa humiles et prudentes: duri uero circa reprobos et rebelles, quia quos non possunt censura ecclesiastica reducere ad ueritatem uita per benignitatem, nituntur reducere per saueritatem, sic legitur

Zach. 4.

Rom. 2.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

Psal. 138.

Genes. 1.

Deut. 10.

Ibi. c. 3.

Tobiz. 4.

Apoc. 1.

1. Pet. 2.

gitur Apostolus fecisse ad Tytum & ad Timoth. cum dixit. Increpa obsecra, &c. Item quinto propter quandam uitae & morum secularium disparitatem, quia sicut dicuntur Angeli Dominationum, omni scilicet dissimilitudine segregati, quia nihil indecens, nihil inhonestum diuinae similitudini contrarium, in Angelis illius ordinis inuenitur, & hoc utique angelicae puritati consonum est, ut qui alios tangunt, & aliis corrigendo dominantur, non subiaceant uitii, quibus uerborum moribus aduertantur, sicut faciunt illi qui praedicant non furandum, furantur: & qui dicunt non mechandum mechantur: ut dicit Apostolus de quibus est, Isa. Audite illud res, qui dominamini super populum meum. Tales sunt hypocrita, qui multa dicunt & imponunt aliis, & suum digitum non apponunt, qui utique illudores sunt, quia decipiunt quibus adulantur: iuxta illud Isa. Popule meus, qui te beatam dicunt, &c. Item sexto propter status potestatum dominabilitatem, nam illi ueri sunt Domini, qui ita dominantur aliis, quod sunt etiam Domini propriae uoluntatis, sicut de istis angelis dicit Dionysius, quod sunt ueram dominationem indefinenter desiderantes, quod utique istis congruit, qui ita alijs praesunt, quod propriae conscientiae dominium non omittunt: de quibus dicitur in Prouerb. Melior est patiens uirum forti, & qui dominatur, &c. Nequaquam enim sunt reputandi dominatores hominum aliorum, qui serui sunt uitiorum: dicitur enim in Genes. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius: & alibi. Sub potestate uiri eris, & ipse dominabitur tui. Item septimum propter fixam & stabilem affectus immutabilitatem, sicut dicitur de Dominationibus, & ad nullam uanem apparens, sed ad uerum existens totaliter sunt conuersi, quod ad nullum inane, & transitorium se conuertant, sed semper illum, qui uerus est, Deum aspiciunt, & sibi in omnibus placere concupiscunt. Non igitur clericis conuenit uanitates & insanias mundi falsas aspiciere, qui dominatori uero semper debent assistere, & dominatorum, uel dominationam nomen, uel officium se aestimant obtinere: ideo dicit Tob. Nunquam in tuo sensu superbiam dominari permittite, &c. Patet igitur, quod dignitas clericalis qui in sua radice considerata, est penitus spiritualis, merito est consona ordini dominationis, quae sic praecedit alios inferiores ordines, quod illos illuminat, perficit, & purgat: & tamen ab illis non illuminatur, nec perficitur, nec purgatur: quia sicut spiritus dignitate, & officio praecellit corpus, sic potestas spiritualis digniore est quam secularis, & ideo bene fortitur, nomen dominationis. Vnde regalis potestas subiacet potestati, & auctoritati spirituali, sicut in prima Canon. Pet. dic. Vos estis gens sancta, regale sacerdotium, &c. nam temporale regnum uelut quoddam adiectum, subiacet sacerdotio in nouo testamento, sed in ueteri testamento, sacerdotium sub-

fuit regno. Vnde dicitur in Exod. Elegi uos in populum peculiare, in sacerdotale regnum, &c. ubi regnum ponitur substantiue, sed sacerdotium adiectiue, & ideo reges tunc poterant amouere ab officio summos sacerdotes, sicut Salomon amouit Abyathar. Iam uero possunt sacerdotes & pontifices ex causa amouere reges, & deponere Imperatores, sicut sepius accidit & uisum est, quando scilicet eorum malitia hoc exigit, & reipublice necessitas sic requirit: summus uero pontifex penes quem prima in terris residet auctoritas, non a rege, non a principe seculari, non ab homine iudicatur, sed solius Dei iudicio referatur. Spiritualis enim homo iudicat omnia, & a nemine, nisi a solo Deo iudicatur. Sed ut possint tales personae liberius spiritualibus uacare, ut nunc per uerbi uitae praedicationem, nunc uero per sacrorum ministracionem populum sibi subditum ad deiformem similitudinem reformare, necesse fuit, alios assumere in partem sollicitudinis, qui in diuersis negotiis & causis eis assisterent, & onus eorum supportarent: temporalia enim spiritualibus sunt annexa, & de facili spirituale officium impedirent, nisi causas & lites ex temporalibus orientes, aliqui per iustitiam deciderent, & diffunderent: ideo dicit Iethro ad Moysen. Vltra uires est negotium, solus sustinere non poteris, esto tu populo in his quae ad Deum pertinent, ut referas quae dicuntur ad Deum, ostendasque caeremonias, & ritum colendi Deum, uiamque per quam ingredi debeant, & opus, quod facere debeant. Prouide ergo uiros potentes & timentes Deum, in quibus sit ueritas & oderint auaritiam, & constitue ex eis qui iudicent populum in omni tempore, leuiusque tibi sit, partito in alios onere. Et tales sunt decani, praepositi, archidiaconi, & quicumque iudices, siue ordinarii siue delegati, qui lites sopiunt & decident causas, discordes ad concordiam reuocant, & reducant, & tales sua officia promouent, & uiriliter exequentes, conformitatem habent cum ordine uirtutum, qui sequitur ordinem dominationum, nam sine uirtute non potest tale expediri officium.

Ecccl. 19.

1. Reg. 2.

In lege ueteri reges deponere poterat sacerdotes, sed in noua, uice uersa.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

Exo. 18.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

De uirtutibus quae sunt secundi ordinis secundae hierarchie.

Virtutes itaque dicuntur Angeli secundi ordinis mediae hierarchie, qui sic uocantur (ut dicit Diony.) propter fortem & immutabilem uiriliteratem, ad susceptionem diuinarum illuminationum, nullatenus infirmam sed uiriliter in Dei imitationem reductam, deiformem morem non dereliquentem, sed firmiter ferentem in supersensitalem, & potentificam uirtutem deiformiter prouenientem. Haec omnia figuratiue intellecta, sunt ad illos, qui iudicandi recipiunt potestatem, referenda: nam

ff da: nam



da: nam ut pax & concordia in Christi Ecclesia habeatur, iustitia à Domino est ordinata. Iustitia enim & pax se inuicem concomitantur nã dicit Psalmus: Suscipient montes pacem populo, & colles iustitiam, quia nõ esset pax in montibus, id est in superbis hominibus, nisi esset iustitia in collibus, id est in bonis, & humilibus prælati ac iudicibus, in quibus uirilitas siue uirtuositas angelica requiritur, ut nec benedictione, nec maledictione à rectitudine iustitiæ moueantur, sicut de Dauid de quo in secundo Reg. Tu autem Domine mi rex es sicut angelus Dei, qui nec maledictione, nec benedictione mouetur. Fortis igitur, & uiriliter debet esse iudex, ne timore, odio, uel amore à uigore iustitiæ deflectatur: ideo datur consilium in Ecclesiastico. Noli querere fieri iudex, nisi uirtute ualeas irumpere iniquitates, ne forte expauescas faciem potentis: & in Sapientia. Audite reges & iudices qui iudicatis terram, uobis data est uirtus ab altissimo, &c. & iterum, in Ecclesiastico. Homines diuites in uirtute, pulchritudinis studium habentes, & pacificantes in domibus suis. Sunt igitur uirtutes, quoad uirilem iustitiæ executionem, ut dicitur in Psalmo. Viriliter agite. Item propter uirtuosam iustitiæ defensionem, nam dicitur in Eccle. pro iustitia agonizare, & usq; ad mortem certa pro iustitia, &c. Nam quando subditi uident prælatos pusillanimes, & trepidos, de facili perterrentur, ut dicitur in Zacharia. Percutiam pastorem, &c. Hieronymus. Hunc scito nullam esse Christianum, qui nec metuit, nec concupiscit: ideo dicitur in Ezech. Ut Adamantem & silicem posui te, ne timeas eos, & cetera. In silice duro, & adamante solido, & omnis ferri attractiuo, significatur iudicis constantia, & fortitudo, cui semper associanda est patientiæ mansuetudo, quæ quandoq; attrahit etiam in malitia obstinatos: uiriliter igitur dicuntur uiri angelici uirtutum celestium imitatores, esse iustitiæ propugnatores, ne dici possit illud Ezech. Non ascendisti ex aduerso, nec opposuisti uos, &c. Item uirtutibus cæli comparantur, propter diuinæ sapientiæ imitationem, quam semper debent iudices in suis sententiis præ oculis retinere. Humana enim iustitia diuinam debet prout est possibile imitari, & ne erret per ignorantiam diuino lumine illustrari: ideo dicitur in libro Sapientia. Diligite lumen sapientiæ qui præestis populis, &c. ne dicatur illud Hier. Forsitan pauperes & stulti ignorant uiam Domini, & iudicium Dei sui. Ibo igitur, &c. & Isa. ne scierunt saturitatem, ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, & ideo dicitur de uirtutibus, quod uiriliter per susceptionem illuminationum reducuntur ad Dei imitationem. Nam qui à Deo illuminantur, sine offendiculo ipsius iustitiæ exequuntur, & hoc est quod dicit Psal. Domine in lumine uultus tui ambulabunt, & in iustitia tua exaltabuntur. Item propter celerem causæ pauperum determinationem, nam uera iustitia cũ

fuerit nota iudici, non est ab executione retardanda, immò statim diffinienda, & promulganda, & hoc præcipue in causis pauperum, quarum dilatio eis multipliciter est nocua, & ideo dicit, quod uirtutes deiformem motum nõ derelinquit, quia uirtuosi iudices cognita causa pauperis iudicare non differunt, sicut nec Deus de quo dicitur. Dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudicium, & fortissimus non habebit illis patientiam, &c. Nã sine mora dispendio sunt innocentes absoluedi, rei uero nõ puniendi. Item per uoluntariam auaritiæ fugam, & munerum declinationem, nam munerum cupiditas, multum solet eneruare uires iudiciorum, ideo præcipitur in Exodo. Non accipies munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt uerba iustorum, & in Deuter. Non accipies personam neq; munera, quia excæcant, &c. & ideo eis congruit, quod dicitur de uirtutibus, quod ad pontificam & superessentialem uirtutem proueniunt. i. in suis motibus, & operibus, solum Deum, & non proprium commodum attendunt: sic uirtuosi iudices & prælati nihil faciunt propter lucrum, sed oia peragunt pro Deo, quia nõ hominũ est iudiciũ, sed diuinum: ut patet in primo Paralip. Videte (inquit. n.) quid faciatis, non enim hominũ exercetis iudicium, sed Dei, &c. Item propter celerem & uirilem oppressorum liberationem, nam iudex uirtuosus innocenter oppressos uiriliter eripit, & facienti iniuriam, totis uiribus se opponit. Prælati. n. & iudices angeli sunt, & angelorum officium gerunt, quorum ministerium est demones coercere à uoluntate, & ab obsessis corporibus uiriliter remouere: iuxta illud. Tob. Apprehendit Raphael Demonium, &c. & in Dan. Misit Deus angelũ suũ, & conclusit ora leonum, &c. Tanq; Demones sunt erudiles impij tyranni, innocentum & pauperum oppressores: de quibus Isa. Dabo eos in manus dñorum crudeliũ, &c. & Hier. Crudelis est, & nõ miserebitur, et ideo uirtuosum est tali insolentiam reprimere, et uirilem per iustitiã liberare: et in Prou. Erue eos qui ducunt ad mortem, quod si dixeris uires mihi nõ suppetunt, etc. et in Iob. Eo quod liberafsem pauperem uociferantem, et pupillum cui non erat adiutor: contrebam molas iniqui, et de faucibus illius, etc. et in primo Regum. Pascebat seruus tuus gregem patris sui, et ueniebat leo uel ursus, et tollebat arietem de grege, et persequabar illos, et percutiebam, et eruebam de ore eorum, etc. et ideo dicitur in Isa. Iudicate pupillo, subuenite oppresso. Item propter alienæ famæ, uel pecuniæ ablatam, et debita, uel subtracta plenariam restitutionem, et in hoc assimilatur eorum officium ministerio Virtutum, quia per Angelos illius ordinis sunt miracula, et membra corporis à suis uisibus de pauperata, et deprauata, in statum pristinum restaurantur. Et hoc conuenit iudicibus et prælati, famam proximi iniuste laesant, et possessionem, uel pecuniã uel ablatam, integrè restau-

Psal. 71

2. Reg. 19.

Eccle. 7.

Sap. 6.

Eccle. 44.

Psal. 26.

Eccle. 4.

Zach. 13.

Ezech. 3.

Ezech. 13.

Sap. 5.

Hier. 5.

Isa. 56.

Psal. 82.

Eccle. 30.

Exod. 17.

Deuter. 17.

1. Paralip. 12.

Tob. 7.

Dan. 6.

Isa. 34.

Hier. 6.

Prou. 24.

Iob. 39.

1. Reg. 17.

Isa. 1.

1. Reg. 17.

1. Reg. 3.

restaurare per sententiam, et ipsos laeores ad satisfactionem compellere, et emendam. Et hoc figuratur in lib. Reg. Et uir Dauid oia quæ tulerant Amalechita, nec defuit quicquid de spoliis, sed omnia quæcunq; rapuerant retulit, & rediit, & alibi. Quem reddet in quadruplum, &c. Sic Salomon, audita causa duarum uirgum super raptu pueri, reddidit infantem matri suæ. Et tantum de Ecclesiasticis.

De potestatibus, quæ tertij ordinis secundæ hierarchie sunt.

Sicut autem prælati spirituales, & iudices in suis officiis conformitatem habent ad Dominationes, & uirtutes, sic reges, & principes seculares celestes debent imitari potestates, uel potestates dicuntur Angeli, quorum potentia speciali aduersus potestates coercetur, ne tantum lædant, quantum desiderant. Unde dicit Dionysius. Sanctarum potestatum cognominatio, docet potentem, & bene ornatam, & inconfusam circa diuinas susceptiones ordinationem, nõ tyrannicè inferiora uirtute potestatis præcipitatem, sed potenter in diuina reducentem, & ad potentiam causalem potentiam (quæ tam fastidiosa est) assimilantem, & ad Deum qui princeps est omnis potestatis, secundum hierarchicam dispositionem inferiora conuertentem, diuinam, & lucentem potentiam in inferioribus resplendere facientem, &c. Unde Angeli illius ordinis, refrenant, & coercent omnes, hierarchicæ prælationis & subiectionis ordinationem impediētes. Unde prælationis potestatem à subditis contentem ni non permittunt, & subditos per uolentiam ab iniquis dominis opprimi non sinunt, immò omni iniuriæ istorum, & illorum obuiant potentissimè, & resistunt. In his omnibus debent reges & principes seculares, sanctas, & celestes inueneri potestates, scilicet ut sapienter regant, ordinatè uiuant, & potenter malum reprimant & iudicent, innocentibus parcant, & iniuriã fieri personis miseris non permittant, ut etiam de suscepta potestate non superbiant, sed potius humilibus condescendant. Istæ conditiones in habentibus potestatem requiruntur, quia huiusmodi reges & principes à Deo recepisse potestatem huiusmodi dinoscuntur. Ordinata igitur erit potestas secularis, & secundum similitudinem celestium potestatum disposita, si in potestate constituti fuerint sapientes, s. non secundum uoluntatis impetum, sed secundum rationis gubernaculum in singulis procedentes: sicut dicitur in Prouerb. Audiens sapiens, sapientior erit, & intelligens, gubernacula possidebit, ideo Salomon in principio regni sui petiuit sapientiã, dicens. Domine Deus tu me fecisti regnare pro patre meo, & ego sum puer paruulus, ignorans egressum, & introitum meum. Da ergo seruo tuo cor docile, ut possit iudicare populum tuum,

& discernere inter bonum & malum, &c. Sicut enim nec in spuali iurisdictione, nec in temporali, sine sapientia, & discretionem est agendum, ideo præcipitur in Deuteronomio. Cum sederit Rex in solio regni sui, faciet sibi describi Deuteronomij uerba, & accipiat exemplar à sacerdotibus leuiticæ tribus, & habebit secum, &c. Ideo pro uectæ ætatis homines & senes, solebant eligi in principes & in reges, quia non in pueris, sed in antiquis sapientia reperitur, propter hoc Roboam perdidit regnum, quia iuuenis existens, derelicto consilio seniorum, iuuenum consilio acquieuit: ideo dicit Ecclesiasticus. Væ terra cuius rex est puer, &c. Item similes sunt potestatibus celestibus, si ornati moribus, & uitam bonam & innocentem subditis ostendant. Nihil enim prodest uestiri purpura, dyademate insigniti, gemmis lucentibus splendere, & moribus incompositis fordescere & fetere, ideo dicuntur potestates bene ornatae & inconfusam accepisse à Domino potestatem, nam (sicut dicit Poeta) Virtus non quaritur extra. Non eget exterius, qui moribus intus abundat. Nobilitas sola est, animus quæ moribus ornat. Dominus itaque non attendit in potentibus mundi, uel carnis nobilitatem, siue corporis siue habitus uenustatem, sed nobilitatem morum, & conscientiarum puritatem, & hoc est, quod dicitur in 1. Regum. Non respicias uultum eius, neq; altitudinem stature eius, quoniam abiecti eum, neque iuxta intuitum hominis ego uideo, &c. Item potestates sunt similes, quia amore iustitiæ animati, omnem malitiam sunt in reprobis uindicantes, & pacem perturbantes publicam persequentes, sicut de Iuda dicitur. Persecutus est in uis perferens eos, qui populum conturbabant, & succendit eos flammis, &c. Est enim potestas regum, et principum inter homines à Domino ordinata, ut ipsorum metu malorum audacia refrenetur, quæ quidem tantum inualeceret, quod si non resisteret potestas publica, etiam humana societas penitus dissiparetur. Ideo dicitur. Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, &c. & in primo Machabeorum. Accingimini et estote filij potentes, et estote parati, quia melius est mori, etc. Ideo etiam dicitur in Exodo. Elige de omni plebe uiros potentes, etc. et in Psalmo. Super femur tuum potentissimè. Item uerè sunt potestates, qui non tyrannica crudelitate, sed potius humana, immò Angelica benignitate subditos regunt, et custodiunt innocentes, Vnde dicitur in Esther. Cum pluribus gentibus imperarem, et uniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, nolui nequaquam abuti potentia magnitudine, sed clementia, et lenitate gubernare subiectos, ut absque terrore uitam transigerent, optata pace fruerentur: et ideo de potestatibus dicitur, quod nihil ab eis tyrannice perficitur, sed omnia cum mansuetudine peraguntur.

Deut. 17.

3. Reg. 12.

Eccle. 10.

1. Reg. 16.

1. Mach. 3.

Rom. 13.

1. Mach. 5.

Exod. 18.

Psal. 44.

Esther. 13.

Eccle. 3.



tibi applicit fuerit accipe, et in dolore sustine, et i humilitate tua patientia habe, &c. Na correctio sine disciplina est atq; medicina, qua & si ad tempus uulnus mordeat, tñ sanat: Et ideo prudens non odit medentem, immo diligit & sustinet corrigentē, ideo dicit in Proue. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum, magis quam ille qui per linguā blandimenta decipit, & Iob. In crepationem Domini ne oderis, quia ipse uulnerat & medetur, &c. Ex quo patet, qd homines asperi & amari qui nolunt corripi, non possunt sanari, unde dicitur iterum in Prou. Homo qui dura ceruice se corripientem cōtemnit, repentinus ei superueniet interitus, & sanitas eum nō sequetur: & Amos. Oderunt in porta corripientem, & perfectē loquentem abominati sunt, &c. Stulti sunt tales, qui obloquuntur, & murmurāt contra disciplinam: dicit n. Isa. Stultus stulta loquetur. s. murmurando contra praelatos, & corripientibus se detrahendo, & sequitur, princeps uero, ea quae digna sunt principi cogitabit, &c. Qd utiq; facit, qui cogitatum suum sic disponit, & ordinat, ut oīa uelut sustinere patienter, & corrigenti non resistat. Talis princeps fuit Iob, qm dixit. Haec sit consolatio mea, ut affligēs me dolore non parcat.

De Archangelis qui sunt secundi ordinis, tertie hierarchie.

In subditis uerō non solum exigitur obedientia respectu praelati, immo & uitae munditia, & innocentia respectu sui. Mundos enim & immaculatos subditos & ministros requirit Dominus, similiter, & praelatus, unde Psal. Ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabat, &c. tales fuerunt pueri Dauid, ut patet in primo Regum. Si mundi sunt pueri a mulieribus, manducant, & respondit Dauid. Continuumus nos, & uasa puerorum sancta sunt. Exigitur autem in eis triplex munditia, scilicet munditia cordis, nā beati mundo corde, &c. dicitur in Matt. & in Prou. Qui diligit cordis munditiam, &c. Item munditia oris in Iob. Haec passus sum absq; iniquitate, cum haberem mundas ad Deū preces, ideo Angelus legitur mundasse labia Isa. Item munditia corporis, de qua Isa. Mundamini qui fertis uasa Domini, & Iob. Si mundus & rectus incesseris, & Pau. Ut mundaret sibi populū acceptabilem, &c. & item. Mundemus nos ab inquinamento carnis, & spiritus, pficiētes sanctificationē. Sic sanctificati & mundi assimilant sanctis archangelis, qui principatibus immediatius sociantur, & archangelus ad uirginem est transmissus, ut per hoc ostenderetur, qd magna est conuenientia inter uirginem castitatem, & archangelicā dignitatem. Dicuntur autē archangeli, qui ad nūtrianda maiora, a summo principe trāsmittunt, qui inter angelos inferioris ordinis principatū habere dinoscuntur, qui a principatibus accipiunt

Iob. 6.
Prou. 29.
Amos. 5.
Isa. 7.
Iob. 6.
Psal. 100.
1. Reg. 21.
Math. 5.
Prou. 21.
Iob. 16.
Isa. 6.
Isa. 52.
Iob. 8.
Tit. 2.
1. Cor. 7.

illuminationes, quas postea Angelis manifestat. Et ideo dicit Diony. qd ordo angelorū cōicat cū principatibus, & ordinibus superioribus, quantum ad susceptionem illuminationum, & sui ad superprincipale principium conuersionem, cōicat etiam cum inferioribus, per ipsorum ad Deū reductionem. Nam uniti Deo, mediantibus alijs ordinibus superioribus per amorem angelos inferioris ordinis, & homines, nituntur unire Deo, quemadmodum & ipsi sunt uniti, & ideo unificā & simpliciam dicuntur habere uirtutem. Unde status continentium merito comparatur ordini archangelorum, qui per uitā munditiam, merentur obtinere illius ordinis dignitatem, sicut dicit Dns. In resurrectione neq; nubent neq; nubentur, sed erunt sicut angeli Dei. Conformes igit debent esse archangelis, quantum ad conscientia puritatem, ut. s. eorum mens & conscientia ab imaginatione & appetitione carnalitate sit remota, sicut natura archangelica ab omni tali conditione esse dinoscitur aliena. Et ideo nō solum expedit talibus a carnis passionibus abstinere, uerum etiam illecebram carnis saltem in memoria non tenere: dicitur n. in Luc. Spūs carnem & ossa non habet, & in Psal. Qui facit angelos suos spiritus. In cuius rei signum, praeceptū est filijs Caath. qd mundarent altare a cinere, & inuoluerent illud purpureo uestimento, & ponerent cum uasis ministerij. Caath. dolens uel ponitens interpretatur. Filii itaq; caath filii sunt penitentia, & doloris, qui altare proprii cordis debent emundare, non solum ab igne luxuria, imo et a cinere, id est a reliquijs immunditiae. s. a memoria, & cogitatione, sicut dicitur in Gene. Nec stes in omni circa regione, &c. & tunc digni erunt huiusmodi, cum uasis tabernaculi, & ignis receptaculis inuolui. s. sanctorum archangelorū societati adaequari, si uidelicet fuerint in purpureo continentiae uestimento undiq; inuoluti. Item secundō propter officij dignitatem, nā inter celestium spirituum ministeria, leguntur archangeli habuisse in omnibus digniora, ut patet in Gabriele, qui uirginitatis filium praedixit de uirgine nasciturum. Similiter & in Michaelē, qd populum Israeliticū praedixit de captiuitate Babylonica exiturum. Similiter & in Raphaelē, qui missus est ad Tobiam curandum, qui praedixit se Daemonium fugaturū. Pumas inquit eius extricat omne genus demoniorū, &c. Et in istis tribus officijs privilegiatis, uident hīe continētes assimilationem cum archangelis praetaxatis. Nā continentia sanat a uulnere concupiscentiae mentem, & spūaleni reparat in aīo uisionem, nā libido affectum corrumpit, et lauciat, intellectu uerō obtenebrat, et excacat, ut patet in Samsonē, qui per libidinē et uires corporis amisit, et exculatus ab hostibus fuit. Idem etiam patet in illis senibus, de quibus dicitur. Exarserunt in concupiscentiam eius, & euerterunt sensum suū, & declinauerunt oculos suos, ut nō uiderent caelum,

Math. 1.
Apo. 3.
Dan. 10.
Luc. ult.
Psal. 100.
Num. 4.
Gen. 1.
Dan. 10.
Tob. 6.
Iud. 1.
Dan. 10.

lum, neq; recordarentur iudiciorum iustorum. Sic uir Archangelicus, continens scilicet & mutus Raphaelis consilio piscem arripit, & contra omnem spiritus infirmitatem cordis & felis particulam apponere non desistit. Pifcis est Christus, sicut dicit glo. super finem Ioannis ultim. Pifcis assus, est Christus passus. Cuius cordis particula. i. dilectio in perforatione cordis nobis ostensa est, potissime ad fugam & declinationem omnis malitiae motiua. Fellica autē passionis eiusdem amaritudo, est omnis turpitudinis concupiscentiae purgatiua, & caecitatis ac caliginis spiritualis absterfina. Ad tale collyrium mittit Ioan. in Apocalyp. dicens. Inunge oculos tuos collyrio, &c. Continentia etiam a Babylonica confusione liberauit, & libertati gloria filiorum Dei suos imitatores restituit uel restaurauit, & ideo Archangelus Michael, qui populo captiuo praefuit annunciaturus populū liberationem, Danieli in uestimētis lineis se ostendit, & auro mundo cinctus fuit. In quo datur nobis intelligi, quod illi soli ab ultima corruptione natura, & gratia liberabuntur, qui hac duplici munditia, scilicet mentis & corporis uestiuntur, ideo dicit Ecclesiasticus. Omni tempore sint uestimenta tua candida, &c. & Apocalyp. Beatus qui custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet. Ad hoc, etiam continentia diuinā inhabitationi hominem preparat, quia Deus mentes castas inhabitat & frequentat, & ideo Archangelus Gabriel mundissimus, ad Mariam mundissimam est specialiter destinatus, & aduentus auctoris totius munditiae nunciatus, & hoc ut omnis conscientia hic aduertat, quia mundus Deus, mentes immonditie subditas nō subintrat, ut dicitur in libro Sap. Nō habitabit, &c. Item uita continentiae assimilatur dignitati archangelicā, propter corporis assumpti qualitatem. Nam Angelus cum sit incorporeus, non nisi propter nostram instructionem, corporis assumit effigiem siue representationem: Et ideo Archangelus apparet secundum humanā capacitatis apprehensionem, & castitatis commendationem mortalibus se ostendit, sicut patet in Propheta Daniel. ubi de Michaelē Iudeorum principe & Archangelo, secundum quod dicit glo. super illud, uir uestitus lineis & cinctus auro obrizo apparuit, cuius corpus fuit quasi chrysolithus, & facies eius quasi species fulguris, & oculi eius ut lampas ardens, & brachia eius, & pedes sicut similitudo aris candentis. Haec quidem de Archangelo Michaelē sunt dicta, sicut expressē dicit glo. cuius ibidem commendatur corpus, describitur etiam & uestitus, nam uestis linea candida & circa renes deaurata, corpus ē fuit gemmetū, igneū, & aeneum. In quo ostenditur, quod duplex est continentia, scilicet corporalis, quae quidem cum difficultate acquiritur, difficiliter retinetur, sed difficillimē, imo impossibiliter usq; in finem sine gratia custoditur. Ve

flis itaq; linea siue candida, refertur ad castitatis honestatem, qua hominis animus mirabiliter decoratur, deaurata uerō, ad eiusdem refertur continentiae charitatem siue preciositatem, cui omnis uirtus inastimabilis, uel incomparabilis reputatur, iuxta illud Ecclesiasti. Nō est aequa ponderatio continentis animae: & Isa. Pretiosior erit uir auro, & homo mūdo obrizo. Quae fuit similis chrysolitho lapidi, scilicet maris etnigiem praferenti, igni siue fulguri, & ari candenti, omnimodam significat mentis puritatem, quae quidem acquiritur per amaritudinem contritionis, & hoc Chrysolitho designatur, & per inflammationem delectationis, & hoc in igne uel fulgure figuratur, & per inuincibilem instantiā & continuationem operationis, & hoc in aere candente demonstratur, &c. et hoc est quod dicitur in Ezech. Erat aspectus animalium, quasi aspectus scintillae aris candentis, & sicut splendor ignis & fulguris coruscantis, et quasi uisio maris, &c. Item comparantur continentes Archangelorum ordini, propter unificam simplicitatem nam uniti per gratiam & amorem, alios nituntur inferiores ad diuinam reducere unionem, ut dicit Dionysius: Et hoc proprie conuenit continentibus, qui diuinā simplicitatis sequentes puritatem, diuisas carnalium affectiones nituntur abstrahere ab illicitis, et reducere ad mentis et corporis castitatem, quia cortina cortinā trahit, sicut dicitur in Apocalyp. et in Ezech. Erant autem pennae coniunctae alterius ad alterum, etc. Ideo Angeli se mutuō exhortantur ad sanctitatem ut dicit Isa. Clamabat alter ad alterū dicens. Sanctus, sanctus, sanctus, etc. et Pau. Esto exemplum fidelium in uerbo, in conuersatione, in fide, et castitate. Item propter singularem quam habent cum Domino familiaritatem, nam Archangeli specialissimē dicuntur Domino assistere, sicut sibi praeter ceteris familiaribus, ut dicitur in Luc. Ego sum Gabriel, qui alto ante Deum, etc. et in Tob. Ego sum Raphael, unus ex septem, qui astant ante Deum. Et utriusque continentibus conuenit, qui ratione uitae incorruptae Domino familiarius uidentur adherere, sicut de innocentibus dicitur. Virgines enim sunt, et sequuntur agnum quocunq; ierit. Ideo Ioannes uirgo permanens, maiorem familiaritatem cū uirginis filio habuit et contraxit, et hoc est quod dicitur in libro Sapient. Incorruptio facit propinquum Deo.

De Angelis qui sunt tertij ordinis, tertie hierarchie.

Vltimus ordo est Angelorum. Unde angeli sunt caelestes spūs ultimam hierarchiā perficientes, qui immediatē se habēt ad ecclesiasticā hierarchiā, ut eā purgent, pficiant, et illuminent, ut ipsi mediātibus sit sursū ad Deū actio, cōuersio, cōicatio, et unitio, ut dicit Dion.

Ecol. 16.
Isa. 13.
Ezech. 1.
Apo. ult.
Ezech. 1.
Isa. 6.
1. ad Tim. 4.
Luc. 1.
Tob. 12.
Apo. 14.
Sap. 6.



Est aut Angelus nomen officii non naturæ, semper enim spiritus sunt, sed cum mittuntur, Angeli uocantur. Vnde illuminationes quas ex superioribus accipiunt, ad nos deferunt, & secundum diuersos gradus uitam humanam ordinant, & disponunt, & ad diuinam cognitionem nos adducunt. Vnde sicut aliis ordinibus subsunt, ita hominibus præsent, & ideo sursum se extendunt per dilectionem, deorsum progrediuntur per hominum gubernationem. Et illis Angelis potissimum assimilantur boni subditi, quoad exercitiu misericordiarum, & compassionis, quia enim nos diligunt, ideo dona gratiarum quæ a Deo recipiunt nobiscum diuidunt, & diligunt quantum in eis est, laborant ut ad diuinam gratiæ participationem nos perducant. Et quamuis Deo assistant per contemplationem, mouentur tamē ad nos per dilectionem, & quæ in secreto contemplationis hauriunt, sanctis animabus communicant, & transfundunt, sic uiri spirituales Angelis se configurantes, operibus pietatis intendunt, ita sua indigentibus distribuunt liberaliter, & impendunt, de quibus dicitur in Eccl. Isti sunt uiri misericordiarum, &c. hoc docuit Tob. dicens. Si multum tibi fuerit, libenter tribue, & si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum impartiri stude: & i. Prou. Per misericordiam, & fidem, &c. & Matth. Estote misericordes, &c. Talis fuit Iob qui dixit. Ab infantia creuit mecum miseratio, & de utero egressa est mecum. Et ille est uere misericors, qui totum suum cor impendit miseris proximorum. Item Angelus, quia non dependet à materia corporali, transiens per materialia & sensibilia, ab ipsis non coarctatur, nec in aliquo coinquatur, sic boni adiuui transientes per bona temporalia, nullam ab illis contrahunt infectionem, nã ipsorum corda non dependet à terra, ideo dicit Psal. Diuitie si affluant, nolite cor apponere. Non sic est de avaris, quorum affectus omnino dependet à terrenis, ut dicit idem Psal. Conglutinatus est in terra uenter noster, & Ioã. Qui de terra est, de terra loquitur. & Isa. De terra musitabit eloquium tuum, & in Ecclesiast. Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. Itē Angelus illis qui magis ei sese conformant, & uicinius appropinquant, plus se communicat, & ideo comparatur luci, in Genesi, in Luca, & in Actis, Nam sicut lux transparentia, & dyaphana manifestius illuminat, contracta autē & terrestria, propter grossitudinem sibi resistentem, non penetrat, nec immutat, sic lux angelica, sibi appropinquantes perfectius illuminat & illustrat, & ideo ubi obstaculum improba uoluntatis inuenit, per huiusmodi affectum terrenum, & grossum se nõ diffundit, ideo dicitur in libro Sap. Spiritus discipline effugiet hētā. In quo per Christum Angelicū instruiuntur, quantum in nobis est, omnibus benefacere, sed præcipuè domesticis fidei, humanitatis obsequium propēsius exhibere, & præcipuè illis, qui nobiscum ma-

iorē habent in uirtuosis opibus cōformitatē. iuxta illud sapientis. Si benē feceris, scito cui benē feceris. Pauper enim iustus multo præponendus est, quàm uis tempore necessitatis bonis, & malis sit elemosyna faciēda, iuxta illud Luc. Omnipotenti te tribue. Ideo etiam in figura ignea leguntur Angeli apparuisse in multis locis sacra scriptura, quia uis ignea omnia penetrat, & omnia purificat, & tamen perfectius illam immutat, quæ subtiliora sunt, & in sua substantia puriora, & ad susceptionem suæ impressionis sunt habilitiora. Itē Angeli uelocitate sua naturali, subito, & in tempore intelligibili operantur, ideo comparantur uentis, similiter in multis locis, & maxime à psalmista qui dicit. Volauit super pennas uentorum. Nam uentus uelociter agens nõ ualet detineri, subito uenit, & subito recedit, & causam motus nõ cognoscimus, & ubi se occultat non uidemus, sic & Angeli. In hoc etiam assimilantur uiri misericordes Angelis, quia statim quando pauperis indigentiam percipiunt, manum adiutricem porrigunt, & tanquàm uenti, nunc occulte, nunc manifeste ad subueniendum pauperi se exponunt, sicut fecit beatus Michael, qui subito & occulte sicut uentus, ad subleuationem inopie sui populi profuit, iuxta illud sapientis. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustiari, & Iob. Si expectare feci oculos uiduæ. Vnde exemplo Angelorum, instruiuntur festinanter, & occulte, siue intelligibiliter pauperi subuenire, Et hoc est cōtra aliquos, qui pauperibus benē mittunt, sed promissum non perducunt ad effectum. Contra quod dicitur. Ne dicas amico tuo uade & reuertere, cras dabo tibi, cū statim possis dare. Item uirtus Angelica uniformiter est permanens & indefesa, ideo semper depingitur in forma hominis iuuenis, & hoc propter uiuificā angelorum uirtutem semper conualescentem, & nunquam deficientem, uel ad antiquationem pertinentem. Et hoc congruit iustis, qui à bono proposito non deficiunt, sicut faciunt aliqui, qui liberales, & prodigii sunt in iuuentute, sed ad auariciam se conuertunt in senectute, & tunc potissimè in horrea congregant, & temporalia condant, quando morti uicinius appropinquant, sicut legitur fecisse diues ille stultus in Luca. Hac nocte repetent animam tuam, &c. sed uir Angelicus nunquàm torpescit ab exercitio operum charitatis, immo tantò plus proficit in uirtutibus, quantò procedit amplius in diebus, sicut de Aser dicitur in Deuteronomio. Sicut dies iuuentutis tua, ita & senectus tua, & in Psal. Senectus mea in misericordia uberi, sicut & Caiaph cum esset octogenarius, ita fortis fuit ad gradendum, & pugnandum, sicut tempore iuuentutis, & in Psal. Renouabit ut aquila iuuentus tua, &c. Item Angeli habent uirtutem motiuam semper in diuina procedentem, & ideo angeli allati & pennati deferuntur. Alis enim & pennis à terra uo-

Eccl. 12.
Luc. 6.
Ezech. 1.
Daniel. 7.
Iud. 13.
3. Reg. 19.
& 4. Reg. 2.
Ezech. 10.
3. Reg. 19.
Cant. 4.
& Psal. 17.
Eccl. 4.
Iob. 13.
Prou. 3.
Luc. 16.
Deut. 17.
Psal. 91.
Psal. 103.
Ezech. 1.
& Isa. 6.

Subditi
misericor
des Ange
lis assimi
lantur.

Eccl. 44.
Tob. 4.
Prou. 15.
Matth. 5.
Iob. 31.

Psal. 61.
Psal. 43.
Ioan. 3.
Isa. 29.
Eccl. 10.

Gen. 1. &
Luc. 1. &
Act. 12.

Sap. 1.

ra uolucres eleuantur, sic boni & Angelici uiri, alis geminæ charitatis, ab amore terrenorum affectu & uoluntate separantur, & ad celestia mente ab omni cura terrenorum expedita, eleuatur. Istæ sunt duæ alæ, quæ datae sunt mulieri, ut fugeret in desertum, ut dicitur in Apoc. & Isa. Assument pennas ut aquilæ. Et ideo describuntur Angeli figura aquilæ, & significat sublimē ascēsum Angelorum & hominum in diuinā, quæ quæ sursum sunt diligunt, & non quæ super terram. Alas quidem non aquilæ, sed potius milui habent impij raptores & auari, pauperū oppresores, quibus non eleuantur ad cœlum, sed potius deprimuntur ad infernū, ut dicit Zach. Datae sunt ei alæ milui, & delata est in campum Benaar, quod interpretatur sector, & signat infernū, ubi deferuntur impij duplici alā adiuti, scilicet alā cupiditatis, & alā malignitatis, de quibus Hiero. In alis tuis, iuuentus est sanguis pauperum. Item Angeli tanta lege obedientiæ sunt astricti, quæ nunquā ad aliud desectuntur, nisi ad illud solum, ad quod Dei ipsis præsentis nutu & imperio ducuntur, & ideo in figura equorum sepius describuntur. Nam sicut equus circumducitur freno, sic ipsi diuino imperio circumaguntur: ita uiri sancti in statu subiectionis constituti, uelut equi ad Dei laudem infrenati, ab obedientiæ legibus non recedunt, sed nunc se exhibent Deo, tanquā albos equos per uitā munditiā & castitatem, nunc etiam nigros per humilitatem, nunc rubeos siue igneos per seruidam charitatē, nunc uarios per multiplicis meriti diuersitatem. De his equis dicitur. Quis præbebit equo fortitudinem? & in Prou. Equus paratur ad bellū &c. & in Zach. Ponam duces Iuda quasi equum gloriæ in bello. Et in lib. Mach. Apparuerunt aduersarij de cœlo uiri quinque; in equis, frenis aureis decorati &c. & in his puritas conscientiæ, & ductilitas obedientiæ designantur, nam talibus frenis. Dei iumenta refrenantur, quia à uoluntatis propriæ impetu uoluntariè coarctantur, uñ Iac. Equus freno in ora mittimus, ad consentiendum nobis, & omne corpus eorum circumserimus &c. Itē Angeli quæ ad diuersa & contraria sint missi, tamē in se contrarijs affectionibus & animi motibus non afficiuntur, & ideo uestimenta uaria, & aureis zonis constricta habuisse dicuntur. Nam Angelus habet uirtutē seruadi firmiter, & coadunandi, & suas & subditorum affectiones, ut singulae & uniuersæ in Deum iustificentur, & ad ipsum reducuntur, sicut uestes ne decidant circa corpus zona colligantur, & hoc proprium est existētibus in actiua uita, ut quis corpora circa diuersa sine distracta, corda tamen quoad intentionē finis, semper in Domino sine uita, sicut fuerunt corda discipulorum, de quibus dicitur. Erat omnibus cor unum & anima una in Domino. Varia ipsa uestimenta, uaria sunt uirtutum operum, quæ zona charitatis quæ est uinculum perfectionis, ad finem unicum uniantur, iuxta illud Luc. Sint

lambi uestri præcincti, & lucernæ &c. lambi quidem cingulo castitatis, sed pectus zona aurea charitatis, & in Eccl. Circumcinxit eum zona iustitiæ &c. Item quando ad exteriora mittuntur, orationes & merita singulorum uel demerita, sub certo iustitiæ pondere & mensura, ad Deum reducere perhibentur, ut patet in lib. Tob. Ideo instrumenta mensurandi & ponderandi in manibus gestare uidentur, quibus sunt similes iusti iusti, qui nõ solum propria, uerum etiam aliena nituntur apud Deum in orationibus & gratiarum actionibus habere recommendata. Eandem enim mensuram gratiæ & gloriæ à iusta Dei prouidentia profuturam desiderant, quam ex proprio merito à summo iudice iā expectant. & Pau. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ &c.

Quarta pars, in qua de cœli, & celestium corporum proprietatibus agitur.

Vocauit Deus firmamentum cœlum &c. Viso qualiter ordines Angelorum figuratiuè possint adaptari diuersis ordinibus hominum electorum, nunc ad intuendas cœli, & celestium corporum proprietates est breuiter transeundum. Et cum sit multiplex cœlum, & ex consideratione proprietatum corporum celestium, multiplicem possumus elicere mysticum intellectum. Dicitur enim in Deut. En Domini Dei tui cœlum est & cœlum cœlorum &c. ibi dicit glo. Nonnulli dicunt. vij. esse cœlos. Primum æreum, secundum æthereum, tertium olympum, quartum igneum, quintum firmamentum, sextum aqueum siue crystallinum, septimum empyreum. Nomine igitur cœlorum, intelligere possumus statum & dignitatem tam hominum quæ Angelorum electorum, quorum conuersatio in cœlis est. Cœli itaq; nomine, quandoq; in scriptura intelligitur puritas Angelorum, quandoq; dignitas sanctorum, quandoq; potestas siue auctoritas, quandoq; sublimis uita & conuersatio iustorum, quandoq; occultatio diuorum iudiciorum. Cœlo igitur primo, scilicet empyreo puritas angelica comparatur, de quo dicit Basil. cœlum primum est natura simplicissimum, de corpulentia habens naturam subtilissimam, & tam solidissimam primum mundi inferiorum contentium ordinatum & informatum, quod propter suam dignitatē est singularis Dei sedes, siue habitaculum nuncupatum. Hæc omnia beatissimis spiritibus congruunt, in quibus singulariter requiescit Deus per aptissimam & ordinatissimam uoluntatis conformitatem, unde dicit Isa. Cœlum sedes mea est &c. & Psal. Dominus in cœlo sedes eius, & iterū. Dominus in cœlo parauit sedem suam, & in Apocal. dicitur. Et ecce ostium apertum in cœlo, et paruum infra, et ecce sedes posita erat in cœlo, et supra sedem, sedens. Dicuntur itaq; Angeli cœlum, propter omnimodam incorruptionem, et naturæ

Apoc. 12.
& Isa. 40.
Zach. 5.
Hier. 2.
Zach. 2.
Apo. 4. &
4. Reg. 2.
& Iob. 39.
& Prou. 22.
& Zac. 10
& Mach. 10
Iacob. 3.
Zach. 3. &
Apoc. 1. &
7. & Dan. 10.
Ad. 4.
Luc. 12.
Ezech. 1.
& Isa. 6.

Eccl. 45.

Tob. 12.

Ezec. 16.
& Apoc. 21. & Apoc. 7.

2. Tim. 4.

Gen. 1.

Deut. 10.

Basil.

Isa. ult.
Psal. 10.
Psal. 103.
Apoc. 4.



uimus et uidimus non loqui per Ecclesiast. Ge-
 lant crystallus ex aqua. Caeli uero empyrei facti
 sunt in eorum glorificatione, nam cœlum empy-
 reum totum splendidum est, nihil habens tene-
 brarum, quod sanctis glorificatis cœuenit, quo-
 rum splendor cœli splendorē superauit. Vñ Tob.
 Luce splendida fulgebis, & Ecclesi. Vas castrorū
 in firmamento cœli resplendens: & Dan. Qui docit
 fuerint fulgebūt sicut splendor firmamenti: & Sap.
 Fulgebunt iusti & tanquam scintilla, in arundine-
 ro discurrent, & Isa. implebit splendoribus ani-
 mam tuam, & ossa tua liberabit. Patet itaque qd
 merito sancti apostoli dicti sunt cœli, quibus ali-
 miliari debent praelati ipsorum successores, no-
 mine enim cœlorum intelligitur auctoritas iu-
 dicialis & praelatorum, qui sicut in officij dignita-
 re, sic in merito & uitæ sanctitate cœlestem Apo-
 stolorum conuersationem deberēt in seipsis ex-
 hibere. Auctoritas enim Apostolica in cœlesti-
 bus sacramentis distribuendis, in uerbi uitæ mi-
 nisterijs exponendis, in sapiendis litibus, & iudi-
 cijs faciendis, ad Ecclesiarum praelatos est ex or-
 dinatione dominica deriuata. Cœlestis igitur de-
 bent esse uirtutis & naturæ, qui se & alios debet
 de cœlestibus expedire. In huius rei figurā Dns
 māna de cœlo pluit, ut hī i Exo. de cœlo docuit
 & alibi. Vos uidistis, qd de cœlo locutus sum uo-
 bis, de cœlo etiam leges & iudicia Hebræorum
 populo promulgauit, ut patet in Deuter. & Exo.
 ut sic cœli nomine nos patenter instrueret, qd of-
 ficiū consociendi panem uitæ, docendi etiam
 & indicandi alios, nullus sibi assumeret, qui cœ-
 lestem naturam scientiā & moribus non habe-
 ret. Propter quod dicit Psalm. Annunciabūt cœ-
 li iustitiam eius. Non enim possunt annunciare
 Dei iustitias hoīes impij & terreni, nū Psalm. Pec-
 catori dixit Deus, quare tu enarras iustitias
 meas? Sed cœli, idest cœlestes uiri, quorum con-
 uersatio in cœlis est, ad cœleste officium sunt di-
 gni. Dicuntur autem praelati cœli propter plura.
 Primò quia sunt luminosi, & luminis diffusui
 sicut cœlum, quod bonis praelatis conuenit, qui
 sunt luminosi in se per conscientie puritatem,
 & lumen ad alios diffundunt per doctrinā. & san-
 ctæ conuersationis claritatem, quibus dicit Do-
 minus. Vos estis lux mundi, & ibidem, sic luceat
 lux uestra coram hominibus, ut uideant opera
 uestra bona: & in Ecclesiast. Species cœli gloria
 stellarum mundum illuminans &c. Sic lucidi fue-
 runt Apostoli & alij patres primitiui, ut patet in
 Mose, qui ex consortio Dei in monte, tantam cō-
 traxit claritatem in facie, qd eius uultum non po-
 terant Iudæi intueri, ut patet in Exo. Plurimi au-
 tem praelati moderni temporis hanc claritatem
 perdidērunt. Vnde dici potest illud Hier. Aspe-
 xi cœlos, & non erat lux in eis, & Isa. stella cœli
 & splendor earum non expandent lumen suum, &
 Ezech. & operiam quum extinctus fueris, cœlos,
 nigrescere faciā stellarum eius. Et quia praelati nec
 in uita nec in scientia sunt luminosi, ideo nō est

mirū si subditi fuerint tenebrofi, sicut Tob. qui
 dixit. In tenebris sedeo, & lumen cœli nō uideo:
 & Amos. Tenebrescere faciam terram in die lu-
 minis &c. Item secundo uniformiter sunt mo-
 tui, & in suo motu uelocissimi. Cœlum enim
 est mobile & inquietum, cuius motus est reuo-
 lubilis super medium, idest super axem, in quo
 ostenditur bonorum praelatorum diligentia, &
 sollicitudo circa curam & salutem suorum sub-
 ditorum, qui more cœli predicando mouentur,
 iuxta illud Ecclesiast. Cur cœlum, & cœli cœlo-
 rum, Abyssos & uniuersa terra, & quæ i eis sunt,
 in cōspecta illius commouebuntur? Virtus enim
 motiua cœli rapit firmamentum ab oriente in
 occidentem, & iterum redit de occidente ad
 orientem, sicut uir perfectus a quiete contempla-
 tionis procedit ad laborē prædicationis, & ite-
 rum pacto exercitio operis procedit orando, si-
 cut fecit Moyses, qui postq̄ fregerat uitulū, & cor-
 ripuerat populum, ait ad populum. Peccastis pec-
 catum maximum, reuertar ad Dominū, si quo
 modo uero ipsum deprecari pro scelere isto?
 Reuersusq; ad Dominum ait. Obsecro. Domine
 aut dimitte ei hanc noxam &c. in Exo. Sic autē
 obsecrātes libeter exaudit deus, & i Osee. In die
 illa ego exaudiam cœlos, & cœli exaudient ter-
 ram. De hoc motu circulari dicitur in Ezech.
 Ibant & reuertebantur in similitudinem sul. &c.
 et in Job. Lustrant per circuitum quocunq; eas
 uoluntas gubernantis duxerit, & in Ecclesiast.
 Lustrans uniuersa in circuitu pergit spiritus, et
 in circulos suos reuertitur, sed mouendo se et
 circueundo, cœlum semper uoluitur circa axē,
 cui innitens medium nunq̄ derelinquit. Ax is est
 Christus, cui per intentionem et amorem sem-
 per adhæret, et innititur uir perfectus, et talis
 medium uirtutis nō deserit, qui mediatori Dei
 et hominum in omnibus suis operibus se cōiun-
 git. Item tertio cœlum continuatione sui mo-
 tus est principium generationis, et corruptionis
 effectiuum, & hoc proprie conuenit praelatis, qui
 filios gratia per Euangelium Domino generāt,
 et uirtutum germina in subditorum cordi-
 bus radicantes, uitium extrahunt et extirpant,
 et iure doctrina salutaris irrigant et fecundāt: et
 Isa. Quomodo descendit de cœlo imber et nix,
 et inebriat terram, et infundit eam et germina-
 re facit ipsam, sic uerbum quod procedit &c. &
 Zach. Vineam dabit fructum suum, et terra dabit
 germen suum, & cœli dabit rorem suum. Si cœ-
 li tempore nostro essent roribus, idest praelati es-
 sent dono cœlestis sapientiæ repleti, tunc utiq;
 populares & subditi fructiferi fierent & fecundi,
 sed quia praelati aridi sunt & duri, ideo non pro-
 ficiant subditi, ideo dicitur in Deut. Sic cœlum
 supra te eneam, & terra quam calcas ferrea, et
 sequitur. De cœlo descendat super te cinis. Item
 quarto cœlum est syderum errantium repressiuū,
 nam uiolentia sui motus planetas euagantes re-
 trahit, & motu diurno ab oriente in occidentem
 post

Tob. 5.
 Amos 8.
 Eccl. 16.
 Exod. 34.
 Ibid.
 Osee 1.
 Ezech. 1.
 Job. 37.
 Eccl. 1.
 Eia. 55.
 Zach. 1.
 Deut. 28.

post se rapit. Stella errantes, subditi sunt peccan-
 tes, ut in cano. Iudæ. Sydera sunt errantia, quibus
 procella tenebrarū seruata est in eternū & i Tob.
 Obtenebrent stellæ caligine eius, &c. ibi ait Gre.
 Quos serpens tortuosus durus per malitiam ad
 necem percutit, fuisse latentes hypocritas uelut
 stellæ caliginosas ostēdit, ut quales interius fue-
 rint latēter in prosperis, euidenter pateat in ad-
 uersis. De his stellis ait Job. stelle nō sunt mūdē
 conspectu eius. Horum syderum motum inordi-
 natum cœli, idest iusti praelati cœlestis legis iudi-
 cio reprimunt, quando talium excessus corrigūt,
 & correctos ad frugem melioris uitæ prouehūt
 & compellunt: unde Pau. Corripite inquietos: &
 Psalm. Cœli distillauerunt a facie Dei Israel &c.
 Tunc cœlestes animi non furoris gradinem, sed
 imbris dulcedinem stillant, quando diuinam cle-
 mentiam circa peccatores intuentes, non cū fa-
 ueritatis impetu, sed blandientis animi affectu,
 mentes corrigunt & castigant: vñ Psalm. Corripiet
 me uir inuitus in misericordia, & increpabit
 me &c. & Hier. Corripe me ueritatem in iudi-
 cio, & nō in furore, ne forte &c. Item quinto cœ-
 lum est inferiorum informatiuum, inferiora. n.
 sunt in superioribus tanq̄ in proprijs formis (ut
 dicit philosophus) quia secundum uarias corpo-
 rum impressiones figurantur, & formantur spe-
 cies inferiores, & hoc praelatis congruit, quorum
 uita uita subditorum debet in omnibus esse for-
 ma, sicut dicit Pet. in can. i. forma facti gregis ex
 animo &c. & i. ad Thef. Ipsi scitis, qualiter opor-
 tet uos imitari nos, quoniam non inquieti fui-
 mus &c. & sequitur, non quasi non habuerimus
 potestatem, sed ut nosmetipsos daremus uobis
 formam ad imitandum nos, & ad Phil. Imitato-
 res mei estote, & obseruate eos qui ita ambulāt,
 sicut habetis formam nostram. Forma enim de-
 bent esse subditorum in doctrina ueritatis: & ad
 Rom. Confidis te esse ducem cœcorum, magistrū
 infantium, habentem formam scientiæ & ueri-
 tatis in lege, & ad Thef. Forma facti estis om-
 nibus credentibus in Macedonia. Item in mūdi-
 tia castitatis, ut patet ad Thim. Exēplū esto fide-
 liū in uerbo, in cōuersatione, in charitate, i fide,
 & in castitate. Item in excellentia humilitatis,
 dicitur enim in Eccl. In brachio suo formabit
 lutum, & ante pedes suos curuabit uirtutem suā.
 Prima forma informat animam ex parte ratio-
 nalis, secunda ex parte concupiscibilis, tertia ex
 parte irascibilis. Sed ne aliquid in subditis relin-
 quatur non formatum, informandi sunt a suis su-
 perioribus ultima forma, scilicet forma perfecti
 suæ charitatis, de qua dicitur in Sap. Amator
 factus sum forma illius. Istius formæ impressor
 fuit Paulus cum dixit. Imitatores Dei estote si-
 cut filij charissimi, & ambulate in dilectione. Ad-
 tales informationes cœlestes in subditis impri-
 mendas, inuitauit Deus Moſen cum dixit, Inspi-
 ce, & fac secundum exemplar, quod tibi in mon-
 te monstratum est. Opera itaq; praelatorum, ue-

Iudæ A.
 post.
 Job. 3.
 Job. 25.
 1. Thef.
 ult.
 Psalm. 67.
 Phil. 140.
 Hier. 10.
 1. Pet. 1.
 2. ad Thef.
 sal. 1.
 Phil. 3.
 Rom. 1.
 1. Thef. 1.
 1. Tim. 4.
 Eccl. 32.
 Sap. 8.
 1. Ph. 1.
 1. ad. 25.

lut quædam exemplaria cœlestia obijciēda sunt
 oculis subditorum: Vñ Psalm. Quoniam uidebo cœ-
 los tuos &c. Item sexto cœlum est omnium mo-
 tuum inferiorum dimensionum, nam motus cœli
 est primum temporis subiectum, & omnium mo-
 tuum inferiorum mēsurā. Vnde qui motum cor-
 poris cœlestis non considerat, in computatione
 temporis multum errat. Sic auctoritas & iuris-
 dictio praelatorum regula est & mēsurā subdi-
 torum, nam iuxta ordinatum motum uolunta-
 tis superiorum, moueri debent corda, & uolun-
 tates inferiorum. Ipsorum enim est officium, su-
 biciorum corda discutere, & de singulorum fa-
 ctis rationem & computum exigere, quia de fa-
 ctis subditorum redditori sunt rationem, quan-
 do dicitur illud Hier. Vbi est grex, qui datus
 est tibi, pecus inclyrum tuū? & Ezech. De manu
 tua requirā, & 3. Reg. Custodi uirtutem istam, qui
 si elapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius,
 & ad Heb. Ipsi peruigilat, quasi redditori ratio-
 nem pro animabus uestris, ideo motus & affe-
 ctiones oportet mensurare, & cognoscere meri-
 ta singulorum, sicut dicit Salomon. Diligenter
 cognosce uultum pecoris tui, ne scilicet contigat
 errare in reddendo rationem: & Job. Quis
 enarrabit rationem cœlorum? &c. Difficile utiq;
 est enarrare, quam districtam requirit a praela-
 tis de subditis rationem, quando dicit unicui-
 que. Redde rationē uillicationis tuæ. & Isa. Visi-
 tabit Dominus super militiam cœli in excelso,
 & super reges qui sunt super terram. Item septi-
 mō cœlum aquarum superiorum & inferiorum
 discretiuum est, sicut dicitur in Gen. Posuit fir-
 mamentum in medio aquarum, & diuisit aquas
 ab aquis, & signat praelatos Ecclesiæ, qui fidei fir-
 mitate, & fortitudinis robore, contemplatiuos
 quasi superiores aquas sursum tenent, ne labātur
 ad inferiora, & secularibus negocijs se implicēt,
 & secularibus implicitos quasi aquas mobiles
 sub se coercent, ne tranquillitatem contempla-
 tiorum perturbent. Discernunt etiam iter bono-
 rum qui cœlestem habent puritatem, & malos
 qui carnalem habent fluiditatem, spirituales, sci-
 licet sursum tenendo per consolationem, carna-
 les deprimendo, & compellendo subire correctio-
 nem. Vita etiam praelatorum inter uitam contē-
 platiuam & actiuam, quasi in medio firmata est,
 et quasi ex utraq; compacta, eorum etiam dili-
 gentia se debet interponere mediam inter hu-
 ius mundi diuites et tyrannos, et inter pauperes
 ac infirmos, ne sinant uiolentiam diuitem tran-
 sire in oppresionem pauperum, nec insolentiam
 pauperum in fraudem et contemptum poten-
 tium, siue suorum Dominorum, ideo in persona
 boni praelati dicitur de Ioseph in Eccl. Natus est
 homo princeps firmamentum gentis, stabilimē-
 tum populi &c. Proprie igitur nomine cœlorum
 significatur in scripturis potestas praelatorum,
 qui auctoritate & potentia Christi Ecclesiam di-
 sponunt & gubernant, sicut cœli inferiora mūdi
 elementa

Psalm. 8.
 Hier. 13.
 Ezech. 3.
 3. Reg. 20
 Heb. ult.
 Prou. 27.
 Job. 38.
 Luc. 16.
 Eia. 24.
 Gen. 1.
 Eccl. 49.



elementa ordinant & immutant. Caeli etiam dicuntur religiosi & contemplatiui, caelorum etiam nomine intelligitur sanctitas religiosorum, siue caelestis & sublimis conuersatio cōtemplatiuum, in quorum mentibus pacificis & quietis diuina uirtus tanq̄ i caelis singulariter requiescit: iuxta illud Isa. Caelum sedes mea, terra autē sca bellum pedum meorum &c. De his caelis dicit Psal. Constabunt caeli mirabilia tua Domine. Hi caeli sunt claustrales & cōtemplatiui, qui ad caelestem uitam diuina gratia eleuati, in diuina laudis confessione continuē perseuerāt, quia sicut dicit glo. ante suam cōuersionem ad penitentiam heri fuerant uorago ebrietatis, hodie ad Deum conuersi, effecti sunt ornamentum sobrietatis: heri cōnum luxuria, hodie decus temperantiae: heri blasphematores, hodie Dei laudatores: heri seruiebāt creaturis, hodie effecti sunt serui creatoris. Dicuntur autem tales caeli propter plura. Primō propter remotissimā ab amore terrenorum elongationem. Nam caelum a quocūq̄ spacijs a centro terrae est remotissimum, sic contemplatores caelestium ab omni cura temporaria abstracti, locum sibi uendicant superiore, Deo scilicet & angelis propriorem, sicut dicit anima cōtemplatiua in Eccl. Ego in altissimis habito &c. & in Prone. Caelum sursum & terra deorsum, sic cor regum inscrutabile, id est imperferutabilis est affectio illorum, qui bene se regunt. Nō a carnalibus potest experiri, quid dulcedinis de Deo suo sentiunt, qui cōtemplationis uolatu per caelestia se diffundunt, idē uia aquila in caelo a Salomone difficilis iudicatur in Proverb. quia quod cōtemplatiua mentes in raptu cōtemplationis de diuina dulcedine hauriunt, a mundi amatoribus ignoratur, iuxta illud Eccl. Virtutem altitudinis caeli ipse conspiciat. De istius caeli altitudine iam multi corruerunt, qui caelestē gratiam parumpendentes, ad amorem terrenorū uelut canes ad uomitum redierunt, & professionis suae altitudinis iam obliti, mundi huius immunditijs adhaeserunt: idē dicit Isa. Quomodo cecidisti, de caelo lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram &c. de hoc alias. Secundo pp caelestis munditiae imitationem. Nam pp subtilitatem suae essentiae caeli sunt purissimi, & ab omnis corruptionis immundicia alieni, sicut dicit Arist. corpus caeli non ingreditur corruptio, nec generatio &c. sic contemplatiui caelestem puritatem emulantur, & in oī cordis & corporis munditia puritati caelesti per confessionem continentiae conformantur. Et idē in castis & lucidis religiosorum mētibus specialiter requiescit. iuxta illud Psal. Ponam thronum eius sicut dies caeli: & i Ezec. Et supra firmamentum quod erat imminens capiti eorū quasi aspectus lapidis saphyri similitudo throni. Saphyrus caelestem representat puritatem pariter & colorem, & significat munditiam & castitatem, cuius gratia uiri spūales thronus Dei fieri promerentur, iuxta illud

Esa. 66. Psal. 88. Eccl. 24. Prou. 25. Prou. 30. Eccl. 17. Isa. 14. Psal. 88. Eze. 1.

Psal. Dñs in caelo parauit sedem suam. Tertio pp ordinatam obedientiam uoluntariae cōtinuationem. Nam caelum cursum suum, ordine quieto & imperturbato peragit, & ab eodem puncto in idem continuē se reuoluit, & hoc congruit religiosi, qui spūitu diuino commoti, sine radio & murmure, non cessant cursum inuictae obedientiae pro uiribus adimplere: unde Hier. si defecerint leges caeli coram me dicit Dñs, tunc semen Israel deficiet, ut non sit gens coram me cunctis diebus &c. Hunc morum uelut stellae erraticae quidam retardāt, & obedientiae legibus obuiantes, & uoluntatis propriae motibus innitentes, quietam claustrī conuersationem dissipāt et perturbant: iuxta illud Apoc. Factum est praesū magnum in caelo, & draco pugnat &c. Dicitur, q̄ qñ stella erraticae mutuo conueniunt in capite uel cauda draconis, uel contrarie se aspiciunt, tunc caelum perturbatur, et frequenter oriuntur tempestates, et eclipsis nunc lunae, nunc solis in capite uel cauda draconis ex mutua cōiunctione, uel directā oppositione procreatur. Stellae euagantes, sunt peruersi claustrales a regulari disciplina: per campos licentiae deuiantes, qui nunc conueniunt in dracone per fraudulenta conspirationem, nunc ex aduerso se aspiciunt, et mutuo se opponunt per mutuam defensionem, ex quorum lite et conspiratione turbationis non modice scandala plurima sapius oriuntur, et ipsi religiosi qui per famam uelut caeli relucere deberent, fama suae iacturam per talium insolentiam patiuntur: unde dicitur in Apoc. Sol factus est niger tanq̄ saecus cilicinus, et stellae ceciderūt de caelo &c. Item quarto pp armoniacam circuloꝝ caeli proportionem. Nam in caelo quidam sunt circuli superiores, quidam inferiores, quidam autem dicuntur solstitiales, quidam equinoctiales, quidam astiuales, quidam hyemales. Sic in religiosorum collegio uelut in caelo, quidam uicem gerūt praelationis, et hi sunt solstitiales, in quorum uita et conuersatione sol iustitiae debet expressus relucere: iuxta illud Ecclesiast. In unamquamq̄ gentem posuit, rectorē, et pars Dei Israel facta est manifesta, et oīa opera illorū uelut sol in conspectu Domini. Alij sunt sicut equinoctiales, illi, s. qui in statu subiectionis dies et noctes aquare et continuare in Dei laudibus non desistunt, qui, s. in media nocte ad confitendum Dño surgunt, et in die media seu meridie laudes laudibus accumulāt, et adiungunt, de quibus Isa. Tota die et tota nocte non tacebunt: et Psal. Vespere et mane et meridie narrabo et annuntiabo, et cetera. et Isa. Clamabant sanctus sanctus sanctus etc. et Psal. Tota die laudem dixi tibi. Circuli uero astiuales, qui polo appropinquāt, et uersus uerticē caeli plus se eleuant, sunt contemplatiui, qui ab oī sollicitudine tēpali se elongant, et in sublimitate cōtemplationis caelestibus se conformant: dicit. n. in Iob. Excelsior caelo est, et supra stellarū uirtutē sublima-

Psal. 105. Iob. 37. Gen. 2. Hier. 31. Apoc. 17. No tabulis discitur. Iob. 25. Eccl. 25. Osee. 20. Iob. 4. Iob. 8. Iob. 3. Iob. 2. Iob. 17. Isa. 65. Psal. 44. Isa. 6. Psal. 20. Iob. 38. Iob. 38.

sublimatur. Sed per circulos hyemales qui tertij sunt uiciniores, significantur boni actiui & officii, qui officio administrationis intenti temporalia procurāt, & ea quae sunt alijs necessaria officiosissime administrāt: iterū dicit Iob. Praecipit hyemis pluuijs & imbris fortitudinis suae et i Ge. Aestas & hyems, nox & dies non requiescēt. Praelati igitur & subditi, actiui & contemplatiui, uelut quidam caelestes circuli, officiorū gradibus ad inuicem sunt distincti, nexu tñ indissolubilis charitatis pariter sunt conuincti, sicut dicit Apostolus. Totum corpus compactū & connexum, per oēm uniturā subministrationis &c. Item quinto pp omnimodam cōtrarietatis remotionem caelo nihil est contrarium, ut dicit Philosophus, maxime quia ex contrarijs partibus non componitur, & idē non potest caelum aliqua corruptio subintrare, sic inter uiros spirituales & caelestes nulla contrarietas in affectu, nulla disparitas in uictu, nulla singularis diuersitas in uictu debet inueniri: immo ipsorum cōcordia attestatur, q̄ tam in uirtutibus, q̄ in moribus permanēt incorrupti: iuxta illud Iob. Qui facit concordiam in sublimibus suis, & in Eccl. Concordia fratrum amor proximorum, uir & mulier bene consentientes &c. ubi ergo rixae & diuisiones, & contrariae partes sunt in claustris, ibi summē est corruptela: dicit enim i Ose. Diuisum est cor eorum, idē nunc interibunt. Nā cōtrarietas est causa corruptionis, sicut unitas siue simplicitas incorruptibilitatis: unde dicitur in Act. Erat omnibus cor unum & anima una in Dño: & in Psal. Qui habitat, facit unus moris in domo: & Sopho. ut inuocent oēs nomen Dñi, & seruiant ei humero uno: & i Ose. Congregabuntur filij Israel & filij Iuda pariter &c. Unde discipuli cōgregati in unum, spiritum sanctam recipere meruerunt, ut dicitur in Act. Item sexto pp ordinatam orbium caeli eleuationem & depressionem, dicunt. n. philosophi, q̄ ex ordinato orbium motu, & eorum graui & accuto & interci so processu, incredibilis armonia procreatur, sic uiri caelestes oīa ordinatē facientes, in aeuum redunt melodiam, qñ. s. de cōtemplatione ad actionem, de lectione procedunt ad orationem, qñ superiores iustē & benignē praesunt sine tyrānide, & iniusta subditorum oppressione, & inferiores mansuetē subsunt sine murmure & contradictione, qñ qui praesunt ad subditos cōdescedunt per compassionem & amorē, & illi qui subsunt ordinatē exhibent suis superioribus reuerentiam debitam & honorem, ex tali ordinato ascensu & descensu, dulcis concentus gnatur: idē dicit Iob. Concentum caeli quis dormire faciet? sed hic concentus iam minus in caeli orbibus, i. a claustralibus inuenitur: iuxta illud Apoc. Factum est silentium in caelo, serē per dimidiā horam. Ecce in multis locis insurgunt subditi contra praelatos, & praelati contra subditos grassantur, & sic cōcentus caeli in talibus uel silet peni-

tus, uel plurimum impeditur: boni tñ istud silentium tanq̄ periculosum & nociuum infringunt, qui scilicet ordinatē & pacificē uiuunt, sicut dicitur iterum in Apoc. Audiui uocem in caelo, sicut uocem cytharedorum cytharizantium in cytharis suis, & cābant quasi canticum nouū. Item septimō propter cautissimam meritōꝝ suorum occultationem. Nam caelum interpolatē aliqua de suis contentis aspicientibus representat, sed plura & nobiliora ab oculis intuentium subtrahit, & occultat, & hoc religiosi uitam caelestem habentibus conuenit, ut aliqua de suis uirtutibus ostendant aliquē, ad edificationem proximi: sed plura abscondant propter humiliationē sui: secundū doctrinā Domini dicētis in Matth. Tu cum oraueris intra cubiculū tuū, & clauso hostio ora patrem tuum in abscondito &c. & in eodem. Faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans: sed patri tuo qui uidet in abscondito: & in eodem. Attendite ne faciatis iustitiā uerulam coram hominibus &c. Qui igitur calicam ducunt uitam, non omnia omnibus reuelent propter ostentationem: sed quando aliqua oportet facere proximis ad exemplum, in occulto faciant quo ad intentionem. Nam nobiliora in caelo plus caelantur, q̄ illa quae i firmamento sensibilibus intuentur. Ait. n. Sap. Quae in pfectu nro sunt, inuenimus cum labore, quae autem in caelis sunt, quis inuestigabit? q. d. nullus potest merita sanctorum occulta cognoscere, nisi ille solus qui super oēs caelos considerat, & lumen eius super oēs terminos terra: nā dñs in Iob. ille solus uota humilium respicit & approbat, qui solus caeli occultissima inuestigat & i Psal. Quis sicut Dñs Deus noster, qui in alio habitat? &c. Hypocrita uero qui in seipsis caeli speciem, mentiuntur se habere, plura bona q̄ habeant, fingere non uerentur: unde dicit Naum. Plures fecisti, q̄ stella: sunt caeli negociationes tuas. Sed tales stellae non sunt stellae uerae, quia in caeli corpore non sunt fixae, & idē semper pereunt & cadunt in fine, sicut quaedam flammulas stellis similes, de caelo in noctibus eadem sapius est uidere: Idē in Apoc. dicitur stellae de caelo cecidisse, et in Matth. Nam (ut dicit Greg.) hypocritarū opa quae ad tempus iustorum merita lucere uideantur, in fine tñ quia a fructu sunt uacua, funditus adnullantur: idē dñs in Iob. Si ascenderit ad caelum superbia eius, et caput eius nubes tetigerit &c. & in Abdia. Inter sidera posueris nidum tuum etc. et Isa. In caelum ascendam, super astra caeli exaltabo solium meū: et Psal. Posuerunt in caelum os suum etc. sed qui ueri sunt caeli, in Dei abscondita sua occultant opera, et idē stabilia permanent usq; in posterum atq; fixa: iuxta illud Eccl. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, et orabit pro te, et proderit tibi super aurum. Item octauo propter continuam influentiam et uirtutis diffusionem, nam uirtus caelestis per singula se diffundit elementa, sic religiosi bona quae desuper

Apoc. 14. Match. 6. Ibid. Ibid. Sap. 9. Alias. In prospere etc. Alias subter. Iob. 37. Psal. 113. Naum. 3. Apoc. 6. & Match. 24. Iob. 20. Abdie. 1. Isa. 14. Psal. 72. Eccl. 29. Alias in corde.

3



reperunt, omnibus indigentibus cōcāt, & misericordiae opera secundum unicuiusq; indigentiam singulis administrant, & ad imitationē patris cōlectis qui misericors est, & misericordes diligit, & illis specialem gratiam infundere conuenit, sicut dicit Psal. Dñe in cœlo misericordia tua &c. Beati enim misericordes, quā ipsi misericordiam consequentur: dñi in Matth. Religiosi itaq; pietatis opera diligētes, sunt cœli in quibus thesauri Dñi reponantur, qui inspiratione diuina, necessitatē tempore pauperibus diffundūt: unū dñi Deu. Aperiet Dñs thesaurū suum optimum cœlum, ut pluiam tribuat terrē in tempore suo. Patet ex prædictis, qd cœlorū nomine religiosi in scripturis sapius denotantur, qui inter ceteros electorum gradus, cœlis potissimē conformantur, ratione subtilitatis diuinae scripturæ, in qua uelut in cœlo omnia oculata Christi, & Ecclesiæ mysteria continēt: iuxta illud Isa. Complicabuntur sicut liber cœli &c. & Ezec. Apti sunt cœli, & uidi uisiones Dei: & in Apo. A primum est templum in cœlo, & uisa est arca testamenti in cœlo. Nam sicut cœlum est principium illuminationis & irradiationis totius mundi sensibilis, sic totius ueritatis cognitio exordium à diuinis eloquijs accipit, & scripturis: iuxta illud Psal. Declaratio sermonum tuorum illuminat. Nam mādātū lucerna est, & lex lux: ut dicitur in Prou. Vndē quicquid proponitur prophetice rationis, quicquid asserit mundanæ sapientiæ argumentis, si ueritati theologicæ non consonat, à natura cœli discrepat & discordat, ut dicere possit mundi sapientibus scriptura ueritatis. Sicut exaltantur cœli à terra, sic uis meæ à uis uestris. Item secundò uirtus cœli est causa uiuificationis inferiorum & sensificationis, quia nihil uiuit, nec sensum percipit, ubi cœli radius non pertingit: ex quo manifestè conuenit, qd ois mēs uel cōscientia moritur, ad cuius interiora uerbi uirtus non ingreditur, quod expertus Petrus, dixit in Ioan. Ad quem ibimus uerba uitæ æternæ habes, & Psal. Eloquium tuū uiuificabit me, & Dominus in Io. Verba quæ locutus sum uobis, spiritus & uita sunt, & in Eccl. Sustulisti mortuū ab inferis, de sorte mortis in uerbo Dei tuū. Et ideo scriptura diuina spūaliter intellecta, intellectum uiuificat & affectum: iuxta illud Ioan. Vita erat lux hominum: & Apostolus. Tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi &c. Tuba de cœlo canens, est uox prædicatorum de secretis scripturæ cœlestia exprimens, resonans, & exponens. Ad tubæ sonitum resurgent mortui de sepulchris peccatorū, sicut dicit Ioan. Hora uenit & iam nunc est, qd omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei &c. Item tertio ratione obnubilationis, quia cœli quod in suo proprio circulo semper laudum est & serenum, secundum nostrum aspectum p p interpositionem uaporum, sapius apparet nubilosum, sic scriptura diuinitas aspi-

rata, figuris & enigmatibus est scriptus inuoluta, ut carnalibus & indignis scripturarum lateant mysteria, quæ tñ pijs mentibus sapientibus ea q sunt spūs lucida sunt & aperta: iuxta illud Gene. Cum obduxero cœlū nubibus, apparebit arcus meus &c. Quq; enim p aliquorum imperitiā, qñq; etiam propter hereticorum malitiā, sunt celanda quædam scripturæ & fidei sacramenta. Et hoc faciendum est coram simplicibus & infirmis, ne subtilia & sublimia capere non ualentes, à recto deuiet, similiter corā infidelibus, ne blasphement. Non enim debemus sanctum dare canibus, neq; spargere Margaritas coram porcis, ne forte cōculcēt eas &c. sicut dicit Dñs in Matth. Ideo præceptū fuit, qd nulli uiderent uasā sanctuarū nuda, exceptis sacerdotibus filiis Aaron, ut dñi Num. Ideo oportuit arcā & alia tabernaculi uasa obuoluerē pellibus hyacinthinis, ne forsitan alii aliqua curiositate, secreta tabernaculi intuentes morentur, sicut ibidem dicitur. Claritate itaq; cœli obuoluit nubibus & obducit, qui scripturarum subtilia subiciens, simplicia & intellectu facilia proponit, simplicibus autē exponit. Radius enim luminis cœlestis qui uisum aquilæ acuit & confortat, obrūdit uisum noctuæ & execat. Vndē qui debilis est uisus, i. paruū intellectus, nō debet alta & insensibilia persequari, ne de claritate nimia obtenebretur eius aīus, undē putabat illuminari: undē dñi in Prouer. Ad opes quas habere non poteris, ne erigas oculos tuos. Facient enim sibi pēnas, & uolabunt in cœlū. Hoc sciens Dñs, dixit Nichodemus in Ioan. Si dixi uobis terrēna & non creditis, si dixerō uobis cœlestia quō credetis? & in Eccl. Altiora te ne quæsieris, & in pluribus Dei operibus nō fueris curiosus &c. & sequitur. Non est necesse quæ abscondita sunt, uidere oculis tuis. Item quarto rōne fecundationis. Nam calore cœlesti pariter & rore oīa procreantur, nec aliquid in terra cre scēdo p̄ficit, nisi ubi calor cœlestis se spargit, et humor roris aut pluuie cœlestis se diffundit. Scriptura tota ignea est, illuminās per sapiam intellectū, & ad amorē inflāmās affectū: undē dñi Psal. Ignitū eloquū tuū uehementer &c. et i Deut. In dextera eius ignea lex: et Hier. Factus est sermo Dñi in corde meo quasi ignis est uans, clausus in osibus meis: et in Prou. Ois sermo Dñi igneus clypeus &c. Clypeus est cū protegit, ignitus cum accēdit. Cœlum igitur igneū, diuinitū est uerbum dum inflāmāt. unū ait Psal. Eloquū Dñi inflāmāt eū &c. Roris uisū autē est dū fecundat. Inflāmāt. n. cor ad dilectionē, fecundat uelut pluuia aut ros ad operationē: dñi in Deut. Concresecat ut pluuia doctrina mea, sicut uelut ros eloquū meū, et Iob. Stillabat super eos eloquium meū, expectabant me sicut pluiam, et os suam aperiebant quasi ad imbrem ferotinum. Vi ergo ralis calor, et humoris de agro cordis, uirtutis germen prorumpit in fructum operationis: undē dicit Isa. Quō descendit imber de cœlo, et non

non reuertitur, sed infundit terram & inebriat eam, & germinare eam facit &c. & Iob. Ros in mensione mea morabitur &c. Maledicta autem terra quæ rotinis cœli guttis continuē infunditur, & tamen sterilis munitur: & Paulus. Terra quæ spinas profert & tribulos, reprobā est, & maledictio proxima: & in Deutero. De cœlo descendet super te cinis &c. Quod fit in peruersis theologis, qui rore cœli quotidie pluantur, semper tamen remanent sine fructu. Item quinto ratione permanentia infinita durationis. Cœlum enim inter omnia corpora, magis durabile est & firmum, & ideo est perpetuum, quia cum non sit compositum ex contrariis, non habet in se principium dissolutionis, & hoc conuenit scripturæ ueritatis, quæ tanta est firmitatis, qd non potest arte uel ingenio immutari: & ideo dicit, Psal. Statuit ea in æternum & in seculum seculi, præceptum posuit & non prateribit: & Prouer. Labium ueritatis firmum erit in perpetuum: & iterum in Psal. Quæ procedunt de labus meis, nō faciā irrita, & in 2. Petri. & Habemus firmiorem propheticum sermonē. Vnde omnes scientiæ quæ infirmitate illius scripturæ nō sunt fundatæ, inutiles sunt atq; uanæ: iuxta illud Hier. Omnes leges gentium uanæ sunt: & sapiens. Vanī sunt omnes homines, in quibus non subest sapientia: & Apostolus. Euanuerunt in cogitationibus suis, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Vnde sapientes huius seculi, qui ingenia sua fundant in sapientia huius mundi, nihil habent cœlestis penitus firmitatis, sed doctores boni, uirtute diuini uerbi sunt firmissimi sicut cœli: iuxta illud Psal. Verbo Domini cœli firmati sunt: & Dan. Fulgebunt sicut splendor firmamenti: & Iob. Solidissimi sunt, quasi ære fundati. Itē sexto rōne ornatus & cōpositionis, nam propter uariū stellarū ornatum, nihil est pulchrius q sit cœlum. Sic diuina sapientia quæ in scriptura diuina sculpta est & cœlara, expositionibus uarijs quasi quibusdam radiantibus stellis, multipliciter est ornata. Relucet enim diuina ueritas nunc in historia, nunc in allegoria, nunc in ea rutilat sensus tropologicus, nunc irradiat anagogicus intellectus: undē in Eccl. Species cœli est gloria stellarum: & in Sapient. Dedit mihi scire animi cursus, & stellarum dispositiones &c. Varijs itaq; scripturæ diuinae sententijs quasi coruscantibus cœli astris, omnium errorum & phantasmatum tenebrositas effugatur, & relucet ueritas fidei, quæ totius Ecclesiæ superficies decoratur: undē dicit Iob. Super omnes calos considerat, & lumen illius super omnes terminos terræ. Tempore uero Antichristi, istius cœli ornatus splendidus obfuscabitur, quando uerbi diuini prædicatio ab hereticis & tyrānis prohibebitur, & ueritas fidei latens in scripturis uarijs hereticorum figmentis, insuper & phisicis argumentis multipliciter impugnabitur: sicut dicit Dan. Magnificatum est cornu modicum

usq; ad fortitudinem cali, & deiecit de stellis, & concitauit eas, & abstulit iuge sacrificiū, & deiecit locum sanctificationis eius &c. & in Apoc. Apoc. 6. Cœlum recessit sicut liber inuolutus, & montes & insule de loco suo motæ sunt. Nam liber diuinae sapientia: qui modo omnibus est apertus, tempore persecutionis extremae claudetur undiq; & erit omnibus obuolutus, & tunc mōtes & insule mouebunt, quia tam prælati quā subditi, tā cōtēplatiui q actiui, q uoluerint esse stabiles in fide, & in lege Dñi pmanere, iniquitate persecutionis Damonis, & Antichristi cū suis fugere cōpellentur: quapropter dicitur in Prouer. Cui deiecerit ppheta, dissipabitur populus, qui uerō custodit legē, beatus est. Patet itaq; q ueritas diuinae sapientia, quæ in scriptura sacra uelut in cœlo occultat, cōgrua similitudine cœlesti corpori cōparatur, doctores sacrae scripturæ per rationes prætaxatas cœli sapientis nuncupantur: quia mundū illuminant per uitam & doctrinam: undē dicit Dan. Qui docti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamenti: & Paulus. Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo, uerbu uirtē cōtēnetes ad gloriam meam in die Christi, quia non in uacuum cucurri, neq; in uacuum laboraui. Itē primo quia mortuos in peccatis uiuificat & sensificat ad uitā, eos inducēdo ad penitentia, sicut fecit Dauid, q quos uoluit uiuificauit, & quos uoluit mortificauit, ut patet in secundō Reg. Nam bonorū confessorum & doctorum consilio, qui uiuunt in mundo, & peccato mortificatur ut uiuant Deo, mortificant carnem, sed spiritu uitā conferunt spiritualem, iuxta illud Petri. Mortificati quidem carne, uiuificati autē spiritu: & Paulus. Mortui estis, & uita uestra abscondita est in Christo, ad hanc uitā perducit solertia doctorū & sacerdotum, ex quorum consilio dependet uita subditorum, iuxta illud Iudith. Vos qui estis præbyteri in populo Dei, ex uobis depēdet anima illorum, ad eloquiū uestrum illorū corda eriguntur. Ideo legitur, Dominus dixisse discipulis ad prædicandum destinatis. Infirmos curate, mortuos suscite: ut dñi in Mat. Sicut leo q uocis rugitu suscitatur catulū mortuū, sic strenuus doctor rugitu prædicationis & correptionis renouat subditos ad uitā spiritualem, nā dicit in Prouer. Virga percussit eū, & animam eius à morte liberabis &c. Sic uiuificati tanquam cœli, & inferiorum sensificationi fuerūt doctores & sacerdotes primitiui, sed de modernis sacerdotibus potest dici illud Ezec. Violabant me ad populum meum, ut interficerent animas, quæ non moriunt, & uiuificarent animas, quæ non uiuunt, mētētēs populo meo &c. & in Osea Particeps sacerdotū in uia interficiētū pgentes de Sychem. Item secundò propter subditorū exēplum se humiliant, & tam in paritate uictus, quā in humilitate habitus, corpora sua cruciant, & castigant, sicut Ioannes baptista, qui erat nescitus pilis camelorum. Sic Helyas de quo dicitur.



Vir pilosus, & zona pelicea accinctus renibus, & illi similes sunt caelo, cuius claritas non deficit, quamuis nebulis uel nubibus obducatur, quia sub asperitate poenitentiae eorum sanctitas amplius augmentatur, iuxta illud Isaie. Induam caelos tenebris, & ponam sacco operimentum eorum, quod fit, quando diuina uirtute sub sacco uel cilicio poenitentiae caelestis thesaurus occultatur. Sic legitur cyphus Ioseph argenteus, & ad auguriandum optimus in sacco Benjamin fuisse occultatus, ut legitur in Genesi. Cyphus argenteus, est sacerdos clarus scientia, mundus uita, cuius oris ministerio quasi cypho mundo, auditoribus doctrinae salutaris eloquium praefulgebat. Talis cyphus fuit Paulus, sicut ibidem dicitur glo. in cuius corde caelestis doctrinae poculum propinat, iuxta illud Ezechiel. Tulisti tibi cyphos, & uasa aurea & argentea &c. & Salomon dicit. Feci mihi cyphos & urceolos in ministerio ad uina fundenda, & super gressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Hierusalem. Vrecoli sunt doctores, dum unum caelestis sapientiae hauriunt & recipiunt, cyphi uero quando gratiam caelitus receptam, alijs tribuunt & diffundunt. Tales cyphi in sacco Benjamin, id est filiorum dexterarum reponunt, quia sub habitu humilitatis & poenitentiae usque ad tempus praefixum a patre abscondunt, sed aperto sacco, statim proditur, quod pretiosum uasculum in sacci officio continetur, quia anima resoluta a corporis ergastulo, euidenter solet Deus ostendere, quantum dilexit thesauros repositos in sacco, unde dicitur Psal. Conscidisti sacco meum, & circumdediti me letitia. Item boni doctores comparantur caelis, quia caelesti more alios rore caelestis gratiae infundunt, & humore deuotionis ad copunctionis gratiam ipsos pronocant, & inuitant. Nam multi omnimodo aridi & indeuoti, accedunt ad praedicationem, uel confessionem, qui bonorum sacerdotum suffragio ante suam recessum de caelo consolationem, & lacrymarum imbrem copiosius copluti recedunt, in optimo proposito fructiferi, qui prius estimabantur penitus steriles & infertili, unde dicitur in Genesi. De rore caeli & de pinguedine terrae, erit benedictio tua, & in Cantici. Caput meum plenum est rore, & cinnamini mei guttis notum. Ideo de confessoribus & de doctoribus, quos reliquit Deus ad mundi foecundationem, dicitur in Michea. Erunt reliquiae Iacob in medio populorum multorum, sicut ros a Domino, & quasi stilla super herbam, quae non expectat uirum, & non praesolatur filios hominum. Et erunt reliquiae Iacob in gentibus, in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis siluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum, unde dicitur Isa. Rorate caeli desuper, & nubes pluant iustum &c. Item secundo fixi sunt & constantes per omnimodam patientiam, sicut caeli, qui ita sunt firmi & stabiles, quod de nullis contrarij motus impetu possunt dissolui, sic doctores & praedicatores Christi, cum nulla corporis iniuria possunt

frangi, unde Psalmus. Patientes erunt ut annunciant, & in Prouer. Doctrina uiri, per patientiam noscitur &c. Unde sicut caelum a superioribus aquis non deprimitur, nec ab inferioribus eleuatur, sic nec iustus doctor erigitur in prosperis, nec deicitur per pusillanimitatem in aduersis. Aqua enim superiores significant prospera, iuxta illud Iob. Si contuerentur aquas omnia siccabuntur, si emiserit eas subuertent terram. Inferiores uero, significant grauiam & aduersam, ut dicitur in Tiesi. Aquae mundauerunt super caput meum, & dixi perij. Inter has aquas stant boni immobiles atque firmi, sicut dicitur in Ios. Ingressis sacerdotibus Iordanem, steterunt aquae superiores instar montis intumescentes, quae autem inferiores erant in mare solitudinis descendunt &c. Unde sacerdotes portantes Arcam, ad modum caeli inter medias aquas fuerunt tuti, iuxta illud Isa. Cum transferis per aquas tecum ero, & flumina non operient te. Sic Elyseus diuisis aquis Iordanis transiit intrepidus, Elyseus pallio, qui in caelum raptus fuerat, praemunitus. Elyseus pallium de caelo derelictum, est Christi exemplum nobis datum in subsidium, ut nec mundi prospera timeamus, nec aduersa, unde Paulus. Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes &c. Item caelesti decoratur sicut caeli ornatum, quantum ad uitae perfectionem, & uirtutum decentiam, & caelestem in moribus disciplinam, unde dicit Iob. Spiritus Domini ornauit caelos. Vbi dicit Grego. Quot sunt doctrinae praedicantium, tot sunt ornamenta caelorum. Quem ornatum enumerat Apostolus dicens. Oportet Episcopum esse prudentem, sobrium, pudicum, hospitalem, modestum, ornatum, &c. Hunc ornatum caelestem praefigurabat habitus sacerdotis, in Exodo. Fecit super humerale de auro & hiacintho, purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plamario, & posuit in rationali doctrinam & ueritatem &c. & in Sapientia. In ueste poderis eius erit descriptus totus orbis terrarum. Caesique non sunt, ubi tales ornatus desunt, sicut est uidere in peruersis sacerdotibus, in quorum uita non relucet sol seruentis charitatis, nec resplendet luna misericordiae & pietatis, nec resurgit stella munditiae & castitatis, non comparent etiam constellationes duodecim signorum, id est, non relucet in eis nec apparet uestigium uitae & conuersationis duodecim Apostolorum, non hyades, non plyades, non oriona cum interioribus austris, quoniam nec uirtutes interiores, scilicet purgati animi ad contemplatiuam pertinentes, nec exteriores, uidelicet purgatoriae & pollicitiae, uitam exteriorem quoad actionem dirigentes, iam in Ecclesiae doctoribus uix inueniuntur, & ideo totius Ecclesiae species in tenebram, & deformitatem est mutata, unde dicit Iob. Qui praecipit soli & non oritur, & claudit stellas quasi sub signaculo, sequitur. Qui facit arcum, orionem, & hyadas,

& hyadas, & interiora austris, & in Hier. Aspekti caelos, & lux non erat in eis, & ideo multa imminet mundo pericula, quia ubique deficiunt in doctoribus & sacerdotibus huius mundi caelica ornamenta, sicut dicitur in Act. Neque sole, neque sideribus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua ingruente, omnis spes salutis ablata est. Item quarto sicut caeli uniuersaliter extenduntur, iuxta illud Isa. Qui extendit caelos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum, nulla enim est caeli particula, quin aequaliter expansa inueniatur & extensa, sic Christi sacerdotes ad caeli similitudinem, nihil retinent non extensum. Extendunt enim linguam, cor, & manum. Cor (inquam) extendunt ad Deum per deuotionem, ad proximum per compassionem. De primo dicit Psal. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. De secundo dicit in Iob. Compatiebatui anima mea pauperi, & Isa. Cum effuderis esurienti animam tuam &c. Linguam etiam extendunt ad Deum in oratione, & continua gratiarum actione, ad proximum in doctrina & praedicatione. De primo dicit in Eccle. Iterauit orationem suam, uolens ostendere uirtutem Dei, & post. Rursum orauit Deum omnium qui magna fecit in omni terra, & Psal. Labijs exultationis laudabit os meum. De secundo dicitur in Prou. Os suum aperuit sapientiae, & lex clementiae in lingua eius. Si militer manus extendunt ad Deum per supplicationem, iuxta illud Psal. In noctibus extollite manus uestras in sancta. Sic Moses extendit manus suas in caelum & cessauerunt tonitrua in Exodo. Ad proximum uero extendunt manus per subuentionem, & necessitatis proximi subleuationem, de hoc dicit in Prou. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Sic Martinus tanquam caelum fuit extensus ad Deum, quando oculis & manibus in caelum intentus, inuictum ab oratione spiritu non relaxabat. Similiter ad proximum, quando etiam nec pallium sibi sine pauperis solatio retinebat, & ideo propter tantam charitatis extensionem caelum extensum potuit merito nuncupari, iuxta illud Psal. Extendens caelum sicut pellem, & Isa. Manus meae tetenderunt caelos, & omni militiae eorum demorauit, & in Hier. Prudentia sua extendit caelos. Propter istas & alias suprapositas caeli proprietates & naturas, merito doctores scripturae caelo comparantur. Sicut noie caeli significant sancti superioris nominati, sic & noie firmamenti. Id est, n. firmamentum quod & caelum, sicut dicitur in Genesi. Uocauit firmamentum caelum. Singulariter tamen potest uocari firmamentum natura nostra a Christo assumpta, & in ipso in unione personae cum diuinitate unita, de quo Psal. Fiat manus tua super uirum dexterarum tuarum, & super filium hominis quem confirmasti tibi. Nam redemptor noster super omnia Deus uerus, & factus super omnia homo perfectus, secundum naturam assumpta humanitatis firmamentum nuncupatur, sicut dicit Psal. Dominus firmamentum meum & refugium meum,

& Ezechiel. Aspectus firmamenti, quasi aspectus crystalli &c. Natura nostra priusquam assumetur fuit terra, postquam autem ab auctore est assumpta, & super angelos subleuata, facta est firmamentum: & ideo similis est crystallo, quae ex aqua congelata indissolubilem contrahit firmitatem. Quia igitur corpus redemptoris usque ad mortem passionibus & poenis subiaceat, aquae fluxibilitatem in se habuit, quae nascendo, crecendo, esuriendo, sitiendo, moriendo, per momenta temporum mobiliter decurrit, cuius cursum intuetur propheta, ait. Exultauit ut gigas ad currenda uiam &c. sed in resurrectionis gloria uirtute incorruptionis obtinuit, & in crystallinam firmitatem natura primò mutabilis mutata fuit. Dicitur itaque Christus homo firmamentum, ratione firmae & fixae unionis, qua humana natura in unione personae in Christo indissolubiler copulatur, iuxta illud Ezechiel. In firmamento quod erat super caput cherubin quasi lapis saphyrus, lapis saphyrus, est Christus Dominus, qui est lapis angularis, in se Deum & hominem uniens, homines & angelos quasi parietes duos associans, & coniungens sibi per fidem & amorem, infixos retinens etiam ab ipsorum fauore & gratia non recedens, unde Paulus. In spiritu uobiscum sum gaudens, & uidentem ordinem uestrum, & firmamentum eius quae in Christo est fidei uestra, & sequitur ibidem. Superedificati & confirmati in illo, in gratiarum actione &c. Quia igitur ipse totius Ecclesiae militantis & etiam triumphantis congruum est fundamentum, ideo bene uocatur firmamentum. Et quia fundamentum caeleste est & non terrenum, ideo dicitur lapis saphyrus, unde dicitur in Isa. Fundabo te in saphyris, & in Exodo. Sub pedibus eius quasi opus lapidis saphyri &c. & Paulus. Firmum Dei fundamentum itat, & Matth. Fundata erat supra firmam petram. Item secundo ratione mediationis, nam sicut firmamentum est inter aquas superiores & inferiores medium collocatum, sic mediator Dei & hominum, secundum quod homo patre minor, tamen in quantum Dei filius omni creatura superior, ima & summa, inuisibilia & sensibilia recolligit, & in se medio recolligit & adunat: sicut dicit Apostolus. In ipso condita sunt uniuersa in caelo & in terra, uisibilia & inuisibilia: & in Genesi. Posuit firmamentum in medio aquarum, diuisit aquas ab aquis &c. & ideo quod modo discernit & diuidit inter inferiorum & superiorum, bonorum & malorum, spiritualium uel carnalium merita, a quo iudicio diuidet & discernet inter prima aut flagella. Unde dicitur in Mattheo. Cuius uerilabrum in manu eius &c. & in Prouer. Sicut diuisiones aquarum, ita corda regum in manu Domini. Item tertio ratione conseruationis inferiorum et comprehensiois: nam firmamentum infra suam sphaeram circumferentiam, omnia sensibilia comprehendit, et palatrum generationis uel corruptionis officium, quod quid est de esse et substantia uniuersi custodit, nec destructionem permittit. Sic Christus ars et sapientia Dei patris, infra sinum suam patris praedestinos continet et praescitos, nec



predestinationis filios finaliter permittit ire ad interitū, nec praescitos ex toto in nihilū. Nam filios gratiæ praeseruat ad gloriam, reprobationis uero filios seruat ad gehennam, ut sicut in bonis immutabilis Dei gratia cōmendat, ita eius iustitiae xibilis iustitia quæ uidebit in reprobis, timeat: undē sapiens dicit. Tēpore casus sui inueniet firmamētum. & rursum. Iustitia eius preget te, & in die agnitionis inuenies firmamētū. Itē quatō rōne diuinā in habitationis, nā cum Deus sit in omni creatura, cōelum tñ siue firmamētū specialiter sibi uendicat, quia ibi singulariter & excellenter operādo, maiestatis suæ praesentia manifestat, ut dicit Dama. sicut humanitas quæ de uirgine est assumpta, singulare diuinitatis habitaculū est effecta, qñ uerbum caro factū est, & habitauit in nobis, undē dicit Paulus. Cōplacuit oēm plenitudinē inhabitare, & p eum omnia reconciliari &c. de preparato habitaculo suo, & in tertio Reg. Cum orauerint in loco hoc, tu exaudies in cōlo in firmamento habitaculi tui &c. & in Exod. Sanctuariū tuū quod firmauerunt manus tuæ: & i eodē. Firmissimo habitaculo quod operatus &c. Ideo enim diuinitas Christi humanitate inhabitat, ut homines p hominē deprecātes audiat, & eorū postulationibus cōdescendat, ppter quod oēs collectæ & orationes Ecclesiæ p Christū nostrum finiunt, undē dicit Paulus. In quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, & est is in illo repleti &c. Itē quātō rōne circularis reuolutionis, circularē. n. formā habet firmamētū, & motū obliquē uolubilē, si enim firmamētū mouerēt in directum quoad nos, generatio rerū inferiorum nō perficeret, & talis forma quæ est perfecta & nobilissima, nobilissimo corpori erat dāda, quia talis figura cōtinuo motu eius fuit necessaria. Circularis immō circularis perfectissimus est ipse Christus, in quo duæ extremitates lineæ uelut in puncto uniant. Nam diuinitas quæ omnium rerum caput est & principium, cū natura humana quæ finis erat omnium creaturarū, & ultimō in esse pducta, in ipso Christo uelut in puncto in unione persona est cōiuncta, & tanta firmitate roborata. Firmatā. n. sunt duæ naturæ in una psona, sic q̄ u na ab altera nūquam poterit separari. Et ideō pprīe Christus nomen obtinet firmamenti, cuius motus & operatio circularis est. De sinu enim patris, in uirginis uterū est ingressus, deinde p mūdū & limbū pgressus, iterū ad patrē est reuersus, sicut dī in Ioā. Exiui a patrē, & ueni i mūdū: & iterū relinquo mūdū, & uado ad patrē: & i Eccl. Oriē sol & occidit, & ad locū suū reuertit, girat p meridiē, & sicut ad aq̄lonē &c. Ecce motus Christi reflexus & obliquus. Attingit. n. a fine usq; ad finē fortiter, & disponit oīa suauiter, sicut dī in Sap. Quia nūc sicut ad aq̄lonē. i. ad peccatores i peccatis induratos, p misericordiā illorū corda ad penitentiam remolliendo, nūc uerō ad meridiē. i. ad bonos in seruire charitatis existentes, ipsos cō-

solādo: ideō dī in Eccl. In meridiano exurit terra, &c. & Efd. Cōuertitur in gyro cœli, & iterum reuertit in eundē locū in uno die. Itē sextō rōne fortissimē impressionis, & aggregationis luminis in centro. Nam cū sit firmamētū corpus sphericum, & luminosum, & cōcauū, & conuexū, cuius medium & centrū ex omni parte ex se emittit radiū ad suū mediū. Vnde cū terra teneat vicē centri, manifestū est, q̄ in terra sit radiorū luminis maxima aggregatio, & ex influenza radiorum maxima fit uariarum specierū pductio, & generatio. Firmamentum igitur lucidū, & conuexū, significat Christū Dñm, qui est lux uera, illuminās oēm hominē uenientem in hunc mundū: ut dicit Ioan. cuius spherica rotunditas. i. aeterna potestas, omnia cōtinet & sustentat, cuius luminositas omnia illustrat, cuius cōnexitas omnium bonorū gratiarū, & donorū plenitudinē cōmensurat iuxta illud Ioā. Vidimus eū quasi unigenitū a patrē, plenū gratiæ & ueritatis. Ab istius igitur firmamēti conuexitate, ad cor humanū, uelut ad propriū centrū transfundunt radij gratiarū, & ibidē. De plenitudine eius oēs recipimus gratiā pro grā. Plena igitur sit impressio, & coadunatio cœlestis luminis in corde hoīs, quo ad ipsius iustificationē; plenior quātū ad illustratiōne sapientiæ, & ueritatis inspirationē, plenissima uerō quoad cōsummationē iustitiæ, & finale charitatis in hoīe pfectionē, & cōseruationē: ideō ait Apost. Plenitudo legis est charitas. De prima dī i Psal. Plena ē iustitia dextera eius, & iterū in alio Psal. Flumē Dei repleti est ags, &c. A Christo. n. uelut a fonte procedit flumē pnię, quæ aia a sordibus abluat & purgat, & ad uideūdū iamē desup ueniēs disponit, & habilitat: sicut dicit in Ioā. Abi, laui, & uidi: & in Sapi. Oīs orbis terrarū limpido replebat lumine, &c. De secūdo dī in Isa. Replebit terra scientia Dñi, quasi aqua maris operietis. De tertio dī in Psal. Dies plenius inueniunt i eis: & Iob. Cōplebūt dies suos in bono, & annos suos in gloria: & in Cant. Residēt iuxta influentia plenissima. Talibus radiis a Christo effluētibus, tanquā a firmamēto nobilissimo uirtutū, & meritorū, spēs in electorū cordibus procreant, iuxta illud Eccl. Ipse est firmamētū uirtutis, regimē ardoris, & umbraculum meridiē, deprecatio offensionis, adiutoriū casus exaltās animā, & illuminās oculos, dās sanitatē, uita, & benedictionē, quasi dicat Eccl. a Christo uelut a firmamento effluit uirtutis p̄ditā restitutio, ardoris cōcupiscentiæ, & diabolicæ inflammationis repressio, persecutionis mitigatio, de offensis remissio, & apud patrē pro peccatis propitiatio: ut dicitur in Ioan. & in Dan. a ruina & casu subleuatio. & in Psal. Cum ceciderit non collidetur, & in Prouerb. Septies cadit iustus, afflictionis ad cœlestia eleuatio, in primo Regum. Ut sedeat cū principibus, & in Psal. Exaltaui animam meam: secretorum reuelatio, collatio impasibilitatis, donū immortalitatis, benedictio aet-

Eccl. 3.
Eccl. 27.
Coll. 1.
3. Reg. 3.
Exodi. 15.
Coll. 2.
Ioan. 26.
Eccl. 1.
Sap. 8.

Eccl. 4.
Efd. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 4.
Ioan. 1.
Ioan. 1.
Rom. 1.
Psal. 4.
Psal. 6.
Ioan. 9.
Sap. 1.
Ioan. 1.
Psal. 7.
Iob. 3.
Cant. 1.
Efd. 1.
Eccl. 14.
Leuit. 10.
1. Ioan. 2.
Dan. 10.
Psal. 14.
Prouerb. 1.
Psal. 139.

aterna hereditatis, iterum in alio Psal. Illic mandauit Dominus benedictionem, & uitā &c. Ita decem bona, uelut decē radij a Christo exeunt, ad perfectionem hominum emanare, & effluere undiq; non desistunt, undē dicitur in Gen. Catacacta cœli aperta sunt, & facta est pluuia magna &c. & 4. in Regū. Si fecerit Deus catacactas cœli aperire, nunquid poterit esse quod loqueris? &c. Item septimō ratione inflammationis, nam firmamentum illud inflammat, ad quod per contactum appropinquat. Hoc Christo conuenit, qui sibi gratia & fauore coniuētos ad diuinū amorem inflammat penitus & accendit, ut patet in Apostolis, qui tantō feruentiori igniculo sunt accesi, quanto magis sibi uicini, mei uerunt fieri p familiaritatis gratiam & propinqui, iuxta illud Deut. Qui appropinquant pedibus eius &c. Vnde doctrina Christi ignea, ipsos fecit feruidos penitus & ignitos, undē dicitur in Tren. De excelso misit ignē in osibus meis, & eradiuit me Dominus: & Ezech. Vidi speciem eius quasi speciem electri, & quasi aspectū ignis intrinsecus &c. Loquitur de sedente in Throno super firmamētū, qui utiq; significat Christum, cuius humanitas significatur per electrum, quod est metallum ex auro & argento cōpositum, subtili artificio confecta. Nā in auro incorruptibili, anima Christi immortalitas, in argento candido & mundo, assumpti corporis puritas designat, ex his duobus Christus secundum hominem est formatus, qui secundum utraq; naturam argento mundior, & auro obrizo pretiosior inextimabiliter arbitrat. Illud electrum intrinsecus uidit igneum, quia corpus Christi cū anima, Deo qui est ignis consumens, ineffabiliter est unitum. Istius sedentis species, a medio corporis & sursum, uidebatur a dēs intrinsecus & latens, a lumbis uerō deorsum, ignis splendens exterius & apparēs. Nam Christi uirtus cū supernis spiritibus quantum ardeat, humana ratio non excogitat, undē dicit Isa. Quis potest habitare cum igne deuorante, & cum ardoribus sempiternis &c. & Ezechiel. In medio lapidum ignitorum ambulasti. A lumbis autē deorsum apparet ignis splendens, quia in q̄tū Apostolos & alios gratiæ filios accendit, p facti euidētiā omnib ē apparens. Nā in lumbis sedes est generationis, & ideō a lumbis deorsum in circuitu splendere dicitur, quia in illis quos per gratiam gignit, ampliori gratia feruescere se ostendit, undē dicitur in Leuit. Sanctificabor in his, qui appropinquant mihi &c. Nos siquidem laet, quantum Christi uirtus accendit illos, qui sunt in patria, sed per multa exempla uideimus, qualiter a sua gratia igniuntur, quos per uerbum uitæ genuit hic in uia, & ideō benē firmamētū dicit, quia mens quæ ab eo tangit, accendit subito & ignit. Item octauō rōne impermutabilis fixationis, quia firmamētū in sua natura immutabile pmanet, & p̄sistit: & quāuis inferiora uarijs impressionibus alteret, & im-

mutet, tamen mutabilitatem inferiorum corporum in se non recepit, nec admittit. Hæc firmamenti proprietates est in Christo manifesta, cuius bonitatem humana peruersitas nō superat, cuius misericordiā ad uitā penā creaturæ malitia nō inclinat, quæ ex innata tibi bonitate semper punit citra meritū, & remunerat supra dignū, iō dicit Abac. Cū iratus fueris, misericordiē recordaberis: & Psal. Iratus es, & misertus es nobis, imo quā exigente iustitia, tanq̄ iratus aliquos puniunt, in puniendo tñ irascētis passionē nō sentit, sicut dicitur in Sap. Tu dñator uirtutis eū t̄ragilitate iudicas, & cū magna reuerentia disponis nos, & in Psal. Mutabis eos & mutabuntur, tu autē idē ipse es, &c. & in Nume. Nō est Deus quasi hō ut mēt̄at, nec ut filius hoīs ut mutet. & Malach. Ego sum Deus & non mutor, & Iac. Apud quē non est transmutatio &c. Permanens itaq; ueritas est in Christo, fixa quæ bonitas, sicut est permanens fixio uel stabilitas in firmamento, undē dicitur in Ecc. Amicus si permanserit fixus, erit tibi coequalis, quia pmanet in die necessitatis. Itē nonō rōne immensa magnitudinis, & incōprehensibilis dimētionis. Nā sicut cœli altitudo uel latitudo sup uerticē cœli graditur, &c. & i Efd. Excellum est cœlū &c. & Iob. Ex cœlo cœlo est: & quid facies? & Psal. Super cœlos est gloria eius. Firmamētū quē quāq; cū terra uideatur coniungi, ut patet in nostro horizonte, siue in termino nostri uisus, & tamen quantum distat a nostro capite, tantū uel plus distat ab horizonte. Sic Christus in terra uisus, cum hominibus conuersatus, in nullo differre ab alijs mortalibus est putatus. Vnde dixerunt Vnde huic sapientia nonne hic est filius Ioseph & Mariæ? &c. Falsa tamen fuit eorum opinio, sicut falsa est oculi uisio, ubi putat ad equari terræ superficiē firmamento. vnde Isa. Sicut exaltantur cœli a terra, ita uia meæ a uis uestris &c. & Psal. Eleuata est magnificentia tua super cœlos. Patet igitur ex prædictis, quod humanitas assumpta, prædictis rationibus cœlū fuit, quod firmamentum ē uocatum. Nec caret natura & proprietate cœlesti uirgo beatissima, ad cuius uertū subintrandum per incarnationem uerbi, est diuinitas inclinata, quā secūdu Psal. Inclinauit cœlos & descendit: ubi uerbu Dei se inclinauit, & carne indutū ad nos uenit, sicut ibi exponit glo. Cœli itaq; puritate in se habere debuit Maria, de cuius mundissimis particulis, illa purissima caro uerbi cœlorū deitatis magnitudinē ad plenū capere non possunt, sicut dī in Tertio Reg. & ad comprehendendam magnificētiam glorię sanctitatis eius, uirtutes cœlestes nō sufficiūt, et tñ Maria ipsum cū plenitudine deitatis genuit, ad cuius susceptionē totus mūdus nō sufficit, nec sufficit iuxta illud Sap. Tanquā mōmentū stateræ est ante te orbis tetraurum, et tanquā gutta roris antelucani etc. et Isa. Ecce omnes gentes quasi nō

Abac. 3.
Psal. 59.
Sap. 12.
Psal. 101.
Num. 23.
Malch. 3.
Iac. 1.
Eccl. 6.
3. Efd. 4.
Iob. 11.
Psal. 112.
Baruch. 3.
Matt. 13.
Efd. 55.
Psal. 8.
Psal. 17.
3. Reg. 8.
Sap. 11.
Efd. 40.



...sunt, sic sunt coram te &c. Patet igitur, qd Maria Deum incomprehensibilem totu & plenum in se nullatenus suscepisset, nisi uirtute & gratia, caeli magnitudinem transcendisset. Caelo igitur caelica uirgo coparat, quia caelo nihil purius, nihil sublimius, nihil pulchrius, nihil utilius, nihil communius, nihil uelocius, nihil perfectius, nihil durabilius inter corpora uisibilia inuenitur. Caelo igitur nihil est purius, & hoc propter naturae suae transparentiam & dyaphaneitatem: & hoc gloriosissimae uirgini conuenit, propter omnimodam ipsius munditiam & castitatem. Nam per sanctificationis gratiam in utero materno exiit ab omni originalis culpa foeditate depurata, & ad susceptionem uerbi uirae antequam nasceretur disposita & praeparata, iuxta illud Psal. Parata est sedes tua ex tunc &c. Nam quae ab aeterno praeparata est, & praedestinata in Dei scientia, ut ad tantam gloriam assumere, in materno utero a spiritu sanctificante praeparata est & sanctificata, ut in tempore a patre luminum praefixo, mater Dei fieri mereretur, sicut dicitur in Prover. Ab aeterno ordinata sum, & antequam terra fieret, & in Eccle. Ab initio & ante secula creata sum. i. quodam privilegiato modo creati praeparata, ut efficeret caelum, in quo Deus nouo modo resideret, sicut dicit Psal. Dominus in caelo parauit sedem suam, & Isa. Caelum mihi sedes est &c. Hanc sedem sibi parauit omnium artifex, & sapientia Christus in uirginali sanctificatione, ipsam sedem subintravit, & in ipsa quiescit in ipsius uirginis foecundatione. Unde praefigurata est per Thronum Salomonis, quem fecit de ebore grandem, Et per sedile uel ferculum, quod fecit sibi Salomon de lignis libani, cuius ascensus fuit purpureus, & reclinatorium aureum, ut dicitur in Can. Hac omnia de his sedibus dicta, puritati conueniunt uirginali, quia pura fuit in utero, purior in mundo, purissima haec utilitas nunc in caelo. Prima refertur ad ortus ipsius sanctificationem, quantum ad foeditatis originalis ablationem. Secunda ad eius miraculosam foecundationem, quando non solum per spiritum sanctum superuenientem pronitas fomitis est extincta, immo etiam omnis potestas peccandi ab ipsa est ablata, & in gratia est totaliter confirmata. Tertia refertur ad eius gloriosam in caelo collocationem, quando per uirtus ablata omni infirmitate corporali, in naturam caelestem per immortalitatis doctem est mutata. Prima itaque puritas. Originalis, significat in se de facta de lignis libani. Nam illa ligna sunt cedrina, quae habent naturam & proprietatem in putribilitatis, & emittunt spiramen fragrantiae & odoris. Et hoc conuenit eius mundissimis membris, per sanctificationis gratiam a moribus fomitibus alienis, iuxta illud Eccle. Ego quasi libanus non incisus euaporauit, & sicut balsamus non mixtus odor meus. Libanus fuit per innocentiam, non incisus per peccandi impotentiam, & ideo euaporauit odore balsamo impermixto suauio

Psal. 92. Prou. 8. Eccle. 24. Psal. 103. Isa. ult. 3. Reg. 10. Cant. 3. Eccle. 24.

re. Na tota massa in Ada corruptioni fomitibus admixta, & sic per consequens adulterata, licet uirginis corpusculum ab hac corruptela est per gratiam liberatum, & ideo effudit odorem suauissimum tanquam balsamum impermixtum, id est filium cuius odor est sicut odor agri pleni, cui benedixit Deus, ut dicitur in Gen. Secunda puritas. i. uirtutalis, quam contraxit ex conceptione uerbi, significat in munditia Throni eburnei. Eburn. candidissimum & solidissimum, nihil habens in se concatum uel porosum, designat munditiam Mariae uirgineae, per praesentiam ipsius concepti uerbi, in totius gratiae plenitudine solidata. Nam ipsa sola plena gratia inter mulieres est reperta, cuius intellectus repletus est apertissima fidei ueritate, sicut beata dixit Elisabeth. Beata quae credidisti, quoniam perficient in te, quae dicta sunt tibi a Domino. Eius etiam affectus repletus est feruentissima charitate. Eburneum uero id est uirgineum corpus repletum est maiestate, & ideo significatur per solium in quo sedere uidit Dominum Isa. Vidi (inquit) Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus a maiestate eius &c. Excelsus siquidem fuit hoc solium, quia supra conditionem naturae corruptae a fomite liberatum. Eleuatum autem est dictum, quia supra hominem ne peccandi habeat potentiam, est per gratiae beneficium confirmatum. Pura itaque fuit nascendo, purior Dei uerbum concipiendo, purissima uero, omnes molestias corrupti corporis in sua assumptione finaliter euadendo: & ideo bene comparabilis est caelo ratione incorruptionis & omnimodae puritatis. Item sicut caelo inter corporalia quoad se nihil sublimius, quia nihil a centro terrae remotius, & hoc forsitan propter disparem circumferentiam & centri qualitatem, nam centrum suo pondere petit immum, sphaera uero circumferentia sua leuitate tendit sursum usque ad summum, sic uirgo benedicta a mole fomitibus, & amore carnalis affectionis per gratiam absoluta, tota a mundano consortio differens & recedens, uita & moribus in caelestibus est locata, iuxta illud Eccle. Ego in altissimis habito, & quia in altissimis, & inauditis Dei consilijs semper mansit, & aliquid propter caelestia inter mundi prospera non curauit, ideo significatur in Gen. per scalam quam uidit Iacob, cuius cacumen tangebatur caelum, & Dominus innixus scalae &c. Scala caelica per quam patet ascensus ad aeterna, est Maria, quae a Iacob est uisa in somnis, quia Mariae praesentia, praeparata est multipliciter a prophetis. Latera huius scalae sunt Tribus duae, scilicet sacerdotales & regalis, ex quibus Maria contraxit originem secundum carnem. Gradus inter scalares, sunt eius privilegia & dignitates singulares, huius scalae cacumen in Deo est, & ei coniungitur per caelestem conuersionem, sicut dicitur in Apoc. Signum magnum apparuit in caelo, mulier amicta sole &c. De ista inhaerentia cum caelo dicit Bern. O uirgo uirginu uirga sublimis, in quam sublime

Gen. 27. Ephe. 4. Luc. 1. Mat. 6. Eccle. 43. Apoc. 12. Cant. 6. Eccle. 4. Gen. 28. Apoc. 6.

sublime tuum sanctum uerticem erigis, usque ad sedentem in Throno, usque ad Dominum maiestatis, nec id quidem mirum est, quia in caelis in altum radices humilitatis. Per hanc scalam descendit Angelus magni consilij, ut nostram assumeret infirmitatem, unde Apostolus. Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia. Per hanc etiam scalam angeli ascendunt. i. qui angelicam uitam dicunt. Hiero. In carne studeamus per Mariam ascendere ad ipsum, qui per ipsam ad nos descendit, ut per eam ipsius inueniamus gratiam, qui per eam ad nostram deuenit miseriam. Per te habemus ascensum ad filium de benedicta inuentrix gratia, genitrix uita, mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Patet itaque quod Maria tanquam caelum locum supremum sibi uen dicat, & nos hereditatis caelestis amatores in coelestibus coadaptat, iuxta illud Eccle. In hereditate Domini morabor &c. Item caelo nihil est pulchrius, nihilque aspectui est iucundius, & hoc propter ordinatissimam contentorum ipsius uarietatem. Nam sol & luna & caetera sidera fixa uel non fixa, ornant mirabiliter firmamentum, sic illa gloriosa uirgo caelo simillima, post suum filium, qui est speciosus forma patris filijs hominum, in imo praemultis milibus Angelorum, inter omnes creaturas est pulcherrima, & ad intuendum magis gratia. Ideo dicit Ecclesiasticus. Altitudinis firmamentum pulchritudo eius, species caeli in uisione gloriae &c. Stellarum gloriosa numerositas, uirtutum & gratiarum singularium est diuersitas, quibus misericordiae mater inastimabiliter decoratur, idem rursus. Vas castrorum in excelsis in firmamento caeli resplendens gloriose. Ideo descripta est in Apoc. quod mulier illa caelestis fuit amicta sole, & corona duodecim stellarum in capite ipsius. Unde angeli admirantes ipsius pulchritudinem, prout possunt ipsius gloriam per similitudinem corporum caelestium expriment, & describunt in Can. Quae est ista quae progreditur sicut aurora confurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? &c. Sole enim nihil pulchrius est de die, luna nihil pulchrius de nocte, aurora nihil formosius in conspectu utriusque. Progressa est igitur ut aurora in nascendo, per mundum progressa est quasi luna in uirtutibus coalescendo: egressa est de mundo, singulari gloriae dignitatem quasi sol praeter ceteris obtinendo. Aurora siquidem finis est noctis, & principium diei subsequens, & indicium solis iam in proximo orientis, sic Maria in suo ortu fuit quasi finis, & consummatio culpae originalis, & euacuatio omnis tenebrae spiritualis. Fuit etiam lucis uere praeparatum indicium, & futurae gratiae in mundum praeparationis argumentum, quod ortus uirginis aduentum annunciauit in proximo saluatoris, unde dicitur in 2. Reg. Sicut lux aurora oriente sole rutilat, & sicut herba germinat de terra &c. & in Osea. Quasi diluculum praeparatus est egressus eius &c. Dicitur ergo uirgo esse quasi aurora confurgens, per gratiam ipsam sanctificantem a corruptione spiritali

lis & corporalis culpa se erigens, quia non iacuit inclinata ex toto per culpam originalem, sicut iacent non renati, nec sedit partim erecta, partim prostrata habens pronitatem concupiscentiae, sicut habent baptizati, sed dicitur confurgens, id est ex toto ad caelestia se erigens, & extendens, quia nullum in ipsa remansit inclinationem uel motionem ad peccatum. Bern. Copiosissima sanctificationis gratia descendit in Mariam Dei matrem, quae non solum sanctificauit eius ortum, sed a peccato eam custodiuit immunitate, iuxta illud Psal. In fabricatus es aurora, & sol. Unde sicut ueniente aurora abundat ros, sic nascete uirgine, ros benedictionis & gratiae incipit mundi superficiem infundere, & corda credentium adimplere, quod inuuit in libro Iudae. Compressio vellere ros repleuit terram, sicut manna iacuit quasi ros in circuitu castrorum, mane uel aurora confurgente, ut dicitur in Exod. Ideo et Iacob surgente aurora, meruit accipere benedictionem, ut dicitur in Gen. Et ideo qui benedictionibus gratiae & gloriae repleri desiderat, accedat ad aurora, requirat & Mariam: unde dicit Iob. Praecipisti diluculo, & ostendisti aurora locum suum. Pulchra uero fuit ut luna, quoad gratiam conceptionis, quia Luna Soli coniuncta radii solaris recipit, & accensa radii recepti ad terram transfundit. Sic Maria paterni radii Dei uerbi caro factum in se concepit, & conceptum sine uirginitatis detrimento peperit & transfudit, iuxta illud Eccle. A Luna signum diei festi, & c. Pulcherrima autem ut Sol facta est, quoad gloriae suae assumptionis, quoniam oes creaturas in luminositate dignitatis, in seruire charitatis, in magnitudine praestantiae transcendere meruit, sicut Sol caetera sidera praecelsit: sicut dicitur in Eccle. Sicut Sol oriens in altissimis Dei, sic bonae mulieris species in ornamentum domus. Sicut igitur pulchritudo firmamenti consistit in his, & aliis corporibus luminosis, sic pulchritudo Mariae in praedictis operibus uirtuosis. Item caelo nihil utilius, quia ex uirtute & influentia caeli mortua & inueterata renouiscunt & renascuntur, & quae consumpta fuerat renouatur, nec potest aliquid uiuere, ubi uirtus deluper effluens non potest peruenire: & hoc uirgini gloriosa congruit, a cuius uirtute & gratia uita uirtutibusque oritur, & procedit, iuxta illud Eccle. In me ois gratia uita, & ueritas, in me ois spes uita, & uirtutis. Sicut ergo caeli suos emittit radios ad uegetationem, & sensificationem inferiorum, sic uirgo caelestis radios misericordiae transfundit ad uiuificationem peccatorum, & ad conseruationem electorum, dicit enim in Eccle. Sapientia inspirat uitam filiis suis, & in Can. Emissiones tuae paradisi, malorum, &c. Sicut enim paradisi a se emittit flumina, & fontes contumue emanantes, herbas, & arbores fructificantes, sic misericordiae a se emittit riuulos, & fontes gratiarum, quibus corda arida infundunt, & imbunt, & fructus uirtutum quibus affectiones illorum quae esuriunt iustitiam, fructuosius operibus nutriuntur. Ideo signat per paradysum uoluptatis, quem praeparauit

Psal. 73. Iud. 6. Exod. 16. Gen. 32. Iob 38. Eccle. 44. Eccle. 26. Eccle. 24. Cant. 4.



Gen. 2. Dominus à principio, in quo posuit hominem quem formavit. Quia in beata uirgine est repositus in incarnatione ille caelestis homo. I. Christus, non ab homine, sed à solo Deo, unde dicitur in Esther. Fecit Rex regum conuiuium in uestibulo horti, confiti ad modum densi nemoris. Hortus est uirginis uterus, in quo Rex regum nostrae mortalitatis uestibus est indutus, unde dicitur in Can. Hortus conclusus soror mea sponsa. Hic hortus ad modum densi nemoris est confitus, quia in ipsa omnium uirtutum genera, sine mensura & numero sunt inserta. Hae uero plantationes non terrena, sed caelestes & spirituales sunt insertiones, unde dicitur in Deut. De pomis caeli & rore, de pomis fructuum solis & lunae erit benedictio tua. Et ideo qui aridos uel etiam mortuos in peccatis se sentiunt, ad Mariam debent festinare, quia in ipsa uelut in caelo aut in paradiso, omnia praedicta poterant inuenire, iuxta illud Eccle. Adimplerit quasi Eufrates sensum, & multiplicat quasi Jordanis in tempore messis. Item caelo nihil est comunius, & hoc est propter eius immensurabilem quantitatem, quia quantum de se est, omnibus se aequaliter commensurat, & luminis sui radios indefinenter omnibus administrat. Sic innata uirginis bonitas à nullo se subtrahit, sed omnibus se comunicat & diffundit, nisi illi forsitan quod uoluntarie se ab ea illuminari negligit uel contemnit, unde dicitur in Iob. Super quem non fulget lumen illius &c. Unde & ipsa dicitur in Eccle. Ego feci, ut oriretur in caelo lumen indeficiens &c.

SERAPHICI DOCTORIS
SANC. BONAVENTURAE
MEDITATIONVM VITAE DOMINI
NOSTRI IESU CHRISTI AD VIRGINEM SANCTIMONIALEM.

Prologus.



INTER alia uirtutum & laudum praecordia de sanctissima uirgine Cecilia legit, quod Euangelium Christi absconditum semper portabat in pectore. Quod sic intelligi debere uidentur, quod ipsa de uita Domini Iesu in Euangelio tradita, quaedam sibi deuotiora praeclegerat, in quibus meditabat die ac nocte, corde puro, & integro, attentione praecipua & feruenti, & cum plena circulatione reincipiens iterum, & dulci ac suauis gustu ruminans, ea in archano pectore sui collocabat. Simile tibi suadeo faciendum. Super omnia namque inter spualis exercitij studia, hoc magis necessarium, magisque proficuum possit. Nusquam enim inuenies ubi sic doceri possit.

sis, contra uana blandimenta & caduca, contra tribulationes & aduersa, contra hostium tentamenta, & uicia, sicut in uita Domini Iesu qua fuit absque omni defectu perfectissima. Ex frequenter. n. & assueta meditatione uita ipsius adducit aia in quandam familiaritatem, confidentiam, & amorem ipsius, ita quod alia uilipendit & contemnit. Insuper fortificatur, & instruitur quid facere, quid uel fugere debeat. Dico primo quod iugis meditatio uita Domini Iesu roborat & stabilis mentem contra uana & caduca, ut patet in praedicta beata Cecilia, quae ita cor suum repleuerat de uita Christi, quod in ipsam uana intrare non poterant, unde in pompa nuptiarum existens, ubi tot uana geruntur, cantantibus organis, ipsa stabili corde soli Deo uacabat, dicens. Fiat Domine cor meum & corpus meum immaculatum, ut non confundar. Secundo fortificat contra tribulationes & aduersa, ut patet in martyribus. Circa quod sic dicit Bernardus. Inde tolerantia martyrij provenit, quod in Christi uulneribus tota deuotione versetur, & iugis meditatione demoretur. In illis stat martyr tripudians & triumphans, toto licet lacerato corpore, & rimante latera ferro. Vbi ergo tunc aia martyris? Nepe in uulneribus Iesu, & uulneribus nimirum patribus ad introeundum. Si in suis esset uisceribus, seruitus ea, ferrum profecto sentiret, dolor non ferret, succumberet & negaret. Hucusque Bernardus. Inde est, quod non solum martyres, sed & confessores in tribulationibus & infirmitatibus suis, tam patientiam habuerunt, & tota die habent. Si legas de beato Francisco, & de beata uirgine Clara marre ac ducissa tua, poteris inuenire, quo in multis tribulationibus penurij & infirmitatibus, non solum patientes, sed etiam hylares existebant. Ideo quotidie uidere potes in ducentibus sancta uita, hoc ideo quia ipsorum aia nec erant, nec sunt in eorum corporibus, sed in Christo ex deuota meditatione uita & ipsius. Tertio dico, quod docet circa gerenda, ut nec hostes nec uicia irruere uel fallere possint, hoc ideo, quia perfectio uirtutum reperitur ibidem. Vbi enim uirtutes excellere uolueris, eximie humilitatis, profundae sapientiae, orationis mansuetudinis, obedientiae, patientiae, ceterarumque uirtutum exempla & doctrina sic inuenies, sicut in uita Domini uirtutum? De hoc sic breuiter ait Bernardus. In cassum proinde quis laborat in acquisitione uirtutum, si aliunde eas sperandas putet, quam in domino uirtutum, cuius doctrina seminarium prudentiae, cuius misericordia opus iustitiae, cuius uita speculum temperantiae, cuius mors insigne est fortitudinis. Hucusque Bernardus. Qui ergo eum sequitur, errare non potest neque falli. Ad cuius uirtutes imitandas & adipiscendas, ex frequenter meditatione cor accendit, & affatur. Deinde illuminat uirtute, ita quod uirtute induit, & a ueris falsa discernit, adeo ut plures fuerint illiterati, quod magna profunda Dei mysteria cognouere. Unde credis quod beatus Franciscus ad tantam uirtu-

Ser. 61. in per cap.

Ser. 21. in per cap.

Multi in uirtutes Christi literari profunda mysteria Dei cog

virtutum copiam, & ad tam luculentam intelligentiam scripturarum, ad tam etiam perspicacem notitiam fallaciarum hostium & uictorum peruenit, nisi ex familiari conuersatione & meditatione Domini Iesu? Propterea sic ardentem afficiebatur ad ipsam, ut quasi sua pictura fieret. Nam in cunctis uirtutibus quae perfectius poterat imitabatur eandem, & tandem copulente ac perficiente Iesu per impressionem sacrorum signatarum, fuit in eum transformatus totaliter. Vides ergo ad quam excelsum gradum meditatio uita Christi perducit, sed & tanquam fundamentum efficax ad maiores contemplationis sublimat gradus, quia ibidem inuenitur uictio, quae paulatim purificans & eleuans animam, docet de omnibus de quibus non est sermo ad praesens. Nunc autem te in ipsa uita christi meditationes, aliquantulum introducere cogitauimus, sed uellem, quod hoc a magis experto, magisque docto acciperes, quia in talibus maxime insufficiens sum. Veruntamen iudicans melius fore aliqua, utique dicere, quam penitus tacere, experiar impotentiam meam, & familiariter tecum loquar, rudi & impolito sermone, tum ut melius possis quae dicuntur capere, tum ut non aure sed mentem studeas inde reficere: non est enim in ornatis sermonibus, sed in Domini Iesu meditationibus insistendum. Ad quod etiam Hieronimus doctus inuocatur dicens. Sermo rudis usque ad cor penetrat, politus autem pascit aures. Spero autem, quod ruditati tuae conferet aliquid mea modicitas, sed & in hoc magis spero, quod si te in his exercitari sedula meditatione uolueris, ipsum Dominum de quo loquimur, magistrum habebis. Non autem credas quod omnia quae per ipsum dixisse, uel fecisse constat, meditari possimus, uel quod omnia scripta sint: ego uero ad maiorem impressionem, ea sic ac si ita fuissent narrabo, prout contingere uel corrigisse credi possunt, secundum quasdam imaginarias representationes, quas animus diuersimode percipit. Nam & circa diuinam scripturam meditari, exponere, & intelligere multiphase, prout expedire credimus, possumus, dummodo non sit contra ueritatem uita, iustitiam, ac doctrinam, & non sit contra fidem, & contra bonos mores, cum autem me narrantem inuenies, ita dixit uel fecit Dominus Iesus, seu alia quae introducuntur, si illud per scripturam probari non possit, non aliter accipias, quam deuota meditatio exigit. Hoc est proinde accipe, ac si dicerem mediteris, quod ita dixit uel fecit Dominus Iesus, & sic de similibus. Tu autem si ex his fructum sumere cupis, ita te praesentem exhibeas, his quae per Dominum Iesum dicta & facta narrantur, ac sitis auribus audires, & oculis eam uideres, toto mentis affectu diligenter delectabiliter & morose, omnibus aliis curis & sollicitudinibus tunc omisis. Quare te precor dilecta filia, ut hunc laborem meum quem ad laudem Domini Iesu & tuum profectum, & meam utilitatem assumpsisti, laetanter suscipias, & laetantius, deuotius, & sollicitius te exerceas in eodem. Initium de incar-

natione sumendam est, sed quadam ipsam praecelsisse meditari possumus, tam in caelis circa Deum & angelos suos beatissimos, quam in terris circa uirginem gloriosissimam, quae mihi uidentur primarius explicanda. Et ideo de ipsis uideamus.

De sollicita pro nobis intercessione angelorum. Cap. I.

CUM per longissima tempora ultra spacium quinque millium annorum miserabiliter iaceret genus humanum, & nullus propter peccatum primi hominis ascendere posset ad patriam, beatissimi angelici spiritus patientes tantae ruinae, ac de sua restauratione solliciti, licet etiam pluries, primo tamen adueniente plenitudine temporis, deuotius, & instantius taliter supplicauerunt Domino, procidentes in facies suas ante thronum eius simul omnes congregati, & dixerunt. Domine placuit maiestati uestrae, & rationalem creaturam. I. hominem creare: propter uestram bonitatem, ut ipse esset hic nobiscum, & ut nobis ex ipso nostrarum contingeret restauratio ruinarum. Sed ecce peruenit omnes & nemo saluatur, & in tot annorum curriculis hoc uidemus, quod de omnibus hostes nostri triumphant, & de ipsis non nostrae ruinae, sed tartareae speluncae replentur. Ut quid ergo Domine nascuntur? quare traduntur bestiis animae confortantes tibi? & si secundum iustitiam uestram hoc fiat, tamen misericordiae tempus est. Et si primi parentes uestrum mandatum incaute transgressi sunt, subueniat misericordia uestra. Memento, quod ad similitudinem uestram creastis eos. Aperite Domine misericorditer manum uestram, & implete misericorditer, oculi omnium spectant ad uos, sicut oculi seruorum ad manus dominorum suorum, donec miseramini & subueniatis remedio saluati humano.

De contentione inter misericordiam & iustitiam, ueritatem & pacem. Cap. II.

HIS dictis, misericordia pulsabat viscera patris ut subueniret, secum pacem habes: sed contradicebat ueritas, habens secum iustitiam: & inter eas magna controuersia facta est, prout narrat beatus Bernardus pulchro & longo stilo. Sed ego succincte (ut potero) referam summam. Frequenter enim ipsis dicta mellis uia inrendo adducere, sed plerumque cum exceptione, propter proliuositatem uitandam. In hoc ergo loco haec est dicti sui summa: dicebat domina misericordia. Nunquid in aeternum proicietis Domine, aut obliuisceris misereri? & hoc ei longo tempore susurrabat. Respondit Dominus. Vocentur sorores uestrae, quas contra uos paratas uidetis, & eas pariter audiamus. Quibus uocatis, incipit misericordia. Eget miseratione diuina creatura rationalis, quam misera facta est, & miserabilis ualde, uenit tempus miserendi, & iam praeteriit. Contra ueritas. Oportet Domine implere sermonem quem

Ser. 1. de annuntiatione.

Deuotissimi Bernardi, deuotissimi ma contoplatio.



locutus es. Totus moriatur Adam, cum omnibus qui in eo erant, qm prauaricando pomum gustauit. Dixit misericordia. Ve quid ergo Dne me fecisti? Scit. n. ipsa veritas, q ego perii, si nuquam misereberis. Contratio ipsa veritas. Si predicta tuam sententiam prauaricator euaserit, perit & veritas tua, & non permanet in aeternum. Fuit ergo haec quaestio missa ad filium. Ipsa autem veritas & misericordia coram eo eadem dicebat, & addebat veritas. Fateor Dne, q bono zelo mouetur misericordia, sed non secundu iustitiam, que potius prauaricatori vult parcere q forori. At misericordia. Tu neutro parcis, & tanta indignatione fauis contra prauaricatore, vt inuoluas pariter & fororem. Sed nihilominus veritas fortissi me allegat. Dne contra te ista quaestio intorquetur, & est cauendum, ne verbum patris euacuet. Dixit pax. Parcite vobis a verbis istis, virtutum non est honesta contentio. Vides controuersiam magnam, & rationes fortes & efficaces: non videbatur quo circa homine possent & misericordia & veritas conseruari. Scripsit autem Rex sententiam, quam paci, qua propinquius ei stabat, dedit legendam, sic continentem. Haec dicit Petrus si Adam no moriatur. Et haec dicit. Perii si no misericordiam consequatur. Fiat mors bona, & habeat vtraque quod petunt. Obstuperunt oes in verbo sapientiae, & conseruerunt q moriatur Adam, misericordiam consequendo. Sed querit quo mors potest fieri bona, cum horribilis sit ipso auditu? Rndit Rex. Mors peccatorum pessima, sed mors sanctorum praeiosa, & ianua vitae. Inueniatur qui ex charitate moriatur, non obnoxius morti, & sic mors non poterit tenere innocium, sed faciat in ea forame, per quod transeat liberati. Placuit sermo. Sed vbi talis poterit inueniri responderunt? Rediit ergo veritas ad terram, & misericordia remansit in caelo. Nam iuxta prophetiam. Dne in caelo misericordia tua, & veritas tua vsq; ad nubes, & circuit orbem terraru. Et nemo mundus a sorde, nec infans vnus diei. Sed a misericordia perstratur caelum, & neminem inuenit, qui sufficientem ad hoc habeat charitatem. Oes. n. serui sumus, & qui cu bene fecerimus dicere debemus, illud Luc. qa inutiles serui sumus. Et cu nullus inueniretur, qui maioru charitatem haberet, vt animam suam pro seruis inutilibus poneret, redeunt ad consuetam diem anxie plurimum, no inuento quod desiderabat, dixit pax. Vos nescitis qui esq; nec cogitatis, non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnus, sed qui dedit consilium ferat auxiliu. Intellexit hoc Rex, & ait. Poenitet me fecisse hominem. Poenitentiam me agere oportet, pro homine quem creauit: & vocato Gabriele dixit. Vade dic filiae Sio. Ecce Rex tuus venit. Hucusq; Res. Vides ergo, q magni periculi fuit & est peccatu, & q; magna difficultas est remedium inuenire. In hoc ergo conseruerunt predicta virtutes seipue in persona filii. Nam persona patris aequaliter videtur terribi-

Plal. 137.
Iob. 25.
scdm 70.
interp.
Luc. 17.
Psal. 13.
Gen. 7.
Zachar. 9.

lis & potes, & sic suspicari quodammodo potuisset pax & misericordia. Persona vero spiritus, benignissima est, & sic suspicari poterant veritas & iustitia. Vnde psona filii tanq media accepta est, ad hoc remedium faciendum, hoc autem no pprie, sed appropriate intelligas. Tunc ergo impletum est illud propheticum. Misericordia & veritas obuiauerunt tibi, iustitia & pax osculatae sunt. Et haec de his que in caelis contingere potuerunt, possumus meditari.

De vita Mariae virginis & septem petitionibus eius. Cap. III.

Circa virginem, ex qua incarnatio facta fuit, meditari possumus vitam ipsius. Vnde scribere debes, q dum esset trium annorum, fuit a parentibus oblata in templum, & ibi stetit vsq; ad decimum quartum annum. Quid autem ibi fecerit, scire possumus ex reuelationibus suis, factis euidam suae deuote. Et creditur, q fuit sancta Elisabeth: cuius festam soleniter celebramus. In quibus haec inter alia continentur. Cum (inquit) pater meus & mater mea me dimiserunt in templo, statui in corde meo habere Deum in patrem, & deuote ac frequenter cogitabam, quid possem facere Deo gratum, vt dignaretur mihi dare gratiam suam, & feci me doceri legem Dei mei. Ex omnibus tñ praeceptis diuinae legis, tria praecepta praecipue seruauit in corde meo, videlicet. Diliges Dnm Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Item, diliges proximum tuum sicut te ipsum. Item, habebis odio inimicum tuum. Ista inquit seruauit in animo meo, & statim oes virtutes comprehendi, quae in ipsis continentur, & ita volo te facere. Anima autem aliqua virtutem habere non potest, si Deum toto corde no diligit. Ab isto. n. amore descendit omnis gratia plenitudo, sine qua nulla virtus in aliquam descendit, nec peruenit in anima, sed fuit vt aqua, nisi luos inimicos. i. vitia & peccata habuerit odio. Qui vult ergo suam gratia habere & possidere, oportet eum, cor suum ad amorem & odium ordinare. Volo ergo te facere, vt faciebam ego, Surgebam enim semper in noctis medio, et pergebam ante altare templi, et tanto desiderio, et tanta voluntate, et tanta affectione quanta poteram, et sciebam, petebam gratia ab omnipotenti Deo obseruandi illa tria praecepta, & omnia alia mandata legis. Et sic stando ante altare septem petitiones Dno faciebam, quae sunt haec. Primo. n. petebam gratiam, qua possem implere dilectionis praeceptu, scilicet ipsum diligere ex toto &c. Secundo petebam gratia, qua possem diligere proximum secundu voluntatem & beneplacitu suu, & vt faceret me amare omnia, quae ipse amat & diligit. Tertio petebam, vt me faceret odire & fugere omnia quae odit. Quarto petebam humilitatem, patientiam, benignitatem, & mansuetudinem, & omnes virtutes, p quas efficere

Plal.

Qui in meo in die habet

gra-

gratiosa ante conspectum suum. Quinto petebam, vt faceret me videre tempus, in quo esset nata illa beatissima virgo, quae debebat filium Dei parere, & vt conseruaret oculos meos, vt possem eam videre: linguam, vt possem ea laudare: manus, vt possem ei seruire: pedes, vt possem ire ad seruitium suu: genua, vt possem adorare Dei filium in gremio suo. Sexto petebam gratia, obediendi mandatis & ordinationibus potificis templi. Septimo petebam, vt templum & vniuersum populum suum ad seruitium suum conseruaret. His auditis dixit ancilla Chfi. O dulcissima Dna non eratis vos gratia & virtutibus plena. Respondit beata virgo. Pro firmo scias, q ita me reputabam ream, & vilissimam, & gratia Dei indignam sicut tu. Propterea petebam sic gratiam & virtutes. Et iteru. Filia tu credis, q oem gratiam quam habui, habuerim sine labore, sed non est ita: immo dico tibi, q nullam gratia donum vel virtutem habui a Deo sine magno labore, continua oratione, ardenti desiderio, profunda deuotione, multis lachrymis, & multa afflictione, dicendo, cogitudo semper placita sibi, sicut sciebam & poteram, excepta sanctificationis gratia, qua sanctificata fui in utero matris. Et addidit, pro firmo scias, q nulla gratia descendit in animam, nisi per orationem & corporis afflictionem. Postq autem dedimus Deo quae p nos possumus, licet sint pauca, ipse venit in animam, secum ferens ista altissima dona, q videtur anima in se ipsa deficere, & perdit memoriam, & non recordatur se fecisse, vel dixisse aliquid Deo gratu, & tunc videtur sibi ipsi vilior, & despectior q vnq fuerit. Hucusq; de dictis reuelationibus. Beatus vero Hieronymus sic scribit. Hanc sibi regulam beata virgo statuerat, vt a mane vsq; ad hora tertiam orationibus insisteret. A tertia vsq; ad nonam, externo ope se occuparet. A nona vero iterum ab oratione no recedebat, quousq; dum illi angelus appareret, de cuius manu escam accipere solebat, & melius in Dei opere. & amore proficiebat. Fiebat, vt in vigiliis inueniretur prior, in sapientia legis Dei eruditior, i humilitate humilior, in carminibus Dauidicis elegatior, i charitate gloriosior, in puritate purior, in omni virtute perfectior. Erat. n. constans & immobilis, & cum quotidie melius transisset, hanc irascentem nullus vel vidit vel audiuit. Omnis sermo eius ita erat gratia plenus, vt cognoscere in lingua eius Deus. Semper in oratione, & in seruatione legis dei pmanebat. Et erat sollicita circa socias suas, ne aliqua ex eis in vno sermone peccaret, ne aliqua in risu vocem suam exaltaret, ne aliqua in iurias aut superbiam contra parem suam exerceat. Sine intermissione benedicebat Deum, & ne forte in salutatione sua a Dei laudibus tolleretur, si quis ea saluabat, illa pro salutatione sua, a Deo gratias, respondebat. Deniq; primum ex ipsa exiit, vt dum saluatur homines sancti, Deo gratias, dicant. De esca qua de manu angeli acci-

De vita Beatae virginis.

piebat, ipsa reficiebatur: quam vero a pontificibus templi accipiebat, pauperibus erogabat. Quotidie videbatur ei angelus loqui, & quasi charissima sorori vel matri obtemperabat ei. Hucusq; Hieronymus. In quartodecimo autem anno fuit beata virgo Maria desponsata Ioseph per diuina reuelationem, & rediit in Nazareth, quod qualiter fuerit factum, inuenies in legenda de natiuitate sua. Et haec sunt quae ante incarnatione Domini Iesu possumus meditari, ipsa ruminare bene & delecteris in eis, toto affectu ea memoria commendando, & opere adimplendo, quia deuotissima sunt. Nunc ad incarnationem veniamus.

De incarnatione Christi. Cap. IIII.

Postq autem venit plenitudo temporis, vel de liberasset, quomodo ordinavit summa Trinitas humano generi prouideri, per incarnationem verbi, propter nimiam charitatem suam qua ipsum genus humanum diligebat, commouente eum misericordia sua, & nihilominus ad instantiam supernorum spirituum, & beata virgo Maria rediit Nazareth, vocauit Deus omni potens Gabrielem archangelum, & dixit ei. Vade ad dilectissimam filiam nostram Mariam desponsatam Ioseph, super omnes creaturas nobis charissimam, & dic ei, q filius meus concipiet speciem suam, & sibi eam elegit in matrem, & roga eam, vt ipsum lactanter accipiat, quia per eam salutem totius generis humani operari decreui, & obliuisci volo iniuriam mihi factam. Attende hic & recordare, quae tibi in principio supra dixi, vt discas omnibus quae dicuntur, & hinc te exhibere praesentem. Hic ergo imaginis & aspicias Deum (vt potes) quia incorporeus est, sed aspice eum tanq magnum Dnm, sedentem in solio excelso, vultu benigno, pio, & paterno, quasi reconciliare volentem, siue reconciliatum esse. Haec verba dicentem, et Gabrielem facie hilariter iucunda, flexis genibus et inclinato vultu, timoroso et reuerenti, ambulatione Dni sui attente suscipientem. Surgens igitur Gabriel iucundus et gaudens, volitauit ab altis, et in humana specie in momento fuit coram virgine Maria, i thalamo domunculae suae manente. Sed nec cito sic volauit, quin praeniretur a Deo, et sanctam ibi Trinitatem inuenit, quae puenit nuncium suum. Scire naq; debes, q excelsum incarnationis opus totius Trinitatis fuit, licet sola persona filii fuerit incarnata, quemadmodum sicut tunicam induenti, duo ex lateribus eius stantes adiuuarent eum, et tunicae manicas tenerent. Nunc ergo et hic bene aspice, et tanq ipsi facto praesens existeres, intellige omnia quae dicuntur et sunt. O qualis fuit et nuc est in meditatione tua illa domuncula, vbi tales sunt, et talia exercentur. Nam licet vbiq; sit sancta Trinitas, tñ ibi nunc aliquo singulari modo esse mediteris, ratione singularis operationis. Ingressus ergo Gabriel paranympus fidelis ad virginem Maria, dixit. Aue gra plena, Dns

Eph. 2.

Incarnatio verbi, fuit opus totius Trinitatis.

Dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Ipsa ve-
r turbata, nihil respondit. Non fuit turbata tur-
batione culpabili, nec de visione angeli, quia eos
sape videre solita erat, sed (iuxta verba Euāge-
lii) turbata fuit in sermone eius, cogitans de no-
uitate talis salutatio: non enim sic eam con-
sueuerat salutare. In qua salutatione cum vide-
ret se de tribus commendari, non poterat humi-
lis Domina non turbari. Commendabatur enim,
q̄ esset gratia plena, & q̄ Dñs erat secū, & quod
erat benedicta super omnes mulieres: at humilis
non potest sui cōmendationē, sine rubore & tur-
batione audire. Turbata ergo fuit ex verecūdia
honestā, & virtuosa. Cēpit etiam timere an hoc
esset verum, non q̄ non crederet angelum vera lo-
qui, sed ex eo q̄ proprium est in humilibus, q̄ nō
examinant suas virtutes, sed defectus potius ru-
minant, vt sic semper proficere possint reputātes
magnam virtutē paruam, & paruū defectum ma-
gnū valde. Tanq̄ ergo prudens, & cauta, pau-
da & pudorosa nihil respondit. Quid. n. respon-
disset? Disce & tu exemplo suo tenere silentium,
& taciturnitatē amare, quia magna & utilis val-
de talis virtus est: nam ipsa bis prius audiuit, q̄
semel responderet. Abominabile enim est, virgi-
nem esse loquacē. Angelus enim causam suā du-
bitationis cognoscens, dixit. Ne timeas Maria,
nec verecūderis de laudibus quas dixi tibi, quia
sic est veritas. Nec solum ipsa gratia plena, sed eā
tori generi humano recuperasti, ut eā dignaretur in-
struere, ita q̄ in his quæ circa filium suū faciendā oc-
currerent, faceret sine defectu. Cōsiderare au-
tē debes, quanta est hodierna solennitas, & iu-
bilarē in corde tuo, & agere dies lætitiæ. Inaudi-
ta est enim usq; modo à seculis, nec unq̄ fuerat.
Talis nāq; hodie est solennitas Dei patris, qui nu-
ptias fecit filio suo in desponsatione humanæ na-
turæ, quam hodie filius sibi uniuertim inseparabili-
ter. Hodie est & solennitas nuptiarum filii, & dies
natalis eius in utero, sed postea erit ex utero. Ho-
die est solennitas Sācti spiritus, propter hoc opus
mirificū & singulare ipsius incarnationis, quod
eidem attribuitur, & hodie incepit ostēdere be-
nignitatem singularem humano generi. Hodie est
solennitas gloriosa Dñæ nostræ, quæ a patre in fi-
liam, à filio in matrem, & Spiritu sancto in spon-
sam est recognita & assumpta. Hodie est solēni-
tas totius celestis curiæ, quia inchoatur eorum
reparatio. Hodie est multo magis solennitas hu-
manæ naturæ, quia eius salus incepit & redem-
ptio, & totius mundi reconciliatio, & sublimata
est atque deificata. Hodie nouam obedientiam
suscepit filius à patre, de nostra peragenda salu-
te. Hodie à summo celo egrediens, exultauit ut
gygas ad currendum uiam, & se reclusit in hor-
to uteri uirginalis. Hodie etiam factus est unus
ex nobis & frater noster, & cepit peregrinari i-
biscum. Hodie de celo lux uera descendit, ad tol-
endas & fugandas nostras tenebras. Hodie panis
uiuus, qui dat uitam mundo, decoquitur in uir-
ginalis

Virgo Ma-
ria exem-
plū est mu-
lieribus,
ut audiāt,
& paruū lo-
quantur.

cum audit magnalia de se, qualia alicui nunquā
dicta fuerunt, totum diuinæ gratiæ ascribat.
Disce ergo eius exemplo esse pudorosa & humi-
lis, quia sine his uirginitas parum ualet. Gaudet
prudentissima uirgo, & auditis uerbis angeli cō-
sensit. Et (vt in suis reuelationibus continetur)
profunda deuotione genuflexit, & iunctis mani-
bus dixit. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secun-
dum uerbum tuum. Tunc filius Dei statim totus
& sine mora intrauit uterū uirginis, & ex ea car-
nem assumpsit, & totus remansit in sinu patris. Po-
tes autem pie imaginari, qualiter ipse filius tanq̄
obediētiam & laboriosam legationem suscipiēs,
patri se inclinauit & recommendauit, & in eodē
instanti anima creata & infusa fuit, perfectus ho-
mo secundum omnia corporis lineamenta, sed
paruulus valde, ita q̄ in utero postea naturaliter
crescebat vt alii, sed non fuit dilata infusio ani-
mæ vel membrorum distinctio, ut in aliis. Erat
enim perfectus Deus sicut perfectus homo, & ita
sapiens & potens, ut est modo. Gabriel autē tunc
cum Domina sua similiter genuflexit, & paruū
post eam surgens, se iterum inclinans usq; ad
terram, & ualefaciens ei, disparuit, & ad patriam
rediens hoc narrauit, & fuit ibi nouum gaudiū,
& nouum festum, & exultatio magna nimis. Do-
mina uero tota inflammata, & in amore Dei ma-
gis solito succensa, sentiens se cōcepisse, genibus
flexis gratias egit de tāto dono, humiliter & de-
uotē supplicās eidem, ut eā dignaretur instrue-
re, ita q̄ in his quæ circa filium suū faciendā oc-
currerent, faceret sine defectu. Cōsiderare au-
tē debes, quanta est hodierna solennitas, & iu-
bilarē in corde tuo, & agere dies lætitiæ. Inaudi-
ta est enim usq; modo à seculis, nec unq̄ fuerat.
Talis nāq; hodie est solennitas Dei patris, qui nu-
ptias fecit filio suo in desponsatione humanæ na-
turæ, quam hodie filius sibi uniuertim inseparabili-
ter. Hodie est & solennitas nuptiarum filii, & dies
natalis eius in utero, sed postea erit ex utero. Ho-
die est solennitas Sācti spiritus, propter hoc opus
mirificū & singulare ipsius incarnationis, quod
eidem attribuitur, & hodie incepit ostēdere be-
nignitatem singularem humano generi. Hodie est
solennitas gloriosa Dñæ nostræ, quæ a patre in fi-
liam, à filio in matrem, & Spiritu sancto in spon-
sam est recognita & assumpta. Hodie est solēni-
tas totius celestis curiæ, quia inchoatur eorum
reparatio. Hodie est multo magis solennitas hu-
manæ naturæ, quia eius salus incepit & redem-
ptio, & totius mundi reconciliatio, & sublimata
est atque deificata. Hodie nouam obedientiam
suscepit filius à patre, de nostra peragenda salu-
te. Hodie à summo celo egrediens, exultauit ut
gygas ad currendum uiam, & se reclusit in hor-
to uteri uirginalis. Hodie etiam factus est unus
ex nobis & frater noster, & cepit peregrinari i-
biscum. Hodie de celo lux uera descendit, ad tol-
endas & fugandas nostras tenebras. Hodie panis
uiuus, qui dat uitam mundo, decoquitur in uir-
ginalis

ginalis uteri clibano. Hodie uerbum caro factum
est, vt habitaret in nobis. Hodie clamores & desi-
deria patriarcharum & prophetarum exaudita
sunt & impleta. Clamabant desiderio inenarra-
bili & dicebant. Emitte agnum Domine &c. Et
iterum. Rorate cœli desuper. Et iterum. Vtinam
dirumperes cœlos & descenderes. Et iterum. Do-
mine inclina cœlos tuos & descende. Et iterum.
Domine ostende nobis faciem tuam &c. Et talia
multa, de quibus tota scriptura est plena. Nā ho-
diernam diem uehementissimē expectabāt. Ho-
die est principium & fundamentum omnium so-
lennitatum, & initium totius nostri boni. Nam
usque nunc indignatus est Dominus contra ge-
nus humanum, propter transgressionem primo-
rum parentum, sed amodō uidens filium hominē
factum, non ulterius irascetur. Hodie dicitur esse
temporis plenitudo. Vides admirabile opus & q̄
sollemnissimum factum sit istud, totum est dele-
ctabile, totum iucundum, totum desiderabile, &
cum omni deuotione suscipiendum, in iubilatō-
ne, lætitia & exultatione ducendum, & omni ue-
neratione dignissimum. In his ergo meditare, in
his delectare, & iucundaberis, & fortē ostēdet ti-
bi Dominus ampliora &c.

Quomodo beata uirgo uisitauit Elisabeth. Et quo-
modo Magnificat, & Benedictus facta
fuerunt. Cap. V.

Post hæc recogitans Dña uerborū angeli, quæ
dixit de consobrina sua Elisabeth, eam visi-
tare proponit, ad congratulandum eidem, ac
etiam seruiendum. Iuit ergo vnā cū Ioseph spō-
so suo à Nazareth ad domū ipsius, quæ distabat
à Hierusalem per quatuordecim vel quindecim
miliaria, vel circa. Non ergo retardatur asperita-
te vel longinquitate uia, sed cū festinatione iuit,
quia nolebat diu in publico uideri. Et sic nō erat
ex conceptu filii aggrauata, vt aliis mulieribus
contingit, non enim fuit Dominus Iesus onero-
sus matri. Conspice ergo hic quomodo uadit
sola cum sponso suo Regina cali & terræ, & non
eques sed pedes, non ducit frequentiam militū
vel baronum, non camerarium & domicellarum
comitum. Vadunt autem cū ea paupertas, hu-
militas & uerecundia, omniumq; uirtutum ho-
nestas. Est & Dominus secum, magnam & hono-
rabilem comitum habens, sed nō seculi uanam
& pomposam. Cum autem intrauit domum, salu-
tauit Elisabeth dicēs. Salue soror mea Elisabeth:
illa uero exultans & tota exhilarata, & accensa
Spiritu sancto surgit, & amplexatur eam tenerrimē,
& exclamans præ gaudio dixit. Benedicta tu
inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.
Et unde hoc mihi, vt ueniat mater Domini mei
ad me? &c. Cum enim uirgo salutauit Elisabeth,
repletus est in utero Ioannes Spiritu sancto, re-
pleta est etiam & mater: nec prius repletur ma-
ter q̄ filius, sed filius repletus, replet & matrem,

non quidem in anima matris aliquid efficiēdo,
sed per Spiritum sanctum aliquid in ea fieri pro-
merendo, eo q̄ in ipso Spiritu sancti gratia affluē-
tior refulgebat, & prior gratiā sensit. Et sicut illa
Mariam, sic ille aduentū Dñi sensit, & ideo exul-
tauit, & illa prophetice locuta est. Vide q̄ta uir-
tus sit in uerbis Dñæ, quia ad eorum pronuncia-
tionem confertur Spiritus sanctus. Sic. n. abundā-
ter ipsa erat plena, q̄ eius meritis ipse Spūs san-
ctus etiā alios replebat. Rndit autem Maria ad
Elisabeth dicens. Magnificat anima mea Domi-
num &c. totū ibidem complens canticū iucun-
ditatis & laudis. Deinde se ad ledendum ponē-
tes, Dña humillima ad inferiorē locum se ponit
ad pedes Elisabeth, sed illa continent exurgens,
& hoc non patiens erexit eam, & pariter cōlede-
runt. Quarit autem Dña de modo suæ cōceptio-
nis, & Elisabeth de modo suæ: hæc sibi inuicem
narrant lætanter, & laudant Deum de utraq; cō-
ceptione, & in gŕarum actione cōsistunt, & agūt
dies lætitiæ. Et stetit ibidem Dña quasi mēsis
tribus, ministrans & seruiens ei in oibus quæ po-
terat, humiliter, reuerenter, & deuotē, quasi obli-
ta se matrem Dei esse, & totius mundi Reginam.
O qualis domus, qualis camera, qualis lectus, in
qua & quo pariter commorantur & requiescūt,
tales matres talibus filiis factū data, Maria & Eli-
sabeth, Iesus & Ioannes. Sunt & ibi magnifici fe-
nes. Zacharias & Ioseph. Adueniēte ergo tē-
pore suo peperit Elisabeth filium, quem Dña le-
uauit à terra, & diligenter aptauit, vt expediens
erat. Paruulus autem, ipsam quasi intelligēs aspi-
ciebat, & cum eum matri porrigere uellet, caput
ad eam uertebat, & in ea solum delectabatur, &
ipsa lætanter colludebat eidem, amplexabatur et
osculabatur iucundē. Considera magnificētiam
Ioannis. Nullus vnq̄ talem baiulā habuit. Multa
alia magna priuilegia reperiuntur de ipso, quibus
non infuso ad præsens. Die autem octauo circū-
cisus est puer, & uocatus est Ioānes. Et tunc ap-
tum est os Zachariæ, & prophetauit dicens. Bene-
dictus Dominus Deus Israel etc. Et sic in domo
illa hæc duo cātica pulcherrima. Magnificat et
Benedictus facta fuerunt. Domina uero stās post
aliquam cortinam, ne uideretur ab hominibus q̄
conuenerant ad circumcisionem Ioānis, auscul-
tabat attentē ad canticū illud in quo de filio suo
fiebāt mentio, et omnia cōferebat in corde suo
sapiētissimē. Tandem uale faciens Elisabeth et
Zachariæ, ac benedicens Ioanni, rediit ad domū
suæ habitationis in Nazareth. In qua reuersione
paupertatem eius adiuuicē reuocauit. Rediit enim
ad domum, in qua nec panē, nec uinum, nec alia
necessaria est inuētura. Sed nec possessiones ha-
bebat, nec pecuniam. Stetit his tribus mensibus
apud illos fortē opulentos: nunc autem rediit ad
paupertatem suam, et vt propriis manibus labo-
rando uictū procureret. Cōpatere sibi, et in amo-
rem paupertatis accendere.

Quo

Quomodo Ioseph noluit dimittere Mariam, & quomodo Deus permittit suos tribulari. Cap. VI.

Eum autem simul habitarent Dña & sp̄s eius Ioseph, & crescente Iesu in utero matris, perpendens Ioseph ipsam gravidam esse, doluit ultra modum. Attende hic benè, quia multa pulchra discere poteris. Si dubitas quare Dominus voluit matrem suam habere virum, cum semper vellet eam virginem esse: Respondeatur propter tria, vt. s. ne gruidam infamaretur, vt viri ministerio & societate frueretur: & vt Diabolo partus filii Dei occultaretur. Conspiciebat ergo Ioseph coniugem suam semel & pluries, dolebat & turbabatur, & eidem vultum ostendebat turbatum, & oculos auertebat ab ea tanq̄ à mala, suspicans eam ex adulterio concepisse. Vides quomodo Deus permittit suos tribulationibus vexari, & tentari ad ipsorum coronam. Cogitabat autem eam occulte dimittere. Verè de hoc dici potest, q̄ eius laus est in Euangelio. Dicitur. n. ibi, q̄ erat vir iustus, magna nāq; virtutis erat. Cum. n. cōiter dicatur, q̄ quasi summe verecundia, doloris, & furoris sit viro adulteriū vxoris, tamen ipse virtuosè se temperabat, & accusare nolebat, patienter hanc magnam pertransibat iniuriam, non se vindicās, sed pietate victus, cedere volens, occultè volebat eā dimittere. Sed nec Domina pertransiuit absq; tribulatione, perpendebat enim, & videbat eum turbatum, & de hoc etiam ipsa turbabatur. Humiliter tamē tacebat, & occultabat donum Dei. Potius volebat reputari vilis, q̄ ipsum sacramentum Dei propalare, & de se aliquid loqui, quod ad iactantiam putaretur pertinere. Rogabat autem Dominū, vt ipse remedium apponere dignaretur, & hanc sibi & viro suo tribulationem auferret. Vides q̄ magna tribulatio & anxietas erat eis, sed Dominus prouidit vtriq; Misit ergo angelum suū, qui dixit Ioseph i somnis, q̄ vxor eius de Spiritu sancto conceperat, & vt confidēter & gaudenter staret cum ea. Vnde tribulatione cessante, rediit cōsolatio magna. Sic & nobis contingeret, si in tribulationibus patientiam habere sciremus: nam Deus post tempestatem trāquillum facit. Nec dubitare debes, quia non permittit eas ad suos venire, nisi pro vtilitate eorum. Quæsiuit Ioseph de hac conceptione miracula, quæ ei Domina diligēter narrauit. Remanet ergo & stat Ioseph gaudens cum sua coniuge benedicta. Et vltra q̄ dici possit, eam casto diligit amore, & curam ipsius fideliter gerit, & Domina cū eo confidenter moratur, & in sua paupertate latanter viuunt. Stat ergo Dominus Iesus reclusus in utero, vsque ad menses nouem more aliorū. Stat benignè ac patienter sustinet, & expectat tēpus debitum. Cōpatere sibi, q̄ ad tantam humilitatis profunditatem deuenit. Multū ergo deberemus hanc affectare virtutem, nec vniquam deberemus ad elationem, vel ad nostri reputationem tumescere,

Mat. 1.

quando tantum se inclinavit Dominus maiestatis. Et de hoc secundo beneficio huius tam prolixæ pro nobis reclusionis, numq̄ ei dignè possemus satisfacere: sed saltim corde hoc cognoscamus, & gratias eidē toto affectu agamus, quod nos ex aliis assumere dignatus est, vt vel hoc modicum rependamus eidem, vt reclusi stemus ad seruitium suum. Ipsius quippè beneficiū est hoc, non nostrum meritum, & quidem per maximum multūq; acceptabile ac venerabile est. Non enim ad pœnam sed ad tutelam reclusi sumus, & in arce religionum tutissima collocati. Ad quam humius nequissimi mundi, venenosæ sagittæ vel tumultuosi maris procellæ, nisi nostra temeritate attingere non poterunt. Conemur ergo toto posse, mente reclusa & abstracta ab omnibus caducis, eidem cordis puritate vacare, quia corporalis reclusio nihil, aut parum sine mentali prodest. Eidem etiam Domino Iesu in hoc comparere, q̄ est in continua afflictione: & fuit à sua conceptionis primordio vsq; ad mortem, ex eo scilicet, q̄ patrem, quē summe diligebat, cognoscebat propter idola relinqui à peccatoribus & inhonorari, & ex cōpensione quam habebat ad animas ad imaginem suam creatas, quas cernebat miserabiliter & quasi vniuersaliter damnari, & erat sibi maior pœna, q̄ fuerit passio corporalis. Nam propter hanc tollendam, sustinuit illam. Vides q̄ pulchra fercula hic tibi propinata sunt, si vis eorum sentire dulcedinem, ea rumina diligenter & sapē.

SECUNDA FERIA.

De natiuitate Christi, & aliis. Cap. VII.

Adueniente autem nouem mēsum termino, exiit edictum ab imperatore, vt describeretur vniuersus orbis. s. quilibet in ciuitate sua. Cumq; Ioseph ire vellet in ciuitatem suam. s. Bethleem, & sciret instare tempus partus suæ coniugis, duxit eam secum. Vadit ergo iterum Domina hoc longo itinere. Nam Bethleem est prope Hierusalē, per quinq; vel sex miliaria. Ducunt autē secum bouem & asinū, & vadūt sicut pauperes mercatores bestiarum. Cum autē fuerunt in Bethleem, quia pauperes erant (nam multi concurrerant pro eadem causa) hospiciū inuenire non potuerunt. Compatere hic Domina, & conspice ipsam delicatam & iuuenem, quindecim enim erat annorum, ex longo itinere fatigatam, et cū verecundia inter gentes cōuersantem, quarentē vt quiescat et non inuenit, oēs licentiant eam et locum eius, et sic cogantur diuertere ad quandam viam coopertam, vbi hoies tempore pluuie diuertebant. Ibidem Ioseph, qui erat magister lignarius, fortè aliquantulum se clausit. Nunc autem diligentissimè inspice omnia, maximè quia referre intendo quæ ab ipsa Domina reuelata et ostensa fuerunt, prout à quodā sancto nostri ordinis fide digno habui, cui puto reuelata

Luc. 7.

Reuelata facta quidam sancti nostri ordinis, circa virginis partum.

+

reuelata fuisse. Cūq; venisset hora partus. s. in media nocte dñica diei, surgēs virgo appodiuat ad quandam columnam, quæ ibi erat, Ioseph vero sedebat in lecto, & ex eo fortè q̄ non poterat quæ debebant parare. Surgens ergo & accipiēs de fano praesepis, proiecit ad pedes Domina & vertit se in aliam partem, tunc filius Dei aeterni exiens de matris utero, sine aliqua molestia vel lesione, in momento sicut erat in utero, sic fuit extra uterum super foetum ad pedes matris suæ, & mater in continenti se inclinans, & recolligens eū & dulciter amplexās, posuit in gremio suo, & vberē de coelo pleno, & Spiritu sancto edocta, cepit lauare siue linire ipsum per totum curu lacte suo, quo facta, inuoluit eum in velo capitis sui, & posuit eum in praesepio, & tunc bos & asinus flexis genibus posuerunt ora super praesepium, stantes p̄ nares ac si ratione vtentes cognoscerent, q̄ puer sic pauperrimè coniectus, calefactione tempore tanti frigoris indigebat. Mater verò flexis genibus adorauit, & gratias agēs Deo, dixit. Gratias tibi ago Domine sancta pater, qui filium tuum mihi dedisti, & adoro te Deus aeterna, & te filiū Dei viui & meum. Ioseph autē similiter adorauit eum, & accipiēs sellam asini, & extrahēs de ea custinellum de lana siue bora, posuit iuxta praesepē, vt Domina super eo sederet. Ipsa ergo se posuit ibi ad sedendum, & sellam posuit subtus cubitum, & sic stabat Domina mundi, tenens vultum suum super praesepē, innixa oculis & toto affectu super dilectissimum filium suū. Hucusq; de reuelatione. His ergo sic ostensis, disparuit Domina & remanet angelus, & dixit eidem laudes magnas, quas etiā ille mihi dixit, sed nec discendi, nec scribendi aptitudinem habui. Vidisti ortū sacratissimi principis, vidisti simul & partum regine caelestis, & in vtroq; arcuissimā paupertatem potuisti conspiciere, multis necessariis indigere: hanc virtutem altissimā Dominus remunē, hæc est illa euangelica margarita, p̄ qua emenda omnia sunt vendenda: hæc est totius spiritualis ædificii primum fundamentum, nam cū sarcina temporalium rerum spiritus ad Deum non pōt ascendere, de qua dicebat beatus Franciscus, Paupertatem fratres noueritis esse spiritualem viam salutis, tanq̄ humilitatis fomētum, & perfectionis radicem, cuius est fructus multiplex, sed occultus. Magna ergo nobis est verecundia, q̄ eā nō amplectamur toto posse, sed oneramus superfluis, quando mundi Dñs, & Domina mater eius eam sic strictissimè & studiosissimè seruauerūt. De qua sic dicit Bern. Abundabat in terris hæc species, & nesciebat homo precium eius. Hanc itaq; Dei filius concupiscens descendit, vt eam eligat sibi & nobis, quam sua estimatione faciat pretiosam. Adorna thalamum. s. humilitate & paupertate, in his complacet sibi, p̄nis Maria testimonium perhibente. His sericis delectatur inuolui, & abominationes Aegyptiorum immola Deo tuo. Hucusq; Bern. Idem in v.

ser. natiu. sermo incipit. Benedictus Deus, & pater. Deniq; populum suum cōsolatur: Vis nosse populum eius? tibi derelictus est pauper, ait homo secundum cor Dei. Sed & ipse in Euangelio. Væ vobis (inquit) diuitibus qui habetis hic cōsolationem vestram. Quid enim consoletur eos, qui suam habent cōsolationem? Non consoletur Christi infantia garrulos, non consoletur Christi lachrymæ cachinnantes, non consoletur panni eius ambulantes in stolis, non consoletur stabulum & praesepē, amantes primas cathedras in synagogis, vigilantibus pastoribus annunciantur gaudium lucis, & eis natus dicitur esse saluator. Pauperibus atq; laborantibus non vobis diuitibus, qui vestra habetis cōsolationē & uestrū dominū. Hucusq; Bern. Potuisti etiam attendere in vtroq; profundissimam humilitatē in hac ipsa natiuitate: non. n. sunt stabulum dedignari, non bestias, non fœnum, & cetera vilia. Hanc virtutem in omnibus actibus, tam Dñs, q̄ Domina perfectissimè seruauerunt, & nobis commendauerunt: nitamur ergo omni quo possumus studio ipsam amplecti, quia sine ipsa non est salus, nulla. operatio nostra cum superbia Deo placere potest. Nam secundum beatum Augustinū. Superbia fecit angelos demones, humilitas facit homines angelis similes. Et Bern. Qualem puras necesse est hominem inuenire, qui repudiati locum angeli sortiatur? Semel turbauit superbia regnum illud, concussit muros & etiam prostrauit ex parte, & parte non modica. Quid ergo? Nunquid non odit ciuitas illa & vehemēter iniuriam pestem abominatur? Certi estote fratres, eum qui superbis non pepercit angelis, nec est hominibus parciturus, non est contrarius sibi ipsi. Hucusq; Bern. Potuisti etiam attendere in vtroq; maximè in puero Iesu nō paruam cordis afflictionem. De qua sic dicit Bern. Nascitur Dei filius, cuius in arbitrio erat, quod conq; vellet eligere tempus. Elegit quoq; molestius praesertim paruulo & pauperis matris filio, quæ vix pannos haberet ad inuolendum, praesepē ad inclinandum, & cum tanta esset necessitas, nullam audio pelliciam fieri mentionem. Et infra. Christus vtique qui non fallitur, elegit quod carni molestus est. Istud ergo melius, illud vtilius, illud potius eligendum: & quisquis aliud doceat vel suadeat, ab eo tanq̄ à seductore cauendū est. Et infra. Et tñ fratres ipse est promissus olim per Isa. paruulus sciens reprobare malum, & eligere bonum. Malum ergo voluptas corporis, bonū verò afflictio est, siquidem & hanc elegit, & illā reprobat puer sapiens, verbum infans. Hucusq; Bern. Vade & tu fac similiter, diseredet tamen, vt non excedas possētuum, & de his virtutibus aliās poterit dici, redeamus ad domum natiuitatis. Nato itaq; Domino, angelorum multitudo ibi existens, saum Deum adorauerūt, & confestim ad pastores iuerunt, qui erant ibi propē fortè per miliarē, nunciantes eis ipsam natiuitatem & etiam locum: exinde

Ser. 1. de uisione H. I. I.

Ser. 2. de nat. dñi.

Esa. 7.

Ser. 1. i u. pl. nat. do. nati.

Ser. 1. nat. dñi.



exinde ascenderunt in celum cum canticis & iubilis, concinibus suis ea similiter nuntiantes. Totum igitur superna curia exhilarata, magnoq; facio letis & laudibus, & gratiarum actionibus Deo patri exhibitis, venerunt omnes quorquocumque ibi erant, successu per ordines suos videre faciem Domini Dei sui, & adorantes eum cum omni reuerentia, & etiam matrem eius, laudem eidem & canticis personabant. Quis enim eorum auditis nouis, remansisset in celo, quin uisitasset Dominum suum sic humiliter constitutum in terra? In nullo eorum haec superbia cadere potuisset. Et ideo dicit Apostolus. Et cum introducit primogenitum in orbem terrarum dicit. Et adorant eum omnes angeli Dei. Haec meditare de angelis iucundum puto, qualitercumque se habuerit ueritas. Veneruntque pastores & adorauerunt eum, referentes quae audierunt ab angelis. Mater uero prudentissima, omnia quae de ipso dicebant conseruabat in corde suo, illi autem gaudentes abierunt. Genuflecte & tu qui tantum distulisti, & adora Dominum Deum tuum, & postea matrem eius, & reuerenter saluta sanctum senem Ioseph. Deinde osculeris pedes pueri Iesu iacentis in lecto, & roga Dominam ut eum tibi porrigat, uel permittat accipere. Accipias eum inter brachia tua, retine & intuearis faciem eius diligenter, ac reuerenter deosculare, & delectare in eo: confideret hoc facere potes, quia ipse ad peccatores uenit pro eorum salute, & cum eis humiliter conuersatus, & tandem se ipsis dimisit in cibum, unde benignitas sua patienter se tangi pro tuo uelle permittit: nec imputabit praesumptioni sed amoris, semper tamen cum reuerentia & timore haec facias, quia ipse Sanctus sanctorum est. Postea redde ipsum matri, & conspice diligenter, quae studiose & sapienter gubernat eum, lactat, ac cetera ei facit obsequia: ita & tu adiuua eam si potes, in his delectare, iucundare, ac sedulo meditari memento, & quantum potes famuleris Dominae, & puero Iesu, & intuearis faciem eius sapere, in qua desiderant angeli prospicere, semper tamen (ut dixi) cum reuerentia & timore, ne patiaris repulsum, reputare enim te debes indignam talem conuersationem. Meditari debes etiam cum gaudio, quanta sit hodierna solennitas: hodie namque natus est Christus, & sic uere est dies natalis regis aeterni, & filii Dei uiri: hodie filius datus est nobis, & puer natus est nobis: hodie sol iustitiae qui erat in nubilo clare resurrexit, hodie Spiritus sanctus Ecclesiae electorum caput processit de thalamo suo, hodie desideratam faciem ostendit, forma speciosus praesens filiis hominum, hodie factus est ille hymnus angelicus. Gloria in excelsis Deo: hodie pax hominibus est annunciata, ut in eodem hymno continetur: hodie (ut etiam cantat Ecclesia per totum mundum) mellisui facti sunt caeli, & in terra canunt angeli. Hodie primitus apparuit benignitas & humanitas saluatoris Dei nostri: hodie adoratus est Deus in similitudine car-

Hebr. 1.

Mat. 2.

Mat. 3.

Ioan. 2.

Ioan. 6.

Tim. 6.

Act. 4.

Serm. de Epiph.

Nora facies.

nis peccati: hodie illa duo miracula contigerunt, quae superant omnem intellectum, & sola fides apprehendere potest: scilicet quod Deus nascitur, & uirgo parit, hodie aliorum miraculorum claruit multitudo. Denique omnia quae dicta sunt de incarnatione quasi hic clarius elucescunt, ibi inchoata, hic manifestata. Unde nunc illa, & istis meditationibus ista coniunge. Merito ergo est dies illa iubilationis, & gaudii, & laetitiae magnae nimis. Nam Romae de quadam taberna dicta memoria (quia milites ibi spaciando & emendo necessaria ea quae stipendiis suis uenerant expendebant) fons olei largissimi emanauit de terra, & per totum diem largissimo riuo fluxit: & circulus ad modum caelestis arcus circa solem in toto orbe apparuit, & Romae statua aurea quam Romulus in suo palatio posuerat, quae propheta batur non cadere donec uirgo pareret, statim ut Christus natus est, corruit. In quo loco Calixtus papa Ecclesiam sanctae Mariae quae nunc dicitur trans tyberim, constituit.

De circumcisione & fletu Domini. Cap. VIII.

Orauo autem die circumcisus est puer. Duo autem magna hodie facta sunt: unum, quia manifestatum est nomen salutis, quod ab aeterno sibi impositum erat, & ab angelo uocatum priusquam in utero conciperetur, hodie fuit declaratum & nominatum. Et uocauerunt nomen eius Iesum. Iesus autem dicitur saluator, quod est nomen super omne nomen. Nec est enim (ut Apostolus Petrus ait) aliud nomen sub caelo, in quo nos oporteat saluos fieri. Secundum quod hodie factum fuit, quia incepit Dominus Iesus suum sacratissimum sanguinem pro nobis effundere. Tempestiue enim cepit pro nobis pati, qui peccatum non fecit, pro nostris poenam hodie portare incepit. Compatere tu ei, & plora cum illo, quia hodie fortiter plorauit. Nam in solennitatibus multum gaudere debemus propter nostram salutem, sed multum compati, & dolere propter suas angustias & dolores. Audistis in natiuitate quantam afflictionem habuit & penuriam, & inter alia hoc etiam fuit, quod quando mater posuit eum in praesepio, ad caput eius posuit quendam lapidem interposito forte sermo, ut habuit a fratre nostro qui uidit, & adhuc ille lapis apparet ad memoriam ibidem muratus. Credas quod libentius posuisset puluinar si habuisset, sed cum aliud non haberet quod poneret, cum cordis amaritudine posuit illum lapidem. Audis & hodie quia sanguinem suum fudit. Fuit enim caro ipsius cum cultello lapide incisa. Nonne ergo compatiendum est ei? ita, sic certe & matri. Plorauit ergo puer Iesus hodie, propter dolorem quem sensit in carne sua: nam ueram carnem & passibilem habuit sicut ceteri homines, sed eo plorante, credis ne quod mater

Miraculo Romae

Cerimonie Christi pueri.

Nora facies.

De Epiphania siue apparitione Domini. Cap. IX.

mater potuerit lacrymas continere? plorauit ergo & ipsa, quam plorantem filius stans in gremio eius aspiciens, paruulam manum suam ad os, & uultum eius ponebat, quasi nutu rogans eandem ne ploraret, quam enim tenerrime diligebat, a ploratu cessare uolebat. Similiter & mater, cuius uiscera totaliter commouebantur in dolore, & lacrymis filij, & nutu & uerbis consolabatur eum: intelligebat enim tanquam prudentissima uoluntatem eius, quam uis nondum loqueretur. Et dicebat. Fili si uis me a ploratu cessare, cessa & tu, non enim possum te plorante non plorare: Et tunc ex compassione matris, filius a singultibus desistebat. Mater uero & ipsius, & suos oculos tergebat, & uultum uultui applicabat, lactabat eum, & omnibus quibus poterat modis consolabatur. Et sic faciebat quoties plorabat, quod forte saepe puerorum more faciebat, ad ostendendam miseriam naturae humanae, quam uere assumpserat, & ad occultandum se, ne a Diabolo cognosceretur. Cantat namque de ipso Ecclesia. Vagit infans inter arcta, & cetera. Hodierno autem tempore cessat circuncisio corporalis, & habemus baptismum, qui est maioris gratia, & minoris poenae. Sed debemus habere circuncisionem spiritualem, & omnia superflua reijcere, & hoc est quod paupertatem commendat, nam uerus pauper est uere spiritaliter circuncisus. Et hanc secundum Bernardum. paucis uerbis tradit Apostolus, dicit. Habentes uictum & uestitum, his contenti simus. Spirituales etiam circuncisio debet esse in omnibus sensibus corporis nostri, uidentio, audiendo, gustando, tangendo paucitate utamur, & maxime in loquendo. Loquacitas est uictum pessimum, & Deo & hominibus odiosum, & displicibile, unde debemus esse circuncisi lingua. i. pauca & utilia loqui, si gnium leuitatis est multum loqui: unde silentium est uirtuosa res, & non sine causa in religionibus ordinatum. Et circa hanc materiam sic dicit beatus Gregorius. Ille loqui ueraciter nouit, qui prius bene tacere didicerit: censura enim silentii, est ubi necessarium instrumentum. Idem alibi. Qui sensu leues sunt, & in locutiones praecipites erunt: quia quod leuis conscientia concipit, leuius protinus lingua promit. De hoc etiam dicit Bernardus. Sermone de Epiphania, qui incipit. In operibus Domini. Iam uero de lingua quis nesciat, quae multum inquinauerit nos, per uaniloquia & mendacia, per detractiones & adulationes, per uerba malitiae siue iactantiae? Pro his omnibus necessaria est hydria quinta, silentium. i. custos religionis, in quo est fortitudo nostra. Idem alibi. Ociositas mater nugarum est, & nouerca uirtutum. Inter saeculares multae nugae sunt, in ore sacerdotum blasphemiae, sed & si nugae incidunt, interdum serena fortasse sunt, sed inferenda nunquam, consecrati enim os uangelio, illicitum est, iam talibus aperire illud.

De autem tertridecimo puer Iesus manifestauit se gentibus. i. Magis, qui gentiles erant. Attende circa diem istum, quia uix inuenies aliquod festum sic ab Ecclesia solennizatum, & multiplicatum in antiphonis, responsoriis, & sermonibus, & alijs quae ad solennitatem pertinent sicut illud, non quod sit maius omnibus alijs, sed quia multa & magna tali die facta sunt per Dominum Iesum, & maxime circa ipsam Ecclesiam. Primum est, quia hodie ipsa Ecclesia recepta est ab eo in persona Magorum, quia Ecclesia ex gentibus congregata est, nam die natalis sui apparuit Iudaeis in persona pastorum, qui Iudaei non receperunt uerbum Dei, nisi pauci ex ipsis. Hodie uero apparuit gentibus, & hoc est Ecclesia electorum. Unde festum hodiernum est proprie festum Ecclesiae, & fidelium Christianorum. Secundum, quia Ecclesia est hodie desponsata ab eo, & eidem uere coniuncta per baptismum, quem tali die suscepit. s. reuoluto uigesimo anno. Et ideo laetanter cantat. Hodie caelesti sponso iuncta est Ecclesia, &c. Nam in baptismo desponsantur animae Christo, qui a suo baptismo sumpsit uirtutem, & animarum baptizatarum congregatio uocatur Ecclesia. Tertium, quia tali die. s. reuoluto anno post baptismum, fecit primum miraculum ad nuptias, quod est ad Ecclesiam & spirituales nuptias potest adaptari. Videtur et postea fecisset tali die miraculum de multiplicatione panis & piscium: sed prima tria Ecclesia hodie representat, illud autem non. Vides ergo quae uenerabilis est dies illa, quam Dominus elegit ad totam magnificam & mirificam. Consideras ergo Ecclesia totam magnam beneficium, hodie sibi a suo sponso exhibita, grata existere uolens, exultat, iucundatur & iubilat, & hunc diem magnifice solennizat. Dicamus ergo de primo, quia de alijs sermo erit sed modo ordinem uitae ipsius Christi. Sed de primo opere. s. de Magorum aduentu ad Christum, non est intentionis mea narrare moralitates, & expositiones quae sic diligenter per sanctos traditae sunt. Qualiter ergo uenerunt Magi ab Oriente Hierosolymam, & quid inter eos & Herodem actum sit, & de ductu stellae, & quare talem oblationem fecerunt, & de alijs huiusmodi, legas textum Euangelij, & sanctorum expositiones, & iuenies. Ego enim in hoc & in alijs uitae Christi actibus intendendo, (ut in principio tibi dixi) aliquas meditationes tangere, secundum quasdam imaginarias representationes, quas anima diuersimode percipere potest, secundum quod gesta fuerunt per ipsum, uel sicut fuisse credi possunt. De expositionibus autem, raro intronittere me cogitauim, tum quia ad hoc insufficientis sum, tum etiam quia nimis esset longa materia. In praesenti ergo negotio sis praesens, & conspice bene singula, quia (ut alias tibi dixi) in hoc est tota uis harum meditationum. Venerunt ergo isti tres reges,

Mat. 2.

Mat. 3.

Ioan. 2.

Ioan. 6.

Serm. de Epiph.

Nora facies.

uu cum

cum multitudine magna, & honorabili comitua, & sunt ante illud tuguriū in quo natus est Dominus Iesus. Domina sentit strepitum & tumultum, & accipit puerum. Intran illi domūculam, & genuflectunt, & adorant Dominum puerum Iesum reuerenter, honorant eum ut regem, & adorant ut Dominū. Vide q̄ magna fuit eorum fides. Quid enim erat credere, quod ille puerulus sic uiliter indurus, cum pauperula matre inuentus, & in loco sic abiecto, sine societate, sine familia, sine oi ornatu, esset Rex, & Deus uerus? Et tamen utrumq; crediderūt. Tales duces, & talia primitiua nos oportebat habere. Stant ergo genuflexi coram eo, collocantur cum Domina, uel per interpretem, uel per seipos, quia sapiētes erant, & forte linguam Hebraicam sciebant. Querunt ab ea de conditionibus istius pueri: Domina narrat, & illi omnia credunt, conspice benē ipos, quia reuerenter & curialiter loquuntur & audiunt, conspice & Dominam, quia cum rubore in uerbis, & oculis ad terram demissis, ac cum uerecundia loquitur, non delectatur loqui nec uideri: Dominus tamen dedit ei uigorem in hoc magno opere, quia illi representabāt uniuersam Ecclesiam futuram ex gentibus: conspice & puerum Iesum, nondum loquitur, sed stat cum maturitate, & grauitate tāquam intelligēs, & benignē respicit illos, & illi multum delectantur in eo, tam uisu mentali, tanquam intus edocti, & illuminati ab eo, quam corporali, quia speciosus erat p̄ filijs hominum. Tandem consolatione magna recepta, offerunt eidem aurum, thus, & myrrham, aperientes thesauros suos, & ponentes aliquem pannum uel tapetum ante pedes Domini Iesu, obtulerunt, s. quilibet illorum illatria in maxima quantitate p̄cipit de auro. Alias enim pro parua oblatione nō oportuit fēt aperiri thesauros, quia parua de leui habuissent ad manus senascalli eorum: Et tunc reuerēter & deuotē osculati sunt pedes eius. Quid si tunc puer sapientissimus ut eos magis consolaretur, & in amore suo roboraret, porrexisset etiā ad deosculandum manum? Signauit etiam eos, & benedixit. Illi ergo se inclinantes & ualefaciētes, cum magno gaudio recesserunt, & per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. Quid autem de auro isto factum putas, quod erat sic magis ualoris? Nunquid Domina seruauit sibi? uel depositum fecit, uel nunquid emic domos, agros, & uineam? Absit, nō curat de talibus paupertatis amatrix. Zelans ergo Domina fortiter pro paupertate, & intelligens filij uoluntatem, tā intus docentis, quam foris signa ostendentis, quā uultum fortē auertebat ab auro, & uilipēderat, graue enim erat sibi sarcinam tenere, uel deferre. Vnde sic ista totaliter expenderat, q̄ quando intrauit in templum, non habuit undē unum agnum emeret, quem offerret pro filio, sed emic turtures uel columbas. Vnde rationale est cre-

Virgo ergo gaudet pauperibus aurū a magis oblatum.

dere, quod magna fuit oblatio Magorum, & q̄ Domina zelans paupertatem (quia plena charitate) dedit eam pauperibus. Vides p̄conata paupertatis, & in duobus hic attende. Primō, quia hodie puer Iesus eleemosynam recepit ut pauper, & etiam mater sua. Secundō, quia non solum non curabant acquirere, uel congregare, sed etiam quā dabantur, retinere uolebant, semper in eis crescebat desiderium paupertatis. Sed nunquid circa humilitatem aliquid attendit? si benē aduertitur, etiam humilitatis cernitur p̄funditas: sunt enim qui se uiles & abiectos reputant in animo suo, & in oculis suis non extolluntur, sed non sic esse uolunt in oculis aliorum, nec patiuntur uilipendi ab aliis uel derideri, & suam uilitatem, uel defectus nolunt aliis innotescere, ne uilipendantur. Non sic fecit hodie puer Iesus omnium Dominus, qui & aliis suis & sua uilitate patere uoluit, & nō paruus aut paucis, sed magnis & multis. s. Regibus, & sociis eorum quā pluribus: Et in tali casu & tempore, in quo multum erat timendum. Nam cum illi uenirent ut inuenirent Regem Iudeorum, quem etiam Deū esse putabant, dubitare poterant, ne talibus de ipso uisus, reputantes se fatuos & delusos recederent sine fide, & deuotione, sed non dimisit humilitatis amator, dans nobis exemplum, ne sub specie alicuius apparentis boni, recedamus ab humilitate: Et q̄ discamus etiam in aliorum oculis uiles & abiecti uelle apparere.

De mora Dominae apud praesepe. Cap. X.

Expeditis igitur Magis, & uersus patriā suā regressis, & totis eorum oblationibus erogatis, adhuc stat Domina mundi cum puero Iesu, & nutritio suo sancto sene Ioseph apud praesepe, in illo locello patienter usq; ad quadagesimam diem, ac si esset quadam mulier alia de populo, & puer Iesus esset homo purus, & indigeret legis obseruatione. Sed quia uolebat p̄rogatiuas singulares, legem obseruabant ut ceteri. Non sic faciunt multi, qui in communi cōgregatione degentes, sibi speciales p̄rogatiuas exigunt fieri, & ab aliis tanquam honorabiliores, uolunt in talibus discerni, sed hoc non patit humilitas uera. Stabat ergo Domina more aliarum, distans diem expectans ingressura in templum. Stabat uigilans, & attenta super custodia dilecti filii sui. O Deus cum quanta sollicitudine & diligentia ipsam gubernabat, ne in minimo esset defectus. Cum quanta etiam reuerentia, & cautela, & quo timore ipsum contrectabat, quem sciebat esse Deum suum, & Dominum suum, flexis genibus accipiebat, & imponebat eum in cunis. Cum quanta etiam incunctitate & confidentia, & auctoritate materna ipsum amplexabatur, osculabatur, stringebat dulciter, & delectabatur in eo, quem sciebat esse filium suum, quā sepe curiosē intuebatur eū in uultu, & sin-

Vnde et uideatur quod Christum humiliter

& singulis partibus eius sacratissimi corporis, q̄ feriosē ac pudenter, tenella membra facia componebat, sicut. n. fuit humillima, sic fuit & pradētissima, undē in singulis officijs & obsequijs, uigilanti & dormienti sedule ministrabat, non solum infantulo, sed grandaero. O q̄ libenter eum lactabat. Vix fieri potuit, quin magnam (etiam alijs feminis inexpectam) dulcedinem, in talis filij lactatione sentiret. Sed & de sancto sene Ioseph refert Bern. se credere, & puerum Iesum super genua sua tenens eidem frequenter arrisit. Stante ergo Domina apud praesepe, sta & tu cū ea iuxta praesepe, & delectare frequenter cū puero Iesu, quia uirtus exit ab ipso. Quilibet anima fidelis, & maximē religiosa persona, a die natiuitatis Dñi, usq; ad purificationem, deberet saltem semel in die, apud praedictum praesepe Dñam uisitare, adorare puerū Iesum, & matrē eius affectuose meditari de paupertate, humilitate, & benignitate ipsorum.

De purificatione beatæ uirginis. Cap. XI.

Adueniente autē quadagesima die, prout in lege statutum erat, exiit Domina cum puero Iesu & Ioseph, & ierunt de Bethleem in Hierusalē, quae sunt quinq; uel sex miliaria, ut secundum legem sisterent eum Domino. Vade & tu cum eis, & iuua portare puerum, & conspice attentē singula quae dicuntur & fiūt, quae deuotissima sunt. Adducit ergo Dominum templi, ad templum Domini. Cūq; intrassent templum, emerunt duos turtures, aut duos pullos columbarum, ut offerrent pro eo, sicut pro pauperibus fiebat. Et quia erant pauperissimi, credendum magis de pullis columbarum, quia & pro minori p̄cepto inueniuntur, & ideo in lege ponitur in ultimo loco, & Euāgelista tacet de agno, qui erat oblatio dignior. Et ecce Symeon iustus in spiritu uenit in templum, ut sicut responsum acceperat, uideret Christum Domini. Cum autem festinanter ueniens uidisset eum, statim cognouit eum prophetico spiritu, & accelerans genuflectit, & adorauit, eum inter brachia matris, puer autem benedixit eum, & aspiciens matrem inclinauit se, ostendēs se uelle ad eum ire, q̄ mater intelligens, q̄ uis admirans, porrexit eū Symeoni. Ille autem gaudenter, & reuerenter in uulnis suis eum recipiens, surrexit benedicēs Deū, & dixit. Nunc dimittis seruum tuum Dñe &c. De passione ipsius prophetauit. Superuenit & ipsa prophetissa Anna, & odorans eum similiter de ipso loquebatur. Maria uerō de his admirās, omnia conseruabat in corde suo. Deinde puer Iesus extendens brachia uersus matrem, ad eam rediit, postea uadunt ad altare processionem facientes, quae hodie representatur per uniuersum mundum, praecedunt alacriter illi duo uenerabiles senes, scilicet Ioseph & Symeon, tenentes se per manus, & cum exultatione ma-

gna iubilantes & psallentes: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum, &c. Fidelis Dominus in omnibus uerbis suis, &c. Quoniam hic est Dominus Deus noster in aeternum & in seculum saeculi, ipse regit nos in saecula. suscepimus Deum misericordiam tuam, in medio templi tui. Sequitur m̄ portās Regē Iesum, & Anna sociat eā, uadens ex latere, cū reuerētia iubilās, & ipsa gaudio indicibili laudans Dominum. Ab istis ergo fit processio, paucos quidē sed valde magna representantibus, quia de omni genere hominum sunt inter eos, de masculis, & feminis, senibus, & iuuenibus, uirginibus, & uiduis. Cum autem peruenerunt ad altare, mater cum reuerentia genuflectit, & offert dilectissimum filium suū Deo patri suo dicens. Accipite pater excellentissimē unigenitum uestrum, quē secundū mādatum uestrae legis uobis offero, quā primogenitus matris est. Sed rogo pater, ut eū mihi reddatis, & surgens dimisit ipsum super altare. O Deus qualis est oblatio ista, nunq; a saeculo talis facta fuit, nec fiet. Respice benē singula. Stant puer Iesus sedens super altare, sicut quilibet alius puerulus, & facie matura respexit matrem & alios, & humiliter, & patienter expectat quid deinceps fieri debeat. Adducuntur sacerdotes, & redimitur Dominus omnium tanq; seruus, quinq; siclis more aliorum. Siclus erat genus monetae quibus a Ioseph sacerdote solatis, mater carauerat reaccepit filium. Accepit et de manu Ioseph praedictas aues, ut eas offerat, & genuflectens, & tenens eas in manu sua, eleuatis oculis & in caelum porrectis, eas obrulit dicens. Accipite elementissime pater hanc oblationem & munusculum, & primum donum, quod paruulus uester uobis hodie de sua paupertate praesentat. Sed & puer Iesus manus suas ad aues porrigens, oculos ad caelum leuauit, & nondum loquens, gestibus unā cū matre offerebat, & posuerunt eas super altare. Vidisti quales sunt oblatores isti, mater & filius. Nunquid potuit talis hostia, quāuis parua, repudiari? Absit, sed potius per manus Angel orū fuit in suprema curia praesentata, & ualde acceptata, ita q̄ tota curia iubilans exultauit. Postea uirgo sancta discessit de Hierusalem, & uisitauit Elisabeth, uolens uidere Ioannem priusq; de partibus illis discederet. Vade & tu semper cum ea quocunq; ierit, & ad iuua portare Iesum. Cū ergo uenisset ad eam, festum magnum fecerunt, & maximē de pueris suis. Sed & pueri letabantur adinuicem, & Ioannes quasi intelligens, reuerenter se habebat erga Iesum. Accipe & tu reuerenter Ioannem, quia hic puer magnus coram Domino, si forte benedixerit tibi. Aliquibus autem diebus ibi mora contracta, discedunt uolentes ire Nazareth. Si autem in praedictis uis iformari de humilitate, & paupertate, considerata oblatione, & redemptione, ac legis obseruatione, de facili potes aduertere.

Psal. 117.

D. B. Sancti maxime contemplationis.

Math. 2.

Cum ergo pergerent uersus Nazareth, ne-
scientes adhuc super hoc consilium Domi-
ni, & qd Herodes pararet se ad necem pue-
ri Iesu, Angelus Domini apparuit Ioseph i som-
nis, dicens ei, ut cum puero & matre fugeret in
Aegyptum, quia Herodes uolebat animam pue-
ri perdere: Ioseph uero euigilans, & excitans ma-
trem dixit ei. Ipsa incontinenti surgens, nulla mo-
ra contracta uoluit iter arripere, concussa enim
sunt ad hanc uocem uiscera eius, & circa filij sui
salutem nolebat negligens inueniri: Ergo de no-
cte incontinenti ceperunt ire uersus partes Ae-
gypti. Conspecte & meditare praedicta, & infra
scripta, & quomodo puerum Iesum dormientem
eleuant, & compatere ipsis, & attende hic dilige-
ter, quia multa & bona considerare potes in praesenti
negotio. Primo considera quemadmodum
Dominus in sua persona suscepit aliquando
prospera, aliquando aduersa. Et cum simile tibi
contigerit, non sis impatiens, nam iuxta mon-
tem inuenies uallem. Ecce enim in natiuitate sua
Christus magnificatus fuit a pastoribus tanquam
Deus, & post partum parum circumcilius fuit tan-
quam peccator, deinde ueniens Magi cum plu-
rimum honorauerunt, & nihilominus ipse in sta-
bulo remanens stabat inter bestias, & plorabat,
ut cuiusdam homunculi filius: postea presenta-
tus erat in templo quem multum extulerunt Symeon,
& Anna, & nunc ab Angelo dicitur, qd fugiat
in Aegyptum, & de multis talibus poteris
in uita tua perpendere, quae ad nostram instru-
ctionem possumus retorquere. Cum ergo conso-
lationem habueris, tribulationem expecta, & e-
contra, unde in eis nec extolli, nec frangi debe-
mus, dat enim Dominus consolationes ad spem
subleuandam, ne deniemus, & tribulationem ad
humilitatem conferuandam, ut cognoscetes mi-
seriam nostram, semper in suo stemus timore.
Ad nostram ergo instructionem haec fecisse me-
ditemur, & etiam ut se Diabolo occultaret. Se-
cundo considera circa Dei beneficia & consolati-
ones, qd qui ea percipit, non debet se preferre
non percipienti, & qui non percipit non delecta-
tur animo, nec habenti inuideat. Hoc dico, quia
Angelorum locutiones fiebant Ioseph, & non ma-
tri, cum tamen longae ea esset inferior. Item & qd
percipit, licet non percipiat pro suo uelle, non
debet esse ingratus, nec murmurare, cum e-
tiam Ioseph qui tantus erat apud Deum, non
palam, sed in somnis tales allocutiones perce-
pit. Tertio considera, quomodo Dominus per-
mittit suos, persecutionibus & tribulationibus
uexari: tunc enim magna erat tribulatio matri
& Ioseph, cum uiderent puerum ad occisionem
queri: quid enim grauius audire poterant? Ete-
rat eis in hoc tribulatio magna, quia licet sci-

rent eum filium Dei esse, tamen poterat sensuali-
tas eorum turbari, & dicere. Dominus Deus om-
nipotens, quid opus est, quod iste tuus filius fu-
giat? Non potes hic eum defendere? Et etiam in
hoc erat tribulatio, qd in terram longinquam o-
portebat eos ire, quam ignorabant, & per uias
asperas, cum essent inhabiles ad eundem: Do-
mina propter iauentutem, Ioseph uero propter
senectutem, ipse etiam puer quem portare ha-
bebant, uix erat duorum mensium, & peregrina-
ri habebant in terra aliena, & pauperes quasi u-
hil habentes, omnia enim ista sunt afflictionis
materia. Tu ergo cum tribularis patientiam ha-
be, nec credas tibi ab eo privilegium dari, quod
nec sibi tribuit, nec matri. Quarto considera
benignitatem. Vides enim quomodo, & quam-
cito persecutionem patitur, & fugam de terra nati-
uitatis sua, & tam benignè caedit furori illius,
quem poterat perdere in momento. Profun-
da est haec humilitas, & patientia magna: nole-
bat enim sibi uicem reddere, nec offendere, sed
fugiendo insidias eius uitare, sic & nos facere te-
nemur obiurgantibus, scilicet uel reprehenden-
tibus, uel persequentibus non resistere, uel de ip-
sis uindictam exoptare, sed patienter eos porta-
re, & ipsorum furori caedere, & quod plus est, p-
eiorare, ut alibi Dominus in Euangelio do-
cet. Fugiebat ergo Dominus ante faciem serui,
immò potius serui Diaboli. Portabat eum ma-
ter tenera & iuuentis ualde, & sanctus Ioseph mul-
tum senex in Aegyptum per uiam siluestre, ob-
scuram, nemorosam, asperam & inhabitatam,
per uiam etiam ualde longam. Dicitur, qd ad i-
ter cursoris sunt duodecim, uel quindem dies,
pro eis autem fuit forte iter duorum mensium,
& plurimum. Iuerunt enim (ut dicitur) per deser-
tum illud, per quod transferunt filij Israel, in quo
steterunt quadraginta annis. Sed quomodo fa-
ciebant de uictu secum portando? Vbi etiam, &
quomodo de nocte quiescebant, & hospitabantur?
raro enim domos in illo deserto inueniebant.
Compatere ergo eis, quia labor difficilis, & ma-
gnus, & longus est tam ipsis qd puero Iesu, & uade
cum eis, & adiuua puerum portare, & seruias in
omnibus in quibus potes. Non deberet uideri no-
bis labor, p nobis ipsi pnam agere, pro quibus
tantus labor ab aliis, & a talibus, & toties est as-
sumptus. De his autem quae ipsis in deserto & p-
uiam contigerunt, quia pauca autentica inueni-
tur, referre non curo. Cum ergo Aegyptum in-
trauerunt, omnia idola ipsius provinciae corruerunt,
sicut per Isaiam fuit prophetatum. Iuerunt
ergo ad quadam ciuitatem, quae uocatur Heliopolis,
& ibidem aliquam domunculam condu-
centes, habitauerunt ibidem per septem annos,
tanq peregrini & aduenae, pauperes & egeni. Sed
hic occurrit pulchra, pia, & copiosa ualde me-
ditatio. Aduersas bn q sequunt. Vn. n. & qd uol-
uebat isti tato tpe? Nqd medicabar? Legit aut
de Dna, qd colo & acu qrebat sibi & filio necessa-
ria:

ria: sivebat ergo & filabat mundi domina, pau-
peratis amatrix. Multum per omnem modum
isti paupertatem dilexerunt, & eidem perfecte
usq; ad mortem seruauerunt fidem. Sed nan-
quid ibat ipsa per domos petendo pannum, &
alia in quibus operaretur? Oportuit enim hoc
per uiciniam innotescere, alias uacasset a tali-
bus operibus, quia illae mulieres non poterant
diuinare. Sed & cum Iesus cepit esse quinque
nis, uel sic. Nunquid & ipse portabat ambra-
siatas matris, petendo pro ipsa ea in quibus o-
perari ualere? non enim habebat alium scutife-
rum. Sed & nunquid reportabat opera facta,
petens ex parte matris, solutionem & precium?
Nonne in talibus erubesceret puer Iesus, filius
Dei altissimi, & etiam mater ipsum mittens? Sed
quid si aliquoties dum opus reddidisset, & pre-
cium peteret, mulier aliqua superba, rixosa, & lo-
quax, iniuriose respondit, & opus factum accepit,
eum sine precio expulit, & sic uacuis domum re-
diit? O quot & quanta sunt iniuriae aduenis,
quas Dominus uitare non uenit, sed suscipere.
Quid etiam si aliquando domum rediens, & fa-
mem patiens more puerorum, petit panem,
nec unde daret habuit mater? Nonne in his &
similibus totaliter concutiebantur uiscera sua?
Consolabatur uerbis filium suum, & opere ut
poterat procurabat, & sibi forte aliquando sub-
trahebat de uictu, ut filio reseruaret. Haec & his
similia de puero Iesu meditari potes, dedi tibi
occasionem. Tu uero sicut uidebitur extendas
& prosequaris, sisq; paruula cum paruulo: Iesu,
nec paruipendas talia humilia, & quae puerilia ut
dentur, meditari de ipso. Videntur enim dare
deuotionem, augere amorem, accendere seruo-
rem, inducere compassionem, puritatem & sim-
plicitatem conferre, & humilitatis, & paupertatis
uigorem nutrire, & conseruare, familiarita-
tem, & conformitatem facere, ac spem eleuare.
Nam ad sublimia ascendere non ualemus, sed
quod solum Dei est, sapientius est hominibus,
& quod infirmum, potentius. Videtur etiam
talium meditatio superbiam tollere, cupiditate
eneruare, ac curiositatem confundere. Vides
quot bona inde proueniunt? Sis ergo (ut dixi)
cum paruulo paruula, & cum grandescente gran-
descas, semper tamen humilitate conseruata, &
sequaris eum, quocumque ierit, & intuearis fa-
ciem eius semper. Sed nunquid in superiori-
bus attendisti, quam laboriosa fuerit eorum pau-
peritas, & quam uerecunda? Et si ex opere ma-
num uictum querere oportebat, quid de uesti-
mentis dicemus? quid de utensilibus. flectis, &
aliis infra domum oportunitis? Nunquid dupli-
cia habebant? nunquid superflua? nunquid cu-
riosa? Haec contra paupertatem sunt, & ideo e-
tiam si habere posset, nollet ea paupertatis a-
matrix. Sed & nunquid Domina suendum uel a-
liis operando, faciebat more quorundam o-
pera curiosa? Absit, Faciant haec quae tempus

perdere non curant. Non enim poterat ipsa
in tanta posita egestate, tempus in uanis ex-
pendere, sed nec alias fecisset: Est enim pe-
riculosissimum uitium, & maxime temporibus
nostris. Vis uidere quomodo? Atten de primo
quomodo tempus ad laudem Domini concessum,
expenditur contra ipsum in uanis, multum
enim plus de tempore occupat qd expediat curio-
sum opus, & hoc malum est ualde. Secundo quia
facienti est causa uana gloria. O quoties aspi-
cit, recogitat & mente reuoluit, etiam quando
non operatur, & etiam quando debet diuinis in-
terdere, ut pulchrum opus faciat, & exinde se re-
putat, & uult reputari. Tertio quia ei cui facit
est causa superbia, tali enim oleo ignis superbie
nutritur, & magis accenditur. Sicut enim rudia
& grossa sunt humilitatis fomera, sic ista super-
bia. Quarto, quia est materia retrahendi ani-
mam a Deo, nam (iuxta beatum Gregor.) tanto
quis a superno amore disiungitur, quanto infe-
rius delectatur. Quinto quia est concupiscentia
oculorum, de tribus unum, ad quae omnia pecca-
ta de mundo reducuntur, ad nihilum enim talia
curiosa ualent, nisi ut exinde oculi uane pascan-
tur. Quoties autem quis in talibus delectabi-
liter & uane oculos pascat, tam qui facit, quam
qui portat & utitur, toties offendit. Sexto, quia
multorum aliorum est laqueus & ruina, nam ta-
lia respicientes, multis modis offendere possunt,
uel malum exemplum habendo, uel delectabili-
ter aspiciendo, uel simile concupiscentia, uel iu-
dicando, uel murmurando, uel detrahendo. Co-
gita ergo quoties Deus offendi pot antequam il-
la curiositas sit deleta, de omnibus autem illis
ipse, qui tale opus facit, est causa. Unde etiam si
tibi dicerem quod talia pro me faceres, uel cer-
tissime scires me talibus uti uelle, tu facere non
deberes, quia nulla de causa peccato consenti-
dum est, & ab offensa Dei est omnibus modis
abstinendum. Quanto ergo magis offendis, si
tuo motu ad solam complacentiam facis, uolens
magis placere creaturae, quam creatori. Haec igitur
faciunt, qui seculariter uiuunt, talia enim sunt
ornamenta mundi, blasphemiam Dei. Sed qui in
puritate conscientiae uiuere intendit, miror quo-
modo hac facere audeat, & se hac fecisse caedere.
Vides quot mala ex tali curiositate proueniunt.
Adhuc est aliud malum & peius, scilicet, quod
curiositas directe obuiat paupertati: Et ultra
omnia praedicta est etiam hoc, qd leuis, & uani, &
inconstantis animi est indicium. Haec autem om-
nia de curiositate dixi, ut tu curiosa deuities.
Ab ipsis igitur tam faciendis, quam utendis,
tanquam a uenenofo serpente omnino absti-
nere curato: non tamen intelligi debet, quin
aliquando liceat facere opera pulchra, & potissi-
me in his quae diuino cultui mancipiantur, in
quibus tamen omnino ordinata affectio, inten-
tio, & delectatio summo pe caueda est, & ab anti-
mo sollicitè longius ppendenda. De hac aut curio-
sitate

Nora con-
tra Suto-
res.

Quantu
sunt utiles
istae cont-
plationes.

Isa. 19

strate sic dicit Bernard. Spectacula uana, rogo quid corpori praestant? quid ve animae conferre uidentur? nam certe nihil in homine cui curiositas profuit inuenies, friuola prorsus & inania ac nugatoria consolatio, & nescio quid illi durius imprecer, nisi ut semper habeat quod requirit, qui iucunda quietis pacem fugitans, curiosa in quietudine delectatur. Sed redeamus ad Dominam in Aegyptum, a qua digressionem fecimus, propter maledictum curiositatis uitium, & conspice ipsam in laboribus suis, suendo filado, & texendo, quomodo facit ea fideliter, humiliter, & sollicitè, habens nihilominus diligentissimam curam super filio suo, & super gubernatione domus, uenno uigilans, & orationibus: iuxta posse est semper intenta. Tu ergo toto affectu eide compater, & considera, quod non habuit omnino gratis regnum Domina regni. Sed & illud forte contingebat frequenter, quod aliqua bona matrona uidentes eius paupertatem, aliqua transmittent eidem, quae humiliter & cum gratiarum actione recipiebat. Sed & sanctus Ioseph senex aliquid operabatur in arte lignaminis. Vndiq; igitur occurrit compassionis materia, cum qua tandem cum aliquam moram cum ea contraxeris, pete licentiam recedendi, & benedictione recepta primo a puero Iesu, deinde a matre, postea a Ioseph genibus flexis, cum lachrymis, & compassione magna, uale facias eis, quia tanquam exbanniti, & exules a patria sua sine aliqua causa remanent, ad peregrinandum ibidem per septem annos, in sudore sui uultus uiuenturi.

De reddito Domini ex Aegypto. Cap. XIII.

Math. 2.

Completis septem annis, quibus Deus peregrinatus est in Aegypto, angelus Domini apparuit Ioseph in somnis dicens. Tolle puerum & matrem eius, & uade in terram Israel, defuncti enim sunt, qui querebant animam pueri. Qui accepit puerum & matrem eius, & rediit in terram Israel, & cum peruenit ibi, audivit quod Archelaus filius Herodis regnaret ibi, timuit illo ire. Et iterum admonitus ab angelo, iuit in Galileam ciuitatem Nazareth. Fuit autem redditus eius circa festum Epiphaniae, s. secunda die prout in martiologio legitur. Vides etiam hic (sicut fuit tactum in superiori tractatu) quomodo Dominus dat consolationes, & reuelationes per partes, & non ita plenas, ut appetitus exproceret, quod ex duobus in hoc facto perpendere potes, tum quia in somnis non palam ut tibi dixi, tum etiam quia non una uice simul, sed per duas uices, ei dixit, ad quem locum ire deberet. Et dicit glo. quod hoc fecit Dominus, quia ex frequenti uisitatione quae certior redditur: unde qualescunq; sunt, nobis debent uideri magna, & inde sumus grati, quia semper ex parte sua facit, quod nobis utilius esse cognoscit. Nunc autem circa Domini red-

ditum insitamus: Circa quem diligenter attende, quia pia est haec meditatio ualde. Reddeas ergo in Aegyptum, gratia uisita ad puerum Iesum, quem cum extra inter pueros forte inuenis, ipse te uidens occurret tibi, quia benignus & affabilis, & curialis est. Tu uero genuflexus, osculeris pedes eius, & post iter brachia ipsam suscipias, & aliquantulum cum eo quiescas, tandem forte dicit tibi. Data est nobis licentia in terram nostram, & cras hinc recedere debemus, bona hora uenisti, quia reddi bis nobiscum: cui alacriter respondeas, te ex hoc multum gaudere, & quod eum optas sequi quocunq; ieris, & in his colloctionibus delecteris cum eo. Dixi iam tibi, quod huiusmodi quae puercilia uidentur meditari, multum ualent, & postea ad maiora transmittunt. Postea dacet te ad matrem, & curialiter honorabit, tu uero genuflexus, fac ei reuerentiam, & sancto seni Ioseph, & requiescas cum eis. Mane sequenti die uidebis aliquas bonas matronas de ciuitate, & etiam homines uenientes ad sectandum eos usque extra portam ciuitatis, propter placabilem, & sanctam conuersationem ipsorum. Prædixerant enim discessum suum, per uiciniam per plures dies. Primum quia non est conueniens, quod subito quasi furcim inde recederent, secus tamen fuit, quando uenerunt in Aegyptum, quia timuerunt mortem pueri. Incipiunt enim recedere, & Ioseph cum hominibus praecedit, & Domina sequitur a longe cum matronis. Tu uero accipiens puerum per manum, uade in medio ante matrem, nam ipsum post se non dimittet. Cum autem sunt extra portam, Ioseph non se patitur amplius sociari: tunc uero aliquis ex illis diues copatiens paupertati eorum, puerum uocat ut aliquos ei denarios tribuat pro expensis. Verecundatur puer accipere, tamen paupertatis amore manu parat, pecuniam accipit uerecundè, & gratias agit, sic & plures fecerunt. Vocatur etiam a matronis, & similiter faciunt. Nec minus hic mater uerecundatur quam filius, ueruntamen humiliter gratias eis egit. Verè hic eis compati potes, cum ille cuius est terra & plenitudo eius, pro se & matre & nutricio suo sic paupertatem arctam elegerit, & in tanta penuria uixit. Multum in eis relucet paupertas sanctissima, & & nobis amabilem & imitabilem ostendunt. Tandem gratias agentes eis, ualefaciunt omnibus, & suum arripiunt iter, sed quomodo rediit puer Iesus, adhuc tener infantulus, difficilior enim mihi uidetur redditus quam accessus, nam quando uenit in Aegyptum ita paruulus erat, quod portari poterat, nunc autem sic magnus est quod portari non proualeat, & sic paruus quod per se ire non potest. Sed forte aliquis ex illis bonis uiris dedit uel accommodauit aliquem asellum, super quem ira posset. O puer egregie ac delicatè rex coeli & terrae quantum laborasti pro nobis, & quam cito capisti. Bene propheta in uer-

stra

Mat. 2.

stra praedixit persona. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Penurias magnas, labores arduos, & affectiones corporis constantissime assumpsisti, habuisti uos ipsos quasi odio pro amore nostro. Certè solus hic labor (de quo nunc tractamus) ad plenam redemptionem sufficere debuisset. Accipe ergo puerum Iesum, & pone super asellum, ac fideliter ducas eum, & cum descendere uoluerit, latenter eum in brachijs suscipias, & aliquantulum teneas, saltè quousque ueniat mater eius, quae aliquantulum tardius siue planius ambulat, tunc puer ibit ad eam, eritque matri requies magna, receptio filij. Vadunt ergo, & transeunt per desertum per quod uenerunt, & in ipso itinere sapere poteris eis copati, habentes parum quietis, & respice eos fatigatos, & ex labore deuictos, tam de die quam de nocte. Cum autem fuerunt prope finem deserti, inuenerunt Ioannem Baptistam, qui iam ibi penitentiam agere coeperat, cum tamè nullum haberet peccatum. Dicitur, quod locus Iordanis in quo Ioannes baptizauit, est ille unde transferunt filij Israel, quando uenerunt de Aegypto per dictum desertum, & quod prope illum locum in ipso deserto Ioannes penitentiam fecit. Undè possibile est, quod puer Iesus inde transiens, in reddito suo inuenit eum ibidem. Mediteris ergo, quomodo suscepit eos alacriter & ibi aliquantulum subsistentes, comederunt cum eo illa cruda cibaria, tandem immensa recreatione spiritus habita, uale fecerunt ei. Tu autè & Iaduètu & in recessu genuflexe Ioanni, deosculas pedes eius, benedictionem petens, & ei te recommendans, excellens enim & ualde mirabilis a curialis est puer iste. Ipse enim fuit primus eremita, & principium & uia religiose uiuere uolentium, fuit uirgo purissimus, fuit praedicator maximus, fuit plus quam propheta, fuit etiam martyr gloriosus. Postea transeuntes Iordanem, applicauerunt ad domum Elisabeth, ubi magnè & iucundum festum factum fuit inter eos. Et ibidem audiens Ioseph, quod Archelaus filius Herodis regnabat in Iudea, timuit, & admonitus in somnis ab Angelo, iuerunt in Galileam in ciuitatem Nazareth. Ecce reduimus puerum Iesum de Aegypto, & eo reuerso concurrunt sorores Domini, & alii consanguinei & amici ad uisitandos eos. Ipsi autè in Nazareth quiescunt, & pauperem uitam ducunt. Exinde autem usque ad duodecimum aetatis annum pueri Iesu, aliquid non legitur de ipso. Dicitur tamen & ueri simile est, quod adhuc ibi est fons, de quo puer Iesus deferebat aquam matri. Faciebat enim huiusmodi seruitia matri humilis Dominus, non enim habebat alium seruientem. Potes etiam hic meditari, quod cum matre propria, scilicet sorore Domini ueniebat Ioannes Euangelista, qui tunc erat annorum quinque: nam legitur de ipso, quod obiit anno a passione Domini sexagesimo septimo, aetatis uero suae anno nonagesi-

Quid fecerit puer Iesus, usque ad duodecimum annum.

mo octauo, & sic tempore passionis Domini habebat triginta & unum annos, cum Dominus haberet triginta tres, uel parum plus. Cum ergo in hoc reditu Dominus esset septem annorum, Ioannes erat quinque. Intuere itaq; ipsos stantes simul, & conuersantes, sicut Dominus dabit tibi. Hic enim fuit postea ille discipulus, quem familiarius diligebat Iesus.

Quomodo puer Iesus remansit in Hierusalem.
 Cap. XIII.

Cum autem esset annorum duodecim, ascendit cum parentibus in Hierusalem, secundum consuetudinem & praecipuum diei festi, & durabat per dies octo. Laborabat ergo etiam nunc puer Iesus itineribus longis, & uadit, ut honoret patrem suum caelestem in festis suis. Est enim amor summus inter patrem & filium, sed maior erat ei afflictio, & dolor cordis acerbius, de inhonoratione patris in peccatorum multiplicitate commissione, quam de honore parentis, & exterioris pompae festi letitia. Stabat ergo Dominus legis obseruans legem, & inter alios conuersans humiliter quasi quilibet alius pauperulus. Consumatis autem diebus festi, recedentibus parentibus, ipse in Hierusalem remansit. Attende hic benè, & omnibus quae dicuntur, & sunt te praesentem exhibeas, ualde enim deuota materia, & proficua est haec. Dixi autem iam tibi supra ca. vii. in principio, quod Nazareth ubi Dominus habitabat, a Hierusalem distat quatuordecim, uel quindecim miliaribus, uel circa. Cum ergo mater & Ioseph per diuersas uias iucedentes, uenerunt in sero ad locum, ubi dierna explebatur, & ubi hospitari deberent, uidens Domina Ioseph sine puero, quem cum ipso redisse credebatur, querit ab eo ubi est puer? & iste, ego nescio, non rediit mecum, tecum enim eum reddisse credebam. Tunc illa dolore uehementi concussa, cum lachrymis dixit, non rediit mecum. Video quod non benè filium meum custodisti, & uelociter cepit ire per domos, & quod decenter potuit, illo sero circuibat, quarens de ipso & dicens. Vidistis uos filium meum? & uos uidistis ne filium meum? & uix praedolore & ardore desiderii se sentiebat. Ioseph uero sequebatur eandem cum fletu. Quo non inuenito, qualem quietem habere poterant tu ipsa cogita, & maximè mater, quae ipsum arctius diligebat. Et licet a notis confortaretur, non tamen poterat consolari. Quid enim erat perdetes Iesum? Conspice benè ipsam & uehementer compater, quia in angustia est anima sua, nunquam lex quo nata fuit usque tunc, fuit in tanta. Non ergo turbemur, quando tribulationes habemus, cum etiam matri non peperit Dominus, ad suos enim eas permittit uenire, & signum sunt suae dilectionis, nobis autem expectat eas habere. Tandem Domina in camera se reclusit.

Luc. 2.

Qua magnus tuetur dolor Mariae, & Ioseph, pro puero Iesu amisso.



dens, ad orationem & planctum se conuertit, dicens. O Deus & pater aeternae clementissime ac benignissime, uobis placuit mihi dare filium uestrum, sed ecce perdidisti eum, & nescio ubi sit, reddite eum mihi. O Pater tollite mihi amaritudinem istam, & ostendite mihi filium meum, respicite pater afflictionem cordis mei, & non ad negligentiam meam: incaute enim me habui, sed ignorans feci, sed propter bonitatem uestram reddite ipsum mihi, quia sine ipso uiuere non possum. O fili dilectissime ubi es? quid est de te? apud quem nunc hospitas? Nunquid ad patrem tuum redisti in caelum? scio enim quod Deus es, & Dei filius: sed quomodo mihi non dixisses? sed & nunquid insidiosè ab aliquo es questus? Scio enim quod uerus homo es ex menatus, & alias te ab Herode questum, in Aegyptum portauit. Pater tuus te ab omni malo custodiat fili mi. Indica mihi fili mi ubi sis, & ueniam ad te, uel tu redi ad me, parce mihi hac uice, quia nunquam amplius contingeret mihi, ut te custodiam negligenter. Nunquid aliquam offensam feci tibi fili mi? propter quam ergo causam recessisti à me? Scio quod dolorem cordis mei cognoscis. O fili mi ne tardes uenire ad me. Nunquam ex quo natus es usque modò sine te fui, comedi, uel dormiui, nisi nunc solum, modò autem sum sine te, & nescio qualiter hoc factum sit, tu scis quia tu es spes mea, uita mea, & omne bonum meum, & sine te esse non possum. Indica ergo mihi ubi tu es, & quomodo te ualeam inuenire. Talibus & similibus dictis, se mater per noctem angustiabat super dilecto filio suo. Mane uerò sequenti die tempestiue domum exeuntes, querebant eum etiam per circumstantia loca, nam per plures uias patebat redditus. Sicut qui de Senis uellet reddere Pisas, posset ire per Podium Bonichi, & per Colle, & per alia loca. Die ergo sequenti ibant per alias uias, quarentes eum inter cognatos & notos, quo etiam tunc non inueniunt, mater quasi sine spe anxietate, & non poterat consolari. Tertia uerò die redeuntes in Hierusalem, inuenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, tunc ipsa uidens eum exhilarata, quasi reuiuiscens genuit, & cum lacrymis Deo gratias egit. Puer autem Iesus uidens matrem, uenit ad eam, quem ipsa inter brachia suscipiens, & stringens, & osculans dulciter, ponit uultum ad uultum, & tenens eum in gremio suo aliquantulum cum eo sic requieuit, neque enim tunc aliquid prae teneritudine dicere potuisset. Postea respiciens eum, dicit. Fili, quid fecisti nobis sic? ego & pater tuus dolentes quare bamus te. Et ille, quare me querebatis? in his enim quae patris mei sunt, oportet me esse: quod uerbum illi non intellexerunt. Dicit ergo ei mater. Fili, uolo quod redeamus ad domum nostram, non uis redire nobiscum? Et ille, ego faciam quod placuerit uobis, & redijt cum illis Nazareth. Vidisti ergo afflictionem matris in pra-

dicto negotio. Sed quid fecit praedictus puer in isto triduo? Conspice etiam eum attentè, quomodo se reducit ad aliquod hospitale pauperum, Etiam cum uerecundia petit se hospitari, & ibidem comedit, & hospitabatur cum pauperibus Iesus pauper. Conspice eum sedentem inter doctores uultu placido, sapienti, & reuerenti, & audiebat, & interrogabat eos quasi ignorans, quod ex humilitate faciebat, & etiam ne illi uerecundarentur super mirabilibus responsis eius. Considerare autem potes in praedictis tria ualde notabilia. Primum qui Deo uult adherere, non debet inter consanguineos conuersari, sed ab eis discedere, nam & puer Iesus à se dimisit dilectissimam matrem, cum operibus patris sui intendere uoluit, & etiam postea questus, inter cognatos & notos inuentus non fuit. Secundum, quod qui spiritualiter uiuit non miretur, si aliquando mente arida remanens, uidetur sibi se esse derelictum à Deo, cum etiam matri Dei hoc contingerit. Non ergo mente tabescat, sed diligenter eum quærat in sacris meditationibus & bonis operibus persistendo, & reinueniet eum. Tertium, quod non debet quis esse proprii sensus, uel propriae uoluntatis, nam cum Dominus Iesus dixisset, quod oportebat eum operibus patris intendere, mutauit consilium, & matris uoluntatem secutus est, & recessit cum ea & nutritio suo, & erat subditus illis. In quo etiam admirari potes humilitatem ipsius, de qua plenius infra proximò dicemus.

Quid Dominus fecit à duodecimo anno usque ad tricesimum Cap. XV.

Ruersus ergo Dominus Iesus à templo, & Hierusalem, cum parentibus suis in ciuitatem Nazareth, erat subditus illis, & habitauit ibidem cum eis, ab inde usque ad principium tricesimi anni. Nec in scripturis reperitur, quod in toto isto tempore aliquid fecerit, quod mirabile uideatur ualde. Quid ergo miramur, & imaginabimur ipsam fecisse? Scitit ne Dominus Iesus ociosus tantò tempore, ut nihil faceret dignum recitatione, & scriptura? Si enim fecisset, cur non fuisset scriptum sicut reliqua facta sua? Omnino stupor uidetur. Sed attende hic benè, quia patenter uidere poteris, quod nihil faciendo fecit magnifica. Nihil enim de factis eius à mysterio vacat, sed sicut uirtuosè operabatur, sic uirtuosè tacebat, quiescebat, & se subtrahebat. Magister ergo summus aliquando docturus uirtutes & uiam uitae, coepit à sua iuuentute opera facere uirtuosa, sed modo mirabili, & incognito, ac retroactis temporibus inaudito sed uidelicet reddendo in conspectu hominum inutile, & abiectum, & insipientem, ut deuotè & sine omni temeraria assertionem cogitari potest. Nulla tamen hac meditatione tibi affirmo, quod per auctoritatem sacrae scripturae uel doctorum sacrorum non probantur,

Trid nota billa dicitur puer

Luc.

tur, ut etiam in principio tibi dixi. Subtrahebat ergo se à consortio & conuersatione hominum. Ibat ad Synagogam, idest Ecclesiam, stabat multum ibi in oratione in loco uiliori se ponens, redibat domum, stabat cum matre, & aliquando suum nutricium adiuuabat, pertransibat eundo, & redeundo inter homines, ac si non uideret homines. Mirabantur cuncti, cernentes iuuenem tam speciosum nihil facere, quod apparebat laude dignum. Expectabant enim quod magnifica faceret, & opera probi uiri. Cum enim puer erat, proficiebat aetate & sapientia coram Deo, & hominibus, sed crescens & perueniens à duodecimo anno usque; ad trigesimum & ultra, nulla opera faciebat praetendentia speciem aliquam probitatis & uirilutatis, stupebant uehementer, & deridebant eum dicentes. Iste est quidam inutilis, ipse est idiota, & homo de nihilo, & stultus & insipiens. Nec etiam literas discit, & iter gentes in peruerbium uenit, quod erat grandis & captiuus. Et hunc uiuendi morem sic tenaciter tenebat, & continuo apud omnes communiter erat uilis, & abiectus reputabatur. Quod benè ante per Prophetam dictum fuit in persona eius. Ego sum uermis & non homo & c. Vides ergo quid faciebat nihil faciendo, reddebat se uilem & abiectum (ut dixi) omnibus, sed an hoc tibi parum uidetur? ipse quidem non indigebat, sed ego. Certè in operibus nostris nullum maius reputo, nec difficilius cognosco. Ad altissimum gradum mihi peruenisse uidetur, qui ad hoc peruenit, ut ex corde, & animo uero non ficto, ita se uincit ac dominatur animo suo, ac superbo supercilio carnis suae, quod nolit aliquid reparari, sed sperni, ut abiectus & uilis. Maius est hoc, quod uincere urbes, iuxta sententiam Salomonis dicentis. Melior est patiens uiro forti: qui dominatur animo suo, expugnatorem urbium. Usque ergo peruenias ad hunc gradum, nihil tibi uidearis fecisse, nam cum in ueritate omnes simus inutiles, etiam cum omnia benè fecerimus, iuxta uerbum Domini, quousque in hoc abiectiois gradu non sumus, adhuc in ueritate non sumus, sed in uanitate consistimus, & ambulamus. Quod etiam Apostolus manifestè ostendit dicens. Qui se existimat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Si ergo quare quare Dominus Iesus hoc faciebat? Respondeo tibi, non quia indigeret, sed ut nos instrueret. Unde si non discimus, excusabiles sumus. Abominabile profus est, si se erigit uermiculus, & uermium esca futurus, ubi sic se humilians abiectus Dominus maiestatis. Si autem absurdum alicui uideatur, quod sic inutiliter staret, & quod Euangelistae multa omiserunt, & similia dicat, responderi potest, quod non erat inutile tantè uirtutis exemplum praebere & facere, immò erat utilissimum, & omnium uirtutum rectum ac stabile fundamentum. Sed & ex uerbis ipsius in Euangelio Ioannis sic habemus. Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre spiritum ueritatis, qui à

Luc. 2.

Psal. 22.

Prou. 16.

Luc. 17.

Gala. 6.

Ioan. 14.

patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis, scilicet praedicatores. Et Petrus in electione sancti Matthiae Apostoli dicit. Oportet ex his uiris & c. quo intrauit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismo Ioannis & c. Tunc autem erat incipiens quasi annorum triginta, sed nec ipse Ioannes eius praecursor fuisset, si Dominus Iesus prius eo praedicare coepisset. Item si prius inceperet, quomodo non fuisset notus in tot annis à uicinis, qui dicebant. Nonne hic est fabri filius? cum postea in paruo tempore filius David uocaretur etiam à locis? Si ergo citius inceperet, uel aliqua notabilia fecisset, scripta essent, uel saltem aliqua ex eis, nec sic ex toto omnes Euangelistae tacuissent. Hoc autem quod dico, uidetur ipse Bern. sentire, ut habebis in proximo tractatu, in ultima auctoritate. Quocumque se habeat ueritas, ego sic meditari pium ualde puto. Fabricabat ergo Dominus Iesus sic faciendo gladium humilitatis, ut per Prophetam fuerat dictum ei. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè. Nullo quippe decentius gladio, quam humilitatis, decebat superbam aduersarium iugulare. Nam gladio suae magnitudinis non legimus quod fuerit usus, sed potius contrarium pro illo tempore, quo maxime indignis, scilicet tempore passionis. Idem Propheta conquestus est ad Deum patrem pro filio, dicens. Auertisti a diuortium gladii eius, & non es auxiliatus ei in bello. Habes ergo quomodo Dominus Iesus coepit prius facere quam docere, dicturus enim erat. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Hoc ergo primò facere uoluit, & non fictè, sed ex corde faciebat, sicut uerè & ex corde humilis erat & mitis. Non poterat in eum cadere simulatio, sed potius intantum fundauit, & profundauit se in humilitate, & uilitate, & abiectioe, & sic etiam se in conspectu omnium annihilauit, quod etiam postquam praedicare inceperit, & loqui altissima & diuina, & etiam facere miracula & magnifica opera, non reputabant eum, sed uilipendebant, & deridebant, dicentes. Quis est hic? Nonne hic est fabri filius? & alia similia derisoria & despectiua. Verificatum ergo est secundum hunc intellectum, uerbum Apostoli dicentis. Exinaniiuit se ipsum formam serui accipiens, et non solum cuiusque serui per incarnationem, sed inutilis serui per humilem et abiectam conuersationem. Vis ergo uidere, quod potentissimè hunc gladium sibi accinxerit, considera singulos actus, semper in eis relucet humilitas, uidisti in superioribus, reducas benè in memoriam. Habemus in sequentibus et in multis, quod augmentatam usque ad mortem fidem ei seruauit, & etiam post mortem, nec non etiam post ascensionem. Nonne in fine lauit pedes discipulorum? Nonne humiliatus est, ultra quam dici posset, crucis patibulum sustinendo? Nonne post resurrectionem glorificatus, uocabat discipulos

Act. 1.

Luc. 3.

Psal. 44.

Psal. 88.


Act. 1.

Matth. 11.

Matth. 13.

Phil. 2.

los



los suos fratres? Vade (dixit Magdalena) & dic fratribus meis. Ascendo ad patrem meum &c. Nonne etiam post ascensionem locutus est Paulo humiliter, quasi ad comparem suum, Saul Saul quid me persequeris? Nec ibi nominavit se Deum, sed ipsum. Nonne & in sede maiestatis suae consistens, dicturus est in die iudicij. Quamdiu fecistis mihi ex his fratribus meis, minimis mihi fecistis? Non sine causa uirtutem hanc tantum amavit. Sciebat enim sicut omnis peccati superbia, sic fundamentum omnis boni & salutis humilitas. Sine hoc fundamento frustra fit edificium. Unde nec de uirginitate, nec de paupertate, nec de aliqua uirtute, uel opere, sine humilitate confidas. Hic ergo ipsam fabricauit, id est, ostendit qualiter possit acquiri, scilicet per uilificationem, & per abiectionem subijpsius in suo, & aliorum conspectu, & per continuum exercitium humilium operum. Vade ergo & tu fac similiter, si humilitatem uis adipisci. Oportet enim, quod procedat humiliatio, id est sui uilificatio, & exercitatio uilium operum, & humilium. De quo sic ait Bern. Humilitas ad quam utiq; ducit humiliatio, totius est spiritualis fabricae fundamentum. Siquidem humiliatio uia est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si uirtutem appetis humilitatis, uiam non refugas humiliacionis. Nam si non poteris humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi. Idem. Oportet humiliter sentire de se, tenentem ad altiora, ne dum supra se extollitur, cadat a se, nisi in se firmiter per ueram humilitatem fuerit solidatus. Et quia nisi humilitatis merito maxima minime obrinentur, propterea qui subuehendus est, correptione humiliatur, humilitate meretur. Tu ergo eam te humiliari uideris, habeto signum illud in bonum, omnino argumentum est gratiae appropinquantis. Nam sicut ante ruinam exaltatur cor, ita & ante exaltationem humiliatur. Sane utrumq; legis, Deum, scilicet & superbis resistere, & humilibus dare gratiam. At parum est cum per seipsum nos humiliat Deus, si tunc libenter accipimus, nisi quoniam & per alium hoc facit, sapiamus similiter. Quoniam obrem accipe huius rei mirabile documentum de sancto Dauid. Aliquando maledictum est ei etiam a seruo, at ille nec cumulatam iniuriam sensit, quia praesens gratiam. Quid mihi (ait) & uobis filij Saruita? O uere hominem secundum cor Dei, qui se uilificanti potius, quam exprobranti succensendum, uel irascendum putauit. Unde & secunda conscientia loquebatur. Si reddidi retribuentibus &c. Et de hac uirtute haec ad praesens sufficiant. Et redeamus ad intuentes actus & uitam Domini Iesu speculati nostri, sicut est principale nostrum propositum. Igitur te omnibus praesentem exhibeas, ut sapius tibi dixi: Et considera illam super omnes alias benedictam familiam paruam, sed ualde excellentem, paupertatem, & humilem uitam ducentem. Felix Ioseph senex q-

rebat, quod poterat de arte lignaminis, Domina uero acu & colo precio laborabat. Faciebat & alia domus obsequia, quae multa sunt, ut melius nosti, parabat uictum sponso, & filio, & alia expedientia faciebat, non enim habebat seruientem. Compatere ergo sibi, quam sic suis manibus laborare oportet, compatere etiam Domino Iesu, quia ipse eam adiuuabat, fideliter laborabat in his quae poterat. Venit enim (ut ipse ait) ministrare, & non ministrari. Nonne ergo in ponenda mensula, cubilibus aptandis, & alijs secretioribus domus eam adiuuabat? Intuere ergo eum bene humilia obsequia per domum facientem, & nihilominus etiam Dominam intuere. Considera etiam, qualiter ipsi tres simul comedunt ad unam mensulam per singulos dies, non lautas & exquisitas, sed pauperes & sobrias cenas sumentes, & qualiter postea colloquuntur, non inania & ociosa uerba, sed plena sapientia & spirituali sancto, nec minus mente reficiuntur, quam corpore. Sed qualiter post aliqualem recreationem, ad orationem se conuertunt in cubilibus suis, non enim erat eis domus ampla sed parua. Meditare etiam circa cubacula, scilicet unum pro quolibet eorum, & intuere Dominum Iesum super humum i sero, post orationem se componere per singulas noctes, tam longissimi temporis sic humiliaret, sic uiliter, ut quicumque alius pauperculus de populo, sic etiam perseueranter quolibet sero in hoc statu deberes eum aspiceret. O Deus abscondite, quare sic affligebatis corpus istud innocentissimum? unius quippe noctis peregrinatio sufficere debebat, ad totius mundi redemptionem. Amor ad hoc compellebat immensus, uehementer zelabatis pro uere perditis, uestris humeris ad caelestia pascha reportanda. Vos Rex Regum & Deus aeternus, qui omnium penuriam subleuatis, omnia subministratis omnibus abundanter, put exigit cuiusque conditio. Vobis tantam paupertatem, uilitatem, & asperitatem, uigilando, dormiendo, abstinento, comedendo, & alijs uestris omnibus actibus per tam longa temporis spatia reseruastis? Vbi ergo sunt quarentes ocia corporis? quarentes curiosa ornamenta & uaria? Non didicimus in schola huius magistri qui talia uolumus, sed & nunquid sapientiores eo sumus? Ipse nos docuit uerbo & exemplo humilitatem, paupertatem, abstinentiam corporis, & laborem. Sequamur ergo summum magistrum, qui nec fallere uult, nec falli potest. Et habentes (iuxta doctrinam Apostoli) uictum & uestitum, his contenti sumus, ad congruentem necessitatem, non superabundantiam. Alijs etiam uirtutum exercitijs, & spirituali studio, continue, indefinenter, & uigilantissimè insistentes &c.

De baptismo Domini nostri Iesu Christi. Cap. XVI.

Completo ergo uiginti nouem annis aetatis suae, quibus (ut dictum est) sic penosè uixerat & abie-

& abiectione. Dicit Dominus Iesus matri. Tempus est ut uadam, & glorificem, & manifestem patrem meum, & ostendam me mundo, & operer animarum salutem, pro qua me pater huc misit. Cōforteris ergo mater bona, quia cito redibo ad te, & genuflectens humilitatis magister petijt benedictionem. Ipsa uero similiter genuflectens, & cum lachrymis eum amplexans, tenerrimè dixit. Fili mi benedice, uade cum benedictione patris tui & mea, esto memor mei, citoq; redire memento. Sic ergo reuerenter se licentiās ab ea & nutricio suo Ioseph, iter arripuit ad Nazareth uersus Hierusalem ad Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans, qui locus distat a Hierusalem decem & octo milliariibus. Vadit autem solus Dominus mundi, non dum enim habebat discipulos. Intuere ergo eum pro Deo diligenter, quomodo uadit solus, pedibus nudis per tam longa itinera, & uehementer eidem compatere. O Domine, quo transitis? Nonne uos estis super omnes reges terrae? O Domine, ubi ergo sunt barones, & comites, & dacos, & milites, equi, & camelis, elephantes, & currus, haruesij, & famuli, & frequentia comertia? Vbi sunt qui nos circūdent, & defendāt ab irruentibus turbis, ut moris est aliorum Regū, & uirorum magnorum? Vbi sunt tubarum clangor, instrumentorum sonitus, & uexilla regalia? Vbi sunt qui praecedunt ad hospicia, & necessaria praeparanda? Vbi sunt honores, & pompa, quibus nos uermiculi utimur? Nonne Domine pleni sunt caeli & terra gloria uestra, quomodo ergo sit itis inglorius? Nonne uos estis cui mille milia ministrabant in regno uestro, & decies centena milia assistebant? Cur ergo sic solus inceditis, calcando terram pedibus nudis? Sed non estis in regno uestro modo, quam puto causam, nam regnum uestrum non est in hoc mundo, exinanistis uosipsum, sumendo formam serui, non regis. Factus estis sicut unus ex nobis, peregrinus & aduenas sicut oēs patres nostri, factus estis seruus ut nos Reges fiamus. Venistis enim, ut nos ad regnum uestrum adduceretis, uiam ponendo ante oculos nostros, per quam illuc ascendere ualeamus. Sed quare illam negligimus? quare uos non sequimur? quare non humiliamus nos ipsos? quare honores & popas, caduca & uana sic uide poscimus & tenemus? Certè quia regnum nostrum est de hoc mundo, nec consideramus nos esse peregrinos, & propterea omnia ista mala incurrimus. O uani filij hominum, cur uana pro ueris, caduca pro firmis & certis, temporalia pro aeternis acceptamus, & sic studiosè amplectimur? Certè bone Domine, si mente fixa suspiceremur, nos esse peregrinos & aduenas, faciliter uos sequeremur, & ex his uisibilibus tantum necessaria sumentes, non retardaremur post uos currere in odorem unguentorum uestrorum, essemus enim sine sarcina, & ista transitoria quasi iam transacta reputaremur, & leuiter sperneremus. Vadit ergo Dominus Iesus sic humiliter,

continuat dietis quousque perueniat ad Iordanem. Cum ergo uenit ad Iordanem, inuenit Ioannem baptizantem peccatores, & turbam magnam quae illuc concurrebat ad praedicationem ipsius, habebant enim eum quasi Christum. Dicit ergo ei Dominus Iesus, rogo te ut me, cum illis baptizes. Ioannes uero intuens & eum spiritu cognoscens, timuit, & reuerenter dixit. Domine ego a te debeo baptizari. Cui Dominus Iesus. Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Non dicas hoc modo, nec me diuulges, quia nondum uenit tempus meum, sed me baptiza, nunc enim est tempus humilitatis, & ideo implere uolo omnem humilitatem. Attende ergo tu etiam hic de humilitate, nam locus est de ipsa tractandi: & debes scire, quod sicut in hoc loco dicit glo. Humilitas habet tres gradus. Primus est subdere se maiori, & non praeferre se equali. Secundus est subdere se aequali, & non praeferre se minori. Tertius & summus, est subdere se minori, & hic gradus hic tenuit Christus, & ideo omnem humilitatem impleuit. Vides quomodo augmentata est eius humilitas a praecedenti tractatu? Subiecit enim hic se seruo suo, se uilificat, & seruum suum iustificat, & magnificat. Sed in alto considera quomodo creuit humilitas; nam usque modo conuersatus est humiliter quasi inutilis & abiectus: hic etiam peccator uoluit apparere. Peccatoribus enim praedicabat Ioannes penitentiam, & baptizabat: & Dominus Iesus inter eos, & coram eis uoluit baptizari. Hic autem quantum ad hoc sic dicit Bern. Inter populares turbas ad baptismum Ioan. aduenit. Venit tanquam unus de populo, qui solus erat sine peccato. Quis enim crederet filium Dei? quis putaret Dominum maiestatis? Valde quidem humilias te Domine, numis absconderis, sed Ioannem latere non poteris. Huc usque Bern. licet idem dici posset de circuncisione; quia ibi uoluit apparere peccator, tamē hic plus, quia hic coram turba publicè, ibi occultè. Sed nonne hic timèdum fuerat, cum ipse admodum uellet intendere ad praedicandum, ne sperneretur tanquam peccator. Sed non propterea dimisit humilitatis magister, quin profundissimè se humiliaret. Ipse ergo noluit apparere quod non erat, in abiectionem & despectum sui, semper nos instruendo, at contra nos uolumus apparere quod non sumus, in laudem & gloriam nostram. Si quid enim in nobis uidetur esse probitatis, ostendimus, defectus uero celamus, cum simus peccatores & mali. Qualis humilitas nostra? Audi super hoc non me sed Bernar. qui ait. Est humilitas quam charitas format, & inflamat, & est humilitas quam nobis ueritas parit, & non habet calorem, atque haec quidem in cognitione, illa in affectu consistit. Etenim si tu remetipsum intus ad lumen ueritatis, & sine dissimulatione inspicias, & sine palpatione diudices, non dubito quin humiliaris, & tui in oculis tuis, factus uilior tibi, ex hac uera cognitione tui,

Matth. 3.

Tres humilitatis gradus.

Ser. 1. Epi pha.

Ser. 42. su per Cant.

Matth. 23

In Epistola ad ege gium canonici se cularum.

Ser. 34. su per Cant. Alias nitem.

Prou. 16. Iac. 4.

2. Reg. 16.

Psal. 7.



tui, quamuis nec dum fortasse illud esse patiaris in oculis aliorum. Eris ergo humilis, sed de opere interim ueritatis, & minime adhuc de amoris infusione: nam si ueritatis ipsius quae te tibi ueraciter atque salubriter demonstrauit, sicut splendore illuminatus, ita affectus amore fuisses, uoluisles proculdubio, quod in te est, eandem de te omnes tenere sententiam, quam ipse apud te ueritatem habere cognosceris. Sane quod in te dixerim, quoniam plerumque non expedit innotescere omnibus, omnia quae nos scimus de nobis, atque ipsa ueritatis charitate & charitatis auctoritate uetamur palam fieri, quod noceat agnoscere. Alioquin si priuato amore tui tentus, detines pariter intra te iudicium ueritatis inclusum, cui dubium est minus te ueritatem diligere, cui propriam praefers uel commodum uel honorem? Et infra. Tunc si iam apud te meripsum humiliatus fueris, necessaria (illa humilitate quae scrutans corda & renes ueritas sensibus ingerit animae uigilantis,) adhibe uoluntatem, & fac de necessitate uirtutem, quoniam nulla uirtus sine conuenientia uoluntatis. Tunc autem fieri illud, si nolis aliter apparere foris, quam te inuenis intus. Alioquin time, ne de te ipso legas. Quoniam dolose egit in conspectu eius, ut inueniatur iniquitas eius ad odium. Pondus (inquit) & pondus abominatio est apud Deum. Quid. n. tu te depreciaris in secreto apud te ipsum ueritatis trutina ponderatus, & foris alterius praecii meriens, maiori te pondere uendis nobis, quam ab ipsa accepisti? Time Deum, & noli hanc rem pessimam facere, ut quae humiliat ueritas, ex tollat uoluntas: hoc enim est resistere ueritati, hoc pugnae contra Deum. Magis autem acquiesce Deo, & sit uoluntas subdita ueritati, nec tantum subdita, sed & deuota. Nonne Deo (inquit) subiecta erit anima mea? At parum est esse subiectum Deo, nisi sis & omni humanae creaturae propter Deum, siue Abbati tanquam praecellenti, siue prioribus ab eo constitutis. Ego plus dico, subdere paribus, subdere & minoribus. Sic enim decet nos (inquit) implere omnem iustitiam. Vade & tu ad minorem, si uis in iustitia esse perfectus deferi inferiori, minori te inclinatio. Hucusque; Bern. Idem sic dicit. Quis iustus nisi humilis? Denique; cum se manibus Baptistae, scilicet serui Domini inclinaret, & ille expanesceret maiestatem. Sine (inquit) sic decet nos implere omnem iustitiam, consummationem perfectae iustitiae in humilitatis perfectione constituens. Iustus ergo humilis. Hucusque; Bern. Haec autem iustitia in hoc apparet in humilitate, quia redditur unicuique ius suum, non sumit alienum, sed honorem dat Deo, & sibi retineri uilitatem. Hoc uero melius cognosces, si consideraueris iniustitiam elati, qui bona Domini sibi attribuit. De quo idem Bern. sic dicit. Sicut de magnis bonis mala oriri solent, cum facti extimij de bonis Domini utimur donis tanquam non datis, nec damus gloriam Deo, ita profecto

qui maximi uidebantur pro accepta gratia, pro non reddita minimi reputantur apud Deum. Ego autem parco uobis, usus sum modestioribus uocibus, maximo minimoque; sed quae sentio non expressi. Discrimine inuolui, ipse nudabo, optimi pessimumque; dixisse debueram, nam uere & absque dubio eorum quilibet pessimus, quod optimus est, si hoc ipsum quo optimus est ascribit sibi. Nempe pessimum hoc, quod si dicat quis, absque agnoscio. Gratia Dei sum id quod sum, studeat autem optare gloriam, pro gratia quam accepit. Nonne factus est & latro? Audiatur qui humilis est. Ex ore tuo te iudico serue nequam. Quid ne quis seruo usurpante sibi gloriam Domini suis Hucusque; Bern. Vides quomodo perfectio iustitiae in humilitate consistit, & non surripit honorem Deo, nec sibi attribuit quae non debet, certe nec laedit proximum, non enim diiudicat eum, nec alicui se praefert humilis, se minorem omnibus reputat, & locum nouissimum eligit sibi. De quo idem Bern. sic dicit. Quid scis o homo si unus ille quem forte omnium uilissimum, atque miserimum reputas, cuius uitam sceleratissimam, ac singulariter foetidissimam horres, & propterea illum putas spernendum, non modo praeter te, qui forte iam sobrius, & iustus, & pie uere te confidis, sed etiam praeter ceteris omnibus sceleratis tanquam omnium sceleratissimum? Quid scis (inquit) si melior, & te & illo mutatione dexterarum ex celli in se quidem saturus sit, in Deo uero iam sit? & propterea non mediocre, non uel penultimum, non ipsum saltem inter nouissimos eligere locum nos uoluit. Sed recumbe (inquit) in nouissimo loco, ut solus uidelicet omnium nouissimus sedeas, teque nemini non dico praeferas, sed nec comparare praesumas. Hucusque; Bernar. Haec humilitatis uirtus multiplicibus auctoritatibus commendatur ab eodem Bern. Dicit enim. Magna fratres & sublimis uirtus humilitas, quae promeretur quod non docetur, digna adipisci quod non ualet addisci, digna a uerbo, & de uerbo concipere, quod suis ipsa uerbis explicare non potest. Cur hoc? Non quia sit meritum, sed quia sic est placitum coram patre uerbi sponsi animae Iesu Christi Domini nostri, qui est super omnia Deus; benedictus in secula. Idem. Humilitas est uirtus, qua homo uerissima sui cognitione sibijpsi uilescit. Idem alibi. Sola uirtus humilitas laesa est charitatis reparatio. Idem alibi. Sola profecto non solet gloriari, non nouit praesumere, contendere non consuevit humilitas, non contendit iudicio, non praetendit iustitiam, quia uere humilis est. Porro humilitas Deo nos reconciliat, Deo placet in nobis. Idem. Semper solet esse diuinae gratiae familiaris uirtus humilitatis. Nimirum conseruanda humilitatis gratia diuina solet pietas ordinare, ut quanto quis plus proficit, eo minus se reputet profecisse. Nam usque ad extremum exercitum spiritualis gradum si quis profecerit, aliquid ei de primi gradus

Plal. 35. Trou. 20. Psal. 61. Math. 3. Ser. 47. su per Can. Ser. 47. su per Can.

1. Cor. 13. Luc. 14. Math. 19. Math. 18. Ser. 17. su per Can. Luc. 14. Ser. 47. su per Can. Rom. 9. Ser. de quodlibet hum. In ser. de nat. dom. Et in Epist. ad Henri. Super ill. su. ell.

gradus imperfectione relinquetur, ut uix primum sibi uideatur adeptus. Idem. Pulchra permixtio uirginitatis & humilitatis. Nec mediocre placet illa anima in qua humilitas commendat uirginitatem, & uirginitas exornat humilitatem. Sed quanta putas ueneratione digna est, in qua humilitatem exaltat fecunditas, & partus consecrat uirginitatem? Audis uirginem, & audis humilem. Si non potes uirginitatem humilis, imitare humilitatem uirginis. Laudabilis uirtus uirginitatis, sed magis humilitas necessaria. Illa consulitur, ista praecipitur. Ad illam inuitaris, ad istam cogaris. De illa dicitur, qui potest capere capiat, de ista dicitur. Nisi quis efficiatur sicut paruulus iste, non intrabit in regnum caelorum. Illa ergo remuneratur, ista exigitur. Poteres denique sine uirginitate saluari, sine humilitate non potes. Potest (inquit) placere humilitas, quae uirginitatem deplorat amissam. Sine humilitate audeo dicere, nec uirginitas Mariae placuisset. Super quem (inquit) requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? &c. Si ergo Maria humilis non fuisset, super eam Spiritus sanctus non requiescisset. Si non super eam requiescisset, non impregnasset, quomodo enim de ipso sine ipso conciperet? Patet itaque, quia ut de Spiritu sancto conciperet (ut ipsa perhibet) respexit Dominus humilitatem ancillae suae, potius quam uirginitatem. Unde constat, quia ut placeret uirginitas, humilitas proculdubio fecit. Quid dicis uirgo superba? Maria se uirginem oblita, gloriatur de humilitate, et tu negligendo humilitatem, blandiris tibi de uirginitate? Respexit (ait illa) humilitatem ancillae. Quae illa uirgo utique, sancta, uirgo sobria, uirgo utique; deuota. Nunquid tu castior illa? nunquid deuotior? nunquid tua forte pudicitia gratior castitate Mariae? ut scilicet sine humilitate placere sufficias ex tua, quae illa non potuit ex sua? Denique; quanto honorabilior es ex singulari munere castimoniae, tanto tibi tu maiorem iniuriam facis, quando uita decore foedas permixtione superbiae. Idem. Charitas, castitas, & humilitas nullius coloris sunt, sed non nullius decoris, nec mediocris decoris, qui diuinos quoque delectari possit aspectus. Quid castitate decorius, quae mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, angelum denique; de homine facit? Differunt quidem inter se angelus & pudicus homo, sed felicitate, non uirtute, & si illius castitas felicitas, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas, quae hoc mortalitatis & loco & tempore, statum quandam immortalis gloriae repraesentat. Sola inter solennia nuptiarum, morem illius beatae regionis uendicat sibi, in qua neque; nubent neque; nubentur, praebens quodammodo iam caelestis illius conuersationis experientiam. Vas interim fragile quod portamus, in quo & crebro periclitamur, tenet castitas in sanctificationem, instar odoriferi balsami, quo condita cadauera, incorrupta seruan-

tur, sensus ipsa & artus continet & constringit, ne dissoluantur in oculis, ne corrumpantur in desiderijs, ne carnis uoluptatibus computrescant; & post pauca. Verum quantalibet uenustate sui, castitas eminere apparet, sine charitate tamen, nec precium habet, nec meritum. Nec mirum, quid enim absque; illa bonum suscipitur. Fides? sed nec si montes transferat. Scientia? nec illa quae linguis loquitur angelorum, Martyrium? nec illud, si tradidero (inquit) corpus meum, ita ut ardeam, nec absque; illa quodlibet bonum suscipitur, neque; cum illa quodlibet exiguum respuitur. Castitas sine charitate, lampas sine oleo, subtrahere oleum, lampas non ardet: tolle charitatem, castitas non placet. Iam de tribus quae proposuimus, sola tractanda est humilitas, quae duabus praemisissis uirtutibus in tantum est necessaria, ut absque; ista, ille necesse uirtutes uideantur. Nempe ut castitas, siue charitas obtineatur, humilitas meretur. Quoniam humilibus Deus dat gratiam. Seruat humilitas etiam uirtutes acceptas, quia nec requiescit spiritus nisi super quietum & humilem, seruatas consumat, nam uirtus in infirmitate proficitur, hoc est in humilitate, inimicam omnia gratiae omnisque; initium peccati debellat superbiam, & tam a se quam ab alijs uirtutibus, superbiam illius propulsat tyrannidem. Quae quidem superbia, ex alijs quibuscumque; bonis uirtutum suarum, magis capere solet incrementum. Sola haec omnium propugnaculum quoddam, turrisque; uirtutum, eius fortiter resistit malitiae, obuiat praesumptioni. Hucusque; Bernar. Igitur habuisti multa & pulchra de humilitate in tractatu praesenti a uerissimo Bern. atque; humillimo. Vide ut ea etiam quae de alijs uirtutibus tangit, mente intelligas, & opere compleas. Sed iam ad baptismum Domini redeamus. Postquam ergo Ioanes uidit Dominum uoluntatem, obediuit, & eum baptizauit. Nunc ergo cum bene conspice. Spoliatur enim se Dominus maiestatis, sicut quilibet alius hominulus, & mergitur in aquis frigidis, tempore frigoris magnum, pro nostro amore operatur nostram salutem, constituens sacramentum baptismi, & lauans crimina nostra. Desponsat ergo uniuersalem Ecclesiam, & singulariter omnes animas fideles. Nam in fide baptismatis desponsamur Domino Iesu Christo, dicente Propheta in persona ipsius, sponsabor te mihi in fide. Unde haec solennitas & haec operatio magna, & utilis ualde est: Et ideo cantat Ecclesia, quod hodie caelesti sposo iuncta est Ecclesia, quoniam in Iordane lauit Christus tota est Trinitas modo singulari manifestauit, & descendit, & requieuit Spiritus sanctus super eum, in specie columbae, & uox patris intonuit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. In hoc autem loco dicit Bernar. Ipsam (inquit) audite. Ecce Domine Iesu uel nunc iam loquere, licentiam loquendi habes a patre. Quamdiu Dei uirtus, & Dei sapientia, quasi infirmus aliquis & infirmus

1. Cor. 13. Tac. 4. Ha. 66. Osee. 2. Matt. 3. Mar. 1. Luc. 3.



& insipiens, lates in populo? Quamdiu nobilis Rex, & Rex caeli, fabri filium te pateris appella- ri, pariter & putari? Etenim Lucas Evangelista testatur, quoniam adhuc filius Ioseph putaba- tur. O humilitas virtus Christi, quam confun- dis superbiam meam vanitatis: parum aliquid scio uel magis sciri mihi videor, & iam silere nescio, nam impudenter & imprudenter me ingerens, & ostentans promptulus ad loquendum, uelox ad docendum, tardus ad audiendum. Et Christus cu tanto tempore silebat, cum seipsum absconde- bat, nunquam inanem gloriam merebat. Quid ti- meret ab inani gloria, qui est uera gloria patris? Vtiq; timebat, sed non sibi, nobis timebat ab illis, quibus nouerat esse timendum. Nobis caue- bat, nos instruebat, tacebat ore, sed instruebat opere, & quod docuit postea verbo, iam clama- bat exemplo. Discite a me, quia mitis sum & hu- milis corde. Nam de infantia Domini parum ali- quid audio extunc. Iam usq; ad hunc trigesimu annum nihil inuenio. Nunc uero iam latere non potest, quia tam manifeste demonstratur a pa- tre: hucusq; Bern. Et haec est auctoritas quam in superiori tractatu allegaui, per quam habes, quo- modo siluit Dominus Iesus humiliter ad nostram instructionem. Vides ergo ubiq; redolere humi- litatem. De hac libenter tibi loquor, quia ma- gnifica uirtus est ualde, & ea plurimum indige- mus, eodq; studiosius quarreda affectuosiusq; a- manda, quod Dominus in singulis suis actibus tam signanter studuit eam obseruare.

De ieiunio & tentationibus Christi. Item de reditu eius ad matrem. De quatuor quibus peruenit ad cordis puritatem. De oratione plura bona. De resi- stendo gula. Quare & pro quibus Deus fecit mirabilia? Cap. XVII.

Postquam Dominus Iesus fuit baptizatus, incontinenti perrexit in desertum super que- dam montem ibi ad quatuor miliaria uel circa, qui uocatur quarentana, & ieiunauit qua- draginta diebus & quadraginta noctibus, & iux- ta Marcum, erat ibi cum bestiis. Considera ergo hic & attentè conspice ipsum, pluriu enim uirtutum exempla tibi demonstrat. Vadit enim in solitudine: ieiunat, orat & uigilat, iacet & dormit in plana terra, & humiliter cum bestiis conuersatur. Compatere ergo ei, quia semper & ubiq; sed hic maxime uita sua pœnosa est, & corporis afflictio. Ac eius exemplo discere ab eo in his exercitari. Nam quatuor hic tanguntur, quae spiritualis exercitij sunt, & mirabiliter se in uicem adiuant. scilicet solitudo, ieiunium, oratio, & afflictio corporis. Et per ista maxime peruenire possumus ad cordis puritatem, quae puritas utiq; est nimium peroptanda: eod q; in se omnes uirtu- tes quodammodo comprehendit. Continet enim charitatem, humilitatem, patientiam, & cate-

ras uirtutes, & remotionem omnium uitiorum, quia cum uitiis, uel cum defectu uirtutis non stat puritas cordis. Et propterea in collationibus sanctorum patrum traditur, quod totum exercitium monachi debet esse ad cordis puritatem habendam: haec enim est per quod homo mereatur uide- re Deum, dicente Domino in Euang. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et secundum Bernar. qui clarior est, ille Deo propinquitior. Esse autem clarissimum, peruenisse est. Ad hanc autem habendam, multum ualeat ora- tio seruens, & assidua, de qua plenius infra do- ceberis. Sed oratio cum crapula uel ingurgita- tione corporis, uel eius mollitie, uel ociositate parum ualeat. Et ideo requiritur ieiunium, & af- flictio corporis, discreta tamen, nam indiscreta impedit omne bonum. Praeterea ad omnium praedictorum consummationem uidetur facere soli- tudo: nam cum tumultu, & strepitu non potest decenter oratio fieri, & uidere, & audire multa, uix fieri potest sine impuritate, & offensa. Mors enim intrat per fenestras nostras ad animas: & ideo Domini exemplo, uade in solitudinem, i- quam potes te separa ab aliarum consortio, & sis solitarius, si uis ei coniungi, & per puritatem cordis eum uidere, fuge etiam colloquutiones, & maxime secularium personarum. Non quaeras nouas deuotiones & amicitias. Non impleas oculos, & aures phantasmatibus uanis, & om- nia quae quietem animi & tranquillitatem men- tis perturbant, tanquam uenenoosa & animam ini- mica deuita. Non enim sine causa sancti patres petebant nemora, & loca remotissima ab om- ni hominum conuersatione. Et non sine causa mandabant his qui in canobis remanebant, quod essent caeci, surdi, & muti. Ut autem hoc melius intelligas. Audi quid super hoc dicit Bern. Tu (inquam) si ad spiritus sancti incitamenta moue- ris, & in ardore dare operam quomodo animam tuam facias sponfam Dei, sed eas secundum pro- phetam, solitarius, quoniam leuasti te super te, uolens angelorum Domino desponsari. An non supra te, adhaerere Deo, atq; unum spiritum esse cum eo? Sede namq; solitarius sicut turtur, nihil tibi & turbis, nihil cum multitudine ceterorum, etiamq; obliuiscere populum & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum. O sancta ani- ma, sola esto, ut soli omnium serues te ipsam, quae ex omnibus tibi elegisti. Fuge publicum, fuge & ipsos domesticos, secede ab amicis, & ab inti- mis, & ab illo qui tibi ministrat. An nescis te ue- recundum habere sponsum, & qui nequaquam suam uelit tibi indulgere praesentiam, praesentibus ca- teris? Secede ergo, sed mente non corpore, sed intentione, sed deuotione, sed spiritu. Spiritus enim ante faciem tuam Christus Dominus, spi- ritusq; requirit non corporis solitudinem, quam- quam interdum & corpore non ociose te sepa- ras, cum oportune potes, praesertim tempore ora- tionis. Et infra. Solus es si non communia cogites, si non

si non affectes praesentia, si despicias quod multi suscipiunt, si fastidias quod multi desiderant, si iurgia deuotes, si damna non sentias, si non recor- deris iniuriarum, alioquin nec si solus corpore es, solus es. Vides ne posse te esse solum etiam in ter multos, & inter multos cum solus es, solus es in quacunq; hominum conuerseris frequentia, tamen caue alienam conuersationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius iudex. Hucusq; Bern. Vides quomodo necessaria sit solitudo, & quo- modo non sufficit corporalis sine mentali, sed ut mentalis habeatur, oportet corporalem esse altissimam, ut mens per exteriora non effluat, ut se cum sponso suo recolligere possit. Igitur toto affectu, toto posse te esse solum imitari Dominum Iesum sponsum, & solitudine, & oratione, & ieiunio, & corporis afflictionibus discretis. In eo uero quod conuersatur cum bestiis, discere inter alios humiliter conuersari, & aequanimiter tolerare, etiam eos qui tibi uidentur aliquando irrationabiliter se habere. Ipsum autem Dominum saepe in hac solitudine uisita, conspicias eum qua- liter conuersatur ibidem, & maxime qualiter iacet de nocte in terra, quaelibet enim anima fide- lis, deberet eum in die semel ad minus uisitare, maxime ab Epiphania usque ad quadraginta dies quibus ibi manebat. Cõpletis autem qua- draginta diebus, Dominus esuriit. Tunc tenta- tor accessit ad eum, uolens explorare utrum fuisset filius Dei tentauitq; eum de gula dicens. Si fi- lius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant, sed non potuit magistrum decipere, taliter enim re- spondit, & sic se habuit, quod nec in tentatione gula succubuit, ne scire aduersarius potuit, quod uoluit: non enim negauit nec asseruit esse filium Dei, sed eum auctoritate scripturae conuicit. Et nota hic exemplo Domini esse resistendum gula, nam ab eo inchoandum est, si uicia uolumus supera- re. Videtur enim quod qui gula succumbit, imbecil- lis reddatur ad alia uicia deuincenda. Sic enim dicit glo. in loco isto super Matth. Nisi prius gula refrenetur, frustra contra alia uicia laboratur. Postea Diabolus assumpsit eum, & portabat eum in Hierusalem, quae distat inde per decem & octo miliaria uel circa. Has autem locorum distancias, quas plures in opusculo tibi narro, ab his audi- ui, qui in illis partibus fuerunt. Considera hic be- nignitatem, & patientiam Domini. Permisit enim se portari & contrectari ab illa cruenta bestia, quae suum & omnium amatorum suorum sanguinem sitiebat. Statuens autem eum super pin- naculum templi, tentauit eum de uana gloria, si- militer uolens explorare quod supra, sed & hic auctoritate scripturae deuincitur, et sua inten- tione frustratur. Ex tunc ergo secundum Bern. quia Dominus nihil ostendit diuinitatis, arbi- tratus est hostis eum esse hominem, tentauit eum tertio ut hominem. Exinde ergo assumens eum reportauit in montem excelsum prope, di- ctum montem de quarentana per duo miliaria,

& tunc tentauit eum de auaritia, sed et hic ho- micida ille succubuit. Vidisti quomodo Do- minus Iesus fuit contrectatus et tentatus. Mi- raris ergo si nos tentemur? fuit etiam ipse aliis tentatus. Unde Bernar. dicit. Qui quartam tentationem de Domino non legit, ignorat scri- pturam, quae dicit, quod tentatio est uita hominis super terram. Apostolus quoq; dicit eum fuisse tentatum per omnia, pro similitudine absque peccato. Victoria itaq; facta, uenerunt angeli, et ministrabant ei. Hic autem diligenter at- tende, et conspice Dominum comedentem, solum circu- dantibus angelis et considera bene omnia quae sequuntur, quia pulchra sunt, et deuota ualde. Et quaero quid angeli ministrabant, ut comederet post tam longum ieiunium? De hoc scriptu- ra non loquitur, possumus autem hoc uictorio- sum prandium sicut uolumus ordinare: Et qui- dem si eius potentiam consideremus, expedita est quaestio, quia res quas uellet creare, & de- crearis habere, poterat pro sua arbitrio uolunta- ris. Sed non inuenimus, quod hac potentia pro se, uel pro discipulis suis usus fuerit, pro turbis au- tem fecit, quas pauit duabus uicibus in multitu- dine magna de panibus paucis. De discipulis au- tem legimus, quod eo praesente spicas uellebant pro- pter famem, & comedeabant. Similiter cum fati- gatus ex itinere sedebat super puteum, loquens cum Samaritana, non dicitur, quod creauit cibos, sed quod misit discipulos in ciuitatem, ad quaerendum cibos. Nec est uerissimile quod per miraculum, quia miracula faciebat ad alio- rum adificationem, et in praesentia plurium, sed hic non erant nisi angeli. Quid ergo circa hoc meditabimur in mente? Namq; il- lic non erat habitatio hominum, nec cibi pa- rati, sed aliunde parata cibaria portauerunt angeli ei, sicut contigit Danieli. Cum enim Abachuc propheta parasset pulmentum pro mes- soribus suis, portauit eum angelus Domini per capil- los de uidea in Babylonem ad Daniele, ut co- mederet, & postea in momento eum reportauit. Immoremur ergo hic, & hunc modum assuma- mus, & iucundemur cum Domino in hoc pran- dio suo, sentiatq; mater sua excellentissima de hac eadem iucunditate & uictoria. Pie autem ac deuotè sic meditemur. Veniant angeli, Sathana repulso, in multitudine magna ad Dominum Ie- sum Christum, & adorantes eum prociderunt in terram, dicentes. Saluete Domine Iesu Deus & Dominus noster, & Dominus humiliter ac be- nignè recepit eos, & cum capitis inclinatione, cogitans se fore hominem minoratum paulomi- nus ab angelis. Dicant ei angeli. Domine multu ieiunastis, quid uultis ut uobis paremus? Et ille. Ire ad matrem meam charissimam, & si quid habet ad manus, deferre, quia de nullis cibis sic libenter uescor, sicut de suis. Tunc duo ex ip- sis per gentes in momento fuerunt cum ea, & eam reuerenter salutantes, ambasiatam faciunt, & mo- dicum

Luc. 3.

Matt. 11.

Matt. 4.

Mar. 1. Luc. 3.

Quatuor ad spirituale exercitium pertinentia.

Matth. 1.

Hier. 9.

Ser. 4. b. per. Cap.

Tren. 3.

Plal. 44.

Matth. 4.

Super qui ministrat.

Iob. 7. Hebr. 4.

Dan. 14.



dicum pulmentum, quod sibi et Ioseph para- uerat, & panem cum robalia, & alijs oportunis portant, & forte Domina etiam aliquos pisciculos (si potuit) procurauit. Reuerſi ergo portat in plana terra, & mensa benedictionem solenniter peragunt. Conspice autem eum hic bene in singulis que agit, sedet enim in terra composita, ac curialiter, & sobrie comedit, circumstant angeli ministrantes Domino suo. Alius seruit ei de pane, alius de uino, alius parat pisciculos, & alij cantant de canticis Syon, & iacundantur, & diem festum agunt coram eo. Si liceat dici, permixtum est hoc festum cōpatione per maxima, propter quam & nos deberemus plorare, conspiciunt. n. eum reuerſent, & considerantes Deum, & Dominum suum, & totius mundi creatorem, qui dat escam omni carni, sic humiliatum, & sustentatione cibi corporalis indigentem, & comedentem sicut ceteros de populo, mouentur compassionem, clamantes & dices. O Domine quanta fecistis, oia opera uestra sunt plena stupore, adiuuate me, ut ego aliqua patiar pro uobis, qui pro me tot & tanta sustinistis. Certè hoc solum te in eius amore deberet uehementer accendere. Tandem sumpta refectione, dicit Angelis ut reportent res, & dicant matri, q. citò redibit ad eam. Ipsis autem reuerſis, dicit omnibus. Redite uos ad patrem & ad gaudia uestra, me enim adhuc peregrinari oportet, rogo autem uos, ut me recommendetis patri, & toti curiæ cœlesti. Qui procidentem in terram, & benedictionem petentes, ea recepta, redierunt ad patriam eius iussa complentes, & de eius uictoria, & de his nouis totam cœlestem curiam impleuerunt. Dominus autem Iesus uolens redire ad matrem, cœpit de monte descendere. Conspice nunc etiam bene eum, quomodo solus uadit pedibus nudis Dñs omnium, & ei uehementer compatere. Venit autem ad Iordanem, quem Ioannes uidēs ad se uenientem, ostendit eum digito dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, ipse est, super quem uidi Spiritum sanctum quiescetem, quando baptizauit eum. Et etiam altera die dū uideret ambulantem iuxta Iordanem, dixit similiter. Ecce agnus Dei. Tunc Andreas, & etiam unus alius ex discipulis Ioannis, iauerunt post Iesum. Benignus autem Dominus sitiens eorum salutem, ut daret eis de se fiduciam, uertit se ad eos, & dixit. Quid queritis? At illi dixerunt. Rabbi ubi habitas? & ipse duxit eos ad domū, in qua tunc se reducebat in partibus illis, & steterunt cum eo una die. Postea duxit Andreas Petrū fratrem suum ad Iesum, quē alacriter suscepit. Sciebat enim, quid de eo erat facturus. Et dixit ei. Tu uocaberis caphas, & sic in aliqualem notitiam, & familiaritatem uenit cum eis. Postea uolens Dominus Iesus redire in Galileam ad matrem, discessit de partibus illis, & cepit reuerſi. Quem etiam nunc compariendo respice, & uade semper cum eo, nam solus uadit mo-

Ioan. 1.

re solito, nudis pedibus per tam longā quatuordecim milliariū uiam. Cum autem domum deuenit, mater eum uidens, ultra quā dici posset exhilarata surgit, occurrit, & in amplexus istricissimos recipit, cui ipse reuerſent inclinauit, & etiam nutritio suo Ioseph, & cum eis more solito mansit.

FERIA QVARTA

De apertione libri in Synagoga. Cap. XIII.

Hucusq; per Dei gratiam, uitam Domini Iesu ordinate tetigimus, parum uel quasi nihil de his quæ sibi contigerunt, uel per ipsum facta sunt omittentes, sed non sic deinceps facere intendo, nimis enim esset longū, omnia quæ dixit & fecit, in meditationes redigere: maximè quia nostra sollicitudinis debet esse, facta Christi continue more beata Cecilia, portare in secreto pectoris nostri. Igitur aliqua ex gestis eius colligamus, in quibus meditando uersetur assidue, & hoc usq; ad passionem suam: ex tunc enim nihil est omittendum. Alia etiam non debemus ex toto dimittere, quin pro loco & tempore meditemur in eis. Meditationes autem nō intendo deinceps prolixius tractare, nisi per rarō, sufficit enim, q. rem per eum gestā uel dictam ante oculos mentis ponas, & q. cum eo conuerſeris, & familiaris ei fias. Nam in hoc uidetur haberi maior dulcedo, & deuotio efficacior, & quasi totus fructus harum meditationū consistere, ut ubiq; & semper intuearis eum deuotè in aliquo actu suo, ut qn stat cum discipulis suis, qn cum peccatoribus, qn etiam loquitur eis, qn prædicat turbæ, qn uadit & qn sedet, qn dormit, & qn uigilat, qn comedit, & qn alijs ministrat, qn sanat agrotos, & qn alia facit miracula. In his autem & similibus considera omnes gestus suos, maximè contemplans faciem eius, si potes imaginari, quod super omnia prædicta mihi uideretur difficilior. Illud etiam attentè obserua, si forte ipse te cū benignitate respiciat. Et tibi hæc sint pro recurſu, & doctrina omnium quæ sequuntur, & ubicunq; narrauerō, si aliter nō expressero singulares meditationes, uel istas omiserō, recurſas ad hunc locū, & sufficit tibi. Ad narrationē autē sequentiū accedamus. Postq. ergo Dñs Iesus rediit à baptismo, cō uersabatur humilitatis magister humiliter, ut ante solitus erat, cœpit tñ paulatim se manifestare aliquibus docendo, & prædicando occultè, non enim per totum annum sequentem prædicationis officium publicè dē assumpſisse, uel delictet usq; ad miraculum de nuptijs, quod fuit eodem die, quādo fuit baptizatus anno reuoluto. Et si aliquando prædicabat, & discipuli baptizabant, non tamen adeo prædicationem insam per se & suos frequentabat, ante Ioannis incarcerationem, sicut post: ex hoc nobis tribuens stupendā humilitatē

Modo deinceps obseruandus propositus.

Ad hanc cū recurſus reddi, pro notitia sequenti.

115

tis exemplum, dum Ioanni se longè & longè inferiori in prædicationis officio (prout ex superioribus piè percipi: aut cogitari potest) humiliter deferebat. Non ergo capit cum boatu, & pompa, sed humiliter & paulatim. Quadam ergo die sabbati dum esset in Synagoga cum alijs in ecclesia Iudæorum, surrexit legere in libro Isaia, & legit locum ubi scriptum est. Spiritus Domini super me, propter quod uinxit me, euangelizare pauperibus misit me: & tunc cum plucuisset librū dixit. Hæc scriptura impleta est hodie in auribus uestris. Conspice ergo eum, quomodo humiliter suscipiens lectoris officium, benigno, & placido uultu inter eos, & exponit scripturam, & quomodo humiliter se incipit manifestare dum dicit. Hodie impleta est hæc scriptura, idest, ego sum ille de quo loquitur. Et ora omnium erant in eum intenta propter efficaciam uerborum, & aspectum humilem, & decorum: fuit enim pulcherrimus, fuit etiam eloquentissimus. Et utroque sic per Prophetam dictum fuerat. Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis.

Luc. 4. lina. 61.

Mat. 4.

Io. 1.

Luc. 5.

Matth. 4.

Io. 1. Mat. 9.

Nota di- cti Petri.

De uocatione discipulorum. Cap. XIX.

Cæpit etiam Dominus Iesus uocare, discipulos, & se sollicitum reddere circa nostrā salutem, semper humilitatē seruata. Et uocauit Petrum & Andream tribus uicibus. Prima de qua dictum est supra, quando erat circa Iordanem, & tunc in aliqualem uenerunt eius notitiam. Secunda de nauī, quando caperunt pisces, ut narrat Lucas. Tunc enim secuti sunt eum antimo redeundi ad propria: Caperunt tamen audire doctrinam ipsius. Tertia de nauī, ut narrat Matthæus, cum dixit. Venite post me, faciam uos piscatores hominum, tunc relictis retibus, secuti sunt eum. Similiter uocauit Iacobum & Ioannem, in prædictis duabus uicibus ultimis, & in eisdem locis continetur de ipsis, in quibus continetur de Petro & Andrea, uocauit etiam Ioannem de nuptijs, ut dicit Hieroni. In textu tamen Euangelij non habetur. Item uocauit Philippum dicens. Sequere me. Similiter Matthæum publicanum. De modo uero uocationis aliorum, non est scriptum. Considera ergo & conspice eum in prædictis uocationibus, & conuersatione cum ipsis, quā affectuose uocat eos, reddens se eis affabilem, & domesticum, & obsequiosum: attrahens eos intus, & extra: ducendo etiam eos ad domum matris, & familiariter uadens ad domos eorum. Docebat & instruebat eos, & curam de ipsis habebat præcipuam, sicut mater de unico filio. Dicitur, quod beatus Petrus referebat, quod quādo in aliquo loco dormiebat cum eis, & surgens de nocte, & si aliquem eorum inueniebat discopertum, recooperiebat eos, quia tenerrimè diligebat eos. Sciebat enim quid de ipsis erat facturus, quāuis essent homines rudis con-

ditionis, & humilis nationis, tñ principes mundi, & duces in bello spiritali omnium fidelium constituturus eos erat. Et considera pro Deo a qualibus capit Ecclesia. Nolut enim Dominus eligere sapientes, & potentes huius seculi, ne ipsorum probitati ascriberentur opera quæ facta erant, sed sibi hæc reseruauit, & in sua bonitate, potentia, & sapientia nos redemit.

De conuersione aque in uinum ad nuptias. Capitulum XX.

Quamuis dubium sit cuius fuerant nuptiæ in Cana Galileæ, sicut magister in historia scholastica tangit: nos tamen meditemur fuisse Ioannis Euangelistæ, quod habetur in prologo super Ioan. ubi Hiero. affirmare hoc uideatur. In eis Domina nostra fuit, non tamen inuitata tanquā extranea, sed quasi maior, & dignior, & primogenita inter sorores, fuit in domo sororis quasi in domo sua, & tanquā administratrix, & domina nuptiarum: quod ex tribus colligere possumus. Primò ex eo q. in eis continetur, quod mater Iesu erat ibi, & de Iesu & discipulis, quod erat uocati, & sic de alijs qui ibi fuerunt intelligi debet. Cum ergo soror eius Maria salome uxor Zebedei misisset ad eam Nazareth, quæ distat a loco de Chana per quatuor milliaria uel circa, dicens quod uolebat facere nuptias filio suo Ioanni, ipsa iuit cum ea, & pruenit aliquot dies ad præparationem, ita q. quādo alii erant inuitati, ipsa iam erat ibi. Secundò ex eo colligere possumus, quod ipsa perpendit defectum uini, unde ipsa non erat sicut una ex discumbentibus, sed sicut p. cuius manus res ibant: & ideò uidit sibi deficere uinum. Si n. tunc discubisset, nunquid iuxta siltum inter homines mater uerecunda surrexit? Et si alibi inter mulieres, nunquid perpendisset defectū uini magis quā alia? & si perpendisset, nunquid surrexisset de prandio & iret ad filium? Inconuenientia hæc uiderentur, Et ideò uerissimile est, q. tunc non discumbebat. De ipsa nanq; dicitur, quod erat ualde obsequiosa. Tertiò colligitur ex eo, q. ipsa præcepit ministris, ut irent ad filium, & facerent quod mandaret: & sic uidetur, quod præcepisset eis, & quod nuptiæ gubernabantur per eā, & ideò sollicita fuit, ne ibi defectus contingeret. Igitur secundum modum hunc conspice Dominum Iesum inter alios comedentem, sicut unum quemuis de populo, & sedentem in loco humili, non inter maiores, prout ex loco ipso colligimus: non enim superbiorum more uolebat primos recubitus in cenis, nam docturus erat. Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco. Ipse uero cœpit prius facere quādo docere. Conspice etiam Dominam obsequiosam alacrem, & sollicitam in cunctis faciendis, & presentem, & ostendentem ministris quid, & qualiter discumbentibus deferant. Cūq; propè finē conuiuii redirent ad eam ministri, dicētes. Non

Ioan. 2.

ex tribus colligitur Virgine nuptijs interuisse, tanquā ministra.

Luc. 14. A&I.

xx habe



habemus plus de vino quod apponamus eis ipsa respondit. Ego procurabo quod habeatis, expe- etate parumper, & exiens ad filium qui humili- tor (vt dixi) sedebat in fine mensę prope ostium camera, dixit ei. Fili mi hic vinum deheo, & hec nostra soror est pauper, & nescio qualiter habere possumus. Qui respondit. Quid mihi & tibi est mulier? Dura videtur responsio, sed ad nostrā in- structionem fuit, secundum Bernar. qui in hoc lo- co sic dicit. Quid tibi & illi Domine? Nonne quod filio & matri, quid ad illam pertinet queris, cum sis benedictus fructus ventris eius immaculati? Nonne ipsa est quę saluo pudore concepit, & sine pudore peperit? Nonne ipsa est in cuius vtero no- uem menses moratus es, cuius virginis vberibus lactatus es, cum qua duodecim annorum fa- ctus, de Hierusalem descendisti, & eras subditus illi? Nunc ergo Domine quid molestus es illi di- cens. Quid tibi & mihi? Multum per omnem mo- dum, sed iam manifeste video, quod non velut in dignans, aut confundere volens, virginis & ma- tris teneram verecundiam dixeris. Quid mihi & tibi? Venientibus enim ad te iuxta præceptum ministris, nihil cunctatus, facis quod suggerit. Vt quid ergo fratres, vt quid responderat prius? Vtique propter nos, & conuersos ad Dominum, vt iam non sollicitè carnalium cura parentum, & necessitudines illę non impediunt exercitium spirituale. Quādiu enim de mundo sumus, de- bitores nos constat esse parētib. At postquam reliquimus nosmetipsos, multo magis ab eorum sollicitudine liberi sumus. Vnde legimus fratrem quendam in eremo conuersantem, cum ad eum carnalis frater auxilij gratia aduenisset, respon- disse, vt adiret alterum fratrem eorum, cum illę utique iam obisset. Cunque admiratus qui vene- rat responderet, quia ille obiit, Eremita quoq; se similiter obisse respondit. Optimè ergo docuit Dominus ne solliciti simus, super propinquis car- nis nostrę plus quā religio postulet, quādo ip- se matri & tali matri respondit. Quid mihi & ti- bi o mulier? Sic & in alio loco; Cum suggeret ei quidam quoniam mater eius, & fratres foris sta- rent, querentes ei loqui. Respondit. Quę est ma- ter mea, & fratres mei? Vbi modo sunt, qui tam carnaliter, & inaniter super carnalibus propin- quis suis solliciti sunt, ac si adhuc viuerent cum eis, & ipsi cum eis? Hucusque Bernar. De hac ergo responsione mater nō dissidens, sed de sua benignitate præsumēs, redijt ad ministros & di- xit. Ite ad filium meum, & quicquid vobis dixe- rit facite, qui euntes impleuerunt, iuxta Domi- ni mādatum, hydrias aqua. Quo facto dixit eis. Haurite nunc & ferte architelino. In hoc au- tem nota primò discretionem Domini, quia pri- mō misit magis honorabili viro. Secundò quod ipse sedebat longē ab eo cum diceret, ferte illi, quasi ab eo remoto. Sed cum ille sederet in loco magis honorabili, colligere possumus, quod Do- minus noluit ibi sedere iuxta eum, immo elegit

Ser. 7. de Epipha.

Expositio respōsis - nis chris- ti ad ma- trē in nu- trijs.

Exemplū.

Matt. 13.

sibi humiliorem locum. Ministri ergo dederunt vinum illi & alijs, diuulgantes miraculum, quo- uiam ipsi sciebant, quomodo factum fuerat, & crediderunt in eum discipuli eius. Finito au- tem conuiuio, Dominus Iesus vocauit Ioan- nem seorsum dicens. Dimitte hanc vxorem tuā, & sequere me, quia ad altiores nuptias te perdu- cam, qui secutus est eum. In hoc ergo quod Dominus nuptijs interfuit, matrimonium carna- le approbavit, tanquā a Deo institutum. Sed in hoc quod vocauit Ioannem de nuptijs, aperte dedit intelligere, quod longē dignius est spiri- tuale matrimonium, quā carnale. Recesit ergo inde Dominus Iesus, volens his quę ad sa- lutem hominum pertinent, deinceps publicę & palām intendere; prius autem voluit reducere matrem ad domum suam, talem enim Domi- nam, talem societatem habere decebat. Acci- pit ergo & eam & Ioannem, & alios discipulos, & iuerunt in Capharnaum prope Nazareth, & post aliquod dies Nazareth. Conspice ergo eos per uiam, qualiter vadunt pariter mater & filius, humiliter vadunt, & pedestres, sed multam amā- ter. O quales duo sunt illi, nunquam alij tales duo in terra visi fuerunt. Conspice etiam disci- pulos reuerenter sequentes, & auscultantes ver- ba Domini. Non enim ipse erat ociosus, semper qui ppe aliqd boni faciebat aut dicebat, nō pote- rat in tali comitatu tediū cōmeantib. generari.

Noā

De sermone Domini in monte, quem incipit a paupertate. Cap. XXI.

Quocans Dominus Iesus discipulos se- orsum a turbis, ascendit cum eis in monte Tabor, prope Nazareth ad duo miliaria, vt eos imbueret eloquijs suis. Decebat enim, quod eos prius & super alios instrueret, quos su- per alios constituturus erat magistrōs & duces. Tunc ergo de multis instruxit, & sermo ille pul- cherimus fuit & copiosus, nec mirum quia os Domini compilauit eum. Docuit autem eos de beatitudinibus, de oratione, ieiunio, & cle- mosyna; alijsque plurimis ad virtutes pertinenti- bus, quę in ipso Euāgelio poteris reperire. Legas eum diligenter & sapē, & commenda memoriz quę in ipso dicuntur, quia spiritualissima sunt. Et tamen nunc non prosequor, quia nimis foret longum, nec tales expositiones bene vidētur sem- per in meditationes cadere: quāuis ad tuam instructionem talia prout mihi occurrent inter- seram: & etiā moralia, & auctoritates sanctorū. Hoc ergo hic tetigisse sufficiat, qd̄ Dis initiū ser- monis huius a paupertate incepit, dans intellige- re, qd̄ paupertas est totius spiritualis exercitij pri- marium fundamentum: non enim expeditē pot- sequi xpm paupertatis speculū, qui oneratus est t̄p̄alib. reb. Nec est liber sed seruus, q̄ animi affe- ctionē subijcit istis reb. transeuntib. Idcirco di- xit. Beati pauperes spiritu &c. Eius. n. rei q̄ affe- ctuosē

Mat. 6. & 7.

ctuosē diligo, me seruum spontē cōstituto: nam amor est anima pondus, portans eam quocunq; ipse fertur, vt dicit August. Et ideō nihil omni- nō est amandum nisi Deus, vel merē pp̄ Deū. Me- ritō ergo beatus dicitur pauper, qui pp̄ Deum cetera vilipendit. Iā enim pro magna parte Deo suo coniunctus est. De hac autem paupertate sic dicit Bernar. Magna quādam penna est pauper- tas, qua tam citō volatur in regnum cælorum. Nam in alijs virtutibus quę sequuntur, promissio futuro tempore indicatur, paupertati non tā promittitur quā datur. Vnde & in præsentī tē- pore enūciatum est, quoniam ipsorum est regnū cælorum. Videmus enim pauperes aliquos, qui si veram paupertatem habent, non adeō pusilla- nimes inueniuntur & tristes, utpotē Reges, & Reges cæli. Sed aliqui sunt, qui pauperes esse vo- lunt, eo tamen pacto, vt nihil eis desit, & sic dili- gent paupertatem, vt nullam inopiam patiantur. Idem alibi. Et ego si exaltatus fuero a terra (Au- daciter dico) omnia traham ad me ipsum. Nec enim temerariē vsurpo mihi fratris mei vocem, cuius me induo similitudinē. Quod si ita est, nō puret diuites huius seculi fratres Christi sola possidere caelestia, quia audiunt dicentem. Beati pauperes spiritu qm̄ ipsorū est regnum cælorum, ipsi possident terram, & quidem tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, non mendican- tes vt miseri, sed vt Deum possidentes, eō pro cer- to magis Deum, quō minus cupidi. Deniq; fide- li homini totus mūdus diuitiarum est. Totus pla- nē, quia tam aduersa, quā prospera ipsius æquē omnia seruiunt ei, & cooperantur in bonum. Er- go auarus terrena esurit mendicus, vt fidelis cō- temnit vt Dominus. Ille possidendo mendicat, iste cōtemnendo seruat. Quare a quouis eorum qui insaciabili corde lucris temporalibus in- hiant, quid nam de his sentiant, qui sua uenden- tes, & dantes pauperibus, regnum cælorum pro terrena mercantur substantia, vtrum sapienter agant necnon? proculdubio respondebit sapien- ter. Quare rectē cur approbat ipse quod non fa- cit? non possum inquit. Quare? profectō quia domina auaritia non permittit, quia liber nō est, quia non sunt sua quę possidere videtur, sed nec tui iuris. Si verō tua sunt, expēde ad luera, & pro terrenis caelestia commutato. Si non vales face- re, te pecunię tuę non dominum esse dicam, sed seruum: custodem, non possessorem. Hucusq; Ber- nar. Sed redeamus ad meditationem. Conspice ergo, & considera Dominum Iesum humiliter in terra sedentem super illo monte, & discipulos suos circa eum, quomodo stat inter eos quasi sit vnus ex eis, & quomodo affectuosē, benignē, & pulchrē, & efficaciter eis loquitur, inducens eos ad dictos actus virtutum. Et semper (vt supra in generali cōsideratione tibi dixi) respicere con- tris faciem eius. Conspice in discipulos quomodo reuerenter, humiliter, & cum tota mentis inten- tione aspiciunt eum, & auscultant illa verba miri-

L. 13. c. 6.

ser. 4. de iudic.

ser. 21. su per Cant.

fica, & ea memorię commendant, & iucundita- te magna fruuntur, tam in verbis, quā in aspe- ctu. In hac autem consideratione iucunderis & tu, aspiciēdo ac si videres eum loquentem, & ap- proximando eis, si fortē vocata fueris, & immo- rando ibidem, vt Dominus tibi dabit. Comple- to verō sermone, conspice illum Dominum Ie- sum, vnā cum discipulis ipsis descendentem de monte, & cum ipsis familiariter loquentem, etiā eundo per viam, & quomodo ille simplicium eg- tus gregatim lequitur eum, non curiosē ordina- tus, sed sicut pulli post gallinam, vt quilibet me- lius audiat, magis eidem nititur approximare. Et quomodo turba sibi affectuosē occurrunt, & infirmos eidem sanandos offerunt. Ipse verō sa- nabat omnes.

De seruo Centurionis, & filio Reguli a Domino liberatis. Cap. XXII.

Capharnaum verō erat quidam Centurio, idest, centum militum ductor, & seruum habebat infirmum. Misit ergo fide plenus ad Dominum Iesum, vt eum curaret. Humilis autem Dominus respondit. Ego veniam & cura- bo eum, quod cum sciuit Centurio, remisit ad eū dicens. Domine non sum dignus, vt intres sub te- ctum meum, sed tantum dic verbum, & sanabi- tur puer meus. Iesus autem commendans fidem eius, non iuit vterius, & seruum absentem sana- uit. Cum autem in eadem ciuitate esset quidam Regulus, idest, paruus Rex, iuit psonaliter ad Ie- sum, rogans eum, vt veniret ad domum suam, & sanaret filium suū infirmum. At Iesus ire noluit, filium tamen sanauit. In his autem considera me- ritum fidei propter Centurionem, & humilitatē Domini volentis ire ad seruum, & Reguli pom- pam refugientis. Considera etiam quod non debemus acceptare personas. Plus enim honora- uit hic Dominus seruum militis, quā filium Re- gis: sic & nos debemus nō ad oculos seruire, nec secundum exigentiam exterioris pompę, sed secundum intentionem vel bonitatem eius qui seruitio indiget, & non ex complacencia, sed ex charitate seruiamus.

Matt. 8. Luc. 7.

Ioan. 4.

De paralytico misso per tellum, & a Domino curato. Cap. XXIII.

IN ciuitate prædicta Capharnaum cum Do- minus Iesus doceret in quadam domo, & essent ibi congregati Pharisæi & legis docto- res multi ex omni castello Iudeę & Hierusa- lem. Venerunt quidam, volentes ingredi do- mum cum paralytico, quem portabant, vt a Domino sanaretur. Cunque propter multi- tudinem non possent, ascenderunt super te- ctum domus, & inde introriserunt eum, & po- fuerunt eum ante Iesum, Dominus verō Iesus videns fidem eorum, dixit. Dimittitur tibi pec-

Luc. 5. Mar. 2. Matt. 9.



cata tua. Ipsi autem Pharisei & legis doctores obsequantes cum ex malitia, intra se dicebant ipsam blasphemasse Deum, quia solus Deus potest dimittere peccata, & ipse hoc attribuebat sibi, quem purum hominem esse credebant. At ille ergo benignus & humilis Dominus, scrutans corda, & renes hominum. Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et addidit, ut sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terram dimittere peccata &c. Hic quatuor sunt meditanda. Primum peripicacitas intellectus Christi, qui cogitationes illorum vidit. Secundum quia propter peccata veniunt infirmitates, & ex absolutione a peccatis aliquando contigit liberatio infirmitatum, sicut etiam habebis intra de curato apud piscinam, cui dicitur a Domino, ne amplius peccet, ne deterius sibi contingat. Tertium considera quantum magnum sit meritum fidei, nam etiam alterius fides alteri prodest, sicut supra proxime habuisti in seruo Centurioni. Sic & intra habebis in Chananea, in cuius fide filia fuit sanata. Hoc quotidie contingit in pueris qui baptizantur, qui si ante annos discretionis moriantur, in alterius fide suscipiunt arram, propter quam in merito Christi saluantur, quod est contra quosdam hereticos maledictos. Circa quartum meditandum de ipso inter illos sedente, & benigne malignis respondente, & miraculum faciente, recurre supra ad generalem considerationem quam tibi dedi.

Mat. 9.

Quatuor meditanda.

Ioan. 5.

Mat. 15.

Mat. 8. Mat. 1. Luc. 4.

De socru Simonis liberata. Cap. XXVIII.

Contingit, Dominum Iesum in ciuitate predicata Capharnaum diuertere in domum Simonis Petri, ubi socrus eius magnis febribus tenebatur. Humilis ergo Dominus familiariter tetigit manum eius, & curauit eam, adeo ut in continenti surrexit, & ei discipulis ministravit. Sed quid ministravit eis, non est scriptum. Cogita ergo, quod in domo pauperis, paupertatis amatori aliqua cibaria grossa, & quae cito parari poterant, eis apposita sunt. Considera etiam ipsum Dominum Iesum iuuantem preparare maxime in domo discipuli sui. Et quaeuis humilia cogita, siue de tabula ponenda, siue de stratis lauandis, & similibus. Talia enim omnia faciebat humilitatis magister, qui ministrare venerat, & non ministrari. Et se familiariter ad sedendum ponebat in medio mensae, & comedebat alacriter, praecipue cum in prandio relucebat paupertas, quam sic amabat.

De dormitione Domini in nauicula. Cap. XXV.

Intrans Dominus Iesus in nauiculam cum discipulis suis, posuit se ad dormiendum, tenens caput super cervicali. Ipse enim multum vigilabat de nocte in orationibus, multumque de die in praedicationibus laborabat. Cunque dormiret orta tempestate, discipuli periclitari timebant, sed non audebant eum excitare.

Mat. 7. Mat. 4.

Timore tandem coacti, excitauerunt eum dicentes. Domine salua nos perimus. Qui surgens increpauit eos de modica fide, & imperauit mari, & ventis, & cessauit tempestas. In praedictis ergo actibus suis intueri & respice eam, secundum generale regulam, siue traditionem supra traditam. Hoc tamen hic considerare potes, quod licet nobis circa nos & facta nostra Dominus, videat dormire, maxime quando tribulamur, ipse tamen diligentissimus est super custodiam nostram. Et idcirco debemus esse in fide constantes, de nihilo haesitantes.

Luc. 8.

De filio viduae a Domino suscitato. Cap. XXVI.

Ubi semel iret Dominus Iesus versus ciuitatem Naim, obuiauit multitudini hominum portantium quendam iuuenem filium viduae mortuum ad sepulchrum. Pietate ergo pius Dominus Iesus motus, tetigit feretrum, & portantes steterunt. Ipse autem dixit. Adolesces tibi dico surge, & statim surrexit, quod fuerat mortuus, & reddidit eum matri suae. Omnes autem stupuerunt, & laudauerunt Dominum. In considerationibus vero recurre ut supra.

Luc. 7.

De puella suscitata & Martha curata. Cap. XXVII.

Ad petitionem cuiusdam ex principibus, ibat Dominus Iesus cum eo ad sanandum filiam suam. Cum ergo turba magna iret cum eo, intererat quaedam mulier grauius infirma, quae dicitur fuisse Martha soror Mariae Magdalene, quae intra se dicebat. Si tetigero tantum fimbriam vestimenti eius, salua ero, & cum timore approximans, tetigit, & liberata est. Dixit autem Dominus Iesus. Quis me tetigit? Et respondit Petrus. Domine turbae comprimunt te & affligunt, & tu dicis quis me tetigit? Vide hic patientiam Domini. Nam saepe comprimebat a turbis, quia volebant ei approximare. Iesus autem sciebat quid dicebat. Et iterum dixit. Ego sensi virtutem ex me exiisse. Tunc Martha negotium publicauit. Libenter eam Dominus curauit, cum qua multam familiaritatem postea habuit. Et tunc dixit ei. Fides tua te saluam fecit. In hoc ergo miraculo habes fidei commendationem: habes etiam, quod Dominus vult miracula nota esse, propter utilitatem communem, sed quantum in se propter humilitatem abscondebatur, ut hic etiam habes, quod enim diuina fecerat potestate, fidei illius attribuebat. Habes etiam hic quoddam valde notabile, ad humilitatis custodiam, sicut beatus Bernardus hoc modo introducit. Quilibet profectus Domino seruiens, potest appellari fimbria, quasi vltima pars vestimenti Domini, propter suam humilem reputationem. Qui ergo ad dictum statum puenerit, quod sciat se a Domino exaudiri in liberandis infirmis, vel alijs miraculis, non extollatur propterea, nec sibi attribuat, quia non ipse, sed Dominus facit. Quamuis enim hic Martha tangeret fimbriam, ad cuius tactum se liberari confidebat, & sic contigit, nec tamen a fimbria, sed a Domino virtus liberationis exiuit. Et propterea

Matth. 9.

Matth. 9.

propterea ipse dixit. Sensi virtutem ex me exisse. Nota ergo hoc bene, & nihil boni tibi in perpetuum attribuas; quia totum est a domino Iesu. Tandem Dominus Iesus iuit ad domum principis, & inuentam filiam mortuam suscitauit.

De conuersione Magdalene & alijs. Cap. XXVIII.

Verisimilissimus Dominus inuitatus quadam die a Simone leproso, iuit ad prandendum cum eo, quod facere solitus erat, tum ex sua curialitate, tum ex benignitate, & zelo quem habebat ad saluandas animas, pro quibus de caelo descenderat. Unde comedendo cum hominibus, & conuersando cum eis, ad amorem sui eos attrahebat, tum etiam ex amore paupertatis. Nam & ipse pauperimus erat, & de mundi huius substantia pro se, & suis nihil sumperat. Humiliter ergo, & cum gratiarum actione speculum humilitatis se sus cum inuitabatur, recipiebat pro loco & tempore. Audiens autem Magdalena, quod in domo Simonis praedicti recumberet, quae iam forte ipsum se praedicanter audierat, & ardentem anabat, licet nondum hoc propalasset, tacta dolore cordis intrinsecus, pro peccatis suis, & amoris eius igne succensa, considerans quod sine ipso salutem obtinere non poterat, & amplius differre non volens, perrexit ad locum conuiuij, facieque inclinata, ac oculis in terram demissis, ante conuiuas transiens, non quieuit donec peruenit ad dominum, ac dilectum suum, & tunc illico ad pedes eius prostrata, visceroso dolore pariter & rubore repleta de peccatis, suis, procumbens & ponens vultum super ipsius pedes, cum confidentiam quadam, quia iam intra se eum super omnia diligebat, caput fortiter fletibus atque singultibus abundare, ac tacite intra se dicere. Domine mi firmiter credo, scio, atque confiteor, vos Deum, ac dominum esse meum. In multis autem, & magnis offendi maiestatem vestram, & multiplicavi peccata super numerum arenae maris, sed ad vestram misericordiam confugio iniqua & peccatrix, doleo & compungor, veniam peto, emendare peccata parata, & nunquam a vestra obedientia discedere propono. Non patiar quousque repulsam a vobis, quia aliud refugium nec me posse habere scio, nec habere volo, quia vos soli super omnia diligo. Non ergo me repellatis a vobis, sed de meis sceleribus me punite ut liber, misericordiam tamen peto. Interim autem lachrymae decurrentes largiter, pedes Domini balneauerunt & lauerunt. Unde hic manifeste habere potes, quod Dominus Iesus discalciatus ibat. Tandem a seculo cessans, & cum prope indignum iudicasset, quod super lachrymas pedes Domini contigissent, capillis suis eos absterxit. Ideo autem capillis, quia seculum aliud preciosius non habebat, quo eos tergeret, & etiam quia ea quibus ad vanitatem vsa fuerat, ad utilitatem conuertere intendebat. Et tunc ne vultum a pedibus Domini elongaret, & amore crederet, osculabatur eosdem amanter, & saepe. Et quia etiam pedes ipsius Domini per itinera squalidi erant, eos ungebat precioso

Signum certum Christi discalciatus ibat

Nota

unguento. Conspice ergo bene ipsam, & super his morose mediteris ob deuotionem eius, quae ita singulariter a Domino fuit dilecta, & etiam quia solenne festum fuit hoc valde. Conspice etiam Dominum Iesum, quatenus benigne suscipit eam, & quam patienter sustinet quicquid facit, cessat & quiescit a comedendo, donec negotium compleatur. Cessant etiam conuiuium, & omnes super hac nouitate mirantur. Simon autem vehementer eum iudicabat in corde suo, quod a tali femina se permittebat tangi, quasi non esset propheta, nec ea cognosceret. Dominus autem cogitationibus cordis eius respondens, se verum ostendit prophetam, & exemplo debitorum conuicit. Et volens aperte demonstrare, quod omnia in dilectione consumantur, dixit. Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et ad eam dixit. Va de in pace. O verbum delectabile & suauis, quam libenter illud Magdalena audiuit, & quam necunde recessit. Et perfecte ad eum conuersa, deinceps sancte & honeste vixit, accidem & matri eius perseueranter adhaesit. Meditare ergo haec diligenter, & tantam charitatem imitari dignis, quae hic maxime verbo, & opere sic a Domino commendatur. Hic enim expressè habes, quod charitas inter Deum, & peccatorem pacem reformat. Unde & beatus Petrus dicit, quod charitas operit multitudinem peccatorum. Itaque cum charitas omnes virtutes informet, nullaque Deo placet sine charitate, ut ad ipsam habendam tota virtute nitaris, quae te sponso tuo Christo lesu acceptam faciet. Aliquas de ipsa auctoritates adducam in medium. Dicit ergo de ipsa Bernardus. Charisma peroptimum charitas est plane in comparabile, quod nouae sponsae caelestis sponsum toties inculcare curabat. Nunc quidem dicens. In hoc cognosceret omnes, quod mei esset discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Nunc vero mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem, & hoc est praecipuum meum, ut diligatis inuicem. Item orans vnum eos fore, sicut ipse & pater vnum sunt, & paulopost. Denique quidnam huic comparandum putamus, quae ipsi praefertur martyrio, ac fidei transferenti montes? Hoc est ergo quod dico, Pax vobis, in nobis sit, & omne quod extrinsecus minari videatur, non terret, quia non nocet. Idem. Quantitas cuiusque animae aestimetur de mensura charitatis quam habet, ut verbi gratia. Quae multum habet charitatis, magna sit, quae parum parua, quae vero nihil nihil, dicitur apostolo. Si charitatem non habeo nihil sum, & si quantumcumque habere ceperit, ut saltem diligentes se diligere curet, ac salutare fratres suos, & eos qui se saluant, iam non nihil quidem illam animam dixerim, quae in ratione dati vel recepti, socialem saltem retinet charitatem. Verumtamen iuxta sermonem Domini quid amplius facit, nec amplam profunde, nec magnam, sed plane angustam, modicamque censuerim animam, quam adeo modice cha-

3

Luc. 9.

1. Pet. 4.

Ser. 29. super Cant.

Io. 13. Io. 13. Io. 15.

Io. 20.

Ser. 27. super Cant.

1. cor. 13.

ritatis esse cognouerim. At si grandescat, & proficiat, ita q̄ transiens limites angusti huius obnoxii; amotis, latos fines bonitatis gratuita tota libertate spiritus apprehendat, quo largo quodā gremio bonæ voluntatis, ad omnem seipsam ceter extendere proximum, diligendo vnumquēq; tanq̄ seipsam, nunquid iam illi recte diceretur: quid amplius facis? Quippe quæ seipsam tā amplam facit, amplum inq̄ gerit charitatis sinum, quæ complectitur vniuersos, etiam quibus nulla se nouit carnis necessitudine iunctam, nulla spe percipiendi commodi cuiuscūq; nulla percepti retributione obnoxiam, nullo deniq; alitiam debito, nisi illo sanè de quo dicit. Nemini quicquam debeatis, nisi inuicem diligatis. Veram si adicias etiā vsquequaq; vim facere regno charitatis, & vsq; ad vltimos eius terminos occupare illud pius inuicem diligatis, dum ne inimicis quidem viscera claudere pietatis existimes, bene facias his quoque qui te oderunt, ores pro persecuentibus & calumniantibus te, necnō & cum ipsis qui oderunt pacem, esse pacificus studeas, tunc profus latitudo cœli, latitudo animæ, & altitudo non dispar, sed nec dissimilis pulchritudo. Impleturq; demū in ea quod dicitur. Extendens cœlum sicut pellem, in quo iam miræ latitudinis altitudinis et pulchritudinis cœlo, lumen & immensus atq; gloriosus non modo dignanter habitat, sed & spaciosè deambulat. Hucusq; Bern. Vidisti ergo quā sit utilis, quā amque necessaria charitatis virtus, sine qua p̄fectō impossibile est placere Deo, cū qua sine dubio placet quicumq;? Igitur toto corde, tota mente, totaq; virtute studeas ipsam habere, quæ te libenter faciet omnia dura & aspera pro Deo portare, & proximo.

Quo Ioannes misit discipulos ad Iesum. Cap. XXIX.

Gloriosus miles, & præcursor Dñi Iesu Ioannes baptista, cum esset in vinculis incarceratus ab Herode propter iustitię defensionem, quia redarguebat eum, qui tenebat uxorem fratris sui viuentis, volens inducere discipulos suos vt sequeretur Dñm Iesum, cogitauit eos ad ipsum mittere, vt auditis verbis, & visis operibus eius, exardescerent in amorem ipsius, & sequerentur eū. Iuerunt ergo ad eum, & ex parte Ioannis diuerunt. Tu es qui venturus es, an aliū expectamus? Dñs autem Iesus magnam turbam tūc habebat coram se. Cōspice bene ipsum, quō vultu placido recipit nuncios Ioannis, & quō sapienter primò facis, & postea verbis respondit eis. In eorum ergo p̄sentia surdos sanauit, & mutos, & cæcos, & alia multa miracula fecit, & populo prædicauit, & postea illis inter alia dixit. Ite, & renunciate Ioanni, quæ audistis & vidistis. Iuerunt ergo, & ea retulerunt Ioanni, qui ea libentissimè audiuit. Illi autem discipuli post mortē Ioannis firmiter Christo adhaerunt. Dñs Iesus post illorum discessum, valde Ioannē coram po-

pulo collaudauit, s. q̄ erat plusq̄ propheta, q̄ inter natos mulierum maior eo non surrexerat, & de aliis vt in Euāgelio habes. Tu ergo aspice Dominum Iesum semper, & dum prædicat, & dum prædicta miracula facit, vt supra habuisti.

De obitu Ioannis Baptiste. Cap. XXX.

Hic potest occurrere meditatio de morte ipsius beati Ioannis baptiste. Cum ergo Herodes ille nequissimus, & adultera illa pessima simul fortè condixissent, ipsum occidere, vt peccati sui redargutionem non haberent, contigit, vt in die conuiuii saltanti miseræ filie ipsius Herodiadis, daretur caput Ioannis, & sic fuit in carcere decollatus. Vide quantus vir, & q̄ viliter, & q̄ enormiter regnante, ac imperante nequitia occubuit. O Deus qualiter hoc fieri permisisti? qd est hoc cogitare, q̄ taliter moriā Ioannes, qui tantæ p̄fectionis, & sanctitatis erat, vt putaretur esse Christus? Igitur si vis bene hoc negotium ruminare, post nempharia opera eorum, cogita Ioannis magnitudinē, & excellentiā singularem, & tunc poteris stupere. Audisti autē in superiori tractatu, qualiter fuit à Dño commendatus in multis: audi nunc quō nunc cōmendat eum beatus Bern. in quodā sermone sic dicens. Illa mater & magistra oīum Ecclesiarū Romana Ecclesia, & de qua est dictum. Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua: in honore Ioannis baptiste post saluatoris nomē consecrata est & signata. Dignum nanq; fuit, vt singularē amicum ipsius, ibi prouheret, vbi principium ipsius ostēdit. Crucifigitur Petrus, Paulus gladiatur, sed tū dignitas remanet præcursori, purpuratur Roma multitudine martyrum, tota sublimitas beato refundit patriarchæ. Ioannes vbiq; maior in oībus, singulariter in miraculis super omnes. Quis sic gloriosè annunciatus est? q̄ sic specialiter intra matris vterum Spiritu sancto legitur fuisse repletus? quem legitis intra matris vterum exultasse? Cuius natiuitatē audistis Ecclesiam celebrare? quis sic eremum cupiuit? quis sic sublimiter legitur conuersatus? Quis penitentiam & regnum cœlorum primus ostendit? quis regem gloriæ baptizauit? Cui se primum Trinitas sic apertè reuelauit? Cui tale testimonium p̄buit Dñs Iesus Christus? quē sic honorauit Ecclesia? Ioannes patriarcha, immo patriar charum finis & caput. Ioannes propheta, immo plusquā propheta, quia quem venientem nunciat, digito monstrat. Ioannes angelus, sed inter angelos electus, saluatore testante cum dicit. Ecce ego mitto angelum meū &c. Ioannes apostolus, sed apostolorū primus, & princeps, q̄ fuit homo missus a Deo. Ioannes euangelista, sed euāgelii primus annunciator, prædicator p̄dicans Euāgelio regni Dei. Ioannes virgo, immo virginitatis insignæ pudicitie titulus, castitatis exēplum. Ioannes martyr, sed & martyriū lumē. Inter natiuitatē mortemq; Christi, martyrii cōstātissima forma. Ipse

Matt. 14
Mar. 6
Luc. 9

Luc. 1

Matt. 11
Marc. 11

vox

vox in deserto clamantis, præcursor iudicis, præco verbi. Ipse est Elyas, vsq; ad eū lex & propheta, incerna lucens, & ardens. Silentio transeo, q̄ sic nouem angelorum ordinibus insertus est, vt etiam ad Seraphim apicem trāsteratur. Hucusq; Bern. Audi nunc qualiter eum cōmendat Petrus christologus Archieps Rauēnēsis. in sermone quodam sic dicens. Ioannes scola virtutū, magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ &c. si ergo ad inuicem cōparas excellentiam & dignitatem Ioannis, et p̄ferantatē scelerum eorum q̄ ipsum occiderunt, meritò habebis materiam stupēdi, & murmurandi (si fas sit dicere) etiam contra Deum. Nam ad hūc talem, & tantum mittitur spiculator, vt amputer caput eius, ac si esset aliquis vilissimus, & pessimus homicida, & depopulator. Conspice ergo eū reuenter & cum dolore, qualiter ad iussum vilis, & neq; spiculatoris collum parat, humiliter genua flectit, & gratias Deo agens, ponit sacratissimū caput super aliquo trunca vel lapide, & patienter iētus sustinet, quousq; totaliter abscindat. Ecce quomodo vadit Ioannes amicus intimus & Dñi Iesu cōsanguineus, & Dei maximus secretarius. Verè magna nobis confusio, qui patientiam in quibuscūq; aduersitatibus non habemus, Ioannes innocens mortē, & talem mortem sustinuit patienter: & nos plerūq; peccatis aggrauati, & ira Dei digni, non possumus etiam paruas iniurias, & grauamina tolerare: immò plerūq; nec verba. Dñs autem Iesus erat tunc in partibus Iudeæ, sed nō in terra illa. Cum autem obitus eius fuerat ibi nunciatus, fleuit pius Deus pugillum suum & consobrinum, fleuerunt etiam discipuli eius cum eo, fleuit beata virgo, quæ ipsum natū de terra leuauit, & tenerrimè eū dilexit. Sed Dominus consolabatur matrem suam, ipsa verò dicebat. Fili quare non defendisti eum, ne sic moreretur? Cui filius. Reuerenda mater nō expediebat ei talis defensio: nā ipse pro meo patre mortuus est, & pro defensione suā iustitiæ, cito autē erit in eius gloria: ipse. n. pater nō intendit suos defendere tali modo in hoc mūdo, quia nō sunt hic diutius moraturi, nec eorum patria hic est sed in cœlis. Ioannes solutus est à vinculis corporis, nec est vis in mundo moriēdi, scuit hostis in eum quantum potuit, sed ipse regnabit cum patre meo in æternum. Igitur consolens charissima mater, quia Ioanni semper erit benè. Postea verò aliquibus elapsis diebus, discessit Dñs Iesus de partibus illis, & rediit in Galileæ. Tu autem prædictis omnibus te præsentem exhibeas, & ea mediteris deuotè, & quocūq; Dominus ierit, eum sequeris.

Ser. in de-
collatiōe
S. Ioh. Ba-
piste.

De locutione cum Samaritana. Cap. XXXI.

Cum Dominus Iesus de Iudæa in Galileam rediret, quæ via est decē & septem milliariū, & amplius, vt pluries tibi dixi, & tri-

siret per Samariam, fatigatus est ex itinere. Cōspice pro Deo eum hic quomodo fatigatur, plane incedit, sape fatigatus est, & tota vita ipsius laboriosa fuit. Posuit ergo se ad sedēdum super quandam puteum, & quiescebat. Discipuli autē iuerunt ad ciuitatem ad querendos cibos. Venit ergo mulier quædam, quæ vocabatur Lucia, pro aqua ad ipsam puteum. Dominus autem cū ipsa incōpit loqui, & de magnis factis tractare, & se ipsum eidem manifestare. De quibus autem cū ea loquebatur, & qualiter discipuli redierunt, & qualiter ad verbum mulieris ciuitas ei obuiam venit, & qualiter ipse iuit cū eis, stetit, & discessit: non intendo referre, plana est enim Euangelica historia. Ite ipsam, & ipsum Dominum Iesum conspice in omnibus actibus. Ex ipsa autem historia quadam pulchra & vtili nota. Et primò humilitatem Domini Iesu: cum quæ solus remansit humilis Dominus, discipulis in ciuitatem euntibus, confidenter. n. se habebant ad eum: tum etiam quia cum illa muliere sola de tam magnis factis sic tractabat humiliter, ac de pari loquebantur adinuicē: non. n. dedignabatur eā, sed talia cum ea dicebat, q̄ si multis sapientissimis respondisset de talibus, magnum fuisset. Nō sic superbi faciunt. Si. n. ampullosa verba sua funderent inter paucos, ne dum cum vno, ea p̄dita repererent, sed nec illos iudicarent dignos suscipere verba sua. Secūdo paupertatem ipsius & corporis afflictionem cōsidera, sed & humilitas est immixta cū eis. Habes. n. hic, q̄ discipuli iuerunt ad ciuitatem ad querendos cibos, & quæ sitos portauerunt, & volebant q̄ manducaret, sed vbi manducaisset: eerte ibi ad puteum vel ad aliquem riuum, siue fontē. Vide ergo qualiter fatigatus, ac famelicus reficiebat. Non credas quod hac sola vice casu sic factum fuerat, sed secundum cōsuetudinem suam. Vnde aperte hic colligere potes, quod humilis Dominus ac paupertatis amator, cum ibat per mundum, sape comedebat extra ciuitatē, & hominum habitationes ad aliquem riuum vel fontem, quantumcumque fatigatus vel afflictus foret. Non habebat etiam exquisita cibaria, non vasa curiosa, non delicatā vina, sed habebat aquam purā ex ipso fonte vel riuo. Qui vienas fecundabat, & creauerat fontes, & omnia quæ mouentur in aquis, & panem tanquam pauper sedens in terra humiliter comedebat. Tertio considera quomodo intentus erat studio spirituali: nam cum discipuli eū vt comederet, inuitarent, dixit. Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, nec voluit manducare, sed expectabat illos, qui veniebāt de ciuitate, vt eis primò prædicaret, prius operari volens ea quæ spiritus erant, non corporis, quantumcumque tunc indigeret. Conspice ergo eum in prædictis, & eius virtutes studeas imitari.

Lucia fuit
nomen Sa-
maritanæ.



MEDITATIONES

Quomodo voluerunt precipitare Dominum de supercilio montis. Cap. XXXII.

Luc. 4. Vm redisset Dns Iesus Nazaret, & illi ab eo miracula peterent, & ipse eos miraculis indignos ostenderet, furore accensi, expulerunt eum extra ciuitatem. Benignus ergo Dominus ante eos fugiebat, & illi persequebantur eum. Quid tibi videtur? Intantum furor eorum exarsit, & creuit, qd ipsum vsq; ad supercilium montis duxerunt, vt eu inde precipitarent. Dns vero diuina virtute transiens per medium illorum ibat, nondum n. mori elegerat. Et dicit hic glo. Quia dicitur qd cum Dns Iesus de manibus illorum elapsus, de monte descenderet, & sub rupe lateret, saxum subterfugit, & locum ei dedit quanta erat sua capacitas, ac si fuisset de cera: & ruga vestis ipsius ibi remanserunt, ac si ibi sculpte essent. Conspecte ergo eum ante eos fugientem, & latentem sub rupe, & copatere afflictionibus suis, & in humilitate ac patientia ipsum imitari coneris.

De habenti manum aridam, & a Domino curato. Cap. XXXIII.

Matt. 12. Quidam die sabbati docebat Dns Iesus in synagoga: & ibi erat quidam habens manum aridam, & fecit eum Iesus stare in medio, & quasi ab illis sapietibus, si liceat in die sabbati bene facere. Ipsi vero tacerunt. Dixit ergo Iesus habenti manum aridam. Extende manum tuam, & sanatus est. Pluries in diebus sabbatorum fecit Dns miracula ad confusionem Iudeorum, qui carnaliter lege intelligebant, quam Deus spiritualiter obseruari volebat. Non n. in die sabbati a bono erat abstinendum & ab operibus charitatis, sed a peccatis, & operibus seruilibus. At illi scandalizabantur inde multum, & conspirabant contra eum, ac dicebant. Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Dominus autem propterea non dimittebat, immo studiosius faciebat, vt eos erueret ab errore. Considera eum ergo in predictis operationibus, & eius exemplo non cesses a bono opere, quis alius inde scandalizetur iniuste. A bono namq; opere necessario ad salutem animae ac etiam ad profectum spiritus conferente, cessare non debes propter aliquis scandalum. A comodo vero corporalifecundum perfecte charitatis exigentia, abstinendum est propter scandalum fratris. Propter quod dicit Apostolus ad Roma. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neq; in quo frater tuus offendit, aut scandalizat, aut infirmat.

De multiplicatione panum, & quomodo se diligentibus subuenit. Cap. XXXIII.

Matt. 15. De duabus vicibus legitur, qd benignus Dominus multiplicauit paucos panes, & inde multa millia hominum satiauit. Tu tu redige in vna meditationem, & in ea considera verba & facta ipsius. Dixit. n. tuc, misereor sup tur-

bam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducet, & si dimissero eos ieiunos, deficient in via: quidam n. ex eis de longe uenerunt. Et postea panes multiplicauit, ita qd omnes comederunt abundanter. Considera ergo hic plura & bona, & specialiter quo Dns Iesus erat misericors, & curialis, & gratus, quo discretus & circumspetus. Primo ergo considera, qd erat misericors, quia misericordia traxit eu ad subueniendum illis, & ideo dicit, misereor sup turbam: nam & misericordia eius plena est terra.

Secundo erat curialis, & gratus ex causa qua assignat, quia ecce (inquit) iam triduo sustinet me. Vide curialitate, & gratitudinem magna ac mirabilem. Na quasi pro beneficio ab eis recepto sic loquitur, cu in veritate ipsorum bonum esset, & non suum. Sed sic est, vt alibi dicit. Deliciae suae sunt esse cum filiis hominum, cu sibi nihil boni accrescat, nobis autem proaeniat salus. Illos autem qd eum sequuntur, & praecpta & monitiones eius custodiunt, diligit Dns, nec manum suam eis claudit, quin subueniat eum expedit eis.

Tertio discretus & circumspetus fuit, eo qd considerabat eorum indigentiam & impotentiam, qualiter deficere poterat, & qualiter aliqui eorum de longe uenerunt. Vides ergo qd sapida, & qd melliflua ista uerba fuerunt. Sic quotidie nobis spiritualiter corripit, non n. habemus quid manducemus, nisi ipse det, & in via deficimus, si nos ieiunos dimittit, & sine ipso non possumus nobis in aliquo spirituali negotio prouidere. Non ergo habeamus elationis materiam, cum de manu Domini aliquam consolationem percipimus, vel cu aliquem profectum spiritualis exercitii sentimus, qa non a nobis sed ab ipso est. Et ideo si bene attendimus, quo perfectiores fuerint serui Dei, & ideo propinquiores, & in donis eius excelliores, tanto humiliores videbis, quia nihil sibi attribuunt nisi peccata, & defectus: & qd quis ei magis appropinquat, tanto est amplius illuminatus, & ideo Dei magnificentiam & misericordiam clarius videt, & sic in eo locum habere non potest superbia, vel vanagloria, qua ex ignorantia caecitate procedit: non enim qui Deum vel se bene cognosceret & examinarer, superbire posset. Est etiam longa via, qua ad Deum venimus: & specialiter de me & mei similibus loquor, qui in tam longa regionem ab eo discessimus propter peccata. Ad eum ergo rediens quis, dicitur de longa via venire. Post uerba ergo dicta, fecit Christus facta. Conspecte ergo eum, qualiter illos panes accipiens, & patri gratias agens, dedit discipulis vt apponeret turbae, & in manibus eorum ista multiplicauit, vt oes pro suo libito comederent, & multa supererant fragmenta. Considera etiam, qualiter aspexit illos comedere, & in iucunditate eorum letatur. Conspecte etiam illos, qualiter super illo miraculo mirantur, & vnus ad alterum inde loquendo letatur, & cu gratiarum actione manducant, non solum corporaliter, sed saltet aliq ex ipsis mentaliter forte

Nota 1a ne.

VITAE CHRISTI.

refectionem percipientes. Sed nunquid fuit ibi Domina nostra, ut & ipsa de panibus liberet mulieribus porrigeret, & de ipsarum recreatione gauderet? Scriptura de hoc non loquitur. Tu autem meditare prout Dominus tibi donat.

De fuga Domini quando uoluerunt eum facere Regem. Item contra mundi honores. Cap. XXXV.

Ioa. 6. Postquam Dominus satiauit turbas, ut in superiore tractatu continet, illi uoluerunt eum facere Regem. Considerabant namq; qd posset eorum necessitatibus subuenire, & sub tali Rege uidebant eis non posse egere: Dominus autem Iesus cognoscens uoluntatem eorum, fugit ab eis in motem, ita qd illi non perpenderunt, nec eum inuenire tunc potuerunt. Noluit ergo temporaliter honorari. Et uide quomodo uere & non ficte huc fugit honorem: misit enim discipulos per mare, & ipse ascendit in montem, vt si eum ulterius inter discipulos quarerent, ipsum inuenire nequirit. Discipuli autem uolebant separari ab eo, sed ipse coegit eos intrare in nauiculam, & transfretare. Bonum erat ipsorum desiderium, stare. s. uelle cu Domino suo semper, sed ipse aliter prouidebat. Conspecte nunc ergo eos quomodo inuit ab eo discedunt, & quomodo Dominus Iesus coegit eos, ostendens penitus se ita uelle, qd uadant in nauem sine ipso, & tunc ipsi humiliter obediunt, quantumcuq; graue, & durum uideat eis. Sic quotidie spiritualiter nobiscum facit. Nollemus enim qd ipse a nobis discederet ullo tempore, sed ipse aliter se habet cum anima, vadit, & redit p suo uelle, sed pro nostro bono. Propter quod audire te uolo, quid in hac uictoria dicat Bern. Ait. n. sic. Cum sponsus uigilijs, & obsecrationibus, & multo imbre lacrymarum quastus fuerit, subito dum teneri putat, elabit, & rursus lacrymantem, & insectanti occurrens, comprehendit patitur, sed minime retineri, dum subito quasi a manibus euolat, & si insteterit precibus & fletibus deuota anima, denuo reuertet, & uoluntate laborum non fraudabit eam. Sed rursus mox disparabit & non uidebit, nisi iterum toto desiderio requirat. Ita ergo & in hoc corpore potest esse de praesentia sponsi frequens letitia, sed non copia, quia & si uisitatio laetificat, sed molestat uicissitudo, & hoc tandiu necesse est pari dilectam, do nec semel deposita corporeae sarcinae mole auolet, & ipsa leuata penis desideriorum suorum, liberet iter carpens per campos contemplationis, & mente sequens expedita dilectum quocumq; ierit, nec tamen vel in transitu praesto erit sic omni animae, nisi illi duntaxat, quam ingens deuotio, & desiderium uehemens, & praelucis affectus speciosam probat, & dignam, ad quam gratia uisitandi accessurum, uerbum decorem induit, formam sponsi accipiens. Itē alibi. Fortē ideo subtraxit se, quō auidius uocaret, teneretur fortius, nam & aliquando simulabat se longius ire, non

Ser. 21. su per Cant.

Ser. 72. su per Cant.

quia hoc uolebat, sed quia uolebat audire, manebat nobiscum quoniam aduerserant. Ergo istiusmodi diuina simulationem, immo saluarem dispensationem, quam tunc corporaliter uerbum corpori interdum exhibuit, non cessat identidem spiritus, modo suo speciali cu deuota sibi anima sedulo acitate. Praeterea teneri uult, abiens reuocari, & ire quidem illi dispensatorium, redire uero semper uoluntarium est, utrunq; autem plenum iudicij, ac penes ipsum horum ratio. Nunc uero constat in anima heri huiusmodi uicissitudines, euntis, & redeuntis uerbi, sicut ait, uado & uenio ad uos. Item, modicum & non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me. O modicum & modicum, o modicum & longum pie Domine. Modicum dicitis, qd non uidebitis me. Saluum sit uerbum Dni mei, & multum longum est ualde nimis. Veruntamen utrunq; uerū, & modicum meritis, & non modicum uotis. Habes utrumq; in propheta. Si moram fecerit (inquit) expecta eum, quia ueniet & non tardabit. Quomodo non tardabit si moram fecerit? nisi qd ad meritum satis est, non tamen satis ad uotum. Porro anima amans uotis fertur, & trahit desiderijs, dissimulat merita, maiestati oculos claudit, aperit uoluntati, ponens spem in saluatore, & fiducialiter agens in eo. Intrepida deniq; & inuerecunda reuocat uerbum, & cum fiducia repetit delicias suas, solita libertate uocans non Dominum sed discipulum, & dicens. Reuertere dilecte mi. Idem alibi. Has alternare uices non cessat, in his qd spirituales sunt, uel quos potius spirituales perinde ipse creare intendit, uisitans diluculo, & subitō probans. Hucusq; Bernardus. Habes ergo quomodo Dominus Iesus spiritualiter uisitauit animam atq; ab ea discedit, & quid tunc anima facere debeat, reuocare enim debet eum sollicito, & instanter. Interim autem patienter sustinere discessum sponsi, & exemplo discipulorum hic obedientium sine ipso nauem intrantium, sustinere procellas, & ipsius adiutorio liberationem expectare. Sed redeamus ad ipsum Dominum Iesum. Ingressus namq; discipulis in mare, ipse solus ascendit, & sic euasit manus illorum, qui eum querebant. Vides enim quanto studio, & cautela fugit, & declinauit regni honorem. Exemplum nobis dedit, ut & nos similiter faciamus. Non enim pro se, sed pro nobis fugit. Cognoscebat namq; quanta sit temeritas, si ad honores aspiremus: honor enim de maioribus laqueis est ad captionem, & grauioribus ponderibus ad animarum subuersionem, qd ego cognoscam, siue sit honor praelationis & potentiae, siue scientiae. Vix enim fieri potest, qd qui delectat honore, in periculo & praecipitio magno non sit: uel quod peius est, iam praecipitio collisus, & hoc ostendam tibi pluribus rationibus. Prima, quia animus ultra modum in honore delectatur, & sollicitus est, quomodo ipsum conferret, & auget. At secundum beatum Gregorium. Tanto quis a superno amore disiungitur, quanto inferius

Luc. 24.

Ioa. 14. Ioa. 16.

Abac. 2.

Cant. 7. Ser. 17. su per Cant. Iob. 7.

Honorem inhare, periculosum.



rius delectatur. Secunda, quia intendit ad habēdos amicos sequaces, & complices, quibus mediantibus, & adiuvantibus tacatur, & augmētet honorem, propter quod multa occurrūt, in quibus contra Deum, & cōscientiam propriam ad talium amicōrum cōplacētiam operat, ut illos pro se faciat operari. Tertia, quia emulat habentes, & detrahē eis, ut ipse magis honoratus remaneat, & sic in odium, & in invidiam labitur. Quarta, quia se putat & reputari optat honore dignum, & sic cadit in elationem & superbiam. Sed iuxta Apostolum. Qui exiſtimat se aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Et propterea dicit Dominus in Euangelio. Cū oīa bene feceris, dicite, serui inutiles sumus: sed quā dicit hoc, qui vult honorari? Quinta, quia non secundum spiritū ambulat, sed secundū carnem, non enim habet animum adunatū, & eleuatū ad celestia, sed uagū, & ad multa sparsū. Sexta & ultima, quia ex quo in honore incipit delectari, in tantū allicē, q̄ faciari non pōt, & nouos quotidie, & maiores procurat, & quāto plures recipit, tantō ad plures anhelat, quia semper honorabilitorem solitō, & digniorem in suis, & aliorū oculis esse se credit, & sic labit in ambitionem, quā est uitium pestimum, & multorū aliorū uitiorū radix & causa. De huiusmodi malignitate audi non me, sed Bernardum, qui sic ait. Ambitio (inquit) subtile malum, & secretum uirus, pestis oculta, doli artifex, mater hypocrisis, lioris patrens, uitiorum origo, eriminū fomes, uirtutum erugo, tinea sanctitatis, excaecatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicina languorem. Et quātos hęc pestis nequitur supplantatos, cui piter quocq; deiecit, ut ceteri quocq; quos latuit effosor, subitā expauescerēt ad ruinā. Quis uerō hūc uermē alit, q̄ mentis alienatio, & obliuio ueritatis? Aut qd nisi ueritas hūc perdendū inuestigat proditorē, & negotium arguit tenebrarū? Nimirum hęc est, quā dicit. Quid prodest homini, si mundum uniuersum lucret, se autem perdat, & detrimentum sui faciat? Et idem. Potentes (inquit) potenter tormenta patientur. Hęc est quā sedula suggestione reducit in mentem, q̄ sit in ambitu friuola consolatio, grane iudicium, usus breuis, finis ignotus. Et ideo tertia tentatio Dñi de ambitione fuit, q̄ oīa regna mundi pmisit, si cadens adoraret eū. Vides enim, q̄ ambitionis uia, adoratio Diaboli est, quā uidelicet ad honores mundi, & gloriā pueniendum suis ille adoratoribus pollicet. Idē alibi. Cupidi siquidē sumus ascensionis, exaltationē concupiscimus oēs. Nobiles enim creaturæ sumus, & magni cuiusdā animi, ideoq; altitudinem naturali appetimus desiderio. Sed uano bis, si uoluerimus cum sequi, q̄ ait. Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis. Heu miser in lateribus Aquilonis. Frigidus est mons ille, nō te sequimur, potestatis habes concupiscentiam, altitudinē psumis potentia. Quāti tū uq; hodie

fo-da sequunt infeliciaq; uestigia tua, immō uerō q̄ pauci euadūt, quibus non dñandi libido dominet? Quem sequimini miseri? quē sequimini? Nōne ille est mons in quē ascendit angelus, & Diabolus factus est? Et illud aduertite, q̄ post casum suū inuidia cruciante, male sollicitus de supplantando hoīe, similem ei montem alterum demonstrauit. Eritis (inquit) sicut Dij sciētes bonum & malum. Et ista potestatis ambitio, angelum sollicitate priuauit angelica. Sciētiē etiam appetitus, hoīem immortalitatis gloria spoliāuit. Conēt quis ascendere in montē potestatis? quātos putas habebit contradicētes, quātos inueniet expulsores, quāta obstacula, q̄ difficilē uiam? Quid si tādem adipisci eum contingeret, quod optabat? Potentes potēter (ait scriptura) tormenta patient, undē presentes sollicitudines & anxietates quas ipsa potestas perit omittam. Cupidus alter est instantis sciētiē, quāto laborabit, quāto anxiatib; spiritus eius, & tñ audiet, nec si te ruperis apprehendes. In amaritudine morabit oculus eius, quōties uidere contigerit cui se posteriorem iudicet, aut ab alijs reputari putet. Quid cum intumuerit multum? Perdam (inquit) Dñs sapientiā sapientiū, & prudentiā prudentiū reprobabo. Tam ne multis immorer, uidiſtis (ut arbitrō) q̄ fugiendus nobis sit mons uterq; si p̄cipitium angeli, si casum hominis expauescimus. Mōtes Gelboe nec ros nec pluuia ueniat super uos. Quid tamen agamus? ascendere sic non expedit, ascendendi tenemur cōcupiscentia, q̄s docebit nos ascēsum salubrē? q̄s nisi de quo legimus, Quā qui descēdit ipse ēt ascēdit? Et ab ipso demōstranda erit nobis ascēsiōnis uia, ne ductoris immō seductoris iniqui, aut uestigiū aut consiliū sequeremur. Quia ergo nō erat qui ascēderet, descēdit altissimus, & suo nobis descēsu suauem ac salubrē dedicauit ascēsum. Descēdit de monte potentiaē carnis infirmitate circūdatus, de mōte descendit sciētiē, qm placuit Deo, p̄ stultitiā p̄dicacionis saluos facere credentes. Quid, n. tenello corpore, & infanti libus mēbris uidet infirmus? quid indoctus apparet paruulo, q̄ sola matris ubera nouit? Quis impotētiōr eo, cui oīa mēbra clausi sunt affixa, cuius dinumerant omnia ossa? Quis insipētiōr uidet eo, qui tradebat in mortē aiām suā, & quā nō rapuit tūc exoluebat? Vides q̄ multū descēderat, quāto a potentia, quāto a sapientiā, exina nuerit seipsum, sed nō potuit altius in montem ascendere, nec suā exp̄ressius cōmendare charitatē. Nec mirū si descēdēdo Christus ascendit, q̄ priorū uterq; cecidit ascendēdo. Item alibi. Propterea charissimi p̄seuerate in disciplinatā quam suscepistis, ut p̄ humilitatem ad sublimitatem ascendatis, quia hęc uia est, & nō est alia p̄ter illam. Qui aliter uadit, cadit potius q̄ ascendit, quia sola est humilitas quē ascendit, & quā exaltat: hęc est quā sola ducit ad uitam. Et infra. O peruerſitas, o ambitio sitorū Adam, q̄ cum

Gal. 6.

Luc. 17.

Ser. 6. sup Psal. Qui habitat.

Math. 16.

Sap. 6.

Ser. 4. de Ascen. Do mini.

Isa. 14.

Gen. 7.

Sap. 6.

1. Cor. 1. 12. 29. Abac. 2.

2. Reg. 1.

Eph. 4.

1. Cor. 1.

Ser. 2. de Ascen. Do mini.

cum ascendere difficillimum, descendere aut facillimum sit, ipsi & leuiter ascendunt, & descendunt difficiliter, parati ad honores, ad celsitudines graduum ecclesiasticorum, ipsi etiam angelicis humeris formidandos. Ad sequendum autem te Domine Iesu, uix inuenitur, uel qui trahi patiatur, qui uelit duci per uiam mandatorū tuorum. Hucusq; Bernar. Habes ergo exp̄dictis, qualiter ad uerum honorē pertingere posses. S̄per humilitatem, & qualiter fugiendus est hic temporalis, & falsus honor. Sed forte blandiuntur sibi aliqui ambitiosi sciētiē ac honoris sub specie lucri animarū, quasi sic melius possint intendere aliorum saluti. Sed audi quid eis respondeat. Bernar. Vtinā tamē quisquis sic intrat, si fieri posset, tam fideliter ministraret: q̄ fiducialiter se ingessit. At difficile fortassis, ac impossibile est, ut ex amara radice ambitionis, suauis fructus p̄deat charitatis. Hucusq; Bern. Ad hoc autem ut honores asipendas, ut concedet, necessaria est uirtutis p̄cellētissimā magnitudo. Nam sicut dicit Chryso. Tale quid est uti bene honoribus, ac si aliquis cum puella speciosissima conuerſetur, & leges accipiat, ne in ipsam unquam oculos iniiciat impudicos. Ideoq; proculdubio valde forti opus est animo: ut quis potestate uel honore sibi concesso, in his quibus oportet utatur.

Quomodo Dominus orauit in monte, et descendens ambulauit supra aquas, & multa plura de oratione. Cap. XXXVI.

Sicut in superiori tractatu habuisti, Dominus Iesus coegit discipulos intrare nauem, & ipse ascendit in montem. Compleamus ergo, quā Dominus operatus est post illud miraculum de panibus, quia illa materia contigua est, & ea quā istis tribus tractatibus cōtinētur, simul facta fuerunt. Ipsa tamē dimisi, ut melius posses capere, & ut eorum moralitates possent clarius explicari. Postquā ergo discipuli nauē intrauerunt, ipse in montem ascendit, & ibi stetit in oratione usq; ad quartam uigiliā noctis. i. usq; ad partes tres noctis quē recesserant, & quarta restabat. Ex quo habes, q̄ Dominus Iesus pernoctabat in orationibus, & plures legitur eum orationi intendisse. Conspice ergo eum qualiter orat, & se humiliat corā patre. Quarit solitaria loca, & solus nadit ad ea, affligit se, & uigilat uigilias longas. Intercedit pastor fidelis pro ouibus suis: orat. n. nō pro se, sed pro nobis, tāquā aduocatus noster & mediator apud patrē. Orat etiam, ut exemplum nobis daret orandi: frequēter enim discipulos monuit de hoc, & opere cōprobauit. Dicebat nāq; eis, quoniam oportet semper orare, & non deficere. Et quomodo importunitas orationis impetrat quod poscit, proponens eis exemplū ad hoc de iudice & nidua, ut habes in Luca. Hortabatur eos, etiam ad con-

fidentiam impetrandi petita, dicens. Petite & dabitur uobis. Ad hoc aliud proponēs exp̄m de amico, qui propter importunitatem amici petentis panes necessarios commodat, ut similiter haberetur in Luc. Et hoc dicebat, ut nobis cōmēdaret uirtutē orationis: est quippē uirtus eius inestimabilis, & efficax ad oīa proficua impetranda, & nociua remouenda. Si uis. n. patienter tolerare aduersa, sis homo orationis: si uis tentationes & tribulationes superare, sis homo orationis: si uis prauas affectiones conculcare, sis homo orationis: si uis astutias sathana cognoscere, ac eius fallacias uitare, sis homo orationis: si uis letanter uiuere in opere Dei, & laboris, & afflictionis uia incedere, sis homo orationis: si uis spūali uita te exercere, & carnis curam nō agere in desideriis, sis homo orationis: si uis uanas muscas cogitationū effugare, sis homo orationis: si uis aiām tuam sanctis, & bonis cogitationibus, desideriis, feruoribus, & deuotionibus impinguare, sis homo orationis: si uis cor tuum uirili spiritu, & cōstanti proposito in Dei beneplacito stabilire, sis homo orationis. Deniq; si uis uitia extirpare, & uirtutibus imbui, sis homo orationis. In ea. n. recipit sancti spiritus uictio, quā de omnibus mentē docet. Irē si uis ad cōtēplationē ascendere, & frui amplexibus spūsi, sis hō orationis. Ad eam nāq; cōtēplationē & celestiu degustationē, p̄ orationis exercitiū deuenit. Vides q̄ magnā potētiaē & uirtutis sit oratio. Ad quorū oīum confirmationē omnis scripturarū probationibus, hoc tibi sit pro efficaci probatione, q̄ audimus, & uidemus quotidie per experiētias, illiteratas personas & simplices, p̄dicta & alia plura maiora, per uirtutē orationis fuisse adeptos. Multum ergo aiām debent ad orationē dare oēs, qui Christum imitari desiderāt, & p̄cipue religiosi, quibus maior debet esse uacandi copia. Quare te hortor, tibi quē quantum possum mando districtius, ut pro principali exercitio tuo, sumas orationem, nihilq; aliud (necessarijs curis tantum exceptis) te delectet nisi oratio, quia nihil tantum te delectari debet, quā morari cum Domino, quod per orationem fit. Ut autem melioris hortatoris fungaris cōsilio, audi mellisua, quē super ista materia narrat Ber. Dicit. n. sic. Quibus studiū est frequenter orare, experti sunt quod dico. Sepe corde tepido, & arido accedimus ad altare; orationi incumbimus, persistentibus autem repētē infunditur gratia, pinguescit pectus, replet uiscera inuindatio pietatis, & si sit qui premat lac conceptē dulcedinis, ubertim ubera fundere non tardabunt; idem. In principio quadragesimæ. Quōties (inquit) de oratione loquor, uerba quadam humanæ cogitationis audire mihi uideor in corde meo. Quid enim est quod licet nunquam ab oratione cessemus, uix unquam ex periri uideatur aliquis uestri, quis sit orationis suæ fructus? Sicut ad orationem accedimus, sic & redi-

Luc. 11.

Multiplex fructus orationis.

Ser. 9. super Cant.

Ser. 5. de Quadragesimæ.



& redire videmur, & nemo respondet vobis verbum, nemo quicquam donat, sed iudicium fidei sequere, non experimetur tuum, quoniam fides quidem vera, sed experimetur fallax. Quae est igitur veritas fidei, nisi quod promittit filius Dei dicens. Quicquid autem orantes petitis, crederite quia accipietis & her vobis? Nemo vestrum fratres parvipendat orationem suam, dico enim vobis, quia ipse ad quem oramus, non parvipendit eam, prius quam egressa sit ab ore nostro, ipse eam scribit in libro suo. Et unum est duobus indubitanter sperare possumus, quoniam aut dabit quod petimus, aut quod novit nobis vtilius. Nos enim quid oremus sicut oportet nescimus, sed miseretur ille super ignorantiam nostram, & orationem benignè suscipiens, quod nobis aut omnino non est utile, aut non tam cito dari necesse est, minime tribuit: oratio tamen infructuosa non erit, ita sane si fecerimus quod monemur in psalms, scilicet si delectemur in eo. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Sed considera, quod petitiones cordis dixerit, quas approbat iudicio rationis. Nec habes quod cauleris, sed unde magis toto affectu in gratiarum actione uerferis, quandoquidem tanta super te cura est Deo tuo, ut quoties quaeris quod tibi inutile est, non te audiat super hoc, sed mutet illud meliori dono, sicut pater carnalis parvulo quaerenti panem & cultellum, non consentit, sed magis ipsi panem quem ei dederit, ipse frangit. Porro petitiones cordis in tribus consistere, nec uideo, quid praeter illa quae effectus quisquis sibi de beat postulare. Duo quidem huius temporis sunt, scilicet bona corporis, & bona animae: tertium autem beatitudo uitae aeternae. Nec mireris quod bona corporis a Deo dixerim esse quaerenda, quoniam eius sunt corporalia omnia sicut spiritualia bona: ab eo enim est petendum & sperandum, nobis est euenire, ut possimus in eius seruitio sustentari. Veruntamen pro necessitatibus animae orandum est nobis, & frequentius & seruentius. Id est pro obtinenda gratia Dei animaeque uirtutibus, sic & pro uita aeterna tota pietate, totoque nobis orandum est desiderio: ubi nimirum & corporis, & animae plena, & perfecta est beatitudo. Sit ergo oratio quae pro temporalibus est, circa solas necessitates restrictas: sed oratio quae pro uirtutibus animae est, ab omni impunitate libera, & circa solum beneplacitum Dei intentata. Sit ea quae sit pro uita aeterna, in omni humilitate praesumens de sola miseratione diuina. Item. Non modo locum, sed & tempus obseruare oportet eum, qui sibi orare uoluerit. Tempus feriatum commodius, aptiusque, maxime autem cum profundum nocturnus sopor indicit silentium, tunc plane liberior exit, puriorque oratio. Consurge in nocte (inquit) in principio uigiliarum tuarum, & effunde sicut aqua cor tuum ante conspectum Domini Dei tui. Quam securè de nocte ascendit oratio, solo arbitrio Deo sanctoque angelo, qui illam superno altari suscipit praestanda: quam grata & lucida, uerecunda, colorata rubore, quam serena, & placida, nullo igitur turbata clamore, vel strepitu, quam denique

Psal. 35.

Ser. 86. super Cant.

Tren. 2.

munda, & sincera, nullo resperla puluere terrenae sollicitudinis, nulla aspiciere laude, seu adulatione tentata. Propter hoc igitur sponsa non minus uerecunda, quam caute, & lectuli secretum petebat, & noctis orare, hoc est uerbum quaerere uolens. Unum est enim, alioquin non recte oras si oratio praeter uerbum aliquid quaeras, aut quod propter uerbum non quaeris, quoniam in ipso sunt omnia, ibi remedia uulnerum, ibi subsidia necessitatum, ibi resarcitus defectuum, ibi profectuum copia, ibi denique quaequid accipere, uel habere homibus expedit, quicquid decet, quicquid oportet, sine causa ergo aliud a uerbo petitur, cum ipsum sit omnia, nam si ista temporalia (cum necesse est) postulare familiarius uidemur, si uerbum in causa est, ut quod dignum est, non utique illa, sed hoc potius quaerimus, pro quod aliam postulamus. Hucusque Bernardus. Audisti igitur uerba pulcherrima altissimi contemplantis, & orationum dulcedinem degustantis Bernardi. Rumines ea si uis, ut sapiant tibi. Ideo autem libenter ipsius uerba in hoc opusculo insero, & adduco, quia non solum spiritualia sunt, & cor penetrantia, sed & decore plena, & ad Dei seruitium excitantia. Ipse enim fuit eloquentissimus, & spiritu sapientiae plenus, & sanctitate praecellens, quem te de fidero imitari, & ipsius monita, & uerba opere exercere, propter quod saepe tibi propono eundem, sed redeamus ad Dominum Iesum. Dum igitur Dominus esset orans in monte, discipuli erant in mari afflicti, & angustiati uehementer, quia uentus erat eis contrarius, & uentus procellis, & fluctibus iactabatur. Conspice ergo eos, & compatere eis, quia in magna sunt tribulatione & angustia. Tempestas enim inuasit eos, tempus nocturnum est, & absque Domino suo sunt. Quarta autem uigilia noctis descendit Dominus de monte, & ambulans supra mare, appropinquauit eis. Conspice ergo eum bene hic pro Deo, & uide quomodo fatigatus ex uigilia longa, & oratione prolata, solus descendit noctis tempore de monte laborioso, & forte petroso, pedibus nudis, & quomodo uadit supra mare firmo uestigio sicut super terram. Cognouit ergo creaturam suam creatorem. Cum autem appropinquauit nauis, discipuli timentes, clamauerunt, putantes esse fantasma: at benignus Dominus nolens amplius eos vexari affecurauit eos, dicens. Ego sum nolite timere. Tunc Petrus confusus de potentia Domini, ad iussum eius cepit & ipse supra mare ambulare, sed postea et tubans cepit mergi, sed dextera Domini eum ne demergeretur erexit. In hoc autem loco dicit glossa. Super mare ambulare facit eum, ut ostendat diuinam potentiam mergi facit, ne infirmitatem obliuiscatur, ne putet se aequalem Deo, & ne superbiat. Intrauit autem Dominus nauem, cessauit quassatio, & omnia sunt pacata. Discipuli uero eum reuerenter recipiunt, multumque gauisi sunt, & in quiete magna remanserunt. Conspice bene ipsam ac discipulos in omnibus praedictis, quia pulchra, & deuota sunt ualde. In hoc igitur factio moraliter considerare potes, quia Dominus quoti-

Latus magna de uero Bernardi.

Mate. 14.

Glossa super Mate. 14.

quotidie sic nobiscum facit spiritualiter, patitur, & sustinet, ut electi affligantur in hoc mundo, in interiori, & exteriori homine, quia flagellat omnem filium quem recipit. Qui enim extra disciplinam sunt (ut ait Apostolus) non filii, sed adulteri sunt: expedit autem nobis tribulari & affligi hic, nam inde erudimur, inde uirtutes acquirimus, & acquiritas conseruamus, & quod maius his est, inde futura, & aeterna praemia expectamus, & ideo non debemus in eis frangi, uel esse impatientes, sed ipsas affectare, & diligere. Sed quia magna a multis tamen incognita est utilitas tribulationum, & idcirco talibus difficiles & importabiles uidentur. Ut tu instruaris, & patier eas sustineas, adduco tibi more solito uerba Bernardi, qui ait sic. Utiles est tribulatio, quae probationem operatur, ducit ad gloriam. Cum ipso sum (inquit) in tribulatione &c. Agamus ergo gratias patri misericordiarum, qui nobiscum est in tribulatione, & in omni tribulatione nostra nos consolatur. Res enim, (ut dixi) necessaria est tribulatio, quae in gloriam uertitur, qua mutatur in gaudium. Gaudium sane longum, quod nemo roset a nobis, gaudium multum, gaudium plenum. Res necessaria est, ista necessitas quae parit coronam. Non contemnamus fratres, semen modicum est, magnus exinde fructus exurgit. Fortè inspidum, fortè acerbum est, fortè granum sinapis. Non consideremus quae uidentur, sed quae non uidentur in eo: quae enim uidentur temporalia sunt, quae non uidentur aeterna. Et infra. Cum ipso in tribulatione sum ait Dominus, & ego non aliud meritum quam tribulationem requiram. Mihi adhærere Deo bonum est. Non solum autem, sed & ponere in Domino Deo spem meam, quia eripiam & glorificabo eum, cum ipso sum in tribulatione. Delitiae (inquit) meae esse cum filiis hominum. Descendit ut propè sit his qui tribulatione sunt corde, ut nobiscum sit in tribulatione nostra: erit autem quando rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus, si tamen curemus eum interim habere nobiscum. Bonum mihi Domine tribulari, dummodo ipse sis mecum, qui regnare sine te, epulari sine te, sine te gloriar. Vasa figuli probat fornax, & uiros iustos tentatio tribulationis. Quid trepidamus? quid cunctamur? quid refugimus hunc caminum? Sæuit ignis, sed Dominus nobiscum est in tribulatione. Si Deus nobiscum, quis contra nos est? Nihilominus quoque si ille eripit, quis est qui eripiat de manu eius? Postremo si iste glorificat, quis humiliabit? Idem. Non solum igitur in spe, sed gloriamur in tribulatione. Libenter (ait) glorior in infirmitatibus meis, ut inhabitem in me uirtus Christi. Optanda infirmitas quae Christi uirtuti compensatur. Quis dabit mihi non solum infirmari, sed de stitui ac deficere penitus a memetipso, ut Domini uirtutum uirtute stabilior? Nam uirtus in infirmitate perficitur. Denique ait. Quando infir-

Heb. 12.

Ser. 17. super Psal. Qui habitauit.

Psal. 90.

Psal. 72.

Prou. 8.

Eccl. 27.

1. Cor. 12.

2. Cor. 12.

mor tunc fortior sum, & potens. Idem. Propterea sponsa non falcem, sed fasciculum dilectam dicit, quod leue pra amore in ipsis ducat, quicquid laboris immineat, & doloris. Bene fasciculus, quia paruulus natus est nobis. Bene fasciculus, quia non sunt condigna passiones huius temporis, ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Id enim (inquit) quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum pondus gloriae operabitur in nobis. Erat igitur quandoque nobis ingens cumulus gloriae, qui modo est fasciculus mirrae. An non fasciculus cuius iugum suauis est, & onus leue? non quia leue in se, nec enim leuis passionis asperitas mortis amaritudo, sed leuis tamen amanti. Idem super Iesum uersum. A sagitta. Si magnum illud Ecclesiae corpus considerare libet, facile satis aduertimus, longè acius impugnari spirituales uiros ipsius Ecclesiae quam carnales. Agit hoc sane superba, semperque inuidiosa malitia, perfectiores quosque uehementius pulsans, iuxta illud. Esca eius electa. Agit (inquam) & non sine certa diuini dispensatione consilii, qui quidem imperfectiores non super illud quod possunt ferre tentari permittit, faciens cum tentatione prouentum, & perfectioribus non modo gloriosiores, sed numerosiores parat ex hoste triumphos, & longè ampliori sollicitudine, & caliditate multiplici pars aduersa vulnerare in nobis dexterae fatagit, quae sinistram, nec tam corporis profectum, quae cordis laborat auferre substantiam. Et infra. Illic autem studiosius repugnandum, ubi grauior urget necessitas, ubi totum belli imminet periculum, ubi colluctationis ratio uniuersa consistit. Unde nobis tota paratur, aut uictis ignominiosa captiuitas, unde uincens gloria triumphalis. Haec denique gratia, & misericordia Dei in seruos eius, & respectus in electos illius, ut in eorum interim sinistram quidem uelut dissimulans, dexterae semper studiosus protector assistat. Hinc est, quod de ipso Propheta testatur. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commouear. Utinam mihi semper a dextris sis Iesu bone, ut semper teneas manum dexteram meam. Scio enim & certus sum, quod nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Tondeatur interim & tundatur sinistrum latus, pulsetur iniurijs, uellicetur opprobrijs, libens illud expono, dum a te custodior, dum sis ipse protectio mea, super manum dexteram meam. Idem. Aliud est animo uirtute agi, aliud sapientia regi, aliud dominari in uirtute, aliud in suauitate delitari. Licet nanque sapientia potens, & uirtus suauis existat, ut tamen proprias quibuscunque reddamus uocabulis significarias, uigor uirtutem, sapientiam placiditas animi, cum spirituali quadam suauitate demonstrat. Hanc puto ab Apostolo designatam, ubi post multa hortamenta ad uirtutem pertinentia, adiecit, quod sapientia est in suauitate in Scipulano.

Ser. 40. super Cant.

Rom. 8.

2. Cor. 4.

Ser. 7. super Psal. Qui habitat.

Abac. 1.

Psal. 15.

Ser. 85. super Cant.



Spiritu sancto. Igitur resistere, vim vi repellere, quae utiq; in partibus virtutis deputantur, honor quidem, sed labor est. Non est enim idem ipsum honorem tuum laboriose defendere, & quiete possidere. Non idem virtute agi, & virtute frui. Quicquid virtus elaborat, sapientia fruitur, & quod sapientia ordinar, & deliberat, moderatur virtus, & exequitur. Sapientia scribe in ocio ait Sapiens: ergo sapientia oia, negocia sunt, & quod ociosior sapientia, eo exercitior in genere suo. E regione virtus exercitata clarior est, eoq; probatior quod officiosior. Et si quis sapientiam, virtutis amore diffinierit, non mihi a veris deuaere videtur. Vbi autem amor est, labor non est, sed sapor. Et forte sapientia a sapore denominatur, quasi virtuti accidens quoddam, velut condimentum sapidam reddat, quae per se insulsa & aspera quodammodo sentiebatur. Nec duxerim reprehendendum, si quis sapientiam saporem boni diffiniat. Itaque ad virtutem spectat tribulationes fortiter sustinere, ad sapientiam gaudere in tribulationibus. Confortare cor tuum & sustinere Dominum, virtutis quidem est, gustare & videre quoniam suavis est Dominus, sapientiae est. Et ut magis ex proprio bono naturae bonum utrunq; clarescat, modestia animi probat sapientiam, constantia virum virtutis ostendit. Et bene post virtutem sapientia cum virtus sit quoddam stabile fundamentum, super quod sapientia adificet sibi domum. Idem. Felix qui passiones corporis sui propter iustitiam ordinar, ut quicquid patitur, propter Dei filium patiat, quatenus & a corde tollatur murmuratio, & in ore versetur gratiarum actio, & vox laudis, qui sic extulerit se, iste tollit grabatum suum, & vadit in domum suam. Grabatum nostrum corpus est, in quo prius languidi iacebamus, seruientes desiderijs, & concupiscentijs nostris, nos portamus illud, cum spiritui cogimur obedire. Idem. Verè multiplex spiritus qui tam multipliciter filijs hominum inspirat, ut non sit qui se abscondat a calore eius. Siquidem conceditur eis ad usum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, & ad feruorem. Ad usum quidem vitae bonis & malis, dignis pariter & indignis omnia bona abundantissime tribuens, ita ut videatur hic discretionis limitem non tenere. Ingratus est, qui in his quoq; bene scia spiritus non agnoscit. Ad miraculum in signis, & prodigijs, in varijs virtutibus quas per quorumlibet manus operatur. Ipse est antiqua miracula suscitans, ut ex presentibus fidem astruat praetitorum. Sed quia nonnullis hanc quoq; gratiam sine propria utilitate largitur, tertio infunditur ad salutem, cum in toto corde nostro reuertimur ad Dominum Deum nostrum. Porro ad auxiliu datur, cum in omni colluctatione adiuvat infirmitatem nostram. Nam cum testimonium perhibet spiritui nostro, quod filij Dei sumus: ea inspiratio est ad consolationem. Datur etiam ad feruorem, cum in cordibus perfectorum vehementius

Eccle. 38.

In Ser. de passione Domini.

Ser. 3. de Penthe.

Psal. 18.

spirans, validum ignem charitatis accendit, ut non solum in spe gloriae filiorum Dei, sed etiam in tribulationibus gloriemur, contumeliam gloriam reputantes, opprobrium gaudium, despectionem exaltatione. Omnibus nobis (ni fallor) datus est spiritus ad salutem, ad feruorem non ita. Pauci enim sunt qui hoc spiritu repleantur, pauci qui studeant emulari, contenti sumus angustijs, nec respirare in libertatem illam, nec saltem ad illam spirare conamur. Hucusq; Bern. Vides igitur quod pulcherrimis & pluribus rationibus, nobis ostendit facundissimus Bern. quod tribulationes nobis expediunt. Non igitur mireris, si Dominus permittebat discipulos suos, quos ita diligebat vexari procellis, utilitatem ipsorum exinde cognoscens. Pluries enim legitur, eorum nauiculam fluctibus, & contrarijs ventis exagitaram, sed nunquam submersam. His ergo monitis, cor tuum stabilire, ac ordinare procures, ut in contingentibus aduersis, & in quibuscunq; displicentijs, & patienter & laetanter te habeas, & in via spiritus te ita exerceas, ut eius repleta feruore, et appetas pro amore Domini Iesu tribulari, qui in se & suis hac viam excelsam tenuit, & monstrauit.

DE CHANANAEA.

Quomodo Angeli nostri nobis fideliter seruiunt, notabilis discursus. Cap. XXXVII.

Cum Dominus Iesus laborans circuitret praedicando, & infirmos curando, accessit ad eum mulier Chananaea, id est de terra Chanaan, quae erat gentilius & non iudeorum, rogans eum ut liberaret filiam suam, quae a daemone vexabatur: erat enim fidens in eo, quod hoc facere posset. Et Dominus non respondente, nihilominus instabat, & perseuerabat clamans, & petens ab eo misericordiam, intantum, ut discipuli pro ea rogarent. Cum Dominus responderet, non debere dare panem filiorum canibus, ipsa se humilians respondit, ut saltem more canis de micis posset habere, & sic meruit exaudiri. Conspice ergo Dominum, & discipulos, & ipsum in praedictis, iuxta considerationem generalem quam dedi tibi supra. Nihilominus etiam considera virtutes huius mulieris, & eas ad vitam tuam utilitatem conuertere, quae maxime tres fuerunt. Prima fuit fides magna, ut etiam usque ad filiam se extenderet, & de ipsa fuit commendata haec a Domino. Secunda fuit orationis perseuerantia: & non solum perseuerans fuit, sed etiam importuna, quam importunitatem etiam Dominus acceptat, & eam inuitat, ut in priori tractatu certa habuisti. Tertia fuit humilitas profunda, nam nec negauit se canem, nec dignam putauit se inter filios reputari, uel habere panem integrum, sed contenta fuit de micis accipere. Unde valde se humiliavit, & ideo quod postulauit obtinuit. Sic & tu si corde integro, fideli & puro in oratione perseueras, coram Deo tuo te humiliaueris, indignam te reputans omni

Matth. 15.

Tres propter ceteris in Chananaea uirtutes fuerunt.

omnibono suo, certissime credas, quod quicquid petieris obtinebis. Et sicut Apostoli rogauerunt pro Chananaea, sic & Angelus tuus pro te rogabit, & offeret orationem tuam Domino. Super quo audi Bernardum dicentem. Suspiranti animae meae frequenter, immo sine intermissione oranti, & afflictanti se pro desiderio, cum interdum desideratus ille, qui ita quaeritur miseratus occurrit, puto illi de propria experientia conuenire, ut dicat cum Hieremia. Bonus es Domine sperantibus in te, animam quaerenti te. Sed & Angelus eius qui unus est de sodalibus sponsi, in hoc ipsam deputat minister, profecto & arbiter, secretumque salutationis. Is (inquam) Angelus quo tripudiat, quomodo collaturus, & condelectatur, & conuersus ad Dominum dicit. Gratias ago tibi Domine maiestatis, quia desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate laborum eius non fraudasti eum, ipse qui in omni loco sedulus quidem pedisequus animae non cessat sollicitare, & assiduus suggestionibus monere dicens. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et rursum. Expecta Dominum, & custodi uiam eius. Item, si moram fecerit expecta eum, quia ueniens ueniet & non tarda bit. Ad Dominum autem. Sicut ceruus (inquit) desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat ista ad te meus. Desiderauit te in nocte, sed & spiritus eius in precordijs eius de mane uigilauit ad te. Et iterum, tota die expandit ad te manus suas. Dimitte illam quia clamat post te. Conuertere aliquantulum, & deprecabilis esto. Respice de caelo & uide & uisita desolatam. Fidelis paranympus, qui mutui amoris conscius, sed non inuidus, non suam quaerit sed Domini gloriam, discurret medius inter dilectum & dilectam, uota offerens, dona referens, excitat istam, placat illum. Interdum quoque (licet raro) representat eos pariter sibi, siue hanc recipiens, siue illum adducens. Siquidem domesticus est, & notus in palatio, nec uere repulsum, & quotidie uidet faciem patris. Hucusq; Bern. Vides quod fideliter angelus nostri seruiunt nobis. Ex quo autem occurrit de ipsis aliqua loquedi materia. Scire te uolo, quod magnam erga eos reuerentiam habere debemus, & eos quotidie laudare, honorare, ac eis gratiarum actiones referre tenemur: & in eorum praesentia, quae semper nobiscum, adsunt, nihil illicitum, nihil turpe cogitare, dicere, uel operari debemus. De quo etiam a beato Bernar. monemur, qui sic dicit super ps. Qui habitat. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uisjs tuis. Quanta tibi debent hoc uerbu inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam? Reuerentia pro praesentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro custodia. Caute ambula ubi adsunt Angeli, sicut eis mandatum est in omnibus uisjs tuis. In quouis diuersorio, in quouis Angulo, Angelo tuo reuerentiam habere, nec tu audeas illo praesente, quod uidente me non audeas, &

paulopost. Adsunt igitur tibi non tantummodo tecum, sed etiam pro te, adsunt ut protegant, adsunt ut profint. Quid retribuies Domino pro omnibus quae retribuit tibi: siquidem ei soli honor & gloria. Quare ei soli quia ipse mandauit: & omne datum optimum non nisi ab illo est. Veruntamen si ille mandauit ipsis quoque, qui & ei ex tanta charitate obediunt, & nobis subueniunt in tanta necessitate, ingratos esse non licet. Simus ergo deuoti, simus grati tantis custodibus, & reuerentiam eos, & honoremus eos quantum debemus. Hucusq; Bernar. Habes ergo in praedictis commendatum Angelorum obsequium, & adiutorium, & orationis uirtutem. Hanc tenere studeas, & illis omnem quam potes reuerentiam exhibe.

Qualiter aliqui ex uerbis Domini scandalizati fuerunt. Cap. XXXVIII.

Non mireris, si aliquando ex uerbis & factis nostris scandala oriuntur, quantumcumque fideliter & bene fiant, cum ipsi Domino, qui errare non poterat, pluries contigerit. Dum enim quadam vice pharisaei Dominum interrogarent, quare discipuli non lauabant manus quae do manducabant: Dominus dure respondit eis, increpans, quod exteriorem munditiam non in teriore quae rebus, de quo illi scandalizati sunt, sed Dominus non curauit. Alia uice cum spiritualia uerba doceret in Synagoga, aliqui ex discipulis eius tanquam carnales, non intelligentes recesserunt, sed ad duodecim discipulos ait. Nunquid & uos uultis abire? Et Petrus pro se & alijs respondit. Domine ad quem ibimus? uerba uita aeterna habes. Considera ergo eum in praedictis, & alijs similibus, quomodo cum potestate loquebatur, & docebat ueritatem, non curans de scandalo prauorum si insipientium. Notandum igitur primo, quod propter alterius scandalum non debemus recedere a uirtute iustitiae. Secundo, quod de interiori munditia, magis quam de exteriori honestate curare debemus, quod etiam alibi expressius Dominus dixit, scilicet. Tertio, quod spiritualiter uiuere debemus, ita quod uerba Domini non uideantur nobis extranea, sicut illis discipulis, qui quando Christus dixit in Ioan. Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. non poterant sustinere: sed recesserunt: sed potius cognoscamus ipsa esse uerba uita aeterna, ut una cum duodecim ipsum imitemur perfecte.

Matth. 15. Mar. 7.

Ioan. 6.

Luci. 1.

Ioan. 6.

De retributione relinquentium omnia. Cap. XXXIX.

Cum fidelis & prudens discipulus Simon Petrus, quaereret a Domino Iesu pro se & socijs, de retributione



retributione ipsorum. Respondit Dominus inter alia, quia omnes qui temporalia dimittentes ipsi sequerentur, centuplu accipient in hoc mundo, & vitam aeternam in futuro. Nota bene hanc retributionem, & gaude gaudio magno, & gratias, & laudes Domino reteras toto affectu, quod ad talem negotiationem te adduxit, ut manualiter de vno centum lucreris, & nihilominus etiam vitam aeternam. Hoc autem centuplum spirituum non corporalium rerum est, videlicet consolationum interiorum, & virtutum quas per experientias cognoscimus, non per doctrinam. Cum enim anima gustat odorem paupertatis, castitatis nitorem, & patientiae ceterarumque virtutum, & delectat in eis, nonne centuplum recepisse videtur tibi? Et si ulterius ascendat, ut visitationem sponsi recipiat, & ad eius praesentiam gloriatur, nonne tunc recipit plus quam millecuplum omnium quae unquam fuerint, & quomodo unquam fuerint, quae pro eo dimiserat? Vides quomodo verum est quod loquitur veritas, audi quid inde dicat Bernardus. Si forte adhuc secularis quispiam dicat. Ostende mihi centuplum quod promittis, & liberes uniuersa relinquo. Ut quid ostendam? Fides enim non habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum. An homini ostendetur, potius quam veritatem credes, promittenti? Deficis scrutans scrutatio. Nisi credideris, non intelliges. Manna absconditum est, quod in Apoc. Ioannis, victori promittitur nomen nouum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. An non denique omnia possidet, cui omnia cooperantur in bonum? An non centuplum habet omnium, qui impletur Spiritu sancto, qui Christum habet in pectore? nisi quod longe plus, quam centuplum est uisitatio paracliti Spiritus, & praesentia Christi? Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam absconditum timentibus te, perficiens eis qui sperant in te. Vides quomodo memoriam abundantiae suauitatis huius eructet anima sancta, exprimere gestiens uerba multiplicet. Quam inquam magna multitudo, hoc est, centuplum, adoptio filiorum, & libertas ut spiritus primiciae, deliciae charitatis, gloria conscientiae, regnum Dei quod intra nos est. Non utique esca uel potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto, gaudium sane non modum in spe gloriae, sed in tribulationibus. Hic est ignis, quem uoluit Christus uehementer accendi: Haec uirtus, quae Andream fecit amplecti crucem, Laurentium deridere carnifices, Stephanum in morte pro lapidantibus flectere genua ad orationem. Haec illa pax quae suis reliquit Christus, quae dedit & suam, siquidem donum, & pax est electus Dei. Pax utique patris, & donum futurae gloriae. Illa superat omnem sensum, sed & hanc

Quid sit illud centuplum, quod in hoc mundo recipimus.

Super dicitur in Euang. Ecce nos relin. oia.

Apoc. 3.

1. cor. 1.

1. cor. 1.

Luc 12.

quicquid sub sole placet, quicquid in mundo concupiscitur, non potest comparari. Haec gratia deuotionis, & unctio docens de omnibus, quam expertus nouit, in expertus ignorat, quam nemo scit nisi qui accipit. Huiusque Bernardus. Gaude ergo, & latere ut dixi, & gratias age, quod ad hoc centuplum recipiendum uocata es, & hanc paradisum saepe ingredi, quam ex orationis studio consequi poteris.

Qualiter Dominus quaesuit a discipulis quid diceretur de eo? Cap. XL.

Veniens Dominus Iesus in partes Caesareae Philippi, quaesuit a discipulis, quid diceretur de ipso, & etiam quid inde ipsi sentirent, & de alijs. Quidam responderunt & dicebant. Alij & c. De se autem dixit Petrus pro se & alijs. Tu es Christus filius Dei uiui. Et Dominus ad eum. Tu es Petrus, & super hanc & c. Et tunc dedit ei pro se, & successoribus suis clauas ligandi, atque soluendi super terram. Conspice igitur eum & etiam ipsos, iuxta generalem formam superius tibi traditam. Et nota, quod etiam hic habes, quod Petrum quem ita magnificauerat, parum post uocauit Sathanam, eo quod propter amorem carnalem, quem ipse Petrus habebat ad ipsum, dissuasit ei de passione tua, ut non fieret. Sic & tu Domini exemplo, habeas omnes pro aduersarijs, qui pro corporali alleviatione ab exercitio, & bono spirituali te trahere uellent.

De transfiguratione Domini in monte. Cap. XLI.

Assumens Dominus Iesus tres ex discipulis, ascendit in montem Thabor, & transfiguratus est ante eos, ostendens se eis gloriosum. Venerunt insuper Moses, & Elyas loquentes cum eo de passione sua futura. Dicebant autem. Domine non expedit ut moriaris, quia uerna gutta sanguinis tui redimeret mundum. Dominus autem Iesus dicebat. Bonus pastor animam suam ponit pro omnibus, sic & facere me oportet. Affuit ibi Spiritus sanctus in specie nubis lucidae, & uox patris facta est in nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Discipuli uero ceciderunt in terram, & cum excitati sunt, non uiderunt nisi Dominum Iesum. Conspice igitur bene praedicta, & te praesentem exhibeas, quia magna sunt.

De eiectione ementium & uendentium de templo. Cap. XLII.

Dubus vicibus eiecit Dominus Iesus ementes & uendentes de templo, quod inter eius magna miracula deputatur. Nam licet alias eum vilipenderent, tunc tamen omnes ante eum fugerunt. Et quamuis essent multi non se defendebant, sed ipse solus cum quibusdam funiculis omnes

omnes eiecit. Et hoc ideo, quia terribilem se eis ostendit in facie. Accensus est enim zelo uehementi (eo quod pater suus sic inhonorabatur ab illis, maxime in loco ubi magis honorari debebat) fecit ipsas eiectiones. Conspice bene ipsum, & concipere, quia ipse compassionis dolore plenus est. Ac nihilominus time. Nos enim qui in templo Dei sumus, de speciali, & magna ipsius gratia deputati, si secularibus negotijs (ut illi faciebant) nos implicemus, cum ad laudem eius semper debeamus intendere, merito eiectionem ab eo, & indignationem ipsius timere possumus, & timeamus. Si ergo non uis hoc timore uexari, nulla ratione uel cum secularibus curis, uel negociationibus te audeas implicare. Opera quoque curiosa ne feceris, quae tempus laudibus Dei debitum occupant, & pompis secularibus correspondent.

De probatica piscina. Item ne sis frater iudex temerarius. Cap. XLIII.

Erat in Hierusalem quaedam congregatio aquarum, in qua lauabantur oues, de quibus fiebant sacrificia. In ea dicitur fuisse lignum crucis. Quolibet autem anno, cum semel commouebatur ab Angelo, sanabatur aliquis infirmus, qui descendebat in aquam post eius ab Angelo motionem. Unde multi propterea infirmi iuxta eam continue morabantur. Erat autem ibi quidam infirmus, iacens in grabato paralyticus per triginta & octo annos. Hinc igitur Iesus quadam die sabbati sanauit. Conspice eum humiliter euntem ad infirmum, & loquentem more solito. In hoc igitur facto tria nota. Primum quia sicut hic Dominus requisitum infirmum, si uellet sanari: ita nobis sine nostro consensu salutem non dabit, & inexcusabiles sunt peccatores non consentientes uoluntati Domini, & suae salutis. Quia secundum Augustinum. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Secundum cauere debemus, ne relabamur a Domino, quia si sanati a Domino recidiamus, dignae nostrae ingratitude acris punietur, sicut huic dixit Dominus. Vade noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Tertiò, quia maligni de omnibus perdunt, sicut boni de omnibus lucrantur. Nam cum hic liberatus portaret grabatum, & diceretur ei a Iudeis, quod hoc non liceat in die sabbati, ipse respondit. Qui me saluum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum. Non dicebant, quis est ille qui te saluum fecit? Et sic accipiebant, quod possent reprehendere, non quod poterant laudare. Sic & carnales homines, saepe in malam iudicant partem, quae uident, & quasi de omnibus perdunt. Spirituualiter autem uiuentes omnia referunt ad laudem Dei, siue sit prosperitas, siue sit aduersitas, & non dubitant, quin recte omnia fiant, Deo cuncta uel recte operante, uel iuste permittente, & omnia in bonam partem interpretantur, iuxta doctrinam Beati Bernardi, qui sic ait. Caue

alienae conuersationis esse, aut curiosus explorator, aut temerarius iudex, etiam si peiperam aetiam quid deprehendas, nec sic indices proximum, magis autem excusa intentionem, si opera non potes: puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum. Quod si omnem dissimulationem rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, & dicit apud te metipsum, uehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa fecisset, si in me accepisset similiter potestatem? Hucusque Bernardus. Quod autem de omnibus lucrantur spirituales, etiam de suis & alienis peccatis & de rebus nociuis, & etiam de Diaboli operibus, sic docet Bernardus. Irrationalis & brutalis spiritus, & si ad spiritualia non pertingat, ad ea tamen capescenda pro suo corporali temporali que obsequio, noscitur iauare illos, qui omnem usum rerum temporalium ad fructum transferunt aeternum, utentes hoc mundo tanquam non utentes: & post, si qua animantia quantum ad usum sui reperiuntur incommoda, & si nociua, & si etiam perniciosa temporalium hominum constat esse salutari, non tamen deest eorum corporibus, unde cooperentur in bonum his, qui secundum propositum uocati sunt sancti: & si non cedendo in cibum, aut exhibendo ministerium, certe ingenium exercendo, iuxta eum, qui utique omni utenti ratione praesto est, communis disciplinae profectum praebens, quo inuisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Nam & Diabolus eiusque satellites cum sit eorum semper maligna intentio, nocere quidem semper cupiunt: sed si boni emulatores fueritis, abire ut obliuiscantur, magis autem pro sunt, & nolentes cooperantur in bonum bonis. Est enim qui bonum operatur non uolens, siue homo malus, siue Angelus malus, & constat non fieri propter eum, quod fit per eum, cum prodesse nullam bonum possit inuito. Igitur ei quidem dispensatio tantum credita est, sed nescio quomodo gratias iucundiusque sentias bonum, quod per malum dispensatorem ministratur. Ipsa est ergo causa cur, & per malos Deus faciat bona bonis, non autem ut opera eorum indigeat in bene faciendis. Item. Quid superbis terra & cinis? & de angelis transiit Dominus, execrans eorum superbiam. Ergo repudiatio Angelorum, fiat emendatio hominum, scriptum est enim ad eorum correptionem. Cooperetur mihi in bonum etiam Diaboli malum, & lauem manus meas in sanguine peccatoris. Qualiter (inquit) audi. Superbo certe Diabolo horrenda, & formidolosa maledictio intorquetur. Si sic est actum cum eo, quid de me fiet terra, & cinis? Ille in caelo tumuit, ego in sterquilino. Quis non tolerabiliore in diuite superbia, quam in paupere dicat? Vae mihi, si tunc dare in potestate illo aduersum est, quid de me exiguo, & misero, & superbo? Bernardus loquens de sponsa Ecclesiae. Quae post multa peccata uenit ad Dominum, nam de generibus collecta quae idola colebat, quod eisdem de Syna

Ser. 10. super Cant. quasi in fine ser.

Ser. 5. super Cant.

Ser. 14. super Cant.

Psal. 57.

Ser. 14. super Cant.



goga improperabatur: si enim in suam utilitate eam torquet dicens. Ipsa est cui plus dimissum est, & quae plus diligit, quod annula improperat ei ad conuitium, hoc sibi ipsa insecit ad commodum. Inde mansuetior ad correptionem, inde patientior ad laborem, inde ardentior ad amorem, inde sagacior ad cautelam, inde humilior pro conscientia, inde acceptior pro uerecundia, inde ad obediendum paratior, inde ad gratiarum actionem deuotior, ac sollicitior. Hucusque Bernard. Vide quomodo spiritualiter uiuentes, omnia interpretantur in bonam partem, & de omnibus lucrum faciunt. Sis ergo spiritualis, & omnia tibi cedent in bonum. Et ualet huiusmodi consideratio, etiam ad tolerantiam tribulationum, & tentationum, & animi quietem, nam per huiusmodi continuum exercitium, ad tantam tranquillitatem animi quis posset peruenire, quod uix, & raro de aliqua re turbaret, uel haberet locum in eo quod ait sapiens. Non conturbabit iustum, quicquid ei acciderit.

Quomodo discipuli Christi uellebant spicas. Item de paupertate. Cap. XLIIII.

Math. 23

Discipuli Domini Iesu quadam die sabbati esurientes, cum nec haberent unde procurarent quod comederent, ibant per agros, in quibus erant segetes, & uellebant spicas, fricabant manibus & comedeabant. Reprehendebantur autem a Phariseis dicentibus, hoc non licere die sabbati. Dominus defendebat eos, & multa talia faciebat Dominus in die sabbati, ut dixi supra de habente manum aridam sanato. Tu autem discipulos intueri, & comparere eis in tanta necessitate constitutis, quamuis ipsi gaudentes hoc facerent ob paupertatis amorem, quam ante omnes uirtutes, & beatitudines commendauerat eis eorum magister, & Dominus. Quid tamen est cogitare principes mundi, presente omnium conditore, ad tam tenuem paupertate reductos, ut tali pabulo, more animalium oporteat sustentari? Aspiciebat eos Dominus, & compatiebatur eis, quia teneri imè diligebat eos, sed nihilominus gaudebat, & tam propter eos quos in hoc multum mœreri sciebat, quam propter nos, quibus relinquebat exemplum. In hoc enim exemplo, ad multas uirtutes proficere possumus, nam hic mirabiliter paupertas relacet, pompa mundi contemnenda ostenditur, sumptuositas, & saporosa ciborum preparatio destruitur, & gula uoracitas cum turpi sua uentuositate, & in facili appetitu totaliter eneruatur. Tu ergo hoc animaduerte, & tanto exemplo, totis uisceribus eam amplectere, quae sic emicuit in Domino, & Dña matre sua, & praefatis mundi principibus, & oibus qui eorū exemplum perfecte imitari uoluerunt. Sed attende de qua paupertate intellegere debes. Scio enim, quod in monasterio consti-

tuta, paupertatem professus es, & nihil habere potes, de quo gratias age Deo tuo, & ipsam inuolubiliter serua. Sed ulterius te ascendere uolo, quod tamen a professione non discrepet, quinimmo professio ipsa, sine hoc intellecta uerbali esset, & uacua. Dico igitur de illa paupertate qua radicatur in corde, uirtutes enim in anima collocandae sunt, non in exterioribus. Optimè ergo professionem paupertatis imitaris, si corde consentias, nam si rerum penuria exterius pateris, quia forte non abundas, ut sensualitas uellet, interius autem cupiditatem habeas, & plus quam necesse sit, deliberato animo appetas, non ut uis in paupertate, sed in egestate, quia non est haec paupertas uirtuosa, & meritoria, sed egestas laboriosa & demeritoria. Sufficit enim ad perdendum meritum, & ad omne peccatum perpetrandum concupiscentia cum consensu, & cum tali paupertate non credas te posse assurgere ad orationem, uel contemplationem, uel centupli consequi retributionem. Quando enim cor terrenarū cupiditatum pondere aggrauatum, sursum posset ascendere? & quando ipso luto & fece coinquinatum, & terrenum, & grossum effectum, ad Dei & caelestium puritatem posset appropinquare? Igitur corde diligas paupertatem, pro matre asume illam, placeat tibi decor eius, delesteris in ea, nunquam pro re aliqua ipsam ledere uelis. Nihil habeas, & nihil omnino habere uelis ultra necessitatem. Et si quæris quæ erit illa necessitas, respondebo, quod quanto intimius paupertatem dilexeris, tanto subtilius de necessitate iudicabis. Illa namque necessaria sunt, sine quibus esse non possumus. Vide ergo ea, sine quibus esse commodè potes, & illa nec habere, nec petere, nec procurare, nec a sponte dantibus recipere uelis. Nec tamen Dominum Iesum perfecte in paupertate imitari poteris, quantuncumque te strinxeris, nec uideo quod nostra paupertas tua possit æquari, quantuncumque sit a nobis totis conatibus obseruata. Et hoc tibi breuiter ostendo una & pulchra ratione, omnis alius quæ reddi possunt, si quia Deus, & quia ditissimus, & Dominus omnium, & quia perfectissimus, & homo, sed eâ ratione adduco, quia ipse non solum penuria paupertatis, sed et eius obprobrio assumpsit. Nam nra paupertas, quia uoluntarie assumpta est, & pro amore Dei, uirtuosa reputat, & est, & ideo non obprobriosa, sed honorifica reputat, et apud malos: ipse uero non sic, non enim cognoscebat, & nesciebat, quod uoluntarie pauper esset, sed necessaria paupertas parit obprobrium, & contempium. Cui ergo esset absque dolo, & profectioibus, & omni homini substantia, seceribus uniuersis magis habebat contempium, homini. n. pauper ab oibus coculcanit, & si sapientes sunt, non credidit eis, si nobiles, nihilominus derident, & contempunt, immo quod plus est, & nobilitas, & sapientia, & probitas, & omnis uirtus in reputatione hominum uidetur in eis extrinca, deiicitur. n. quasi ab oibus, ut nec amicitia antiqua, nec sanguinis uincu-

Quo pau- peratem a se qui te neat Vir- go, in mo- nasterio Profeta.

Nota qd- aucto- res beatorum sic in- primone paupertatem.

Nota ali-

uincula profint eis, ut plurimum, cum omnes tales amicos, uel consanguineos hinc reculent. Vides bene, quomodo nec eius paupertati æquiparari, nec eum imitari potes, in tam profunda paupertatis, & humilitatis abiectione. Propterea non sunt contemnendi pauperes mundi, qui ipsam Dominum representant. Igitur desiderabilis est multum haec uirtus paupertatis, & maxime a nobis qui eam promissimus. Ipsam itaque propterea omni reuerentia, & deuotione obseruare curato. Si uero etiam vis Bernard. audire, attende quid de ipsa loquitur. Imitemur quoad possumus eum, qui dilexit sic paupertatem, ut quamuis in manu eius essent fines terræ, tamen non habuit ubi caput suum reclinaret, ita ut discipulos adherentes ei, legimus famæ compulsos, spicas manibus confricasse, cum per sara transirent. Idem inquit. Cur ipse saluator cuius est aurum pariter & argentum sacrum in suo corpore dedicat paupertatem? Aut certe cur paupertas ipsa, tam sollicitè enarratur ab Angelo? Hoc (inquit) uobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum. In signum positi sunt panni tui Domine Iesu, sed in signum cui a multis usque hodie contradicunt. Exemplum dedit nobis, ut & nos ita faciamus. Vtilior siquidem in conspectu lorica ferrea, quam stola linea, licet oneri sit illa, haec honori. Idem. Verè magna abusus, & nimis magna, ut diues uelit esse uermiculus uilis, propter quem Deus maiestatas, Dominus Sabbathoth uoluit esse pauper. Idem. Non paupertas uirtus reputatur, sed paupertatis amor. Amicitia pauperum, regum amicos constituit, amor paupertatis Reges. Regnum caelorum denique pauperum est, Beatus qui post illa non abiit, quæ possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant. Hucusque Bernard. Habes igitur apostolorum exemplo, & auctoritatibus beati Bernardi praedictis, & in aliis positis supra, de natiuitate Domini, & de sermone ipsius in monte, qualiter paupertatem, tanquam uirtutem excellentissimam debes affectare. Sed de abstinentia, & contra gulositatem quid dicemus? quæ similiter in hoc exemplo relucet. Et quidem de istis uirtutibus tractare, praeter principale propositum est, maxime propter multipliciter auctoritatum, sed quia utilitatem tuam considero, quæ in talibus legas habeas libros, ideo studiosè tibi scribo de ipsis, ut saltem per hunc modum innotescat tibi uirtutum natura, in quibus earum magistrum, cuius uitam principaliter inquirimus, ualeas imitari. Contra gulam igitur scire debes, multum esse insistendum, & bellum continuum esse, sed omnino uirandam. Multum quidem sancti patres, & qui spiritualibus exercitiis dediti fuerunt, in hoc studuerunt. Contra quam audi quid dicat Bernard. Vnde haec tanta pusillanimitas, & abiectione tam miserabilis, ut egregia natura, capax aeternæ beatitudinis

& gloriae magni Dei, utpote cuius sit inspiratio- ne condita, similitudine insignita, cruore redempta, fide dotata, spiritu adoptata, miseram non erubescat, sub putredine hac corporeorum sensuum gerere seruitutem. Merito planè, nec eos quidem apprehendere potest, quæ talem deserens sponsum, tales sequitur amatores. Infans siquidem labor pacere sterile, quæ non parit, & uiduae benefacere nolle, omittit curam carnis, agere in desiderio, impinguare cadauer purridum, quod paulo post uermium esca futurum, nullatenus dubitas. Hucusque Bernard. Habes igitur quomodo uitanda est gulositas, sed condescendere possumus corpori ad necessitatem suam, & sanitatem. Vnde idem Bernard. sic dicit. Sunt autem omnia bona corporis, & quæ ei solummodo de- beamus sanitas. Nihil autem ultra ei dandum est, nihil querendum, sed hoc termino obligandum, & firmandum est, cum fructus eius nullus sit, & mors sit finis illius. Quod si uoluptati seruitur, non sanitati, hoc de natura non est, sed sub natura, quæ morti manus dat, cum magistratū constituit uoluptatem. Inde etiam est, quod multi ad tam bestiales impetus descenderunt, uel (ut dicam uerius) ceciderunt, ut uoluptatem praeferebant sanitati, uel illis epulis sapientissime uoluptetur, quas sciunt difficiles, & acutissimas subleuare, qui passiones. Sicut autem corporis necessitas est sanitas, ita cordis necessitas est puritas, quo turbato oculo non uidebitur Deus, & cor humanum ad hoc factum est, ut suum uideat creatorem. Si uero sanitati corporis sollicita est prouidenda custodia, puritati cordis tantò est sollicitior impendenda, quanto pars ista dignior illa conuincitur. Item. Suspicionem generat mihi obseruatio ista ciborum. Veruntamen si de regula medicorum hoc profers nobis, non reprehendimus curam carnis, quam nemo unquam odio habuit. Hucusque Bernard. Hoc tamen faciendum non est superstitiose, uel nimis curiose, uel ultra, quam expediat. Vnde quando non habemus actu impedimentum corporale, propter quod appetamus uel fugiamus ciborum obseruantiam, illam tenerè ac physice uiuere non debemus. Vnde idem Bernard. Vides ne sententia magistri mei carnis sapientiam condemnari, per quæ utique, aut in luxum uoluptas dissoluitur, aut ipsa quoque ualetudo corporis, ultra quam oportet appetitur. Et post. Quid uero prodest temperare a uoluptatibus, & in inuestigandis diuersitatibus complexionum, ciborumque uarietatibus exquirendis quotidianam expendere curam? Legumina (inquit) uentosa sunt, caesus stomachum grauat, lac capiti nocet, portum aquæ non sustinet peccus, caules nutriunt melancoliam, coleram autem pori accendant, pisces de stagno, aut de lutosa aqua mex penitus complexionem non congruunt. Quale est hoc ut in rot fluuijs, agris, hortis, cellarijs uel, reperiri uix possit quod comedas? puto te quod monachum esse non

Ser. 4. de uen.

Ser. 4. de uen. do.

Ser. 3. de lesur.

In Epi. ad uera con salum.

Ser. ad ele gos. c. 12

In ser. br. cap. 34.

Ser. 66. su per Cant.

Ser. 4. su per Cant.



medicum, nec de complexionē iudicandum, sed de professione. Parce obsecro primū quieti tuæ, parce deinde labori ministratium, parce grauium domus, parce conscientia, conscientia dico, non tua, sed alterius, illius uidelicet qui prope te sedens, & edens quod sibi apponitur, de tuo singulari ieiunio murmurat, scandalum quippe ei est, aut tua odiosa superstitio, aut duritia quæ fortè putat illius qui tibi habet prouidere. Frustrā quidem sibi blandiuntur de exēplo Pauli hor tantis discipulū non bibere aquam, sed modico uti uino pp stomachum, & frequentes suas infirmitates, quia attendere debēt primū quidē Apostolum minime sibiip̄i rem istiusmodi suadere, sed neq; discipulū aq̄e expetere sibi. Deinde non monacho hoc intimari, sed Ep̄o, cuius uita tenet, & adhuc nascētī Ecclesiæ p̄ necessaria esset. Timor, hic erat. Da mihi alterū Timothēū, & ciba etiam si uis auro, & pota balsamo. Caterum tu tibi metip̄i dispensas miseris tui. Suspecta est mihi fateor tua ipsius uitę dispēlatio, & uereor tibi illud sub tegmine, & noīe discretionis à carnis prudentia. Id te saltē uolo esse ad monitum, ut si tibi in auctoritas Apostoli placet de bibendo uino modico, quod ille aiunxit non pratermittas. Hucusq; Ber. Habes igitur ex prædictis auctoritatibus, sanitati corporis posse intēdi, sed à superficiali obseruatione ciborū cauendum. Sed quid de abstinentia? Audi non me, sed Bern. eundem, qui sic dicit. Non. n. spiritus, & caro, ignis, & tepiditas in vno domicilio commorantur, præsertim cum tepiditas ipsi Dño solear uomitū prouocare. Si. n. Apostoli carni adhuc dūcā adherentes, quæ sola sancta, quia sanctus factorum erat Spiritu sancto repleri nequiuēerunt, donec tollerēt ab eis, tu carni tuæ quæ fordida est, & diuersarum spurcitiarū fantasias repleta, astrictus & conglutinatus illum meracissimum Sp̄m nō te posse putas suscipere, nisi istis carnalibus consolacionibus funditus renunciare tentaueris? Reuera cum incoeperis, tristitia inplebit cor tuum: sed si p̄seueraueris, tristitia conuertetur in gaudium. Tunc. n. purgabitur affectus, uoluntas renouabitur, uel noua creabitur, ut oīa quæ prius difficilia, immō impossibilia uidebantur, cum multa percurratur dulcedine, & auditate. Item. Non redarguimus Paulū, q̄ castigat corpus suū, & in seruitutem redigit, abstinentendo à uino, quia in uino luxuria est, aut si modo dico infirmus utatur, iuxta consiliū Apostoli, abstinēdo à carnibus, ne dum nimis nutriā carnem, simul & carnis nutriā uitia. Panē ipsum cū mensura studebo sumere, ne onerato uentre stare ad orandum tædeat, & ne impropere ēt mihi Propheta, q̄ panem meum comederim in fatiuritate. Sed nec simplici quidem aqua ingurgitare me assuescam, ne distensio sanē uentris usq; ad titillationē p̄tingat libidinis. Idem. Vinū & similia, nullum, & pingua, corpori militāt, nō spiritui, frigus non anima saginatur, sed caro,

Piper, zinziber, ciminū, salua, & mille hmōi species saluamentorum, palatum quidem delectant, sed libidinem accendunt, prudenter sobriq; conuersanti, satis est ad oē cōdimētum, sal cū pane, & fame, qua sola non expectata necesse est alias atq; alias de nescio quibus succis extraneis confici permixtiones, q̄ uidelicet palatū reparent, gulam prouocent, & excitent appetitum. Idem Vbi coeperit sp̄s reformari ad imaginē conditoris sui, mox ēt reflorescēs caro, ex uoluntate sua incipit ad reformationem sp̄s reformari: nam ēt ad sensum suum incipit eam delectare, quicquid delectat spiritum. Insuper & pro multiplici defectu suo, exp̄na peccati multipliciter litens ad Deum, nonnunq; ēt contendit præcedere rectorem suum. Delectationes. n. non perdimus, sed mutamus à corpore ad animā, à sensibus ad consciā. Panis surfureus, & simplex aqua, oleū uel legumina simplicia, nequaquam res delectabiles sunt, sed in amore, & æternę delectationis desiderio uentri bene morigerato, grater ex his satisfacere posse notū est. Valde delectabile est, q̄ millia pauperum ex his, uel ex aliquo horum delectabiliter satisfaciunt naturæ. Facillimū quippe, & delectabile esset, adiuncto Dei amoris condimento, sedm naturā uiuē, si insania nos uiuere p̄mitteret, qua sanata, statim arriderent naturalibus natura. Eodem & de labore rusticus duos habet humeros, fortes lacertos, exercitatio hæc facit, si in ea cum tpe inolescit, uoluntas facit usum, usus exercitium, exercitium in omni labore uires subministrat. Hucusq; Bern. Ex his auctoritatibus constat aperte, abstinentiam plurimum cōmendabilem oīno esse faciendam. Eā nāq; tā antiqui patres q̄ B. Fran. ac ducissa tua B. Clara, ut in eorum uita patet, arctissimē seruauerunt. Videtur tū sedm eundem Bern. in tribus casibus abstinentia temperanda. Primus cum fieret contra uoluntatem prælati, hoc. n. nullo mō fieri debet. Secundus q̄ fieret cum notabili scandalo sociorum, magis. n. confert ad exercitiū spirituale ex charitate uti uita cōi, q̄ ex scandalo fr̄is, supra uitā cōem sp̄alem abstinentiā exhibere. Tertius casus est, q̄ fieret ultra corporis possibilitatē: nam indiscreta abstinentia, nō uirtutis, sed uitii esse phibetur. Vñ de his sic dicit Ber. Non uultis esse contenti eōi uita, non sufficit uobis regulare ieiuniū, non solēnes uigilia, nō imposita disciplina, nō mēsurā quā uobis partimur in uestimētis, uel alimentis, priuata p̄fertis cōibus. Qui uestri enram semel nobis credidistis, qd rursū de uobis nos intromittitis? Nā illā, qua toties Dñm conscientia uestris testibus ostendistis, propriā. f. uoluntatem uestrā, ecce nunc iterum magistrum habetis, non me. Illa uos natura docet non parere, rationi non acquiescere, non obtemperare sanctorum consilio uel exemplo, non obedire nobis. An nescitis, quia Angelus Sathanę multoties transfiguratur se in angelū lucis? Sapiētia est Deus, & uult se ama-

In Epi ad fra de mō te Dei

In trib. ca. sib. remp. randa est abstinentia

Ser. 10. in per Cant.

1. Cor. 11

Ro. 12.

Ser. 33. in per. Cant.

1. Reg. 19

Ser. 64. in per. Cant.

Matt. 18.

Ser. 3. de circunc.

1. Cor. 11.

Discretio, sūmma p̄fectionis, sicutiq; uirtus est.

se amari, nō solum dulciter, sed sapienter. Vnde Apost. Rōnabile (inquit) sit obsequium uestrū. Alioquin facillimē zelo tuo sp̄s illudet erroris, si sciam negligas, nec habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quam si efficere possit ut incaute, & non cū rōne ambuletur. Idem. Videas proh pudor, illos importunē su p̄sua quaritare, qui prius necessaria obstinatissimē recusabant, q̄ si qui in suā tortē inuicti obstinatione perdurāt, indiscretius abstinentes, & singularitate notabili conturbantes eos, cū quibus habitare debent unius moris in domo, haud scio sanē an se asliment pietatē retinere, cū hmōi mihi uir & longius abieciisse. Nam sapientes qui in oculis suis degeuerunt, apud se, nec consilio acquiescere, nec præcepto, uideant quid r̄deant, non mihi, sed dicenti, qm̄ quasi peccatū ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriq; nolle acquiescere. Pramiserat aut, quia melior est obediētia, q̄ uictima, & auscultare magis q̄ offerre adipē arietū. i. abstinentiā contumaciū. Idē. Quid illud quod nos quoque toties in domo ista & tā grauiter inquietat, notabilem loquor quorūdam qui inter nos sunt sup̄sticiosamq; abstinentiā, ex qua se oībus sibiq; oēs molestos reddūt, quō nō hæc ipsa discordia tam ḡnalis, & suā illius cōscię dissipatio est, & qd̄ in ipso est grandis v̄mex huius, quā plantauit dextera Dñi, n̄r̄. f. oīum v̄nimitatis demollitio. Vñ hōi per quem scandalū uenit. Qui scandalizauerit (inquit) vñ de his pusillis, durū est qd̄ sequitur, quanto duriora meref, qui tantā, & tam sanctam multitudinem scandalizat? Durissimū p̄sus iudicium portabit, quicunq; est ille. Id. Illis qui ad deuotionis gr̄am pueniunt, unū d̄ restare periculū, & oīno timendū eis à Demonio meridiano. Ipse. n. Sathanas transfiguratur se in Angelum lucis. Hoc est ergo timendum ei, qui tantā delectatione oīa facit, ne dum sequitur affectiōnem, corpus destruat per immoderatā exercitatiōnē, ac deinde necesse habeat nō sine magno spiritalis exercitiū detrimento, circa debilitati curam corporis occupari. Ergo ne incurrat, qui currit, illuminari necesse est lumine discretionis, quæ utiq; mater est uirtutum, & consummatio perfectionis. Hæc nimirū docet, ne quid nimis, uel minus fiat, atq; hæc est octaua dies i quo circunciditur puer, quia discretio uera circuncidit ut ne plus, nec minus fiat, nā & q̄ nimius est, fructum boni operis abscindit, non circuncidit, sicut qui tepidus est, minus facit. In hac igit die nomen imponit, & nomen salutis, nec de eo qui sic conuersatur dubitem dicere, q̄ suā ipsius salutē op̄t. Vsq; ad hunc. n. diem dicere possunt Angeli, qui nouerunt secreta cœlestia, sed ego nunc primū ei fiducialiter nomen salutis impono. At uerō, quia oīno rara ista uis est in terris; huius discretionis locum fratres suppleat uirtus obedientia, ut nec plus, uel minus, uel aliter q̄ imperatum sit faciat. Idem. Sunt corporis exer-

citia in quibus necesse est cōt̄pus laborare, sicut sunt uigilia, & hmōi, q̄ quidem sp̄alia non impediunt, sed adiuuant, si cum rōne & discretionē fiant. Quæ si ex indiscretionis uicio sic agantur, ut deficiente spiritu, uel languente corpore sp̄alia impediuntur, qui sic est corpori suo ruit bonum affectum, spiritui affectum, proximo exemplum, Deo honorem, sacrilegus est, & oīum horum in Deum reus, non q̄ sedm sensum Apostoli non uideatur ēt humanū hoc, & non deceat, & nō iustum sit caput aliq̄n dolore in seruitio Dei, quod olim sæpē usq; ad dolorem laborauit in uanitate sæculi, esurie uentrem usq; ad rugitū, qui sæpē repletus est usq; ad vomitum, sed modus in oībus est habendus. Affligendum est corpus aliq̄n, sed non conterendū. Nam ēt corporalis exercitatio ad modicū quidem ualet, & pietas ad oīa utilis est, pp̄ quod modicū hoc est, non in concupiscentiis sed tū cura est carnis agēda, agēda uerō est sobriē, & cū quadā sp̄uali disciplina, neq; i modo, neq; in qualitate eius, neq; in quantitate appareat aliq̄n, quod nō deceat seruū Dei. Hucusq; Ber. Sed ut uirtus discretionis tibi melius innotescat, audi breuiter quid de ipsius cōmendatione dicat idem Bern. Virtus siquidem discretionis absq; seruire charitatis iacet, & feruor uehemens absq; temperamento præcipitat. Ideoq; laudabilis cui neutrum deest, ut feruor discretionē erigat, & discretio feruorē regat. Idē Discretio quidē uirtuti ordinē ponit, ordo modicū tribuit, & decorē ēt, & p̄p̄tuitatē. Deniq; ait. Ordinatione tua p̄seuerat dies, diem uirtutem appellans. Est igit discretio nō tam uirtus q̄ q̄dam moderatrix, & auriga uirtutū, ordinatrixq; affectuum, & morum doctrix. Tolle hanc, & uirtus uirtū erit, ipsaq; affectio naturalis, in p̄urbationem magis conuertet, exterminiq; natura. Hucusq; Ber. Habuisti igit ex prædictis, quō i hoc discipulorū exemplo destruitur sup̄stitas, & gulositas. Sed quō pompa mundi ēt destruat nondū tibi dixi, quod tā p̄sequi nō intēdo, sed nec ex toto omittēs, sed hoc dicere sufficere puto ad p̄sens, q̄ hoc exemplo renouata v̄ primæ ætatis beata simplicitas, i qua erāt hoīes cōtēni fructibus arborū, & radicibus herbarū, & simplici atq; Si igit sic hodie fieret, nō indigeremus uolēdinis, nec clibanis, nec utenfilibus, & apparatu rerum, nec suppellectilia uaria & pomposa, in quibus humanū genus est inextricabiliter intricatum.

FERIA QUINTA.

De ministerio Marthæ & Mariæ. Item de ordine contemplationis, & quod duas habet partes. Cap. XLV.

Cum quadam uice Dominus Iesus iret Bethaniam ad domum Marthæ & Mariæ, ipse toto affectu diligentes eum, reuerentē, ac multum alacriter susceperunt eundē. Et Mar-

In Epi ad fratres de mōte del circa medium.

Psal. 118.

1. Tim. 5.

Discretio quid.



MEDITATIONES

tha quidem soror Maria se in continenti paravit, ad refectionem honorabilem ei & discipulis procurandam. Maria uero ad pedes Domini se posuit. Et cum Dominus nolens existere ociosus, more suo loqueretur uerba uitae aeternae, ipsa oculis, & auribus in cum intenta, iucundabatur in uerbis suis, ultra quam dici possit, nec quicquam aliud cogitabat. Martha uero moleste hoc tulit, & ea compelli a Dno ad laborandum secum in ministerio postulauit, sed contraria suam reprobauit, & Maria optimam partem elegisse audiuit. Maria uero quae in uerbis Dei quiescebat, ad clamorem sororis, quasi a somno euigilans, de quiete sua timuit, & facie inclinata in terram siluit. Sed post Domini responsionem securius, & iucundius se uidit. Deinde parata refectione, & Domino cessante loqui, continuo surgit, aquam manibus eius parat, & deinceps eidem semper assistens, fidelissimè seruit. Conspice benè Dominum ingrediētem, & illas ipsum latissimè suscipientes, & deinceps alia in praedictis eorum actibus, quia pulcherrima sunt. Scire autē debes, quod per istas duas sorores, dicunt sancti duplicem uitam intelligi. scilicet actiuam, & contemplatiuam. De quibus tractare longa materia est. Sed quia tibi expedire credo, non longum tractatum habere, tamē tibi aliqua inde scribam, tum quia beatus Bern. in diuersis locis ipsum copiosissime tractat, tum quia utilissimus, spualissimus, ac ualde necessarius est. Nam secundum praedictam duplicem uitam continuè uiuimus, & qualiter nos uiuere oportet ignoramus frequenter, quod est magnum periculum, & iactura non leuis, praecipue religiosam uitam gerentibus. Est igitur uita actiua quae designatur per Martham. Sed actiua uita sicut ex dictis Bern. colligere possum, duae sunt partes. Prima pars quae quis se exercet ad suam principaliter utilitatem corrigendo se, emendando à uitiis, & informando uirtutibus. Et id idem secundario fit ad utilitatem etiam proximi per opera iustitiae, & obsequia pietatis, & charitatis. Secunda pars eius est, quomodo quis principaliter suum exercitium confert in utilitatem proximi, quamuis ad suum etiam maius meritum ut alios regendo, docendo, & auuando in animarum salutem, ut faciunt praedicti, & praedicatorum, & huiusmodi. Et inter has duas partes uita actiua, est uita contemplatiua, ut ista sit ordo, quod primò quis se exercet, & laboret in oratione, & sacramentum studio litterarum, & alijs operibus bonis, & obsequiis in conuersatione, quasi corrigendo se à uitiis, & acquirendo uirtutes. Secundò quiescat in contemplatione, solitudinem mentis quaerens, & soli Deo uacans toto posse. Tertio per praedicta duo exercitia, uirtutibus, & uera sapientia imbutus, & illuminatus, & seruidus effectus, ad aliorum salutem intendat. Primò igitur (ut tetigi) oportet, quod in prima actiuae uita parte, mens expurgetur, depuretur, & roboretur per exercitia uirtutum, deinde in contemplatiua informetur,

Vita actiua habet duas partes.

illuminetur, & instruat, postea confidenter potest ad aliorum profectus exire, ut eos possit adiuuare. Quod autem iste sit ordo rectius, istis auctoritatibus probatur, & primò quod prima pars actiuae praecedat contemplatiuam.

Actiua praecedit contemplatiuam. Cap. XLVI.

Dicit enim Bern. Intrauit Iesus in castellum, haec duae sorores Martha & Maria. i. operatio, & intellectus exceperunt illum. Iesus autem cum ad illas uenit, duo confert congruentia singulis, uirtutem, & sapientiam, uirtutem operationi, sapientiam intellectui. Unde & ab Apосто. praedicatur Dei uirtus, & Dei sapientia. Sed quid est quod intrantem cum Martha excipit, discurret, & ministrat? Maria uero secus pedes sedens ingressi, in eius uerbum cor infundit, nisi quia prius est actio, postea uero contemplatio? Quisquis enim ad intelligentiam peruenire desiderat, profectio necesse est, ut prius per opera bona se diligenter exerceat, sicut scriptum est: Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus praebebit illam tibi. Et alibi. A mandatis tuis intellexi, & fide purgans corda eorum. Quae fide? Fide per dilectionem operante. Idem. En forte appetis & ipse contemplationis quiete, & benefactis, tantum ne obliuiscaris flores, quibus lectulum sponae legis sparsum. Ergo cura & tu tuum simi liter circundare bonorum floribus operum, uirtutum exercitio, tanquam in flore fructum sanctum otium praeruenire; alioquin delicta toto latere ocio dormire uoles, si non exercitatus quiescere appetas, & Lyae secūditate neglecta, solis cupias Rachel amplexibus oblectari. Sed & praeposterus ordo est ante meritum exigere premium, & ante laborem sumere cibum, cui dicit Aposto. Qui non laborat, non manducet. A mandatis tuis intellexi (inquit) ut scias nisi per obedientiam mandatorum contemplationis gustum penitus nemini deberi. Non igitur putes de proprio amore quietis, sanctae obedientiae actibus, seniorum uetraditionibus praedictum nullatenus faciendum. Alioquin non dormiet tecum spiritus in lectulo tuo. Illo profertim quae tibi per obedientiam floribus, ricutis ac uirtutibus in obedientia aspersisti, per quod non exaudiet orationes tuas, uocatusque non ueniet. Nec enim dabit inobedienti copiam sui tatus obedientiae amator, quod mori quod non obedire maluerit. Sed neque approbat tuae contemplationis inane otium, qui dicit per prophetam. Laboraui sustinens, signas spiritus quo exul celo, & praesentia summae quietis, opatus est salutem in medio terrae: & paulo post. Miror ualde impudentiam aliquorum, qui iter nos sunt, qui cum oes nos sua singularitate tractauerint, sua impatiētia irritauerint, sua inobedientia coinquinauerint, audet nihilominus ad tam foedum confectum lectulum, omni orationum instantia rotius puritatis Deum inuocare. At cum extenderit aeternae manus uestras, auertam oculos meos,

Ser. 1. de assumpt. Virg.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

UITA CHRISTI.

meos, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Quid enim lectulus non est floridus, magis autem & putridus est, & tu illic regem gloriae trahis? Ad pausandum hoc facis, an ad caufandum? pergis ergo tu tota die expandere ad Deum tuam manus tuas, qui fratres tota die molestas, unanimiter impugnas ab unitate te separas? Et quid uis me facere, inquit? profectio ut primò quidem emendes conscientiam ab omni iniquitate irae, & disceptationis, & murmuris, & liuoris, & quicquid omnino aduersari cognoscitur, aut paci fratrum, aut obedientiae seniorum, de cordis habitaculo eliminare festines. Deinde etiam circūdare tibi flores bonorum quoruncumque actuum, & laudabiliū studiorum, atque odoramenta uirtutum. i. quaecumque sunt uera, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bona fauua, si qua uirtus, si qua laus disciplinae. Haec cogitare, in his te exercere curato. Ad istiusmodi securè uocabis sponsum, quoniam cum introduxeris eum, ueraciter dicere poteris, & tu, quia lectulus noster floridus, redolente nimirum conscientia pietate, sed pacè, sed mansuetudinem, sed iustitiam, sed obedientiam, sed hylaritatem, sed humanitatem. Haec Bernard. Ex praedictis apparet, quomodo pars actiuae quam uocauit primam, praecedat contemplatiuam.

De oratione. Item septem quae praecedunt bonum doctorum. Cap. XLVII.

Sequitur uidere, qualiter contemplatiua praecedat actiuam in secunda parte ipsius, & sic contemplatiua stat in medio inter ipsas duas partes actiuae. Dicit igitur Bernard. Sanè cauendum est, aut dare quod nobis accepimus, aut quod erogandum accepimus retinere. Rem profectio Christi retines tibi, si (uerbi causa) plenus uirtutibus cum sis, forisque nihilominus donis scientiae, & eloquentiae adornatus, metu forte, aut segnitie, aut minus discreti humilitate uerbum bonum quod posset prodesse multis, inutili, immò & damnabili ligas silentio, certè maledictus, quod frumenta abscondis in populis. Rursum quod tuum est spargis, & perdis si priusquam infundaris, tu totus semiplenus festinas effundere, contra legem arans in primogenito bonis, & uis primogenitum tondens. Nimirum uita, atque salutem, quam alteri das, te fraudas, dum sana uacuis intentione, gloriae inanis uento insularis, aut terrena cupiditatis ueneno infectis, & laterali apostemate turgens interis. Quam obrem si sapias, concham te exhibebis, & non canalem. Hic siquidem penè simul recipit, & re fundit, illa uero donec impleatur expectat, & sic quod superabundat, sine suo damno commutnicat, sciens maledictum, qui partem suam fecit deteriore. Et infra. Caterum tu frater, cuius firma satis propria salus nondum est, cui charitas adhuc aut nulla est, aut adeò tenera, aut ardua,

dinea, quod omni flatui cedat, omni credat spiritui, omni circumferatur doctrine uento, iminò cui tanta est charitas, & ultra mandatum, quidē diliges proximum tuum plus quam teipsum, & rursum tantilla, ut contra mandatum fauore liquefcat, pauore deficiat, perturbet tristitia, auiditia contrahat, pertrahat iuspitione, ambitionibus inquietet, conuictijs exagitet, curis euisceret, honoribus tumeat, liuore tabescat, tu (inquam) in proprijs teipsum sentiens, quae nam dementia quae, aliena curare, aut ambis, aut acquiescis? Sed audi quid consular cauta, uigilq; charitas. Non ut alijs (inquit) sit remissio, uobis autem tribulatio, sed aequalitate. Noli nimirum esse in stus. Sufficit ut diligas proximum tuum tanquam teipsum: hoc quippe est ex aequalitate. Imple te prius, & sic curato effundere. Benigna prudentia charitas affluere consueuit, non effluere. Fili mi ne perfluas, ait Salomon. Et Apóstolus. Propterea (inquit) debemus intendere his quae dicuntur, ne forte perfluamus. Quid enim tu ne Paulo sanctior? sapientior Salomone? sed iam audite quae & quanta saluti propriae sunt necessaria, quae & quanta infundi oporteat priusquam effundere praesumamus, accedit medicus ad uulneratum, spiritus ad animam. Quam enim non reperiat gladio Diaboli uulneratam? quid ei primò opus est? Reuera ut tumor, uel ulcus quod forte supercreuit in uulnere ante omnia amputetur, abscondatur itaque, ferro acuto compunctionis ulcus inueteratae conuictudinis, sed est acerbus dolor. Leniatur proinde unguento deuotionis, quod non est aliud, nisi concepta de spe indulgentiae exultatio. Hanc continendi parit facultas, ex uictoria de peccato. Iam gratias agit, & dicit. Diripiisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Deinde apponitur medicamentum poenitentiae, malagma ieiuniorum, uigiliarum, orationum, & si qua sunt alia poenitentium exercitia. In labore cibandus est cibo boni operis ne deficiat. Quod opus sit cibis, inde doceris. Meus (inquit) cibis est, ut faciam uoluntatem patris mei. Itaque comitem poenitentiae labores pietatis opera, quae confortant. Magnam (ait) fiduciam praestat apud altissimum elemosyna. Cibus sitim excitat, potandus est. Accedat cibo boni operis, orationis potus, componens in stomacho conscientiae quod bene gestum est, & commendans Deo. Orando bibitur uinum lactificans cor hois, uinum spiritus quod inebriat, & carnalium uoluptatum infundit obliuionem, humectat interiora amentis conscientia, efficit bonorum actuum diu igit, & deducit per quaedam aia membra fidem roborans, spem confortans, uegetans ordinansque charitatem, & impingens mores. Sumpto cibo, potuque, quid restat, nisi ut pauper aegrotus, & quieti contemplationis post sudorem actionis incumbat? Dormiens in contemplatione, somniat Dominum per speculum siquid in enigmate, non aut facie ad faciem interimitur. Cum sic non tam spectari quae conuicturari



idq; raptim, & quasi sub quodam corruscamine
 scintillae transeuntis tenuiter uix tactu inar-
 descit amore, ait. Anima mea desiderauit te in
 nocte, sed & spiritus meus in precordijs meis.
 Talis amor zelat, hic decet amicum, uel amore
 sponsi. Hinc necesse est, quod ardeat fidelis ser-
 uus, & prudens, quem constituit Dominus super
 familiam suam, hic replet, hic seruet, hic ebul-
 lit, hic iam securus effundit exundans, & erum-
 pens, & dicens. Quis infirmatur & ego non infir-
 mor? Quis scandalizatur, & ego non uror? praed-
 icet, fructificet, innouet signa, & immutet mi-
 rabilia. Non est quo se immisceat uanitas, ubi
 totum occupat charitas. Siquidem plenitudo
 legis & cordis est charitas, si tamen plena. Deus
 deniq; charitas est, & nihil est in rebus quod pos-
 sit replere creaturam factam ad imaginem Dei,
 nisi charitas Deus, qui solus maior est illa. Eam
 nondum adeptus, periculosissime promouetur,
 quantumlibet uideatur alijs pollere uirtutibus.
 Si habuerit omnem scientiam, si dederit omne
 substantiam suam pauperibus, si tradiderit cor-
 pus suum, ita ut ardeat, absq; charitate, uacuus
 est: ait Pau. Eniquanta prius infundenda sunt,
 ut effundere audeamus. Primo quidem com-
 punctio. Secundo deuotio. Tertio poenitentiae
 labor. Quarto pietatis opus. Quinto oratio-
 nis studium. Sexto contemplationis ocium.
 Septimo plenitudo dilectionis. Haec omnia ope-
 ratur unus, atq; idem spiritus secundum opera-
 tionem, quae infusio appellatur, quatenus illa, q
 infusio dicta est, pure, & ob hoc tute iam admi-
 nistratur, ad laudem & gloriam Domini nostri
 Iesu Christi. Item. Haec siquidem uera, & casta
 contemplatio habet, ut mentem quam diuino i-
 gne uehementer succenderit, tanto interdum re-
 pleat zelo, & desiderio acquirendi Domino, qui
 eum similiter diligit, ut ocium contemplationis, p stu-
 dio pdicationis libentissime intermitteret. Et rur-
 sum porita uotis aliquatenus in hac parte, taro
 ardentius redeat in idipsum, qro se fructuosius i-
 termisisse meminerit. Et iteru sumpto contem-
 plationis gustu, ualentius ad conquirenda lucra so-
 lita alacriter recurat. Ceterum inter has uicif-
 situdines plerunq; mens fluctuat, metuens, &
 uehementer astuans, ne forte alteri horum dum
 suis affectionibus hinc inde distrahitur, plus ius-
 to inhareat, & sic in utroque, uel modicum a
 diuina deuiet uoluntate, & fortassis aliquid tale
 sanctus Iob patiebatur, cum diceret. Si dormie-
 ro, dico quando confurgam? & rursum expecta-
 bo uesperam, hoc est, & quietus neglecti operis,
 & occupatus, pturbat nihilominus quietis me
 arguo. Vides uirum sanctum inter fructum o-
 peris, & somnum contemplationis grauius a-
 fluare, & in bonis licet semper uersantem, sem-
 per tamen quasi de malis poenitentiam agere, &
 Dei cum gemitu momentis singulis inquirere
 uoluntatem. Vnicum quippe in huiusmodi re-
 medium seu refugium oratio est, quia frequens

gemitus ad Deum, ut quid, quando, & quate-
 nus nos facere uelit, assidue nobis demonstrare
 dignetur. Hucusque Bernard. Pater igitur ex
 praedictis, quomodo duae sunt partes actiuae uita-
 & quomodo inter eas est contemplatiua, & per
 consequens & de modo, & ordine ipsarum. Re-
 stat, ut de ipsis singulariter inspiciamus. Sed de
 tertio membro, idest de secunda parte actiua,
 qualiter ad lacrum animarum, & ad utilitatem
 proximi sit exeundum, non intendo tractare,
 quia tuus status hoc non requirit. Sufficit tibi
 in hoc totum studium tuum ponere, ut uitiis e-
 mendata ac uirtutibus imbuta, per primam par-
 tem actiuae, Deo tuo vacare possis per contem-
 plationem.

De exercitio actiuae uita. Cap. XLVIII.

DE ipsa ergo actiua quamuis in parte iam
 habueris, & maxime in Sermone xli.
 Cantic. Tamen adhuc alias eiusdem
 Bernardi auctoritates adducam, ut captus ui-
 tia fugere, ac plenius uirtutes ualeas adipisci.
 Dicit itaque idem in eiusdem canticis. Semina-
 te uobis ad iustitiam: metite spem uita, & tuc
 de uinum illuminate uobis (ait) lumen scientiae.
 Ultimam posuit scientiam tanquam piscinam,
 quae statum habere nequeat super inane, & i-
 deo illa duo praemisit, & subiecit illi tanquam
 si solidum aliquid picturae subterneret. Securus
 iam intendam scientiae, si uita prius per benefi-
 cium spei securitatem acceperit. Tu igitur se-
 minasti tibi ad iustitiam, si ex uera notitia tui
 euigilasti timere Deum, te ipsum humiliasti, fa-
 disti lachrymas, eleemosynas perfudisti, ceteris-
 que pietatis actionibus mancipasti, si ieiunijs,
 & uigijs afflixisti corpus, si pectus tui sonibus,
 caelos clamoribus fatigasti, hoc siquidem se-
 minare est ad iustitiam. Semina sunt bona o-
 pera, bona studia, semina lachrymarum sunt. Ibat
 enim (inquit) & stebant, mittentes semina sua.
 Idem in persona sponsae loquentis ad sodales
 sponsi, & petentis osculum, id est contempla-
 tionis excessum, sic dicit. Si cura est ei ulla de
 me. Osculet me osculo oris sui, non sum ingrata
 sed amo, & en gratia ipsius multis tam annis
 castè sobrieque uiuere curo, lectioni insisto, re-
 sisto uitijs, orationi incumbo, frequenter uigi-
 lo contra tentationes, recogito annos meos in
 amaritudine animae meae, sine querela me arbi-
 tror quantum in me est conuersari iter fratres,
 superioribus potestatibus subdita sum, siue egre-
 diens & regrediens ad imperium senioris. Aliena
 non cupio, mea potius & me pariter dedi, in
 sudore uultus mei comedo panem. Ceterum
 quod in his omnibus est, totum constat de con-
 suetudine, de dulcedine nihil. Mandata forsitan
 utcumq; adimpleo, sed anima mea sicut terra si-
 ne aqua in illis. Ut igitur holocaustum meum
 pingue fiat, osculetur me quaso osculo oris sui.
 Idem. Tu quoq; si donu quod desuper accepisti
 nobis

a. Cor. 11.

s. Cor. 13

Ser. 57. fu per Cap.

Iob. 7.

Ser. 37. fu per Cap.

Osc. 10.

Psal. 50.

Ser. 9. fu per Cap.

Ser. 17. fu per Cap.

Ad triplex mali partem, triplex, op3 habere p uidentia.

De exercitio uitae contemplatiuae. Cap. XLIX.

nobis cotubernalibustuis libeter impartiaris, si-
 te exhibeas ubiq; iter nos officiosum, si affectuo-
 sum, si gratum, si tractabilem, si humilem, testi-
 monium habebis ab omnibus, q fragrans & ipse
 unguentis optimis. Omnis in nobis qui frater-
 nas infirmitates tam corporum q animarum, non
 solum patienter supportat, sed inuiper si licet ei,
 & si ualet uuat obsequijs, confortat alloquijs,
 consilijs informat. Si hoc non potest propter
 disciplinam, sollicitet saltem orationibus, sollici-
 tari non cesser infirmo. Omnis (inquam) qui ta-
 lia operatur in nobis, bonum omnino spargat
 odorem inter fratres, odore de unguentis opti-
 mis, balsamum in ore, huiusmodi frater in con-
 gregatione monstratur digito, dicunt de eo om-
 nes. Hic est fratrum amator & populi Israel, hic
 est qui multum orat pro populo, & in uersa san-
 cta ciuitate. Idem. Hi sunt magistri, qui a magi-
 stro omnium uias uitae plenius didicerunt, & do-
 cent nos usq; in hodiernum diem. Quid igitur
 docuerunt, uel docent nos sancti Apostoli? Non
 piscatoriam artem, nec scenofactoria, uel quic-
 quid huiusmodi est, non Platonem legere, non
 Aristotilis uerutias inuersare, non semper dis-
 scere, & nunq ad ueritatis scientiam peruenire,
 docuerunt me uiuere, puras parua res. Sit scire ut
 uere? Magnum aliquid, immo maximum. Non
 uiuit, qui superbia insatur, qui luxuria sordida-
 tur, qui ceteris inficitur pestibus, quoniam nou
 est hoc uiuere, sed uitam confundere, & appro-
 pinquare usq; ad portas mortis. Bonam autem
 uitam ego puto, & mala pati & bona facere, &
 sic perseuerare usq; ad mortem. Dicitur uulgo.
 Qui bene se pascit bene uiuit, sed mentita est
 iniquitas sibi, quoniam non bene uiuit, nisi qui
 bonum facit. Arbitror autem, q tu qui in congre-
 gatione, es bene uiuis, si uuis ordinaliter, socia-
 liter, & humiliter. Ordinaliter tibi, socialiter alijs,
 humiliter Deo. Ordinaliter, ut in conuersatione
 tua sollicitus sis obseruare uias tuas in conspectu
 Domini, & in conspectu proximi, cauens & tibi
 a peccato, & illi a scadalo. Socialiter, ut studeas
 amari, & amare, & blandum te, & affabilem ex-
 hibere, supportare non solum patienter, sed &
 libenter infirmitates fratrum tuorum, tam mo-
 rum, q corporum. Humiliter, ut cum haec omnia
 feceris, spiritum uanitatis studeas exuillare, qui
 ex huiusmodi nasci solet, & quantumcumq; illu-
 sengeris, nega omnino consensum. Sic & in patie-
 do malum, quoniam triplex est, triplicem oportet
 adhibere prouidentiam. Est enim quod a te
 pateris, quod a proximo, quod a Deo. Primum
 est lausteritas pnia. Sedm ex uatio aliena mali-
 tie. Tertium flagellum correptionis diuinae. In
 eo quod a te pateris, debes uoluntarie sacrificare,
 quod a proximo patienter ferre, quod a Deo
 sine murmuratione, & cum gratiarum actione
 sustinere. Hucusq; Bernardus. Et haec de exer-
 citio primae partis actiuae sufficiant ad praesens.

Sequitur ut de contemplatiua uideamus, de
 qua sic dicit Bernar. propterea dulcissimus
 sponsus leuam suam capiti spola supposituit,
 quatenus in sinu suo eam quiescere faceret, &
 dormire. Et nunc custos illius dignatissime, &
 beneuolentissime uigilat super eam, ne adolesce-
 tularu crebris minurij; necessitatibus inquie-
 tata, uigilare cogatur. Non me capio praelatitia,
 q illa maestas tam familiari, dulciq; consortio
 nostra sese inclinare infirmitati minime dedi-
 gnatur, & superna deitas animae exulantis inire
 connubia non despicit. Si sic in caelo esse non am-
 bigo, ut lego in terra, sentit pro certo anima qd
 continet pagina, nisi q non sufficit omnino illa
 exprimere, quantum capere illa tuc poterit, sed
 nec quantum iam potest. Quid putas illic acci-
 piet, quae hic tanta familiaritate donatur uel
 doratur, ut Dei brachijs amplecti se sentiat, &
 Dei sinu foueri, Dei cura, custodia, & studio cu-
 stodiri, ne dormiens forte a quopiam donec ul-
 tro euigilet, excitetur? Non est autem is sponsa
 somnus dormitio corporis. Magis autem istius-
 modi uitalis uigilq; sopor, sensum interiore
 lumina, & morte propulsata, uitam tribuit sem-
 piternam. Reuera enim dormitio est, quae tamen
 sensum non sopiat, sed abducat. Est & mors (qd
 non dubius dixerim) quoniam Apostolus quos-
 dam adhuc in carne uiuentes, commendado sic
 loquitur. Mortui enim estis, & uita uestra abscō
 dita est cum Christo in Deo. Proinde & ego non
 absurdè spose extraxim uocauerim mortem, quae
 tamen non uita, sed uita eripitur laqueis, ut pos-
 sit dicere. Anima nostra sicut passer erepta est de
 laqueo uenarium. Inter medios namq; laqueos
 in hac uita inceditur, qui utiq; tories non timē-
 tur, quoties sancta aliqua, & uehementi cogita-
 tione anima a semetipsa abripitur, si tamen eo-
 usq; mente secedet ut auolet, & hunc commune
 transcendat usum, & consuetudinem cogitadi.
 Etenim frustra iacitur rete ante oculos pennato-
 rum. Quid enim formidetur luxuria ubi nec
 uita sentitur? Excedente quippe anima, & si nō
 uita, certe uita sensu, necesse etiam est, ut nec ui-
 ta tentatio sentiat. Quis dabit mihi pennas
 sicut columbae, & uolabo, & requiescam? Vtinā
 hac morte ego frequenter cadam, ut euadam la-
 queos mortis, ut non sentiam uita luxuriantis
 mortifera blandimenta, uel obstupescam ad sen-
 sum libidinis, ad astum auaritia, ad iracundia &
 impatientia stimulos, ad angores sollicitudinū,
 & molestias curarū. Moriatur anima mea mor-
 te iustorū, ut nulla illa queet iniustitia, nulla oble-
 cter iniquitas. Bona mors quae uitam non aufert,
 sed transfert in melius. Bona qua non corpus ca-
 dit, sed anima subleuatur, uerum haec hominum
 est, sed anima mea moriatur morte etiam (si di-
 ci potest) angelorum, ut praesentium memoriam
 excedens, rerum se inferiorum corporearumq;
 non

Ser. 52. fu per Cant.

Col. 3.

Psal. 123.

Prou. 1.

Psal. 54.



MEDITATIONES

De tribus generibus contemplationis. Cap. I.

non modò cupiditatibus, sed & similitudinibus exuat, sitq; ei pura cum illis conuersatio, cum quibus est puritatis similitudo, talis (ut oppo- not) excessus aut tantum aut maximè contem- platio dicitur. Rerum etenim cupiditatibus ui- uendo non teneri humana uirtutis est, corporu uerò similitudinibus speculando non inuolui, an- gelicæ puritatis est, utruq; tamen diuini mune- ris est, utruq; excedere, utruq; temetipsum trā- scendere est, sed longè unum, alterum non longè. Beatus qui dicere potest. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Non fuit contentus exire, nisi & longè se faceret, ut posset quiescere, trāsi- listi carnis oblectamenta, ut minimè iam obe- dias concupiscētis eius, nec tenearis illecebris, proficiendo separasti te, sed nondum elongasti, nisi & irruentia undiq; fantasmatu corporearū similitudinum transuolare mentis puritate præ- ualeas. Hucusq; nolitibi promittere requiem, er- ras, si citra inuenire te existimas locum quietis, secretum solitudinis, luminis serenum, habitacu- lum pacis, sed da mihi qui illuc uenerit, & incun- ctanter fateor quiescentem, qui merito dicat.

Psal. 54.

Psal. 114.

Cant. 3.

Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benè fecit tibi. Atq; hic uerè in solitu- dine locus, & in lumine habitatio. Puto ergo in solitudine hanc exisse sponfam, ubiq; præ amœ- nitate loci inter amplexus spōsi suauiter obdor- misse, id est spiritu excessisse, quando prohibita sunt adolescentulæ expergefaceret illam, quoad ipsa uoluerit. At illud qualiter? Non simpliciter neq; leu (ut assolēt) commōitione prohibita sunt, sed omnino noua, & inueta contestatione, per capreas, scilicet ceruolq; camporum. Quo quidem genere ferarum uidentur mihi fati cō- gruenter expressa, sanctæ animæ exuta corpori- bus, simul & qui cum Deo sunt angeli, nimirum propter acumen uisus, & saltus celeritatē. Vtrum que hoc siquidem utruq; spiritibus conuenire cognoscimus. Nam faciliè, & petunt summa, & i- tina penetrant. Quorum quoq; in campis desi- gnata conuersatio euidenter liberos, atq; expe- ditos significat in contemplatione discursus. Quid sibi uult igitur adiarario facta per istos? Profectò ne inquietæ adolescentulæ audeant le- ui ex causa euocare dilectam à tam reuerendo collegio, cui absq; dubio toties admiscetur, quo- ties contemplando excedit. Pulchrè itaq; horū auctoritate terrentur, à quorum societate con- stat euelli illam, ipsarum importunitate. Ponit- rur sanè in uoluntate ipsius, & uacare sibi, & cu- rarū illarum intendere, prout oportere iudicau- rit, cum uetatur excitari ab illis, quousq; ipsa ue- lit. Nouit sponfus quanta flagret dilectione erga proximos sponfa, & satis propria charitate soli- citari matrem de perfectibus uisitarum, nec se ul- lo pacto illis subtraçturam seu denegatrà, quā- tum & quoties opus fuerit, propterea; securæ discretionis eius credendam censuit hanc dispē- sationem. Hucusq; Bern.

Scire autem debes contemplationis tria esse genera, duo principalia propter perfectos, tertium additur pro imperfectis. Duorum perfectorum, sunt cōtemplatio maiestatis Dei, & cōtemplatio cœlestis curiæ. Tertium pro in- cipientibus, & imperfectis est cōtemplatio hu- manitatis Christi, quam in hoc libello tibi de- scribo. Et ideo ab hac tibi incipiendum est, si uis ascendere ad maiora, aliàs non tam ascendere q̄ ruere posses. Vide igitur q̄ necessaria sit tibi hu- ius libelli doctrina. Nunq̄ enim ad sublimia Dei mente eleuare te posse confidas, nisi in hac te di- ligenter, & longo tempore exerceas. Super hæc autem materia dicit sic Bern. Duo liquet con- templationis genera esse. Vnum de statu & foeli- citate, & gloria ciuitatis supernæ, quo uel actū, uel ocio ingens illa cœlestium ciuium occupata sit multitudo. Alterum de regis ipsius maiestate, æternitate, & diuinitate. Illa in materia, ista in petra, sed hæc quantò difficilius cauatur, tantò suauius quod inde eruis sapit, & paulopost. Sed quia non ex omni se interim parte adhuc ad pe- tram perforandam accedere Ecclesia potest (ne- que enim omnium est qui in Ecclesia sunt sacra- menta diuinæ uoluntatis inspicere, aut apprahē- dere per semetipsum profunda Dei) ideo non so- lum in foraminibus petre, sed etiam in cauernis maceris habitare ostenditur. Ergo in perfectis quidem qui rimari, & penetrare archana sapien- tiæ, & puritate conscientie audent, & intelligen- tiæ acumine possunt, habitāt in foraminibus pe- træ: de reliquo in cauerna maceris, ut qui in pe- tra fodere per semetipsum, aut non sufficiunt, aut non præsumunt, in maceria fodiant, contenti uel gloriam sanctorum mēte intueri. Si cui nec hoc quidem possibile sit, hinc sanè præpone Iesum, & hūc crucifixum, ut & ipse absq; suo labore ha- bitet in foraminibus petre, in quibus non labo- rauit. Iudæi in his laborauerunt, & ipse in labo- res infidelium introiit, ut sit fidelis. Nec ueren- dum q̄ patitur repulsam, qui & uocatur ut in- tret, ingredi (inquit) in petram, abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. Infirmæ adhuc, & inerti animæ fossa ostenditur humus, ubi lateat, donec cōua- lescat, & proficiat, ut possit & ipsa per se cauare sibi foramina in petra, per quæ intret ad interio- ra uerbi, animi utiq; nigore, & puritate. Et si i- trauerimus fossam, humum illam (quæ ait) fode- runt manus meas, & pedes meos, non erit ambi- gendum de sanitate animæ uulneratæ, quæ in ea demorabitur. Quid enim est tam efficax ad cu- randum conscientie uulnera, nec non ad purgā- dum mentis aciem, q̄ Christi uulnerum sedula meditatio? Verum donec purgata & sanata per- fectè fuerit, non uidebo qualiter illi aptari pos- sit quod dicitur. Ostende mihi faciem tuam, so- net uox tua in auribus meis. Quomodo deniq; faciem

Ser. 65. de per Cant.

Tria cōte- plationis

Ser. 49. su per Cant.

Ser. 3. de uerbo

Etia. +

Psal. 114. Alias in tellectum?

Cant. 3.

VI TAE CHRISTI.

faciem suam ostendere audeat, uel leuare uocem cui & latere indicitur. Abscondere (inquit) in fos- sa humo. Quare? quia non est pulchra facie, nec digna ut uideatur, non erit digna uideri q̄ diu non erit idonea uidere, cum autem per inhabi- tationem fossa humi in sanando oculo interio- ri tantum profecerit, ut reuelata facie speculari gloriam Dei & ipsa possit, tunc demum quæ ui- debit fiducialiter iam loquitur uoce, & facie pla- cens. Placeat necesse est facies, quæ in Dei clarita- tem intendere potest, neq; enim illud posset nisi clara quoq; ipsa esset & pura, utiq; transforma- ta in eandem quam conspicit claritatis imagi- nē, alioquin ipsa dissimilitudine resillire in soli- to reuerberata fulgore, ergo cum pura purā in- trueri poterit ueritatem, tunc faciem ipsius spon- sus uidere cupiet, consequenter & uocem audire. Hucusq; Bern. Vides q̄ necessaria sit tibi uita Christi meditatio, nam ut ex auctoritate patet, nisi in ea depureris, nunq̄ ad sublimia Dei ascen- dere poteris. Vnde uigilanter, & indefinenter ex- exerceris in ea. Vidisti etiam quomodo tria sunt genera contemplationis, scilicet humanitatis Christi, cœlestis curiæ, ac maiestatis diuine. Scire autem debes, q̄ in qualibet harum duo sunt mentis excessus, intellectus, & affectus. De quibus sic dicit Bern. Cum duo sint beata contē- plationis excessus, in intellectu unus, & alter in affectu, unus in lumine, & alter in seruore, unus in agnitione, alter in deuotione. Pius sanè affe- ctus, & pectus amore calens, & sancta deuotio- nis infusio etiam & uehemens spiritus repletus zelo, non planè aliud è, q̄ ex cella uinaria repor- tantur. Hucusq; Bern. & in alijs, & in isto.

De contemplatione humanitatis Christi.

Cap. I.

Dicit ergo circa hoc primum. Duo sunt quæ in nobis purganda sunt, scilicet intel- lectus, & affectus: intellectus ut nouerit, af- fectus ut uelit. Intellectus dico tunc deprimitur cum multa cogitat, cum nō colligit se circa unā & unicam meditationem, quæ concepitur de ci- uitate illa, cuius participatio eius in idipsum. Affectus uero quæ corpore corrupto diuersis passionibus afficiuntur, mitigari nunq̄ possunt, ne dicam sanari, donec uoluntas unum querat, & tendat ad unum: sed Christus intellectum illu- minat, Christus affectum purgat. Venit enim fi- lius Dei, & tot, & tanta mirabilia in mundo ope- ratus est, ut non immeritò intellectum nostrum ab omnibus mundanis rebus euocauerit, ut sem- per cogitemus, & nunq̄ cogitare sufficiamus, quæ mirabilia fecit. Verè latissime nobis ad spaciā- dum intelligentiæ campos dereliquit, & torrens istarum cogitationum profundissimus est. Quis enim cogitare sufficiat, qualiter rerum Deus p- uenerit nos, uenerit ad nos, subuenerit nobis, & singularis maiestas uoluit mori ut uiueremus,

seruire ut regnaremus, exulare ut repatriare- mus, & usq; ad seruilissima opera inclinari, ut constitueret nos super omnia sua? Vnde nobis in his ueritas? unde charitas in hoc seculo neq; in hoc mudo qui positus est in maligno putat erit? Qui intellectum illuminet, qui inflammet affe- ctum erit, si conuertamur ad Christum, ut uela- men de cordibus auferatur. Idē. Fasciculus mir- thæ dilectus meus mihi, inter ubera mea cōmo- rabitur. Et ego fratres ab ineunte mea conuersa- tione pro aceruo meritorū, quæ mihi deesse scie- bam, hūc mihi fasciculum colligare, & inter ube- ra mea collocare curauī, collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Dei mei. Pri- mum uidelicet infantium illarum necessitatū, deinde laborum quos pertulit in prædicando, sa- rigationum in discurrendo, uigiliarum in oran- do, tentationum in ieiunando, lacrymarum in compatiendo, infidiarum in colloquendo, pos- tremò periculorum in fallis fratribus, cōuitio- rum, sputorum, clauorum, horumq; similibus, q̄ in salutem nostri generis silua euangelica copio- sissime noscitur protulisse. Hæc meditari dixi sa- pientiam, in his iustitiæ mihi perfectionem con- stitui, in his plenitudinem scientiæ, in his diui- tias salutis, in his copias meritorum, ex his mi- hi interdum potus salutaris amaritudinis, ex his sursum suauis unctio consolationis. Hæc me er- gunt in aduersis, in prosperis reprimunt, & inter- lara tristitia; uita præsentis uia regia inceden- ti, tutum præbent utrobq; ducatum, hincinde mala imminetia propullando, hæc mihi mudi iudicem conciliauit, dum tremendum potesta- tibus mitem humilem; figurant, dum non so- lum placabilem, sed amicabilem representat eū, qui i accessibilibus est principibus, terribilis apud reges terra. Propterea hæc mihi in ore frequen- ter sicut uos scitis, hæc in corde semper sicut Deus scit, hæc stilo meo admodum familiaria sicut ap- paret, hæc mea subtilior interiorq; philosophia, scire Iesum & hunc crucifixum. Hucusq; Bern. Et hæc de cōtemplatione humanitatis sufficiat, quia totum hunc librum de ipsa habes. Scire tñ debes, q̄ hæc contemplationem non oportet q̄ præcedat uita actiua, quia de rebus corporali- bus est, scilicet de actionibus Christi secundum humanitatem, unde ranq̄ facilior non tantum perfectioribus, sed etiam rudibus proponitur i- tuenda, tum quia in ea sicut in actiua, & a uitijs purgamur, & uirtutibus imbuimur, unde hæc cū actiua concurrat. Cum igitur dicitur, q̄ actiua debet præcedere contemplatiuam: uerum est in alijs subliuioribus suis generibus, scilicet cœle- stis curiæ, & maiestatis Dei, quæ tantum perfe- ctis reseruatur, & ideo ista de humanitate Chri- sti rectius & proprius meditatio quàm contem- platio nominari debet. De prædictis autem duabus etiam per auctoritates Bernardi ui- deamus.

2. Cor. 3. Ser. 43. su per Cant.

2. Cor. 3. Ser. 43. su per Cant.

2. Cor. 3. Ser. 43. su per Cant.

2. Cor. 3. Ser. 43. su per Cant.

De



De hoc modo. Licet unicuique nostrum in hoc tempore mortalitatis, nunc quidem Patriarchas reuiscere, nunc uero salutare prophetas, nunc fenatui immisceri Apostolorum, nunc Martyrum inferi choris, sed & beatorum uirtutum status, & mansiones a minimo angelo, usque ad Cherubin & Seraphim tota mentis alacritate percurre do lustrare, prout quocumque sua deuotio fererit, apud quos magis afficitur immittente sibi spiritu, prout uult, si steterit & pulsauerit confestim aperitur ei. Idem. Felix cuius meditatio in conspectu Domini est semper, qui in corde suo delectationes dexteram Domini usque in finem, sedula cogitatione reuoluit. Quid illi graue poterit uideri, qui semper trahat mente, quod non sint condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam? Quid concupiscere poterit in hoc seculo neque, cuius oculus semper uidet bona Domini in terra uiuentium, & semper uidet aeterna premia? Quis mihi tribuat, ut omnes surgentes steris in exilium & uideatis exaltationem, quae uentura est nobis a Domino? Quid enim tam bonum est, immo quid aliud bonum uidetur, quam in bonis animam demorari, quandoquidem adhuc corpus non potest? Quis enim ex uobis secum cogitans futura illam uitam scilicet laetitiam, iucunditatem, beatitudinem, et gloriam filiorum Dei quis (inquit) tanta tranquilla secum conscia uolens, non continuo de plenitudine intimae suauitatis eructat, Domine bonum est hic nos esse? Non sane in hac erumnosa peregrinatione, ubi corpore detinemur, sed in suauitate ac salubri illa cogitatione in qua corde uersatur. Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & uolabo & requiescam? Obsecro uos fratres mei, non grauentur corda uestra in cogitationibus secularibus, exonerate obsecro corda uestra graui mole terrenarum cogitationum. Formate in cordibus uestris iam non modo Patriarcharum, & prophetarum tabernacula, sed omnes domos illius curiae celestis, & multiplices mansiones secundum eum qui circueibat, immolans in tabernaculo Domini hostiam uociferationis, & psalmum illum dicens Domino. Quam dilecta tabernacula tua Domine uirtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Circuite & uos fratres cum pietatis, & deuotionis hostia, uisitantes animo sedes supernas, & multas quae in domo patris sunt mansiones, humiliter prosternentes corda uestra ante thronum Dei & agni cum reuerentia, supplicantes singulis ordinibus angelorum, Patriarcharum numerum, euntes prophetarum, fenatum Apostolorum salutantes, conspicientes coronas martyrum purpureis rutilantes floribus, redolentes lilij, choros uirginum admirantes, atque ad mellissimum noui cantici sonum quantum praeualet infirmitas cordis erigentes auditum. Haec

In ser. 4. de Ascen. Domini.

Mart. 17.

Psal. 54.

Psal. 84.

Psal. 41.

recordatus sum (Propheta loquitur) & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabili, usque ad domum Dei. Hucusque; Bern. Et haec de celestis patriae contemplatione sufficiant.

De contemplatione maiestatis Dei. Item quatuor sunt genera contemplationis. Cap. LIII.

Veniamus autem ad sublimiorem ad quam credo paucos attingere, uidelicet ad contemplationem Domini. Reuerentiam tamen quae dicit Bern. ut ab eo aequaliter introduci tentemus, si quando Dominus dignetur aliquid gratum inde percipere. Dicit ergo loquens de sodalibus sponsi, id est angelis dicentibus, mirulas aureas faciemus tibi, uermiculatas argenteo. Aurum diuinitatis est fulgor. Aurum sapientiae quae desorsum est. Hoc auro fulgentia quaedam, quasi uarietatis signacula spondent se figuraturos, hi quibus id ministerij est superni aurifices, atque aeternis animi auribus inserturos, quod ego non puto esse aliud, quam texere quasdam spirituales similitudines, & in ipsis purissima diuinae sapientiae sensata, animae contemplantis conspectibus importare, ut uideat saltem per speculum in enigmate, quod nondum facie ad faciem ualeat ulla tenus intueri. Diuina sunt, & nisi expertis profusus incognita quae effamur, quomodo uidelicet in hoc mortali corpore fide adhuc habente statum, & necdum propalata perspicui substantia luminis interni, pure interdum contemplatio ueritatis, partes suas agere intra nos, uel ex parte praesumit, ita, ut liceat usurpare alicui nostrum, cui hoc datum desuper pareat illud Apostoli. Nunc cognosco ex parte? Item ex parte cognoscinus, & ex parte prophetauis, cum autem diuinitus aliquid rapimus, & uelati in uelocitate coruscum luminis interluserit menti, spiritu excedente, siue ad temperamentum nimij splendoris, siue ad doctrinae usum continuo, nescio unde adsunt imaginariae quaedam rerum inferiorum similitudines, infusus diuinitus sensibus accommodatae, quibus quodammodo adumbratus purissimus ille ac splendidissimus ueritatis radius, & ipsi animae tolerabilior fiat, & quibus communicare illi uoluerit capabilior. Existimo tamen ipsas formari in uobis sanctorum suggestionibus angelorum, sicut ecoterarum, contrarias & malas ingeri immisiones per angelos malos dubium non est. Idem. Felix mens quae sibi in hac materia frequenter cauere studuit, sed quae in petra facilius. Licet quidem cauenare & in petra, sed ad hoc puriore mentis acie opus est, & uehementiori omnino intentione, et meritis potioribus sanctitatis. Et ad hoc quis idoneus? Nempe ille qui dixit. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Nonne tibi uidetur ipsis se uerbi penetralibus immeruisse, & de abditiis pectoris quandam

Ser. 4. de per. Cant.

1. Cor. 13.

Ser. 6. de per. Cant.

Ioan. 1.

quandam eius intimae sapientiae sacrosanciam eruisse medullam? Sed in petra quanto difficilius cauatur, tanto suauius quod inde eruis sapit. Nec uerearis illud, quod scriptura minatur scrutatoribus maiestatis, tantum asser purum & timplicem oculum, non opprimeris a gloria, sed admitteris, nisi non Dei, sed tuam quaesieris gloriam. Alioquin sua quisque opprimitur, non Dei gloria, dum proeliuis in istam, ad illam leuare ceruicem non cernitur, nimirum graui cupiditate. Haec excussa secure scrutemur in petra, in qua thesauri absconditi sapientiae, & scientiae sunt. Sed si adhuc dubitas, audi ipsam petram. Qui operatur in me, non peccabunt. Quis mihi dabit pennas sicut columbae, & uolabo & requiescam. Ibi inuenit requiem mansuetus & simplex, ubi dolosus opprimitur, & elatus & cupidus inanis gloria, non opprimitur, qui non scrutator est maiestatis, sed uoluntatis. Nam quae maiestati attinet, interdum quidem & in ipsam intendere aude, sed quasi admirans, non quasi scrutans, sed si quando per excessum rapi in illam contingat, digitus Domini est ille, dignanter leuans hominem, non hominis temeritas insolenter Dei alta persuades. Cum ergo Apostolus raptum se memoret, ut ausum excuset, quisnam alter praesumat mortaliu huic se diuinae maiestatis horrendo scrutatio proprijs intrare conatibus, & importunus contemplator pauenda irrumpe in archana? Scrutatores proinde maiestatis tanquam irruptores dicit reor, non qui rapiuntur in eam, sed qui truant. Ipsi itaque opprimuntur a gloria, ergo formidulosa scrutatio maiestatis. At uoluntatis tanta, quae pia, quid nisi tota diligentia scrutando in stem facio gloriae uoluntatis, cui mihi parendum per omnia scio? suauis gloria quae non aliunde, quam de ipsius suauitatis contemplatione procedit, quae de diuinarum bonitate infinita miserationis intuitu. Denique uidimus gloriam hanc quasi unigeniti a patre, totum nempe benignum & uere paternum, quod apparuit gloriae in hac parte. Non me opprimit gloria ista, totis licet uiribus intendentem in se, ego potius imprimar illi. Etenim reuelata facie speculantes, in eandem imaginem transformamur, cum confirmamur. Absit autem ut in gloria maiestatis, & non magis in uoluntatis modo stia, Dei ab homine conformitas praesumat. Gloria mea haec est, si unquam de me audiero. Inueni hominem secundum cor meum, cor sponsi, cor patris sui ipsum qualem. Estote (ait) mihi sericordes, sicut pater uester qui in caelis est, misericors est. Haec forma quam uidere desiderat, cum Ecclesia dicit. Ostende mihi faciem tuam, forma pietatis est & mansuetudinis. Hanc cum omni fiducia leuat ad petram, cui similis est. Accedite (inquit) ad eum & illuminamini, & facies uestrae non confundentur. Quo pacto humilis ab humili confundetur, a pio sancta, a mansueti modesta? Non plane abhorrebit a puritate petrae pura facies sponsae, non magis quam a uirtute uir

No. 25.

Col. 2.

Eccl. 24.

Psal. 54.

1. Cor. 12.

1. Cor. 13.

1. Cor. 3.

uc. 6.

ant. 2.

Psal. 33.

tus, a lumine lumen. Idem. Duae istae sorores, duas uitas amatoris paupertatis signant. Quidam cum Martha solliciti Domino Iesu duo pulmeta praparant, scilicet correctionem operis cum salamento contritionis, & opus pietatis cum condimento deuotionis. Hi uero qui cum Maria soli Deo uacant, considerantes quid sit Deus in mundo, quid in hominibus, quid in angelis, quid in seipso, quid in reprobis: contemplantur quia Deus, quia mundi rector & gubernator, hominum liberator & adiutor, angelorum sapor & decor, in seipso principium & finis, reproborum terror & horror, in creaturis immutabilis, in angelis desiderabilis, in seipso incomprehensibilis, in reprobis intolerabilis. Hucusque; Bernar. In hac autem maiestatis contemplatione quatuor modis speculamur, de quibus idem Bern. sic dicit. Quatuor sunt contemplationis species. Prima & maxima contemplatio est admiratio maiestatis, haec requirit cor purgatum, a uitio liberum, atque exoneratum a peccatis, ut facile a superbia leuetur, & interdum quoque per aliquas morulas stupore, & extasi suspensum teneat adiuuantem. Secunda autem necessaria est huic. Est enim intuens iudicia Dei, qui sane pauido aspectu dum uehementius concutit memem intuentis, fugat uicia, fundit uirtutes, inicit ad sapientiam, humilitatem seruat. Tertia contemplatio occupatur, uel potius ociatur circa memoriam bonorum, & ne dimittatur ingratum, sollicitat memorantem ad amorem benefactoris. Quarta est, quae retrorsum sunt obliuiscens, in sola quiescit expectatione repropitiosorum, quae cum sit meditatio aeternitatis (siquidem quae permittuntur aeterna sunt) loganimitati ac etiam perseverantiae dat uigorem. Hucusque; Bernar. Et haec de contemplatione maiestatis Dei sufficiant ad praesens.

De modo uiuendi in actiua uita. Item auctoritas Bernard. bona. Cap. LIII.

Postquam uidimus de exercitio utriusque uitae, scilicet primae partis actiuae, & etiam contemplatiuae, & de generibus ipsius contemplatiuae, restat uidere, quem modum tenere ualeamus, ut in ipsam possimus facilius introduci, & eam efficacius adipisci. Scire ergo debes, quod prima pars actiuae requirit socialem inter alios conuersationem, sicut contemplatio solitudinem, ideo autem in actiua conuersandum est inter alios, quia melius, & citius quis propositum suum consequetur: erubescit enim inter alios de uitij quae habet, & de uirtutibus quas non habet, & ideo in utrisque se corrigit, quod in solitudine non corrigit, quia in ea nec ipse quandoque perpenderet, nec esset qui corrigeret, nec coram quo erubesceret. Propterea proficit in correctionibus & moribus aliorum, cum est in congregatione, conat enim uitare defectus, de quibus alij corripiuntur

Super illud intra uer Iesus in quoda Castellu.

Quatuor contemplationis species.

Prima pars uitae actiuae consistit in sociali conuersatione.



riplantur & displicent, & adipisci uirtutes in quibus alij commendantur, & placent. Sic ergo te facere oportet donec fueris in actiua, ut caute obserues & uites tua, & aliorum uicia secundum modum supra dictum in pluribus locis, maxime in exercitio actiua. Considera diligenter, quae ibi dicta sunt de uirtutibus & uitijs, & secundum ea uiuere stude, quomodo te ipsam examinare & ad uirtutes aliorum aspicere debeas, & imitari, & exinde humiliari, & in timore semper manere, quia tu similes uirtutes non habes. Sic ergo docet Bernar. Non sine causa ab heri, & nudius tertius inuasit me languor animi, & mentis hebetudo insolita quaedam inertia spiritus. Cur rebam bene, sed ecce lapis offensionis in uia, impigi & corruui, superbia inuenta est in me, & Dns declinauit in ira a seruo suo. Hinc ille sterilitas animae meae, & deuotionis inopia quam patior. Quomodo ita exaruit cor meum, coagulatum est sicut lac, factum est sicut terra sine aqua, nec compungi ad lachrymas queo, tanta est duritia cordis, meditationes solitas non inuenio. Vbi illa inebriatio spiritus? ubi metris serenitas & pax & gaudium in spiritu sancto? Ideo ad opus manuum piger, ad uigilias somnolentus, ad iram praecipuus, ad odium pertinax, linguae & gulae indulgentior, segnior, & obtusior ad praedicationes, heu omnes montes in circuitu meo uisitat Dominus, ad me autem non appropinquat. Nam alium quidem intueor singularis abstinentiae, alium uero patientiae admirandae, alium autem summam humilitatis & mansuetudinis, alium multam misericordiae & pietatis, illum in contemplatione frequenter excedere, huc pulsare, & penetrare caelos orationum instantia, aliosque in alijs praeminere uirtutibus. Hos (inquit) considero omnes seruantes, omnes deuotos, omnes in Christo unanimes, omnes in donis caelestibus, & gratia affluentibus tanquam spirituales. Reuera montes qui a Domino uisitantur, & sponsum in se salientem frequenter recipiunt, ego autem horum in me inuenio nihil. Quid me aliud putem, quam unum de montibus Gelboae, quem praeterit in ira & in indignatione sua ille ceterorum omnium benignissimus uisitator? Filioli haec cogitatio tollit extollentiam oculorum, conciliat gratiam, uiam sponsi saltibus praeparat. Volo uos non parcere uobis, sed accusare uosmetipsos quoties forte in uobis, uel ad modicum tepere gratiam, uirtutem languescere deprehenditis, hoc facere uobis est, qui curiosus circumspector est sui, & scrutator uiarum suarum, ac studiorum, atque in omnibus semper suspectum habet arrogantiae uitium, ne surrepat. In ueritate didici, nihil a quo effi-cax esse ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inueniaris non altum sapere, sed timere. Beatus homo qui semper est pauidus. Idem. Discito tibi praeesse, & uita ordinare, mores componere, te met ipsum iudicare, & te metipsum apud te metipsum

Ser. 94. su per Cant.

Nota, quid effi-cax ualde sit ad promerendam & recuperandam gratiam.

In Epi ad fratres de monte Dei.

accusare, sapere et condonare, nec ipse dimittere, sed deat iudicis iusticia, sterrea, & te metipsum accusas conscia, nemo te plus diligit, nemo fidelius iudicabit. Mane praeterit noctis fac a te metipso exactionem, & uenturae diei tu tibi indicito canonem. Vespera praeterit diei rationem exige, & superuenientis noctis fac indicationem, sic districto nunquam aliunde lasciuire uacabit. Singulis horis secundum communis instituti canonem sua distribue exercitia, cui spiritualia spiritualia, cui temporalia temporalia, in quibus sic exoluat omne debitum spiritus Deo, corpus spiritui, ut si quid fuerit intermissum, si quid neglectum, si quid imperfectum, suo modo, suo loco, suo tempore, non habeat impunitum sine ircompensatum. Idem. Quantum putas. Ego illos admiror, quantum uereor in corde meo, quantum amplector charitatis affectu, qui uelut nescientes eos quos secum quotidie uident unum forte, aut duos, uel etiam plures, quos in maiori seruire spiritus uident sibi ex omnibus eligunt, & cum ipsi fortasse meliores sunt, semper tamen sibi proponunt, & praepouunt sancta in Domino studia, & exercitia corporalia, seu etiam spiritualia. Vh (inquit unus ex nostris) quia monachum in uigilijs unum considerauit, in quo triginta uirtutes innumeraui, quarum uix una in me inuenio, & fortasse nullam. Ille tamen habebat, quantum haec ipsa religiosae emulationis humilitas. Hic itaque fructus sit mei sermonis, ut aliora semper attendas, quia in eo constat plenitudo humilitatis. Nam si forte in re aliqua maior tibi frater alia tibi gratia collata uidetur, sed si in multis, si bonus aemulator fueris, iudicare te poteris inferiorem. Quid si forte laborare, aut ieiunare plus isto potes, & ille patientia superat, humilitate praecedat, suu pemet charitate? quomodo tota die circa illud quod uideris habere, insipienti cogitatione uersaris? Esto magis sollicitus, ut scias quid desit tibi, hoc enim melius. Hucusque Bern. Vides quam magnum est circumspectare, & examinare seipsum, & etiam alios, ut in suam utilitatem mores eorum conuertat. In hoc igitur te multum exerceas, dum fueris in actiua, semper tenendo charitatis, humilitatis, & pietatis obsequia. Super omnia uero teneas meditationes uita Christi, & orationem, quia in utrisque miro modo illuminaberis circa uita & uirtutes, & super omnia alia exercitia in eis ad puritatem animi proficies, ad quam totis uiribus tendere oportet, quia omnes uirtutes continent, ut dixi supra de ieiunio Domini. Et si bene auctoritates supra de contemplatione positas intellexisti, tanto quis maiori puritate se munire debet, quanto ad celsiorem contemplationem ascendere cupit. Depuratur autem anima in meditationibus uita Christi, & maxime passionis ipsius, ut habuisti supra in generalibus contemplationibus ex sermone septuagesimo secundo Cant. Depuratur etiam in oratione quae uicina & pro-

In ser. 74 de tepore

Alia de xaris

dele. 38.

dele. 33.

dele. 3 de comp.

& proxima est contemplationi, & quod oratio laboriosis sudoribus impetrat, contemplatio antea ne quiescendo degustat. Et haec de modo uita actiuae sufficiant.

De modo uiuendi in uita contemplatiua. Cap. LV.

IN contemplatiua uero aliter, & longe aliter te uiuere oportet. Contemplator enim soli Deo uacare debet, & manere in solitudine saltem metris, de qua habuisti supra de ieiunio Domini. Nihil igitur ad eum de aliquibus rebus commibus uel proprijs, nihil ad eum de proximis quantum ad obsequia corporalia pro illo tempore, sed a ratione, & deuotione, & compassione intendit ad eos. Nihil etiam ad eum de seipso. Omnia breuiter debet post tergum projicere, & tanquam insensibilis & mortuus esse, ut soli Deo uacare possit, nisi eum necessitas implicet uel inuitum. Oportet enim, quod hanc sapientiam discat in otio, ut habuisti supra in tractatu de contemplationibus ex sermone Bern. super Cant. quadragesimo. Oportet quod minore actu, & taceat exemplo Marię, quantum eumque; & quoriescung; interpellat, & ipsius exemplo dimittat Dnm respondere, & facere, ut omnia dignatissima prouidentia sua committat. Super his autem audi Bernardum more suo facundem loquentem. Dicit enim sic. Haber Martha dum agit formam bene operantis, Maria uero specie exprimit contemplantis, dum sedet, dum tacet, dum interpellata non responder, sed tantum in Dei uetubum toto mentis studio intendit, ac solam quam diligit gratiam, diuinam cognitionis cetera respuens, medullitus haurit, forisq; ut insensibilis redditur, dum intus ad contemplanda Dei sui gaudia felicissimè rapitur. Et postea. Non miremur quempiam laborantem, & bene operantem, si aduersus fratrem uacantem murmurare uideamus, quia & hoc in hoc Euangelio legitur Martham fecisse aduersus Mariam. Quod autem, Maria murmurauerit aduersus Martham, eod quod eius actionibus implicari noller, nusquam omnino reperitur, neque enim utrumque agere competenter sufficeret, & curis exterioribus desernire, & interioris sapientiae desiderijs uacare. De ipsa quippe sapientia scriptum est, & qui minoratur actu, percipiet illam. Propterea Maria seder, immotaque manet, nec uult interrompere silentij quietem, ne iucundam amittat contemplationis dulcedinem, praesertim cum ipsum intus audiat Dnm dicentem. Vacate & uidete quam suauis est Dominus. Item, Putas in domo in qua Christus suscipitur, uox murmuris audietur? Felix domus, & beata semper congregatio, ubi de Maria Martha conuerteritur. Nam Mariam Marthae aemulari prorsus indignum, prorsus illicitum est. Alioquin ubi legis Mariam causantem, quia soror mea reliquit me solam ministrare? Absit, absit, ut qui Deo na-

Ser. 94. de uita

Ser. 23 su per Cant.

eat, ad tumultuosam aspiret fratrum officialium uitam, Martha semper insufficienti sibi, & minus idonea uidetur, alijque magis id operis quam admistrat, oportet imponi. Vide autem praerogatiua Mariae, quod in omni causa habet aduocatum. Indignatur siquidem Pharisaeus, conqueritur soror, & etiam discipuli murmurant, ubique; Maria taceret, & pro ea loquitur Christus. Videat ergo Maria quemadmodum uacet, & uideat quoniam suauis est Dominus. Videat (inquit) quam deuota mente, quam tranquillo sedeat animo secus pedes Iesu, prouidens animo semper in conspectu suo, & uerba ex eius ore excipiens, cuius affectus amabilis, & eloquium dulce. Diffusa est enim gratia in labijs eius, & est speciosus forma praesentis hominum, immo super omnem gloriam angelorum. Gaude & gratias age Maria, quae partem optimam elegisti. Beati enim oculi qui uident, quae tu uides, & aures quae mentur audire, quae tu audis. Beata plane quae uenas diuini susurrj percipis in silentio, in quo utique bonum est homini Dominum expectare. Simplex esto non tantum sine dolo, sed etiam absque multiplicitate occupationum, ut tecum sit sermocinatio eius, cuius & uox dulcis & facies decora. Vnum caue, ne incipias abundare in sensu tuo, & uelis plus sapere quam oportet, ne forte dum lucem seclatris, impingas tenebras, illudente tibi Dæmonio meridiano. Hucusque Bern. Vidisti quam contemplator debet omnia dimittere, occupationes, & exercitia corporalia, quae occupatio recte opponitur uacationi, & est unum de maioribus impedimentis quae possit habere contemplator, nam pluribus modis impedit eam, & non solum cum est in occupatione, sed etiam postea, & primo reddendo mentem sollicitam, & inquietam circa id quod fecit, uel facere habet, et relinquento imaginationes & fantasmatata, quae multum impediunt contemplantem.

De quatuor impedimentis contemplationis. Cap. LVI.

Nunc utique uideamus, quae impediunt contemplationem. Sunt autem impediunt meta eius quatuor, de quibus sic dicit Bern. In hoc archano contemplationis, & in hoc sanctuarium Dei, si quae forte nostrum aliqua hora sic rapi, & sic abscondi contigerit, ut minime aduocet aut perturbet, uel sensus egens, uel cura pungens, uel culpa mordens, uel certe ea quae difficultus amouentur irruentia imaginum corporearum fantasmatata, poterit quidem hic cum ad nos redierit gloriari, & dicere. Introduxit me Rex in cubiculum suum. Hucusque Bern. Primum igitur impedimentum dicit quod est sensus egens, & corporis. Intus. n. a. a. ad corpus afficitur, quae in aliqua sui parte uel sensu defectu notabilem partem contemplari non delectat. Tempore igitur infirmitatis non est locus contemplationis, nisi Dominus face-

ret



Ser. 4. de alump. Virg.

Ser. 57. su per Cant.

ret de gratia speciali. Simile contingit, cum ualida fames, uel sitis, uel frigus imminet, uel aliud corporis impedimentum. Secundum impedimentum, dicit qd est cura pungens, i. sollicitudo curarum, & occupationum, & hoc satis potest esse clarum per auctoritates supra proximo positas. Idem etiam Bern. proximioribus uerbis narraus impedimenta contemplationis, inter alia dicit, qd sicut puluis iniectus in oculum corporalem impedit uisum, sic cura terrenorum actuum oculum intelligentiam confundit, atq; a contemplatione ueritatis excludit. Tertium impedimentum, dicit qd est culpa mordens, i. peccatum, & hoc duobus modis potest contingere. Primum cum peccatum est in anima. Secundò eum fuit, & delatum est per contritionem, & confessionem, sed in memoria reuocatur: utranq; n. impedit contemplationem, ut in eodem sermone refert sic iter alia dicens. Quòd sicut tenebræ impediunt uisum corporalem, sic peccatum cum est in anima impedit ipsam, quia tebrosa est, sed ad contemplandum requiritur puritas, & pulchritudo animæ, & sic tunc non est locus contemplationi. Similiter sicut sanguis uel humor concretus fluens in oculum impedit uisum, sic peccatū cum redit in memoriam, influit in animam, & impedit uisum eius: & propterea cauere debes tpe contemplationis, cogitare super peccatis. Cū quidē tempore nos debemus peccatores reputare, sed signanter non debemus cogitationem nostram reflectere super aliquo, uel aliquibus peccatis, tēpore quo uolumus contemplari. Et de hoc idem Bern. sic dicit. Habemus quoq; Mariam contēplantem in illis, qui processu longioris temporis cooperante gratia Dei in aliquid melius, & lætius proficere poterunt, qm iam de indulgentia præsumentes, non tã uersari inter se solliciti sunt tristem imaginem peccatorum, q̄ certè in lege Dei meditari die ac nocte, & infaciabiliter delectari: iterdū etiam reuelata facie gloriam sp̄si cum ineffabili gaudio specularantes, in eandem imaginem transformantur, & de claritate in claritatem tanq̄ à Domini spiritu. Hucusq; Bern. Quartum impedimentum, dicit qd sunt fantasmatata corporearum imaginum, & hoc est difficilius aliis supradictis, & propterea commēdatur int̄ in hoc statu solitudo. Oportet enim contēplantem esse mutum, & surdum, & cæcum, ut ut dicens non uideat, audiens non intelligat, nec loq̄ delectetur, hoc est, ut ita sit abstractus ab his trāsitorijs, & ita Deo coniunctus, qd in audiendo, uiddendo, loquendo, non minuat cursum suum, sed fugiat quantum potest: & si qm necessitas ad id cogit, non secum reportet imagines, quæ per has fenestras intrant ad animam nostram. Vnde non debet contēplatiuus sicut actiuus obseruare mores aliorum, ne inde fantasmata reportet. Multò ergo magis tu debes à secularium collo-cutione cessare, quantumcumq; coniuñcti sint, ut inde te pluries monui. Si qm èt obediētia, uel

necessitas, uel obsequium, uel recreatio ad ali-quid laborandum, uel operandum te impellit, fi-deliter facias, sed non sic adhareas uoluntate, uel delectatione, ut inde reportes imagines: ne pos-sita Deo uacans, impediaris. De quo sic ait Ber-nardus. Aliquid operandum est manibus, quod iungi solet, non tamq̄ animum delectando detineat ad horam, q̄ quod spiritualibus studijs delecta-tionem conteruet, & nutriat: in quo si remittat̄ ad horam animum, non resoluatur, undè se facile mox ut ad seipsum redeundum uisum fuerit, expediat absq; controuersia inherens uolunta-tis, absq; cōtagione contracta delectationis, uel memorie imaginantis. Non. n. uir propter mu-lierem, sed mulier propter uirum, non spiritua-lia exercitia propter corporalia, sed corporalia propter spiritualia: propterea sicut uiro creato collatum, uel comparatum est ei adiutorium si-mile sibi ex ipsa hominis substantia, sic cum in adiutorium spiritualis studij necessaria sint cor-poralia, non in hoc semper æque conuenire ui-dentur similitudine, & affinitate. Sicut meditari quod scribatur, uel scribere quod legatur. Sub-dualia tñ exercitia, sic sapē etiam spiritum ex-hauriant, ut cum grauiori ruralium operū exer-citio, sit magna contritio corporis, usq; ad con-tritionem, uel humilitatem cordis, & fatigatio-nis suæ præsurā exprimentur sapē uehementioris affectum deuotionis. Seruus tamē bonus, & pru-dens ad oculum sapē comparat laborem, nec in eum dissoluitur, sed per eum magis in seipsum colligitur, qui semper præ oculis habuit, non tam quod agit, sed quod agendo intendit, ois cōsum-mationis attendens finem. Hucusq; Bern. Vides q̄ uigilanter caueat oportet, ne in manualibus la-boricijs aium occupes. Noui. n. in hoc quantum impedimentum contēplationis incurres pp̄ cu-ram solitudinum. Et hæc de impedimentis cō-templatiouis dicta sufficiat. Ex quibus manife-ste apparere pot̄, q̄ sit nociua intricata curiosi-tas, quæ totam aiam inficit, & facit inquietā, & impuram. Quam etiam nociua sit cupiditas, & congregatio rerum, & per consequens, q̄ sit pre-ciosissima benedicta paupertas, quæ aiam expen-ditam, & puram Deo continuè representat. Nō aut te moueat (ut supra dixi) qd contēplatiuus proximis non intendit, nam intendit Deo, & in eius dilectione actiuū excedit, sed actiuus ex-cedit cōtēplatiuū i dilectione proximi. De quo di-cit Bern. Dico aut per gr̄am Dei quæ i nobis est, & ficus non habere, & uineas. Ficus quidem, qui suauiores in moribus sunt, uineas uerò, qui sp̄i-tu feruentiores. Omnis qui se inter nos cōmu-niter, socialiterq; habet, & non solum sine querela conuersatur inter fratres, sed etiam cum multa suauitate fruendum se omnibus præbet in omni officio charitatis. Quid enim il-lum uitem agere ficus conuenientissimè dicam, iam qui uineæ sunt suauiores nobis, q̄ suauio-res se exhibent in spiritu uehementi, agentes zelantes,

Epist. ad fratres de monte Dei. cap. 38.

Ser. 40. su per Cant.

zelantes pro disciplina, uitia accerrimè corri-pientes, & optantes sibi conuenientissimè uocē il-lam. Nōne qui oderunt te Domine oderā, & fu-er inimicos tuos tabescebā? Item. Zelus Domus tuæ comedit me. Et mihi quidē illi in dilectio-ne proximi, uti in dilectione Dei: eminare uiden-tur. Hucusq; Bernar. Vides qm contēplati-ui ad quos maxime spectat zelare pro Deo, præ-feruntur actiuis in dilectione Dei, hoc tamē di-cretè intellige, quia nunquam contēplatiuus proximi charitate omittit, sed principalis intēdit Deo, & secundariò pximo, quīs hoc ipsum determinationē recipiat. Nam rudis, & incipiē-tis contēplantis est omnino, quam strictius po-tesse soli Deo vacare, & in solitudine mentis, & etiam corporis si potest manere, ut etiā cælum Dei, & seipsum, & proximum uel cælo Dei negli-gere uideatur, cum ipsa solitudinis natura id re-quirat, & maxime quando sponi uisitatione, & frequentia incundatur, alias enim defacili posset eradicari. Cum uerò iam perfectus, & sublima-tus est per longam contēplationis exercitium, tunc pro Deo fortiter zelat, & pro animæ salu-te, ut habuisti supra ex sermone Bernar. 18. Can. in hoc tractatu. i. quomodo contēplatiua præ-cedit secundā partē actiuæ. Cum uerò necessitas imminet, quilibet contēplatiuus quomodocūq; incipiens, pro charitate pximi ocium intermit-tit. Vnde idem Bern. sic dicit. Orantē deniq; ho-minem, Deo loqui quis dubitet? Quoties tamē charitate iubente abducimur, & auellimur pro-pter eos qui nostra indigent opera, uel loquela, quoties plē exdit negociorū tumultibus pia ges, quoties bona conscientia ponitur codex, ut ope-ri manuum inludetur, quoties pro administran-dis terrenis iustissimè ipsis super sedem cele-brandis missarum solennijs. Ordo præpositus, sed necessitas nō habet legē. Hucusq; Bernar.

Vita contemplatiua præfertur actiua. Cap. LVII.

Via ergo in præcedenti auctoritate Bern. ex sermone. 60. Cant. habuisti, quòd con-templantes præferuntur actiuis in dile-ctione Dei, uidetur quòd contēplatiua præfe-ratur actiua. De quo idem Bern. sic dicit. Quid tamē sibi uult fratres quòd optimā partem Ma-ria dicitur elegisse? Vbi iam erit quòd aduer-sus eam proferre solemus, si quando fortē admi-nistrantis Martha turbationem in æqualitate iu-dicare uoluerit? Melior est iniquitas uiri, quam benefaciens mulier? Vbi erit illud. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus? & illud: Qui maior est uestru, erit minister uester? Postremo, quæ consolatio est laboranti, quasi in eius suggestionem partem sororis attollere? Vnū igitur arbitror è duobus, ut aut de electio-ne Maria laudetur, & pars ipsa quantum in no-bis est, sit in omnibus eligenda, aut certè ut neu-trum desuisse dicatur, nec in partem aliquam

præcipitasse sententiam, sed ad obedientiam præ-ceptoris in utrumlibet sit parata. Quis enim si-cur David fidelis, egrediens, & ingrediens ad im-perium regis? Deniq; inquit, paratum cor meū non semel tantum, sed & secundò, & vacare tibi, & proximis ministrare. Hæc planè pars opti-ma quæ non auferetur, hæc mens optima quæ non mutabitur quocumq; uocaueris eam. Bo-num enim acquirit gradum, qui benè ministra-uerit, fortè meliorem, qui benè uacauerit Deo, optimum autem qui perfectus est in utroque. Vnū autem dico adhuc, si tamen id de Mar-tha licet suspicari. Nonne enim quasi ociosam reputas se uidetur, quam sibi dare petijt adiu-tricem? Sed carnalis est, & omnino non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, si quis fortè uacantem animam suam de uacatione redarguit. Audiat ergo optimam esse hanc partem, quæ maneat in æternum. Nunquid enim non rudis quodam-modo uidetur anima, quæ diuinæ contēplatio-nis penitus experta, illam intrauerit regionem, ubi hoc unum omnium opus, unum studium, ea-dem uita? Item. Duo quædam in intentione, quam faciem animæ diximus, necessariò requi-runtur, res, & causa. i. quid intendas, & propter quid. Ex his sanè duobus, animæ uel decor uel deformitas iudicatur. Et infra. Porrò intendere in aliud quam in Deum, tamen propter Deū nō ocium Maria, sed Martha negocium est. Absit autē, ut quæ huiusmodi est, quicquam dixeriū illam habere deforme, nec tamen ad perfectam affauerim peruenisse decoris. Quippè quæ ad-huc sollicita est, & turbata erga plurima, & non potest terrenorum actuum uel tenui puluere nō respergi. Quem tam citò faciliq; detergeret, uel in hora sanctæ dormitionis casta intentio, & bo-næ conscientie interrogatio in Deum. Igitur so-lum inquirere Deum propter ipsum solum, hoc planè est utranq; bipartita intentionis faciē ha-bere pulcherrimam, atq; id proximum ac specia-le sponsæ cui meritò singulari prerogatiua audi-re conueniat: pulchræ sunt genæ tuæ sicut tur-turibus. Idem. Solitudo, & reclusio nomina mi-seriæ sunt. Cælla autem nequaquam debet esse reclusio necessitatis, sed domicilium pacis, ho-stium clausum non latebræ, sed secretum. Cum quo enim Deus est, nunquam minus est solus, quam cum solus est. Tunc enim fruitur gaudio suo, tunc ipse suus est ad fruendum Deo in se, & se in Deo. Tunc in luce ueritatis, in sereno mun-di cordis, vltro patet sibi pura conscientia, & li-bere se infundit affecta de Deo memoria, & uel illuminatur intellectus, & bono suo fruitur affe-ctus, uel liberè se ipsum desinet humana fragilita-tis defectus: ppter hoc secundū formam propo-siti uestri habitantes in cælis, postquam in cælis excluso à uobis toto seculo, totos uos ineluctis cum Deo. Idem. Ocium non est uacare Deo, immò negocium negociorum. Hucusq; Ber-nardus. His auctoritatibus uidetur, quòd uita

1. Reg. 22. Psal. 56.

Ser. 40. su per Cant.

In episto. ad fratres de monte Dei.

In eadem epistola.



contemplatiua praeferatur actiua, & etiam alias auctoritates habuisti in hoc tractatu, quae ad hoc ipsum faciunt, & etiam supra sub capitulo quomodo Dominus fugit, quando turba uoluerant eum facere Regem, ex ser. 32. Can. Quae autem sit maioris meriti, Deus nouit: Crederet tamen, qui maiori amore fertur, magis meretur, sed in contemplatiua uidetur quis magis affici ad amorem, & valde magnum est speculari Deum, frui Deo, conuersari cum Deo, & eius cognoscere uoluntatem, quae ad contemplatiuum spectant. Haec enim est degustatio mercedis patriae, quamuis imperfecte & raro. Et hoc uidentur tenere sancti, scilicet quod contemplatiua sit maioris meriti, quam actiua. Sed quicquid sit, Dominus uult de utriusque, & sicut multa in uno corpore membra non eundem actum habent, ita nos multos in Ecclesia multis modis Domino seruire oportet, & non omnibus idem spiritus datur, sed alij datur sermo sapientiae & cetera. Unusquisque igitur in ea uocatione in qua uocatus est maneat, & qui aptus est contemplationi moretur in ea, qui uero ministerio proximorum exerceat se in ipso. Nam & Dominus sicut hic dixit de Maria, quod optimam partem elegerat, ita cum Petro suas oues recomendauit sub sui amoris examine, tribus ei uicibus hoc imprefit. Et hoc sensu potest intelligi quod Bernardus scribit, dicens. Suscipiat Martha Dominum in domum, cui nimirum credita dispensatio est domus. Suscipiant ceteri coadiutores eius singuli, pro qualitate ministerij excipiant Christum, seruiant Christo, ministrant ei in membris suis. Ille infirmis fratribus, ille pauperibus, ille in suscipiendis hospitibus, & peregrinis, quibus ita sollicitis circa frequens ministerium. Videat Maria quantum ad Dominum uacat, & uideat, quoniam suauis est Dominus. Hucusque Bernardus. Tu igitur quia status tuus illud exigit, contemplatiuum totis uiribus assume, praemissa actiua moris, per quam peruenitur ad ipsam. Et gaude, & gratias age Domino Iesu, qui ad hanc te partem uocauit, quam optimam esse dixit.

Ex tribus causis contemplator reducit se ad actiuam. Item de eo quod fides sine operibus mortua est. Caputulum LVIII.

Quamuis autem pluries supra tactum sit, quod contemplator soli Deo uacare debet, ac cetera omittere: hoc scias generaliter esse uerum, sed non semper. Nam tribus ex causis a iucunda contemplatione se ad tempus separat, & se recipit in actiuam. Una causa est propter lucrum animarum, ut habuisti supra, quomodo contemplatiua praecedat secundam partem actiuae ex sermonibus. 18. & 62. Can. Dicit etiam idem Bernardus. Surge amica mea, & sponsa mea, & ueni. Commendat sponsum multam dilectionem

1. Cor. 12.

Ioan. 3. 1.

Ser. 3. de Assumpt. Virg.

In quibus liceat, a contemplatione subtrahi.

Ser. 61. super Cant.

suam iterando amoris uoces, nam iteratio, affectionis expressio est. Et quod rursum ad laborem uinearum dilectam sollicitat, ostendit quam sit de animarum salute sollicitus. Nam uincas, animas esse iam audistis. Sponsam tamen nunquam, ut memini in toto hoc opere adhuc nominari, nisi modò cum ad uincas itur, cum uino charitatis appropinquatur. Hucusque Bernardus. Sciens ergo sponsa uoluntatem sponsi zelantis animarum salutem, exiit ad tempus, ut deliceret cum est necessarium ad ipsam operandam, & postea redit ad ipsam contemplationem. Alia causa intermittendae contemplationis, est ratione officij imminuentis. Nam cum praelatus subditorum necessitatibus intendere habet, omittit tunc contemplationem. De quo idem Bernardus, de se ipso loquens ad monachos suos, qui quandoque nimium instabant eum, sic dicit. Rara satis mihi ad feriandum a superuenientibus conceditur hora, superledeo ne magis impatientia exemplum uidear dare infirmis, pusilli enim Domini sunt in eum credentes, non patiar ut ex me scandalum patiantur: non utor hac potestate, magis autem ipsi me utantur ut liber, tantum ut salui fiant, parent mihi si non pepercerint, & tunc eo potius requiescam, si non me inquietare timuerint pro necessitatibus suis, geram eis morem quo ad potero, & in ipsis seruiam Deo meo, quam quae mea sunt, nec quod mihi est utile iudicabo, hoc solum deprecor, ut fiat acceptum eis, fructuosumque ministerium meum, si forte mihi ex hoc inueniam in die mala misericordiam in oculis patris eorum. Idem ad utranque causam de praedictis, sic ait. Loquor uobis experimentum meum, quod expertus sum, si quando sanè comperi profecisse aliquos uestrum ex meis monitis, tunc non piguit (fateor) curam praetulisse sermonis proprio ocio, & quieti. Cum enim (uerbi gratia) post sermonem iracundus quispiam reperitur, mutatus in mitem, superbus in humilem, pusillanimis in fortem. Porro mitis, humilis, fortis in sua quispiam gratia excreuisse, & se ipso melior factus esse cognoscitur, sed & qui torrens tepabant, & languabant circa spirituale studium torpentes, & dormitantes ad ignitum eloquium Domini reuertebuisse, & cuiusdam uidentur, & qui deserto fonte sapientiae foderant sibi propria uoluntatis cisternas, non ualentes aquas continere, propterea ad omne iniunctum, grauato corde uel arido murmurabant, nullum in se habentes deuotionis humorem. Hi (inquam) cum de rore uerbi & pluuia uoluntaria quam segregauit Deus hereditati suae restoruisse probantur in opere obedientiae, facti in omnibus uoluntarij, & deuoti. Non est dico uobis undè subeat mentem, quasi pro intermisso studio iucundae contemplationis tristitia, cum talibus fuero circumdatus

Ser. 62. super Cant.

Ser. 11. super Cant.

circundatus floribus, atque fructibus pietatis, patienter auellor ab infecunda Rachelis amplexibus, ut de Lya mihi exuberent fructus profectuum uestrorum, minime prorsus pigebit me intermissa quietis pro cura sermonis, cum uideo in uobis germinare semen meum, atque augeri incrementa frugum iustitiae uestrae. Caritas enim, quae non querit quae sua sunt, id mihi iam dudum facile persuasit, nil. desiderabilius meorum uestris praeferre utilitatibus. Orare, legere, scribere, meditari, & quae sunt alia spiritalis studij lucra, haec arbitratus sum propter uos detrimenta. Hucusque Bernardus. Tertia causa intermittendae contemplationis est, quando more suo recedente sponso, non sentit anima solitas consolationes: vadit enim, & redit sponso pro suo uelle, prout habuisti in cap. 35. quomodo Dominus fugit quando turbae &c. Cum igitur recedit, anima languet ex desiderio eius, & toto conatu suo reuocat eum, dicens cum sponsa in canticis. Reuertere dilecte mi. Si nec tunc redit, inuocat sodales sponsi, id est angelos in auxilium suum, & dicit. Adiuro uos filiae Hierusalem, ut si uideritis dilectum meum, nunciatis ei, quia amore languet. Si uero nec sic redire dignatur, anima sciens uoluntatem sponsi, reducit se in actiuam, ut uel sic fructificet sponso. Non enim decet contemplatorem esse desideriosum. Dicit igitur tunc sponsa. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languet. De hoc sic ait Bernardus. Fidem florem, fructum actum intellige, nec incongrue (ut opinor) tibi uidebitur, si aduertas quomodo instat floribus necessario praecedentis fructum, bonumque: opus, fide oporteat praeniri, alioquin sine fide impossibile est placere Deo, Paulo attestante, magis autem aequè ipso docente. Omne quod non est ex fide, etiam peccatum est. Itaque nec sine flore fructu, nec sine fide opus bonum: sed & fides sine operibus mortua est, sicut inutiliter quoque flos apparet, ubi non sequitur fructus. Igitur ex bonis operibus fides non ficta radicabitur, recipiet consolationem mens assueti quieti, quoties sibi lux, ut assolat, contemplationis subtrahitur. Quis enim non dico continuo sed uel diu dum in hoc corpore manet, lumine contemplationis fruitur? At quoties (ut dixi) corrumpit a contemplatiua, toties in actiuam se recipiat. Inde nimirum tanquam è uicino familiaris reditur in id ipsum, quoniam sunt inuicem contubernales haec duae, & cohabitare pariter. Est quippe soror Mariae Martha. Neque enim, & si a contemplationis lumine cadit, patitur tamen ullatenus se incidere te nebras peccati, seu ignauiam ocij. Sanè in luce bonae operationis se retinens, ut scias etiam operari lucem esse. Luceat lux uestra (inquit) coram hominibus, quod non dubium de operibus suis esse dictum, quae homines poterat intueri. Hucusque Bernardus. Haec sunt igitur tres causae, propter quas contemplator a iucunda contemplatione recedit, & se recipit in actiuam, quamuis inuitus in hac ul-

Cant. 7.

Cant. 4.

Cant. 2.

Cant. 14.

Cant. 5.

tima ex dispensatione tamen diuina, & in qualibet earum aduertere potuisti ex auctoritatibus Bernardi, quod ad tempus hoc facit, & redit ad contemplationem. Unde haec ipsa sunt in argumentum, quod contemplatiua praefertur actiua. Eia, Deo gratias expediti sumus de tractatu contemplationis: copiosa materia est, & utilis valde, in qua non solum de ipsa contemplatione, sed de multis alijs, & quasi de toto studio spiritalis exercitij poteris edoceri. Igitur eam attentè diligere, & diligenter opere adimplere coneris: nec tamen credas me tibi omnia in praedictò tractatu retulisse, quae Bernardus inde tractat, sed sufficient tibi quae dicta sunt &c.

Quomodo Dominus dixit Iudeis quod Ecclesia deuolueretur ad gentiles, sub similitudine cultorum uinea quae filium domini sui occiderunt. Caputulum LIX.

Dominus ac redemptor noster zelans animarum salutem, pro quibus uenerat positurus & suam, omnibus modis nitebatur eas ad se attrahere, & de inimicorum faucibus extirpare. Unde quandoque uerbatur sermonibus blandis, & humilibus: quandoque increpatorijs, & duris: quandoque exemplis, & similitudinibus: quandoque signis, & uirtutibus: quandoque minis, & terroribus, & variabat modos, & remedia salutis prout expedire uidebat, pro loco, & tempore, ac personarum audientium uarietate. In hoc autem loco fuit usus contra principes & pharisaeos uerbis duris, & exemplo terribilibus, & adeo iusto, & uero, quod ipsi iidem contra se tulerunt sententiam. Proponit enim eis parabolam de cultoribus uinea, qui nuncios Domini uenientes pro fructibus occiderunt, & etiam filium eius. Quarens autem qua poena digni essent puniri ab illo Domino? responderunt. Malos male perdet, & uineam suam locabit alijs agricolis. Iesus hoc approbans intulit sic. Auferetur a uobis regnum Dei, id est Ecclesia, & dabitur genti facienti fructum eius, id est gentilibus, ex quibus sumus nos, & uniuersalis Ecclesia. Interposuit etiam exemplum de lapide angulari, qui significabat ipsum, & debebat Iudaeos confringere. Et tunc illi intelligentes quod de ipsis parabola esset, non correcti sed magis irati sunt, quia eos excacauerat eorum malitia. Tunc autem conspice ipsum in praedictis, humiliter quidem sedentem inter illos pharisaeos, sed cum auctoritate loquentem, & cum potestate, & uigore uirtutis enunciantem eis casum proprium.

Quomodo uoluerunt Iesum capere in sermone. Cap. LIX.

Sicut multis modis Dominus Iesus nitebatur operari Iudeorum salutem, ita e contrario illi-



omnibus quibus poterant modis, conabatur ad eius detractionem, & interitum. Cogitauerunt igitur eum de cipe, sed defecerunt scrutantes seru-
tatio. Miserunt autem ex deliberato consilio discipulos suos, cum familiaribus Herodis Regis, ut quærerent, si liceat dare censum Cæsari, an non? Cogitabant enim, quod ex hoc eum redderet exosum, uel Cæsari, uel turbæ Iudæorum, quasi non posset nisi contra se respondere. At ipse scrutator cordium cognoscens eorum malitiam, respondit, quod quæ ad Deum pertinebant Deo, & quæ ad Cæsarem, Cæsari redderentur: vocans eos hypocritas, qui uerbis blandis animo fallaci loquebantur. Illi ergo sua intentione fraudati, cum uerecundia recesserunt. Conspice igitur atente ipsum ut supra in generali traditione habuisti, & etiam considera hic, quod non uult Dominus, quod prælati, & domini temporales in suo debito defraudentur, unde peccatum est, & inhibitum non soluere pedagia, & gabellas, & decimas, & datiuæ alia, quæ per temporales dominos debent, & equaliter ordinantur.

Peccatum est, defraudare principes in pedagiis.

De cæco illuminato in Hiericho, & multis alijs. Cap. LXI.

Benignissimus Dominus, qui ex nimia charitate de sinu patris, pro nostra salute descendit, sciens, quod tempus suæ passionis instabat, ad eandem uersus Hierusalem se propria suscipienda parauit, quam & diuinitas tunc prædixit, sed non intellexerunt eum. Cum igitur appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedens iuxta uiam & mendicans, cum intellexeret à turbis, eum iude transire, fortiter coepit clamare misericordiam, & licet increparetur à turbâ, non uerecundabatur, nec tacebat. Ad cuius fidem & seruatorem Dominus Iesus respiciens, fecit eum ad se adduci, & dixit. Quid vis ut faciam tibi? O dulcissimum uerbum, quid vis ut faciam tibi? & cæcus ad eum, Domine ut uideam. Et pius Dominus concessit, dicens. Respice, & sic eum illuminauit. Conspice ergo Dominum Iesum, & curialitatem eius diligenter. Et considera hic de uirtute fidei, & orationis, & quod orationis importunitas non displicet Deo, immo placet. Simile habuisti supra de Chananæa: & ipse docet in hoc eodem, quod oportet semper orare, & non deficere: dans exemplum de iudicæ, a quo uidua ex importunitate impetrauit quod petebat. Alibi etiam dat exemplum de eo, qui de nocte commodauit panes ex importunitate petentis. Et sic perseverantibus in petitione, facit Dominus quicquid iuste, ac debite petunt à Deo, ut dicat singulis, quid vis ut faciam tibi? & facit, immo plus etiam sepe facit, quam petatur, & quæ audeat homo petere, ut habes exemplum in Zachæo, de quo infra proximo dicemus. Igitur proconstari habeas, quod quicquid fideliter, & per-

Luc. 18.

Luc. 18.

Luc. 12.

Luc. 19.

seueranter petieris à Domino, obtinebis. Nec uerecundari debes, sicut nec ille cæcus, nec Chananæa, ne Zachæus uerecundati fuerunt petere gratias, & eas obtinuerunt. Sic nec nos uerecundari debemus seruire Deo, & peccatum deponere, & gratias nobis necessarias postulare. Habere namque pudorem, & uerecundiam pertinet, quandoque ad magnam uirtutem, & quandoque ad magnum uitium: de quo sic dicit Bernardus. Est pudor adducens peccatum, & pudor adducens gloriam. Bonus pudor, quo peccasse, aut certe peccare confunderis. Et licet omnis humanus arbiter forte absit, diuinum tamen tantò uerecundius reuereris aspectum, quanto uerius cogitas illum, plus quam hominem purum esse, tantòque eum grauius offendi à peccatore, quanto constat longius esse peccatum ab illo. Huiusmodi proculdubio pudor fugat opprobrium, parat gloriam, dum peccatum omnino non admittit, aut certe admissum & penitendo puni, & confitendo expellit. Sed cum gloria nostra hæc est testimoniū conscientie nostræ, quid si quisquam confiteri confunditur, & inde compungitur? talis pudor peccatum adducit, & gloriam de conscientia perdit, quando malum quod ex profundo cordis copunctione conatur expellere, & pudor ineptus constrictor labiorum omnino non permittit exire. O uerecundia experta rationis, inimica salutis, totius ignara honoris & honestatis: ita ne uerecundum est homini uinci à Deo, & proinde dicitur. Humiliamini sub potenti manu Dei altissimi. Summum uictoriae genus diuinæ cedere maiestati, & auctoritati matris Ecclesiæ non reluctari, summus honor & gloria. O peruersitas, non pudet inquinari, & abluere pedes pudet. Est pudor (iuxta Sapientem) adducens gloriam, si uel peccare pudeat uel peccasse, & ita uel certa gloria non carebit, reducente nimirum pudore, quem culpa fugauerat. Idem. Nescio an quicquam gratius uerecundia aduertit in moribus hominum queat, quæ est certe omnium ornatu atatum, sed tenere gratia uerecundie in teneriori amplius, & pulchrius enitescit. Quid amabilius uerecundo adolefcente? quam pulchra hæc, & quam splendida gemma morum in uultu, & uita adulescentis, quam uera, & minimè dubia, bonæ spei nuncia, bonæ indolis index. Virga disciplinae est illi, qui pudendis affectibus imminens, lubricæ gratis motus actusque leues coherceat, & comprimat insolentes. Quid itaque turpiloquij, & omnis deinceps turpitudinis uerba, fugitans? Uerecundia soror continentie est. Nullum æquè manifestum indicium columbinæ simplicitatis, & ideo etiam testis innocentie. Lampas est pudicæ mentis, iugiter lucens, ut nil in ea turpe, uel iudæorum residere atretet, quod non illa illico prodat. Illa impugnatix malorum, & propugnatrix puritatis innata, specialis gloria conscientie est, famæ custos, uitæ deus, uirtutis sedes, uirtutum primitiæ, naturæ laus

Mar. 11.

In lib. de noua uilitate.

Quid p. niciose uerecundia illa.

1. Petr.

Ecclesi.

Ser. 36. fu per Cap.

laus & insigne totius honestatis, rubor ipse genarum, quem forte inuexerit pudor, quantum gratie & decoris suffosio a terre uultui solet. Usque adeo germen animi bonum uerecundia est, ut & qui male agere non uerentur, uideri tamen uerecundantur: opera nimirum tenebrarum, & digna latebris occultantes. Quid tam amicam uerecundiam animo, quam secretum? Denique orare uolentes, iubemur intrare cubiculum utique, secreta gratia. Ille Iudæus quidem ad cautelam, ne palam orationibus nobis, laus humana, orationis fructum, frustretur affectum, sed quid tam proprium uerecundiam, quam proprias uita laudes, & uita iactantiam? Quid tam indecorum, maxime adulescenti, quam ostentatio sanitatis? Bona comitatio securæ orationis, si præmittas uerecundiam. Hucusque Bernardus. Quæ autem in huius cæci consideratione ueniunt, potes considerare de duobus alijs cæcis tunc à Domino illuminatis, scilicet quando exiit de Hiericho. Ille enim fuit ante ingressum illuminatus. De illis autem dicitur in Matthæo & Marco, ubi ponitur nomen unius. Nam eodem modo, ut isti clamauerunt, & responsum, & lumen à Domino receperunt.

Matth. 20 & Mar. 10

Qualiter Dominus intrauit domum Zachæi. Cap. LXII.

Cum Dominus Iesus ingrediens ciuitatem Hiericho ambularet per eam, Zachæus princeps publicanorum hoc audiens, & desiderans uehementer eum uidere, nec ualens propter multitudinem turbæ, quia statura pusillus erat, ascendit in arborem Sicomorū, ut uel sic eum uidere posset. Iesus autem cognoscens, & acceptans fidem, & desiderium eius, dixit. Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Tunc ille descendit, & eum cum magno gaudio, & reuerentia suscepit, ac ei conuiuium magnum præparauit. Vidisti curialitatem Domini Iesu, Plus dedit Zachæo, quam ipse desiderasset: dedit ei ipsum, quod ille ausus petere non fuisset. Hic igitur habes de uirtute orationis. Nam desiderium maxima uox est, & magna oratio est. Et ideo dicit Propheta. Desiderium pauperum exaudivit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Et Moysi dixit Dominus, Quid clamas ad me? cum ipse ore tunc taceret, sed corde loqueretur. Conspice ergo eum sedentem, comedentem cum illis peccatoribus: posuit se in medio mensæ cum Zachæo, & alium quem ex illis honorans, posuit in capite, familiariter & domesticè conuersabatur, ut eos ad se attraheret. Conspice etiam discipulos libenter cum eisdem peccatoribus conuersantes, colloquentes cum eis, & eos ad bona opera confortantes. Sciebant enim hæc esse uoluntatem magistri sui, & salutem eorum cupiebant.

Luc. 19.

Psal. 10.

Exod. 14.

De cæco à natiuitate illuminato. Cap. LXIII.

Cum iret Dominus Iesus Hierusalem, uidit eum à natiuitate, cuius nomen dicitur fuisse Calidonius, & inclinans se humilis Dominus, fecit eum de spurco, & huiusmodi oculos eius, mittens eum ad natatorium Syloë, ut lauaret. Iuit ille cæcus, & oculos lauit, & lumen recepit. Quod miraculum fuit so. enniter examinatum ab illis maleuolis, & cessit in confusionem ipsorum. Vide historiam Euangelij, quia satis plana, & pulchra est. In prædictis autem conspice Dominum Iesum iuxta generalem traditionem tibi datam, & considera quæ magna fuit huius cæci gratitudo, quia ita uiriliter, & constanter defendit partem Domini Iesu ante ipsos principes, & maiores Iudæorum, nec in uo uerbo pepercit eis, cum tamen adhuc non uidisset Dominum Iesum. Multum commendabilis est uirtus gratitudinis, & Deo accepta, & detestabile uitium ingratitude. De qua materia sic dicit Bernardus. Disce ad singula dona gratias agere. Diligenter (inquit) considera quæ tibi apponuntur, ut nulla uelut Dei dona à debita gratiarum actione frustrantur: non grandia, non mediocria, non pusilla: denique iube mur colligere fragmenta ne pereant, id est non minima beneficia obliuisci. Nunquid non perit, quod douatur ingrato? Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, uirtutum dispersio, bonorum perditio. Ingratitudo est uetus urens, sicca sibi fontem pietatis, rotam misericordie, fluentia gratiæ. Hucusque Bernardus.

Ioan. 9.

Ser. 50. fu per Cant.

Ingratitudo quid.

Quomodo Dominus fugit de templo, & abscondit se, quando Iudæi uoluerunt eum lapidare. Cap. LXIII.

Ecce modò incipiunt mysteria passionis Domini. Unde raro amodò auctoritates adducam, ut circa passionem, & eius præambula possim commodius immorari. Dum ergo quadam uice Dominus Iesus prædicaret in templo, & diceret inter alia. Siquis sermonem meum seruaerit, mortem non gustabit in æternum. Et illis respondentibus, ergo tu es maior patre nostro Abraham, qui mortuus est? Dixit Dominus Iesus. An tequam Abraham: feret, ego sum. Ex quo uerbo sumentes occasionem, quasi impossibile, uel mendacium loqueretur, tulerunt lapides, ut lapidarent eum. Ipse uero abscondit se, & exiit de templo, nondum enim uenerat hora passionis suæ. Conspice ergo bene hic eum cum dolore uehementi, quomodo Dominus omnium sic uilipendebatur ab illis nequissimis seruis, & quomodo nolens eorum furori cedere, abscondit se in aliquo loco templi, post aliquam columnam, uel inter aliquas personas, intueri ipsum, & discipulos mestè & inclinato capite tanquam imbecilles, & debiles recedentes.

77. 3.

Quo-



MEDITATIONES

Quomodo alia vice uoluerunt lapidare Iesum. Capitulum L X V.

Ioan. 10.

Quam quadam alia vice in festo Enceniorum, id est in festo dedicationis templi, Dominus Iesus esset in porticu Salomonis, circumdederunt eum lupi illi rapaces cum furore maximo, stridentes dentibus, & dicentes. Viquequo tollis animas nostras? Tu es Christus, dic nobis palam? At mirissimus agnas humiliter respondit eis dicens. Loquor vobis & non creditis mihi. Opera quae ego facio in nomine patris mei, testimonium perhibent de me. Cospice ipsum nunc bene pro Deo, & totum negotium, ipse quidem eis humiliter loquebatur, illi uero cum furore caninis latratibus perstrepebant in eum, ex omni parte sicut eum circumdabant: tandem non potuerunt occultare uenenum cordis. Acceperunt igitur lapides ut iacerent in eum. Sed Dominus Iesus nihilominus blando sermone locutus est eis, dicens. Multa bona opera ostendi vobis, propter quod eorum opus uultis me lapidare? Et illi inter alia, quia tu homo cum sis facis, te ipsum Deum. Vide mirabilem insaniam. Ipsi uolebant eum scire Christum, & quia uerbis, & operibus hoc comprobabat, uolebant eum lapidare, nec aliquam excusationem habere possunt, qui non potuerunt, & debuerunt credere Dominum Iesum fuisse filium Dei. Quia uero necdum uenerat hora eius, exiit de manibus eorum, & recessit trans Iordanem ad locum ubi Ioannes baptizauerat, qui distat a Hierusalem per decem & octo miliaria, & ibi stabat cum discipulis suis. Cospice ergo tam eum quam discipulos contristatos recedere, & eis comparere toto posse.

De resurrectione Lazari. Cap. L X V I.

Ioan. 11.

Præfens miraculum ualde celebre, multumque solenne cum deuotione meditandi occurrit, & ideo sic te attentam exhibeas, ac si præfens fuisses, his quae hic dicta uel facta fuerunt, & libenter conuerferis, non solum cum Domino Iesu, & discipulis eius, sed etiam cum ista benedicta familia sic Domino deuota, & a Domino dilecta. scilicet Lazaro, Martha, & Maria. Languebat igitur Lazaro, sorores eius prædictae, quae familiarissima Domino erant, ad eum miserunt ad locum in quem recesserat. scilicet trans Iordanem, ut in superiori tractatu continetur, dicentes. Lazarus frater noster quem amas, infirmatur. Et amplius non dixerunt, uel quia hoc sufficiebat amanti, & bene intelligenti, uel quia timebant ipsum ad se uocare, cum sciret, maiores iudeorum insidiari eidem, & cupere mortem eius. Dominus autem Iesus audito nuncio siluit per duos dies, & post dixit discipulis inter alia. Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, quia non eram ibi. Vide mirabilem bonitatem, & dilectionem Domini, ac solertiam circa discipulos suos. Indigebant adhuc

maiori robore & uirtute, unde ipse libenter operabatur eorum profectam. Redierunt igitur, & uenerunt prope Bethaniam. Martha uero cum sciuisset, exiit ei obuiam, & procidens ad pedes eius dixit. Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Dominus uero respondit, quod surgeret, & de resurrectione adiuuicem tractauerunt. Postea uero mittit eam pro Maria: hanc enim Dominus singularissimè diligebat. Ipsa uero ut sciuisset, festina surrexit, & uenit ad eum, & proci-dens similia uerba Marthae dicebat. Dominus autem Iesus uidentem dilectam suam afflictam, lachrymosam, & desolatam de fratre suo, non potuit etiam ipse lachrymas continere. Unde tunc lachrymatus est Iesus. Cospice nunc bene ipsum & illas, & etiam discipulos. An non credis, quod & ipsi fuerunt lachrymati? Post aliquam morulam sic plorantibus cunctis, dixit Dominus Iesus. Vbi posuistis eum? Ipse enim hoc sciebat, sed more humano locutus est. Tunc ille dixerunt. Domine ueni, & uide, & ducebant eum ad sepulchrum. Vadit igitur Dominus Iesus medius inter duas sorores, consolans, & confortans eas. Ipsa uero tunc de sua praesentia consolabantur, quod quasi omnis doloris, & omnis rei oblitae in eum solummodo intenderant. Cuius sic incederet tres simul per uiam, dicebat Magdalena. Domine qualiter fuit uobis, ex quo recessistis a nobis, dolor uehemens fuit mihi de uestro recessu, & nunc cum uos reddidisse audiui, magnum gaudium habui, sed nihilominus timui, & multum timeo: scitis enim, quanta machinantur aduersum uos principes, & maiores nostri, & propterea non fuimus ausa mittere ut ueniretis. Gaudeo quod uenistis, sed rogo uos pro Deo, ut caueatis uobis ab illorum insidijs. Dominus autem respondebat. Non timeatis, quia pater super his prouidebit. Et sic colloquendo ad inuicem, uenerunt ad monumentum. Tunc iussit Dominus Iesus eleuari ex eo lapidem superpositum, sed contende-bat Martha dicens. Domine sciet, quadriduanus enim est. O Deus uide mirabilem amorem istarum sororum erga Dominum Iesum: nolebant enim quod sciet tangeret nates eius. Nihilominus tamen immo multo magis Dominus fecit lapidem eleuari. Quo facto, ipse Dominus Iesus eleuatis oculis in caelum, dixit. Gratias tibi ago pater, quoniam audisti me, ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter istos dico, ut sciant, quia tu me misisti. Aspice nunc bene ipsum sic orantem, & considera zelum eius ad animarum salutem. Deinde clamauit uoce magna, dicens. Lazare ueni foras. Et statim reuixit, & pro-silijt foras, ligatus tamen sicut fuerat sepultus. Discipuli uero ad Domini praecipium soluerunt eum. Qui solutus, & etiam prædictae sorores genuflectentes, gratias egerunt Domino Iesu de tanto beneficio, & duxerunt eum ad domum suam. Stupuerunt autem qui ibi fuerant, & haec uiderant, & diuulgatum fuit miraculum, adeo ut multitudo magna a Hieru-

2 N I C H I L A E T C H R I S T I I

Hierusalem, & alijs partibus uenirent ad uidendum Lazarum, & principes iudeorum se confusos reputantes, de ipso occidendo cogitauerunt.

De maledictione ficus. Cap. L X V I I.

Mat. 21. Mar. 11.

Quamuis secundum fidem historiae maledictio ficus, & praesentatio adultera in templo, credantur fuisse post aduentum Domini Iesu in Hierusalem super aello, quia tamen uidetur apertius nil post ipsum aduentum meditari, nisi de sua eorum & passione, & earum circumstantijs, ideo cogitauit ista duo hic ponere. Cuius igitur Dominus Iesus uadens uersus Hierusalem esuriret, uidit ficum ornatam, & pulchram de folijs, & appropinquans, & non inueniens ficus, maledixit ei, & statim aruit, ita ut mirarentur discipuli. Cospice igitur eum, & discipulos in praedictis iuxta formam generalem supra traditam tibi. Cospice etiam quia mystice hoc factum est a Domino, cum sciret non esse tempus ficuum. Per talem igitur arborem uirentem folijs, intelligi possunt uerbo-si, & loquaces sine operibus, necnon etiam hypocritae, ac simulati qui exteriorè apparentiam habentes, interiorius uacui sunt, & intructuosi.

De muliere in adulterio apprehensa. Cap. L X V I I I.

Ioan. 8.

Vigilabat in malitijs suis pessimi principes & pharisaei contra Dominum Iesum, & sollicitè pertractabant, quomodo eum per astutias & fallacias uincerent, & odibilem populo redderent, sed retorquebantur in eos sagittae eorum. Cum igitur quaedam mulier fuisset in adulterio deprehensa, & secundum Legem deberet lapidari; adduxerunt eam ad ipsum in templo, quaerentes, quid de ipsa factum esset: quasi uolentes eum ponere in perplexitatem, ut si legem seruandam diceret, notaretur de crudelitate & immiseri-cordia: si non seruandam, notaretur de iniustitia. Sapienter autem Dominus eorum retia cognoscens, & declinare sciens, inclinauit se humiliter, & digito scribebat in terra, & dicit glo. quod scribebat peccata eorum. Erat igitur illa scriptura tanta uirtutis, quod quilibet eorum cognoscebat in ea peccata sua. Dominus autem erigens se, dixit. Qui sine peccato est uelstrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinauit curialis Dominus, etiam pro emulis & aduersarijs suis ne recundarentur. At illi discesserunt omnes, & euauerunt eorum astutia. Mulierem autem monitam ne amplius peccaret, Dominus Iesus sollicitè diligenter. Cospice igitur bene ipsum in omnibus praedictis factis & uerbis.

De conspiratione iudeorum contra Iesum. Et de fuga eius in ciuitatem Effrem. Cap. L X I X.

Ioan. 11.

Appropinquante tempore quo Dominus Iesus disposuerat nostram redemptionem per effusionem proprijs sanguinis operari, armauit Diabolus satellites suos, & acuit corda eorum contra ipsum Dominum usque ad occisionem ipsius, & ex bonis operibus Domini, maxime autem propter suscitacionem Lazari magis ac magis accendebantur, tanquam magis inuidia tabescentes. Non ualentes igitur suum furorè protolare, collegerunt pontifices & pharisaei concilium, in quo Caypha prophetante, deliberauerunt ipsum agnum innocentissimum occidere. O prauum concilium! O pessimi duces populi, & consiliarij nequissimi. Quid agitis miseri? quid uos furor exagitat tantus? quae ordinatio est haec? quae causa occisionis Domini Dei uestri? Nonne ipse in medio uestrum est, quem tamen nescitis, & intelligit omnia uerba uestra, & scrutatur renes, & corda? Sed sic fieri oportet ut desiderastis, in manibus uestris tradidit eum pater suus, per uos occideretur, sed non pro uobis. Ipse quidem morietur, & resurget, ut saluet populum suum, & uos peribitis. Diuulgatum fuit istud consiliu, sed sapiens Dominus uolens dare locum ira, & etiam quia nondum erant omnia completa, abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem Effrem, & sic fugit humilis Dominus ante faciem nequissimorum seruatorum. Cospice ergo praedictos nepharios in suo consilio pessimo astuantes. Cospice etiam Dominum Iesum, similiter & discipulos recedentes tanquam imbecilles, & pauperes. Quid tu putas Magdalenam dixisse? sed & qualis animi mater Domini Iesu erat, cum sic eum recedere uideret, & audiret causam, quia uolebant eum occidere? Potes hic meditari Dominam, & sorores eius tunc remansisse cum Magdalena, & Dominum Iesum eas omnes consolatas fuisse de cita sua reuersione.

Quomodo Dominus Iesus redijt in Bethaniam ubi Maria Magdalena uinxit pedes eius. Cap. L X X.

Sicut in superioribus ad instructionem nostram Dominus Iesus fugiendo usus est prudentia, ostendens quod pro loco, & tempore furorè persequentium caute declinare debemus: ita nunc utitur fortitudine, quia debito tempore imminente, spontè redit, ut se offerat passioni, & se in manus ipsorum persequentium tradat, sicut alias fuit usus temperantia cum fugit honore, quia turbæ uoluerunt eum facere regem, & e contrario usus est iusticia, cum uoluit tanquam rex honorari, quando populus cum ramis arboru occurrat eidem, satis modestè tamen ipsum



honor em voluit, & ideo a sellum ascendit, vt hic refert Bern. Ihs igitur quatuor virtutibus. f. prudencia, fortitudine, temperantia, & iustitia vltus est Dominus virtutum propter nostram instructionem. Dicitur autem cardinales esse ac principales, quia ab eis omnes alie virtutes morales descendunt. Non igitur estimandus est fuisse varius vel inconstans, sicut nec aliquis alius qui secundum diuersos casus in diuersis virtutibus se exercet. Rediit igitur Dominus Iesus die sabbati ante diem palmarum in Bethaniam, quae est prope Hierusalem, quasi ad duo miliaria, & ibi fecerunt ei cenam in domo Simonis leprosi, sed & ibi fuerunt Lazarus, Martha, & Maria. Erant enim forte consanguinei, vel multum domestici eiusdem Simonis. Tunc autem Maria fudit super caput eius libram unguenti pretiosi, & ex eo unxit ei caput, & pedes. Et quod alia vice fecit in eadem domo ex contritione, nunc faciebat ex deuotione, diligebat enim eum super omnia, & de obsequendo eidem faciri non poterat. Sed murmurauit de hoc proditor Iudas, pro qua Dominus respondit, & eam debito more defendit, nihilominus tamen proditor indignatus remansit, & inde proditoris occasionem assumpsit, & die mercurij sequenti Dominum Iesum pro triginta argenteis vendidit. Conspice igitur eum conuuantem cum illis suis amicis, & conuersantem cum eis illis paucis diebus. f. vsq; ad passionem suam. Sed amplius in domo Lazari, domus naq; ipsius, & fororis eius erat suum refugium generale, ibi comedebant de die, & dormiebat de nocte cum discipulis suis. Ibi etiam mater eius Domina nostrae cum fororibus quiescebat, & multum honorabant eam omnes, & maxime Magdalena semper fociando eam, nec ab ea vllatenus discedendo. Conspice ergo ipsam Dominam, quia statim more perterrita de dilectissimo filio suo, nec se ab illo vlllo tempore separabat, & cum Dominus defendens Magdalenam a murmure proditoris, dixit. Mittens haec unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. An non credis, quod huius verbi gladius matris animam pertransierit? Quid enim de morte sua poterat expressius dicere? Similiter & omnes alij stabant perterriti, & anxij cogitationibus pleni, colloquentes adinuicem vnus cum altero hinc inde, more illorum qui habent dura, & aduersa tractare, & maxime timebant quoniam ibat in Hierusalem, quod faciebat quolibet die. Multa. n. ab ista die sabbati vsq; ad diem cenae locutus est iudaeis, & operatus est palam in Hierusalem, de quibus non intendendo referre nisi de aduentu super asello, ne mendicatio ipsius impediatur. Sumus enim in ianuis passionis. Vnde totum tuum recollige spiritum, ne ad alia sis distraeta: vt tam ad haec mysteria quae praecedunt, quam ad ipsam passionem mente vacua curis, & valde peruigil possis intendere, & interim lubenter conuerseris in Bethania cum praedictis.

Math. 26

Ioan. 12

De aduentu Domini in Hierusalem super asello. Ibidem quomodo Iesus dicitur tribus modis fleuisse. Cap. LXXI.

Requentabantur mysteria, implebant scripturae per Dominum Iesum, appropinquante tempore quo zelabat remedium mundo conferre proprio corporis passionem. Igitur die sequenti summo mane, f. die dominica parauit se ad eundem in Hierusalem nouo & inconueto modo, sed sicut fuerat prophetatum. Cumq; pergere vellet, mater pro affectu retrahebat eum, dicens. Filii mi quo vis ire? tu scis conspirationem contra te factam, quomodo vadis inter eos? Rogo te vt non vadas. Similiter & discipulis alijs videbatur intolerabile quod ibat, & vt poterant retrahebant eum. Dicebat Magdalena, non eat is magister pro Deo. Vos scitis, quod desiderant mortem vestram. Si vos iris in manus eorum, hodie vos capient, & habebunt intentum suum. O Deus quomodo diligebant eum, & quomodo erat eis amarum, quicquid laederet ipsum. Ipse vero aliter disposuerat, qui vniuersorum salutem sitiebat, & respondebat eis. Voluntas patris mei est quod ego vadam, sinite, non timeatis, quia ipse defendet nos, & hoc sero hic redibimus illasi. Coepit igitur ire, & illa parua comititia sed fidelis secuta est ipsum. Cum autem venit Bethphage, f. in viculum quendam in medio itineris, misit duos discipulos in Hierusalem, vt sibi adducerent asinam & pullum eius, alligatos in loco publico ad ministeria pauperum deputatos. Quo facto, Dominus Iesus primò super asinam, & parum post super pullum humiliter ascendit, super quos discipuli vestimenta sua posuerant. Et sic equitabat Dominus mundi, & quaquam iustissimè foret eum honorari, honoris tamen tempore talibus dextrarijs, & phaleris vsus fuit. Conspice nunc bene ipsum, & vide quomodo in hoc suo honore, vituperauit honorabilem pompam mundi. Non enim fuerunt haec animalia frenis, & sellis deauratis, & phaleris fereatis ornata, more stultitiae mundialis, sed vilibus pannis, & duobus funiculis, cum esset Rex regum, & Dominus dominorum. Turba autem cum sciuerunt, iuerunt obuiam ei, & vt Regem cum laudibus, & canticis cum vestium suarum, & ramorum arborum stratione ac latitia magna susceperunt eum. Immiscuit autem cum ista latitia stetit. Namq; cum vidit Hierusalem, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses, & tu, supple fleres. Et debes scire, quod tribus vicibus legimus Dominum Iesum fleuisse. Vna de morte Lazari, scilicet humanam miseriam. Alia hic, scilicet humanam concitarem, & ignorantiam. Hic enim fleuit, quia non cognouerunt tempus visitationis suae. Tertia vice fleuit in passione sua, f. humanam culpam & malitiam, quia videbat, quod passio sua omnibus sufficiebat, & tamen non omnibus proficiebat, quia non reprobis & duris corde ac impenitentibus. Et de hac refert Apostolus, ad Hebr. dicens de tempore suae passionis.

Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19.

Tribuit cibum & vit. Chri. sua.

Hebr.

passionis: Quia cum clamore valido, & lachrymis exauditus est pro sua reuerentia. De histribus vicibus habetur in textu, sed & alias tenet Ecclesia quod fleuit, scilicet infantulus, & ideo cantat. V agit infans inter arcta conditus praesepia, quod faciebat vt mysterium incarnationis Diabolo occultaret. Conspice ergo bene ipsum nunc flentem, nam & flere debes cum eo. Flere enim largiter, & fortiter, quia non simulate sed verè dolebat cum ipsis. Vnde corde amaro flebat illorum periculum aeternale. Praedixit etiam tunc ipsorum excidium corporale. Conspice etiam discipulos, qui diligenter vadunt iuxta eum cum timore, & reuerentia. Ipsi sunt barones, & comites, sui domicelli & dextratores. Conspice etiam matrem cum Magdalena, & alijs feminibus sequentes attente post eum. Nec credere debes, quod ipso flente, potuerunt mater & alij sui lachrymas continere. Intrauit ergo Dominus Iesus cum isto triumpho, & honore turbarum in ciuitatem, de quo ciuitas commota est. Venit autem ad templum, & eiecit ementes & vendentes. Et haec fuit secunda eiectione. Et stetit Dominus Iesus publice in templo praedicans populo, & respondes principibus, & Phariseis vsque quasi sero. Et licet sic honoratus fuisset ab illis, non est inuetus aliquis, qui eum etiam ad bibendum inuitaret. Tota igitur die, ipse & sui ieiunauerunt, & sero cum eis Bethania redijt. Conspice ergo & nunc bene ipsum, quia valde humiliter vadit pro ciuitatem cum illis paucis, qui sic honorifice venerat mane. Ex quo potes considerare, quod parum est de mundano curandū honore, qui sic terminatur in breui. Potes etiam considerare, quomodo Magdalena & alij gaudebant, quando honorabatur a turbis, & multo magis quando Bethaniam redierunt illasi.

Marc. 11.

Licet xps honoratus fuerit susceptus in ingressu Hierusalem, non fuit tamen ab aliquo inuitatus.

Quomodo Dominus Iesus mortem suam praedixit matri. Cap. LXXII.

Hic potest interponi meditatio valde pulchra, de qua tamen scriptura non loquitur. Canante namque Domino Iesu die mercurij cum discipulis suis in domo Mariae Marthae, & etiam matre eius cum mulieribus in alta parte domus. Magdalena ministrans rogauit Dominum dicens. Magister sitis memor, quod facieris pascha nobiscum, rogo vos, vt hoc non denegeris mihi. Quo nullatenus acquiescente, sed dicente, quod in Hierusalem faceret pascha. Illa recedens miro cum fetu, & lachrymis, vadit ad Dominam, & his ei narratis rogat, vt ipsa eum ibi in pascha teneat. Cena igitur facta, vadit Dominus Iesus ad matrem, & sedet cum ea seorsum colloquens cum ea, & copiam ei suae praesentiae praebens, quam in breui subtracturus erat ab ea. Conspice nunc bene ipsos sedentes, & quomodo Domina reuerenter eum suscipit, & cum eo affectuosè moratur, & similiter quomodo Dominus reuerenti-

ter se habet ad eam. Ipsi igitur sic colloquentibus, Magdalena vadit ad eos, & ad pedes eorum sedes dicit. Domina ego inuitabam magistrum, vt hic faceret pascha, ipse verò videtur velle ire in Hierusalem ad paschadum, vt capiatur ibi, rogo vos vt non permittatis eum ire. Ad quem mater. Filii mi rogo te vt non sic fiat, sed faciamus hic pascha: scis enim quod insidiae ad te capiendum ordinatae sunt. Et Dominus ad eam. Mater charissima voluntas patris est, vt ibi faciam pascha, quia tempus redemptionis aduenit. Modò implebuntur omnia quae de me scripta sunt, & faciet in me quicquid volent. At ille cum ingenti dolore haec audierit, quia bene intellexerunt, quod de morte sua dicebat. Dicit igitur mater vix valens verba formata proferre. Filii mi tota concussa sum ad vocem istam, & cor meum dereliquit me. Prouideat pater, quia nescio quid dicam. Nolo sibi contradicere, sed si sibi placeret, roga eum vt differat ad praesens, & faciamus hic pascha cum istis amicis nostris, ipse verò si sibi placebit, poterit de alio modo redemptionis sine morte tua providere, quia omnia possibilis sunt ei. O si videres inter haec verba Dominum plorantem, modestè tamen & planè, & Magdalenam tanquam ebriam de magistro suo largiter, & magnis singultibus flentem, fortè nec tu posses lachrymas continere. Considera in quo statu esse poterant, quando haec tractabantur. Dixit enim Dominus blandè consolans eas. Nolite flere, scitis quod obedientiam patris me implere oportet, sed pro certo confidite, quia citò reuertar ad vos, & tertia die resurgam in columbis. In monte igitur Sion secundum voluntatem patris faciam pascha. Dicit autem Magdalena, ex quo non possumus cum hic tenere, simus & nos in domo nostra in Hierusalem, sed credo quod nunquam habuit pascha sic amarum. Acquieuit Dominus, quod & ipsa in dicta domo facerent pascha.

De cena Domini. Item de mensa & modo sedendi in mensa. Exemplum quinque virtutum Christi in cena. Item quinque ex sermone Domini. Cap. LXXIII.

Adueniente iam & imminente tempore miserationum, & misericordiarum Domini Iesu, quo disposuerat saluam facere plebem suam, & eam reddimere, non corruptibili auro & argento, sed preciosissimo sanguine suo, voluit cenam facere cum discipulis suis notabilem, an tequam ab eis per mortem discederet, in signum memoriale recordationis, ac etiam vt cõpleret mysteria, quae restabant complenda. Fuit autem haec cena magna valde, & magifica sunt quae fecit ibi Dominus Iesus. Ad quae intruenda te cum summa attentione praesentem exhibe, quia si hoc dignè & uigilanter feceris, non patieris te curia Ihs Dominus redire ieiuniam. Circa ipsam igitur quatuor principaliter, quae ibi notabiliter facta fuerunt,



fuere, meditando occurrunt. Primo ipsa corporalis canatio. Secundo pedum discipulorum per Dominum Iesum ablutio. Tertio sacramentum eius sacratissimi corporis institutio. Et quarto pulcherrimi sermonis per ipsum compositio. De quibus per ordinem videamus. Circa primum attende, quod Petrus & Ioannes ierunt iussu Domini Iesu, ad quandam amicum suum in monte Sion, ubi erat canaculum grande stratum ad parandum pascha. Sed & Dominus cum alijs discipulis die totis, ad expectate die civitatem intravit, & ad ipsum locum iit. Aspice nunc igitur eum stantem in aliqua parte domus, & colloque rem cum suis discipulis salubria, & interim in cenaculo parabat pro eis p aliquos de septuaginta duobus discipulis pascha. Legitur namque in legenda sancti Matthei, quod ipse cum aliquibus de septuaginta duobus discipulis fuit ipso die sero ad ministrandum Domino Iesu, quando laudabat pedes discipulorum suorum. Cum autem essent omnia in cenaculo parata, dilectissimus Ioannes qui sollicitus erat, & redibat ad parandum, & auuandum in preparatione prefata, venit ad Dominum Iesum, dicens. Domine vos potestis cenare quando placet vobis, quia omnia sunt parata. Conspice nunc bene, & morose omnia quae dicuntur, & sunt, quia viscerosa sunt valde, nec abbrevianda sunt sicut caetera Domini Iesu facta, sed potius dilatanda. In hoc igitur est maxima vis omnium meditationum de ipso, sed & amoris istius magis. s. propter excessiva insignia, quae in hac cena facta fuerunt. Surgit ergo Dominus Iesus, & discipuli eius cum eo. Ioannes vero eius lateri se iungens, ab eo se deinceps nullatenus separavit: nullus enim sic fideliter ac familiariter adhaesit ei, sicut Ioannes. Nam cum captus fuit, introiit cum eo in atrium principis sacerdotum, nec in crucifixione, nec in morte, nec post mortem dimisit eum quousque fuerat ipse sepultus. In hac autem cena iuxta eum sedit, licet esset minor alij. Intrant autem cenaculum omnes, lauant manus, & circumstantes mensam deuotissime benedicunt. Aspice bene per singula. Scire autem debes quod ipsa mensa erat in terra, & more antiquorum in terra sederunt ad canam. Erat autem mensa quadra ut creditur, de pluribus tamen tabellis, quam ego vidi Romae in Ecclesia lateranensi, & ego eam met mensuravi. Est autem in vno quadro duorum brachiorum & trium digitorum, vel palmi vel citra, ita quod licet arte tamen in quolibet quadro ut creditur tres discipuli sedebant, & Dominus Iesus humiliter in quodam angulo, ita quod omnes in vno catino comedere poterant. Et propterea non intellexerunt eum discipuli, quando dixit. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet, quia omnes pariter intingebant. Benedictione igitur facta per dexteram Domini, sedent circa mensam, Ioanne sedente iuxta dextram Iesum. Agnus paschalis tunc eis deservit. Sed attende, quod dup-

licitate poteris hoc meditari. Vno modo quod icdeant licet iam dixi. Alio modo ut stent recti cum baculis in manibus, comedentes agnum cum laetitia agrestibus, & ita obseruantes quae in lege Domini mandatur, dummodo postea eos mediteris sedere ad aliquid manducandum, ut ex pluribus locis textus potest colligi, quia nec Ioannes recubere supra pectus Domini aliter potuisset, nisi sedendo. Delato ergo agno paschali asfo, accepit eum verus & immaculatus agnus, scilicet Dominus Iesus, qui erat in medio illorum, itaquam qui ministrat, seiditque eum in frustra, discipulis alacriter porrexit, & ad comedendum confortat. Ipsi vero comedebant, sed alacritate non capiebant semper pauidi, ne nouitas contra Dominum fieret. Cantantibus autem eis, patefecit factum apertius, & inter alia ita ait. Desiderio desideravi, hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Vnus autem vestrum me traditurus est. Haec vox in corda ipsorum ut gladius acutissimus intrauit, & comedere cessauerunt, aspicientes se ipsos inuicem & dicentes. Nunquid ego sum Domine? Aspice nunc bene ipsos, & compare tam domino Iesu quam ipsis, quia in magno dolore sunt positi. Ipse autem proditor ne viderentur haec verba pertinere ad ipsum, comedere non cessauit. Ioannes vero ad instantiam Petri quaesuit & dixit. Domine quis est qui tradet te? Et Dominus Iesus tanquam singulari dilectione familiariter ei aperuit. Ioannes vero stupefactus, & cordialiter gladius, versus eum se inclinavit, & super pectus eius recubuit. Petro autem Dominus non dixit, quia ut dicit Augustinus si ipsum sciuisset, dletibus proditorem discerneret. Sed per Petrum signatur actiuus, per Ioannem contemplatiuus ut dicit Augustinus in eadem Omil. Euange. quod legitur in festo sancti Ioannis. Vnde habes hic argumentum, quod contemplatiuus non intromittit se de oetibus extrinsecis, de ipsis etiam offensis Domini, vindictam non expetit, sed gemit interius, & per orationes se ad Deum conuertit, & fortius ei per contemplationem approximans, eiq; in haerens, omnia suae dispositioni committit. Na aliquando ipse contemplatiuus ex caelo Dei, & animarum exterius exit, ut supra plenius habuisti in tractatu de vita contemplatiua. Hic etiam habes, quod nec ipse Ioannes dixit Petro, quous ad ipsius nutum Dominum quaesiuisset. Ex quo potes colligere, quod cotemplatiuus non debet secretum sui Domini reuelare. Legitur autem de beato Francisco, quod reuelationes occultas non reuelabat exterius, nisi quantum fraternae salutis urgebat zelus, vel supernae reuelationis dictabat instinctus. Nunc igitur aspice Domini benignitatem, quomodo dilectum suum supra pectus suum retinet tam benignum. O quam tenerissime se ad inuicem diligebant. Conspice etiam alios discipulos multum maestos ad hanc Domini vocem, non comedentes, sed se inuicem aspicientes, & sup his consiliu capere nescientes. Haec de .j. articulo sufficiat. Circa

De cena agni paschalis qua narrat Matt. 26.

Io. 13.

Qualis erat mensa in qua ultimum cenam fecit Iesus, & quomodo sederunt.

De ablutione pedum, qua narrat Io. 13.

Io. 13.

Luc. 22.

Io. 13.

Io. 13.

Io. 13.

Io. 13.

Io. 13.

Io. 13.

Io. 13.

Io. 13.

Io. 13.

Io. 13.

Io. 13.

Io. 13.

Circa secundum vero diligenter attende. His namque sic se habentibus, surgit Dominus Iesus a cena, surgunt statim & discipuli, ignorantes quod ire velit. Ipse autem descendit cum eis in locum alium inferius in eadem domo, ut dicunt qui locum viderunt, & ibi omnes sedere fecit, aqua iubet sibi afferi, ponit uestimenta sua, imit heo se praecingit, & aquam mittit in peluim lapideam, ut lauaret ipsorum pedes, recusat Petrus, & totus stupefactus rem suo iudicio sic indecentem declinat. Sed audita Christi comminatione, sapienter consilium mutauit in melius. Considera nunc bene singulos actus, & cum admiratione conspice quae geruntur. Inclinat se summa maiestatis, & humilitatis magister vsque ad piscatoris pedes, stat incuruatus, & genibus flexis, coram ipsis sedentibus. Lauat proprijs manibus, abstergit, deosculaturq; omnium eorum pedes. Sed & illud super exaltat humilitatem, quod & ipsi proditori eadem obsequia ipse praebet. Sed & eor nequa, & omni duritia durius, si sic ad tantam humilitatem non emolliris, si sic Dominum maiestatis non vereris, si sic vsq; ad ipsius semp tibi benefici, semperque innocentis scruis interitum. Sed va tibi miser, tu quidem obduratus quod coepisti patiturus: non tamen ipse, sed tu peribis. Admiranda est ergo merito tanta humilitatis, & benignitatis profunditas &c. Hoc autem completo ministerio, redit ad locum cena, & iterum recumbens, eos ad suum exemplum imitandum confortat. Potes autem hic meditari, quod Dominus Iesus exemplum dedit nobis isto sero quinque magnarum virtutum, scilicet humilitatis, ut dictum est lauando. Charitatis, in sacramento corporis, & sanguinis sui, & in sermone quod est monitis charitatis plenus. Patientiae, in sustinendo proditoris suum, & multa opprobria quando fuit captus, & ductus ut latro. Obedientiae, in eundo ad passionem suam, & mortem ex obedientia patris. Orationis, in orando in horto tribus vicibus, in his ergo virtutibus eum imitari conemur. Et haec de secundo articulo.

Circa tertium vero meditatio, obstupescere illam clarissimam dignationem, & dignatissimam charitatem, qua nobis tradidit semetipsum, & reliquit in cibum. Cum ergo lotis discipulorum pedibus iterum recubisset, volens finem dare legibus institutis, & sacrificiis, & nouum incipere testm, seipsum sacrificium nouum facit, & accipiens panem, oculos ad patrem eleuans, confecit altissimum sacramentum corporis sui, & dans discipulis suis dixit. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. similiter & calicem dicens. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur. Aspice nunc bene pro Deo, quomodo diligenter, fideliter, & deuote praedicta facit, & manibus proprijs comunicauit illam dilectam, & benedictam familiam suam. Et tandem in amoris recordationem, subiungit, di. Hoc facite in meam commemorationem. Hoc est illud memoriale, quod animam

grata cum ipsum suscipit, manducando, vel fideliter meditando deberet tota ignire, & mebrare, & in ipsum Dominum praemoris, & deuotionis vehementia totaliter transformare. Nihil enim maius, carius, dulcius, & utilius nobis relinquere poterat, quam seipsum. Ipse namque quem in sacramento sumimus, ille idem est, qui de virgine mirabiliter incarnatus & natus, pro te mortem sustinuit, & qui resurgens, & gloriose ascendens sedet a dextris Dei. Et ipse est qui creauit caelum, & terram, & omnia, & qui ea gubernat, ac etiam moderatur. Ipse est a quo dependet salus tua, in cuius uoluntate & potestate est tibi dare, vel non dare gloriam paradisi. Ipse est qui est in tali hostia modica oblatas, & tibi exhibitus. Ipse est Dominus Iesus Christus filius Dei viui. Et haec de tertio articulo. Circa quartum vero ad omnium cumulum supereffluentem, attende alia dilectionis insignia. Facit enim eis sermonem pulcherrimum, plenum dulcedine, & amoris carbonibus ignitu. Comunicatis namque discipulis, & pessimo Iuda (secundum Aug. licet secundum aliquos non fuerit in communicatione) dicit ipsi Iuda dominus Iesus. Quod facis, fac citius. Ille autem infelix egrediens, in it ad principes sacerdotum, qui bus eum praecedenti die mercurij vendiderat triginta argenteis, & petiit ab eis cohortem ad ipsum capiendum. Interim vero Dominus Iesus fecit discipulis dictum sermonem. Ex cuius ornata, ut illi, ac ueneranda magnitudine, quinque principaliter meditando assumo. Primum qualiter praedicans eis discessum suum, eos confortauit. Dicebat namque. Adhuc modicum vobiscum sum, sed non relinquam uos orphanos. Vado & venio ad uos. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum. Haec & his similia, quae luccincte pertransibant, dicebat eis, quae corda ipsorum totaliter pertransibant, & penetrabant: non enim de suo discessu poterant aliquid tolerare. Secundo circa sermonem mediteris, qualiter cordialiter & instanter instruxit eos de charitate, dicens pluribus vicibus. Hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem. Et in hoc cognoscens omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Et alia huiusmodi quae in textu plenius poteris reperire. Tertio circa sermonem mediteris, quomodo monuit eos ad obseruantiam mandatorum suorum, di. Si diligitis me, mandata mea seruate, & si praeccepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Et alia huiusmodi. Quarto circa sermonem mediteris, qualiter de eis confidentiam contra tribulationes, quas eis praedicit esse venturas. Hoc modo, in mundo praesuras habebitis, sed confidite, quia ego nunc mundum. Et iterum, si mundus vos odit, scitote, quia me priorem uobis odio habuit. Mundus quidem gaudebit, uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Quinto circa sermonem est meditandum, qualiter ipse Dominus Iesus tandem aspiciens in caelum se conuertit ad

De sermone domini in cena que narrat Io. 13 usque ad 17. c.

Sup psal. 40. Ioan. 13.

Ex sermone domini quod que praedicta sunt meditata.

Ioan. 14. Io. 1.

Alia. Hoc est mandatum meum nouum.

Io. 13.

Io. 14.

Io. 15. & 16.



fit ad patrem dicens. Pater serua istos quos dedi...

Io. 16. Mar. 14. et Matt. 26. Ioan. 18.

SEXTA FERIA.

Meditatio de passione Domini in generali. Cap. LXXIII.

Occurrit nunc, ut de passione domini nostri Iesu...

consolationes, & per consequens nouum quendam...

Pena...

oratio...

ut crucifigatur. Crux humeris iam fractis, & la-

Meditatio passionis Christi ante matutinas. Cap. LXXV.

Resume ergo meditationes istas a principio...

stat tanquam quilibet homunculus de populo, Domini...

Io. 3. Mat. 26. Psal. 39. Psal. 7. Psal. 108. Mat. 27. Hier. 18.



Ioan. 17.

Michael angelus christu in agonia confortat.

mam meam. Improperium expectavit cor meum & miseriam. Et reddens Dominus Iesus ad discipulos suos, excitans eos, & de orando confortat. Et iterum secundo & tertio ad orationem rediit, in tribus scilicet diuersis locis distantibus ab inuicem per iactum lapidis, non quantum quis excutens brachium projicere posset, sed quantum sine magna violentia lapidem mitteret, forte quanta est longitudo domorum nostrarum, ut habeo a fratre nostro qui fuit ibi: & adhuc in ipsis locis sunt uestigia ecclesiarum que ibi facte fuerunt. Rediens ergo ad orationem, ut dixi, secundo, & tertio eundem sermonem orauit, & addidit. Pater si sic decreuisti, ut penitus crucis patibulum subeam, fiat uoluntas tua. Sed recomedo tibi dilectissimam matrem meam, & discipulos meos, quos hucusque seruaui. Pater mi serua eos a modo. Et interim, sacratissimus ille sanguis corporis sui, in modum sudoris erumpens in hac agonia siue certamine, dum prolixius orat, usque ad terram abundanter decurrit. Considera nunc ergo eum, quanta nunc est anime sue angustia. Sed & hic illud animaduerte contra impatientiam nostram, quia Dominus tribus uicibus orauit, antequam a patre responsum acciperet. Cum autem sic orat anxius Dominus Iesus: Ecce Angelus Domini: princeps militiae celestis exercitus, Michael scilicet, assistit confortans eum, & dicens. Salutem Deus meus Iesu. Ego orationem uestram, & sudorem uestrum sanguinem patri uestro obtuli in conspectu totius curiae supernae, & omnes procidentes supplicauimus, ut calicem hunc transferret a uobis, & respondit pater. Nouit dilectissimus filius meus Iesus, quod humana generis redemptio, quam sic optamus, sine sanguinis sui effusione, sic decenter fieri non potest, & ideo si salutem uult animarum, oportet eum pro eis mori. Quid ergo discernitis? Tunc respondit Dominus Iesus Angelo. Salutem animarum omnino uolo, & ideo potius eligo mori ut saluentur anime, quas ad imaginem suam pater creauerat, quam uelim non mori, & anime non redimantur. Fiat ergo uoluntas patris mei. Et Angelus ad eum. Confortamini ergo, & uiriliter agite, excelsum enim decet magnifica facere, & magnanimum ardua tolerare. Cito pertransibunt paenalia, & succedunt perpetuo gloriosa. Dicit pater quod semper uobiscum est, & quod matrem uestram, & discipulos ipse seruabit, ipsosque incolumes uobis reddet. Et humilis Dominus reuerenter, humiliter suscipit hanc confortationem etiam a sua creatura, considerans se esse minoratum paulominus ab angelis, dum est in hac ualle misera tenebrarum: & sic consistebatur ut homo, & ualefecit ei. Et sic ex uerbis angeli fuit confortatus ut homo, rogatus, ut eum patri ac celesti curiae commendaret. Surgit ergo tertio ab oratione totus sanguine madefactus, quem conspice tergente sibi uultu, uel et forte in torrente lauante, totumque afflicto reuer-

ter cerne, ei que intime copatere, quia sine ingenti acerbitate doloris hoc sibi contingere nullatenus potuit. Dicunt tamen Sapientes, & expositores, quod orauit Dominus Iesus patrem, non tam timore patiendi, quam misericordia prioris populi, quia compatiebatur iudaeis, quia pro sua morte scilicet perderentur. Non enim ipsi occidere eum debebant, quia ex ipsis erat, & in lege eorum continebatur, & tanta eis beneficia impendebat, dum orabat patrem pro salute iudaeorum, & dicebat, ut credat multitudo gentium, non recuso passionem. Si uero iudaei excacandi sunt ut alij uideant, non mea uoluntas sed tua fiat. Fuit enim in Christo tunc quadruplex uoluntas. scilicet uoluntas carnis, & haec nullo modo uolebat pati. Voluntas sensualitatis, & haec remurmurabat, & timebat. Voluntas rationis, & haec obediebat, & consentiebat. Nam iuxta Isaiam dicitur. Oblatus est, quia ipse uoluit. Et fuit in eo uoluntas diuinitatis, & haec imperabat, & sententiam ipsa dictabat. Igitur quia uerus erat homo, ut homo erat in magna angustia positus. Et ideo intime compatere ei, & considera, & uide diligenter omnes actus, & singulas affectiones domini Dei tui. Venit autem ad discipulos suos dicens. Dormite iam, & requiescite, qui ibi aliquantulum dormierunt. Bonus autem pastor uigilat super custodiam gregis sui pusilli. O grandis amor. Verum in finem dilexit eos, cum in tanta positus agonia eorum procurat quietem. Videbat autem a longe aduersarios suos ueniens cum facibus, & armis, nec tamen discipulos excitauit, nisi cum prope, & iuxta eos erant: tunc dixit eis. Sufficit, satis dormistis, ecce qui me tradet appropinquat. Et adhuc eo loquente, uenit ante illos nequam Judas, pessimus mercator, & osculatus est eum. Dicitur enim quod moris erat Domini Iesu, discipulos quos emittebat, in osculo recipere redeuntes, & propterea proditor ille in signum Iesum per osculum tradidit, & praecedens alios cum osculo rediit. q. d. Non sum ego cum istis armatis, sed rediens more solito, te osculor & dico. Aue Rabbi. O uere proditor. Intuere ergo bene, & prosequens dominum, uide quomodo patienter & benigne suscipit ipsius infelicis amplexus, & oscula proditoris, cuius paulo ante pedes lauerat, & summo cibauerat cibo. Et quo se patitur capi, ligari, percuti, & furibunde duci, ac si esset malefactor, & omnino impotens ad se defendendum. Quomodo etiam copatitur discipulis suis fugientibus, & errantibus. Sed & ipsorum dolores cernere potes, quomodo inuiti, & dolentes, gemitus & suspiria dabant, & uelut orphani, & timore perterriti recedebant, & magis ac magis eorum augebatur dolor, cum uidebant & dominum suum sic uiliter trahi, & canes istos trahentes eum ad uictimam, & illum quasi agnum mansuetissimum sine resistentia ipsos sequi. Conspice nunc eum, quomodo ducitur ab illis nequissimis de torrente sursum Hierusalem finan-

Quadruplex uoluntas fuit in Christo i oratione.

Isaiam.

Mate. 26.

Christus capite.

Principibus xpi presentatur.

finanter, & anxie, manibus post tergum ligatis, exclamatus tunica, superincinctus non curiose, capite discoopertus, & curuus ex fatigatione, & uehementi acceleratione incedens. Cum autem praesentatur principibus sacerdotum Annae & Cayphae & alijs senioribus congregatis, illi quasi leo capta praeda exultant, ipsum examinant, falsos procurant testes, qui eum condemnant, & expuunt in eius faciatissimam faciem, oculos uelant, colaphizant, alapis cedunt, dicentes, propheta quis est qui te percussit? & multis obprobrijs eum vexant, & in omnibus se patienter habebat. Et hic in singulis eum conspice, & compatere. Tandem illi maiores recesserunt mittentes eum in quendam carcerem ibi subtus solarium, qui adhuc uideri potest, uel eius uestigium, & ligauerunt eum ad quandam columnam lapideam, cuius pars postea comminuta est, & adhuc apparet ut habeo ex fratre nostro qui uidit. Dimiserunt nihilominus aliquos armatos ad tutiorem custodiam, qui eum per totam noctem residuum vexauerunt, derisionibus, & maledictis vacantes. Intuere ergo qualiter audaces, & pessimi conuertiuntur eidem, dicentes. Credebas tu melior, & sapientior esse principibus nostris, quia stultitia erat tua? non debebas aperire os tuum contra eos, quomodo fuisti ausus sic facere? Sed nunc appareat sapientia tua, ut stes modo sicut tuis conuenit paribus, dignus proculdubio es morte, & tu eam habebis: & sic per totam noctem modo unus, & modo alius insultabat uerbis, & faciebat contra eum, quanta credis dicunt, & faciunt hi mercenarij obprobrijs uilissimis indiscretis, & irreuerenter ei insultant. Intuere nunc dominum uerecundem, & patienter tacentem ad omnia tanquam in culpa deprehensum, & uultu in terram demisso, & sibi compatere uehementer. O Domine ad quorum manus uenisti? quanta est patientia tua? Verum ista est hora tenebrarum. Et sic stetit reclusus ad illam columnam ligatus usque ad mane. Interim autem Ioannes uadit ad Dominam, & socias in domum Magdalene congregatas, in qua canam fecerant, & narrat cuncta quae Domino, & discipulis contigerunt. Tunc indicibilis planctus, eiulatus, & clamor factus est ibi. Intuere eas, & compatere, quia in afflictione permaxima, & dolore uehementissimo sunt de dilecto Domino suo, quia bene uident, & credunt nunc ipsum Dominum moriturum. Tandem Domina secedit ad parietem, & in orationem se conuertit, dicens. Pater reuerendissime, pater pijsissime, pater misericordissime, recomendo uobis filium meum dilectissimum. Non sitis ei crudelis, quia cunctis estis benignus. Pater aeternum morietur ne filius meus Iesus? Nihil enim malifecit. Sed pater iuste si redemptionem uultis humani generis, per alium modum obsecro faciat, omnia namque possibilia sunt uobis. Rogo uos pater sanctissime, si placet uobis, non moriatur filius meus Iesus, liberate ipsum de manibus peccato-

rum, & reddite ipsum mihi. Ipse propter obedientiam uestram, & reuerentiam non se uiuat. Dereliquit seipsum, & tanquam imbecillis, & impotens est inter istos. Unde uos illum Domine adiuuate. Haec & his similia orabat Domina cum affectu suo toto, & conatu, & cum magna amaritudine cordis sui. Compatere nunc ei, quam sic cernis afflictam.

Meditatio passionis Christi hora Prima. Cap. LXXVI.

M ANE autem tepesiuu reddierunt principes, & maiores populi, & fecerunt eum ligari manus post terga, dicentes. Veni nobiscum latro, ueni ad iudicium, hodie complebitur maleficia tua, modo tua sapientia apparebit, & ducebant eum ad Pilatum, & ipse tanquam innocens sequebatur eos, cum esset agnus innocentissimus. Cum autem mater eius, Ioannes & socii. (Nam & ipse summo mane exierunt foras, ut uenirent ad eum) occurrerunt ei in uia, & uideres eum sic uisibiliter & sic enormiter a tanta multitudine duci, quanto repleti sunt dolore, dici non posset. In isto autem mutuo conspectu, fuit dolor uehementissimus utriusque. Nam ipse Dominus multum affligebatur ex compassione quam habebat ad suos, & maxime erga matrem: sciebat enim quod propter ipsum dolebant usque ad animam a corpore auulsionem. Considera ergo & intuere diligenter per singula, sunt enim permultum, immo permaxime compassiua. Ducitur ergo ad Pilatum, & ille mulieres a longe sequuntur, quia appropinquare non possunt. Accusatur tunc ab illis in multis, & Pilatus ipsum misit ad Herodem. Herodes uero cupiens uidere de suis miraculis, gauisus est: sed nec miraculum ab illo habere potuit, neque uerbum. Igitur ex hoc reputans eum stultum, fecit in derisione ipsum indui ueste alba, & remisit eum Pilato. Et sic uide qualiter non solum malefactor, sed & stultus est ab omnibus illis reputatus. Ipse autem omnia patientissime tolerabat. Intuere etiam hic eum ducitur, & reducitur, demisso uultu, & uerecunde incedentem, & omnium clamores, conuicia & subsanationes audientem, & forte lapidum percussiones, & immunditiarum aliarum fetores suscipientem. Et etiam matrem, & suos intuere discipulos cum indicibili merore a longe stantes, & inde ipsum sequentes. Reducto autem eo ad Pilatum, illi canes cum audacia magna atque constantia prosequuntur suas accusationes: sed Pilatus causam mortis non inueniens in eum, ipsum dimittere nitentur. Dixit ergo. Ipsum corrigam, & dimittam. O Pilate tu Dominum tuum castigasne? quid agis, quia nec mortem nec flagella meretur. Recte ageres, si te ad suum nutum corrigeres. Insuper autem eum durissime flagellari. Spoliatur ergo Dominus, & ad columnam ligatur, & diuersimode flagellatur. Stat nudus

Mater Maria cum alijs Christis occurrunt.

Ad Pilatum & Herodem ducitur dominus. Luc. 23.

Flagellatur Christus.



MEDITATIONES

nudus coram omnibus iuuenis elegans, & verecundus, speciosus forma praefilijs hominum, suscepit spurcissimorum flagella dura, & dolorosa, caro illa innocentissima, & tenerissima, mundissima, & pulcherrima. Flos omnis carnis, & totius humanae naturae, repletur liuoribus, & fracturis. Fluit undiq; regius sanguis de omnibus partibus corporis, superadditur, reiteratur, & spissatur liuor super liuorem, & fractura super fracturam, quousque tam tortoribus, quam inspectoribus fatigatis solui iubetur. Columna autem ad quam ligatus fuerat, vestigia cruoris ostendit sicut in historijs continetur. Hic ergo eum diligenter considera per longam moram, & si hic non compatere is, cor lapideum puta te habere. Tunc impletur est quod ait Isaias propheta. Vidimus (inquit) eum, & non erat aspectus, & reputauimus eum quasi leprosum, & humiliatum a Deo. O Domine Iesu quis fuit tam audax, & tam temerarius, qui te spoliavit? & qui illi audaces qui te ligauerunt? sed qui illi audacissimi, qui te tam durissime flagellauerunt? Sed tu solius iustitiae tuos radios subtraxisti, & ideo factae sunt tenebrae ac tenebrarum potestas. Omnes sunt te potentiores. Amor tuus, & iniquitas nostra sic te imbecillum fecerunt. Maledicta sit tanta iniquitas, pro qua sic affligeris. Soluta Domino a columna, ducunt eum sic nudatum, sic flagellatum, per domum scrutando pro pannis qui sparsim in domo proiecti fuerunt ab expoliatoribus. Intuere eum sic bene afflictum, & tremem durissimam. Erat enim frigus sicut dicit Euangelium. Cum se uellet reueltire, contendunt quidam impijssimi dicentes Pilato. Domine, hic se facit regem. Vestiamus eum, & honore regio corronemus. Et accipientes quamdam clamidem sericam rubeam, & turpem, vestiuerunt eum, & spinis coronauerunt. Cerne ergo eum in singulis actibus & afflictionibus suis, quia oia facit, & sustinet quae & ipsi uoluit, purpuram suscipit, super caput spineam coronam portat, arundinem manu tollit, & ipsis genuflectentibus, & ut regem salutantibus, tacet, & patientissime obmutescit. Cerne nunc in amaritudine cordis, & maxime caput ipsius plenum spinis, arundine saepe percutit. Et uide depresso collo, cum dolore tam magno acerbos ictus tunc suscipit: perforabant namq; caput eius sacratissimum acerbissime ille spinis, ac totum madere faciebant sanguine. O miser, quo tremendum adhuc apparebit uobis illud caput regale, quod uos nunc percutitis? Illud ebant enim ei tanquam regnare uolenti, & non ualenti. Oia autem sustinet, quia eorum sententia nimia erat, sed nec illis suffecerat quod ad maiorem illusionem totam cohortem congregauerant, sed & coram ipso Pilato, & toto populo adducit eum foras publicis sic illusum, & portatam spineam coronam, & purpureum uestimentum. Cerne nunc pro Deo quo etiam stat facte ad terram demissa, coram tanta multitudine uociferante, & clamante. Crucifige eum, & insuper eum deridente, & insultante quasi

Isaia. 53.

Ioan. 18.

Christus coronatur spinea corona.

sapientiores eo fuerint, & quo appareat, quod ipse se insipienter habuerit contra principes, & phariseos, qui sic eum aptari fecerunt, & ad talem finem perducunt. Et sic non solum dolores, & penas, sed etiam obprobria suscipiebat ab eis.

Meditatio passionis Christi hora tertia. Cap. LXXXVII.

Petit ergo tota multitudo iudeorum, ut crucifigatur, & sic condanatur a misero iudice Pilato. Non recordantur beneficiorum, & operum eius, nec mouentur propter innocentiam eius, & quod crudele uis, non retractantur propter afflictionem quam ei prius intulerunt, sed gaudent principes, & maiores quod intentione praua profecerunt. Ridet, & deridet eum, qui est uerus Deus, & aeternus, & morte accelerant, reduci in trahunt, spoliatur purpura, & stat nudus coram eis, & dat ei reueltendi licentia. Attende hic diligenter, & considera staturam eius in singulis partibus, & ut intime compatiaris, & simul pascaris. Auerte parumper oculos a diuinitate, & eum purum hominem considera, & uidebis iuuenem elegantem, nobilissimum, & innocentissimum, & amantissimum, totum autem flagellatum & sanguine liuoribusq; respersum, pannos suos undiq; proiectos sparsim de terra colligere, & cum quadam uerecundia, reuerentia, & rubore se coram eis, quos irridetibus reueltire, ac si foret omnium inimus, derelictus a Deo, & omni auxilio destitutus. Intuere etiam eum diligenter, & pietate ac compassione mouearis, nam modum colligit uiam, modum altam, & coram illis se reueltit. Reueas post ad diuinitatem, & considera illam immentam aeternam, & incomprehensibilem, & imperatoriam maiestatem incarnatam, se sicentem humiliter, ad terram reclinantem, & pannos recolligentem se cum reuerentia, & rubore similiter uelutem, ac si esset homo uilissimus, immo seruus empticus sub istorum dominio constitutus, & ab eis pro aliquo excessu correctus & castigatus. Intuere etiam eum diligenter, & humilitatem eius admirare, & eidem conforma te ipsum, eidem etiam considerationibus compatiens. Intuere potes eundem cum ad columnam ligatus, sic enormiter flagellatur, & eo reueltito ducunt eum foras, ne mortem ulterius differant. Et tunc uenerabile lignum crucis longum, & grossum, & multum graue ponunt super humeros eius, quod agnus mansuetissimus patienter suscipit, & portat. Et ut dicitur in historijs, opinio est, crucem Domini quindecim pedes habuisse in altum, & tunc ducitur, & acceleratur, & obprobria saturatur, ut supra in principio tactum fuit hora matutina. Ductus autem fuit foras cum socijs suis, duobus utiq; latronibus. Ecce haec est sua societas. O bone Iesu quantam uerecundiam faciunt uobis isti uestri amici, latronibus uos associant, sed & deterius faciunt qui crucem uobis portandam imponunt, quod de latronibus ipsis non legitur. Unde non solum (iuxta Isaiam) cum iniquis deputatus est, sed

Christus ad mortem ducatur.

Christus deductus ad crucem gendum.

Isaia. 53.

VITAE CHRISTI

sed iniquorum iniquior. Indicibilis est Domini patientia uestra. Cerne igitur hic eum bene, quomodo uadit curuus subtus crucem, & uehementer anhelat. Compatere ergo ei quantum potes, in tot angustijs, & ludibriorum renouationibus posito. Et quia uere moesta mater eius propter multitudinem gentium ei appropinquare non poterat, nec uidere, iuit per aliam uiam breuiorem cum loane, & sociabus suis, ut alios praecedens ei appropinquare ualeret. Cum autem extra portam ciuitatis in concursu uiarum eum habuit obuium, cernens eum oneratum ligno tam grandi, quod primo non uiderat, semimortua facta est pra angustia, nec uerbum ei dicere potuit, nec dominus ei, quia acceleratus erat ab eis qui eum ducebant ad crucifigendum. Ulterius autem Dominus procedens parumpost conuertit se ad mulieres stantes, & dixit eis. Filiae Ierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flete, & c. sicut in Euangelio plenius continetur. Et in his duobus locis apparet uestigia ecclesiarum adhuc, quae ibi facta sunt in memoriam hominum, ut habui a fratre nostro qui uidit, qui etiam dicit, quod mons Caluariae ubi fuit Christus crucifixus, distabat a porta ciuitatis, quantum locus nunc a porta sancti Germani. Vn nimis longa portatio crucis erat. Cum ergo ulterius processisset, & ita esset fatigatus, & contractus, quomodo portare non posset, crucem deposuit. Illi autem pessimi differre uolentes mortem suam, timentes ne sententiam eius reuocaret Pilatus, quia ostendebat uoluntatem dimittendi eum, coegerunt quandam crucem portare. Ipsam autem sic exoneratum, ut latronem ligatum ad Caluariae locum duxerunt. Nonne igitur haec quae in matutina, prima, & tertia hora passus est uidentur tibi sine ista crucifixione uehementissimi doloris esse, & amarissimi, & horrores ualde stupendi? Certum sic puto, & ad compassionem facientia motiua, quinimodo ualde inferentia passionem. Si completa uidentur, quae de his tribus dicenda sunt ad praesens: Videamus ergo nunc quae contigerunt in crucifixione, & morte. scilicet hora sexta, & nona. Postea uidebimus de his quae contigerunt post mortem. scilicet hora uespertina, & coelestina.

Luc. 23.

Meditatio passionis Christi hora sexta. Cap. LXXXVIII.

Cum ergo Dominus Iesus ductu impiorum ad caluariae locum fetidum peruenit, conspicere potes operarios malos undiq; nequiter operari. His autem toto mentis intuitu te praesentem exhibeas, & intuere diligenter canetae quae sunt contra Dominum tuum, & quae dicuntur & fiunt ab ipso, atq; per ipsum. Videas ergo oculis mentis alios figere crucem in terram, alios parare clauos & martellos, alios parare scalam, & alia instrumenta, alios ordinare quis quid facere debeat, & alios ipsum spoliare. Spoliatur

etiam, & nudus est nunc tertia uice coram tota multitudine, renouatur fractura per pios carni applicatos. Nunc primo mater conspicit filium suum sic captum, & apratum dolore mortis affligi. Tristatur etiam supra modum, & cum rubore, quod uidet eum totaliter nudum, nam & ei nec temoralia dimiserunt. Accelerat ergo, & appropinquat filio, amplexatur, & cingit eum capitis sui uelo. O in tanta amaritudine est nunc anima sua, non credo, quod ei uerbum dicere potuit, si amplius facere posset, utiq; uoluerit, sed amplius non potuit eum adiuuare. Eripitur enim filius suus de manibus eius furibunde ad pedem crucis. Hic modum crucis diligenter attende. Ponuntur duae scalae, una retrorsum ad brachium dextrum, alia ad sinistrum brachium super quas malechi ascendunt cum clauis, & martellis. Ponitur etiam alia scala ex parte anteriori, attingens usque ad locum ubi debebant pedes affigi. Conspice nunc bene singula. Compellitur Dominus Iesus crucem ascendere per hanc scalam paruum. Ipse autem sine rebellionem, & contradictionem facit humiliter quicquid uoluit. Cum ergo in superiori parte istius paruae scalae peruenit ad crucem, reuertit, & illa regalia aperit brachia, & extendens manus pulcherrimas, in excelsum eas porrigit suis crucifixoribus. Aspicit in caelum, patri dicens. Ecce haec sum pater mihi, usque ad crucem me humiliari uoluit, pro amore & salute generis humani, placet, accepto, & pro eis me tibi offero, quos dedisti mihi, & fratres esse uoluit, accepta igitur & tu pater, & deinceps placabilis esto mei amore, & omnium maculas ueteres absterge, & elonga ab eis, me pro eis tibi offero pater. Qui autem retro crucem est, accipit manum eius dexteram, & eam fortiter cruci affigi. Quo facto, ille qui est in latere sinistro accipit manum sinistrae, & trahit quantum potest, & extendit, & alium clauum immittit, percutit & configit. Descendunt post haec de scalis, & remouentur oes scalae. Pendet Dominus ex grauedine corporis deorsum trahentis, solum clauis infixis manibus sustentatur. Nihilominus occurrit & alius, & per pedes quantum potest eum trahit, & eo sic extento, alius configit eius pedes clauo durissimo. Sunt tamen quidam qui credunt, quod non hoc modo fuerit crucifixus, sed cruce extenta in terra, cum eleuauerunt, & crucem fixerunt in terram. Quod si hoc magis placet, conspice quomodo ipsum capiunt despicabiliter sicut ribaldum uilissimum, & prosterunt super crucem in terra furibunde, brachia ipsius accipientes, & post uolentem extensionem cruci durissime affigentes. Similiter & de pedibus factum intuere, quos traxerunt, quantum uolentissime potuerunt. Ecce crucifixus est Dominus Iesus, & sic in cruce extensus, quod dinumerari omnia ossa eius possent, sicut ipse conuertitur per Prophetam. Fluit undiq; sacratissimi sanguinis

Modus, quo Dominus crucifixus fuit.

Psal. 22.

MEDITATIONES

guinis riuult ex illis magnis scissuris. Sicq; angustatus est, quod se mouere non potest nisi in capite. Illi tres clauis sustinent totius corporis pondus, dolores acerbissimos tolerat, & ultra quam dici possit, uel cogitari affligitur. Pedet inter duos latrones, undiq; pena, undiq; obprobria, undiq; conuitia. Nam sic coangustato a conuitiis non parcut. Alii blasphemant dicentes. Vah qui destruis templum Dei. Alii uero, seipsum non potest saluum facere, & alia dicunt multa conuitia. Si filius Dei est, descendat de cruce, ut credamus ei. Sed & milites qui crucifixerunt eum, diuiserunt sibi uestimenta eius in ipsius praesentia. Et haec omnia dicuntur, & sunt praesente matre sua maerissima: Cuius compassio multum augmentat filio passionem. Et e contrario ipsa cum filio pendebat in cruce, & potius elegit mori cum ipso, quam amplius uiuere. Undiq; sunt angustia, & tormenta sentiri poterant, narrari uero nullatenus poterant. Stabat mater iuxta crucem eius, & inter crucem latronis non auertebat oculos a filio, angustabatur ut ipse, & toto corde orabat ad patrem, dicens. Pater & Deus aeterna, placuit uobis ut filius meus crucifigeretur, non est tempus ut a uobis repetam, sed uidetis in quanta angustia est nunc anima sua: rogo ut mitigetis ei poenam, si placet. Pater recomendo uobis filium meum. Et filius similiter orat patrem pro ea, & tacite intra se dicebat. Pater mi, uides quomodo affligitur mater mea. Ego debeo crucifigi, non ipsa, sed mecum est in cruce. Sufficit crucifixio mea, qui totius populi porto peccata, ipsa nihil tale meretur. Vides eam desolatam, tota die merore confectam, recomendo eam tibi, dolores eius tolerabiles facias. Erant autem iuxta crucem cum Domina Ioannes & Magdalena, & duae sorores Domini, scilicet Maria Iacobi & Salomae, & forte etiam aliae, quae omnes, & maxime Magdalena dilecta Iesu discipula, uehementer flebant, nec de suo Domino dilecto ac magistro poterant consolari, compatiebantur Domino, & Dominae, & sibi ipsis, sepe renouabatur eis dolor, quia semper eis renouabatur compassio, cum in conuitiis uel in factis suo Domino noua passio addebat.

Meditatio passionis Domini hora nona.
Cap. LXXIX.

Dominus autem in cruce pendens, usq; ad exitum spiritus non fuit ociosus, sed faciebat & docebat utilia pro nobis. Vnde dixit septem uerba, quae scripta reperiuntur in Euangelio. Primum fuit in ipso crucifixionis actu, cum orauit pro suis crucifixoribus, dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quod uerbum magne patientiae magniq; amoris indicium praestat, & etiam fuit indicibilis charitatis. Secundum fuit ad matrem, cum dixit. Mulier ecce filius tuus, & ad Ioannem, ecce mater tua.

Ioan. 19.

De septem uerbis Christi in cruce. Luc. 23.

Ioan. 19.

Non uocauit eam matrem, ne praemoris uehementis teneritudine, amplius ipsa doleret. Tertium fuit ad latronem poenitentem, cum dixit. Hodie mecum eris in paradiso. Quartum fuit Eli, Eli lamazabani, hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? quasi dicat. Pater tantum dilexisti mundum, ut me pro ipso tradidisti, dereliquisse me uideris. Quintum fuit cum dixit, scitio, in quo uerbo fuit magna compassio matris, & sociarum eius, & Ioannis, & illis pessimis magna fuit laetitia, nam licet exponi posset, quod sitiebat animarum salutem, tamen in ueritate situit, quia sanguinis effusione erat rotus exiccatus intus, & etiam arefactus: & cum illi maligni cogitare non possent, in quo eam plus nocerent, tamen uexandi nouam materiam acceperunt, unde dederunt ei bibere acetum mixtum cum felle, maledictus eorum furor quia peritiam, & quantum poterant nocuerunt. Sextum uerbum fuit, Consummatum est, quasi diceret, Pater, obedientiam quam mihi dedisti, perfectam compleui. Adhuc pater etiam quicquid uis, mihi filio tuo precipe, paratus sum, quicquid restat ulterius adimplere, Ego enim in flagello paratus sum, sed totum quod de me scriptum est, consummatum est: si tibi placet pater, reuoca me modo tibi. Et pater ad eum. Veni dilectissime filii mi, omnia bene fecisti, nolo quod amplius anxieris, ueni quia in sinu meo, & iter brachia meae suscipiam. Et extunc languere cepit more morientium, modo claudendo oculos, modo aperiendo, & caput inclinare, modo in unam partem, modo in aliam, deficientibus omnibus uiribus. Tandem addidit septimum uerbum, cum clamore ualido, & lachrymis Patri dicens. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et haec dicens, Emisit spiritum, & inclinato capite super pectus uersus patrem, quasi gratias agens, quod ipsam reuocabat, tradidit ei spiritum suum. Ad hunc clamorem conuersus fuit Centurio, qui ibi erat, & dixit. Verè filius Dei erat iste, audies, quod clamans expirasset. Nam alii homines cum moriuntur, clamare non possunt, & ideo in eum credidit, fuit autem ita magnus ille clamor, quod uisus que in infernum fuit auditus. O qualis tunc erat anima matris, cum sic poenose uidebat eum deficere, languere, lachrymari, & mori? Credo quod uel propter angustiarum multitudinem absorpta erat, & quasi insensibilis facta, uel semimortua facta est, nunc quidem multo magis quam cum obuiant ei cruce portanti. Quid tunc Magdalena fidelis, & dilecta discipula, quid Ioannes praem omnibus dilectus, quid aliae duae sorores Dominae faciebant? Sed quid facere poterant repletae amaritudine, completae doloribus, inebriatae absinthio? irremediabiliter omnes flebant. Ecce ergo pendet Dominus in cruce mortuus, redit tota multitudo, remanet mater maerissimam cum illis quatuor, ponunt se ad sedendum iuxta crucem, contemplantur dilectum suum, expectant a Domi-

Matt. 27.

Ican. 19.

Ioan. 19.

Luc. 23.

Matth. 27.

domino auxilium, quomodo ipsum reuocare, & sepeliere tunc ualeant. At tu si contemplatus bene fueris Dominum tuum, considerare potes, quod a planta pedis usq; ad uerticem non est in eo latinitas, non est in eo membrum, nec sensus corporis, qui summam afflictionem, seu passionem non senserit. Habes ergo quae de crucifixione & morte, in sexta, & nona hora contigerunt: quae modicitati meae, uel tuae ruditati scribenda uidentur ad praesens, tu autem studeas deuote, fideliter, & sollicitè, his omnibus inhaerere: nunc de his, quae post mortem contigerunt, dicamus.

De apertione lateris Christi. Cap. LXXX.

Commorantibus ergo & sedentibus reuerenda domina nostra Maria atq; Ioanne, Magdalena & sororibus matris Domini ab una parte propè crucem, & aspicientibus quasi sine intermissione, Dominum Iesum pendentem sic in cruce inter latrones, sic nudum, sic afflictum, sic mortuum, sic & ab omnibus derelictum: ecce armati multi ueniebant a ciuitate uersus eos, quae mittebantur, ut ipsi se uicifixis crura frangerent, occiderent eos, ac sepelirent, ne corpora in cruce pendencia, in magno die sabbati remanerent. Tunc domina & omnes surgunt, & aspiciunt, & uident eos, & nesciunt quid hoc esse possit, renouatur dolor, timor & tremor crebro. Multum quidem domina timet, & nescit quid faciat, & uertens se ad filium mortuum dixit. Fili mi dilectissime, quare redeunt isti, quid facere amplius tibi uolunt, nonne te occiderunt. Fili mi putabam eos faciatos esse de te, sed ut uideo adhuc te mortuum persequuntur, fili mi nescio quid faciam, te defendere a morte non potui, sed ueniam & stabo iuxta crucem tuam ad pedes tuos, fili mi roga patrem tuum, ut eos tibi placabiles faciat, ego autem quod potero faciam. Et omnes tunc quinque silentes ierunt, & apposerunt se ante cruce Domini Iesu. Appropinquant autem illi cum furore & strepitu magno, & uidentes latrones adhuc uiuere, frangunt eis crura, & ipsos occidunt, & deponunt, & in aliquam fossam uelociter illos proiciunt. Redeuntibus autem ipsis uersus Dominum Iesum, timens mater ne similiter faciant cum filio suo, tacta dolore cordis intrinsecus, cogitauit ad arma sua currere. Ad humilitatem innatam, & genibus positis, & brachiis cancellatis, uultu lachrymabili, & uoce rauca, sic eos alloquitur, dicens. Viri fratres, rogo uos propter Deum altissimum, ne amplius me uexare uelit in dilectissimo filio meo, ego enim sum maerissima mater eius, & scitis fratres uos quod nunquam offendi, nec iniuriam aliquam uobis feci, & si filius meus uisus est uobis contrarius, ipsum peremistis, & ego uobis remittam omnem iniuriam, & offensam, & mortem filii mei: hanc tamen misericordiam mecum facite, ne ipsum confringatis.

ris, ut saltem integrum ualeam tradere sepulturae, non expedit ut eius crura frangantur, uidetis enim iam mortuus est, & migravit, hora enim est postquam discessit. Ioannes uero & Magdalena & sorores matris Domini, stabant genuflexi cum ea, & amarissime omnes flebant. O Domina, quid est quod agitis, ad pedes nephandissimorum statis, ibi oratis inexorabiles, pietate creditis haerere crudelissimos, & impiissimos, & humiliare superbos? ab omniatio est superbis humilitas, incassum laboratis. Unus autem loquens nomina (tunc impius, & superbus, sed post conuersus, & martyr, & sanctus) porrigens lanceam de longe, eorum preces, & rogamina contemnens, lateris Domini Iesu dextrum uulnere grandi aperuit, & exiit sanguis, & aqua. Tunc mater semimortua cecidit inter brachia Magdalene. Ioannes uero dolore urgente, assumpto uigore, insurgit contra illos, dicens. Viri nequissimi, quare hanc impietatem facitis, nonne uidetis quod mortuus est, uultis etiam matrem eius maerissimam occidere? discedatis, quia nos eum sepelimus. Tunc illi sicut Deo placuit, discesserunt. Excitatur autem domina, surgens quasi euigilans, quaerens quid sit de dilecto filio suo. Respondet ei, nihil esse factum de eo. Postea suspirat, & anxietur, & respiciens filium suum uulneratum, dolore mortis atteritur. Vides quoties mortua est hodie? toties certe, quoties contra filium suum uidebat fieri nouitatem. Vnde uerè impletum est in ea, quod sibi dixerat symeon. Tuam (inquit) ipsius animam gladius perforabit. Sed nunc uere filii corpus, & matris animam, huius lanceae gladius perforauit. Ponunt autem omnes se iterum ad sedendum iuxta crucem, quid facere debeant nescientes. Corpus enim deponere, & sepelire non possunt, quia oires non habent sufficientes, nec instrumenta quibus deponere ipsum possint. Recedere autem, sic eo remanente, non audent: & diu sic remanere, nocte appropinquante, non ualent. Vides in quanta perplexitate sunt. O Deus benigne, quomodo permittis tuam ex omnibus electam, mundi speculum & reclinatorium nostrum, sic tribulari? Tempus autem esset, ut aliquantulum respirasset.

Hora uespertina meditatio. Cap. LXXXI.

Iterum autem uidet alios plures, per uiam uenientes, qui erant Ioseph ab arimatia & Nicodemus, ducentes secum alios, portantes instrumenta, quibus corpus deponant de cruce: & portabant quasi centum libras myrrhae, & aloes, & ueniebant ad sepeliendum Dominum. Tunc surgunt omnes cum timore magno. O Deus quanta est ista afflictio hodie. Circumspiciens autem Ioannes dixit. Ego cognosco ibi Ioseph, & Nicodemum. Tunc Domina, resumptis uiribus, dicit. Benedictus

Lateris apertio.

Luc. 23.

Deposito corporis Christi de cruce.



Deus noster, qui mittit nobis auxilium, memor fuit nostri, & non dereliquit nos. Fili occurras eis. Vadit ergo Ioannes eis obuius uelociter, & attingentes se, aduicem amplexantur cum fletu magno, non ualentes per magnam horam aduicem sibi loqui, ex compassionis teneritudine, & abundantia fletus, & doloris, postea ueniunt aduersus crucem. Quirit Ioseph, qui sint ibi cum Domina, & quid sit de alijs discipulis. Dicit illi Ioannes, istas quae ibi sunt. De discipulis autem respondet se nescire, quia nullus ibi fuit hodie. Querit etiam de his, quae circa dominum facta sunt, & narrat ei Ioannes per singula. Cum autem fuerunt propè locum, genuflectentes, & flentes, adorauerunt Dominum. Applicantes autem recepti fuerunt reuerenter per Dominam, & alias socias, genuflexis, inclinantes usque ad terram. Similiter ipsi genuflectentes cum ploratu magno, sic steterunt per longam horam. Tandem Domina dicit. Benefacitis habentes memoriã magistri uestri, quia multum uos dilexit, & fa-

Mat. 26.

Mat. 27.

Horacompletorij. Cap. LXXXII.

Post aliquam morulam, cum nox appropinquaret, rogat Ioseph Dominam, ut permittat eam uolui linteaminibus, & sepeliri, ipsa contendebat dicens. Nolite amici mei, tam cito filium meum accipere, nel me cum ipso sepelire. Flebat autem lachrymis irremediabilibus, aspiciebat uulnera manuum & lateris, modo unum, modo aliud, aspiciebat uultum eius, & caput, & uidebat spinarum puncturas, depilationem barbæ, faciem & spatia & sanguine deturpata, & caput tonsum, & desletu & aspectu non poterat faciari. Legitur autem in quadã scriptura, quod Dominus deuotæ suæ reuelauit quod ipsa tonsus fuit capillis, & depilatus barbæ, sed Euangelista non scripserunt omnia. Et quidem quod ipse fuit tonsatus, uel sicuti est, nescio probare per scripturam, sed de depilatione barbæ potest probari. Dicit enim Isaias in persona Domini. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Vnde ipsa mater hæc fideliter aspiciebat, & morosè uidere uolebat. Tardante autem hora dicit Ioannes. Domina condescendamus Ioseph & Nicodemo, & permittamus aptari, & sepeliri corpus Domini nostri, quia propter nimiam moram possent pati calumniam à Iudæis. Ad hanc uocem tanquam grata & discretæ, & cogitans quod ipsi Ioan. commissa est per filium, uoluit amplius contendere, & signans & benedicens eum, permisit aptari, & inuolui. Tunc Ioannes, & Nicodemus, & alij ceperunt inuoluere corpus, & aptare eum linteaminibus, ut mos erat Iudæis. Domina tamen semper tenebat caput ipsius in gremio suo, quod sibi reseruauit aptandum, & Magdalena pedes. Cum ergo uenerunt ad crura propè pedes, dicit Magdalena. Rogo uos, ut permittatis me aptare pedes, apud quos sum misericordiam consecuta. Quibus permittentibus, illa pedes ipsos tenebat, uidebatur deficere præ dolore, & quos alijs lachrymis compunctionis rigauit, nunc multo magis undis lachrymarum doloris, & compassionis, largiter lauit. Aspiciebat pedes sic vulneratos, perforatos, desiccatos, & sanguinatos, amarissimè multum flebat. Nam ut ueritas de ipsa perhibuit testimonium, dilexit multum, & ideo fleuit multum, & maxime in hoc ultimo obsequio magistri, et Dni sui, sic afflicti, sic flagellati, sic uulnerati, sic mortui, & in nihilum sic redacti. Vix eor sibi in corpore stare poterat præ dolore, sed bene cogitari potest, si posset, libeter ad pedes Domini sui exspirasset. Non uidebat remedium doloris, nec consueuerat ei in talibus obsequijs. Nouum & ultimum est hoc obsequium quod ei nunc prestat, & in hoc prestando amaricatur aia sua, quia non potest illud facere, ut uellet intimè, & decoret. Vellet. n. totum corpus lauare,

Corpus Christi cum magno planctu traditur sepulchro.

Luc. 7.

domina sepulchri.

Meditatio post completorium. Cap. LXXXIII.

lauare, ungere, & bene aptare, sed non est tempus & locus. Non enim poterat plus, non poterat aliud, facit quod potest, saltem pedes lauit cum lachrymis, tandem deuotè abstergit, amplexatur, deosculatur, inuoluit, & aptat fideliter, quantum melius nouit & potest. Sic ergo aptato corpore, respiciunt ad Dominam, ut ipsa compleat, & omnes planctum recipiant. Tunc ipsa uidens quod amplius differre non potest, ponit uultum super faciem dulcissimi filii sui, & dicit. Fili mi in gremio meo te mortuum teneo, durum est ualde diuortium mortis tuæ, iucunda & delectabilis fuit inter nos conuersatio, & sine querela, & offensa fuimus inter alios, quamuis tu dulcissime fili mi, ut nocens sis modo occisus. Fideliter fili mi seruiui tibi, & tu mihi, sed in hac pugna tua dolorosa, nec pater tibi auxiliari uoluit, nec ego potui. Tu teipsum dereliquisti propter amorem generis humani, quod redimere uolueris. Dura, & nimis pœnosa est ista redemptio, de qua gaudeo propter salutem hominum, sed in tuis doloribus, & morte tua multum affligor uehementer, quia scio quod nunquam peccasti, & sine causa, tam amare occisus es morte tam turpissima. Modo ergo fili mi disuncta est nostra societas, & me à te nunc oportet separari, sepeliã ergo te ego mi tua carissima, sed postea quod ibi ubi etiam morabor fili mi? quomodo sine te uiuere possim? Tecum ergo libentius sepelirer, ut ubicunq; esses, ego similiter essem: tecum sed ex quo non possum corpore, sepeliã tamen mente, animam meam in tumultu sepeliã cum corpore tuo, eam tibi dimitto, eam tibi commendo. O fili mi, quam anxia est separatio ista. Et iterum ex abundantia lachrymarum, multo melius lauit faciem filii, quam Magdalena pedes. Abstergit autem faciem eius, & deosculans os & oculos eius, in quadã sudario caput ipsum inuoluit, & diligenter aptauit. Tandem iterum benedixit, & signauit eum, & tunc omnes adorantes eum flexis genibus, & pedes eius deosculantes, accipiunt, & portant ad monumentum: Domina tenebat caput & scapulas, Magdalena pedes, relinqui uero stabant in medio. Erat propè locum crucifixionis sepulchrum, quantum est longitudo ecclesie nostrae uel circa, in quo sepelirunt eum reuerenter, flexis genibus, & cum fletibus magnis, & singultibus, & suspirijs, erebris & multis: quo sepulto, Mater iterum benedixit, amplexatur eum, & stat super dilecto filio suo, sed eleuantes eam, posuerunt magnum lapidem ad ostium monumenti. De hoc monumento dicit Beda, quod fuit domus rotunda, de subiacente rupe excisa, tantæ altitudinis ut uix homo manu extenta, culmè posset attingere, introitum habens ab oriente, in parte uero Aquilonari locus Dominici corporis, de eadem petra factus est, septem pedes habens longitudinis.

Volens autem Ioseph redire in ciuitatem, post officium sic completum, dicit Domina. Domina mea ego uos deprecor propter Deum, & propter amorem filii uestri & magistri mei, si placet, ut diuertatis in domum meam, scio enim, quod domum propriam non habetis, utamini mea ut uestra, quia omnia mea uestra sunt: similiter & Nicodemus. O qualis compassio. Regina cœli non habet ubi caput suum reclinet, & hos dies lugubres & uiduitatis suæ sub alieno tecto ducere oportebit. Verè dies uiduitatis sunt isti, quia Dominus Iesus erat ei filius & sponsus, pater & mater, & omne bonum, & omnia simul, eo mortuo, perdidit. Verè uidua est & derelicta, & quod diuertat non habet. Tunc ipsa se inclinans humiliter & gratias agens, respondit se esse commissam Ioanni. Quibus Ioannes adhuc eam rogantibus, respondit, quod uolebat eam ducere in montem Syon, in domum in qua magister cenauit heri sero cum discipulis, & ibi dem stare cum ea uolebat. Illi uero inclinantes se Domina, & adorantes sepulchrum abierunt, et isti (ut Euangelium dicit) remanserunt sedentes contra sepulchrum. Appropinquante autem nocte, dicit Ioannes Domina, non est honestum hic nimis morari, uel de nocte in ciuitatem redire, & ideo si uobis placet Domina, recedamus. Tunc Domina surgens & genuflectens, sepulchrum amplexatur, benedicensque sepulchrum dicit. Fili mi, non possum amplius stare tecum, ego recomendo te patri tuo. Subleuatis etiam oculis in cœlum, dicit cum lachrymis & affectu magno. Pater aeternæ, recomendo uobis filium, & meam animam quam dimitto. Et recedere tunc ceperunt. Cum autem uenerunt ad crucem, ibi genuflectit ipsa & adorauit crucem, dicens. Hic requieuit filius meus, & hic est preciosissimus sanguis eius, similiter & omnes fecerunt. Cogitare nanq; potes, quod ipsa prima fuit, quæ crucem adorauit. Exinde recedunt uersus ciuitatem, & per uiam se sæpè uertebat retrospectiua. Cum autem fuerunt in loco, ultra quem sepulchrum & crucem amplius uidere non potuerunt, uertit se, inclinauit, genuflectit, & deuotissimè adorauit, similiter & omnes fecerunt. Appropinquantes ad ciuitatem, sorores Dominae uelauerunt eam tanquam uiduam, cooperientes quasi totum uultum suum, & præcedebant, domina autem inter Ioannem & Magdalenam sequebatur moestissimè sic uelata. Tunc Magdalena uolens in ingressu ciuitatis fumere utam, quæ ducit ad domum suam, & illuc eos ducere, præuidit sibi ante, & dicit. Domina mea precor uos amor magistri mei, ut eamus ad domum nostram, & ibi melius stabimus, scitis enim quomodo libenter ueniebat ad eam, ipsa uestra est, & omnia mea uestra sunt, rogo ut ueniat. Et hic plangere incaperunt. Domina autem tacet, & annuente uersus Ioannem, adhuc illa rogat Ioan. Ip-

Reuertuntur ocs ad ciuitatem facto sepulchro oflicio.

Mat. 27.

Beata uirgo prima fuit que cruce adorauit.



se uero respondit. Decentius est ut eamus usque ad montem syon, & maxime quia sic respondebamus amicis nostris, tu potius uenias cum ea. Tunc Magdalena respondit. Bene scis, quia ueniam cum ea quocumque ierit, & nunquam dimittam eam. Intrauit autem illis ciuitatem, concurrunt undique Virgines, & Matronae bonae, cum perpendere eam potuerunt, associant eam per uiam consolando, sed magnus utique sit ploratus, sed & boni homines compatiebantur eidem, per quos transibant, & mouebantur ad fletum, dicentes. Certe magna iniustitia est facta hodie per principes nostros contra filiam istius Dominae, & Deus pro eo magna signa ostendit, caueant quid fecerint. Cum autem uenerunt ad domum, tunc ipsa se uertens uersus Dominam, & gratias agens, deuotissime inclinauit. Ipse uero inclinans se & genuflectentes, omnes ceperunt facere platum magnum. Intrauit ergo Domina domum, & Magdalena, & duae sorores suae. Ioannes uero ponens se super ostium, rogauit omnes, ut rediret ad domos suas, quia tarda hora erat, & gratias agens, ostium ille clausit. Tunc Domina domum cit conspiciens sic dicebat. Filii mei dulcissime ubi es, quia hic te non uideo? O Ioannes, ubi est filius meus? O Magdalena, ubi est pater tuus, qui te sic tenerrime diligebat? O dilectae sorores, ubi est filius noster? Recessit a nobis gaudium nostrum, dulcedo nostra, & lumen oculorum nostrorum, recessit autem eum magna angustia, uos audistis. Et hoc est, quod mihi magis auget dolorem, quia recessit totus laceratus, totus anxius, & sitibundus, coactus, oppressus, & uolentus, nec ei potuimus in aliquo subuenire, omnes reliquerunt eum, & pater eius omnipotens Deus noluit eum iuuare, & quam cito facta sunt ista, uos uidistis. Cuius unquam uel sceleratissimi hominis, fuit sic accelerata, & fulminata damnatio? O fili, hac nocte captus fustis, perfide traditus, mane in tertia nocte condemnatus, & in sexta crucifixus, & ita mortuus es. O fili, quam amara est ista separatio tua, & memoria turpissima mortis tuae. Tandem Ioannes rogans ut desisteret, consolatus est eam. Tu autem si uires tuas experiaris, scies utique, eis parere, seruire, consolare, & confortare eam, quae parumper comedat, & alios ad comedendum confortat, quia adhuc ieiuni sunt, & postea benedictione a Domina, & a singulis aliis suscepta, discedas.

Meditatio de Domina, & sociabus die sabbati. Cap. LXXXIII.

MAnè autem sabbati, stabat in domo ianuis clausis, Domina & alie sociatae cum Ioanne, afflictae & dolorosae tanquam orphanae, & plena merore, non loquentes, sed memores sedebant simul, aspicientes se mutuo raptim, sicut contingere consuevit, magna pressura & calamitate grauatis. Pulsatum autem fuit

ad ostium & timebant, quia omnia timuerunt, securitas enim eorum discesserat. Tamen Ioannes ibat ad ostium, & aspiciens cognouit Petrum, & dixit, Petrus est, Et Domina, Aperias ei. Ingre ditur igitur Petrus uerecundè, cum singultibus magnis, & fletibus, & tunc omnes plorare ceperunt, nec uerbum loqui poterant pro merore. Postea ueniunt successim & alii discipuli etiam plorantes, tandem cessantes a fletu, incipiunt de domino suo loqui. Dicit ergo Petrus. Ego uerecundor in meipso, nec deberem in conspectu uestro loqui, uel hominibus apparere, quia Dominum meum qui me tantum diligebat, sic reliqui & negaui: similiter & alii cum percussione palmarum, lachrymarumque effusione, seipso redarguebant, quia dominum suum dulcissimum sic reliquerant. Tunc dicit Domina. Magister bonus & pastor fidelis recessit a nobis, & nos remanemus uelut orphani, sed spero firmiter, quod cito re habebimus ipsum, ut uos scitis, quia benignus est filius meus, & uos multum diligebat, non dubitetis, quia bene reconciliabitur, & libenter remittet omnem offensam, siue culpam: tatus autem fuit, permissione patris, furor contra eum, quod non potuisset eum iuuare, etiam existentes cum eo, & ideo nolite turbari. Respondit Petrus. Verè Domina mea, ita est ut dicitis, nam & ego qui tantum initia uidi, tantò timore percussus in atrio Cayphae, quod uix credebam, me posse euadere, & eum negaui, nec fui memor uerborum, quibus hoc praedixerat mihi, quousque me respexerat. Tunc Magdalena quaerit quid ei praedixerat, & respondit de negatione, & narrat ei totum, & addidit, quod eis alia plura dixit in cena de passione sua. Tunc dicit Domina. Vellem audire de his, quae dicta, & facta fuerunt in cena per eum. Et Petrus annuit Ioanni, ut ipse referat. Ioan. uero incipit & narrat totum, & sic tam de his quae de aliis, quae fecerat Dominus cum eis, narrat ad inuicem, modo unus, modo alius, sicque tota die de ipso sermocinando percurrunt. O quam attentè auscultabat Magdalena, sed multum attentus ipsa domina. O quoties in ipsa die dicebat in narratione gestorum, benedictus sit filius meus Iesus. Inuere ergo eos diligenter & compatere, quia sunt in afflictione magna, immò per maxima hodie constituti. Quid enim est uidere, quod Domina caeli & terrae & Princeps ecclesiarum, & omnium populorum, & duces totius diuini exercitus, sic timorosi stant reclusi in domucula quadam, nescientes, quid facere debeant, nisi quod se confortat, cõseretes de factis, & uerbis dulcissimi Domini sui. Domina tamen stabat mente tranquilla & pacata, quia certissimam spem habebat de resurrectione filii sui, & ea sola remansit fides in ipsa die sabbati, & propterea dies sabbati attribuitur ei, non tamen poterat ipsa Domina gaudenter stare, propter mortem filii sui dulcissimi Iesu Christi. Sero autem facto, post solis occasum, cum licuit operari, Maria Magdalena & al-

Petrus pulsat ad ostium.

Observatio sabbati.

Emuntur aromata.

Cellario de factis & uerbis Domini.

Descendit ad inferos & personaliter.

Quare dies sabbati attribuitur uirgini.

Canticum sanctorum in lyombo.

tera Maria iterunt emere aromata, profaciendis unguentis. Sero etiam praecedenti cum redierant a sepultura Domini, ceperunt parare usque ad solis occasum, postea siluerunt. Nam sabbatum obseruare oportebat a solis occasu diei ueneris, usque ad alium occasum. Nunc ergo uadant emere aromata. Inuere tu illas diligenter, incedentes maestis uulcibus, more uidiuarum, & se applicantes ad aliquam Apothecam, alicuius forte deuoti Domini, eis com patientis, & libenter satisfaciens uoluntati earum. Ipsae uero postulant aromata, & eligunt quantum possunt meliora, & precio soluto redeunt, parantes se ad faciendam unguenta Domino suo. Conspice ergo diligenter, quomodo humiliter, deuotè & fideliter laborant pro Domino suo, cum lachrymis magnis, & suspiriis inuicem. Domina uero & Apostoli aspiciunt, & forte adiuuant, quibus factis, nocte siluerunt. Et haec quidem est meditatio die sabbati de Domina, sociabus, & discipulis.

SABBATO DIE.

Meditatio de Domino Iesu, die Sabbati descendenti ad infernum. Cap. LXXXV.

VEnit etiam hoc in considerationem nunc, quid scilicet fecerit Dominus ipsa die sabbati. Statim cum mortuus fuerat, descendit ad inferos ad sanctos Patres, & stabat cum eis, & tunc fuerunt in gloria, nam uisio Domini, gloria est perfecta. Considera hic ergo, & attende quanta fuerit eius benignitas, in infernum descendere, quanta charitas, quantaque humilitas. Poterat enim unum Angelum ad eos mittere, & omnes seruos suos liberare, & sibi presentari ubi uoluit, sed hoc non sustinuit amor suus infinitus, & humilitas sua. Per semetipsum ergo descendit, & non ut seruos, sed & ut amicos uisitare Dominus omnium, & stetit cum eis ibidem usque ad diem Dominicam, propè auroram. Cogita bene de his, & admirare, & imitari coneris. Inbilauerunt autem sancti patres in suo aduentu, & repleti sunt iucunditate immensa, omni displicentia procul expulsa, & stabant in laudibus & canticis coram eo, quas laudes potes hoc modo meditari. Imaginando eos, ac si essent cum corporibus suis, sicut post resurrectionem erant, similiter, & animam illam benignissimam Domini nostri Iesu Christi. Cum ergo praesenserunt eius saluberrimè aduentu, occurrerunt ei gaudentes, se ipsos exhortantes, atque dicentes. Benedictus Dominus Deus Israel, quia uisitauit, &c. Leuate capita uestra, quia ecce uenit redemptio uestra, Confurgete, confurget Hierusalem, solve uincula collitui, ecce Saluator uenit soluere nos a uinculis. Tollite portas Principes uestras, & eleuamini portae aeternales & introibit Rex gloriae. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi amantissime Deus

noster. Et procidentes adorauerunt eum, cum gaudio & laetitia magna. Ipsos autem considera, quia cum reuerentia, & ingenti exultatione, & uultibus iucundis stant, ei dicunt praedicta coram eo, & in huiusmodi laudibus, & canticis, & iubilationibus steterunt in lyombo, usque propè auroram diei Domini, in conspectu etiam multitudinis Angelorum ibidem existentium, & cum eis iubilantium. Tunc accepit eos Dominus, educens ab inferis in exultatione, & ante eos gloriosè praecedens, posuit ipsos in paradiso deliciarum. Aliqua uero morula facta, cum eis iucunde & Elia, & Enoch cum recognoscentibus, dixit eis. Tempus est, ut excitem corpus meum, uadā, & reassumam illud: qui oēs peccidētes dixerunt. Ite Domine Rex gloriae, & cito redies, si placet, quia gloriosissimum corpus uestrum uidere plerumque assectamus. Habes ergo quae circa Dominum Iesum & Matrem eius, & discipulos, & sanctos patres meditari possis in die sabbati, ante resurrectionem. Verum quia totam passionem Domini Iesu tibi sine auctoritatem interpositione transcurri, ne animus ad aliud quàm ad ipsam passionem se conuerteret: cogitauit uel nunc auctoritates aliquas tibi referre, ut earum lectio mentem excitet, ad ipsam se uentius & deuotius meditandam. Accipe ergo Bern. more solito, in quibusdam sententiis sic dicentem. Iesu Christo debes totam uitam tuam, quia ipse uitam suam posuit pro uita tua, & cruciatus amarus sustinuit, ne tu perperuo sustineres. Si enim conferrentur in me omnes dies filiorum Adae, & omnes dies saeculi, & labores omnium hominum, qui fuerunt, & qui sunt, & qui erunt, nihil esset ad comparationem illius corporis, quod spectabile & stupendum est, uirtutibus et sapientis, in conceptu de spiritu sancto, ortu de uirgine, in uita innocentia, in doctrina affluente, in conuulsatione miraculorum, in reuelationibus sacramentorum. Sicut igitur exaltantur caeli a terra, ita exaltata est uita sua a uita nostra, quae tamen posita est. Et sicut nihil ad aliquid nullam habet comparationem, ita uita nostra nullam habet ad uitam illius proportionem: cum illa dignior, ista inferior esse non possit. Cum ergo denouero quicquid sum, quicquid possum, non est sicuti stella ad solem, gutta ad flumen, lapis ad montem, granum ad aceru. Non simplex, aut modica Christi exinanitio fuit, sed seipsum exinanuit usque ad carnem, ad mortem, ad crucem: quis dignè pèler quanta fuerit humilitatis, mansuetudinis, dignitatis, Deum maiestatis carne induit, multari morte, turpari cruce? Sed dicit aliquis. Non ualuit opus suum reparare creator absque ista difficultate? Valuit, sed maluit cum iniuria sui, ne pessimum atque odiosissimum uitium ingratitude, occasione uera repreti hodie. Sanè multum fatigationis assumpsit, quo multa dilectionis hominem debitorè teneret: commoueretque ad gratiarum actiones difficultas redemptionis, quae minus deuotum esse fecerat conditionis facilitas. Quid enim dicebat homo creatus,

151

152

Quare Christus alius facti non reparauit hominem.



& ingratus. Gratis quidem cōditus sum, sed nullo conditoris grauiamine uellabore, siquidem dixit, & factus sum quemadmodum & uniuersa, sed obstruētum est os loquentium iniqua. Luce clarius patet, quantum modo o homo pro te di spendiū fecit de Domino seruus, de diuite pau per, caro de verbo, & de Dei filio, hominis fieri filius non despexit. Memento iam te, & si de ni hilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit oia, & te inter omnia. At ue rō per totos triginta annos, operatus est salutē nostram in medio terrā. O quantum laborauit sustinens carnis necessitates, hostis tentationes. Nonne tibi crucis aggrauauit ignominia, mortis sibi accumulauit horrore? Super omnia reddite amabilem mihi, Iesu bone, calix quem bibe sti opus nostrā redemptiois. Hoc omnino amo rem nostrum facile uendicat totam tibi. Hoc (in q̄) est, quod nostram deuotionem, & blādius allicit, & iustius exigit, & artius stringit, & affi cit uehementius. Multum quippe laborauit in eo saluator, nec in omni mundi fabrica, tantum fatigationis autor assumpsit. Ille deniq; dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt. A tuerō hic, & in dictis suis sustinuit contradicōres, & in fa ctis obseruatores, & in tormentis illatores, & in morte exprobratores. Ad cumulum pietatis tra didit Christus in mortem animam suam, & de proprio latere protulit precium satisfactionis, quō placaret patrem. Per quod planē ad se uerū eulum illum traxit. Apud Dominum misericor dia, & copiosa apud eum redemptio. Proius co piofa, quia non gutta, sed uada sanguinis largi ter per quinque partes corporis emanauit. Quid tibi debuit facere, & non fecit? Illuminauit cœ cum, soluit unctum, reduxit erroneum, reconcilia uit reum. Quis non post illum libenter, alacri terq; currat, q̄ & ab errore liberat, & errata dis simulat, & qui deinde uiuendo merita tradit, p̄ mia moriendo conquirit? Quam excusationē habet, qui in odore horum unguentorū non cur rit, nisi ad quē forte minimē odor peruenit. Sed etenim in omnem terram exiit odor uitā. Quā misericordia Domini plena est terra, & misera tiones eius super omnia opera eius. Ergo qui ui ralem hanc sparsam ubiq; fragrantiam nō sen tit, & ob hoc non currit, aut mortuus est, aut pu tridus. Non erubescit sponsa nigredinem, quam nonit percepisse à sponso, cui similari quante ēt gloriā est. Nil ergo proinde gloriosius est, q̄ Chri sti portare obprobrium. Vnde nox illa prorsus exultationis & salutis, mihi ablit gloriari nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi. Grata ignominia crucis ei, qui cruci ingratus non est. Nigredo est, sed forma & similitudo Dñi. Vade ad sanctū Iſa iam, & describet tibi qualem illum in spiritu ui derat, quem nāq; alium dixit uirum doloris & scientem infirmitatem, & quia non erat ei spe cies neq; decor. Et addidit. Nos putauimus eum quasi leprosum & percussum à Deo & humiliā

Psal. 129.

Psal. 32.

Gal. 6.

Iſa. 3.

tum, ipse autem uulneratus est propter iniquita tes nostras, attritus est propter scelera nostra, & liuore eius sanati sumus. Denique seipsum fe cicit peccatum, & nigrum dicere uerear. Intuere sane pannis sordidum, plagis liuidum, illitū spu ris, pallidum morte. Quid enim magis deforme, & nigrum, oculis spectantiam occurrebat, quā in eum expansis in cruce manibus medius duorum nequā, risum malignatibus daret, sicutū fidelibus, & solus erat risui, q̄ solus poterat esse terrori, o lus honori ēē debuerat iuxta illud. Petra refugiu heremacijs, & ubi ruta, firmaq; iſtius reges, nisi in uulneribus saluatoris? Tantō illic securior ha bito, quantō ille potentior est ad saluandum, ite mit mundus, premit corpus, Diabolus insidia tur, non cado, fundatus enim sum supra firmam petram: peccauit peccatum grande, turbabitur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam uul nerum Domini recordabor. Nempē uulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tam ad mortem, quod non Christi morte saluatur? Et in fra. Clamat clauus, clamat uulnus, q̄ uerus Deus sit in Christo mundum reconcilians sibi, ferrum pertransiit animum eius, & appropinquauit cor di, ut non iam nesciat compati iſtimitatibus no stris. Patet areanum cordis per foramina cor poris, pater illud magnum sacramentum, patent uiscera misericordie Dei nostri, in quibus uisita uit nos oriens ex alto. Quid enim uiscera uul nera pateant? In quo enim clarius quam in uul neribus tuis eluxisset, q̄ tu Dominus suauis & mi tis es & multa misericordia? Maiorem enim mi serationem nemo habet, quā ut animam suam ponat quis pro addictis morti & damnatis. At etiam alibi Bernar. Meditare passionem crucifi xi corporis, & uide si aliquid est in eo, quod non peroret ad patrem. Pro te diuinum illud caput, multiplex spinarum densitate densatum, usque ad cerebri teneritudine confixum est, dum con figitur spina. Spinis peccatorum suorū (ait Do minus per Iſaiam Prophetam) circūdedit me po pulus iste, ne doleret caput tuū, ne tua uulnera tur intentio, caligauerunt in mortem oculi tui, & illa luminaria quā illuminant orbem, ad horā extincta sunt. Nonne illis obtenebrantibus, tene bra facta sunt super omnem terram, & illa duo magna luminaria, cum alijs laminaribus submo ta sunt? Hoc autem totum factum est, ut auerte rentur oculi tui, ne uideant uanitatem: & si uide rent, non attraheretur. Aures illa q̄ in cœlis au diūt, sanctus, sanctus, sanctus, Dominus deus sab baoth, audiunt in terris, Damonijū habes, & cru cifige crucifige eum. Ut quid illud? ne aures tue obfurdescerent ad clamorem pauperis, ne recipere rent auditum uanum, ne detractionis uirus sulci perent. Speciosa illa facies, speciosa forma præ fi llij hominū, sputis illita, afflicta colaphis, adicta delationibus est. Sic nāq; scripsit est. Caperūt cō spuerē eū, & percutere faciē eius, & illudere ei, di cētes. Prophetiza, quis est qui te percussit, quare hoc,

Psal. 109.

Iſa. 51.

Ioan. 8. 8.

Mar. 14.

hoc, ut facies tua illuminaretur, illuminata con firmaretur, & diceretur de te. Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutari. Os illud quod docet angelos, & homines instruit, quod dixit, & factum est, felle potatum est & aceto, sed hoc factum est, ut ueritatem & iudicium loqueretur os tuum, & confiteretur Dñm Deum suum. Ma nus ille quā fundauerunt cœlos extensa sunt in cruce, clauisq; ueberata durissimis, ut manus tue extenderentur ad inopem, & dciere posses cū Palm. Anima mea in manibus meis semper. Quod tenemus in manibus, non de facile obliui scimur, sic & qui animam suam bonæ operatio ni imprimit, non tradit eam obliuioni. Pectus il lud, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciē tiæ Dei absconditi, lancea militari perforata est, ut pectus tuum à prauis cogitationibus mū daretur, mundatum sanctificaretur, conserva retur sanctificatum. Pedes illi, quorum scabellū adorare debemus, quia sanctum est, dura trans fixatione confossi sunt uel confixi, ne pedes tui fe stinarent ad malum, sed currerent ad uiam mā datorum Domini. Quid plura? Foderūt manus meas & pedes meos, dimumerauerunt omnia of fa mea. Pro te carnem & animam suam posuit, ut corpus & spiritum tuum tibi uendicaret, to to se totum recuperauit. Expergiscere nunc ani ma mea, exatere de puluere, & contemplare ui rum hunc memorabilem, quem in speculo euan gelici sermonis quasi presentem intuearis. Attē de anima mea, quis est ille, qui ingreditur habēs im aginē regis, & nihilominus serui despectissi mi confusione repletus, coronatus incedit: sed ipsa eius corona etiam cruciatus est illi, & mille pūcturis speciosum eius caput diuulneratur, regali purpura induitur, sed potius in eo despiciē tū honoratur, sceptrum in manu gestat, sed coip so reuerendum eius caput feritur, adorant corā ipso positis in terra genibus, & regem clamant, & continuo ad conspuendum amabiles eius ge nas subsiliunt, maxillas palmis concutiunt, & ho norabile collum inhonorant. Vide anima mea, quomodo uir ille per omnia coarctatur, & sper nitur. Sub crucis onere dorsum incuruare iube tur, & suam portare ignominiam ad locum de ductus supplicij. Myrrha potatur & felle, in cru ce subleuatur, & dicit. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciant. Qualis est hic, qui in om nibus pressuris suis nec semel os suum aperuit, ut aliquid querela, aut excusationis, aut com minationis, aut maledictionis, aduersus maledi ctos canes illos proferret, sed nouissime uerbum benedictionis super iniustos suos, quale à seculo non est auditum? Quid hoc uiro mansuetius, quid benignius anima mea, uidisti? Adhuc autē attentius intueri, q̄ grandi admiratione, & tenerrima compassione dignus appareat. Vide nu dum, & uulneribus laceratum in medio latro num, cruci ignominiosē ferreis clauis affixum, aceto in cruce potatum, & post mortem lancea

in latere uulneratum, & copiosos sanguinis ui uos, ex quinque uulneribus manuum, pedum, & lateris effundentem. Fletum deducite oculi mei, & liquece anima mea, super contritione amabi lis uiri huius, quem in tanta amaritudine, tot ui des affectum doloribus. Respice Domine sancte pater de sanctuario, & de excelso cœlorum ha bitaculo, & intueri hanc sacrosanctam hostiam, quam tibi offert magnus pontifex noster, san ctus puer tuus Dominus Iesus, pro peccatis fra trum suorum, & esto placabilis super multitudi ne malitiæ nostræ. Ecce uox sanguinis fratris no stri Iesu, clamat ad te de cruce. Ecce gloria & ho nore coronatus sum. In dextera maiestatis tuæ astat uultu tuo pro nobis, caro enim & frater noster est. Respice Domine in faciem Christi tui, qui tibi obediens usq; ad mortem factus est, nec recedant ab oculis tuis cicatrices eius in p peruum, ut memineris, quantam ab eo pro pec catis nostris satisfactionem receperis. Utinam Domine appendantur in statera peccata, quibus iram meruimus, & calamitas, quam pro nobis passus est innocens filius tuus. Certē hoc grauior apparebit, & hoc magis dignē, ut propter ipsam citandas super nos misericordiam, quātam fuit illa, ne pro peccatis nostris contineas in ira mise ricordias tuas. Gratias tibi pater referat omnis lingua super abundantia bonitatis tuæ, qui uni co filio cordis tui non pepercisti, sed pro nobis illum tradidisti in mortem, ut ipsum tanq̄ fidelē aduocatum haberemus in cœlis coram te. Et tibi Domine Iesu fortissime zelotes, quid gratiarum retribuam, ut digne retribuam? Ego homo, puluis, & cinis, & uile figmentum, quid enim pro mea salute facere debuisti, & non fecisti? Ab im mō pedis usq; ad summum uerticis, totum in aquas passionum te demersisti, ut me totum de illis extraheres. Et intrauerunt aqua usq; ad ani mam meam. Nam & animam tuam in mortem perdidisti, ut meam perditam mihi redderes. Ecce me duplici debito obligasti, nam & p̄ eo quod dedisti, debitor tibi sum, & pro mea qui dem anima bis à te mihi data, semel in redem ptione, quid magis iuste tibi reddam q̄ ipsam non habeo: pro tua autem preciosa anima ita contribulata, quid ab homine dignē rependi pos sit, nō inuenio. Nam & si cœlum, & terrā, & oēm ornatam eorum, pro ea possem rependere, certē usq; ad mensuram debiti, nullatenus attingere possem. Ut autem id ipsum quod & debeo, & pos sibile mihi est, retribuam tibi, tui Domine ma neris est. Diligendus es mihi toto corde, tota mente, tota anima, tota uirtute, & tuā mihi se quenda uestigia, qui pro me mori dignatus es, & quomodo fiet illud in me, nisi per te? Adhæret anima mea post te, quia tota uirtus eius pender ex te. Hucusq; Bern. Toro igitur corde, totoq; affectu in Dominica passione uerferis, quia ip sius meditatio, super omnes alias, quæ de uita ip sius occurrere possunt, noscitur eminere. De cetero

Philip 11.

Job. 11.

Luc. 23.

De cetero



cetero ad resurrectionem ipsius Domini Iesu accedamus.

De resurrectione Domini, & quomodo primo apparuit matri dominica die. Cap. LXXXVII.

Mariæ cum unguentis uadunt ad monumentum.

Oratio Virginis.

Veniens Dominus Iesus, cum honorabili multitudine Angelorum, ad monumentum die dominico summo mane, & reaccipiens corpus istud sanctissimum, & ipso monumento clauso, processit propria uirtute resurgendo. Ea dem autem hora, scilicet summo mane Maria Magdalena & Iacobi & Salome, licentia petita prius a Domina, ceperunt ire cum unguentis ad monumentum, Domina autem domi remansit, & orabant dicens. Pater clementissime, pro ipsi me, sicut scitis, mortuus est filius meus, iter duos latrones cruci fuit affixus, & ego eum sepelini manibus meis, sed potens es Domine, eum mihi restituere incolumem, rogo maiestatem uestram, ut eum mihi reddatis: quare tardat tantum ad me uenire, remittite obsecro eum mihi, quia non quiescit anima mea, nisi uideam ipsum. O fili mi dulcissime, quid est de te? quid agis? quid mori contrahis? rogo te ne amplius differas uenire ad me, tu enim dixisti, tertia die resurgam. Nonne fili mi, est hodie tertia dies, non heri, sed prius heri, id est nondiutertius, fuit dies illa magna, & amara ualde, dies calamitatis & mortis, tenebrarum & caliginis, separationis & mortis tuae, ergo fili mi est hodie tertia dies. Exurge ergo gloria mea, & omne bonum meum, & redi, super omnia desidero te uidere, consoletur me tuus redditus, quam sic contristauit discessus, reuertere ergo dilecte mi, ueni Domine Iesu, ueni spes mea unica, ueni ad me fili mi. Illa ergo sic orante, & lacrymas dulciter emittente, ecce subito Dominus Iesus uenit in uestibus albis, uultu sereno, speciosus, gloriosus, & gaudens, & dixit ei quasi ex latere, salua sancta parens, at illa statim se uertens, es tu (inquit) filius meus Iesus? Et genuflexit adorans. Cui filius. Mater mea dulcissima, ego sum, resurrexi, & adhuc tecum sum. Eis autem surgentibus, ipsa cum lacrymis praegaudio amplexans eum, & uultum uultui applicans fortiter stringebat, requiescens totaliter super eum, & eam alacriter sustentabat. Postea confedentibus eis pariter, diligenter & curiosè intuebatur eundem in uultu & cicatricibus manuum & per totum, quarens, si omnis dolor ab eo discesserat. Et ille. Reuerenda mater, omnis a me dolor abscesit, & mortem, & dolorem, & omnes angustias superauit, nec de cetero inde aliquid sentiam. Et illa. Benedictus sit pater tuus, qui te mihi reddidit, exaltatum & laudatum sit nomen eius, & magnificatum in saecula. Stant ergo & colloquuntur adinuicem gaudentes, & Pascha ducentes delectabiliter, & amanter, & narrat ei Dominus Iesus, qualiter populum suum liberauit de inferno, & omnia quae fecit in isto triduo, ecce nunc ergo magnum Pascha.

Quomodo Maria & aliae duae Mariae uenerunt ad monumentum, & de causa Petri & Ioannis. Cap. LXXXVIII.

Magdalena uero & aliae duae Mariae ibant (ut dixi) ad monumentum cum unguentis. Dum ergo fuerunt extra portam ciuitatis, reuocabant ad memoriam afflictiones & penas magistri sui, & in omnibus locis in quibus aliquid notabiliter, contra ipsum, uel per ipsum factum fuerat, aliquantulum subsistebant, genuflectentes & osculantes terram, gemitus & suspiria dantes, & dicentes. Hic obuiauimus ei cum eruee super collo, quando mater eius semimortua est, hic se uertit ad mulieres, hic crucem deposuit fatigatus, & super isto lapide se appodidit parumper, hic sic crudeliter & fortiter impulerunt eum, ut uelocius ambularet, & quasi eum currere coegerunt, hic spolauerunt eum, & totum nudam fecerunt, hic eum crucis patibulo affixerunt. Et tunc cum magno clamore & mundatione lacrymarum, procidentes in facies suas adorauerunt crucem, & osculatae sunt eam, precioso adhuc Domini sanguine rubricatam. Deinde surgentes, & euntes uersus sepulchrum, dicebant. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et aspicientes, uiderunt reuolutum lapidem, & Angelum Domini sedentem super eum, qui dicit eis. Nolite timere &c. ut in euangelio continetur. Illa autem fraudata spe sua, quia perstabant corpus Domini inuenire, non attendentes ad uerba Angeli, conterritae redierunt ad discipulos, dicentes corpus Domini esse sublatum. Tunc ergo Petrus & Ioannes cucurrerunt ad monumentum. Conspice bene eos, currunt ipsi, currunt Magdalena & socia post eos, omnes currunt ad quarendum Dominum suum, corpus suum, & animam suam: currunt multum fideliter, multumque; feruenter, multumque; anxie. Cum autem peruenissent ad monumentum, respicientes in ipso non inuenerunt corpus, sed uiderunt linteamina & sudarium, & recesserunt: compertere ipsis, quia in afflictione magna sunt. Querunt Dominum suum & non inueniunt, & nesciunt ubi eum amplius querere debeant, ergo dolentes, & flentes discesserunt.

Quod Dominus apparuit tribus Mariis. Cap. LXXXIX.

Mariae autem remanserunt ibidem, & respicientes in monumentum, uiderunt duos Angelos, stantes in albis, qui dicunt eis. Quem queritis, uiuentem cum mortuis? Illa autem sic tunc attenderunt ad uerba eorum, nec aliquam consolationem acceperunt de uisione Angelorum, quia non querebant Angelos, sed Dominum Angelorum. Iterum illae duae Mariae conterritae, & quasi abortae, elongauerunt se inde aliquantulum, & sedebant dolentes. Magdalena uero nesciens, quid

Marc. 16. & Matth. 28.

Ioan. 20.

Luc. 24.

Ioan. 19.

quid aliud facere deberet, & quia sine magistro suo uiuere non poterat, & ibi eum non inueniebat, & ubi eum quareret ignorabat, stabat ad monumentum foris plorans. Iterum ergo respiciens in monumentum, quia semper sperabat, ibi eum reuidere, ubi eum sepelierat, uidit ipsos Angelos sedentes, qui dicunt ei. Mulier, quid ploras? quem queris? Et illa. Tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. Vide mirabilem operationem amoris. Paulo ante audierat ab uno Angelo quod resurrexerat, & postea a duobus quia uiuebat, & non recordabatur, sed dicit, nescio. Amor hoc faciebat, quia (ut dicit hic Origenes) anima sua non erat, ubi ipsa erat, sed ibi erat, ubi magister suus erat. Nesciebat cogitare, loqui, nec audire, nisi de ipso. Cum autem illa sic ploraret, nec de Angelis aliquid curaret, amore suo magister suus non poterat amplius se tenere. Dominus ergo Iesus refert hoc matri, & dicit, quod uult ire ad consolandum eam, quae hoc multum acceptat, & dicit. Fili mi benedicite, uade in pace, & consolere eam, quia multum te diligit, & de tua morte multum doluit, & memora redire ad me, & amplexans dimisit eum. Venit ergo ad monumentum in hortu, ubi erat Magdalena, & dicit ei. Mulier, quem quaris? quid ploras? Et illa eum non cognoscens adhuc, ut ebria respondit, dicens. Domine, si tu sustulisti eum, dicit mihi, ubi posuisti eum? & ego eum tollam? Conspice bene eam, quomodo lacrymabili uultu, suppliciter, & deuote, eum exorat, ut doceat eam illum quem quirit, semper enim sperabat, audire aliqua noua de suo dilecto. Tunc Dominus ad eam dixit. Maria. Ipsa uero quasi reuiscens, & cognoscens eum ad uocem, indicibili gaudio dixit. Rabbi, id est magister. Dominus uos estis quem querebam, quare tam diu uos mihi celastis? & currens ad pedes osculari uolebat. Dominus uero uolens animum suum eleuare ad caelestia, ut non quateret eum amodo in terra, dixit. Noli me tangere, non dum enim ascendi ad patrem meum, sed die fratribus meis. Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum, &c. & addidit. Nonne praedixi tibi, quod tertia die resurgerem, quomodo igitur me in sepulchro querebas? Et illa. Dic uobis magister, quod tantus dolor de acerbitate passionis & mortis uestrae, cor meum repleuerat, quod oium oblita, de nihilo recordabar, nisi de corpore uestro mortuo, & de loco ubi sepelueram ipsam, & ideo unguentum hoc mane detuleram. Benedicta sit magnificencia uestra, quae resurgere & ad nos redire, dignata est. Stant ergo simul dilecti, cum iucunditate & gaudio magno. Ipsa uero curiosè aspicit eum, & interrogat de singulis, & responsum alacritatis recipit. Nunc ergo, & hic est magnum Pascha, licet autem sic a principio Dominus ei responderet, uix credere possum, quin cum familiariter tangeret, antequam inde discederet, osculando pedes & manus, sed dispensatiue sic fecit a

Dominus apparuit Mariae Magdalene in hortu.

Ioan. 20.

principio, uel quia talem se ostendebat, qualis erat in corde suo, secundum communem expositionem, uel quia (ut dixi) uolebat animum suum erigere ad caelestia, secundum quod Bern. inuere uiderur. Pie namque credi potest, quod quae sic amanter & singulariter, ante omnes qui scripti reperiuntur, uisitabat, ad latificandam eam non turbandam, faciebat. Mysterialiter ergo, non pertinaciter dixit illud uerbum, quia non pertinax, neque durus, benignissimus Dominus est, & maxime diligentibus se. Post aliqualem uero morulam, discessit Dominus dicens, quia & alios oporteret eum uisitare. Tunc Magdalena quasi alterata, sicut nolens ab eo unquam discedere, dicit. Domine (ut uideo) uestra conuersatio non erit amodo nobiscum, sicut consueuerat, rogo ne oblitescami mei, memeto te Domine tot bonorum quot mihi contulisti, & familiaritatis & dilectionis, quam habuisti ad me, & recordamini mei Domine Deus meus. Et Dominus ad eam. Noli timere, confide & constans esto, quia semper ero tecum. Tunc ipsa benedictione ab eo recepta, & Christo discedente, uenit ad socias, & nunciat hoc eis. Illa uero de resurrectione Domini gaudentes, sed quod non uiderant eum dolentes, recedunt cum ea. Cum ergo istae tres Mariae simul pergerent, antequam uenirent ad ciuitatem, apparuit eis Dominus Iesus, dicens. Augete. Illa uero ultra quod dici posset exhilaratae, procidentes tenuerunt pedes eius. Hic ergo similiter & quarunt & aspiciunt, & responsum iucunditatis accipiunt, & faciunt magnum Pascha. Dicit autem eis Dominus Iesus, dicite fratribus meis ut ueniant in Galileam, ibi me uidebunt sicut praedixi eis. Vides, quod magister humilitatis uocat discipulos suos fratres, nunquid hanc uirtutem dimisit? Tu autem si in praedictis uis intelligentiam, & consolationem habere, recordare de his, quae superius tibi dixi, ut scilicet in omnibus locis & factis, ita sis animo, ac si praesens es corpore. Et idem de infra dicendis.

Quod Dominus apparuit Ioseph, Iacobo minori, & Petro. Cap. XC.

Discedens ergo Dominus Iesus ab eis, apparuit Ioseph, qui eum sepelierat. Captus enim erat propterea a iudeis, & reclusus in quodam cubiculo diligenter sigillato, & post sabbatum eum interficere uolebant. Apparuit ergo ei Dominus Iesus, & faciem eius extersit, & osculum dedit, & inde solutis sigillis propria domum reportauit. Apparuit etiam Dominus Iesus Iacobo minori, qui uouerat se non comesturum, nisi uideret Dominum resuscitatum. Dixit ergo ei, & his qui cum eo erant, ponite mensam. Deinde panem accipiens, benedixit, & dedit ei, dicens. Comede dilecte frater mi, quia filius hominis surrexit a mortuis. Ista uero refert Hieronymus, cum autem Magdalena & socia redeuntes

Dominus apparuit tribus Mariis in uia pariter pergentibus.

1. ad Cor. 15.

1. ad Cor. 15.



MEDITATIONES

Jeuntes domum, & narrantes discipulis resurrexisse Dominum, Petrus mcerens, q̄ Dominum suam non uiderat, nec quiescere ualens propter amoris uehementiam, discessit ab eis, & solus ibat uersus sepulchrum. Nesciebat enim, ubi eū alibi querebat. Dum ergo pergeret, Dominus Iesus apparuit ei, dicens. Pax tibi Symon. Tunc Petrus percussus pectus suam, & procidens in terram cum lachrymis, dixit. Domine, dico meā culpam, quia te dereliqui, & pluries negaui, & osculatus est pedes eius. Dominus autem ipsam erigens, osculatus est eum, dicens. Pax tibi, noli timere, omnia peccata sunt tibi dimissa, ego bene sciebam, & prædixi tibi, nunc ergo uade, & confirma fratres tuos: & cōfide: quia mortem, & omnes inimicos uestros, & aduersarios, deuici. Hic ergo similiter fit magnum Pascha. Stant & colloquuntur adinuicem, & diligenter Petrus aspicit eum, & singula notat. Benedictione uerō accepta, rediens ad Dominam & ad discipulos, omnia narrauit. Scire autem debes, q̄ de apparitione facta Domini nihil continetur in euāg. ideo autem ipsam posui, & ante præmisi, quia de ipsa uidetur tenere Ecclesia, ut in legenda de resurrectione Domini plenius habetur.

De reditu Domini ad sanctos patres post resurrectionem. Cap. XCI.

Dominus ergo Iesus cum discessit à Petro, quia nondum uisitauerat sanctos patres, post resurrectionem suam, quos in Paradiso deliciarum dimiserat, rediit ad eos, procedens in stola candida cum multitudine Angelorum. Quem ipsi in tanta gloria conspicientes à longē, cum indicibili exultatione, & iubilo, canticis, & laudibus, suscipiunt eum, dicentes. Ecce rex noster, uenite occurramus saluatori nostro, magnū principium & regni eius non erit finis, dies sanctificatus illuxit nobis, uenite omnes & adoremus Dominum. Et procidentes in terram adorauerunt eum, & surgentes, & stantes cum reuerenter & iucundē, compleuerunt laudes suas, dicentes. Vicit Leo de tribu Iuda, refluuit Domine caro mea, adimple nos lætitia cum uultu tuo, delectationes in dextera tua usq; in finem. Resurrexisti gloria nostra, exultabimus & letabimur in te, regnum tuum regnū omnium sæculorum, & dñatio tua usq; in gnatione & gnationē, & nos non discedimus à te, resuscitabis nos, & nomen tuum exaltabimus: præcursor pro nobis ingressus est, pontifex factus in æternum. Hæc est dies quā fecit Dominus, exultemus & letemur in ea. Hodie illuxit nobis dies redemptionis, reparationis antiquæ, scilicet æternæ. Hodie partum mundum mellisui facti sunt cœli, quia Dominus regnauit à ligno. Dominus regnauit decorum indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. Cantate ei canticum nouū, quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius,

Psal. 96.

& brachium sanctum eius. Nos autem populus eius, & oues pascue eius: uenite, adoremus eum. Appropinquante autem hora uespertina, dicit eis Dominus Iesus, compatior fratribus meis, quia propter mortem meam contristati, & contriti, disperguntur sicut oues errantes, & multum desiderant me uidere. Vadam ergo, & ostendam me ipsis, confortabo, & consolabor eos, & citò reuertar ad uos. At illi procidentes dixerunt, sic fiat Domine, ut dixistis.

Quod Dominus apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus. Cap. XCII.

Cum ergo duo ex discipulis eius irent uersus castellum Emaus, quasi iam desperati de ipso, & irent tristes, de his quæ acciderant conferentes: uenit Dominus Iesus, & iunxit se ipsis in specie peregrini, & ibat cum ipsis interrogans eos, & respondens, & conferens uerba salubria, ut in Euangelio habes, tandem coactus ab eis, intrauit cum illis, & manifestauit se ipsis: hic aut diligenter attende, & considera bonitatem, & benignitatem Domini tui. Primò quia non potuit eius seruens amor, sustinere tuos sic errare, & tristari, uere fidus amicus est fidelis comes, & benignus Dominus iungit se ipsis, querit tristitiam causam, & exponit eis scripturas, inflammas corda eorum, ad omnem rubiginem extirpandam, sic quotidie nobiscum facit spiritualiter: si enim grauati aliqua perplexitate uel accidia de ipso loquimur, statim adit confortans & illuminans corda nostra, & etiam inflammas in amorem sui, optimum enim est, contra tales pestes loqui de Deo. Unde dicit propheta. Quæ dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, super mel & fauam ori meo. Et iterum. Ignitum eloquium tuum uehementer & seruus, tuus dilexit illud: similiter etiam cogitare de Deo, unde idē propheta. Concealuit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Secundò cōsidera bonitatem eius, non solum ex amore (ut dixi) sed etiam ex humilitate profunda, conspicere namq; ipsum, quomodo humiliter uadit cum eis, uadit namq; cum suis, quasi unus ex eis Dominus omnium, nonne tibi uidetur ad primordia humilitatis redisse, exemplum nobis est simile faciendi. Sed & in alio attende Domini humilitatem, quia non est dedignatus hos discipulos inferioris gradus, non enim erant isti de Apostolis, sed de aliis minoribus discipulis, & tamen familiariter iungit se ipsis, uadit & loquitur, nō sic elati: nollēt enim nisi cum præcipuis uiris, & magnarum opum, conuersari & ambulare. Item in alio relucet hic sua humilitas. Nam si cōsideras elatos, uidebis, q̄ nolant ampullosa uerba sua spargere inter paucos, sed Dominus etiam cum duobus loquitur arcana sua, non uilipendit paucos, immò nec etiam unū, sicut fecit olim cū Samaritana. Tertio considera Dñi bonitatem, quæ

Luc. 24.

Aliqua anxietate grauatis, & de christo loquētes prulle est. Psal. 118.

Psal. 38.

Cum puer peribit cōuertam dum est ad exompla dñi.

VITAE CHRISTI

tum ad præfens negocium, quomodo instruit discipulos suos in moribus, reficit & consolatur. Conspicias ergo eum, quomodo fugit se longius ire, ut eorum angeat desiderium, & inuitetur, & teneatur ab eis, & quomodo postea benignè intrat cum eis, panem accipit, & benedicens suis sacratissimis manibus frangit & porrigit, & se ipsum eis reuelat, & quotidie hoc facit nobiscum inuisibiliter: nam teneri uult & inuitari per desideria, orationes, & sãctas meditationes, & ideo semper orare oportet, & non deficere, ut ipse docuit, qualiter illa fecit ad nostram eruditionem: ut scilicet attendamus ad opera pietatis & hospitalitatis. Et quomodo non sufficit diuina eloquia legere uel audire, nisi opere compleantur, de hoc in Homil. Greg. super hoc Euangelio poteris plenius edoceri. Non aut dedit istis suis discipulis magnam sui copiam, sed statim porrecto eis pane, euanuit ab oculis eorum. Nam etiam alios consolari uolebat, cum quibus tamen etiam istos est consolatus.

Quod Dominus apparuit reclusis in die resurrectionis. Cap. XCIII.

Redierunt autem prædicti duo discipuli statim in Hierusalem, & inuenientes alios discipulos congregatos (absente Thoma) eis ista narrauerunt, at pariter audierunt. Quia surrexit Dominus & apparuit Symoni. Tunc Dominus Iesus intrans ad eos ianuis clausis, stetit in medio eorum, & dixit eis, pax uobis. Discipuli uerò procidentes in terram, & suam culpam dicentes, q̄ sic eum dereliquerant, ipsum alacriter susceperunt. Dominus ergo. Surgite (inquit) fratres mei, quia omnia peccata sunt uobis dimissa. Stat ergo familiariter inter eos, & ostēdit eis manus & latus, & aperit eis sensum, ut intelligant scripturas, & cognoscant resurrectionem suam. Petiit ab eis, si habeant aliquid ad manducandum, & manducat coram eis partem piscis asii, & fauam mellis. Insufflat in eos, & dicit eis, accipite spiritum sanctum. Vides quomodo ista sunt plena omni iucunditate & lætitia. Gaudii sunt ergo discipuli uiso Domino, lætantur coram eo, qui antè erant panefacti. O q̄ libenter eide malla porrexerunt, ut comederet, q̄ fideliter ei ministrabant, & q̄ iucundè assiscebant ei. Conspice etiam Dñam ibidem esse, quia discipuli cōgabane se ad eam, Vide ergo eam indicibili gaudio ista conspiceret, & iuxta à filium familiariter sedere, & sicut expedit seruire alacriter, Dñs ē Iesus libenter suscipit omne seruitium de manibus eius, & eum reuerenter honorat coram discipulis. Non autem omittas Magdalenam dilectam discipulam, & Apostolorum Apostolā, conspice etiam, qualiter more solito, sedet ad pedes magistri sui, diligenter audit uerba eius, & si quid potest etiam ipsa, gaudiosè, ac toto affectu, eidem ministrat. O qualis tunc est domun-

cula ista, & q̄ gratiosum habitare in ea, Nonne tibi uidetur etiam nūc hic esse magnum Pascha? si aliquid deuotionis habes, puto q̄ sic. Sed parū stetit tunc Dominus cū eis, quia iam erat quasi serò. Tamen fortè etiam ipsi coegerunt eum, aliquantulum plus stare, rogantes ne sic citò recederet. An non credis q̄ Magdalena, sedens ad pedes iuxta eum, teneret per pannos eum confidenter, & cum reuerenti audacia, ne discederet ita citò? erat enim indutus uestimentis albisimis, uestibus gloriae suæ. Sic enim eum tenebat, nō presumptuosè, sed confidenter faciebat, sic diligēs, sic dilecta, nec Domino displicebat. Teneri uult Dominus, ut pater i duobus discipulis supra eum in Emaus. Tandem Dominus reuerentia matri exhibita, similiter & ab ea recepta licentia, benedicens omnes, recessit ab eis, ipsi uerò procidentes, de cita reuersione rogauerunt eundem. Remanserunt autem famelici, & sitibundi de Domino, de quo tantam copiam habere consueuerant, eum sæpè suspirijs, & desiderijs reuocantes. Vidisti quoties hodie habuisti Pascha, nam omnes istæ apparitiones in die paschatis fuerunt. Sed fortè audisti, sed non sensisti, quia nec fortè in passione compassionem habuisti. Credo enim, q̄ si in passione compati scires, & mentem haberes, unitam & non sparsam ad secularia, uel superflua, uel curiosa, in qualibet uicē sentire Pascha. Et hoc de quolibet die dominico contingere possit, si mente integra diebus ueneris, & sabbati, te cum passione Domini præparares, maxime dicente Apostolo. Si fuerimus socii passionum, erimus & consolationum.

Quod Dominus apparuit discipulis in octaua Pascha, et erat cum eis Thomas. Cap. XCIII.

Adueniente autem die octaua resurrectionis, iterum apparuit Dñs Iesus discipulis ianuis clausis, & erat Thomas cum eis, q̄ prima die cum eis non fuerat, & cum alii narrauerunt ei, quia uiderat Dominum, Respondit, Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum &c. (ut in Euangelio cōtinetur) nō credā. Dicit ergo pastor bonus, & de pusillo suo grege sollicitus, pax uobis. Deinde dicit Thomas, Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Tunc Thomas procidens, tetigit cicatrices Domini, & dixit. Dominus meus & Deus meus. Hominem enim uidit, & Deum credidit. Dixit etiam suam culpam de hoc, q̄ ipse dereliquerat eum, sicut & alii dixerunt. Dominus autem erigens eum, dixit. Noli timere, omnia peccata sunt tibi dimissa. Hoc autem de Thomæ dubitatione, dispensatoriè permissum est, ut euidentioribus argumentis, resurrectio Domini probaretur. Conspice autem hic diligenter eum, & considera so-

Corin. 11.

Ioan. 20.



litam benignitatem, humilitatem, & amorem ferventem ipsius, quomodo scilicet Thomae moftra & alijs discipulis vulnera sua, ut tolleretur omnem obcuritatem de cordibus eorum, ad spicium & nostram utilitatē. Reservavit quoque sibi Dominus cicatrices vulnerum, maxime p ptra, scilicet ut faceret Apostolis fidem de sua resurrectione, & ut ipsas ostēdat patri, quādo vult placare eum, & interpellare pro nobis: est enim noster advocatus, & etiam ut eas mōstrat repro bis in die iudicij. Stat ergo Dominus Iesus cum matre & discipulis suis, per aliquam morulā loquens de regno Dei, & ipsi eum eo in lætitia magna, audientes ista verba excelsa, & aspicientes faciem eius, plenam gaudij & decore. Attende bene eos circumcirca stantes, sed Dominam familiarius iuxta eum, Magdalenam vero sepe ad pedes eius considera. Sra & tu reverenter, a longē tamen, nisi forte misericordia motus faciat te uocari. Tandem dicit eis, quod vadāt in Galileam, in monte Thabor, ut dicitur, & ibi apparebit eis, & benedictioe data discessit ab eis, ipsi uero remanserunt, ut prius, famelici & sitibundi de eo, sed plurimum confortati.

Quod Dominus apparuit discipulis in Galilea. Capitulū XCV.

Post hæc discipulis ad dictam locum pergentibus, iterū apparuit eis Dominus Iesus dicens, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos servare, quæcunq; mandavi vobis, & confortamini, quia ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem sæculi: adora uerunt autem eum in suo aduentu & stāt etiam nunc cum magna iucunditate cum eo. Considera bene eos, & ea quæ dicta sunt modo ipsis, nā magnifica sunt ualde. Manifestat eis, quahret est Dominus omnium, dat eis mandatum de prædicando, dat formam baptizandi, dat etiam uigorem eis per maximum, dum dicit, quod semper erit cum eis. Vides quantā iucunditatem dat eis, & quot ostendit eis insignia charitatis. His ergo dictis, per Dominum data eis benedictione, disparuit ab eis.

Quod Dominus apparuit discipulis ad mare Tyberiadis. Cap. XCVI.

Discipuli uero adhuc remanserunt in galilea. Iuerunt aut quadam uice piscatū ad mare tyberiadis septē ex ipsis, & p totam noctem nihil ceperunt. Manē factō, Dñs iterū apparuit eis, & stetit in littore maris. Attende aut hic, quæ acta sunt, quia iucundissima sunt. Querens ergo Dñs si aliquid cepissent, respondentibus non, dixit. Mittite in dexteram nauigij rete, & iuuenietis. Miserunt ergo, & multitudinem

magnum ceperunt. Dixit Ioannes Petros, Dominus est. Tūc Petrus nudas existens, succinxit se tunica, & festinus uenit per mare, alij uero nauigio uenerunt. Et cum descendissent, uiderunt piscem positū super primas, & panem paratū, Dñs enim hoc eis parauerat. Fecit etiam accipi de piscibus eorum, & asari, & simul cum eis comedens, fecit conuiuium, & festum magnum cum eis in littore maris. Et consueta humilitatis suæ more ministrans eis, panem eis porrexit, & piscem similiter dedit eis. Stant ergo reuerenter, & multum alacriter isti septē discipuli cū Dño suo, pariter eum eo comedentes. Aspiciant faciem eius desiderabilem & iucundam, & exultāt in cordibus suis. Accipiunt de factatissimis manibus eius escas delectabiles, & reficiuntur non minus spiritualiter, quā corporaliter. O quale conuiuium est illud. Conspice bene singula, & si potes pascaris cum eis. Attende nihilominus quæ sequuntur, quia pulcherrima sunt & utilissima. Nam completo isto solenni conuiuiō, dicit Dñs Petro. Diligis me, plus his? & Petrus, Dñe tu noli, quia amote: dicit ei Dominus. Pisco agnos meos & c. Sic ter interrogans, recommendauit ei gregem suum. In quo Dñi benignitatem solitā considera, charitatem, & humilitatem. Aperte enim uidet, quomodo diligenter affectuose imprimat, reuerent, & recommendat Petro animas nostras. Iterum autem Dñs post hæc prædixit Petro mortem ipsius, dicens. Cum esses iunior, cingebas te & c. significans, quod per passionem erit eis, clarificaturus esset Deum. Et cum de Ioanne Petrus quæreret, hic autem quid? Dñs respondit. Sic cum uolo manere, donec ueniam; quasi dicit. Nolo, quod per uitam passionis me sequatur, sed in senio, & contemplatione requiescet, quis alij discipuli intelligerent quod non moreretur, sed nō erat hoc magnum donum, cum melius sit dissolui, & esse cum Christo. Attendisti quæ multa, & quæ magnifica, facta & dicta sunt in hac apparitione. Post hoc disparuit Dominus ab eis, & more solito redijt ad sanctos patres. Discipuli uero cum magno gaudio remanserunt, & postea redierunt in Hierusalem & c.

Quod Dominus apparuit plusquam quingentis fratribus simul, & de apparitionibus. Cap. XCVII.

Iterum autem apparuit Dñs plusquam quingentis fratribus simul, ut dicit Apost. Sed quo loco, aut quā, non est scriptū. Sed hās benignus Dñs inter eos, prædicans, & loquens de regno Dei, magna eos iucunditate repleuit. Habes ergo duodecim apparitiones Dñi, post resurrectionē usq; ad ascensionem, absq; duabus cum ascensionē proximo dicendis, & sic fuerunt quatuordecim. Scire tū debes, quod in Euangelio non sunt scriptæ nisi decē. Nā quō apparuit matri, nō est scriptū in aliquo loco, sed sic piē credidit. Quo aut apparuit

ruit Ioseph, dicitur in Euangelio Nicodemij. Quomodo etiam Iacobo, scripsit Apostolus ad Cor. & etiam refert beatus Hiero. De ista etiam de quingentis fratribus scripsit beatus Apostolus ibidem, Alia uero scripta sunt in Euangelio. Potes etiam meditari de pluribus. Nam uerisimile est, quod benignissimus Dñs saepe matrem & discipulos uisitabat, & Magdalenam dilectam discipulam, confortans & exhilarans eos, qui sic uehementer de sua passione fuerant contristati, & conterriti. Quod et beatus Aug. sentire uidetur, dicens de tempore post resurrectionem. Non oīa (inquit) scripta sunt, crebra erat eius cū eis conuersatio. Et et forte ipsi sancti patres maxime Abraham & Dauid, ad quos specialiter facta fuit promissio de filio Dei, ueniebant cū eo ad uidentum illam suā excellentissimam filiam matrem Dñi, quæ præ eis oībus gratiam inuenit, & genuit redemptorem. O quæ lætenter eā respiciebant, & reuerenter se inclinabant eidem, & omni qua poterant benedictione replebant, quis non uiderentur ab ea. Potes et considerare in hoc benignitatem, charitatem, & humilitatē Dñi, more solito, de quibus saepe fecimus mentionem, & in omnibus factis eius relucet. Quod etiam post gloriosē uicerat, & resurrexerat peregrinari adhuc uoluit per quadraginta dies, ut suos discipulos confirmaret, & roboraret. Dignē namq; post tot annorum curricula, post tot labores & afflictiones, post tã ignominiosam & acerbam mortem, poterat triumphator ad suam gloriam remeare, & per suos Angelos confirmare, & confortare Apostolos pro suo nutu: sed quia hoc nō pariebatur charitas sua, personaliter uoluit conuersari cum eis, apparere eis per quadraginta dies in multis argumentis, & loquens de regno Dei. Pro eis fecit hoc & pro nobis, sed nō aduertimus. Dilexit, & diligit te uehemētē, & non diligitur, cum ad talem ac tñ ignem, nō solum calefieri, sed ardere debeamus. Nunc ad ascensionem ueniamus.

De ascensione Domini. Cap. XCVIII.

Circa dñicam ascensionem te uigilem esse oportet, ut si unq; toto mentis conatu, te præsentem exhibuisti uerbis & factis eius, nunc facias multo magis. Nam hæc solēnitatis omnes superat alias, ut clarius infra tibi ostendam. Et saltem hoc te animet ad attentionem, quod nunc Dñs discessurus est corporali præsentia, completo suæ peregrinationis cursu. Vnde uerba & facta ipsius, sunt attentius consideranda. Quælibet enim aīa fidelis, debet sponsum suum, Dñm suū, & Deum suum, in eius discessu uigilantissimē obseruare, & quæ per eam dicuntur, & fiunt, uiscerosius mēte amplecti, & eidem se deuotius, & humiliter commendare, & totaliter animum suū ab alijs abstrahere. Quadragesimo itaq; die a resurrectione, sciens Dñs Iesus, quia uenit eius

hora, ut transeat ex hoc mundo ad patrē, cū dilexisset suos, nunc uerō in finem dilexit eos. Accipiens ergo de Paradiso terrestri sanctos patres & alias animas, stās & benedicēs Eliæ & Enoch ibi remanētibus, & adhuc uiuētibus, uenit ad discipulos suos, qui erant in cenaculo in monte Syon cum matre ipsius & alijs apparens eis, uoluit etiam ante discessum suum prandere cū ipsis, in signum memorialis dilectionis & gaudij. Oībus ergo simul comedētibus, cum lætitia magna in hoc ultimo cōuiuio Dñi sui, Dicit eis Dominus Iesus. Tps est, ut reuertar ad eū, qui misit me, uos autē manete hic in ciuitate, quousq; induamini uirtute ex alto, quia infra paucos dies replebitini spū sancto, prout uobis promisi. Postea ibitis per uniuersum mundum prædicantes Euangelium meum, baptizando credētes, & eritis mihi testes usq; ad ultimum terræ. Exprobrauit etē incredulitatem eorum, quia his qui uiderant eum resurrexisse, Angelis suis non crediderunt. Hoc nunc maxime facit, cum de prædicando dicebat, quasi daret eis intelligere, multo magis debebatis uos Angelis credere, etiam anteq; me uideretis. quæ gentes qui credent uobis prædicantibus, & me non uidebūt. Fecit etiam hoc, ut cognoscentes defectum suum remaneret humiliores, ostendens eis in suo discessu, quantum placebat ei humilitas, & quasi eam peculiariter recommendaret eis. Quærētibus autē eis de temporibus futuris, noluit respondere, quia non expediebat eis. Stant ergo, comedunt, & loquuntur, & gaudent, p præsentiam Dñi sui, sed nihilominus turbati p discessum. Tãra n. amoris teneritudine diligebant eum, quæ etiam uerba discessus sui, non poterant æquo aīo sustinere. Quid autē dicam de matre iuxta eum prandente, quæ super omnes sic intensē eum amabat? An non credis, quod ad hæc uerba discessus filij, maternæ dilectionis tacta & commota dulcedine, reclinaret caput suum super filium, & recuberet super pectus eius? Nam si Ioānes hoc fecit in cenā, nunc multo magis meditari potes de ipsa. Vnde suspirans cum lachrymis eum rogabat, dicens. Fili mi, si discedere uis, ducas me tecum: Dñs autem consolatus eam, dicebat. Rogo mater charissima, ne feras molestē discessum meū, quia uado ad patrē. Te autē remanere hic expedit ad tempus p confirmandos credētes, postea ueniam ad te, & assumam te ad gloriā meā. Ad quē mater. Fili mihi dilectissime, fiat uoluntas tua, nam non solum remanere, sed & moriparata sum, pro animabus pro quibus & mortuus fuisti, sed esto memor mei. Dñs autē eam & discipulos & Magdalenam & alias cōsolabatur, dicens. Non turbetur cor uestrū neq; formidet, non relinquam uos orphanos, uado & uento ad uos, & semper ero uobiscū. Tandem dicit eis quæ exeant in montē oliueti, quia inde uolebat ascendere, & tunc disparuit ab eis. Mater ergo, & oēs alij sine mora ierunt ad dictū montem, qui est

Mar. 16.

ab



In die ascensionis apparuit Christus matri & discipulis.

Ascendit in caelum.

Mich. 11.

Psal. 67.

Psal. 106.

Psal. 56.

Psal. 67.

Ibidem ut supra.

ab Hierusalem ad unum miliare, & ibidem iterum apparuit eis Dominus. Ecce quomodo habes hodie duas apparitiones. Tunc amplexatus est matrem ualefaciens ei, & mater eum tenerrime. Discipuli autem & Magdalena & oes alij prociuentes, & lachrymaes, de osculari sunt pedes eius, ipse uero suos Apostolos erigens, benigne osculatus est. Conspice nunc eos bene & cuncta que sunt, consideram nihilominus sanctos patres ibidem existentes, inuisibiliter tamen, quomodo libenter, & reuerenter intuentur dominam, & affectuose benedicunt, per quam tibi beneficium consecuti sunt. Quomodo etiam intuentur illos excelsos pugiles & duces diuini exercitus, quos inter omnes elegit Dominus, ad expugnandum, & uincendum uniuersum mundum. Tandem completis cunctis mysteriis, cepit Dominus Iesus eleuari ab eis, & ascendere uirtute sua. Tunc mater & omnes alij prociuebant in terram, & dicebat Domina. Fili mi benedicte, memor esto mei, & propter discessum non poterat lachrymas continere, gaudebat tamen multum, quod filium suum sic gloriose cernebat perire caelum. Similiter & discipuli eius dicebant. Domine prope dimissimus omnia, esto memor nostri. Ipse uero eleuatis manibus, facie serenus & gaudens, regio more coronatus & ornatus, triumphaliter ferebatur in caelum. Benedicens eis dixit. Constantes estote, & uiriliter agite, quia semper uobiscum ero. Ascendebat autem, secum ducens illam nobilem multitudinem, iter pandens ante eos, ut dixerat

Mich. 11. Micheas propheta. Dominus itaque gloriosus, candidus, & rubicundus, splendens & gaudiosus, praecedebat eos, uiam eis ostendens, & ipsi cantantes & iubilantes, latissimi sequebantur eum dicentes. Cantemus Domino qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Conspiciantur Domino misericordiae eius, & mirabilia eius filiis hominum. Benedictus es Domine Deus noster, qui saluos facis sperantes in te, deducens populum tuum in exultatione, & electos tuos in letitia. Exaltare super caelos Deus, & super omnem terram gloria tua, ut liberentur dilecti tui. Ascendens in altum, pro sperum iter faciens nobis, perducens nos in refrigerium, educis uinctos tuos in fortitudine, desiderium nostrum tribuens nobis. Intrabimus in domum tuam, & in conspectu angelorum tuorum tibi psallemus. Gloria, laus, & honor, tibi sit rex Christe redemptor. Regna terrae cantate Deo, psallite Domino. Interim autem Michael praepositus Paradisi, pergens ad patriam, nunciauerat, quod Dominus ascendebat. Ecce oes spirituum ordines, seriatim per acies suas, occurrerunt eidem, unus ex eis non remansit, qui non ueniret obuiam Domino suo, & inclinantes se, cum omni qua poterant reuerentia, deducebant eum cum hymnis & canticis ineffabilibus. Quis enim posset cantus & iubilos, qui ab ipsis fiebant, explicare? Adauerunt ergo principes coniuncti psallentes, & dicebant, Alleluia, alleluia, alleluia, nomine qui

in Domini rex benedicte uenis. Nunc tibi regnanti pangimus ecce melos. Alleluia alleluia alleluia. Benedictus es Domine, qui sedes super Cherubim, & intreris abyssos, alleluia alleluia. Dignus es Domine omni laude & honore alleluia, quia uictoriam gloriose fecisti, alleluia. Conspiciantur caeli mirabilia tua Domine, alleluia, & uirtutem tuam. Ecce nunc ascendunt tribus Domini alleluia, ut conspiciantur, & dicant tibi alleluia. Ad letandum in letitia gentis tuae, ut lauderis cum haereditate tua alleluia, alleluia, alleluia. In huiusmodi canticis & confessionibus Dominum honorabant, utriusque coram ipso exultantes, & eidem festum honorificum cum omni reuerentia facientes. Et quis posset hoc gaudium enarrare? Sed & illud quis dicere posset, quod tam beatissimi spiritus, qui sanctissimi patres, simul habuerunt, cum sibi ad inuicem occurrerunt? Superbi ergo spiritus reuerentia prius Domino exhibita, & canticis eius expletis, illis cum magna iucunditate dicebant. Principes populorum bene uos uenire gratulemur, alleluia, congregati estis cum Deo uestro, alleluia, & uehementer eleuamini, alleluia, psallite ei qui ascendit super caelum caeli, alleluia, alleluia. Et sancti patres aliter responebant. Principes populi Domini, alleluia, custodes & adiutores nostri alleluia, gaudium nobis & pax alleluia, psallite & nos regi nostro alleluia, exultate Deo adiutori nostro, alleluia, alleluia, alleluia. Simul etiam se ad inuicem adorantes dicebant. In domum Domini latentes imus, alleluia, alleluia, simul nos capiet urbs ueneranda Dei, alleluia, oues pascae Domini portas eius & atria intremus, alleluia, in hymnis & canticis, alleluia, Dominus enim uirtutum nobiscum alleluia, fuscceptor noster est, alleluia, alleluia. Vides ergo quomodo iubilabant, & psallebant. Nam iuxta prophetam. Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in uoce tubae. Ascendit autem Dominus Iesus plane pro consolatione matris & discipulorum, quouique eum poterant uidere. Extunc autem nubes suscepit eum ab oculis eorum, & in momento cum omnibus angelis & praedictis patribus sanctis fuit in patria. Sic enim dicit praedictus propheta. Pone nubem ascensum tuum, qui ambulat super penas uentorum. Pennae uentorum dicuntur summities uentorum, id est partes illae, quae praecedunt, & uelociiores sunt. Et ipse adhuc uelocius ascendit ex quo nubem interposuit. Stabant ergo Mater & Discipuli & Magdalena & aliae flexis genibus, & intuebantur in caelum euntem illum, quousque poterant. O quid erat uidere Dominum sic gloriose ascendentem, & quid si quis potuisset uidere, & audire beatissimos spiritus, & animas sanctas, cum eo pariter incedentes: forte praegaudia separata fuisset anima talis a corpore, & cum eis etiam ascendisset. Cum ergo sic ualibus adhuc eleuatis aspicerent, ecce duo Angeli steterunt iuxta illos in uestibus albis, dicentes. Viri galilei, quid statis aspicientes in caelum? Hic Iesus qui a uobis assum-

Psal. 84.

Psal. 106.

Psal. 106.

Psal. 106.

Apoc. 14.

Apoc. 14.

ptus est in caelum: sic ueniet, quemadmodum uideris eum euntem in caelum. Redite ergo in ciuitatem, & exspectate, sicut dixit uobis. Considera hie, quomodo de ipsis Dominus fuit sollicitus. Nam statim cum euauit ab oculis eorum, misit Angelos suos, ne nimium ibidem stantes fatigaretur: & ut confortarentur audientes angelicum testimonium, concordare secum de ascensione Domini sui. Auditis ergo his uerbis, Domina humiliter rogauit Angelos illos, ut eam recommendarent filio suo. Illi uero se uelut ad terram inclinantes eidem, libenter susceperunt mandatum eius, similiter Apostoli, Magdalena, & omnes alij dixerunt eis. Illis itaque dispersantibus, ipsi redierunt in ciuitate ad montem Syon, ibique morabantur, expectantes, ut Dominus Iesus mandauerat eis. Dominus autem Iesus cum uniuersa praedicta felici & magnifica multitudine, aperiens ianuam paradisi, usque tunc humano generi clausas, triumphaliter intrauit, & gaudenter patri genufleuens ait. Pater gratias ago tibi, qui mihi dedisti uictoriam de omnibus aduersariis nostris, ecce amicos nostros, qui captiui tenebantur, eos tibi praesento, sed fratribus & discipulis meis, quos in mundo reliqui, promisi mittere spiritum sanctum, rogo te pater mi, ut impleas promissionem, & eos recommendo tibi. Tunc pater erigens eum, fecit eum sedere a dextris suis, & dixit. Benedicte fili mi, omnem potestatem & iudicium dedi tibi, de istis discipulis, & de missione spiritus sancti, pro tuo uelle disponas. Omnes autem sancti patres & beatissimi spiritus, qui adorantes prociuderant in facies suas, coram patre surgentes reinceperunt cantica sua, & iubilabant coram deo laudes. Si enim Moses & filij Israel, post transfugum maris rubri, cecinerunt carmen Domino, dicentes. Cantemus Domino, gloriose &c. Et Maria prophetissa soror eius, & reliquae mulieres eam sequentes, in tympanis & choris Domino deo canebant: quanto magis nunc cunctis aduersantibus superatis? Similiter cum Dauid deducebat arcam fedeteris Domini in Hierusalem: totus populus canebat legitime, & Dauid cum cantoribus cytharam percutiebat, & omnes laudabant coram Domino in cytharis suis & tympanis, & Dauid saltauit totis uiribus coram Domino: quanto nunc magis id faciebant, qui uere sunt cum Domino in tanto gaudio constituti? Et si Ioannes (ut in Apocal. refert), audiuit uocem in caelo, centum quadragintaquatuor milium cytharodorum, cytharizantium in citharis suis: & cantabat, quasi canticum nouum, ante sedem Dei & Agni: Quodcunque gaudium illud significet, ego multo magis ipsam hodie contigisse, meditabor. Omnes ergo ibidem constituti psallunt, omnes exultant, omnes letantur, omnes cantant, omnes gaudent, omnes iubilant, omnes manibus plaudunt, omnes chorizant, omnes iucundantur, omnes tripudiant. Verè nunc in

superna Hierusalem auditur canticum letitiae, & per omnes uicos eius ab uniuersis dicitur, Alleluia. Nunquam ab origine mundi, tale festum, & tam solenne pascha celebratum est: nec unquam erit forte nisi in die iudicii, cum omnes ibi praesentabuntur electi cum corporibus gloriosis. Et propterea tibi dixi in principio, quod haec solennitas omnibus consideratis, cunctis supereminet alijs. Percurras singulas, & uidebis si uerum loquor, magnum pascha, & solenne festum est incarnatio domini, & initium omnis nostri boni, sed hoc nobis non sibi, nam ipse tunc in thalamo uirginali inclusus est. Magnum etiam pascha est natiuitatis eius, sed & illud nobis, nam sibi compatiendum est, quia ad tantam paupertatem, uilitatem, & penuriam natus est. Magnum similiter quo ad nos factum est passio eius: quia tunc omnia nostra peccata deleta sunt. Nihil enim (ut ait Gregorius) nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset: sed propter tormenta durissima, & mortem turpissimam, quam sustinuit, nec sibi fuit, nec nobis esse debet materia gaudij & letitiae. Magnum in super & solenne, & uerum pascha, est resurrectio ipsius Domini Iesu, tam pro se quam pro nobis, quia ipse gloriosus triumphator apparuit, & nos iustificati sumus: uenerabilis itaque multum, & ideo singulariter in ipso cantat Ecclesia. Haec dies quam fecit Dominus &c. Et secundum B. Augusti. Haec dies sanctior uniuersis, quod exponi potest de praecedentibus. Nam haec dies ascensionis maior & sanctior uideretur, quia licet resurrectio Domini, adhuc tamen peregrinatur in terris, adhuc est clausa paradisi porta, adhuc sancti patres non iuerunt ad patrem, quae omnia in ascensione completa sunt: & si bene inspicias, quicquid Deus fecit usque modo, fecit ut perueniret ad hunc finem, & sine hoc omnia sua opera erant imperfecta, nam caelum & terra: & omnia quae in eis sunt, facta sunt propter hominem, & homo tantum propter gloriam habendam, ad ipsam uero usque hodie, nullus quantuncumque iustus, pertingere poterat post peccatum: uides quam magnificus & mirificus sit iste dies. Similiter magnum pascha ualde dies Penthecostes, & eum multum solennizat Ecclesia & recte, quia tunc donum summum recipit, scilicet, spiritum sanctum: sed & illud nobis non sibi, sed hodiernus ascensionis dies, est proprie festum sollemnissimum Domini Iesu, quia hodie incipit sedere ad dexteram patris, & requiem capit a peregrinatione sua, & etiam proprie festum est omnium superiorum spirituum, quia nouum gaudium suscipiunt a Domino suo, quem ante ibi in humanitatis forma non uiderant, & quia hodie primò restaurari incipiunt ruinae ipsorum in tanta multitudine beatorum, & proprie illorum egregiorum patriarcharum, prophetarum, & animarum sanctarum, qui ad supernam patriam hodie primitus intrauerunt. Si ergo festum facimus de aliquo sancto

Quasi solennitas ascensionis praeminet alijs omnibus festiuitatibus.



migrante ad calos, quanto magis de tot milib. & quanto magis de sancto sanctorum. Est etiam festum Domine quae filium suu regali diademate sublimatum, sic vidit tanquam Dominum uerum, super excelsa conscendere. Est etiam nihilominus proprie festum nostrum, quia humana natura hodie super calos est exaltata, & quia nisi Christus ascendisset, illud ipsum etiam donum spiritus sancti, pro quo sic merito solemnizamus, recipere nequibamus; unde ipse dicebat discipulis suis. Expedi uobis, ut ego uadam, si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Ad robur autem dicti mei, adduco Bernardum; qui de hac die sic loquitur, in sermone de ascensione Domini. Solennitas ista, charissimam, gloriosa est, consummatio enim & adimpletio est reliquarum solennitatum, & felix clausula est totius itinerarij Iesu Christi filij Dei uui. Merito quidem solennitatis & letitiae dies agitur, quando sol ille super ceteros Iesus, sol iustitiae, nostris se praesentauit obtutibus. Magna quoque leticia & exultatio multa nimis, quando conciso saeco leticia circumdatus est, & nostra dedicauit primordia resurrectionis. Verum tamen quid mihi & solennitatibus istis, si conuersatio mea usque adhuc detinetur in terris? Dico ergo, non multo minus mihi tolerabilior uideatur exilij huius habitatio, quam gehenna. Denique nisi ego abiero paracletus non ueniet ad uos. Vides ne quemadmodum ceterarum solennitatum, ea quam hodie celebramus, & consummationem habeat, & fructum declaret, & augeat gratiam? Sicut enim cetera omnia pro nobis fecit, qui pro nobis natus est, ita quoque ipsius ascensio propter nos facta est, & facit pro nobis. Haec uero Bernardus. Manifeste ergo uideas, quod solennior est dies ista omnibus alijs. Et anima quae bene diligeret Dominum Iesum, magis hodie exultaret, quam in aliquo die anni. Vnde ipse dicebat discipulis. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem. Et propterea credo me recte dixisse, quod nunquam in patria fuit aliqua dies adeo solemnizata, ut ista. Durauit autem gaudium & exultatio tanti festi usque ad diem penthecostes: & per hunc modum potest meditari. Ascensio enim domini fuit hora sexta, nam primo comederat hora tertia cum discipulis suis. Quamuis ergo oes in patria (ultra quam dici posset) exultarent, tamen prima die usque ad aliam sextam sequentis diei Angeli fecerunt singulariter festum, & Dominus Iesus ostendit, vel fecit aliquam singularem familiaritatem & consolationem, secunda die fecerunt Archangeli, tertia Principatus, quarta potestates, quinta uirtutes, sexta dominationes, septima Throni, octaua Cherubin, nona Seraphin, qui sunt nouem ordines Angelorum. Et sic haec durauerunt usque ad sextam sabbati uigilia Penthecostes. Ex tunc festum fecerunt sancti patres, usque ad horam tertiam diei dominice.

Ioan. 16.

Ioan. 14.

De missione spiritus sancti. Cap. XCIX.

Tunc his completis, dixit Dominus Iesus patri. Pater mi recordare promissi mei, quod feci de spiritu sancto fratribus meis. Cui pater. Fili mi, multum gratum habeo quod promissisti, tempus est, ut impleatur promissum tuum, dic ergo ad spiritum sanctum. Rogamus te, ut descendas ad discipulos nostros, & eos repleas, consolentur, robores, instruas, & cumulum uirtutum & gaudiorum conferas eis. Et statim uenit, & descendit in linguis igneis, super centum & uiginti discipulos simul congregatos, & eos repleuit omni gaudio, cuius uirtute discipuli uigorati, docti, & accensi, ac illuminati, totum mundum circuncurrerunt, & pro magna parte sibi subiecerunt: nihilominus tamen superni ciues, etiam postea laudauerunt, & semper laudant Dominum, & habent dies letitiae, & nunquam deest ibi solennitas, & gratiarum actio, & uox laudis. Scriptum est enim. Beati qui habitant in domo tua domine, in saecula saeculorum laudabunt te. Festinemus itaque & nos, ingredi in illam requiem, ubi tanta superabundat indefectibiliter leticia, & ad patriam nostram totis conatibus suspiremur. Odiamus huius miseriam, & putridi corporis nostri compagem, & eius curam non faciamus in desideris, quod nos hic detinet carceratos, & peregrinos a tanto bono. Dicamus ergo cum Apostolo. Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et iterum, Quamdiu in hoc corpore sumus, peregrinamur a Domino. Et iterum. Cupio dissolui & esse cum Christo. Desideremus eius dissolutionem, & eam continue postulemus a domino, quia per nos eam cum salute consequi non ualemus. Et iterum. Saltem moriamur mundo, & pompis, & concupiscentiis eius. Abstrahamus nos corde forti & perseveranti, ab his rebus caducis, & a miseris & breuibus consolationibus harum uisibilium rerum, quae inficiunt, & vulnerant animas nostras. Accendamus autem mente cum domino, uel potius ad dominum, & cum ipso in Coelis sit conuersatio nostra. Et sic facientes, non ex toto simus peregrini & aduenae, ut in tempore uisitationis nos ad se dignetur assumere, ipse de quo loquimur dominus noster Iesus christus, qui est super omnia deus, benedictus, & laudabilis in saecula saeculorum. Amen.

Excitatio desiderij ad patriam per mortis appetitum. Capit. 100.

Habes ergo ex praedictis dilectissima filia, vitam domini Iesu, tibi pro maiori parte, in meditationibus traditam. Suscipe reuerenter, libenter, & gaudenter praedicta, & in eis tota deuotione, hilaritate, ac sollicitudine conuersari non pigriteris, quia haec est uia tua & uita tua, hoc

Misio spiritus sancti. Act. 2.

psal. 83.

Rom. 7.

Corinth. 6.

Phil. 4.

Mat. 10.

Huculius Bernardus.

Coepula.

de meo.

Christi.

gratia.

salute.

hoc est fundamentum, super quo poteris magnam aedificium construere: Ab hoc te incipere oportet, si uis ad sublimiora ascendere, prout in pluribus locis superius habuisti. Na haec uita Christi meditatio non solum per se dulciter patet, sed ad maiorem cibum trahit. Haec enim sunt, quae Dominus gesit in carne, sed longe sublimius est, cum in spiritu intueri, ad quod per hanc scalam uenire poteris, sed in hac interim morandum, De quo sic ait Bern. Ego hanc arbitror praecipua inuisibili deo esse causam, quod uoluit in carne uideri, & cum hominibus conuersari, ut carnalium uis, qui non nisi carnaliter amare poterant, cunctas primo ad suae carnis amorem affectiones, retraheret, atque ita gradum ad amorem perduceret spiritualium. Et infra. Monstrabat discipulis altioris amoris gradum, cum diceret. Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. In carnis igitur deuotione interim consolentur, qui uiuificantem spiritum non habent, eo duntaxat modo, quo habent illi, qui uiuunt. Spiritus autem facit nostram Christus Dominus. Et iterum. Si cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Na altis quidem nequaquam sine spiritu sancto uel in carne diligitur Christus, & sine illa plenitudine, cuius tamen mensura deuotionis haec est, ut totum cor illa suauitas occupet, totum sibi ab amore uniuersae carnis, ac carnalis illicebri uideat, hoc quippe toto corde diligeret est. Alioquin si carnis meae qualibet consanguinitatem, uel uoluptatem, forte praefero carni Domini mei (per quod me, uel minus ea implere contingat, quae in carne manes, uerbis & exemplis me docuit). Nonne liquidum constat, quod toto nequaquam diligo corde, cum illud diuisum habens, partem impendere uidear carni eius, partem in torquere ad propria? Denique ait. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Ergo (ut breuiter dicam) toto corde diligeret, est omne quod blanditur, de carne propria uel aliena, sacrosanctae carnis amore postponere, in quo & mundi uel gloriae comprehendendo, quia gloria mundi est gloria carnis, & qui ea delectantur, carnales esse non dubium est. Vides quomodo etiam carnalis est haec meditatio, respectu spiritualis, hoc non accipias, ut minuatur deuotio, sed ut feruor crescat ad maiora, ad quae tamen per hanc transeundo, te venire oporteat, in hac etiam serueat tuus affectus, ut in eam te totum immergas. Bona est enim haec meditatio carnalis, per quam uita carnalis excluditur, continetur, & vincitur mundus, sed & sic faciendum stabilis mentem, erudiens ad uirtutes, & animi robur accipies, ut in prologo tibi dixi. Haec ergo meditari, sit tota & una intentio tua, requies tua, cibus tuus, studium tuum. Nam ex his non solum praedicta bona consequeris, nec solum erunt tibi gradus ad caelestis patriae & ad maiestatis contemplationes, sed etiam erit continua & perpetua consolatio tua. Non enim qui ad maiorem contemplationem ascendunt, hanc

dimittere debent pro loco & tempore, alioquin uiderentur hanc quasi uilem contemnere, quod esset magna superbia. Vnde recordare, quod habuisti supra in tractatu huiusmodi contemplationis, scilicet de humanitate Christi, quae beatissimus Bernardus, qui fuit altissimus contemplator, nunquam dimittit, immo (ut in suis sermonibus pater) eam supra modum amplectitur, & extollit.

De modo meditando uitam Christi, & conclusio libri. Cap. C. I.

Volo autem tibi tradere modum, quem teneas in meditando praedicta, ne si forte te ipsam crederes pertingere & extendi ad omnia, quae supra reperies, quali per molem grauem negligeres, maxime cum credam meditationibus praedictis, unius hebdomadae spatium conuenire. Igitur scire debes, quod meditari sufficit, solum factum quod Dominus fecit, uel circa eum contigit fieri, uel dici secundum historiam euangelicam, te ibidem praesentem exhibendo, ac si in tua praesentia fierent, prout simpliciter animo in dictis cogitandi occurrat. Moralitates autem & auctoritates, quas ad tuae instructionem in hoc opere posui, non expedit in meditationem adduci, nisi si qua uirtus amplectenda, uel uicium detestandum, ipsa prima facie cogitationis occurrat. Eliges ergo in his meditando, aliquam horam quietam, postea infra diem poteris discere moralitatem, & auctoritates, & eas studiosè memoriae commendare, quod omnino te facere conuenit, quia pulcherrime sunt, & quae te quasi in tota uita spirituali ualeant informare. Meditationes uero sic diuide, ut die una incipiens, per curras usque ad fugam Domini in Aegyptum, & eo ibi dimisso, die Martis, pro eo rediens, mediteris usque ad apertionem libri in synagoga, die Mercurij exinde, usque ad ministrii Mariam & Martham, die Iouis abinde, usque ad passionem, die ueneris & sabbati, usque ad resurrectionem, die uero Dominica, ipsam resurrectionem & usque in finem: & sic per singulas hebdomadas, facias ut ipsas meditationes tibi reddas familiares, quod quanto magis facies, tanto facilius tibi occurrunt, atque iucundius. Libenter conuerseris cum Domino Iesu, & uita ipsius tanquam Euangelium, ad imitationem beatissimae Cecilie, in corde studeas inseparabiliter collocare. De cetero tempus est signandi librum, sed ne meis uerbis illud fiat, de uerbis patris Bernardi, de quibus tibi tot flores, & tam pulchros decerpisti, fiat conclusio in nomine illius, quod est liber signatus Dominus noster Iesus Christus, ad cuius laudem totus est liber. Vnde beatus Bernardus quantum ad praesentem materiam spectat, sic ait super illo uerbo. Oleum effusum nomen tuum. Est proculdubio inter oleum, & nomen ipsius similitudo, nec ociose spiritus sanctus alterutrum comparauit. Ego autem dico in triplici

Meditatio uita Christi per oes dies hebdomadae distribuenda.

Canti. 1.



Olei effe-
tus tri-
plex.
De nomi-
ne IESU
miraculo-
rum.

Ephes. 5.

Discursus
de nomi-
ne Iesu,
satis pul-
cher & de-
notus.

Psal. 49.

Qualitate olei, quod lucet, pascit, & vngit. Si vos non melius habeatis, fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus, medicina. Vide idē nūc & de sponsi nomine, lucet p̄dicatum, pascit reco- gitatum, inuocatum lenit & vngit, & percurramus singula. Vnde putas in toto orbe tanta & tam su- bira fidei lux, nisi p̄dicatio Iesu, nōne in huius nominis luce Deus nos vocauit in admirabile lu- men suum? quibus illuminatis, & in lumine isto videntibus lumē, dicat meritō Paulus. Fui istis ali- quando tenebre, nūc autem lux in Domino. Nec tantum lux est nomē Iesus, sed & cibus. est an nō toties confortaris, quoties recordaris? Quid e- que mentem cogitantis impinguat, quid ita exer- citatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat bonos mores atq; honestos, castas fouet affectio- nes? Aridus est omnis animę cibus, si non oleo isto infunditur, insipidus est si non hoc sale cōdia- tur. Si scribas, nō sapit mihi nisi sonuerit tibi Ie- sus, Iesus mel in ore, in aure melos, in corde ubi- lus, sed est & medicina. Tristatur aliquis vestrū, ventat in cor Iesus, & inde saluat in os. Et ecce ad exortū nominis huius quod est lumē, nubilū om- ne diffugit, redit serenum. Labitur quis in crimē, currit insuper ad laqueum mortis desperando, nonne si inuocet nomen Iesus, confestim respira- bit ad vitam? Cui aliquando si stetit ante faciem salutaris huius nominis insuit duritia, vt assolēt, cordis, ignatę torpor, & rancor anima, languor acedię, cui fons fortē siccatus lachrymarum, in uocato Iesu, non continuo erupit vberior, flu- xit suauior? cui in periculis palpitanti & trepidā- ti, inuocatum virtutis nomen non statim fiducia p̄stitit, depulit metum? cui (quāso) in dubijs astuanti, & fluctuanti, nō subito ad inuocationē clari nominis emicuit certitudo? cui in aduersis diffidenti, si nomen adiutorij sonuit, defuit forti- tudo? Nimirū morbi & lāguores animi isti sunt, illud medicina. Deniq; & probare licet. Inuoca- (inquit) me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me, nihil tam irā impetum cohi- bet, superbia tumorē sedat, sanat liuoris vulnus, restringit luxurię fluxum, extinguit libidinis flā- mam, sitim temperat auaritię, ac totius inde co- ris fugat puriginem. Siquidem cum nomino Ie- sum, hominem mihi propono mitem, & humilē, & corde benignum, sobrium, castum, misericor- dem, & omni deniq; puritate ac sanctitate con- spicuum: eundem ipsum Deum omnipotentem, qui suo me & exemplo sanat, & roboret adiuto- rio. Hęc omnia mihi sonat, cū insonuerit Iesus, Summo itaq; mihi exemplum de homine, & au- xilium ā potente, illa tanquam pigmentarias spe- cies, hęc tanquam vnde acuam eas, & facio con- fectionem, eni similem mediteris, nemo face- re possit. Hoc tibi electuarium habes, ā anima mea, reconditū in vasculo vocabuli huius, quod est Iesus, Iesus salutariferum certē, quia nulli vn- quam pesti tuę inueniatur inefficax. Semper ti- bi in sinu sit, semper in manu, quō tui omnes in

Iesum, & sensus dirigantur & actus. Deniq; & in- uitaris. Pone me (inqr) vt signaculū in corde tuo, signaculū in brachio tuo, sed hęc alias. Nunc ve- ro habes, vnde & brachio medearis & cordi. Ha- bes (in quā) in nomine Iesu, vnde actus tuos vel prauos corrigas, vel minus perfectos adimpleas. Itemq; tuos sensus aut serues ne corrumpantur, aut si corrumpantur sanes. Idē. Quām pulcher es Angelis tuis Domine Iesu, in forma Dei in die æternitatis tuę, in splendoribus sanctorum, antē luciferū genitus, splendor & figura substantię pa- tris, & quidem perpetuus, minimēq; fucatus, can- dor vitę eternę, quām mihi decorus es Dñe mi, in ipsa tui huius positione decoris, etenim vbi te exinanisti, vbi naturalib. radijs lumen indeficiēs exuisti, ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effulsi, ibi amplius gratia radiauit, q̄ clara mihi otiris stella ex iacob, q̄ lucidus flos de radi- ce Iesse egredieris, quām iucundum lumen in te- nebris vilitasti me oriens ex alto, q̄ spectabilis & stupendus etiam virtutib. supernis in cōceptu de- spiritus sancto, in ortu de virgine, in vitę innocētia, in doctrinā suentis, in conuolationib. miraculo- rum, in reuelationib. sacramentorum, quām deniq; rutilans post occasum sol iusticię, de corde terrę resurgis, quām formosus in stola tuā: demū rex glorię in alta cælōrū te recipis, quō non pro omnib. his, omnia ossa mea dicent. Dñe qs simi- lis tui? Hęc ergo similiaq; puto de dilecto, intuen- tem sponsam aduertisse, cū diceret. Ecce tu pul- cher es & decorus, neq; hęc sola, sed insuper ali- quid proculdubio de natura decoris superioris, quod nostrum omnino p̄teruolat intuitum, & effugit experimentum. Ergo iteratio vtriusq; de- corem substantię designauit. Hęc Bernardus.

Deo gratiarum actio viuenti in secula seculorum, Amen.

OPVS CONTEMPLATIONIS
Doctōris Seraphici Sancti Bonauenturę
per hebdomadam.

Feria secunda, flos primus.
Iesus ineffabilis persona trinitatis.
Ad matutinum tres fructus attende.
Personarum trinitatem, in essentia diuinitatis,
Personarum æqualitatem, in excellentia maie-
tatis,
Personarum eternitatem, in permanentia immu-
tabilitatis.
Flos secundus.
Iesus actor mirabilis, in omnibus creatis.
Ad primam tres fructus attende,
Dei potentiam, in rerum creatione,
Dei sapientiam, in ipsarum ordinatione,
Dei beneuolentiam, in vniuersi perfectione.
Flos tertius.
Iesus factor amabilis humanę dignitatis.
Ad tertiam tres fructus.
Angelicam diuisionem, in status differentia,
Humanā

Humanā transgressionē, in tentationis violētia,
Diuinam retributionem, in meritorū exigētia.
Flos quartus.
Iesus promissus patribus, saluator desperatis.
Ad sextam tres fructus.
Humanam calamitatē, in multa deordinatione,
Dæmonis impotunitatē, in multa persecutione,
Diuinā pietatem, in frequenti reuersione.
Flos quintus.
Iesus promotor puidus, maternę dignitatis.
Ad nonam tres fructus.
Marię mirabilē cōceptionē, absq; inq. natione,
Puellę mirabilē educationē, in tēplū oblatione,
Virginis mirabilē desponsationē, Ioseph copula-
tione.
Flos sextus.
Iesus aulam ingrediens clausa virginitatis.
Ad vespas tres fructus.
Trinitatis dignationem, in condescensione,
Angeli salutationem, cum deuotione,
Marię responsonem, humili submissione.
Flos septimus.
Iesus Ioannem visitans, vtriusq; nondum natis.
Ad completorium tres fructus.
Puerorum conuenientium, in vtero exultationē,
Matrū occurrentiū, in mysterio cōgratulationē,
Patrum audientium, mysterij admirationem.
Oratio.
Aue Iesu verbum Dei, factor orbis salus rei, pro-
missus diuinitus, honor matris, incarnatus de
Maria, nondū natus p̄cursori agnitus.
Feria tertia, flores & fructus arboris sanctissime
Flos primus. (vita.)
Iesus mundum ingrediens, Bethleem est natus.
Ad matutinum tres fructus.
Naturarum conuenientium diuersitatem,
Circumstantiarum concurrentiū congruitatem,
Miraculorum attestantium nouitatem.
Flos secundus.
Iesus cultro vim patiens, ab quo sic vocatus.
Ad primam tres fructus.
Legis grauem rigorem, in sua obseruatione,
Pueri magnum honorē, in nominis impositione,
Parentū magnū dolorem, in pueri circumcissione.
Flos tertius.
Iesus Magis sol oriens, per stellam est mōstratus.
Ad tertiam tres fructus.
Magorū magnam diligentiam, pro puero videndo,
Iudeorū magnā insipientiā, quod norūt resellēdo,
Piorū magnā indigentiam, defectum sustinendo.
Flos quartus.
Iesus cū pare turturam, legaliter oblatas,
Ad sextam, tres fructus.
Offerentiū miram humilitatem, & deuotionem,
Oblatorū miram dignitatem, & significationē,
Recipientiū mirā iucunditatē, & exultationem.
Flos quintus.
Iesus, occisis pueris, in AEGYPTUM fugatus.
Ad nonam, tres fructus.
Herodis & iudeorū emulationē, xpm psequēdo,
Puerorū & matrū eiulationē, in pueros perdēdo,

Piorum exultationem, in AEGYPTUM fugiendo.
Flos sextus.
Iesus in templo perditus, paret matri vocatus,
Attende ad vespas tres fructus.
Iesu mirabilem sapientiam, in iudeos docēdo,
Parētū incōsolabilem diligentiam, in puerū quēdo,
Filij imitabilem obedientiam, p̄ā matrē sequēdo.
Flos septimus.
Iesus Iordanis flumine Ioane baptizatus.
Ad completorium, tres fructus.
Baptizati sublimē dignitatē, in laico testimonio,
Baptistę profundā humilitatem, in suo p̄conio,
Baptizatis grandē sanctitatē, in suo mysterio.
Oratio.
Aue Iesu puer natus, circumcissus, visitatus ā Ma-
gis, legaliter immolatus, effugatus, matri pa-
rens, baptizatus in aqua realiter.
Feria quarta, flores & fructus.
Flos primus.
Iesus deserto abstinens, ā dēmonē tentatur.
Ad matutinum tres fructus attende.
Iesu abstinentiam, in corporis dominatione,
Iesu sapientiam, in hostis confutatione,
Iesu reuerentiam, in Angelorum ministracione.
Secundus flos.
Iesus notus discipulis, ad nuptias vocatur,
Ad primam, tres fructus.
Iesu prudentiam, in discipulorum vocatione,
Apostolorū obediētiam, imprompta imitatione,
Matris beneuolētiā, in vini procuracione.
Tertius flos.
Iesus doctor circueiens, labore fatigatur,
Ad tertiam tres fructus.
Doctorem veracissimum, moribus, & sermone,
Laborem grauisimum, in circuitacione,
Populum rudissimum, in informacione.
Quartus flos.
Iesus pastor reficiens, ā turbis frequentatur.
Ad sextam tres fructus.
Pastorem benignissimum, sollicitum pro grege,
Populum sollicitum, pro temporali rege,
Iesum laudis incurium, quā fit humana lege.
Flos quintus.
Iesus infirmos medicans, ā scribis reprobarur.
Ad nonam tres fructus.
Medici diligentiam, medicinam gratis dantis,
Morbi pestilentiam, quotidie augmentantis,
Infirmi negligentiam, medicinam non curantis.
Flos sextus.
Iesus naturę imperans, dēmonijs minatur.
Ad vespas, tres fructus.
Iesu miram potentiam, quā dæmones coegit,
Rerum obedientiam, quas p̄cepto subegit,
Miram experientiam, illorum quos elegit.
Septimus flos.
Iesus coram discipulis, monte transfiguratur.
Ad completorium, tres fructus.
Testium auctoritatem, in visu & sermone,
Iesu magnam claritatem, in transfiguratione,
Discipulorum iucunditatem, in dicta visione.



Oratio.
 Aue Iesu in deserto degens, vocas in aperto pas-
 flores & predicans, turbam pacens, egros curas,
 demoniacos coniurans, monte te clarificans.
 Feria quinta, flores, & fructus.
 Flos primus.
 Iesu iumento insidens, plorat rex honoratus.
 Ad matutinum, tres fructus.
 Iesu miram humilitatem, in eius asinatione,
 Turbe obsequiositatem, in processione,
 Urbis tantae calamitatem, in lachrymatione.
 Flos secundus.
 Iesu templum ingrediens, mensas vertit iratus.
 Ad primam, tres fructus.
 Iesu exemplaritatem, in templi visitatione,
 Iesu dignam auctoritatem, in phariseorum confutatione,
 Iesu amandam pietatem, in adulterae defensione,
 Flos tertius.
 Iesu suscitator Lazarum, a Martha hospitatus.
 Ad tertiam, tres fructus.
 Iudeorum ingratitudinem, in esurientis expulsionem,
 Sororum amaritudinem, in Lazari suscitatione,
 Iesu miram gratitudinem, in hospite consolatione.
 Flos quartus.
 Iesu in domo Simonis vnctus, donat reatus.
 Ad sextam, tres fructus.
 Mariae penitentiam, in publica contritione,
 Pharisei falsam reuerentiam, in Iesu reprehensione,
 Iesu piam sententiam, in peccatricis excusatione.
 Flos quintus.
 Iesu matris suspiria, solatur perturbatus.
 Ad nonam, tres fructus.
 Matris desolationem, cum pia supplicatione,
 Filij consolationem, cum pia excusatione,
 Discipulorum copassionem, cum pia admiratione.
 Flos sextus.
 Iesu a Iuda venditus, a Iudeis damnatus.
 Ad vespas, tres fructus.
 Iudae cupiditatem, in magistri venditione,
 Iudeorum iniquitatem, in sua emulatione,
 Iesu longanimitatem, in humili permissione.
 Flos septimus.
 Iesu in cana seruans suis, panis sacratus.
 Ad completorium, tres fructus.
 Charitatis beneficium, in Iesu ministracione,
 Prauitatis veneficium, in Iudae obstinatione,
 Pietatis exercitium, in discipulorum deuotione.
Oratio.
 Aue Iesu suscitator vnctus, culpe relaxator, rex
 a fello insidens, zelum habes, consolator matris,
 venditus, sacrator panis, cenam faciens.
 Feria sexta, flores, & fructus. Flos primus.
 Iesu orans circumdatus, captus, & subannatus.
 Ad matutinum tres fructus.
 Iesu processum dolorosum, a pena pignustatione,
 Luporum accessum dolorosum, in agni captione,
 Discipulorum recessum timorosum, in magi dere-
 lictione.
 Flos secundus.
 Iesu coram Iudicibus, spretus, & accusatus.
 Ad primam tres fructus attende.

Phariseorum iniquitatem, in sua inquisitione,
 Iesu miram humilitatem, in sua responsione,
 Discipulorum anxietatem, in magistri plecurione.
 Flos tertius.
 Iesus flagellis liuidus, conspurus, coronatus.
 Ad tertiam tres fructus.
 Iesu innocentiam, sine excusatione,
 Iudicium sententiam, sine ratione,
 Malorum truculentiam, sine miseratione.
 Flos quartus.
 Iesus damnatus crucifer, est cruci conclauius.
 Ad sextam tres fructus.
 Patientis violentiam, in triplici grauitate,
 Pedetis irreuerentiam, in nephanda societate,
 Miram impenitentiam, gentis obstinatam.
 Flos quintus.
 Iesus morte mirabilis, agnus patri oblati.
 Ad nonam tres fructus.
 Quam pie Iesus condidit in cruce testamentum,
 Quam liberè se obtulit patri per tormentum,
 Quam grande mundi pertulit machina lametum.
 Flos sextus.
 Iesu aperto latere, est cruci declauatus.
 Ad vespas tres fructus.
 Corpus pendens exanime, absq; omni decore,
 Aquam aperto latere, fluentem cum cerebro,
 Corpus de crucis stipite tollentes cum mero.
 Flos septimus.
 Iesu vnctus, cum lachrymis in tumulo locatus.
 Ad completorium tres fructus.
 Materna desideria, in corporis obseruatione,
 Deuota ministeria, in sepulchri preparatione,
 Planctus & suspiria, in corporis tumulatione.
Oratio.
 Aue Iesu orans pstratus, coram turbis accusatus,
 Factus plagis liuidus, agnus cruce elenatus,
 Moriens inde delatus, in sepulchro positus.
 Sabbato, Flos primus.
 Iesu victor ad inferos, calcans hostes trasiuit.
 Ad matutinum tres fructus attende.
 Saluatoris imperium in morte triumphando,
 Patrum desiderium in Iesu expectando,
 Angelorum ministerium in itinere preparando.
 Flos secundus.
 Iesu parentum vincula, cum gaudio contriuit.
 Ad primam tres fructus.
 Inferni vlulationem, in eius fractione,
 Demonum confusionem, in praedae resignatione,
 Patrum exultationem, in paradisi apertione.
 Flos tertius.
 Iesu matri discipulos, moeroribus vniuit.
 Ad tertiam Tres fructus.
 Matris dolorem intimum, in lachrymis fundedo,
 Fratrum timorem maximum, & insimul latedo,
 Iudeorum furorè pessimum, in sanctos persecuedo.
 Flos quartus.
 Iesu sui memoriam, tormentis stabiliauit.
 Ad sextam, tres fructus.
 Loci vilitatem, in Iesum perdendo,
 Tormentorum atrocitatem, in Christum puniedo,
 Mili-

Militum ferocitatem, in plagas inferendo.
 Flos quintus.
 Iesus testes multiplices, post mortem acquisiuit.
 Ad nonam, tres fructus.
 Iudeorum discerptionem, in signis qui viderunt,
 Mortuorum resurrectionem, qui apparuerunt,
 Fidelium confirmationem, qui Christo crediderunt.
 Flos sextus.
 Iesus feruorem Magdalene, & omnium prescuiuit.
 Ad vespas, tres fructus.
 Discipulorum reuerentiam, in matris consolatione,
 Mulierum diligentiam, in vnguenti preparatione,
 Militum insipientiam, in sepulchri munitione.
 Flos septimus.
 Iesus, solutis patribus, ad tumultum rediuit.
 Ad completorium, tres fructus.
 Patrum piam prouisionem, in tumuli regressione,
 Corporis glorificationem, in eius reasumptione,
 Custodum confurationem, in lapidis amotione.
Oratio.
 Aue Iesu mors leana, solus orbis planctus plene
 linques testimonium, in tormentis & plene ne pe-
 reat crux Madalene, spes resumens tumultum.
 Dominica die ad matutinum. Primus flos.
 Iesu surgens, apparuit suis glorificatus.
 Tres fructus huius floris,
 Attende Ad matutinum.
 Discipulorum anxietatem, in Iesu recordatione,
 Magistri benignitatem, in frequenti apparitione,
 Omnium iucunditatem, in crebra confortatione.
 Secundus flos ad primam.
 Iesu scadit ad dexteram patris rex honoratus.
 Tres fructus eius Attende,
 Amorosam dilectionem, dum suos consolatur,
 Dolorosam afflictionem, dum Iesus separatur,
 Angelorum congratulationem, dum Iesus exaltatur,
 Tertius flos ad tertiam cum fructibus suis,
 Iesu emisso spiritu, per orbem predicatus.
 Tres fructus Attende,
 Donorum magnitudinem, ad priorum confortationem,
 Linguarum multitudinem, ad fidei predicacionem,
 Miraculorum validitatem, ad gentium conuersionem.
 Quartus flos ad sextam cum fructibus eius,
 Iesu super angelicos matrem exaltat status,
 Tres fructus Attende,
 Sanctorum diligentiam, in domini occursum,
 Fili reuerentiam, in materno amplexu,
 Matris excellentiam, in filij confesso,
 Ad nonam quintus flos cum fructibus suis.
 Iesu in caeli curia pro nobis aduocatus.
 Tres fructus Attende.
 Iesu sollicitudinem, in nostra prouisione,
 Humanam ingratitudinem, in gratiorum actione,
 Finis incertitudinem, in meriti expectatione.
 Sextus flos ad vespas cum fructibus suis.
 Iesu iudex aequissimus rex omnibus prelatus.
 Tres fructus Attende.
 Infallibilem veritatem, in dijudicando,
 Inuincibilem potestatem, in remunerando,
 Inflexibilem aequitatem, in persecuta do.

Ad completorium septimus flos cum eius fructibus.
 Iesus sanctorum gloria finis desideratus.
 Tres fructus, Deliciarum abundantiam, cum vera
 tranquillitate,
 Attende Amicorum concordantiam, cum mera charitate,
 Aeterna psecutaria, cum vincera iucunditate.
Oratio.
 Aue Iesu surgens leo, scades mittens pro trophaeo
 spiritum, glorificans matrem, iudex iustus, Deo pa-
 tri altans, pro me reo finis beatificans, Amen.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTO.
*Tractatus de septem uerbis Domini nostri
 Iesu Christi in Cruce.*

Primum verbum.
 Iesu salutis hostia, salutis sacrificium.
 Iesu salutis gratia, salutis beneficium.
 Iesu tuta fiducia, & tutum refugium.
 Tu pro humano genere, ut captiuum redimeres,
 Tu pro humano cadere, ut exulem reduceres,
 Tu pro humano scelere, ut culpas nras tollereres,
 Tu pro diuino munere, ut nos deo conungeres,
 Non recusasti vincula, non flagella, non verbera,
 Non latronum patibula, non liuores, non vulnera,
 Sed dum te crux susceperet, & hostis in te fremeret,
 Dum malleus pcuteret, & clauus carne scinderet,
 Dum sensu dolor augeter, & sacer sanguis flueret,
 Dum passio te premeret, angustiaque crederet,
 Patre rogasti precibus, ut tanquam ignorantibus,
 Tuis ignoscat hostibus, ac te crucifigentibus,
 Dicēs, Pater ignosce illis, quia nesciunt quod faciunt. Luc. 23.
Oratio:
 O mitis patientia, o mansueta mititas,
 O immensa clementia, o immensa benignitas,
 Qui, ut ovis miserrima, non promissis querimoniam,
 Qui, ut mater charissima, iam excusas miuriam,
 Ut anima dulcissima, tenes beneuolentiam,
 Ut voluntas pijsima, praebes misericordiam,
 Ad te vadit spes animarum, ad te clamant suspiria,
 Ad te decurrunt lachrymae, & pulsant desideria,
 Confidenter dicentia, ignosce nobis domine.
 Secundum verbum.
 Iesu largitor veniae Iesu solamen tristium,
 Iesu laus penitentia: Iesu spes penitentium,
 Dum penderes innocuus, horum in pena socius,
 Dum te vnus argueret, & stulte reprehenderet,
 Dum insultas infargeret, & blasphemado diceret,
 Si tu es Dei filius, salua te ipsum & nos, Luc. 23.
 Esto tibi propicius, sicut saluasti alios,
 Dum alter huc corripere, & huc stultum ostenderet,
 Dum se malum concederet, & te iustum assereret,
 Dum a te se conuertet, & supplex tibi diceret,
 Memeto mei domine, dum ad tuam perueneris
 Regnum plenum dulcedine, dum te regem ostenderis,
 Tu amans penitentiam, corda trahes per gratiam,
 Non solum hanc memoriam cocessisti, sed gloriam,
 Dicēs, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.
Oratio.
 O prompta dei charitas, prompta misericordia,
 b b b 4 O prompta



O prompta liberalitas, prompta munificencia, Ad te currit deuotio, ad te redit memoria, Coram te fit confessio, tibi patent precordia, Ideo cum fiducia tibi precamur domine, Quies sine malitia solus, & sine crimine, In tua patientia memento nostri domine.

Tertium verbum.

Iesulux & rex gloriae filii ei & hominis, Iesu flos pudicitiae filii Mariae virginis, Dum haec virgo sanctissima, tota plena doloribus, Genetrix amantissima, tot confecta maroribus, Tua mater charissima, tota percussa seclibus, Nutrix diligentissima, tota fracta singularibus, Iuxta cruce[m] assisteret, & te pendentem cerneret, Dum tormeta conspiceret, & praeluctu deficeret, Tu videns matrem flebile[m], praesam amaritudine, Matrem tuam venerabilem, dignam beatitudine, Videns quoque discipulum, amatum, & amabilem, Fidelem dei famulum Ioannem vitam nobilem, Alloquens ambos dulciter pie votis oraculo, Comendasti benigniter matrem Christi discipulo, Dicens matri, Mulier, ecce filius tuus, Deinde discipulo, Ecce mater tua.

Oratio.

O qualis permutatio, o quanta inaequalitas, O qualis desolatio, o qua[m] matris acerbitas, Du[m] cullos matri tradidit, pro magistro discipulus, Dum p[ro] matrem suscipit, pro deo vir pauperculus, Du[m] matri cullos nutrit, p[ro] rege simplex famulus, Sic tuae Iesu gratiae me commendo humiliter, Tuamque prouidentiam me committo perhenniter, Vt exorante virgine, pro nobis stet suppliciter, A peccatorum turbine simus secuti iugiter.

Quartum verbum.

Iesu patris ingeniti virtus, & sapientia, Iesu cuiusque conditi, tenor, & sustententia, Tu virtute mirabili panes multiplicaueras, Tu virtute consummili stellam infans induxeras, Defunctos suscitaueras, opera mira feceras, Morbos omnes sanaueras, totum orbem formaueras, Tu virtute terribili demonia eieceras, Tu virtute consummili hostes tuos prostraueras, Sed affixus patibulo patri factus obediens, Iussu patris, vt vinculo vincitus manens, & patiens, Qui vult quod hanc angustiam, vt infirmus, sustineas, Neque dictam potentiam te liberans exerceas, Quapropter tuo sensui condolens naturaliter, Clamore confers planctui dicens lamenter, Ely Ely lamazabatani, hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?

Oratio.

O lamentum mirabile, salutem agens hominum, O innocens cor humile, penas deplorans criminum, Ad te fert me compassio, pro me te pati sentio, Ante te me projicio, tecumque luctum facio, Nam iste luctus utilis est mihi pro solatio, Qui mihi praemialis fit in eterno gaudio, Quintum verbum sequitur, Iesu dulcis memoria, sitibunda dilectio, Iesu dulcis fiducia, letabunda relectio,

Dum extensus existeres super aram patibuli, Dum immolatus, ageres redemptionem populi, Du[m] te nudum aspiceret mundus inlatae spectaculi, Dum lamentum ostenderet super te vultus seculi, Dum hostes de te luderet, & noti tui fugerent, Du[m] clauis m[em]bra tenderet, & nerui se contraherent, Du[m] vulnera tumescerent, & humores defluerent, Du[m] carnes corremiserent, & virtutes aufererent, Sitim sumpisti feruidam, sitim amore languidam, Sitim virtutum cupidam, nostrae salutis avidam, Benigne dicens, Sitio, hominum fidem cupio, Salutemque desidero, pro qua pati me offero.

Oratio.

O sitis saluberrima exoptans amicitias, O sitis cordis intima transiens concupiscentias, Praesta vt ad te sitiam, & ista siti ardeam, Praua sitim effugiam, donec ad te fontem transeam, Porumque vitam hauriam, quo foelix semper maneam, Et Deum meum videam, sanctam ingressus patriam,

Sextum verbum.

Iesu nostra redemptio, Iesu redemptor omnium, Iesu nostra dilectio, Iesu salus credentium, Dum p[ro] crucis mysterium, diligenter perageres, Redemptoris officium, vt hominem redimeres, Sustinendo supplicium, vt inde nos eriperes, Consummans sacrificium tuae carnis, & sanguinis, Consummans pacis prelium salutaris certaminis, Consummans transitoriu[m] cursum huius imaginis, Consummans officium redemptionis hominis, Du[m] mortis horam cerneres, du[m] hac vita deficeres, Dum sine iam contingeres, dum oia periceres, Vt in summa concluderes, dixisti, Consummatu[m] est, Nam Iesus crucifixus est, & agnus immolatus est, Sanguis eius effusus est, & precium solutum est, Diabolus deuictus est, & bellu[m] consummatu[m] est, Chirographu[m] deletu[m] est, & homo iam redemptus est.

Oratio.

O bonitas bone Iesu, qui es nostra iustitia, O veritas vere Iesu, qui es nostra scientia, O charitas chare Iesu, qui es nostra redemptio, O sanctitas sancte Iesu, nostra sanctificatio, Consumma nobis gratiam, & consumma iustitiam, Consumma conscientiam, & consumma letitiam.

Septimum verbum.

Iesu via rectissima, Iesu salutis ostium, Iesu porta tutissima, Iesu protector omnium, Iesu salubris veritas, & lux mentem illuminans, Iesu vita foelicitas, dulcor in corde iubilans, Dum in extremis ageres, vt animam deponeres, Du[m] hanc vitam defereres, vt ad limbum descenderes, Volens vitam ostendere, per quam debemus pergere, Volens cunctos instruere, quae facti sunt de puluere, Volens illum ostendere, qui potest nos defendere, In quo debent confidere, qui mortem debent capere, Tuum sacratum spiritum, tuo patre sanctissimo Comedasti per gemitum sermone deuotissimo, Dices, pater in manus tuas commendo spiritum meum, Et inclinato capite fixus in crucis stipite, Acriter cruentato te turpiter & indebitum, Tu emisisti spiritum, & orbis talem fremitum,

Quod

Quod quisque per circuitum tuum percepit obitum, Vt cuncta stertum faceret, & elementa tremere, Vt taxa se diruperent, & sepulchra se panderent, Vt terremotus fieret, velum templi se scinderet, Vt luna retrocederet, solque contenebresceret, Vt mundus ingemisceret, & natura flens diceret, Ego lugens deficio, vel Deo inest passio.

Oratio.

O mors, mors lachrymabilis, super quam plorat oia, O mors, mors lametabilis, super quam stert innoxia, O mors, mors admirabilis, quae fulcrant mortui, O mors, mors amicabile, quae exaltant stridui, O mors sacra, mors nobilis, per quam delent scelera, O mors pia, mors utilis, per quam donant praemia, Praesta, vt haec memoria nos teneat continue, Et stimulet praecordia, corque pungat assidue, Vt menti lumen influat, & in agendis instruat, Vt nos a culpis exuat, & vitam donum tribuat. Am.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS tractatus, qui dicitur, Philomena, aptata a passione Domini per septem horas canonicas.

Philomena praua temporis ameni, Quae recessum nuncias imbris atque scani, Dum malceis animos tuo cantu leni, Aue prudentissima, ad me (quae so) veni. Veni, veni, mittam te, quod non possum ire, Vt amicum valeas cantu delinire, Tollens eius tristitia voce dulcis Lyrae, Quem heu modo nescio verbis conuenire. Ergo pia suppleas mecum imperfectum Salutando dulciter vnicum dilectum, Eique denuncies, qualiter affectum Sit cor meum iugiter eius ad aspectum. Quod si querat aliquis, quare te elegi? Meum esse nuncium sciat, quia legi, De te quaedam propria quae diuina legi, Et optato munere placent summo regi. Igitur charissime, audi nunc attente, Nam si cantus uolucris huius serues mente, Eius imitatio spiritu docente, Te caelestem musicum faciet repente. De hac Aue legitur, quod cum deprehendit Mortem sibi propriam, arborem ascendit, Summoque diluculo rostrum sursum tendit, Diuersisque cantibus rotam se impendit. Cantilenis dulcibus praeurat auroram, Sed cum dies rutilat circa primam horam, Eleuat praedulcius uocem insonoram, In cantando nesciens pausam, siue moram. Circa per o tertiam quasi modum nescit, Quia semper gaudium cordis eius crescit, Verè guttur rumpitur, sic uox inualefcit, Et quo cantat altius, plus & inardescit. Sed cum in meridie sol est in seruore, Tunc dirumpit viscera nimio clamore, Oci, oci, clamitat illo suo more, Sicque sensu deficit cantus praelabore.

Sic quassato organo huius Philomenae, Rostro tamen papitans fit exanguis penes, Sed ad nonam ueniens moritur iam plene, Cum totius corporis dirumpuntur uena, Ecce, dilectissime, breuiter audisti, Factum huius uolucris: sed si meministi, Diximus iam primitus, quia cantus illi, Mystice conueniunt legi Iesu Christi. Restat (vt intelligo) esse Philomenam, Animam uirtutibus, & amore plenam, Quae dum metere peragrat patriam amoniam, Satis delectabilem texit cantilenam. Ad augmentum etenim suae sanctae spei, Quadam dies mystica demonstratur ei, Porro beneficia, quae de manu Dei Homo consecutus est, sunt hora diei. Mane vel diluculum hominis est status, In quo mirabiliter homo est creatus, Hora prima, quando est Deus incarnatus, Tertiam, die spacium sui incolatus, Sextam, cum a perfidis uoluit ligari, Trahi, caedi, conspu, dire cruciari, Crucifigi, denique clauis terebrari, Caputque sanctissimum spinis coronari. Nonam die cum moritur, quando consummatus Cursum est certaminis, quando superatus Est omnino zabolus, & hinc conturbatus, Vespera cum Christus est sepulturae datus. Diem iustum, anima, medians in hortis, Suae facit terminum spiritalis mortis, Scandens crucis arborem, in qua leo fortis Vicit aduersarium fractis portis mortis. Statim cordis organa sursum eleuando, Suum a diluculo cantum inchoando, Laudat, & glorificat Deum, replicando, Sibi quod mirificus fuit hanc creando. Pie (inquit) conditor quando me creasti, Quam sit tua pietas larga declarasti, Nam consortem gloriae tuae cogitasti, Facere gratuitè, gratis quem amasti. O quam mira dignitas mihi est concessa, Cum imago Domini mihi est impressa, Sed creuisset amplius dignitas possessa, Nisi iustum Domini fuisset transgressa. Nam tu summa charitas tibi coharere, Me uolebas iugiter, sursumque habere, Dulce domicilium, tecumque manere, Et me uelut filiam alere, docere. Extunc disposueras, in id adunare Caelicis agminibus, teque mihi dare, Sed pro tanta gratia quid recompenfare Possum, prorsus nescio, nisi te amare. Vnica suauitas, vnica dulcedo, Cordium amantium salutaris praedo, Totum quicquid habeo, uel sum, tibi dedo, Denique depositum meum tibi credo. Oci, cantat tale cor, gaudens in pressura Dicens, quia dignum est, vt a creatura Diligatur opifex talis mente pura, Et cum extiterit de se tanta cura.

Sic

Sic mens hoc diluculum transit meditando,
Sed ad primam transferens vocem exahado,
Tempus acceptabile pie ruminando,
In quo venit Dominus, carne se velando,
Tunc liquecit anima tota per amorem,
Pauida considerans omnium autorem,
Vagientem puerum, iuxta nostrum morem,
Et curare veterem velle se languorem.
Plorans ergo clamitat, o fons pietatis,
Quis te pannis induit dira paupertatis,
Tibi quis consuluit sic te dare gratis,
Nisi zelus uehemens ardor charitatis.
Digne zelus uehemens est hic ardor dictus,
Cuius est dominio rex caelorum victus,
Cuius sanctis vinculis captus & constrictus,
Pauperis infantuli pannis est amictus.
O prae dulcis paruule puer sine pari,
Felix, cui datum est, te tunc amplectari,
Pedes, manus lambere, stentem consolari,
Tuis in obsequijs iugiter morari.
Heu me, cur non licuit mihi demulcere
Vagientem paruulum? & cum stente flere?
Illos artus teneros siue confouere?
Eiusq; cunabilis semper assidere?
Puto, pius paruulus haec non abhorretet,
Immo more paruuli forsan arrideret,
Et stenti pauperulo stetu condoleret,
Et peccanti facile venia faueret.
Felix, qui tunc temporis patri singulari
Potuisset precibus ita famulari,
Vt die fineret semel osculari
Suum dulcem paruulum, etq; iocari.
O q̄ libens balneum ei prae parasssem,
O q̄ libens humeris aquam apportasssem,
In hoc libens virgini semper ministrasssem,
Pauperisq; paruuli pannulos lauasssem.
Sic affecta, pia mens fuit paupertatem,
Cibi parsimoniam, uestis uilitatem,
Labor ei uertitur in iucunditatem,
Vilem esse seculi dicit uenustatem.
Ergo sic infantiam Christi retexendo,
Hora primae canticum strenue canendo,
Transitum ad tertiam facit recolendo,
Quantu Christus passus est, homines docedo.
Tunc cum stetu recitat illius labores,
Sitiom, famem, frigora, aestus, & sudores,
Quae dignanter pertulit propter peccatores,
Dum illorum uoluit innouare mores.
Vox amoris flatibus tota concremata,
Oci, oci, clamitat Auis haec beata,
Mando mori cupiens, cuius uita lata,
Cui fetet seculum, sic est delicata.
Clamas ergo Domine dulcis praedicator,
Exulum refugium, pauperum amator,
Qui es poenitentium pius consolator,
Post te debent currere, iustus & peccator.
Iusti quippe regula, vitae doctrina,
Peccatorum speculum, miti disciplina,
Fefsis & debilibus efficax refina,
Aegris & languentibus potens medicina.

Primus in hoc seculo charitatis scholam
Instaurasti, querrere docens Dei solam
Gloriam, deponere grauem mandi molam,
Et sic posse perditam reuolere stolam.
Sed hanc scholam temere mundus irridebat,
Spernes & annihilans, quicquid promittebat,
Tua uero bonitas uices non reddebat,
Immo poenitentibus totum ignoscebat.
Quippe cui proprium erat misereri,
Diligi desiderans, magis q̄ timeri,
Verba non uerba proferens, austeri
Praeceptoris noluit more reuereri.
Hac in adulterio nouit deprehensa,
Quam sit tua pietas scilicet immensa,
Magdalena sensit hoc, cum ei offensa
Est dimissa, multiplex gratia impena.
Et quid multa dicerem, quot sunt consecuti
Eius magisterium? a suis abluti
Vitijs: sunt moribus optimis imbuti,
Et ab hostis inuidi fraude facti tuti.
Felix, cui licuit, sub hoc praepatore
Conuerfari iugiter: & ab eius ore
Mel caeleste sugere, cuius pra dolore
Amarefcent cetera: plena sunt fetore.
Hac & multa talia dum mens meditatur,
Ad reddendas gratias tono praeparatur,
Ad laudandum Dominum magis inflamatur,
Sicq; hora tertia cantus terminatur.
Oci, oci, anima clamat in hoc statu,
Crebro fundens lachrymas sub hoc incolatu,
Laudans & glorificans magno cum conatu
Christum: qui tot pertulit suo pro reatu.
In hac hora anima ebria uidetur,
Sed circa meridie calor cum augetur,
Vt amoris stimulis magis perforetur,
Mox ab illa passio Christi recensetur.
Plorans ergo respicit Agnum delicatum,
Agnum sine macula, spinis coronatum,
Luidum uerberibus, clauis perforatum,
Per tot loca lateris fossa cruentatum.
Tunc exclamat pia mens oci cum lamentis,
Oci, oci, miseram: quia mea mentis
Turbat statum pallidus vultus morientis,
Et languentes oculi in cruce pendentis.
Sic me decuerat (inquit) te benignum
Agnum, mortis exitum pati tam indignum?
Sed sic disposueras vincere malignum,
Et hoc totum factum est, ob amoris signum.
Hac amoris signa sunt, & postrema primis
Copolans associat, summa figens imis,
Monstrans, ut sic moriens, nos animales nimis,
Dum te totum funderes tot apertis rimis.
Tu amicus nouus es, tu es nouum mustum,
Sic te uocat sapiens, & est satis iustum,
Totus enim filius reddens dulcem gustum,
Fundens carnis dolum licet vas uenustum.
Tantis signis poenitens monitus iam credat,
Quod praecordialiter Christus ei se dat,
Ista signa recolam, ne me Satan laedat,
Nam peccati rabiem nihil ita sedat.

Ista

Ista signa recolens oci oci clamo,
Dulcis Iesu quarulor q̄ te minus amo,
Stringi tamen cupio discipline amo,
Sicut pro me captus est charitatis hamo.
Quantum hamum charitas tibi praesentauit,
Mori cum pro homine te sollicitauit,
Sed & esca placida hamum occupauit,
Cum lucrari animas te per hoc monstrauit.
Te quidem aculeus hami non latebat,
Sed illius punctio te non deterrebat,
Immo hunc impetere tibi complacerebat,
Quia desiderium esca attrahebat.
Ergo pro me misera quam tu dilexisti,
Mortis in aculeum sciens impegisti,
Cum te patri uictimam sanctam obtulisti,
Et in tuo sanguine sordidam lauisti.
Quis miretur igitur pro te si suspiro,
Iuncta sine meritis tam zelanti viro,
Nam affectum alitis meum modo miro,
Pro me uitam finiens exitu tam diro.
Verè iam non debeo tantum suspirare,
Immo iuxta uerbum, Iob crines lacerare,
In caeuerna lateris nidulum parare,
Et extremum spiritum illic exalare.
Planè nisi moriar tecum non quiescam,
Oci, oci, clamitans nunquam conticescam,
Ab hoc desiderio uerè non tepefcam,
Quatuncq; saeculo propter hoc uilefcam.
Tunc, ut demens clamitat, ueniant lanista,
Qui affigant miseram cruci tuae christe,
Erit enim exitus mihi dulcis iste,
Sic amplector moriens propriis uinis te.
Verè sic non aliter rabies doloris,
Qua cor meum singulis terebratur horis,
Deliniri poterit, nisi tu dulcoris,
Fons abundans medicus mei sis doloris.
Planè dulcis medicus es, qui nunq̄ pungis,
Sed a corde uirium leniter emungis,
Nam quos tibi firmiter per amorem iungis,
Tuis charismatibus semper eos ungis.
Heu quam damnabiliter mundus est caecatus,
Qui cum sit ab hostibus dire uulneratus,
Hunc declinat medicum, cui assit praeparatus,
Languido aperiens suum dulce latus.
Heu cur beneficia Christi passionis,
Penes te memoriter homo non reponis,
Per hanc enim rupti sunt laquei praedonis,
Per hanc Christi maximis te ditauit bonis.
Suo quippe corpore languidum te pauit,
Quem in suo sanguine gratis balneauit,
Demum suum dulce cor tibi denudauit,
Vt sic innoresceret, quantum te amauit.
O quam dulce balneum esca quam suauis,
Quae uolenti digne sit paradisi clauis,
Ere quem reficis nullus labor grauis,
Licet sis fastidio cordibus ignauis.
Cor ignaui siquidem minimè perpendit,
Ad quid Christus optimu suum cor ostendit,
Super alas positum crucis nec attendit,
Quod reclinatorij uices hoc praetendit.

Hoc reclinatorium quoties monstratur,
Pie menti toties ei glutinatur,
Sicut & accipiter totus inescatur,
Super carnem rubeam per quam reuocatur.
Post hoc clamat anima quasi dementata,
O reclinatorium caro cruentata,
Per tot loca propter me, cur non uulnerata
Tecum sum? dum moreris no sum colligata.
Licet tamen miserè sit istud negatum,
Mihiquidem eligam nouum cruciatum,
Gemitum uidelicet, iugemq; ploratum,
Donec mundi deseram grauem incolatum.
Post haec dulcis anima plus & plus feruescens,
Sensu toto deficit, corpore tabescens,
Iam uix loqui sufficit, sed affectu crescens,
Suo lecto decubat, utpotè languescens.
Ergo dulcis gutturis organo quassato,
Lingua tantum palpirans sonitu sublato,
Sed pro uerbis pia mens stetu compensato
Lamentatur dominum, corde sauciato.
Sic languenti siquidem nil nisi plorare
Libet, & satagere suspirare,
Suos enim oculos nescit reuocare
A Christi uulneribus, aut cor separare.
Sic est autem animus illius illectus,
Quasi ei praesens sit moriens dilectus,
Et a cruce minimè retrahit aspectus,
Quia ibi oculus, ubi est affectus.
Gemitus, suspiria, lachrymae, lamenta,
Sibi sunt delicia, cibus, alimenta,
Quibus noua martyr est interia inuenta,
Sic suo martyrio praebent incrementa.
In hoc statu respuit, quicquid est terrenum,
Mundi; solatium reputat uenenum,
Sed ad nonam ueniens moritur ad plenum,
Cum amoris impetus carnis rumpit filum.
Nam cum, consummatum est, recolit clamasse,
Hora nona dominum, & sic exspirasse,
Quasi simul moriens, clamat penetrasse
Vocem istam suum cor atq; lacerasse.
Ferre tandem impotens iaculum tam forte,
Moritur (ut dictum est) sed felici morte,
Nam panduntur protinus ei caeli porta,
Dignam, ut intelligat, se sanctorum sorte.
Requiem pro anima tali non cantamus,
Immo est introitus missa gaudeamus,
Quia si pro martyre deum exoramus,
Vt decretum loquitur, sancto derogamus.
Eia dulcis anima, eia dulcis rosa,
Lilium conuallium, gemma preciosa,
Cui carnis seditas extitit exosa,
Felix tuus exitus morsq; preciosa.
Felix quae iam frueris requie cupita,
Inter sponsi brachia dulciter sopita,
Eiusq; spiritui firmiter unita,
Ab eodem percipis oscula mellita.
Iam quiescunt oculi: cessant aquaductus,
Nam aperte percipis spei tuae fructus,
Quia per quem saeculi euasisti fluctus,
Tuos inter oscula consolatur lucus.

Dic,

Dic, dic dulcis anima, ad quid ultra fieres,
Habes coeli gaudium tecum cur lugeres,
Nam solus est omnium cui tu adhaeres,
Et si velles amplius certe non haberes.
Sed iam metrum finio, ne sim tædiosus,
Nam si vellem scribere q̄ delitiosus,
Sit hic status animæ, quamq̄ gloriosus,
A malignis dicerer fallax & mendosus.
Quicquid tamen alij dicunt frater chare,
Istam nouam martyrem libens imitare,
Cumq̄ talis fueris Christum deprecare,
Vt te cantus martyrum doceat cantare.
Frequentemus canticum istud soror pia,
Ne nos frangat tædio uitæ huius via,
Nam letantem animam in hac melodia,
Post hanc vitam suscipit Iesus & Maria.
Ergo soror tuum cor ita citharizet,
Se baptizet lachrymis, planctu martyrizet,
Christo totis uiribus sic nunc organizet,
Vt cum Christo postea semper solennizet.
Tunc cessabunt gemitus, & planctus dolorum,
Cum adiuncta fueris choris Angelorum,
Nam cantando transies ad cœlestem chorum,
Nupta felicissimo regi sæculorum. Amen.

Deo gratias.

LAYS BEATÆ VIRGINIS MARIÆ
dictata à sancto Bonaventura secundum literas
salutationis angelicæ, scilicet, Ave Maria,
clausulatim, in qua multis sacre
scripturæ locis ostenditur
figurata.

Ave cœleste liliū, aue rosa speciosa,
Aue mater humilium, superis imperiosa,
Deitatis triclinium, hac in valle lachrymarū,
Da robur, ser auxilium, o excusatrix culparū.
Virgo pia sine pare, Gabriele nunciante,
Quæ meruisti portare Chrm̄ statu sacro flate,
Virgo partu, post, & ante: refugium singulare,
Hac in vita vacillante, tuos seruos consolare.
Ecce super humanitas, q̄ sis virgo puerpera,
Scire nequit fragilitas, tantæ virtutis opera,
Fide transcendens athera, confiteſ & veritas,
Ex te m̄ Christifera, carnē sumpsit diuinitas.
Mater natum patrem, nata stella solem genuisti,
Increatum res creata, fontem riuus emisisti,
Vas figulum peperisti, virgo manens illibata,
Per te nobis m̄ Christi, est perdita uita data.
Almissima sunt viscera, quæ Dñi sunt conclaue,
Sãctissima sunt ubera, quæ suxit, & lac suaue,
Quo lactat: mater aue, q̄ regnas super sidera,
Perpetuæ mortis à vā nos, & à malo libera.
Rosa decens, rosa munda, rosa recens sine spina,
Rosa florens, & fœcunda, rosa gratia diuina,
Facta cœlorum regina: nō est, nec erit secūda.
Tibi, rei medicina nostris ceptis obsecunda.
In scripturis figurata, multis locis ostenderis,
Enigmatibus mōstrata, sacris vt patet literis,

Testamentorum veteris & noui iure prælata,
Mulieribus ceteris, super omnes eleuata.
Ante mundi originem te Dominus ordinauit,
Dum cœli latitudinem sapienter fabricauit,
Extitit sancta mēte cauit, p te matrē & virginē
Prothoplasti qui peccauit, expiare voraginē.
Gaude virgo, m̄ gaude, per te mūdus restaurat,
Cum ciibus cœli plaude, qui honor tibi dat,
Decus decēter soluāt, tibi maius omni laude,
Quia p te liberatur omnis homo facta fraude.
Figurata fuit per fontem, qui ascendebat
de terra, vt habetur Gen. 2. c.

Rigans mūdū nouo rore, noua prolis nouitate,
Noua facis, nouo more, cūcta, mira claritate,
Ex diuina bonitate fons ascendēs in honore,
Rigās terrā charitate, Dei crescēs in amore.
Figurata fuit per Lignum vitæ plantatum
in medio paradisi. Gen. 2. c.

Arbor & lignum vitale in paradisi medio
Plantaris spirituale, cuius fructus fruitio
Replet omnia gaudio, nunq̄ fuit, nec est tale,
Nec erit proculdubio, lignum ita cōmodale.

Figurata fuit per Paradisum rigatum à flu
uio voluptatis. Gen. 2. c.

Castra virgo te flauus uoluptatis irrigauit
Paradisi, dum filius Dei corpus habitauit
Tuū: terra tūc donauit nostra fructū vberius,
Et naturam reformauit nostrā Deus i melius.
In paradiso posuit Deus hominem filium
Suum, custodem posuit tuum corpus egregiū,
Per Gabrielem nuncium dum visitare voluit,
Redemptorem eximium nobis eum exhibuit.
Figurata fuit per Arcam Noë, per quā fuit
genus humanū tēpore diluuij conseruātū.
Gen. 6. & 7. c.

Arcam Noë fabricauit sed de lignis leuigatis,
Fabricatā subintrauit cum vxore & cū natis,
De parentibus beatis sibi matrē te formauit
Dñs, & à peccatis te subintrans conseruauit.
Figurata fuit p arcū quē dñs dedit noë. G. 9. c.

Pactum suū antiquitus Deus promissit patribus,
Arcum suū diuinitus ostendendū in nubibus,
Qui fœderis ē oibus signū pmissum cœlitus,
A Deo pax hominibus datur in eo penitus.

Labor & timor fugiunt Arcu mōstrato fœderis,
Spes & gaudiū veniunt peccatoribus miseris,
Qui de reatu sceleris flentes Arcū cōspiciūt,
Per pmissum de superis se cōsolatos sentiunt.

Est in Arcu caruleus color, qui virginittatis
Typum gerit, & rubeus etiam qui charitatis
Formā notat: puritatis tuæ demōstrat aqueus
Notam: & humilitatis quā elegit in te Deus.

Nubibus cœli cerneris Arcus, quē nos illuminas,
Refulgēs morū miseris exēpla cūctis seminas,
Hæretes oēs terminas, & hæreticos conteris,
In Christo quā geminas naturas simul cōgeris.
Arcus insuperabilis, Arcus potens, Arcus fortis,
Arcus dulcis, amabilis, Arcus patēs cœli portis
Post p̄sentis metā mortis nobis inenitabilis
Fac cōfortes tuæ fortis nos virgo venerabilis,
Figurata

Figurata fuit per Scalā, quā Iacob in som
nis vidit. Gen. 28. c.

Dormiens Iacob somnio Scalā vidit cōtingentē
Cœlum, cuius confinio Deum vidit innitentē;
Angelorū descendētē cētū vidit, promissio
Terræ sanctæ p potētē datur, & benedictio.

O Maria figuraris Scala, sed Scalā superas,
Ab Angelo salutaris, Deum hominē generas,
Super virtutes superas, p Angelos collocaris,
Genus humanū liberās, ergo lōgē plus bearis.

Figurata fuit per Rubum, qui ardebat nec
comburebatur. Exod. 3. c.

Mater tua virginitas, Rubo montis ostenditur
Oreb: cuius viriditas per ardorem nō vritur,
Sic nec tua corruptipiē virginalis integritas,
Dum ventre tuo iungitur humanitati dei tas.

Figurata fuit per Vas, in quo seruatum fuit
Manna. Exod. 16. c.

In Vase Manna positum vt seruetur, legitur,
Israelitis traditum neq; Vas Manna frangit,
In te Christus cōcipit uirgo p sanctū spiritū,
Neq; tuæ minuitur virginittatis meritum.

Nobis Manna mirificum seruasti mirabiliter,
Manna terminans typicū figuratū ueraciter,
In se misericorditer per illud Manna cœlicū,
Quod dabatur cōmuniter Israeli vaticum.

Vetustum Manna nouitas tuæ gratiæ terminat;
Figuratū antictas fugit, & lux illuminat, (tas
Noua quos lex discrimiat, noua cessat obicuri
Purgat, mūdāt, & elimiat antiq̄ noua claritas.

Summus artifex omnium te puidit uas nobile,
Vas dignū, vas egregiū, vas gratū, vas laudabi
Vas cūctis venerabile famulis, vt edultum (le,
Ministres delectabile, panemq; cœli ciuium.

Tu ministras hominibus verū panem Angelorū,
Tuis natū uisceribus pro salute peccatorum,
Hic est panis viatorū, q̄ nō est dādus canibus;
Qui est salus miserorū, p̄stans oibus panibus.

Ecce panis dulcissimus, ecce panis amplectēdas
Ecce panis p̄guissimus, ecce panis diligēdus,
Ecce panis recolēdus, ecce panis p̄optimus,
Cibus cūctis p̄ferēdus, & p̄ cūctis gratissimus.

Cibus iste nos reficit, recreat, & regenerat;
Et sibi mentem allicit, dirigit, & cōfœderat,
Omne bonū exaggerat, & oē malum abiicit,
Vincit, regnat, & imperat, auget, alit, & p̄ficat.

Viuus panis, & vitalis, vita, veritas, & vita,
Est hic panis immortalis, & bonitas infinita,
Quo refulget p̄monita noua sponsa spiritalis,
Synagoga definita perit, & vmbra legalis.

Manna cessat, & cœlitus nobis panis præponit,
Panis verus viuificus nobis de cœlo mittitur,
Christianis cōcedit solis panis hic mysticus,
Quibus cōius tradit uerus panis angelicus.

Figurata fuit p Virgam Aaron, q̄ habuit
fructum præter opus naturæ. Num. 17.

Beatus tabernaculo Moses Virgam posuit,
Aaron sed pro titulo sacerdotis quē fronduit,
Floruit, fructum habuit: euidenti miraculo,
Sacerdotis obtinuit ius Aaron in populo.

Ecce valde mirabilis res & miranda nouitas,
Florat siccitas sterilis, gignit sicca sterilitas,
Parturit Virge siccitas, fructū p̄fert, & fertilis
Efficitur sterilitas, non fuit ante similis.

Notat Virga florigera, quæ naturā non opere
Efficitur fructifera, sed puro Dermanere
Quod debebas cōcipere, virgo noua puer pa,
Nouū fructū parere, post pactum virgo libera.

Ergo verē virgo parēs, germinasti campi florē,
Dei patris verbi parēs, mūdū paris saluatorē,
Puritatisq; decorē non amittis, sordē carens,
Charitatis fundēs torē, quo rigat mūdus arēs.

Figurata fuit per Stellam & per Virgam, de
quibus prophetauit Balaam. Num. 24. c.

De Iacob exortura noua stella prædicatur,
Ex Israele nascitura virga nobis ostenditur,
Per q̄ Moab pcutit, te p̄significat hæc figura,
De q̄ virga p̄ducit Christus, mirante natura.

Ista stella clarissima quam non violat radius,
Luce nitēs purissima, crystallo fulgēs clarius,
Te significat uerius uirgo semper castissima,
Quā nō violat filius, nascēs ex te mūdissima.

Conspiciens virgo florida, ex Israele propheticē
Promissā virgo m̄rida, diceris virga mysticē
Egrediens de radice Iesse, potens & ualida,
Florē p̄fers mirificē uirgo mater, q̄ grauida.

Tu es uirga, tu es stella, tu es gratia fluuius,
Deitatis munda cella, genitrix cuius filius
Flos dñi, & radius, charitatis fundens mella,
Cœlo luctus superius mūdū seruās à procella.

Aue virgo fertilior uniuersis arboribus,
Aue stella fulgidior uniuersis sideribus,
Factis, dictis, uirtutibus, uniuersis præstantior
Creaturis: hominibus custos, & quies tutior.

Figurata fuit per Concham Gedeonis, de
qua habetur Iudicium. 6. c.

Tu Gedeonis rorida Concha cœlestis diceris,
Rore manans, & fluida lana cōpressa uelleris,
Diuini dono m̄heristu semp manes madida,
Solatium das miseris, sed terra manet arida.

Verus cœlestis fluminis tuā Conchā munditia
Ros repleuit, dū numinis sacri munere grā,
Plena solis iustitiæ, mater Dei, & hominis
Fis: flore pudicitie uernās matris & uirginis.

Figurata fuit per Domū domini, quā ædifi
cauit Salomon, & gloria Dei eam impleuit. 3. Reg. 6.

Impleuit Domum domini superni regis gloria,
Suo sacratam nomini, Salomonis industria,
Dum te superna gratia Gabrielis affamini,
Parentē uirgo Maria replet dicatam numini.

Notat hic dei filium Salomon rex pacificus,
Qui fecit thronū regi ū, vt hic artifex cœlicus,
Et nuncius angelicus præparauit hospitium,
Nostræ salutis pisticus, uerū deferens gaudiū.

Maria mater gratiæ, mater & fons bonitatis,
Mater misericordiæ, fons, & fames pietatis,
Triclinium deitatis, mater solis iustitiæ,
Perpetuæ claritatis confers lumen & gloriæ.
Figurata fuit per Abigail, quæ fecit pacem
inter Nabal & Dauidem. 1. Reg. 25.

Vxor

Vxor Nabal cū Pauidē pacem datis muneribus,
Nabal reformat solidē benignissimis p̄cibus,
Licet Nabal sermōibus, dicitis, factisq; solidē,
Meruisse doloribus vitam finire turbidē.
Larga Nabal conuiuia suo faciens tonfori,
Querēdo tēporalia, gula vacans & honori,
Cōparatur peccatori, dei dante conuitia
Seruis: vnde morte mori dicit p̄pter hęc conuitia.
Iste desiderabilis vultu David graciosus,
Rex nulli cōparabilis, manu fortis bellicosus,
Clemēs, pius, amorosus, Chrus est imutabilis,
Qui semper est gloriosus in sanctis & mirabilis,
Tu es Abigail sapiēs, David deferens munera,
Nabal & David faciens p̄cibus tuis fēdera,
Dum pia lacti vbera Chro dedisti nutrens,
Hinc peccatoris scelera tuis meritis leniens.
Regina virgo regia de genere David regis,
Dei mater & filia Xpm parens, Chrus regis,
Nostra mater nostra legis gaudiū, & laticia,
Agis p̄cōris fortis, decus, honor, & gloria.
In te sola spes figitur ois humani generis,
Per te sola destruitur Adā peccatū ueteris,
Vita portus es miseris, p̄ te salus acquiritur,
Nescit reatum sceleris, qui te deuote sequit.
Bonum est ergo subdere sese tuae seruituti,
Secundū te se regere, disponēdo se virtuti,
Nāq; tui serui tui per te possunt ascendere
Caelū, vitā assecuti, tecum semper & viuere.
Figurata fuit per Iudith, quā Holofernem
peremit & populū liberauit. Iudith. xiii. c.
Volens mundum sanctia principis assyriorum
Subicere nefaria manu collecta virorum,
Magnā plebem Iudaeorū obsedit in Bethulia,
In mortē mactam eorū mēte debachās ipia.
Sancta Iudith pro populo saluando se p̄parauit,
Nocte surgēs de lectulo, vocās Abrā, p̄parauit,
Holoferni p̄tauit, se pro gentis periculo,
Necans eū liberauit, ciues a mortis iaculo.
Est ciuitas Bethulia, quam obsidet dissensio,
Dæmonisq; perfidia, & haresis deceptio,
Coniuncta tuo filio, nostra mater Ecclesia,
Tuo tuta subsidio, munita tua gratia.
Tu es Iudith pulcherrima, quā liberas Ecclesiā
Holofernis acerrima, vt per diuinam gratiam
Hæresisq; perfidiam confutas,
Spem certissimam, fundens super familiam.
Benignus sapientia spiritus, & dulcedinis,
Consilij, scientia, timoris, fortitudinis,
Lumen diuini numinis, omnis genere gratia,
Te repleuit vt hominis causa sis indulgentia.
Figurata fuit p̄ Hester, q̄ Aman fecit suspē
di, & Mardocheū cū populo liberari, Hest. vii. c.
Edifica per connubium Assuero coniungitur.
Thalamū subit regiū, coronatur, p̄ficatur
Cunctis, Vasti deponitur, amittit regni solij,
Superba Vasti tollitur, Hester habet dominij.
Notat Hester cor humile, cor cōtritū humiliter,
Cor dulce, cor amabile, cor diligēs veraciter,
Cor cōtēplās sublimiter, vasti nota cor fragile
Exaltans se perniciter, superbū & indocile.

Ette quid est hūlius p̄ cūta mūdi Climata?
Dulcius, amabilius, destrūens cūcta Scismata?
Te sacra probāt Dogmata nil esse graciosius,
Sacra p̄bant Aenigmata te nihil esse mūdus.
Designat Hester igitur, te qua nunq̄ humilior
In creaturis legitur, tuisse, nec suauior,
Pulchrior, amabilior, dulcior nulla dicitur,
Et propter hoc sublimior, esse nulla te noscīt,
In Iudaeos inuidia seuit Aman p̄uerfitas,
Damnat eos perfidia, crudelisq; dolositas,
Mardochei benignitas, hester scribit euprepia,
Mutetur vt crudelitas, decreti regis impia.
Condolet Hester fratribus totius sui generis,
His auditis rumoribus, regē adit, qui fēderis
Signū dedit pestiferis, morti datis cōplicibus,
Daturatur Amā sceleris, eius notis criminibus.
Tu es Hester, perfidia Aman reprimēs grauitē,
Famulorū miseriam, exterminans benigniter,
Regi summo feliciter, desponsata per grām,
Coronata p̄cōriter, regiā tenes potentiam.
Verē notat inimici, Aman humani generis,
Dirū serpentē lubricū, iure pulsū de superis,
Condēnatū in inferis, acutatorē iniquū,
Quē tu calcas & cōteris, Deū reddis pacificū.
Sicut pupillā oculi, seruos seruas, seruo regis,
Tu solam es saculi, refugium tui gregis,
Sūma spōsa, sūmi regis, caput cōteris zabuli,
Tu es verus liber legis, tu Arca tabernaculi.
Flos vernalis, flos lilij, flos florū, decus virginū
Diceris, & auxiliij, fons plenus, cōstos hoīm,
Cuius attraxit dominum, & angelum cōsiliij,
Dulcis odor, vt terminū nobis daret exiliij.
Figurata fuit per Columbam, quā trulit ramū
ostuā Noē & filijs suis in Arcam: Et per
perticam, quā tulit serpentē anē in de
ferro. Gen. 8. Numerorū. 21. c.
Ramū ferens virentibus, ore Colūba p̄prio,
Folij fractuantibus, generali diluuiō:
Quos turbat vndatio, Noē natis cōiugibus,
Refouit eos gaudij, salutis intuitibus.
Vna Serpentē Perrica, deserto tulit aneum,
Vt si intus vis toxica, quēq; laeserat habreum,
Sanaretur videns eum, ope dei mirifica,
Propellente uipereū, uirus virtute mystica.
Colūba tu simplicior, omni tutrix humilium,
Salus hominū tutior, mundo tulisti gaudium,
Enixa dei filium: omni veneno fortior,
Medicina peccatiū, signo Serpētis promptior.
Figurata fuit p̄ Portam clausam, per quā
Vt nō transiit. Ezech. 44. c.
Tu es Porta quā clauditur, apertionis nescita,
De qua p̄pheta loquitur, hominū nulli peruita,
Qua dei sapientia ingreditur, & egreditur,
Semota violentia per egressum nō frangitur.
Virginitas est ianua, qua Cælis fulgens altius,
Cæst nō linquens ardua, Messias dei filius
Conceptus est: exterius carne tectus exigua,
Corpus sumēs p̄cētius, ex te virgo p̄cipua.
Sicut sydus perluit, infuso solis lumine,
Et eo eo lux emittit sine fideis fragmine,

Sic sine carnis crimine Chrus in te cōcipit,
Ex te manente virgine supernaturaliter orit.
Figurata fuit per Mulierem, quā vidit Ioā
nes Apoc. 12. c.
Vidit Ioannes mysticū signū quoddā mirabile,
Quod in caelo prophetici apparuit notabile,
Nunq̄ fuerat simile prophetis Aenigmaticū
Signū datū, quod vtile: p̄cedens ut mirificū,
Erat patens cœlestibus amicta solis lumine
Mulier, lunā pedibus supponēs, cuius culmine
Capitis pro tegmine: duodecim syderibus
Sertū fulgebat numine, suis plenis visceribus.
Nihil te magis proprie per istam intelligitur
Mulierē: quā serie propheta nobis panditur;
In te nanq; concipitur, & oritur iustitia
Verus sol, vnde orit regnum cœlestis curia.
Tuis luna supponitur pedibus, & militia
Cœli tota per te regitur, caput duodenaria
Patriarcharum gloria, qua per te benedicīt,
Et bysena victoria Apostolorum textitur.
Replecis plenitudine generis omnis gratia;
Totaq; multitudine virtutum & potentia;
Tu decus excellentia, tu lux carens fulgine
Culpa: tu splendor glorię mūdū decorās lumē.
In te totū perficit, quicquid uerbis prophetis
De te virgo p̄dicitur, & legis Aenigmaticis:
Sine quicquid angelicis tibi uerbis exprimitur.
Finitis uerbis typicis res manifesta cernitur.
Salua solamen hoīm, salua munda stella maris;
Salua purgatrix criminū, salua virgo singularis
Confortio carens maris, cōcipis, paris Dūm,
Tu lapis es angularis, q̄ das figuris terminum.
Tu supra cœli solium ad dexteram Dei resides,
Iuxta proprium silium cœli regina p̄sides;
Cōfirmās mētes desides, p̄stans eis auxiliū;
Et tuis seruis prouides impetrando subsidij.
Vbi nanq; sanctissima caro, quam Dei filius
Sūpsit ex te mūdissima: intronizatur celsius;
Creatis gloriosus, ratio vult certissima
Esse te non inferius, vel sede magis infima.
Ibi mater cum filio gaudes cœli patria;
Trinitatis confortio: creata super omnia:
Tua benigna gratia felicitatis gaudij
Nos coronat, & gloria, beatorūq; p̄mio. Amē.

ORATIO.

Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosa vir
ginis matris Marię corpus & animam, vt di
gnū filij tui habitaculum effici mereretur, Spi
ritu sancto cooperāte p̄parasti: da, vt cuius cō
memoratiōe letamur, eius pia intercessione ab
instantibus malis, & a morte perpetua & subita
nea liberemur. Per Christum.

ALIA ORATIO.

Deus qui beatissimam virginem Mariam ma
trem tuam in annunciatione, uisitacione, & af
sumptione multiplici gaudio letificasti, Tribue
quęsumus: vt eius p̄cibus & omnibus sanctis
tuis interuenientibus ad inestimabile gaudium,

quo nunc tecum sine fine gaudent, peruenir eme
reamur. Per Christum & c.
Has videas laudes, qui sacra virgine gaudes;
Et venerando piam studeas laudare Mariam;
Virginis intacta: dum veneris antē figuram,
Prætereundo caue, ne sileatur Aue,
Inuenies veniam, sic salutandō Mariam,
Aue maria gratia & c.
Vilis homo materia: surge de mortis tumulo;
Dū spes est adhuc venia, te subtrahe periculo;
Excute de puluere, dum opus est remedio;
Surge, curre pro brauiō, dū licet cōprehēdere;
Viam quærēs in inuio malorum reminiscere;
Ad patriam reuertere cum pœnitente filio.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS

Sancti Bonaventurae, Psalterium minus, quinquage
narum Aue beatę Virginis, in quo quilibet uersus
in numero, redolet aliquā de psalmo eiusdem numeri,
videlicet, primus uersus redolet psalmum primum,
secundus secundum, tertius tertium, & sic de alijs, ut
patet intuenti.

Prima quinquagena.

Aue virgo vita lignum, quā per henni laude di
gnū, saluo noto quod uouisti, mundo fru
ctum attulisti.
Aue cui sine fine reges astant & regina, tu regina
sæculorum, regum princeps, & regnorū.
Aue David germē iustū, ut uitalē Dei gustū, me
reamur experiri, fac de monte nos audiri.
Aue uirgo Deo digna, serua nos, & conliga luce
tuę faciei, & splendore uultus Dei.
Aue mater noui moris, nec cōceptu redēptoris,
neq; ortu deflorata, seuto Dei obumbrata.
Aue uirgo, quę suorem cōditoris, in amorē tua
forma conuertisti, uotis iram extinxisti.
Aue uirgo, quam saluator, renū testis & scruta
tor, quem non fallit nox erroris: laudat intus
atq; foris.
Aue uirgo plena bonis, gratiarum diues donis,
opus Dei digitorū, grande nimis & decorū.
Aue uirgo post & ante, pro me semper te pugna
te, uertat hostis mihi dorsum, & conuersus
stet retrorsum.
Aue porta libertatis: aula summe trinitatis: & fo
lōne Dei templum, salus orbis & exemplum.
Aue uirgo flos regalis, mulierum nulla talis, uer
ba cuius sunt argentum, lingua laudis instru
mentum.
Aue uirgo cui plaudo, tibi cāto te collaudo, bo
na mihi retribuētē, serua uirgo me canētem.
Aue uirgo Deo chara, pulchra suauis prudēs cla
ra, sola Dei salutare, digna mundo generare.
Aue uirgo uirtus mea, natam Deum posse deā,
ut in Arca Syon clarē nos concedat habitare.
Aue uirgo forma morū, cui Chrus rex cœlorū,
mundi curis expedita, notas fecit uias uitę.
Aue uirgo cuius ori, uoci uerbis & clamorū, Dei
aures inclinatę sunt, p̄standi largitate.

Aue

Aue virgo diligenda, laude cunctis preferenda,
radix sancta semen verum, flos & gemma mu-
nerum.
Aue cuius prouocatus, forma Deus Deo natus,
pugnaturus non expauit, sed vt gygas exul-
tauit.
Aue scala cælum tangens, ad te virgo clamo plā-
gēs, vt à malo stella maris, de Syō me tuearis.
Aue Iesse stirps beata, virgo voto non fraudata,
tui cordis & tuorum voluntate labiorum.
Aue cuius quæ nascetur claritatem gens loque-
tur, cuius honor non decreuit, & potestas fi-
nem nescit.
Aue digna oī laude, casta Dei mater gaude, &
admitte vota precū, vt sis virgo semper mecū.
Aue virgo cuius manus, non fadauit actus ma-
nus, sed ab omni prauitate, innocētes sunt ser-
uata.
Aue virgo speciosa, cuius quasi recēs rosa, spirat
caro, cor letatur, mens in bonis demoratur.
Aue virgo quæ iam audis, coram throno vocem
laudis, iube simul nos astare, Dei laudes enar-
rare.
Aue virgo rīpe moras, & ad oēs semper horas,
mihi custos & adiutrix, esto digna Dei nutrix
Aue virgo vernās flore, gustu cuius & odore, rur-
sum homo iuuenescit, & ad vitam reuiscit.
Aue virgo & appare, iube tecum nos regnare, &
ad Christum quō abili, post te trahē mater
Christi.
Aue virgo fauus mellis, cedit ecce sol cū stellis,
tui vultus claritati, tu decoris consummati.
Aue virgo finis iræ, purga culpas & largite, nos
peracto cursu mūdi, pro peccatis nō cōfundī.
Aue virgo pulchra visu, deprecor te toto visu, me
clamantem quotidie, mater audi piē.
Aue mater virgo tamē, posce semper sacrum fla-
men, ad munimen nobis dari, & à verbo nos
firmari.
Aue virgo ruga carens, da intacta Dei parens, ut
laus tua cum dulcore, meo semper sit in ore.
Aue mī expers viri, fac me dignū inueniri, quē
digneris adiuuare, noli virgo iam tardare.
Aue virgo vena munda, per te viui fontis vnda,
mihi semper irroretur, quō cor meum de-
ebrietur.
Aue virgo vitæ via, salue mūdi spes Maria, cuius
legem cor rimatur, os sophiam meditat.
Aue virgo mūdi decus, tibi cedens iudex æquus,
est oblitus iræ suæ, in aspectu formæ tuæ.
Aue virgo mūdi raris, da vt igni charitatis, de te
mihi semper crescat, cor amore incalescat.
Aue virgo lux astrorum, educ (quæso) vitiorū, lu-
tulenta me de fæce, pro me Deo fusa prece.
Aue virgo ac dignare, te laudantem me sanare,
à languore nimis graui, quem peccando com-
parauī.
Aue virgo da quod cernis, vt contempler in su-
pernis, epulantis turbæ sonum, & cantantis
antē thronum.

Aue virgo singularis, vera veri salutaris, & e-
missa lucis mater, cui Deus uerus pater.
Aue uirgo tu quietū, fac frementis mūdi fretū,
Iesus nauī toporatus, à te fergat excitatus.
Aue uirgo digna coli, quæ diuinæ tuæ proli, in fe-
stina claritate, vestis aīas deaurata.
Aue uirgo mundi lumen, quæ à patre uerbi flu-
men, tibi missum & infusum, effudisti præter
usum.
Aue uirgo mī agni, Iesu Chri regis magni, q est
pius & benignus, & honore summo dignus.
Aue uirgo formæ raræ, cuius vultus singulare, ut
sum iubar sunt mirati, reges celo cōgregati.
Aue uirgo ueta mentem, te laudando diligētē,
deputari inter reos, ubi mors depascet eos.
Aue ueris claritudo, tecū agri pulchritudo, quæ
fusa cæli rore, uernans orto saluatore.
Aue mater orphanorum, miserere miserorū, tol-
lens sordes & peccata, super niuem dealbata.

Incipit secunda quinquagena.

Aue uirgo primitiua, uirgo uerax ut oliua, quæ
diuini germen floris, attulisti nostris oris.
Aue schema clarum Dauid, mundus omnis clar-
mauit, sola Deum requisisti, nec ad probra
descendisti.
Aue uirgo noui uoti, posce bona mundo toti,
tuum omnes adiuuamen, sentiamus semper
amen.
Aue uirgo columbina, fac ut mundi de sentina,
illuc uolem datis pēnis, ubi quies est perēnis.
Aue uirgo da te duce, me uinorū frui luce, i qua
raptus ad superna, uita uiuam sempiterna.
Aue uirgo specialis, foue tuis me sub alis, sede
fruar ut amena, & quiete pace plena.
Aue decus puellarū, uirga Iudæ semē clarū, pris-
parens nata prolis, Dei domus aula solis.
Aue uirgo flos de spina, quod rogamus da regi-
na, surge nobis in occursum, præbe dextram
trahe sursum.
Aue uirgo lacte lota, pascere semper nos & pota,
deitatis fonte trino, de compunctionis uino.
Aue turris nostræ spei, esto uirgo memor mei, &
cantorem laudum harum, salua princeps fou-
minarum.
Aue uirgo sine dolo, cuius omnis spes i solo, crea-
tore semper mansit: nō in mūdo qui ptransit.
Aue uirgo caro cuius, ridens dapes uitæ huius,
solum Deum cōcupiuit, & eum mente sicuit.
Aue uirgo recti cordis, nec ullius unquā sordis,
inquinata fœditate, dono prolis illibata.
Aue salus ex Iudæis, uotis uirgo faue meis, ut in
Syon reddam illa, dum resurgam de fauilla.
Aue uirgo par argento, quæ pudoris detrimētō
igne mūdi non arsiisti: quæ illesa ptransisti.
Aue pares absq; pare, mater Dei deprecare, De-
um mihi misereri, & cum iustis me cenferi.
Aue uirgo Deo iuncta, te tollente mala cuncta,
uiæ meæ prosperent, res aduersæ secudentur.
Aue

Aue uirgo per quam uolens, pauper ille fit, & do-
lens, quo iubente dolor cedit, & paupertas re-
tro redit.
Aue uirgo Dei cella, quem pro nobis interpella,
placa natū ne moreris, q̄ repulsam nō ueris.
Aue norma castitatis, esto uirgo pro peccatis, ne
descēda ad tormentū, forte mihi firmamētū.
Aue uirgo uitę portus, porta clausa clausus hor-
tus, uellus clari Gedeonis, ueri thronus Salo-
monis.
Aue uirgo cuius lotus, pes peccādo nō ē motus,
ergo firma uacillātes, leua lapsus tene stātes.
Aue decus disciplina, stella lucis matutina, ueri
solis tu aurora, tu pro nobis semper ora.
Aue uirgo quā laudamus, da securi uideamus,
hora Christi iudicātis, & post semper iperātis.
Aue uirgo sed fecunda, firma uagos fecdos mū-
da, & qui aufert regum statum, regem nobis
fac placatum.
Aue uirgo Dei quies, tu antiquos mihi dies, &
per Enam quam amisi, redde lucem paradisi.
Aue uirgo q̄ torali, de secreto uentris casti, sup-
ora peccatorū, uerū panem Angelorum.
Aue tēplam impollatū, cuius mundo cor exutū,
nulla unq; seculari luce, quiuit inquinari.
Aue mundi medicina, misce potum & propina,
stetū mihi mensurate, pro peccati quāritate.
Aue uirgo flos Aestatis, tu diuinæ suauitatis,
mel & māna suscepisti, & hæc nob. porre xisti.
Aue uirgo fuga mortē, serua reos & in fortē, trāf-
fer Dei filiorum reparatix perditorum.
Aue uirgo admiranda, tibi nulla cōparanda, nul-
la talis in puellis, uniuersas tu præcellis.
Aue uirgo quæ de tristi, ualle stetus emeristi, or-
ta terris & in mare, de excelso rutilare.
Aue terra fructuosa, Iesu mī generosa, de qua
nobis modo mīro, uir processit sine uiro.
Aue grādis & pusilla, Dei mater & ancilla, tu re-
gina reginarum, honor cæli laus terrarum.
Aue uirgo mundi uita, tu cum nato da petita, ut
me Dei ciuitatis, ciuem esse faciat.
Aue uirgo dies festa, per se saluer à molesta pau-
pertate, qua laboro, mater absq; uiri thoro, &
Aue uirgo & latere, te in cælis imperare, gens
lingua omnis sciat, in æternum fiat fiat.
Aue uirgo cuius oris, de splendore conditoris,
splendor clarē resplicēde, lucet corpus, cor
clarefcit.
Aue uirgo decus rerū, te iubente me dierū, co-
mitetur longitudo, & salutis plenitudo.
Aue cedrus exaltata, uirgo palmę cōæquata, præ-
mēs arce dignitatis, cūcta ligna uoluptatis.
Aue uirgo q̄ decorē induisti, creatorē p̄cē inxi-
sti pulchrē Deū, carne munda uelans eum.
Aue uirgo gratiosa, tuq; mitis, & formosa, super
omnes es puellas, à te nunq; me repellas.
Aue uirgo uincens solem, cuius infans terræ mo-
lem, fundat, librat, & appendit, fines manu cō-
prehendit.
Aue uirgo uita recta, fac peccata nos perfedē,

confitendo decorari, da te semper uenerari.
Aue uirgo uellus roris, tu dilecta saluatoris, tu
cor habes hq̄ factum, ad ignitum Dei tactum.
Aue sponsa regis almē, psalla Deo uoce psalmi,
& ser opē quā pcamur, ne in culpa mortamur
Aue nubes pluuialis, quæ perusta mille malis, cor-
da nostra refecisti, quibus Deum infudisti.
Aue uirgo nec morare, surge portas referare,
quas obstruxit homo primus, ut intrare nos
possimus.
Aue uirgo quam inuisi, nulq; tangit hasta nisi, to-
ta fœlix, nec adusta, qualicunq; re iniusta.

Tertia quinquagesima.

Aue uirgo mundi sydus, domus, tectū, mons,
& nidus, ubi passer solitarius, Iesu Christe de-
moraris.
Aue uirgo delicata, mater uirum dedignata, p-
te datur uitæ dator, & perennis miserator.
Aue uirgo terra bona, tu perenti mihi dona, pa-
nē de te procreatū, uinū uera uite natum.
Aue mater Ioseph ueri, ab interna q̄ tueri, sem p-
fama nos dignetur, per te illud impetretur.
Aue uirgo ac p̄betō, unā mihi rem quam peto,
me in tuo salutari, ad salutem uisitari.
Aue uirgo fons signatus, cuius nunq; uiolatus, uē-
ter fudit redēptorē, oppressorum ereptorem.
Aue uirgo & implora, ut cor meū omni hora, p̄-
paratum lenē pronū, sit ad omne sem p bonū.
Aue uirgo uita datrix, ad te diues imperatrix,
clamo paup & egenus, & arūna multa plenus.
Aue uirgo & ne sinas, syon muros & ruinas, sine
nobis reparari, fac ad illam nos quadrari.
Aue uirgo cuius uultus, mores modus forma cul-
tus, cūcta placent ad perfectum, in te nihil
est neglectum.
Aue uirgo agni nupta, opto mater incorrupta,
larga nimis & fœlici, tua manu benedicta.
Aue uirgo naua mōdo, ne mergamur in p̄fun-
do, tu deporta nos ad portū, ad æterni so-
lis ortum.
Aue uirgo quā sincero, sem p esse corde spero, ut
te meæ protectricē, credo Dei genetricem.
Aue uirgo latabunda, p te uiuā cum iucūda, ele-
ctorum conelone, in uiuorum regione.
Aue uirgo uirens salix, fauus una fons & calix, q̄
pphetę p̄thoplasti, nec ar orbi propinasti.
Aue uirgo uirga fesse, dona nobis tecū esse, ut af-
fectu quo debemus, in æternum te laudemus.
Aue uirgo Gloriosa, fac uirtutem uirtuosa, & me
iube semper frui, uisione uultus tui.
Aue uirgo meq; doce, intus sono sine uoce, boni-
tatem disciplinam, & scientiam diuinam.
Aue uirgo tota lenis, salues oro me à pēnis, gra-
uis huius incolatus, & æterni cruciatu.
Aue parens absq; neuo, ad te cor & uultū leuo, vt
me quoq; cōsoleris, quæ cūctorū misereris.
Aue uirgo lux iustorum, tu cōuexa superorū glo-
riante introisti, & ut regnes referisti.
Aue cui dominator, rex cælorum habitator, in
ccc perenni



SERAPHICI DOCTORIS SANC. BONAVENTURAE.

DECLARATIO TERMINORVM THEOLOGICAE.



Q. Mnipotens. Deus pater filius spiritus sanctus unus est Deus: nam in unitate natura numerali est realis pluralitas personarum, quarum prima scilicet pater a nullo est producta, nec producibilis, nec genita, nec generabilis, nec spirata, nec spirabilis, nec creata, nec creabilis.

Diuisio personarum

perenni dedit iure, omnis scepra creatura. Aue uirgo bndicta, qua no traxit ad delicta, terti iste torrens uanus, ros decurrens flos mundanus. Aue syon mons sublimis, eleuata uirgo nimis, & in coelis principatu, ius usurpas & primatum. Aue uirgo qua pflauit, & perfando fecundauit, auster fructu spiritali, Christo flore uirginali. Aue plena gratiarum, domus septem colunarum, Dei manu fabricata, nec ab eo uiolata. Aue palmes uitae uerae, bona syon me uidere, cunctis uirgo fac diebus, ut abundem laetis rebus. Aue uirgo maris stella, dona uires, doce bella, fac me dote preliari, & ne finas expugnari. Aue uirgo spes humana, praeme uentos fluctus plana, ut euectis mundi undis, emergamus de profundis. Aue uirgo cuius sensus, nunq fuit deprehensus, arroganter eleuari, aut iniuste gloriari. Aue uirgo diua poli, cuius Deus sibi soli, habitadum cor elegit, & libenter ibi degit. Aue uirgo uas unguenti, iam in oram uestimenti, unctioem qua a bndas, supplicamus ut infundas. Aue uirgo que ad pura, ad colendum precu thura, Deo manus extulisti, cui mater exististi. Aue uirgo pia tota, da ut me te deuota, & amore semper puro, laudem nunc & in futuro. Aue caelum spiritale, summum intellectuale, tu mons ille non incusus, tu coelestis paradysus. Aue mater uirgo uera, doce mente me sincera, syon semp recordari, no de mudo meditari. Aue noui mater Adam, cuius precor ut euada, si me iusta uitione, pro me reddas rationem. Aue mater pietatis, p te nostrae coecitatis, uox ut dies illustretur, malum omne propulsetur. Aue digna praedicari, non me finas supplatari, & ne ruant ad excessus, meos uirgo rege gressus. Aue uirgo cor ornatum, ueta (sso) ne peccatum, uerbis parem excusare, doce lingua refrenare. Aue uirgo da post luctum, mudi huius hinc educu phabi uultu clariora, me uidere Xpi ora. Aue regu alta proles, tu me uirgo sicut soles, ad te salua fugientem, serua tibi proidentem. Aue arbor miru culta, uirga pollens laude multa, in qua Deus cum descendit, foedum nihil deprehendit. Aue uirgo qua laetasti, suaue lumen quod gustasti, & in coelo mete fixa, stella sole es enixa. Aue botrum feru uitae, p qua pulsa mundi sitis, lux e coecis restaurata, & libertas uictis data. Aue felix in septenas, sparsa stellas quas serenas, Christiani orbis rura, luce nunq occasura. Aue reru potens diua, mente Dei tu coniuua, tu medulla da frumeti, tecu mihi discumbenti. Aue tota dealbata, uirgo cui coparata, luna nigra reputatur, sol cum stellis oblectatur. Aue uirgo que lataris, & exultans gloriaris, da uirtutum tot unguentis, in cubili tuae mentis. Aue sydus principale, alma Dei mater uale, in aeternu eternoru, digno sono cymbaloru. Am.

Secunda persona. scilicet filius est genita a patre naturali productione, naturali fecunditate intellectus per memoriam. Tertia persona. scilicet spiritus sanctus est spirata a patre & filio, non genita, nec creata, sicut nec secunda persona est creata, nec spirata. Essentia autem diuina est summe una. i. nullo modo diuisibilis in plures essentias. Secundo est summe simplex, id est non composita ex multis rebus distinctis a se inuicem re, nec componibilis cum rebus a se re distinctis, sed quicquid est in ea, p p sui infinitatem est una res cum ea. Tertio, est immensa. i. ipsa per se ipsam est praesens omni rei & persona per ipsam operatur in omni re, & manenet, & intelligit omnia. Quarto, est aeterna. i. non inceptit, nec desinet, simul & semel omnes perfectiones indiuisibiliter continet. Quinto, est incommutabilis, id est nec substantialiter, nec accidentaliter mutabilis, nec generabilis, nec corruptibilis, nec aliquo modo pfectibilis, uel delectibilis. Sexto, est necessaria. i. ipsa non potest non esse, nec aliquid ab eo deficere, & omnis sua actio est ipsa essentia, & necessaria, licet terminus actionis diuinae ad extra non sit necessarius. Septimo, est prima. i. est radix & fundamentum emanationum, & personarum, proprietatum, & omnino prima entitas, inter omnia entia, & in diuinis, & creaturis. Octauo in ea est summa fecunditas. i. memoria perfecta ad producendum personam utranque. Nam memoria quam dicunt intellectuam, naturam Dei dicitur cum intellectu, quae foecunda est respectu uerbi. Sed memoria quam dicunt spiratiuam, naturam Dei dicitur cum uoluntate, quae est foecunda respectu spiritus sancti. Nono, est in ea summa charitas, id est una numero uoluntas in tribus personis, & per consequens eadem uoluntio, & uoluntio idem. Decimo, est in ea summa liberalitas, id est comunicabilitas suae essentiae, & omnis infinitae perfectionis in deitate ipsis personis, & suae bonitatis, & influentiae in creaturis omnibus rebus productis. Undecimo, est in ea summa aequalitas, id est perfectio patris non est maior, nec minor perfectione filii, similiter & spiritus sancti, nec filius est perfectionis maioris, uel minoris quam pater

pater & spiritus sanctus. Idem dicendum de spiritus sancto respectu patris & filii, nec est deitas alia in filio & spiritus sancto quam in patre, nec econuerso, nec est potestas alia in patre quam in filio, & spiritus sancto, nec maior nec minor. Nec est duratio siue aeternitas maior, uel minor in patre, quam in filio & spiritus sancto. Duodecimo est in ea summa germanitas. i. natura, & essentiae est summa unitas. scilicet numeralis in tribus personis, similiter & talis unitas est in omni perfectione essentiali in tribus personis, non autem in omni proprietate notionalis. Tertio decimo, est in ea summa conformitas. i. essentialium proprietatum summa unitas, & identitas, & nulla diuersitas, uoluntatis concordia, nulla discordia, si saltem debet dici discordia, operationum ad creaturas indiuisibilitas, & omnium effectuum similis producibilis. Quartodecimo, est in ea inseparabilitas. i. personarum simul in existendo, & ubique praesentiam exhibendo, & omnia operando. Emanationes duae sunt diuinae. scilicet generatio, & spiratio. Generatio, est productio substantifica per modum naturae. Spiratio, est productio substantifica per modum uoluntatis. Tres hypostases. i. supposita, uel personae sunt in diuinis. scilicet pater, & filius, & spiritus sanctus. Sequuntur quatuor relationes. scilicet paternitas, filiatio, processio, spiratio. Sequuntur etiam quinque notiones. scilicet paternitas, filiatio, processio, spiratio. Paternitas, est generatio actiua. Filiatio, generatio passiua. Processio, est spiratio passiua. Spiratio, est spiratio actiua. Innascibilitas, est proprietates nobilitatis. scilicet nullo produci. Proprietas personalis, est qua persona proprie & principaliter innotescit. Et sunt tres. scilicet paternitas, filiatio, spiratio passiua. Notio, est qua persona innotescit, ut distinguitur ab alia. Innascibilitas, innotescit patrem principaliter per modum negationis, & ex consequenti per modum positionis. i. fontalis plenitudinis. Filius dicitur Imago, in quantum expressa similitudo patris. Filius dicitur uerbum, in quantum est similitudo expressiua. Filius dicitur filius, in quantum est similitudo hypostatica. Secundo dicitur filius dicitur Imago, ut similitudo conformis. Dicitur uerbum, ut similitudo intellectualis. De filio, ut similitudo connaturalis. Spiritus sanctus, dicitur donum, ut datum uoluntariu & praecipuum. Dicitur spiritus, ut datum uoluntarium, & primum. Dicitur charitas patris & filii, ut datum hypostaticum. Praedicamenta quinque; ultima non sunt in Deo, quia pertinent proprie ad corporalia. Praedicamenta quinque; ultima attribuuntur Deo figuratiue. Praedicamenta quinque prima secundum id quod est completio in eis, sunt in Deo, & reducuntur ad duo, scilicet substantiam, & relationem. Ideo dicuntur duo modi praedicandi in diuinis, scilicet per modum substantiae & relationis. Praedicare per modum substantiae est praedicare de

De praedicamentis in Deo

omnibus personis simul, & sigillatim, & singulariter. Praedicare uero secundum relationem, aut est non dici de omnibus, aut si de pluribus pluraliter dici. Essentia diuina, dicitur essentia, in quantum comunicabilis in abstracto, sed de substantia, in quantum comunicabilis in concreto. Sunt quinque modi dicendi simul, & querendi in diuinis. Quis ratione personae, quae ratione hypostasis, quae ratione notioem, quod ratione substantiae, quid siue quo, ratione essentiae. Habitare Deum in nobis, est effectum spirituum lem causare in nobis, cum acceptationes per charitatem qua Deus nos habet, & habetur a nobis, tota Trinitas autem inhabitat in homine. Deum apparere, est in signo sensibili expresse significari, ut spiritus sanctus apparuit in linguis igneis & columba. Deum descendere, dicitur utranque; scilicet inhabitare uel apparere. Deum mitti, est cum utroque praedicto aeternaliter produci. Deum sedere in beatis, est glorificare beatos. Appropriare aliqua personis diuinis, est ipsa, communia omnibus personis ad notitiam propriorum personarum facientia, alicui personae attribueretur patri unitatem, aeternitatem, principatium, omnipotentiam. Filius ueritatem, speciem, exemplationem, omni scientiam. Spiritus sancto bonitatem, usum, finem, uoluntatem. Unum, est ens indiuisum in se. Verum, est ens intelligibile. Bonum, est ens communicabile. Deus, est omnipotens, non potest actus culpabiles, ut mentiri, nec actus penales in se recipere ut timere, nec corporales ut dormire, nec inconuenientes, ut facere aliquid maiore se. Est inquam Deus perfectus, uerus, & proprie omnipotens, id est potens omnia, quae sunt alicuius potentiae, & potentiae complere. Potentia completa, est, quae non potest deficere, nec succumbere, nec indigere. Potentia incompleta, quae potest in peccando deficere, in patiendo succumbere, in corporali actione indigere. Potentia diuina, est quae necesse est de nihilo, nec sub aliquo, nec eger aliquo, nec culpabilia potest, nec penalia, nec materialia. Sapientia Dei, est illa, qua limpidiissime Deus cognoscit omnia bona, mala, praeterita, praesentia, & futura, actualia & possibilis, & per consequens, est infinita, & incomprehensibilis nobis. Sapientia Dei, dicitur scientia, in quantum est cognitio omnium possibilium. Dicitur uisio, respectu omnium actualiter existentium. Dicitur approbatio, in quantum est respectu bonorum. Dicitur praesentia, in quantum est respectu futurorum. Dicitur dispositio, in quantum est respectu fiendorum ab ipso Deo. Dicitur praedestinatio, respectu praemiorum. Dicitur reprobatio, in quantum est respectu damnandorum. Dicitur lux, in quantum est ratio cognoscendi omnia. Dicitur speculam, in quantum est ratio cognoscendi uisa & approbata. Dicitur exemplar, ccc 2 inquan-

Potentia duplex.

Sapientia multipliciter dicta.



DECLARATIO TERMINORVM

inquantum est ratio cognoscendi praxiua & disposita. Dicitur liber uite, inquantum est ratio cognoscendi predestinata. Sapientia Dei, est liber uite, respectu rerum ut redeuntium exelplat, ut exeuntium speculum, ut euntium lux, respectu omnium. Ad exemplar spectat idea secundum actum praxiuidendi. Verbum secundum actum proponendi. Ars secundum actum proficendi. Ratio secundum actum proficendi.

Simplex Dei notitia, est, qua cognoscit Deus bona & mala, quae sunt, fuerunt, & erunt, & possunt esse, quae etiam nunquam erunt. Notitia uisionis, est qua cognoscit Deus omnia mala, quae sunt, fuerunt, & erunt. Notitia approbationis, est qua cognoscit tantum bona, quae sunt, fuerunt, & erunt. Voluntas Dei, dicitur ratione regulata prouidentia, qua omnia quae in uniuerso fiunt, irreprensibiliter gubernantur. Deus, est causa efficiens, mundi ratione cuius est in creatura unitas, modus, & mensura. Deus, est causa exemplaris mundi, ratione cuius, est in creatura ueritas, species, & numerus. Deus, est causa finalis mundi, ratione cuius est in creatura bonitas, ordo, & pondus. Liber intrinsecus scriptus, est Dei aeterna ars, & sapientia. Liber foris scriptus, est mundus sensibilis. Obedientia mera, est, quando praecipuum ex se solum obligat, non ex aliqua alia causa. Ordo Angelorum secundum Greg. est multitudo coelestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiae simulantur, sicut & in naturalium donorum munere conueniunt. Hierarchia diuina, est ipsa Trinitas in creatura. Hierarchia angelica, est Angelorum multorum habitudo ad inuicem in scientia, actione deiformitate, illuminatione, & in Deum ascensione. Hierarchia ecclesiastica, est rerum sacrarum, & rationalium ordinata potestas, debita in subditis retinens principatum. Angelus, est substantia incorporea, intellectualis, semp mobilis, arbitrio libera, Deo seruientes, gratia non natura immortalitatem suspiciens. i. annihilationem, quia incorruptibilitate proprie habet ex natura. Anima, est substantia spiritalis corpori, ut forma reatrix, & unificatrix accommodata, & ad aeternam beatitudinem principaliter ordinata. Sensualitas, est potentia animae, quae sensibiliter corpus, & mouet, & appetit delectabilia corpori, & refugit nociua. Sensus, est illa uis animae, qua homo cognoscit res corporeas praesentes. Imaginatio, est illa uis animae, qua intuetur res corporeas absentes. Ratio, est illa uis animae, qua anima inter bonum & malum, inter uerum & falsum discernit infra se. Intellectus, est illa uis animae, qua anima apprehendit res immateriales, & intelligibiles. Portio animae superior, est ipsa anima, inquantum respicit superiora. Portio animae inferior, est ipsa anima, inquantum respicit inferiora. Sensus communis, est in quo omnes sensus particulares concurrunt. Phantasia, est uirtus animae sensitua, quae componit

Portio animae duplex.

formas nouas, secundum similitudinem formarum a particularibus sensibus receptorum. Acstimatiua, est illa uis animae, qua dicimus esse sagacitatem in brutis, ut in uulpae. Memoria, est illa uis, quae conseruat formas sensibiliu specierum. Motiua sensitua, est uis, qua anima singula membra corporis mouet. Intellectus speculatiuus, est ille, qui exercetur in speculatione ueritatis. Intellectus practicus est ille, qui exercetur in operatione boni. Vis animalis, est illa, qua animal corporea obiecta cognoscit & appetit.

Vis uitalis, est uis motiua aeris, in corpore animalis per arterias. Unde uis naturalis, est illa, qua corpus animalis nutritur, & conseruatur species. Vis generatiua, est illa, qua conseruatur species. Nutritiua, est illa, qua conseruatur indiuiduum. Oraculum, est cum in somnis apparet aliqua grauis persona, ut Deus, sacerdos, uel parens, denuncians aliquid euenturum, uel non faciendum, uel uitandum. Visio, est cum id quis uidet, quod euenit sicut apparuit. Somnium, est figuris tectum, & sine interpretatione intelligi non potest. Infomnium, est, quod id quod uigilantem fatigauerat, se ingerit dormienti.

Phantasma est, quando uix dormire coeperit quis, & uigilare se existimat, & uidetur aspiceret irruentes super se, uel passim uagantes formas, discrepantes & uarias, laticas & turbulentes.

Imago Dei in natura rationali, est similitudo expressa, tamen deficiens in aliquo trinitatis increata, consistens in memoria, intelligentia, & uoluntate. Libertas a coactione, est facultas rationis, & uoluntatis, coarsurgens ex deliberatione praecubula, & uoluntate adiuncta, & dicitur liberum arbitrium.

Causa, est principium productionis. Ratio causalis, est regula dirigens ipsum efficiens in productione, quae regula, est idea in Deo, in creatura forma naturalis. Rationes causales, sunt formae ideales. Rationes seminales, sunt formae naturales. Ratio primordialis, est ratio causalis, tamen cum respectu ad Deum, ut primum principium.

Vestigium Dei, est creatura, ritans Deum in rationibus omni creaturae coibus, ut est unitas, ueritas, & bonitas. Similitudo, est conformitas Dei gratuitis, ut fide, spe, charitate. Imago creationis consistit in tribus potentijs animae, & unitate substantiae, ita, quod memoria representat patrem, intelligentia filium, & uoluntas spiritum sanctum, & unitas substantiae repitatur unitate diuinae essentiae. Imago re-creationis consistit in tribus uirtutibus theologis, & unitate gratiae grati facientis, ita, quod fides repitatur filium, spes patrem, charitas spiritum sanctum, unitas gratiae, unitate essentiae. Imago glorificationis consistit in tribus doctoribus, & unitate gloriae, ita, quod aperta uisio representat filium, secreta uisio repitatur patrem, perfecta dilectio spiritum sanctum, unitas gloriae representat unitatem essentiae. Malum, est priuatio modi, speciei, & ordinis. Nam creatura comparatur ad Deum in ratione effectus causae efficientis formalis, & finalis, & ratione primi hae ratione modi,

modi, ratione secundi habet rationem speciei, ratione tertij habet rationem ordinis. Malum culpae, est carentia debita honestatis. Malum poenae, est abstinentia debita delectationis cum sensu sui contrarij. Malum pugnae, est culpa Diabolo instigando, & est poena iusto in repugnando. Malum secundum se & in se, est, quod nullo modo potest bene fieri, ut odium Dei. Malum in se siue in genere, quod aliquando potest bene fieri, ut occidere hominem. Malum ex circumstantia, est malum, quod in se est bonum, tamen propter aliquam circumstantiam annexam fit malum. Tentare, est probare.

Peccatum originale, est carentia debita iustitiae per inobedientiam Adae facta, quam comitatur carentia uisionis diuinae. Peccatum actuale, est carentia debita iustitiae, facta per inobedientiam propriae uoluntatis. Peccatum ueniale, est amor uoluptatis in creatura citra Deum.

Peccatum mortale, est inobedientia mandatorum diuinorum. Delictum, est transgressio preceptorum affirmatiuorum. Commissum, est transgressio preceptorum negatiuorum. Praecipuum affirmatiuum, est, quod ordinat quid debeat fieri. Praecipuum negatiuum, est, quod ordinat quid non debeat fieri. Ignorantia negationis, est simpliciter aliquid non scire, sicut brutum non scit Deum. Ignorantia priuationis, est ignorare aliquid, postquam sciri potuit, & tenebatur scire. Ignorantia dispositionis, est non scire ueritatem, & cum hoc tenere oppositam falsitatem. Ignorantia simplex, est nescire, quae tenetur homo scire, facit tamen aliquid se non sufficienter. Ignorantia crassa siue supina, est nescientia eorum, quae tenetur scire, & non uelle aliquem labore subire, ut sciat. Ignorantia affectata, est nolle scire ea, ad quae tenetur.

Peccatum cordis, est transgressio legis diuinae per inordinationem intrinseci motus mentis. Consensus, est nutus uoluntatis spontaneus. Conscientia, est naturale iudicatorium quid faciendum, uel non faciendum sit. Perplexitas, est inuolutio inter opposita, ita quod uidetur semper uergeri in peccatum, quamcumque partem eligat. Contentio, est ueritatis impugnatio, cum confidentia clamoris. Mendacium, est falsa signatio uocis, cum intentione fallendi. Iurare, est Deum inuocare in testem suae locutionis. Perjurium, est mendacium, iuramento firmatum. Adulatio, est sermo laudis, alieni exhibitus, intentione placendi. Maledicere, est alicui plagas, uel poenas, uerbo operatione imprecari. Detractio, est famae alienae denigratio. Peccatum operis, est transgressio legis diuinae, per inordinationem extrinseci motus. Superbia, est amor, uel appetitus propriae excellentiae. Inanis gloria, est amor laudis proprie propter excellentiam apparentem. Inobedientia, est uoluntas fingens minorationem potestatis, nolens subiacere superioribus in debitis. Iactantia, est uolun-

Peccatum simplex

Peccatum simplex

Peccatum simplex

Peccatum simplex

Peccatum simplex

tas propter apparentiam, propriam potestatem ostendens. Hypocrisis, est uoluntas per speciem sanctitatis, se simulans fallaciter in aperto, & uiliter agens in occulto. Inuidia, est dolor, uel odium felicitatis alienae. Odium, est uoluntas affectans proximo malum, ut careat bono, quod ipsum odientem contristat.

Suffragatio, est uoluntas loquendi, semper inans discordias inter fratres. Ira, est motus, & feruor sanguinis circa cor, ex euaporatione fellis, propter appetitum uindictae. Felicia passio, est subitus animi motus, impatiens lesionis.

Mania, est manens ira. Cotus, est obseruatio opportuni temporis ad uindictam. Rixa, est audax uoluntas uindictandi, in iniuriam facti procedens. Contumelia, est uoluntas uindictans, per exprobrationem malorum. Blasphemia, est uoluntas se uindictans, per obprobrium Deo uel sanctis illatum. Acedia, est tardium operandi bonum. Pusillanimitas, est uoluntas immoderate metuens grauedinem, in aggressu agendorum. Desperatio, est uoluntas grauedinem reprimens, de adiutorio ad perficiendum bonum diffidens, siue de remuneratione diuina diffidens. Torpor, est uoluntas grauedinis impatiens, tepida ad explendum inchoata. Auaritia, est amor immoderatus habendi. Prodigalitas, est superfluitas, quae dat non danda. Furtum, est auaritia rapiens, uel retinens rem inuito Domino.

Rapina, est auaritia, uolenter occupans rem alienam. Usura, est auaritia, acquirens per mutuum aliquid praeter sortem. Simonia, est auaritia, studiose appetens uendere, uel emere spiritualia, uel spirituali annexum. Proditio, est uoluntas per deceptionem domesticorum acquirendis inhians. Fallacia, est uoluntas per uerba decipiens proximum, causa lucrandi. Fraus, est uoluntas profectum proximi decipiens, propter terrenum emolumentum. Gula, est immoderatus amor edendi. Luxuria, est concupiscentia nimia experienda uoluptatis. Peccatum ignorantiae, est ommissio debita scientiae. Peccatum ex ignorantia, est peccatum quod committitur ignorantem, & si non fuisset ignorantia, non fuisset commissum. Peccatum ex industria, est auersio uoluntatis a lignatis a summe clemente Deo. Peccatum ex infirmitate, est auersio uoluntatis male humiliata, uel male in amore accensae. Peccatum in Deum, dicitur impietas. Peccatum in proximum, dicitur iniquitas. Peccatum in seipsum, dicitur impunitas. Idolatria, est falsa & superstitiosa protestatio maiestatis diuinae in idolo. Apostasia, est temerarius a statu fidei, uel obedientiae, uel religionis recessus. Schisma, est illicita dissensio eorum, inter quos debet esse unitas. Heresis, est recessus a uera fide. Diuinarium, est supstitiosa uestigatio praesentiae futurorum. Nigromantia, est diuinarium facta in caeteris mortuorum. Geomantia, est diuinarium facta

Peccatum simplex

Peccatum simplex



in terra. Idromantia, est diuinitio facta in aqua. Aeromantia, est diuinitio facta in aere. Pyromantia, est diuinitio facta in igne. Maleficium, est mulierum opus, uel ligatura alicuius rei, in damnum, uel commodum alicuius hominis. Sortilegium, est diuinitio per sortes. Augurium, est diuinitio per garrus, uel gestus auium. Praestigium, est per quod diabolicis illusionibus oculi hominum perstringuntur, ne possint cernere uerum. Hypocritis, est uelle uideri, qualis non est. Gratia, generaliter dicitur adiutorium diuinum, creaturae liberaliter, & gratis impensam, ad quencunq; actum indifferenter. Gratia gratis data, est adiutorium diuinitus datum, ut quis praearet se ad suscipiendum spiritus sancti donum, quo perueniat ad statum meriti. Gratia gratum faciens, est adiutorium diuinitus datum ad merendum. Fides, est habitus, quo creduntur ea, quae non uidentur. Spes, est uirtus, qua spiritalia & aeterna bona cum fiducia expectantur, propter confidentiam meritorum praecedentium, & gratiam diuinam. Caritas, est uirtus, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum. Amor, est naturalis affectio communis rationalibus, & irrationalibus. Dilectio, est affectio rationalium & intellectualium. Prudentia, est notitia eorum, quae sunt agenda, & eorum quae sunt uitanda. Memoria, est notitia praeteritorum, ut praeterita sunt. Intelligentia prudentia, est notitia praesentium. Providentia, est notitia futurorum. Circumspectio, est cautela contrariorum uitiorum. Cautio, est discretio uirtutis a uitio, speciem uirtutis praeferente. Docilitas, est prudentia erudiendi imperitos. Temperantia, est domatio libidinum & omnium malorum motuum, Deo hominem incorruptum conseruans. Continentia temperantiae, est regimen cupiditatis, per consilij gubernationem. Clemencia, est uirtus, per quam animus in odium alicuius temere concitatus, benignitate remittitur. Modestia, est uirtus, qua pudor honestatis comparatur puram & stabilem auctoritatem. Verecundia, est obseruatio honestatis in gestu, & uerbo. Fortitudo, est magnarum reru in appetitio, & humilium contemptio, & cum humilitate laborum persectio. Magnanimitas, est difficultium spontanea & rationalis aggressio. Fiducia, est certa spes animi perducendi ad finem rem inchoatam. Securitas, est habitus, secundum quem imminentes incommoditates, & rei inchoatae affines non formidantur. Magnificencia, est magnarum reru & excessarum, cum animi multiplicitate & splendidissima propositione cogitatio, atq; administratio. Constantia, est stabilis in bono perseverantia. Patientia, est equanimis malorum tolerantia. Fidentia, est in magnis & honestis firma fiducia, & tuta collocatio. Perseuerantia, est finalis permanentia in bono. Iustitia, est uirtus qua sibi, Deo & pro-

Gratia multiplex

ximo quod suum est tribuitur. Seueritas, est uirtus debito supplicio coercens iniuriam. Liberalitas, est uirtus beneficiorum erogatrix. Latria, est cultus soli Deo debitus, qui sit fide, spe, & charitate. Dulia, est seruitus creaturae debitus. Iperdulia, est seruitus, uel cultus excellentibus creaturis debitus. Reuerentia, est uirtus, qua personis grauibus, & praetione, uel officio sublimatis, debitus cultus reuerentiae impenditur. Pietas, est uirtus, qua consanguineis, & patri beneuolis diligens cultus impenditur. Gratia iustitia, est beneficia iugi memoria recordari, & possibiliter rependere. Vindicatio, est uirtus, qua omne iniustum repellit, & debite punitur. Obseruantia, est uirtus, qua superiores honorifice tractantur. Veritas, est uirtus, qua rebus cor & uerba concordare iudentur. Innocentia, est animi puritas abhorrens omnem illationem iniuriae Deo, sibi, & proximo. Amicitia, est dilectio alicuius proximi propter bonum ipsius proximi. Concordia, est uoluntatum, & actionum conformitas. Misericordia, est compassio miseriae, & indigentiae proximi. Disciplina, est conuersatio honesta, cui parum est non agere malum, sed studet in bonis suis actibus irreprehensibilis apparere. Obedientia, est obtemperatio uoluntati superioris secundum regulas legis diuinae uel humanae. Aequitas, est amor aequalitatis in his, in quibus aequitas esse debet. Contemplatio, est clara & libera perspicacia ad cognoscendum diuinam sapientiam, & propriam & naturalem possibilitatem. Oratio, est ascensus mentis in Deum, siue est expressio desiderij directi in Deum ad bonum adipiscendum, uel malum remouendum, formata per uerbum interius & exterius. Sacramentum, est materiale elementum oculis subiectum, & similitudine representans, institutione significans, significatione gratiam conferens. Baptismus, est trinctio corporis exterior facta, sub forma uerborum praescripta. Confirmatio, est signatio hominis baptizati in fronte, facta ab Episcopo ad roborandum hominem in fide. Eucharistia, est uera & realis praesentia corporis, & sanguinis Christi sub speciebus panis, & uini. Penitentia, est absolutio hominis peccatoris penitentis a sacerdote, clauae non errante, poenam aeternam in temporalem diuina auctoritate commutante. Vinctio extrema, est unctio hominis infirmi a sacerdote, in remissionem uenialium peccatorum. Ordo, est signaculum, quo spiritalis potestas traditur ordinato. Matrimonium, est uiri mulierisque coniunctio maritalis, inter legitimas personas, indiuinam uitae consuetudinem seruans. Praemium substantiale, consistit in uisione, fruiione, retentione unius summi boni. Praemium consubstantiale, consistit in gloria corporis. Praemium accidentale, consistit in quodam decore speciali superaddito, & de aureola rea est

Primum multiplex

rea est ipsa beatitudo substantialis. Aureola est gloria incorruptionis secundum profectum trium uirium anime in carne operantium. uis irascibilis, concupiscibilis, & rationalis. Aureola uirginum, est gloria de incorruptione carnis, ardentante incorruptione mentis. Aureola martyrum, est gloria de inuicta sustentia mortis, p fide uel iustitia. Aureola praedicatorum, est gloria de incorruptione doctrinae ad alterum prolata mente, uerbo, & exemplo. Haec sunt charissime frater pauca, quae pro usu & exercitio tibi relinquo, postquam Deo dante, te iterato uidero, latius tibi exponam.

SUMMA SANCTI HIERONYMI De essentia, & inuisibilitate, & immensitate Dei: quae S. Bonauenturae ascribitur.



Mnipotens Deus, Pater, & filius, & spiritus sanctus, unus est atq; trinus, unus uidelicet exeat in natura, trinus in personis, solus inuisibilis, solus incircumscriptus, incorporeus, & immortalis, ubiq; praesens, sed latens, ubi totus, sed immensus. Inuisibilis est, quia in essentia sua uideri non potest, Apostolo testante, qui ait. Quem uidit nullus hominum, sed nec uidere potest. Et in Euangelio. Deum nemo uidit unquam. Incorporeus est, quia nullis membrorum lineamentis compositus, siue compactus existit, sicut ueritas in Euangelio dicit. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Immensus est, quia quantitas eius, uel qualitas a nullo est metiri potest. Cui Salomon in sua oratione supplicans ait. Si caelum & caeli caelorum te non capiunt, quanto magis & domus ista quam aedificauimus? Incircumscriptus est, quia circumscribi non potest. In localis est, quia de loco ad locum nequaquam transit neque quolibet retinet, ipso de se per ista testimonium praebente. Caelum sedes mea est, terra scabellum pedum meorum. Et per Hier. Nonne caelum & terram impleo? Cuius immensitatem Propheta in psal. confitens ait. Si ascendero in caelum, tu illic es, &c. De cuius immensitate adhuc in libro Iob scriptum est. Excelsior caelo est, & quid facies? profundior inferno, & uen cognosces? Longior est terra mensura eius, & latior. Quia. n. caelum & terram implet, proculdubio nullus locus est ab eius praesentia absens. Super omnia quippe est regendo atq; imperando. Subtus est omnia sustinendo atq; portando, non pondere laboris, sed infatigabili uirtute. Immutabilis est, quia ab eo quod est, mutari non potest: ipso dicente per Malachiam propheta. qui ait Ego Dominus, & non mutor. Ideo Deus immutabilis dicitur, quia in natura eius ira, furor, poenitentia, obliuio, recordatio, & alia his similia non accidunt. Simplex. n. natura est, immutabilis, & impturbata. Neque aliud ipse & aliud quod habet, sed ipsum

est, quod habet & quod est. Immortalis est, quia nullo modo mori potest, Apostolo dicente. Qui solus habet immortalitatem, lucem habitat inaccessibilem: quem uidit nullus hominum, sed nec uidere potest. Ubique autem sacra scriptura sparsim per diuinos libros, in Deo motus animi secundum humana membra describit. i. caput capillos, oculos, palpebras, aurem, narem, os, labia, cor, linguam, imaginem, uultum, uterum, manus, dextram, sinistram, digitos siue digitum, alas, scapulas, posteriora, pedes. Item motus animae. Ira, furor, obliuio, poenitentiam, recordationem, & his similia, non carnaliter iuxta historiam a recte intelligentibus accipienda sunt: sicut a Iudaeis & plerisque hereticis carnaliter sapientibus, quod Deum corporeum atque locale opinantur, sed spiritaliter omnia de eo intelligenda & accipienda sunt. Si quis autem dicit Deum habere humana membra, secundum motum animae more humano, quod caput seculi credit, proculdubio in corde idola fabricat. Igitur ut dictum est, figuratiter debet capi, ideo caput legimus ipsam essentiam diuinitatis eius, quia omnia praecedunt, & omnia subiecta intelligere debemus. Capillos uero capitis eius sanctos Angelos, seu uniuersos electos typice accipi oportet. De quo sacro libro Danielis scriptum est. Aspice habundantiam throni positi sunt, & antiquus dierum sedet. Vestimentum eius quasi nix candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda. Hoc. n. signat per uerba candida Dei, quod & per capillos capitis eius, sanctos uidelicet Angelos, & multitudinem sanctorum dealbatorum. Vel certe, ideo capilli eius lanam mundam comparantur, ut per hoc antiquus dierum esse credatur. Oculos dicitur Deus habere, pro eo quia uidet, & nihil ei latet. In eius conspectu (ut ait Apostolus) nulla creatura est inuisibilis. Omnia uero uisibilia & apta sunt oculis eius. Aliter uero oculi respectus gratiae eius intelligitur, ut est illud in psal. Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Item aliter. Oculi Domini praecipua, per quam nobis lumen scientiae subministrat, mystice intelliguntur, ut est illud in psal. Praecipua Domini lucidum illuminans oculos. Palpebrae Domini occulta & incomprehensibilia iudicia, siue spiritualis in diuinis libris eius locutio innuit. De quibus occultis, & incomprehensibilibus sacramentis atque iudiciis dictum est in psal. Palpebrae eius interrogant filios hominum, hoc est, probant. Aures dicitur Deus habere, propterea, quod omnia audit, & nihil eam sub silentio latet, de quo in libro sapientiae. Auris caeli audit omnia, & tumultus murmurationum non absconditur. Nares Dei inspiratio eius in corde fidelium, ut est in libro secundo Regum. Ascendit fumus de naribus, id est lachrymosa compunctio poenitentium inspiratione eius. Facies Dei cognitio diuinitatis eius ad homines. De qua cognitione in psal. scriptum est. Ostende nobis faciem tuam, hoc est, da nobis cognitionem tuam, quia cognitio per filium. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Aliter uero facies Dei significat inuisibi-

1. Phil. 6.

Quo membra de scripto sic in Deo.

Dan. 7.

Hebr. 4.

Psal. 37.

Psal. 18.

Psal. 10.

Sap. 1.

1. Reg. 22

Psal. 79.

Math. 11.

S V M M A

uisibilem essentiam diuinitatis Dei filij. De qua ipse Dominus ad Moysen per Angelum respondit. Posteriora mea uidebis, faciem autem meam uidere non poteris, ac si diceret. Incarnationem meam uidebis in nouissimis diebus, diuinitatem uidebre non poteris. Os Dei filius patris. Christus Dominus, de quo Hieremias Prophe. ex persona Iudaeorum effatus, ait, quia os eius ad iracundiam prouocauimus. Aliter uero os Domini, sermo eius siue iussio accipitur. De quo sermone Domini Isa. Propheta ait. Os Domini locutum est, hoc est, uerbum Dei filius Dei patris, per quem omnia facta sunt. De quo in Psalmo dicitur. Verbo Domini caeli firmati sunt. Et alibi. Misit uerbum suum & sanauit eum. Et in Euangelio secundum Ioan. In principio erat uerbum, &c. Lingua Dei mystice significat spiritum sanctum, per quem Deus pater secretum suum manifestauit hominibus. Vn de in Psal. Lingua mea calamus scribae. Labia Dei utriusque testamenti consonantia intelliguntur, de quibus duobus testamentis in Prouerbijs dicitur. Diuinitas in labijs eius, in iudicio non errauit os eius. Brachia Dei patris, filius, & spiritus sanctus intelliguntur, sicut est in Isaia. Brachia mea populos iudicabunt. De quo Hierem. ad ipsum ait. Et nunc Domine Deus, qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, & brachio extenso. Ideo autem filius dicitur brachium Dei, quia erga uera electa ab ipso continetur. Dextera patris, unigenitus filius accipitur. De quo in Psalmo dicitur ex persona hominis assumpti. Dextera Domini fecit uirtutem, dextera Domini exaltauit me. Aliter uero dextera Domini significat gloriam patris, & aeternam beatitudinem. De quo dicitur in Psal. ex persona patris ad filium. Sede a dexteris meis. Dicitur autem & dextera Dei omnis electa creatura in caelo & in terra. Sic per sinistram eius intelligitur reprobata creatura in demones & omnes impii, qui ad leuam positi, aeterna supplicia sustinebunt. Manus patris, filius Dei accipitur, pro eo quod per ipsum omnia sunt facta, sicut est reperire in Isa. Omnia haec manus mea fecit, & per ea facta sunt omnia. Aliter uero manus Dei, potestas eius intelligitur. De qua potestate in lib. Hierem. dicitur. Sicut lutum in manu figuli, ita uos in manu mea domus Israel. Item manus Domini flagellum accipitur de cuius percussione in Sophonia Propheta scriptum est. Extendam manum meam super Iudam, & super habitantes Hierusalem, & disperdam de loco hoc reliquias Baal. Pro qua etiam Domini percussione beatus Iob de seipso ait. Manus Domini tetigit me. Digitus Domini singulariter spiritus sanctus accipitur. A quo spiritus sancto lex in duabus tabulis lapideis in monte Synai scripta narratur. Ipse enim scripsit, qui scribenda dicitur, id est spiritus sanctus. De quo spiritu Dominus in Euangelio. Ego in digito Dei eicio demonia. Quod alius etiam Euangelista aperte declarans,

ait. Si ergo in spiritu Dei eicio demonia. Sicut n. digitus cum manu uel brachio, manus uero uel brachium cum corpore sunt in natura unum, ita pater, & filius, & spiritus sanctus tres quidem persona sunt, una uero substantia diuinitatis. Digiti Dei plures sancti intelliguntur. Prophe. de quo spiritus sanctus libros legis ac Prophetarum sua inspiratione describit. De quibus dicitur in Psal. Videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum. Per caelos. n. libros legis ac prophetarum. Per digitos uero sanctos (ut dictum est) prophetas mystice insinuat. Imago Dei patris inuisibilis, unigenitus filius eius intelligitur, de quo Apostolus Imago Dei inuisibilis. Aliter nanque imago Dei patris in filio suo, quem non aliunde, sed ex semetipso, hoc est, ex substantia sua per omnia similem sibi, & aequalem genuit. Aliter uero animam hominis quam non ex se de sua substantia, sicut perique haeretici opinari sunt genuit, sed ex nihilo creauit: sicut aliter est imago cuiuslibet regis in filio eius, quam ex semetipso similem sibi genuit. i. homo hominem, Aliter uero in anulo siue in cara imago eius impressa, quae non est quod ipse: sic filius, qui naturaliter est hoc quod & pater. Cor Dei patris arcanum eius sapientiae mystice innuit, ex quo uerbum. i. filium suum impassibiliter genuit, ipso dicente. Eructauit cor meum uerbum bonum. Alas dicitur hinc Deus, pro eo, quod more auis, electos suos tanquam pullos sub se fouet, & absidij diaboli & malorum hominum protegit. Vnde Propheta, Sub umbra alarum tuarum protege me. Scapulas habere dicitur, quoniam infirma membra in scapulis portat. Sicut est in Psal. Scapulis suis obumbrabit tibi. Venter Dei, secreta origo substantiae eius accipitur. Vnde in Psal. Ex utero ante luciferum genuit te. Aliter per uterum Dei, incomprehensibilia iudicia Dei, quae rimari nequeunt, mystice insinuantur. De quo occulto iudicio eius in libro Iob scriptum est. De cuius utero egressa est glacies, & gelu de caelo, quis genuit? Posteriora filij Dei, incarnatio eius accipitur, de qua posteriori parte filius in monte Synai ad Moysen per Angelum loquens, ait. Posteriora mea uidebis, faciem autem meam uidere non poteris. Pedes Dei stabilitamentum uirtutis eius, eo quod ubique praesens, & uniuersa ei subiecta sunt. Illo ipso dicitur per Isa. proph. Coelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Aliter pedes filij Dei, incarnatio eius intelligitur, quae diuinitati subiecta est, tanquam capiti pedes. Sicut per caput diuinitas, ita per pedes eius exprimitur humanitas: de humanitate in Exo. scriptum est. Viderunt Deum Israel, hoc est, Moyses, & Aaron, & Nadab, & Abyud, & lxx. de se moribus populi. Sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini, & quasi caelum dum serenum est. Sicut autem lapides saphirini celestes creaturas, uel sanctos Angelos, ita per caelum serenum sanctam Ecclesiam electorum, ex oibus assumptam figurat. Aliter demonstrare uoluit, super quas duas creaturas homo assumptus filius Dei in perpetuum regnat.

Matt. 23. Psal. 8. Col. 1. Psal. 44. Psal. 16. Psal. 90. Psal. 107. Psal. 109. Job. 18. Exod. 33. Isa. 66. Hier. 18. Soph. 1. Iob. 19. Exod. 34. Psal. 46.

DE ESSENTIA.

De quo in Psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Vestimentum filij Dei ab omni caro eius, quae a diuinitate assumpta est, in diuinitatis libris figuratiter accipitur, de quo indumento carnis ita ait. Quis est iste, qui uenit de edon tinctus uestibus de bosra? Rursus uestimentum eiusdem Domini sancta accipitur Ecclesia, quae per fidem & dilectionem ei coniuncta est, de quo in Psal. dicitur. Dominus regnauit. Et in psalmo alio ad ipsum Dominum. Confessionem & decorum induisti amictus lumine sicut uestimentum. Pallium Christi, iam dicta eius Ecclesia intelligitur. De quo in libro geneleos scriptum est. Lauit in uino stolam, hoc est, in passionis sanguine carnem suam, & sanguine unum pallium suum, id est Ecclesiam suam. Calciamenta Domini nostri Christi, mystice significat incarnationem eius, quam ex mortalitate humani generis assumere dignatus est. De qua incarnatione sua ipse dicit per proph. in Psal. In Idumeam extendam calciamentum meum, id est in plebe gentilium manifestabo incarnationem meam. Gressus filij Dei, aduentus in mundum, & regressus eius ad patrem. De quibus ait. Visi sunt gressus tui Deus, gressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. Ipse de caelo uenit in uterum uirginis. De utero uero nascendo, positus est in praesepio, postquam omnia impleuit, de quibus a patre missus uenerat, appensus est in ligno crucis, de cruce autem depositus, secundum corpus sepultus est. Christi anima uero ad inferna descendit, tertia autem die per potentiam suae diuinitatis carnem suam de sepulchro suscitauit, & post diem resurrectionis suae quadragesimo die (uidentibus Apostolis) ascendit in gloriam eius. Hi sunt enim gressus filij, quia ascendit in caelum, & sederet ad dexteram patris. Ille est descensus & ascensus eius, qui frequenter in sacris scripturis legitur. Ascendere dicitur Deus, cum filius carnem ex nobis assumptam in caelum cum captiuis euenit, ut est reperire in psalmo. Ascendit in altum captiuam duxit captiuitatem, quia naturam humani generis, quae a Diabolo in mundo captiua retinebatur, assumens secum in caelum, ubi nunquam ante fuerat, tanquam captiuam deportauit. Abscondere ab hominibus faciem suam Deus legitur, cum quibusdam eorum exigentibus culpis cognitionem suam abscondit. Sicut in populo Iudaeorum nunc impletum uidemus, quia negantes filium Dei, scientiam ueri Dei, ita perdididerunt, ut similes forent gentibus, quae Dominum non nouerunt. Ostendere faciem suam dicitur Deus, cum respectu gratiae suae, quibus uult, scilicet electis suis, seipsum in corda eorum occulta inspiratione insinuat, & ad diligendum se amorem suum infundit. Sederet dicitur, non corporaliter humano more, sed potentialiter super omnem creaturam rationaliter, ut est reperire in Psal. Regnauit Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam. Sederet autem dicitur super Cherubin, quod in-

terpretatur plenitudo scientiae, per quod signatur sancti Angeli, siue mentes spiritualium uirorum, in quibus inuisibiliter Deus sedet & regnat. In illis enim sedet, qui scientia eius & dilectione pleni sunt. Nam scriptum est. Anima iusti sedes sapientiae est. Sapientia uero Dei patris, Christus est, qui in animabus sanctorum Dei sedere dicitur. Descendere Deus in mundum dicitur, quando aliquid nonum, quod ante non fecerat, in creatura humana operatur. Sicut filius de patre descendisse narratur, quando uera carnem ex Maria uirgine propter redemptionem nostram suscepit: & homo uerus fieri dignatus est, non mutando quod erat, sed assumendo quod non erat. De cuius descensione, id est incarnatione, in psalmo scriptum est. Inclinauit caelos & descendit, & caligo sub pedibus eius. Caelos inclinauit, quia aduentum suum praenuncians, Angelos siue prophetas misit, qui eius aduentum hominibus annunciant. Caligo sub pedibus eius, quia impii homines ob suam malitiam incarnationem eius agnoscere non potuerunt, nec adhuc possunt. Stare Deus dicitur, cum nos infirmos & suam creaturam ad poenitentiam & conuersionem patienter sustinet, ut est reperire in Abachuc propheta. Stetit, & mensus est terram, & dissoluit gentes, id est, stetit ad subueniendam, & dissoluit credentes in se a uinculis peccatorum. Transire dicitur Deus, cum de cordibus quorundam hominum, in quibus antea per fidem continebatur, postea subrepente perfidia uel quolibet delicto, ab eis recedit, & ad alios transit, quemadmodum de Iudaeis ad gentes, de haereticis ad catholicos, sed & de quibuslibet irreligiosis & negligentibus pro uitio suo recedere dicitur Deus, & ad alios transire: quod non localiter aut uisibiliter, sed inuisibiliter, occulto iustoque iudicio, facere consuevit. Ambulare dicitur Deus, non de loco ad locum transiendo, cuius impium est ita credere, sed ambulatio eius est in cordibus sanctorum delectatio, sicut scriptum est. Et habitabo in eis, & ambulabo, & ero illorum Deus. Vel certe ambulare Dei est, in sanctis praedicationibus suis de loco ad locum transire. Loqui Dei, est inuisibiliter sine sono uocis uel quolibet strepitu, occulte in mentibus sanctorum uoluntatem suam, atque rectum intellectum inspirare: siue futura sicut in sanctis prophetis reuelare. Quae locutio Dei, ut quidam uolunt, tribus modis accipitur. Primo namque modo per substantiam creaturam, sicut ad Moysen in rubo in igne apparuit, uel sicut Abraham atque Iacob, & ceteris quibus in Angelis apparuit. Secundo uero modo in somnis, sicut ad Iacob & ad Zachariam prophetam, & ad Ioseph sponsum Mariae, & alios sanctos quibus secreta reuelare uoluit. Tertio autem modo neque per creaturam uisibilem neque per hominem, sed occulta tantum inspiratione inuisibiliter corda eorum tangendo, loquentes efficit, sicut in libris prophetarum scriptum est.

Sap. 1. & 2. Psal. 17. Abac. 3. 1. Cor. 6. Dei locutio triplex accipitur.



est. Cum ipse propheta subito afflatus spiritus sancto clamabant, dicentes. Hæc dicit Dominus. Dei uideri, est acta bona approbare, sicut est reperire. Ioseph ubi dicitur. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. i. intelligentibus bona esse demonstravit. Aliter uidere Dei est, mala hominum sciendo reprobare, sicut est illud in Isa. propheta. Et uidit Deus & apparuit malum in oculis eius. Item aliter, uidere Dei est nos uidentes facere, ut est reperire in Psalm. Proba me Deus, & scito cor me &c. Modus iste locutionis in libro beati Iob similiter reperitur, ubi de sapientia Dei patris, post quæ plurima in figura locutus est de Deo patre, adiunxit. Tunc uidit illam, & enarrauit, & inuestigauit, & præparauit, id est uidentes fecit atque prædicantes, & inuestigantes, atque alij annunciantes &c. Cognoscere Dei est cognoscere facere, sicut ait ad Abraham. Nunc cognoui quod timeas Deum. Neque enim in tempore nouit, qui scit omnia antequam fiant: sed cognoscere Dei dicitur cognoscere facere, ut qui prius de se quales essent incogniti erant, per eius interrogationem & probationem, quales essent sibi met ipsis manifesti fierent. Tale est illud in lege Moysi de populo Israelitico. Tentabo eos (inquit) utrum custodiant mandatum meum, an non. Nescire dicitur Deus, quosdam reprobos reprobare, sicut est illud in Euangelio. Nescio unde sitis. Recedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Zelare dicitur Deus, cum creaturam suam quam non uult perire, sæpe castigat, corripit, atque flagellat, & flagellando ad se reducit. Vel zelare dicitur Deus, cum nullum peccatum impunitum uult relinquere. Iustus enim est, & ideo omnis iniusticia execrabilis est illi, quam (ut dictum est) nullo modo impunitam paritur. Irasci dicit Deus non animæ motu, uel qualibet perturbatione quod illi omnino accidere non potest, sed creaturæ delinquenti, id est hominibus impijs & peccatoribus iustitiam dicitur inferre ultionem, hoc est, reddere illis quæ merentur. Et hoc est ultio diuina, iste furor eius dicitur. Pœnitentia dicitur Deus, non quod more hominum pertransactis operibus pœnitent. Qui enim omnia nouit antequam fiat, pro suis prauis actibus pœnitent non potest. Sed pœnitentia Dei est statuta mutare, & quod prius inchoatum est, in aliud mutare, id est ex bono exigentibus culpis in malum, sicut de Saule legitur, pœnituisse Deum, quod constituisset eum regem, uel sicut nunc uidemus in populo Iudæorum, qui cum esset populus Dei, ob impietatem suam factus est Synagoga Satana. De malo uero in bonum accidit in populo gentium, qui ante non populus Dei, nunc autem per gratiam Christi populus Dei factus est. Hoc quippe modo, occulto Dei iudicio, Iudas Dei proditor de apostolatus gradu lapsus, in interni baratrum demersus est. Latro uero post crimen rapacitatis, de cruce ad Paradisum translatus est: hanc quoque mutationem de bono ad malum, si-

Gen. 1.
Ier. 17.
Psal. 138.
Iob. 98.
Gen. 22.
Exod. 16.
Marti. 7.
Psal. 6.
1. Reg. 15.

cut dictum est, de malo ad bonum, quod occulto iustitiam; iudicio Dei siue per saeuertatem iustitiae suæ, siue per misericordiam eius fiat, pœnitentia Dei dicimus. Quod expressius in libro Hier. propheta scriptum est. Non pœnitentia Dei, est statuta nullo modo mutare, ut est illud in Psalm. Iurauit Dominus, & non pœnitentia eum, id est pater ad filium, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Sacerdos Dei patris dictus est filius Dei, non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem, in qua se pro nobis per passionem & mortem in acceptabile sacrificium Deo patri obtulit, ut ipse esset sacerdos qui & sacrificium. Obliuisci dicitur Deus, cum quibusdam impijs & peccatoribus non miseretur. Quod utique non facit per crudelitatem, quæ in Deo non est, sed per occultum iustitiam; iudicium suum. Indurare dicitur Deus quorundam, corda malorum, sicut de Pharaone rege Aegypti scriptum est, non quod omnipotens Deus per potentiam suam eorum corda induret, quod impium est ita credere, sed exigentibus eorum culpis cum duritia cordis, quæ ipsi sibi omnia mala perpetrando nutriunt non aufertur: uideat quasi illos ipse induret, quos iusto iudicio induratos finit. Dormire Dei est, cum unigenitus filius patris in assumpta carne, pro nobis mori dignatus est. Cuius mors recte dulcis somnus prædictus est, ipso dicente per Hier. prophetam. Ideo quasi in somno excitatus sum, & uidi, & somnus meus dulcis est mihi. Alter dormire dicitur Deus, cum fides eius inter prosperitates huius mundi, & intra quorundam corda fidelium non uigilat, sed dormit. Hanc dormitionem ipse Iesus significauit, cum in mari inter fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire, est anxius tardè subuenire, sicut est in Psalm. Exurge, quare obdormis Domine? Vigilare Dei, est in defensionem suorum electorum, & ultionem inimicorum suorum, se manifestum demonstrare.

Hier. 18.
Psal. 109.
Psal. 9.
Exod. 7.
Hier. 31.
Matt. 8.
Psal. 45.

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURAE
IN LIBELLVM, QVI AMATORIVM
RIVM NVNCVPATVR.

Prologus.



RAESENS opusculum qui legerit, intentionem esse sciat opificis, quasdam sanctorum auctoritates sub contumacitate ordinare studuisse: eorundem uero in margine intulatis, quæ aium legentis uel audientis, ad amorem sui conditoris efficacius debeant inclinare,

Autoris intentio.

nare, sumpta primitus materia de excellentia primæ conditionis, homini collata consilio totius sanctæ trinitatis, & opere maiestatis diuine. Deinde hominem alloquitur solum, ostendens ei & astruens, homines ceteros non tantum ac uniuersa ad obsequium ipsius & solamen condita uel creati immo & amoris priuilegio singularis, specialiter ei munere data. Prosequitur de inde conuenienter, tam necessitatem, quam piam liberalitatem incarnationis Christi & passionis pro homine, quæ duo potissimum ingratitude expellunt, & cor humanum efficacius ad amorem sui conditoris inducunt. Ex quibus quatuor præmissis. dignitate uidelicet primæ creationis, priuilegio singularis amoris, dignatione incarnationis, & humilitate præ redemptionis peccator meditando in se reuersus, plerumque compungitur, & abiecto quicquid mundanum sapit, totus ad Christum conuertitur, quem sui totius non ignorat autorem, & benefactorem, & omnium bonorum largitorem. Er sit, ut tanto plus per humilem satisfactionem Deo fiat propinquus, quanto per inobedientiam prius ab eo extitit alienus. Et hoc quidem fuit principale intentum in hoc opere, ut ex recognitione beneficiorum Dei circa homines, & amoris, alter ad alterum quasi confabulando degenerem se agnosceret, & pro ingratitude sua, filiali potius quam seruili contritione compunctus, tam pium patrem quam ingratus filium se excitaret filialiter ad amandum. Ratio ergo intentionis opificis, hominem sui creatoris pronotare satagens ad amorem, præsentia labori amatorium nomen imponit.

LIBELLVS, QVI AMATORIVM NVMINATVR.



DE te sermo meus dirigitur, quis quis primæ conditionis tuæ dignitatem ignoras, aut tuæ reformationis laborem & precium non attendis, ut consideratione tantæ dignitatis, & dignationis tantæ, tam beneficium Deum, tam benignum Dominum, mutuo intuitu discamus pariter amare, cui pro uniuersis suis beneficijs semper huic; indeuoti sumus & ingrati. Ans. De dulcedine & bonitate Dei in creatione. In primis igitur te admoneo, ut sine intermissione recorderis, quod dulcis, & quod bonus sit erga te creator tuus, quanta bonitas eius fuit, quod te cum non esses creauit, & quod te non pecus aut creaturam insensibilem, sed eam creaturam fecit, quæ eum posses intelligere, amare, & eum eo suam æternitatem, æterna & felix possidere. Et quod intantum te dilexit, ut cum multa contra suam uoluntatem acturam scires, uoluit te tamen facere & esse, & quod te cum tanta mansuetudine ut pius & misericors adhuc patitur, expectans tuam emendationem, quia nullo modo te cupit perdere, sed

adhuc te patitur uerere, adhuc tibi ea quæ sunt necessaria ad sustentationem huius uitæ, non deinit ministrare. Et sicut rebus ipsis experiri potes, petis tuis non potes eius bonitatem uincere, nec adhuc te uelit sicut pmeruisse confundere, uel ex toto destruere. Certissimum est ergo illum pius esse erga te, qui tanta bona tibi largitur, nec adhuc de tuis iniquitatibus se querit uindicare. Præterea de eius benignitate adhuc cogita. Ut autem communia replicam, quot sunt membra in corpore, tot beneficia inuenies magna, & pro minimo membro plus debes amare Deum, quam multi amant eum, pro cunctis beneficijs, quæ ab eo recipiunt. Si quis amississet oculum, quantum amaret eum, qui tibi illum restitueret? Sit si quis meruisset amittere eam, quantum amaret illum, qui tibi oculum conseruaret? Nec minus amandus quæ ab initio dedit, & qui datum conseruauit, cum multoties utendo eam contra Deum, amittere meruerit. Quod dixi de oculo, de ceteris membris cogita. Si uero tantum amandus est, qui dedit corpus, quantum amandus est qui dedit animam, quod in infinitum melior est corpore? Quæ si amississet usum rationis, quantum amaret illum qui illum restitueret? Quantum ergo amandus est, qui tibi rationem dedit? Item. Quantum amandus est ille, qui mirabiliter corpus & animam coniunxit, & hanc coniunctionem tibi seruaui, cum peccando mortem multoties meruisses? Aug. Cogita igitur, & recogita, tantam erga te tui creatoris benignitatem, & erige te sicut rectum est. Et omnes sensus tuos ad eius inestimabilem dilectionem. Nihil enim iustius, nihil salubrius, nihil utilius & dulcius, quam quod ex toto homo illum diligat, quem sui totius nouerit non solum auctorem, sed & conseruatorem. Si uero naturam amaret filium patrem, à quo habet corpus quod magis, Deum amabit, quod corpus eius & animam ex nihilo fecit? Aug. Et si amandus est genitor, tamen præponendus est creator. Ut quid non amaret opus artificem, cum haberet unde id posset? Bern. De diligendo Deo. Et cur non quantum omnino posset, cum nihil omnino nisi eius munere posset. Bern. in ser. Valde igitur mihi amandus est, per quem sum, uino, & sapio. Patrum ne uidetur tibi hoc? Cogita qualem te fecit. Nempe secundum corpus egregiam creaturam. Secundum animam magis imaginem creatoris insignem, rationis participem, beatitudinis æternæ capacem. Porro coherere sibi fecit artificio incomprehensibili, sapientia inuestigabili. Nec tamen ante promeruit, qui ante non fuit. Nec spes retributionis fuit, quoniam bonorum nostrorum non eguit. Disce igitur in referendo gratiam, non esse tardus aut segnis. Disce ad singula dona gratias agere. Diligenter considera quæ tibi apponuntur, ut nulla Dei dona gratiarum actione frustrentur. Aug. Tanta namque dignitas conditionis humanæ esse cognoscitur, ut non solo iubentis sermone, ut alia sex dierum

Rones in ductu ad amandam Deum.
Nota.
Natura in uitæ ad amandam Deum.
Dignitas præ creationis.
Quanta sit dignitas conditionis humanæ.



rum opera, sed consilio sanctæ Trinitatis, & opere maiestatis diuinæ creatus sit homo, ut ex primæ conditionis honore intelligeret, quantum suo conditori deberet, dum tantum in conditione mox dignitatis privilegium præstitit ei conditor, ut tanto ardentius amaret conditorem, quanto mirabilius se ab eo conditum esse intelligeret. Faciamus (inquit) hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Nec hoc solum quod sanctæ Trinitatis consilio, sic ab excellentia conditoris conditus est, sed etiam quod ad imaginem & similitudinem suam ipse creator omnium, eum creauit, quod nulli alii ex creaturis donauit. Quæ imago diligentius est exterioris hominis nobilitate consideranda. Primò siquidem ut scuti Deus unus semper ubiq; totus est omnia uiuificans, mouens, & gubernans, quia in eo uiuimus, mouemur, & sumus: Sic anima in suo corpore ubiq; tota uiuet, uiuificans illud, mouens & gubernans. Neq; enim in maioribus sui corporis membris maior, & in minoribus minor, sed in minimis tota est, & in maximis tota. Et hæc est imago unitatis omnipotentis Dei, quam anima habet in se, quæ etiam sanctæ Trinitatis quædam habet similitudinem. Primò in eo, quia sicut Deus est, uiuit, & sapit, ita anima secundum suum modum est, uiuit, & sapit. Est quoq; in anima similitudo trinitatis, in eo quod imaginem sui conditoris perfectæ, scilicet & summæ Trinitatis, quæ est in patre & filio & spiritus sancto, condita est. Et licet unius nature sit illa, tres tamen dignitates habet, id est intellectum, uoluntatem, & memoriam, sine quibus anima perfecta esse non potest, quod idem, licet aliis uerbis, designatur, cum dicitur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: id est, ex toto intellectu tuo, & ex tota uoluntate tua, & ex tota memoria tua. Imago est in substantia, similitudo in moribus. Nam sicut ex patre generatur filius, & ex patre, filioq; procedit spiritus sanctus, ita per intellectum generatur uoluntas, & his item ambobus procedit memoria, sicut facile à sapiente quolibet intelligi potest. Nec enim anima perfecta esse potest sine his tribus, nec horum trium unam aliquid quantum ad suam beatitudinem pertinet, sine aliis duobus integrum constat. Et sicut Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus est, non tamen tres dii sunt, sed unus, habens tres personas, & anima intellectus, anima uoluntas, anima memoria est, nec tres tamè anime in uno corpore, sed una anima tres habens dignitates, atq; in his tribus imaginem gerit eius mirabile, in sua natura noster interior homo. Ex his quasi excellentioribus anime dignitatibus tubetur diligere Deum, ut quantum intelligitur, semper in memoria habeatur. Nec solus sufficit intellectus, nisi fiat uoluntas in amore eius. Immo nec hæc duo sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis & diligentis

Dignitas hæc debet inducere ad amorem.

Quæ sit imago trinitatis in anima, quoad corpus exterioris.

Quæ sit imago unitatis in anima Trinitatis interioris.

De similitudine trinitatis in anima, quæ ad imaginem Dei est condita.

Mat. 22.

Quæ sint excellentiores anime dignitates.

De trinitate in anima.

Quod excellentiores anime dignitates tubetur diligere Deum.

maneat Deus, sic ut nullum possit esse momentum, quo præsentem eum non habeat memoria. Et hæc habe de imagine. Nunc uerò de similitudine aliqua intellige, quæ in moribus credenda est. Ut sicut Deus, qui hominem ad similitudinem suam creauit, charitas est, bonus & iustus, patiens & mitis, mundus & misericors, & cetera insignia uirtutum suarum, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est, ut haberet charitatem, ut bonus esset & iustus, patiens ac mitis, mundus & misericors foret. Quas uirtutes quanto plus quisq; in seipso habet, tanto propior est Deo, & maiorem sui conditoris similitudinem gerit. Si uerò (quod absit) aliquis per deum uitiorum & diuortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degeneret, tunc fiet de eo quod scriptum est. Homo cum in honore esset, non intellexit & c. Quis maior honor potuit homini esse, quod ad similitudinem sui factoris conderetur, & eidem uirtutum uestimentis ornaretur, quibus & conditor? Quod quidem nulli alij ex creaturis, nisi soli homini concessit. Quando homo non utatur, uel fruatur Dei bonitate & misericordia, ita ut nullum esset momentum, quo non sit, de quo legitur. Dominus regnauit, decorem indutus est & c. id est, omnium splendoris uirtutum, & totius bonitatis decore ornatus? Vel quod maius homini potest esse deditus, aut infelicior miseria, quod ut hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem & irrationalem brutorum animalium delabatur similitudinem? Quapropter de homo diligentius attende primæ conditionis tuæ excellentiam, & uenerandam sanctæ Trinitatis imaginem in teipso cognosce, honoremq; similitudinis diuinæ, ad quam creatus es nobilitate morum, exercitio uirtutum, & dignitate meritorum, habere contende: ut quando apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareas, qui te mirabiliter iam ad similitudinem suam in primo Adam condidit, & etiam mirabilis (ut infra patebit) in secundo reformauit. In prima namq; conditione gloria præuentus est & honore, in secunda pietate prosecutus & amore, ut ingratitude tuam erubesceres, & ad conditorem tuum amorem tui totum conuerteres, qui tanto artificio utebatur, ut nullum alium præter ipsum amares. In primo opere conditionis tuæ de limo terræ plasmavit hominem Deus, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Ecce qualis artifex, qualis unitor rerum, ad cuius natum sic conglutinatur sibi simus terræ & spiritus uitæ. Limus quidem iam ante creatus erat, quando in principio Deus creauit cælum & terram. At spiritus sane non communem, sed propriam habet conditionem, nec in massa creatus, sed singulari quadam excellentia inspiratus. Quem cum in hominem inspirasset, dedit ei sensum & intellectum, ut per sensum lutum sibi associatum uiuificaret, & per intellectum regeret. Aug. de spiritu & anima.

De similitudine, quæ in moribus constat.

Psal. 48. De honore huiusmodi.

Psal. 92.

Quod mirabilior est huiusmodi reformatio, quam formatio.

Gen. 1.

Quare de dicitur deus huiusmodi sensum & intellectum.

Et ut per intellectum intus ingrederetur, & contemplaretur Dei sapientiam, & per sensum foris egrederetur, & contemplaretur opera sapientia. Intellectum intus illustrauit, sensum foras decorauit, ut in utroq; refectionem inueniret. Intus ad felicitatem, foris ad iucunditatem. Sed quia bona exteriora diu stare non possunt, iustus est homo ab exterioribus ad interiora redire, ab inferioribus ad superna ascendere. Ber. in ser. Tantæ siquidem dignitatis est humana conditio, ut nullum bonum præter summum ei sufficere possit. Agnosce igitur o homo dignitatem tuam, agnosce gloriam conditionis tuæ. Est & tibi de mundo corpus, sed tibi sublimius est aliquid, nec omnino comparandum ceteris creaturis. Composita & confederata sunt in te caro & anima, illa plasmata, hæc inspirata. Quis non uideat, quantum corpori præstat anima? Nunquid non tritius esset insensibilis, caro inanimata? Aug. Ab anima enim pulchritudo, ab anima incrementum, ab anima claritas, uisus, & sonus uocis. Deniq; sensus omnis ab anima est, & per sensum progreditur, ad corpus mouendum & uiuificandum. Cuius duplex est uita, alia qua uiuit in carne, alia qua uiuit in Deo. Duo siquidem sunt sensus in homine, unus interior, & alter exterior, & uterq; bonum suum habet in quo reficiatur. Sensus interior reficitur in contemplatione diuinitatis, sensus exterior in cõtemplatione humanitatis. Propterea enim Deus homo factus est, ut totum hominem in se beatificaret, & tota cõuersatio hominis esset ad ipsam, & tota delectatio esset in illo, cum à sensu carnis uideretur per carnem, & à sensu mentis per diuinitatis cõtemplationem. Hoc erat totum bonum hominis, ut siue ingrederetur siue egrederetur, pascua in factore suo inueniret. Pascua foris in carne saluatoris, pascua intus in diuinitate creatoris. Sed heu, hoc magnum bonum secutum est malum magnum, quoniam perditio bono quod intus erat, egressa est anima ad bona aliena, quæ foris erant: & pascua fecit cum delectationibus sæculi, requiescens super illas, non attendens absentiam boni sui interioris, eo quod consolationes suas cernebat in bonis alienis. Nam cum exterior sensus carnalis bono suo utitur, interior sensus mentis quasi obdormit. Non enim cognoscit bona interioris sensus, qui iucunditate exteriorum honorum capitur. Nam qui in carne uiuit, in carne sentit, & dolores carnis fugit, in quantum potest: uulnera autem anime prorsus ignorat, nec medicinam querit in eis. Cum autem mortuus fuerit sensus anime, quo uiuit in carne, tunc uiuificare incipiet sensus ille, quo sentiet semetipsum. Et tunc sciet dolores suos, & sentire incipiet uulnera sua, tanto grauius quanto proprius. Sic, n. ad intellectum reuocata, à corruptione carnaliu affectionum se studet mundare, & ad naturam propriam qua Deum suum, qui eam possedit, fecit, & creauit, agnosceret seipsam incitare, intel-

Quid anima considerat corpori.

De duplici uita anime.

Cur Deus homo factus sit.

Joan. 10.

Quod iucunditate exteriori, interior obdormit homo.

Quod uita anime sit dilectio.

Quod iniuriam sibi facit qui inhonesta diligit.

Quod animas, in similitudine amari transformantur.



dum uidit. Ille eam uidit, quia nisi eam uidisset, non eam diligeret. Sed uidit, quia eam creauit, quae ipsius amore digna foret. Nolut adhuc seipsum ei praesentare, sed munera misit, arram dedit, signus amoris, huius dilectionis. Si cogitare illi posset, si speciem eius uideret, non amplius de sua pulchritudine dubitaret. Sciret enim quod tam pulcher, tam formosus, tam elegans, tam unicus in suo affectu captus non esset, nisi eum singularis decor, & ultra ceteros admirandus traheret. Nunc uideri illum non potest, quia absens est, & ideo non timet, neque erubescit illi iniuriam facere, quia singularitatem eius amorem contemnit. Si uero adhuc scire non potest qualis ille sit, qui eam diligit, consideret saltem arram, quam dedit. Fortassis in ipso munere eius quod penes eam est, poterit agnoscere quo affectu eum diligit, quo studio & diligentia, se illi debeat conseruare. Insignis est arra eius, nobile donum eius, quia nec magni decuit, ut parua daret, nec pro paruo sapientis magna dedisset. Magnam ergo esse quod illi dedit, sed maius est quod in ipsa diligit. Respice uniuersum mundum istum, & considera si aliquid in eo sit, quod tibi ob causam amoris illius non seruiat. Omnia propter ea facta sunt, ut seruiant homini. Omnis natura ad hunc finem cursum suum dirigit, ut obsequijs tuis famuletur, & utilitati deseruiat, tuisque oblectamentis pariter & necessitatibus, secundum affluentiam indeficientem occurrat. Hoc caelum, hoc terra, hoc aery, hoc Maria, cum eis quae in eis sunt uniuersis, explere non cessant. Hoc circuitus temporum, annuis innovationibus, & rediuiuis partibus, antiqua innovans, dilapsa reformans, consumpta restaurans, passu perpetuo subministrat. Quis ergo putas hoc instituit, quis haec naturae praecipit, ut sic uno consensu tibi seruiat? Beneficium accipis, & autorem eius non cognoscis. Donum in manifesto est, largitor occultus. Et tamen ipsa te ratio dubitare non sinat, hoc tuum non esse debitum, sed beneficium alienum. Multum igitur tibi contulit, qui hoc totum & tantum tibi dedit. Multum ergo diligendus est, qui tantum dare potuit: & qui tantum dare uoluit, multum dilexit. Tantum ergo diligens, & tantum diligendus, dono suo demonstrat, ut quod stultum est amorem, tam potenti non uideri concupiscere, tam impium sit atque peruersum, tam diligentem non amare. Vide ergo quid agis, cum in hoc mundo amari & amare concupiscis. Totus mundus tibi subiectus est, & tu (non dico totum mundum, sed nescio quam aliam mundi porciunculam, quae nec specie pulchra, nec utilitate necessaria, nec quantitate magna, nec bonitate optima antecedit) in societate tui amoris admittere non aspernaris. Certè si haec diligis, ut subiecta dilige, ut famularia dilige, ut munera amici, ut beneficia Domini. Sic tamen ut semper memineris, quid illi debeas, nec ista pro illo, nec ista cum illo, sed ista propter illum, & p-

Quod argumetum amoris sit exhibitio muneris.

ista illum, & supra ista illum diligas. Aug. de ciuitate Dei. Quia amor quo aliquis amat Deum propter patria, contumeliosus est Deo. Si patria qui sic amat, praesertim ei. Propter quod n. unum quod amat, illud magis amatur. Vbi boni ad hoc utuntur mundo, ut fruatur Deo. Malis autem e contra, ut fruatur mundo, uti uolunt Deo. Vti naque est, quod in usum uenerit referre ad obtinendum illud, quo fruendum est, alias abuti est. Hugo. Non ergo munera dantis, plus quam amantis affectum diligas. Maiorem charitati eius iniuriam facis, si dona illius accipis, & tamen aicisitudinem dilectionis non rependis: aut dona illius si potes respice, uel si dona respicere non potes, uicissitudinem amoris repende. Dilige illum, dilige te propter illum, dilige dona illius propter illum, dilige illum ut fruaris illo, dilige te ut diligaris ab illo. Aug. Ex hoc enim diligis te, quod diligis Deum ex toto te. Dilige in donis illius, quod data sunt ab illo. Illam tibi, & te illi dilige. Dona illius ab illo tibi propter te. Bern. Anima temporalia amans quasi inquinata, indigna est Dei amore. Aug. in soliloquijs. Si alicuius pulchre feminae flagrares amore, iure se tibi non daret, si aliud quicquam praeter se a te amari comperisset. Sic qui in bonis temporalibus amorem suum ponit Dei amore indignus est. Ansel. Amor illius nullam uitiorum patitur foeditatem, nullam consentit secum esse carnalium desideriorum uoluptatem. Dicis mihi forte. (Hugo.) Hic constituitur unusquisque de privilegio singularis amoris sibi a Deo collato, & quod ab eo singulariter diligitur. Cum superius dixeris, non solum unicum, sed unice electum esse debere amorem, id est non solum dilecto, & solum diligendo constitutum, eo quod perfecte laudabilis amor non sit, si uel alter cum solo diligitur, uel qui summè diligendus non est, solus amatur. Ecce ego unice dilectum & unice electum diligo: sed hanc huius dilectionis meae iniuriam patior, quod solus diligens, solus non amor. Nam hanc dilectionis eius arram, quam mihi obicitis, quot sunt uel certe quales sunt, cum quibus hoc mihi commune est, tu ipse agnosces. Quomodo igitur de privilegio singularis amoris poteris gloriari, qui hoc quod tam magnum asseris, non dicam cum bestialibus, sed & cum ipsis bestiis commune accipis? Quid mihi lux solis amplius confert, quam reptilibus & uermibus terra? Omnia similiter uiuunt, omnia spirant, idem pastus, idem potus omnium. Non ita satis congrue diligendum singulariter probas, si non & ipsum quoque; uel in aliquo singulariter dilexisse demonstras. Ad quod respondeo. Tria quaedam sunt, in quibus id quod te mouet inuenias. Quae sunt bona communia, specialia, singularia. Discerne quae dona a Deo tuo accepisti. Alia communiter, alia specialiter, alia singulariter data sunt. Communiter data sunt, quae omnibus propter te tecum seruiunt. Specialiter uero data sunt, quae multis, non tamen omnibus

Amare Deum propter patria contumelia est ei.

Deus dignatur amorem propter aliquid habendum, quam se.

Respon. Tripliciter accipitur a Deo dona.

nibus propter te tecum concessa sunt. Singulariter data sunt, quae tibi soli sunt data. Nunquid ideo minus te diligit, quia quaedam dona sua tecum simul cum omnibus concessit? Nunquid fecerit licentiam te fecisset, si tibi soli mandum dedisset? Astrueris homo, quod omnia propter te singulariter facta sunt, & singulariter tibi data sunt. Ecce non sint creati homines super terram, non sint bestiae, solus mundi diuitias possides. Vbi igitur illa grata, & utilis societas humanae conuersationis? ubi solacia? ubi oblectamenta quibus iam fruieris? Vide igitur quia & in hoc tibi multum contulit, quod haec ad solamentum tecum creauit. Si mandus iste & haec omnia tibi seruiunt, quomodo etiam omnia ad obsequium tuum facta non sunt? nunquid paterfamilias solus panem suum comedit? nunquid solus poculum suum bibit? nunquid solus uestimentis suis induit? nunquid solus calefit igne suo? nunquid solus habitabat in domo sua? Totum tamen non immerito eius dicitur, quicquid habent hi, qui ei uel per dilectionem uel per subiectionem famulantur. Siue igitur illa quae tibi seruiunt, siue illa quae tibi seruiuntibus necessaria sunt, omnia tibi data sunt, omnia tibi obsequia impendunt. Dicis adhuc forte. Tuas rationes hoc persuaferunt, ut illa quoque singulariter mihi donata crederem, quae in usum seruientium mihi communiter donata uiderem, hinc doceor omnia quibus uita irrationalium fouetur, meae potius dilectioni esse assignanda, propterea quod illa quoque quae in his aluntur, in usum meum sunt deputata. Privilegium tamen singularis amoris, exinde non astruitur, quia hoc non solum mihi, sed cunctis similiter hominibus, & multis uero amplius subiecta esse noscuntur. Est namque specialis quidam amor ad homines, in quo quidem ipsi homines alijs creaturis, non autem ad inuicem amplius gloriari habent. Nam quod in assertionem singularis amoris dicis, etiam mihi inter cetera donata esse societatem hominum, cum tam mea illis quam illorum mihi donata sint, nihil in hoc singulari reperire possum. In qua societate non solum me laedit amissa gloria singularitatis, sed uilitas participationis. Quot enim increduli sunt, quot scelesti, quot impuri sunt, qui in societate similiter gloriari possunt? Sed te turbare non debet, quod in usu rerum temporalium, eadem bonis & malis conditio concessa est, nec idcirco ea similiter a Deo amari existimes, quia his omnibus tecum similiter communicare uides. Nam sicut bestiae non propter se, sed propter homines creatae sunt: ita mali homines non propter se, sed propter bonos uiuunt. Et sicut uita eorum utilitati bonorum deseruit, sic omne quo uita eorum alitur, dubium non est, quin ad ditionem bonorum referenda sit. Idcirco autem mali inter bonos uiuere permittuntur, ut societas illorum bonorum uita exerceat, quos & felicitate sua admodum non potiora his, & quae mali concitare non possunt,

Ad oia unice data sunt, ut ad v. unum data.

intra

ille ad hoc

respōdo.

Mali homines non propter se sed propter bonos uiuunt.

bona quaerere, & iniquitate sua cogant artius uirtutem amare. Postremo, ut dum illos diuina gratia destitutos uideret, per qualibet abrupta uitiorum ruere, discant, quantas pro sua salute debeant creatori gratias referre. Ratio siquidem diuina dispensationis ad nostrae salutis augmentum, & glorificationis documentum hoc exigebat, ut sicut in uita bestiarum discimus summam felicitatem non esse his uti, ita quoque in uita malorum hominum discamus, non esse summam felicitatem his dominari. Similiter ergo bonis & malis ista concedi debuerunt, & aliter boni potiora sibi seruari non crederent, nisi ista tam bonis quam malis communia esse uiderent. Nihil igitur homo amplius de societate aut felicitate malorum conqueraris, immo multum tibi placeat, & ad amandum creatorem tuum arctius hoc te excitet, eo quod sunt flagella patris misericordiarum, eradit is filium suum ex amore patris. Aug. Omnis namque malus, aut ideo uiuit ut corrigatur, aut ideo uiuit, ut per illum boni exerceantur. Hugo. Nec idcirco in priuilegium singularis amoris tecum ascribendos patres, quia in usu eos & dominio rerum transeuntium socios habueris, quia etiam in hoc (sicut iam dixi) salutis tuae proficiunt, quod istis tecum non tamen uti, sed & dominari possunt. Quid autem de societate bonorum dicam? Dixi autem societatem hominum dono tibi creatoris esse concessam, ut inde solamen uitae accipias, ne quadam solitaria & inerti uita destitutus, contabescas. Sicut igitur uita malorum tibi est exercitium, sic solamen est uita bonorum, qui certe tales sunt, quos nec felicitatis tuae particeps, nec amoris tui debes aspernari consortes. Nam si uere bonos diligis, quicquid illis beneficii impenditur, inde charitas quae in te est, non quasi de alieno, sed quasi de proprio gloriatur. Licet igitur beatum esset, isto amore uel solu perfrui, multo beatius in ipso cum malorum bonorum congratulatione delectari: quia cum in eos, qui etiam participat affectus dilectionis, expanditur charitatis gaudium, & suauitas ampliat. Spiritus ualis namque amor tunc melius cuique fit singularis, quam oibus est communis, nec participatione plurimum minuitur, cuius fructus unus & idem totus in singularis reperitur, ac per hoc et singulariter diligitur, quia nil diligit sine te. Sic igitur singularis adest quasi oibus, quia nec aliam nec maiorem dilectionis affectum singularis impederet, si absque eorum participatione singulos amaret. Nihil ergo de privilegio singularis amoris tui societas bonorum praescribit, quia amator tuus in oibus diligit te, quia nihil diligit sine te. Non autem timeas animi illius, in amore platum quasi per affectum distrahi, & idcirco minore esse ad singulos, quod partem quodammodo & diuisus uideatur in cunctos. Ergo oes unum unice diligant, ut omnes ab uno unice diligantur. Quia nec alius praeter unum, unice ab omnibus diligendus est, nec alius praeter unum, unice

Cur malis quam bonis praesentia bona concedi deberet

Cur mali uiuunt.

Charitas de alieno, tamen de proprio gloriatur.

Spiritus amor partem participatione ampliat

Deus affectu non distrahitur.



unicè oēs diligere potest. Omnes aut in uno se
quasi unum diligant, ut unus dilectione unum
hant. Ille amor unicus est non tñ priuatus, solus,
non tñ solitarius, participatus, nec diuisus, com-
munis & singularis, cum totorum singulus, & singu-
lorum totus, nec participatione decrefens, nec
usu deficiens, nec tempore ueterascens, antiquus
& nouus, affectu desiderabilis, experientia dul-
cis, fructu æternus, iucunditate plenus, reficiens
& faciās, nec unq̄ fastidium generans. Ut au-
tem tibi plenius satisfaciā, demonstrabo quali-
ter iste sp̄s & amator castitatis, singulis quos
diligat, quasi omnibus affectu & effectū sit. In
hoc quoq; prouidit tibi Deus, optimus amator
tuus, ne nihil eēt, in quo singulariter de ipso glo-
riari nō possis, sed sicut cōmunia & specialia ue-
dit, sic & singularia tribuit. Communia qui-
dem sunt ea, quæ in usum uniuersorum ueniunt,
sicut est lux solis, spiramen aeris. Specialia uerò
ut ea quæ non omnibus, sed quasi cuidam socie-
tati concessa sunt, sicut est fides, sapientia, disci-
plina. Singularia autem ut ea quæ unicuiq;
propria impartita sunt, sicut Petro principatus
in Apostolis, Paulo Apostolatus in gentibus, Ioa-
ni priuilegium amoris. Considera ergo quæ
communis cum omnibus, quæ specialia cum ali-
quibus, quæ singularia solus acceperis. In omni-
bus his te dilexit, quæ uel communiter cum om-
nibus, uel specialiter quibusdam, uel singulari-
ter tibi soliter tribuit. Cum his omnibus rursum
te dilexit, qui te participatione doni sui socia-
uit. Præ his omnibus te dilexit, quibus singula-
ris dono gratiæ te proutulit. In omni creatu-
ra dilectus es, cum omnibus bonis dilectus es, præ
omnibus malis dilectus es. Et ne parum tibi ui-
deatur, q̄ præ omnibus malis dilectus es, quanti
boni sunt, qui minus te acceperunt attende. Nec
parum existimes uel in tantis, uel cum tantis ef-
se dilectum, nisi & bonos omnes habeas socios,
malos uerò & quæ condita sunt uniuersa subie-
ctos. Vidisti ergo quanta sunt in quibus dilectus
es, uidisti quales sunt cum quibus dilectus es. Nūc
q̄ præ omnibus dilectus es, considera quātū potes
Tu enim nosti quid acceperis, & necesse habes
adhuc melius nosse, ne incipias uel de his, quæ nō
acceperis presumere, uel de his quæ acceperis gra-
tias nō referre. Nam & ipse ideirō hæc tibi de-
dit, ut tu ea semper in memoria habeas, & nunq̄
ab eius amore obliuione rabeas. Primum cogi-
ta homo, q̄ aliquñ non fueris, & ut esse inciperes,
hoc eius dono acceperis. Donū ergo eius erat,
ut fieres. Sed nunq̄d tu ei aliquid dederas priusq̄
fieres, quo tibi hoc ab eo redderetur, ut fieres?
Nihil prorsus, nihil tu dederas, nihil dedisse pote-
ras priusq̄ fieri, sed gratis acceperis, ut ab eo fie-
res. Cui ergo platus es, i eo q̄ factus es? Quis mi-
nus accipere potuit, q̄ qui ut fieret accepit? Et tñ
nisi hoc esset, aliquid accipere non poterat, q̄
nō erat, nisi incipere ēt bñ esse q̄ nō esse melius
esset, nihil ille qui est, eo qui non est, amplius ac-

Deus singulisque diligit affectu & effectū qua liter sit.

Doni cōmunia specialia.

Et singu- laria.

In omni- bus te de- us dilexit.

Cōmni- bus.

Præ omni- bus, Et in om- ni creatu- ra.

Præ omni- bus dile- ctus es.

cepisset. Bern. De diligendo Deo. Cur er-
go homo totū ei te debere non attendis, quæ tul-
totius non ignoras auctore? Quid ergo tu q̄ Deū
tuum tenes, non solū gratuitū uitæ tuæ largito-
rē, largissimum administratōrē, sollicitam guber-
natōrē, sed insup̄ copiosissimum redēptōrē, ater-
num cōseruatōrē, ditatōrē, glorificatōrē. Di-
gnus planē est morte, q̄ ei recutat uiuere. Quid
rerrabues Dño pro omnibus his? Hugo. Sed
quare fecit te Deus tuus, nisi quia esse magis q̄
non esse uoluit te? Et plus dilexit te oibus his,
quæ accipere non meruerunt illad ab illo. Cum
ergo Deus tuus esset, tibi dedit bonum, & ma-
gnū bonum, & pulchrum bonum dedit tibi.
Et te cum hoc tibi daret, proutulit omnibus, qui-
bus hoc tñ bonum suum dare uoluit. A Deo nō
stro. à quo facti sumus, qui nō sumus, omnibus
qui facti non sunt, amplius acceperimus. Qui ut-
que si amplius nihil dedisset, pro eo ipso tñ semp̄
à te laudandus & diligendus esset. Aug. Mer-
itō igitur totum exigit te, qui fecit te. Hugo.
Nunc autem amplius dedit, quia dedit nō so-
lum esse, sed pulchrum esse (quoad animam di-
co) & formosum esse, quod quantum superat ni-
hil per existentiam, tantum antecedit aliquid p̄
formam. In quo multum placeat id quod est, &
amplius quod tale est. In quo oibus te prala-
tum aspice, quos tale & tam excellens bonū exi-
stendi uides non accepisse. Sed nec hic termina-
ri potuit munificentia largitoris optimi. Adhuc
aliquid plus dedit, & magis nos ad similitudinē
suam traxit. Voluit enim ad se trahere per simi-
litudinem, quos ad se traheret per dilectionem.
Dedit ergo nobis esse, & pulchrum esse, & uiue-
re, & ut præcellamus & his qui non sunt p̄ essen-
tiam, & his quæ inordinata aut incōposita sunt
per formā, & quæ inanimata per uitā. Magno er-
go debito obligatus es. Multū accepisti, & nihil
à te habuisti, & pro his oibus nō habes quid re-
tribuas, nisi tñ ut diligas. Accepisti aut hoc totū
per dilectionem. Bern. in ser. Amor p̄ se suffi-
cit, is p̄ se placet, & p̄ se. Ipse meritum, ipse p̄-
mium est sibi. Magna res amor. Solus ex oibus
aiā motibus sensibus atq; affectibus, in quo pot̄
creatura, & si nō ex æquo respōdere. Verbi gra-
tia. Si mihi irascatur Deus, non ego illi eo simili-
ter irascar? Nō utiq; sed pauebo, sed contremi-
scā, sed ueniā deprecabor. Ita si me arguat, nō re-
darguetur à me, nec si me iudicabit, iudicabo e-
go eū, si dñatur, me oportet seruire: si imperat,
me oportet parere, & nō uicissim à Dño. uel ser-
uitiū exigere uel obsequium. Nunc uideas itā
de amore, q̄ aliter sit. Nam cum amat Deus, ni-
hil aliud uult q̄ amari. Quippè non ad aliud a-
mat, nisi ut ametur, sciēs ipso amore beatos, qui
se amauerunt. Magna igitur res est amor, sed si
fuerit purus, purus amor mercennarius non est,
purus amor de spe uires non sumit, nec tamen
diffidentia damna sentit. Hugo. Scias igitur
quia quod per dilectionem datum est, nec
melius

Deus si modo.

In quo oibus prala- tum est.

In quibus præcellis attende.

De effectū amoris, & eius effica- cia.

De causa amoris Dei.

melius nec decentius, q̄ per dilectionem repēdi
pot. Bern. Quia non solum Deus hoiem ama-
re uoluit, sed etiam ab eo uult amari. Nam cum
ipse immensus sit, tñ amorem suum ponere uo-
luit in hominē, qui est quasi putredo & uermis.
Quanta dignatio quanta dilectio? Et hoc confi-
dera. Poterat aut etiam Deus alijs creaturis suis
dedisse uitā, sed amplius in hoc dono dilexit te.
Nec ideō plus dilexit te, quoniā plus diligēdum
inuenit in te, sed quia gratuito plus dilexit te.
Tale fecit te, ut iam merito plus diligat te. Quid
hæc omnia faciant diligenter considerata, nisi
inueniant cōsiderantis animum, ab omni peni-
tus prauo uendicatū amore, & ad se mirabiliter
rapiunt, & uehemētē afficiunt? Bern. De diligē-
do Deo. Vide ergo quo modo, immō q̄ sine
modo à nobis meruerit, q̄ prius dilexit nos, tan-
tus & tantum, & gratus, rancillos & tales. Mo-
dus idcirco diligendi Deum esse debet, sine mo-
do diligere. Cum uerò dilectio, q̄ tendit in Deū,
tendat in immēsum, tēdat in infinitū, (nā & im-
mensus & infinitus est Deus.) quis nā (quæso)
debeat finis nostri esse, uel modus amoris? Aug.
Modus tñ diligendi Deum est, ut ipse ametur su-
per omnia & propter se. Quia minus eum amat,
qui cum eo aliquid amat, quod propter eum nō
amat. Præterea post esse, post pulchrū esse, & post
uiuere, datum est sentire, datū est & discernere.
Hugo. Et per eandem dilectionem datum est.
Quæ nisi præcessissent, nihil à largiente datum,
nihil ab indigēte acceptum fuisset. Quam subli-
mis & q̄ decorus in anima factus es. Quid sibi
iste ornatus tantus ac talis uoluit, nisi quia idem
ipse, qui induit consortem suo palacio, suæ glo-
riæ præparauit? Nouit ad quod opus te cōderet,
nouit qualis ornatus illud opus deceret, & ideō
dedit quod decuit, & quod tantū decuit, ut & ip-
se diligeret hoc, qui dederit. Sensibus foris de-
corauit, intus sapientia illustrauit. Sensus dans
quasi interiorem ornatū, sapientiam quasi inte-
riorem habitū. Sensus quasi quasidā gemmas sul-
gentes, appendentes exterius, sapientiam quasi
naturali pulchritudine, faciem uultus tui colo-
rans intus. Ecce ornatus tuus omnium gemma-
rum uincit pulchritudinem. Ecce facies tua om-
niū formarum superat decorem. Talem te om-
nino esse decebat, qui ad cœlestis palatiū curiæ
introducendus eras. Quantū dilectus es, & præ-
quantis dilectus es, q̄ talis factus es? Quam sin-
gulare donū, quod nō omnibus cōcessum, nō nisi
dilectis, & diligentibus concedendum. Multum
gloriaripoteras, & multū custodire debueras, ne
tale donū perderes, ne tale ornamentū faderes,
ne tātum decorem corrumperes, & eo amisso uel
imminuto amplius miser fieres, q̄ eo nō accepto,
uel non perfectō miser fuisses, ne te cum damno
amissa pulchritudinis, simul torqueret confusio
feditatis, & abiectus uilior fieres, q̄ si receptus
non fuisses. Istud custodiendum, & illud ca-
tendum fuerat, ut istud custoditum persisteret,

& illud cautum non eueniret. Sed uide quid feci-
sti. Dereliquisti Deum amatorem tuum, & cum
alienis prostituisti amorem tuū, fedasti pulchri-
tudinem tuam, disperdisti ornatum tuum. Oblit-
tus es Domini creatoris tui, & pro tantis benefi-
cijs condignas grates nō egisti. Ideo uerò ad ma-
iorem confusionem tuam hæc dixi, ut eō magis
odio dignum ostenderem, quod tantis beneficijs
acceptis, & non custoditis ingratum comproba-
rem: & ut magis de cætero illi fias obnoxius, qui
te fecit cum non eras, & redemit cum perieras.
Nam illud quoq; in assertione amoris illius com-
memorauit, ut inde occasione accepta, tibi narra-
re incipiam, quantum amator tuus, qui tam ex-
cellus apparuit cum te conderet, humiliari di-
gnatus est, cum repararet. Illic tam sublimis, hic
tam humilis, non tamen hic q̄ illic minus ama-
bilis. Illic potenter tibi magna contulit, hic mise-
ricorditer pro te dura sustinuit. Ut enim te rele-
uaret illuc uide cecideras, ipse descendere digna-
tus est huc, ubi iacebas. Et ut tibi iustē redere-
tur, quod iustē perdidideras, ipse dignatus est, pie
pati quod tolerabas. Ansel. Cur Deus homo.
In primis uerò q̄ nullo modo poterat homo la-
bore, pœna, uel merito, dignitatem quam pec-
cando amiserat promereri, ostendā tibi qua ne-
cessitate uel ratione Deus, cum sit omnipotens,
humilitatem & infirmitatē humanæ naturæ pro
eiusdem restauratione assumpserit. Oportebat
nanq; ut sicut per hominis inobedientiam mors
in humanum genus intrauerat, ita per hominis
obedientiam uitam restitueret. Et quemadmo-
dum peccatum quod fuit causa nostræ damna-
tionis initium habuit à femina, sic nostræ iusti-
tiæ & salutis auctor nasceretur de femina. Et ut
diabolus qui per ligni gustum, quē per sua sit ho-
minem, uicerat, per passionem ligni, quā intulit,
ab homine uinceretur. Sed ipsa hominis libera-
tio nec per aliam q̄ per Dei personam fieri de-
cuit, nec potuit, ne quia quæcunq; persona alia
hominē à morte æterna redimeret, eius seruus
idem homo rectē iudicaretur. Quod si esset nul-
latenus restauratus, esset in illā dignitatem, quā
habiturus erat, si non peccasset: cum ipse qui nō
nisi seruus Dei, & æqualis Angelis bonis per om-
nia futurus erat, seruus esset eius, qui Deus non
esset, & cuius Angeli serui non essent. Quod uerò
homo per aliā, q̄ per Dei personam, liberari non
potuit, manifeste uerum esse attende. Constat
Deum proposuisse, ut de hominibus Angelos q̄
ecceiderant restauraret. Tales ergo oportet esse
homines in illa ciuitate superna, qui pro Ange-
lis i illis assumantur, quales ibi futuri erant illi,
pro quibus ibidem erunt, id est tales, quales nunc
sunt boni Angeli. Alioquin non erant restaurati
qui ceciderunt, & sequetur, q̄ Deus aut non
poterit perficere bonum quod incepit, aut peni-
tebit cum tantum bonum incepisse, quæ Deo
absurda sunt. Oportet ergo, ut æquales sint homi-
nes bonis Angelis. Cū ergo boni Angeli nunquā
d d d pecca-

Quæ fue- rit rō, uel necessitas q̄ naturā assumpserit humanā.



peccauerunt, potes ne cogitare, q̄ homo, qui secundum q̄ homo, qui aliquando peccauit, nec unquam Deo pro peccato satisfecit, sed tantum impunitus dimittitur, aequalis sit Angelo, q̄ nunquam peccauit? Minime. Non ergo decet Deū, hominem peccatē sine satisfactione, ad restorationem Angelorum assumere perditorum, qm̄ veritas non patit eum leuari ad aequalitatem beatorum. Considera etiā in solo homine, sine hoc q̄ debet Angelis aequari, vtrū eum taliter Deus ad beatitudinem vllam, vel talem qualem habebat antequam peccaret, debebat prouehere? Pōnamus per exemplum, aliquem in manu tenere margaritā preciosam, quam nulla vnquā pollutio tetigit, & quam nullus possit alius amouere de manu eius, nisi ipso permittente, & eam disponat recondere in thesaurum suū, vbi sunt charissimā & preciosissimā, quā possidet. Quod si permittat ipse eandem margaritam ab aliquo inuidio excuti de manu sua in cenam, cū prohibere possit, ac postea eam de cenā sumens, pollutā, & non lotam in aliquem mundū & charum locum demittit illam sic seruat, & recondit, putabis ne illum sapientem? Non, si recte sapis. An nō similiter faceret Deus, qui hominem Angelis sociandum sine peccato quasi in manu sua tenebat in paradiso, & permittit vt accensus inuidia diabolus eum in lutum peccati, quamuis consentiente deiiceret. Si non prohibere vellet diabolus, vt non posset tentare hominem, nonne in quā similiter faceret, ac si hominem peccati sordem maculatum, sine omni lauatione. i. absq; omni satisfactione talem semper mansurū, saltem in paradiso de quo eiectus fuerat, reduceret. Tene igit certissimē, q̄ sine satisfactione. i. sine debiti solutione spontanea, nec Deus potest peccatū impunitum dimittere, nec peccator ad tām beatitudinem, vel talem qualem habebat antequam peccaret, peruenire. Firmiter igitur crede, ne dubites, quia secundum mensuram peccati, oportet satisfactionem esse. Et tu quid solues pro peccatis? Forsitan dices, penitentiam, cor contritū & humiliatū, abstinentias, & multimodos labores corporis, & misericordiam dandi, & dimittendi, & obediētiam. Quid in omnibus his das Deo? Vide & diligenter cōsidera, quia cū reddis Deo aliquid quod debes, & si non peccasti, nō debes hoc computare pro debito. Omnia autem illa debes Deo, que dicis. Tantus namq; debet esse in hac mortali vita amor, & ad quod p̄inet oratio & desiderium perueniendi ad hoc, ad quod factus es, & dolor quia ibi non es, & timor ne nō peruenias, vt nullam latitiam sentire debeas, nisi de his, quā tibi auxilium, aut spem dant perueniendi. Quid ergo das Deo quod non debes, cui totum quod es, & quod habes, & quod potes, debes ne pecces? Nihil igitur in his omnibus das Deo, quod nō debes. Quid ergo solues Deo pro peccato tuo, cū nihil habeas, quod pro peccato soluas? Et si grauius peccamus quotiescumq;

Exemplū.

Quod omnino homo nō potest satisfacere.

Quāto amorem, & timore habere debeat homo, perueniendi ad hoc quod factus est.

Quāto hō

scienter aliquid, quamlibet paruū, contra uoluntatem Dei facimus, qd faciet miser homo peccator, qd Deo pro peccato soluet, q̄ tot & tanta nō solū grauius, sed & enormia sciens & prudens commisit p̄ longū tempus, immo ferē tota vita sua, & quātū sus in volutabro luti delectabiliter in eisdē iacuit? Si secundū quantitatem peccati exigit Deus satisfactionē, nec satisfaciis si nō reddis aliquid maius, q̄ id pro quo peccatū facere nō debueras: quia sic ratio exigit, qd facies, qd solues Deo tot malis obuolutus? Itē homo in paradiso sine peccato factus, quasi positus est pro Deo inter Deū & diabolu, non cōsentiendo suadendi peccato ad honorē Dei & ad cōfusionem diaboli, cū ille infirmior in terra nō peccaret, eodē diabolo suadente, q̄ fortior peccauit in caelo nullo suadente. Et cū hoc facere posset, nulla vi coactus, sed sola se suasionē sponte vinci permittit, ad uoluntatem diaboli, & cōtra uoluntatem Dei & honorē Dei, vt homo reconciliē illi, cū calumnia huius cōtumelię Deo interrogata, nisi prius honorauerit Deū vincendo diabolu, sicut illū inhonorauit victus a diabolo? Victoria verō talis debet esse, vt sicut fortis ac potestate immortalis, consentit facili diabolo vt peccaret, vnde iuste incurrit p̄nā mortalitatis: ita infirmus & mortalis, qualē ipse se fecit, per mortis difficultatem uincat diabolu, vt nullo modo peccet, quod facere nō potest, quādiu ex vulnere primi peccati conuincit, & nascit in peccato. Adhuc accipe vnū, sine quo nō reconciliat homo, nec minus impossibile. Quid abstulit homo Deo, cū vinci se permittit a diabolo? Nōne abstulit Deo, quicquid de humana natura facere proposuerat? Intende industriā, & iustitiā, & iudiciā, secundū illud vtrū ad equalitatem peccati homo satisfaciat Deo, nisi id ipsum quod permittendo se vinci a diabolo, Deo abstulit, diabolu vincendo restituat, ut quemadmodū per hoc q̄ est victus, rapuit diabolus qd Dei erat, & Deus perdidit: ita per hoc q̄ vincat, perdat diabolus, & Deus recuperet. Nullatenus ergo debet aut potest accipere homo a Deo, quod Deus illi creare proposuit. Si tū reddit Deo totū qd illi abstulit, vt sicut p̄ illū Deus perdidit, ita p̄ illū recuperet. Quod nō aliter fieri valet, nisi ut quēadmodū p̄ uictū tota humana natura corrupta, & quasi fermētata est peccato, cū quo nullū Deus assumit ad p̄ficiendā illā ciuitatē celestē, ita ut p̄ uincētē iustificēt tot hoies, quot illum numerū cōplecturi erunt, ad quē complendū factus est homo. Et hoc facere nullatenus potest peccator hō, q̄ peccator peccatore iustificare nequit. Nihil ergo iustius, nihil impossibilius. Attēde adhuc. Si hō dicit iniustus, q̄ homini nō reddidit quod debet, multo magis iniustus est, q̄ Deo qd debet nō reddit. Quod si reddere nō potest, quō iniustus est? Audi. Forsitan si nulla est in illo causa impotentis, aliquatenus excusari potest. Sed si in ipsa impotentia culpa est, sicut non leuat peccatum,

abstulit Deo, quod si uincit a diabolo.

Qualis de diabolo debet esse victoria.

Quomodo factus fuit peccator, ut peccatus esset.

Dubium. Quod impotentia hominis non excuset eum. Respōsio.

peccatum, ita nō excusat nō reddentem debitū. Nam si quis iniungat opus aliquod seruo suo, & precipiat illi, ne se deiciat in foueā quā illi demōstrat, vnde nullatenus exire possit, & seruus ille contemnens mandatum & monitionem Dñi sui, spontē in monstratā se mittat foueam, vt nullatenus possit opus iniunctū facere, putas ne aliquatenus illi impotentiam illā ad excusationem valere, cur opus iniunctū non faciat? Non. Immo dupliciter peccauit. Quia & quod iustus est facere, non fecit: & quod preceptum est vt nō faceret, fecit. Ita homo qui se spontē illo debito quod soluere non potest, & sua culpa deiecit se in hanc impotentiam, vt nec illud possit soluere quod debeat ante peccatū, id est ne peccaret, nec hoc quod debet, quia peccauit, inexcusabilis est. Ipsa nāq; impotentia culpa est, q̄ non debet eā habere, immo debet eam non habere. Nam sicut culpa est, non habere quod habere debet, ita culpa est, habere quod debet non habere. Sicut igit culpa est homini, non habere potestatem illam quā accepit, vt posset cauere peccatum, sic culpa est illi habere impotentiam, qua nec iustitiā tenere, & peccatū cauere, nec quod pro peccato debet reddere potest. Spontē namq; fecit, vnde perdidit illam potestatem, & deuenit in hanc impotentiam. Illud enim est nō habere potestatem, quā debet habere: & habere impotentiam, quā debet non habere. Quapropter impotentia reddendi Deo quod debet, quā facit vt non reddat, nō excusat hoīem si non reddit, quoniam effectū peccati non excusat peccatū quod facit. Iniustus est ergo homo, qui non reddit Deo quod debet, & iniustus est, quia reddere nequit. Et nullus iniustus admittē ad beatitudinem, qm̄ quemadmodum beatitudo est sufficiētia, in qua nulla est indigentia: sic nulli cōuenit nisi in quo ita pura est iustitia, vt nulla sit iniustitia. Cū igit videas peccatorem hominē, hoc debere Deo pro peccato quod vel reddere nequit, & nisi reddiderit saluari nequit, instruendus es ne forte desperes, qualiter Deus misericordia saluet hoīem, cum peccatum nō dimittat illi, nisi reddiderit, p̄pter quod illud debet. Rationalem naturam a Deo factā esse iustā, vt illo fruendo beata esset, dubitari nō debet. Ideo namq; rationalis est, vt discernat inter iustum & iniustum, inter bonū & malum, & inter magis bonum & minus bonū. Simili ratione probat, q̄ ad hoc accepit potestatem discernendi, vt odisset, & vitaret malum, ac amaret & eligeret bonū, atq; maius bonū magis amaret, vel eligeret. Sed non conuenit, vt Deus potestatem tām frustra dederit. Ad hoc itaq; factam esse rationalem creaturam, certum est, ut summum bonum super omnia amaret & eligeret, nō propter aliud sed propter ipsum. Si enim propter aliud, non ipsum sed aliud amat. Vt igit frustra non sit rationalis, simul ad hoc rationalis & iusta facta est. Quapropter rationalis natura, iusta facta est, vt summo bono. i. Deo fruendo beata

esset. Homo ergo qui rationalis creatura est factus est iustus ad hoc, vt Deo fruendo beatus esset. Quod autem factus sit talis, vt necessitate non moreretur, hinc facile probat, quia sapientiā & iustitiā Dei repugnat, vt cogeret mortem pati sine culpa, quem iustū ad beatitudinem fecit. Sequitur ergo. Quia si nunquā peccasset, nunquam moreretur. Vnde aperte quādoq; futura resurrectio mortuorū probatur. Quippe si homo perfectē restaurandus est, talis debet restituī, qualis futurus erat si non peccasset. Nihil ergo iustius aut conuenientius intelligit, q̄ vt sicut homo si perseverasset in iustitia totus. i. anima & corpore eternē beatus esset, ita si perseverat in iniustitia, totus similiter miser sit. Ex his enim facile cognoscere, qm̄ aut hoc de humana perficiet Deus natura quod incepit, aut inuānu fecit tam sublimem naturā ad tantū bonum. Aut si nihil preciosius cognoscit Deus fecisse q̄ rationalem creaturā, ad gaudendū de se: valde alienū est ab eo, vt vllam rationalem creaturā penitus perire sinat. Necessē est ergo ut de humana natura, qd incepit pficiat. Hoc aut fieri (sicut dixi) nequit, nisi per integrā peccati satisfactionem, quā nullus peccator facere potest. Si verō intelligis necessē fuisse, vt Deus perficeret quod incepit, forte cogitas dicens, quam gratiā debeo pro eo q̄ fecit me propter se? aut quō imputabo meam salutē eius gratiā, si me saluat necessitate? Sed attende q̄ est necessitas, quā beneficiendi gratiā auferat aut minuit, & est necessitas, quā maior beneficio gratiā debet. Cum enim aliquis ea necessitate cui subiaceret, inuitus beneficit, aut nulla, aut minor illi gratia debet. Cū verō ipse spontē necessitati beneficiendi se subdit, neq; inuitus eam sustinet, tunc vtiq; maiorem beneficij gratiam mereret. Non enim hac est dicenda necessitas, sed gratia, quia nullo cogente illam suscipit aut seruat, sed gratas. Quare multo magis si Deus facit bonū hoī quod incepit, licet non deceat eū a bono incepto deficere, totū gratiā debemus imputare, q̄ hoc p̄pter nos, nō p̄pter se, nullius egens, incepit. Nō enim illū latuit, qd homo facturus erat, cū illum fecit. Et tū bonitate sua illum curando, spontē se vt pficeret inceptū bonū, quasi obligauit. Deniq; Deus nō facit necessitate, quia nullo modo cogit, aut prohibetur facere aliquid. Et cū dicimus Deū aliquid facere quasi ex necessitate, utandi inhonestatem, quā utiq; non timeret, potius intelligendū est, quia hoc facit necessitate seruandę honestatis. Quia. i. necessitas non est aliud q̄ immutabilitas honestatis eius, quā a se ipso & nō ab alio habet, idcirco improprie dicitur necessitas. Dico tamen q̄ necessitas est, vt bonitas Dei propter immutabilitatem suā perficiat de hoīe quod incepit, quāuis totum sit gratia bonū qd facit. Hoc aut fieri nequit, nisi si sit q̄ soluat pro peccato hominis aliquid maius, q̄ omne quod propter Deum est. Illum quoq; qui de suo poterit Deo dare aliquid, quod superet

Quod hō nō moreretur, si nō peccasset.

Nota.

Quod de humana natura pficiet Deus quod incepit.

Dubium.

Solutio.

De duplici necessitate.

Satis facere non potest p̄ primo hoīe, nisi Deus homo.



omne quod sub Deo est, maiore esse necesse est, q̄ omne quod non est, Deus. Nihil aut̄ est super omne quod Deus nō est, nisi Deus. Non ergo pot̄ hanc satisfactiōem facere, nisi Deus. Sed nec facere illā debet, nisi homo. Si ergo (sicut constat) necesse est, vt de hominibus perficiat̄ illa sup̄erna ciuitas, neq; hoc esse valet, nisi fiat sup̄radicta satisfactio, quā neq; potest facere nisi Deus, debet nisi homo, necesse est, vt faciat eam Deus homo. Inuestigandū nunc est, quomodo esse possit Deus homo. Diuina enim natura & humana nō possunt in inuicem mutari, vt diuina fiat humana, aut humana diuina, nec ita misceri, vt quaedam tertia sit ex duabus, quā nec diuina sit omnino nec humana. Deniq; si fieri posset, vt altera i alteram conuerteret̄, aut esset t̄m Deus & nō homo, aut solū hō & non Deus. Aut si miscerent̄, ita vt fieret ex duabus corruptis quaedam tertia (quē admodum ex duobus indiuiduis animalibus diuersarū specierum, masculo & femina nascitur tertium, quod nec patris integram neq; matris seruat naturam, sed ex utraq; tertiam mixtam) non homo esset, nec Deus. Non igitur potest fieri homo Deus quē quarimus ex diuina & humana natura, aut conuersione alterius in alteram, & corruptiua cōmixtione naturę utriusq; in tertiā, quia hoc fieri istā duā naturā nequeunt: aut si fieri valerent, nihil ad hoc quod quarimus valerēt. Si autem ita quolibet modo cōtingi debent hęc duę integrę naturę, vt t̄m alius sit Deus, alius homo, & non idem sit Deus, qui & homo, impossibile est, vt ambo faciant, quod fieri necesse est. Nā Deus non faciet quod non debet, & homo non faciet, quia nō poterit. Vt ergo hoc faciat Deus homo, necesse est eandem ipsam esse perfectū Deū, & perfectū hominem, qui hanc satisfactiōem facturū est: quoniam eam facere nō potest nisi uerus Deus, nec debet nisi uerus homo. Qm̄ ergo seruata integritate utriusq; naturę, necesse est inueniri Deū hominē, nec minus est necesse, has duas naturas integras conuenire in vnā personā, quemadmodū corpus & anima rationalis conueniunt in vnum hominem, qm̄ nequit alteri fieri, vt idem ipse sit perfectus Deus & perfectus homo. Restat nunc querere, vnde & quomodo assumet Deus humanam naturā. Aut enim assumet eam de Adam, aut faciet nouum hominem, quemadmodum Adam fecit de nullo alio homine, Sed si nouum hominē facit non ex Adę genere, non pertinebit ad humanū genus, nisi quod natū est de Adam. Quare nō debet satisfaccere pro eo, quia non erit de eo. Sicut enim rectū est, vt pro culpa omnis homo satisfacciat, ita necesse est, vt satisfacciens idem sit qui peccator, aut eiusdem generis. Aliter nanq; nec Adam, nec genus eius, satisfacciet per se. Ergo sicut de Adam & Eua peccatum i omnes homines propagatum est, ita nullus nisi vel ipsi, vel qui de illis nascit̄, pro peccato hominum satisfaccere debet. Quoniam ergo illi nequeunt, necesse est, vt Deus sit, qui hoc

Necesse ē eūdem ipsum esse perfectū Deum, & perfectū hominem

Quod ex genere Adę & de Virgine femina Deū oportet assumere hominem.

faciet amplius. Sicut Adam & totum genus eius per se fecisset, sine sustentatione alterius creaturę si non peccasset, ita oportet vt si idem genus refurgit post casum, per alium refurgat ac reueletur. Nam per quemcūq; in statum tuum restituatur, per illum itaq; stabit per quē statum suū recuperabit. Deus etiā quando humanam naturam primitus fecit in solo Adam, nec femina (vt de utroq; sexu multiplicarentur homines) facere voluit nisi de ipso, aperte monstrauit, se non nisi de Adam voluisse facere, quod de natura humana facturū erat. Quapropter si genus Adę per aliquem releuatur hominem, qui non sit de eodem genere, non illā dignitatem habebit, quā habiturus erat, si nō peccasset Adam: & ideo nō integrē restaurabit̄, & Dei propositum deficere videbitur, quā duo incōuenientia sunt. Ergo necesse est, ut de Adam assumatur homo, per quem restaurandum est genus Adę. Pinge igitur in animo non superficīam uanitatē, sed super solidā ueritatē & dic: quia ualde conuenit, ut quemadmodū hominis peccatum, & causa nostrę perditionis principium sumpsit a femina, ita medicina peccati, & causa nostrę saluationis nascatur a femina. Similiter & hoc. Si uirgo erat q̄ causa fuit humano generi totius mali, multo magis decet uirgo sit, quā causa erit totius boni. Hoc quoq; similiter. Similiter quam Deus fecit de uirgo sine femina, facta est de uirgine, cōuenit ualde, vt uir quoq; qui fiet de femina, sine uiro fiat de uirgine. Nunc tibi quoq; dicendum est in qua persona Deus, qui est tres personę, hominē assumat: plures enim personę nequeunt unū eundem hominem assumere in unitatem personę, quare in una persona tantū hoc fieri necesse est. Sed de hac unitate personę Dei & hominis, & in qua persona Dei hoc magis fieri oporteat, breuiter tango. Cur uidelicet potius filij persona debeat incarnari, q̄ patris aut Spūs sancti. Si quilibet alia psona incarnet̄, erunt duo filij in trinitate, filius. f. Dei q̄ ante incarnationē filius est, & ille q̄ per incarnationem filius erit uirginis, & sic erit in psonis (quę semper equales esse debent) inęqualitas secundū dignitatem natiuitatū. Digniorē nāq; natiuitatē habebit natus ex Deo, q̄ natus de uirgine. Est & aliud cur magis conueniat filio incarnari, q̄ alijs psonis, quā cōuenientius sonat filij supplicare patri, q̄ aliā psonā alij. Itē. Homo pro quo erat oraturus, & diabolus quem erat expugnaturus, ambo falsam similitudinem Dei ppria uolūtate psumperat. Vnde quasi specialius aduersus psonā filij peccauerant, quā uera patris similitudo erē dī. Illi cui specialius sit iniuria, conuenientius attribuit̄ culpā uindicta, aut indulgentia. Quapropter cū nos ratio meuitabilis perduxerit ad hoc, ut necesse sit diuinam & humanam naturam in unam conuenire personam, nec hoc fieri possit in pluribus psonis Dei, & hoc conuenientius fieri pateat in psona uerbi q̄ in alijs, necesse est, uerbu Deū & hominem in unam

Rō quare Deus humanam naturam primitus fecit in solo Adam.

Quod magis conueniat filio incarnari, q̄ alijs psonis.

Item alia ratio.

vnā conuenire personam. Leo papa. Igitur sempiterna & lumina essentia, quę se sic ad humani generis inclinauit salutē, nos quidē in suā gloriam transtulit. Sed quod erat esse, non desinit. Quod enim uerbu caro factum est, non hoc significat q̄ in carnē sit Dei natura mutata, sed quod a uerbo in unitatem personę sit caro suscepta, in cuius utiq; nomine homo totus accipit̄. Vnde utriq; naturę in suis proprietatibus permanētī, tāta est unitas facta & cōmunio, ut quicquid ibi est Dei, nō sit ab humanitate disunctū, quicquid aut̄ est hominis, nō sit a diuinitate diuisum. Verbum. n. & anima & caro in vnā conuenire personę, & hęc tria vnum, & hoc vnum tria sunt, non in cōmixtione substantię, sed unitate personę. Et in hoc homo considera, q̄ cum originē humanā multum dederit, quod nos ad imaginem suam fecit, reparationi nostrę longē amplius tribuit, cum seruili formę ipse se Deus coaptauit. Quāuis. n. ex una eademq; pietate sit, quicquid creaturę creator impendit, minus tamen mirum est hominem ad diuinā proficere, q̄ Deum ad humana descendere. Quis. n. ab impietate ad iusticiā, a miseria ad beatitudinē esset recursus, nisi & iustus ad impios, & beatus inclinaret̄ ad miseros? Libet idcirco in huiusmodi cōsideratione aliquantulū imorari, eō q̄ tam ipsius obstupēda dignatio, qua n̄m sibi associat̄ iumentū, q̄ copiosa redemptio apud eum, qua humiliter crucis subiuit tormentū, meditando mater iā ministrat abundanter. Nescio nāq; si ulla esse possit efficacior, ac suauior morum edificatio, q̄ uerbi incarnati fidelis & pię cōsideratio. Quid. n. hominem sic excitare potest ad amorē Dei, q̄ praueniēs amor Dei, tamq; uehemens ad hominem, vt hō propter hominem velit fieri? Quid aut̄ nutrit ita amorē proximi, q̄ similitudo & natura pximi in humilitate dei? Nam humilitatis exemplū nec cogitari posse manus aliquid existimo, q̄ exinanitiōē Dei in formā serui, & seruitutē plusq; serui. Bern. Venit igitur filius Dei de corde patris, in uerū uirginis matris. Venit a summo celo in inferiores partes terrę. O inestimabilis dignatio & penitus excogitabilis, q̄ in carceris huius horrore factoremq; nostrę mortalitatis, tanta dignata est descendere celsitudo. Mira quęrentis dei dignatio, mira dignitas hoīs sic quęsti, in qua si gloriari uoluerit, non erit insipiens, non q̄ aliquid esse uideatur tanq̄ a semetipso, sed q̄ tanti fecerit eum. Leo papa. Agnosce igitur ex his dignitatē tuam, & diuinę confors factus natura, noli in ueterē uilitatē degeneri cōuersione recidere. Bern. Omnes nāq; diuinitate, omnis gloria mundi, & quicquid in eo concupiscitur, minus est ad hanc gloriā, imō nec aliquid in eius cōparatione. Guerrus. Pręterea non tam admiranda, q̄ etiā obstupēda intueor in hac gloria. Nam cum humanarū infirmitatum uel iniuriarū, quas pro nobis pertulit diuina dignatio,

Quod mirabile hominis ad Deum ad hominem uenire.

Hic agitur de diuinitate in humanitate.

Id nūc amodo dei, & nūc amorē proximi.

De hinc agitur de cōuersione carnalis.

Quod in huiusmodi cōparatione.

existimo, quod in utero concipi, in utero nouē mensibus maiestas illa incircumscripta passā est contineri. Vbi enim sic se exinaniuit, vt quasi penitus a seipso defecisse uisus est. Tanto tēpore nihil illa sapientia loquitur, nihil illa uirtus manifestum operatur, nullo signo uisibili maiestas (quę clausa later) pditur. Nam in cruce uisus est infirmus, ubi quod infirmū fuit ipsius, statim fortis apparuit omnibus hominibus, quādo & moriens glorificat latronē, & expirans inspirat Centurionem: quādo horarius dolor passionis eius non solum compati facit elementa creaturarū, sed etiam contrarias fortitudines subigit æternorum passioni dolorum. In utero sic est, quasi non sit: sic omnipotens uirtus uacat, quasi nihil possit, & uerbu æternum sub silentio se premit. Guerrus. Exinaniuit igitur semetipsum formā serui accipiens, & cum tota multitudine miserationum suarum de thalamo profiliit uirginali. Dependet Deus ad uera, ponitur in præsepe, ligatur in cunis, pannis inuoluitur, & laxatis factiolis felices manus & sancta brachia per cunaru paruitatem expandit. Nulla ibi domus ambitio ubi reclinatoriū in stabulo, mater in fenno, filias in præsepio. Tale elegit mundi fabricator hospitium, hmoi habuit delicias sacrę uirginis puerperium. Pāniculi pro purpura, pro bysso in ornatu regio lacinię congeruntur. Genitrix est obfretrix, & deuota dilectā soboli ipsa exhibet clientelam, atterecat, amplectitur, iungit oscula, porrigit mamā, totum negotiū plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturę contumelia in puerperio. Pedissequas substantia familiaris nō patitur, mancipiorū obsequia sumptus tenuis, & in ops mensa excludit. Nullum domus arda diuersorium occultabat, nec secreti recessus erant illius casule, incalstraturam, rectū, & soli parietes per circuitū uestiebant. Nec ibi locus erat lauaris, quā solēt puerperis preparari, q̄ nec aliqua naturę iniuria matrē dñi lēserat, quā sine tormento pepereat, quā in conceptione caruit uoluptate. Et quis in propria uenerit, qui omnia continet, quicquid circa ipsum uel ipsius genitricē impendebatur officij, non t̄m pauperrimū extitit, sed etiam alienum. Bern. Et de quo dicebatur, q̄ Deus magnus sicut Deus noster? & magnitudinis eius non est finis: tam non prædicat magnus dominus & laudabilis nimis, sed paruus dñs & amabilis nimis. Alludit ut paruus uirgini matri, aridet, & blandientes oculos in Mariam intorquet. Scat perterrita tantis miraculis regina cęlorum, confert in corde suo saluationem Archangeli, conceptionē Dei, & natiuitatem pueri, & miratur, quod ille qui sic potuit ad nos uenire, sic uoluit subuenire. Et certē cum totus sit dulcedo, & sic subuenire nobis uoluit, dulciorem eum mihi facit teneritudo membrorum. Dulcedo hoc incomparabilis, & pietas ineffabilis, ut Deum qui creauit me, uideam puerū creatū propter me, Deusq; maiesta

conceptio ne sua.

De pauperrimo circa dei natiuitatem cultu.



tis & gloria non solum similis mihi fiat corporis veritate, sed etiam miserabilis, & velut humane indiges opis appareat etatis infirma. O duritia cordis mei. Quid hoc facit? Amor certe dignitatis nescius, dignatione diues, affectu potes, suafu efficax. Quid amore violentius? Triumphat de Deo amor, quia semetipsum exinanit, & scias amoris fuisse, quod plenitudo effusa est, quod altitudo adaequata, quod singularitas associata est. Berni. Quid igitur ad haec dormitat tua affectio, immo non dormitat, sed mortua est. Vt te lucrificeret, vt te ad amorem suu traheret, omnem plenitudinem diuinitatis in hominem transfudit. Transfusum Deum in hominem dico, quia non ad mensuram datum homini vido, nec de omni plenitudine sua penes Deu aliquid resedit, quod in hominem cui vnitus est non effudit, dum omne quod in diuinitatis thesauro pietatis inuentu fuit, totum in vtero virginis aggestum. Ita enim Deus fundit, Deus amator tuus in homine effusus est, quod tanquam a sua propria virtute sit exinanitus, dum videlicet in ea humilitate qua tibi consuluit, non solum patre, sed etiam se ipso factus sit inferior. Quae vero maior exinatio in oculis videntium, quid efficacius ad creatorem tuu reamandum, quod pro te splendor gloriae & figura paternae substantiae, formam preferat seruilem, & in ipsa non habens specie neque decore? Qui enim quasi parum esset exinanitus si homo solum fieret, sed etiam humanae carnis ira funditus in se formam & speciem vacuauit, sapientiam insatuauit, virtute infirmauit, minuitque magnitudinem, vt & in natiuitate minimum, & in passione se nouissimum virorum hominibus exhiberet, vnde nec reputauerunt eum. Obstupescere ergo homo tanta pro te mirabilia, tanta beneficia pro te exhibita. Cogita quantum te diligat, qui tanta dignatus est facere pro te. Considera diligenter Dominum sabaoth, qui caelum & terram implet, iacentem in praesepio infantulum, immo cuius maiestati angusta est omnis caeli latitudo, pannis involutum, & qui in caelis tonat, sub cuius vocis tonitruo angelicae potestates submitunt alas suas vagientem, vt ipsius amoris ardore totus accensus, ad tanta beneficia tua vsque huc ingratitude erubescat, quia ipse tuam naturam diuinam voluit associari in vna persona, nunquam ab eo separandam in signum amoris, vt sic saltu eum amares, a quo te agnosceres sic amari. Guerus. Pro his semper gratus esto, indefinenter gratias age, & caue ne indignum videri velis, vt credat Deus Dei filius foemineis se inferuisse visceribus, & maiestati sua huic cotumeliae subdidisse. Vt naturae carnis inmixtus, in vero humanae substantia corpore nasceret, cu totu hoc opus non iniuria sit ipsius, sed potentia, no credenda pollutio, sed gloriosa dignatio. Si n. lux ista visibilis nullis immunditijs, quibus superfusa fuerit violata, nec radioru solis nitorem, que corpore creaturam esse non dubium est, loca nulla sordentia vel

Quod amor solus de Deo triumphat.

Quod Deus transfusus sit in hominem

Quantis Deus se exinanit.

Quod non fuit cu iniuria Dei assumptio humanae naturae. Exemplu.

cenosa cotaminat, quod illius superna, sempiterna, & incorporea lucis essentia potuit, quod libet sui qualitate pollueret, quod se ei qua ad imaginem suam condidit sociando creatura, purificatione praestitit, maculam non recepit, & sic sanauit vulnera infirmitatis, vt nulla pateret damnata virtus? Quam felix proinde, quod amabilis natiuitas tua puer Iesu, quae natiuitate omnium emendat, conditionem reformat, prauidicium soluit, chyrographu damnatae naturae rescindit, vt si que piget danabiliter esse natu, possit felicissimè renasci. Verè tu puer misericors, quem sola misericordia pueru fecit, licet pariter misericordia & ueritas in te obuiauerant sibi. Verè (inquam) tu misericors puer natus es nobis, non tibi, lucra nostra non augmenta tua nascentis de nobis quaesisti, qui ad hoc solu nasci dignatus es, vt nos minoratione tui proueheres, humiliatone glorificares. Dulce certe, proinde dulce, & sapidum cogitare, & recogitare pueru Deum, quin etiam efficax & operatoriu ad medendum ac dulcorandum (si qua in nobis est) peccatoru amaritudinem, poenitentiae austeritatem. Quid non temperabit illa dulcedo, quod morte quoque facit dulcissimam. Et inter haec considerat, semper recurro ad hoc quod dulcius sapit, & familiarius adharet, uidelicet, quod ideo uoluit in similitudinem hominum fieri, vt hominibus esset amabilior. Similitudo enim ad amorem efficacius operat. Ideo non me capio praerogatiua, quod illa maiestas naturam suam naturam meae carnis & sanguinis superesset, & me miseru in diuitias gloriae suae non ad hora sed in sempiternu includit, fit frater meus Dominus meus, & timorem Domini fratris uincit affectus. Ideo dicit Iesu libenter audio te regnante in caelis, sed libentius nascentem in terris. Hec n. meditatio rapit affectu meum, & huius memoria coalescit cor meum, uiuacis & uita potationis asperitate purgatu. Erat utique dominus meus inter angelicos ordines, audiens hymnum gloriae suae admirabilis, illi mirabili creatura faciens mirabilia in caelo & in terra, in mari & in oibus abyssis. Ego autem in luto facis, & miseru obuolutus, miser & miserabilis, & omnem spem aegrediendi perdidit. Ille in gloria, ego in miseria, admirabilis ille, ego miserabilis. Sanctum & terribile nomen eius, quod vix audeat illud dignior nominare natura. Nomen illud clausum & integrum, quo capere poteram, quod uix angelicus oculus prospicere, necdum prospicere potest. Ille qui erat admirabilis agminibus Angelorum, inclinatus caelos, & sit consiliarius hominum. Maiestatiu nomen, imprecatiu effundit, & qui mirabilis est in caelis, consulere venit in terris. Abscondit purpuram sub miseriae uelimentis, & ad lutum ubi iacebam melinatur, non mergitur. Et si audeo dicere, infixus sum in limo profundo. Operi manuum suatum porrigit dexteram, de profundis aquaru extraxit, extratum abluit, ablutum induit, indutum reparat, reparatum confirmat. Porrigit dexteram cum nascitur, cum loquitur extrahit, abluit cum moritur,

moritur, induit cum resurgit, cum ascendit reparat, confirmat cum Spiritum sanctum emittit de caelis. Et ne agnoscas plenam hominis dignitatem tuam, agnoscas & gloriae conditionis tuae uel humanae, tria opera, tres mixturas fecit omnipotens illa maiestas in assumptione carnis nostrae, ita mirabiliter singularia, & singulariter mirabilia, ut talia nec facta sint, nec facienda sint super terram. Coniuncta sunt quippe adinueniem Deum & homo, mater & uirgo, fides & cor humanu. Admirabiles istae mixturae, & omni miraculo mirabilis, quomodo tam diuersa adinuenim poterunt coniungi. Hinc limo terreno uim uicalem miscuit, ut in arboribus, unde surgit uenustas in folijs, in floribus palchritudo, sapor in fructibus & medicina. Adiecit etiam & uim sensibilem limo nostro, ut in pecoribus, quae non solum iam uitam habeant, sed & sentiant quinq; partita sensificatione uigentes. Addidit adhuc honorat limum nostrum, & ei uim rationalem coniuxit, ut in hominibus, qui iam non solum uiuant, sentiant, sed & discernant inter comodum & incommodum, inter bonum & malum, & inter ueru & falsum. Voluit quoque adhuc infirmiora nostra a budatiori gloria sublimare, & cotraxit se maiestas, ut quod melius habebat, uidelicet seipsum limo nostro coniungeret: miserentque se inueniem Deum & limum, maiestas & infirmitas, tanta uilitas & sublimitas tanta. Augustinus. Et uide, quod si mirabilis fuit coniunctio prima, uidelicet inter animam & corpus, sed mirabilior fuit secunda inter Deum & limum, nec minus mirabilis erit & tertia, cu homo Angelus & Deus vnus erit spiritus. Confundatur ergo superbia hominum, & ad humilitate Dei nouerit de se humilia sapere lutu. Berni. Nihil enim Deo sublimius, nihil uilius limo: & tu tanta dignatione descendit Deus in limum, tantaque dignitate limus ascendit in Deum, ut quicquid fecit Deus, limus fecisse credat, quicquid limus pertulit, Deus pertulisse dicatur tam ineffabili & inconuertibili sacramento. Berni. Aduerte ergo homo quia limus es, & non sis superbus, quia Deo coniunctus es, & non sis ingratus. Veru quoniam bona quae largiri mortalibus non cessat misericors & miserator Dominus, recolare, & recolligere omni homini impossibile est, id saltu quod praecipuum est & maximu opus, uidelicet redemptionis, a memoria tua aliquatenus non recedat. Augustinus. Agnosce igitur quantum ualeas, & quantum debeas, & dum precium tui cogitas, tibi uilis esse desinas. Fautinus. Prospice homo quantum ualeas, vt tandem (inquam) uilis tibi esse desinas, vt per hoc erubescas subiacere utijs dedigneris, dum generositate tua de creatoris, ac reparatoris dignitate metiris. August. Reus namque eris, non parui precij sed sanguinis Christi, qui uiolas, & maculas animam Christi sanguine mundata, & passione redempta. Leo papa. Memento cuius sis capitis, & cuius corporis membrum. Reminiscere quia morte

De tribus mixturis i assumptio ne humanae naturae.

Vim uicalem in arboribus.

Vim sensibilem in pecoribus.

Vim rationalem in hominibus.

De tribus coniunctio nibus mirabilibus.

De modo facillime, & humiliter pro re- compen- satione.

Christi erutus de potestate tenebrarum, translatus es in Dei lumen & regnu, quia preciu tuum sanguis est Christi, qui ueritate te iudicabit, qui misericordia te redemit. Miserendi enim nostri Deus causam nisi in sua bonitate non habuit, & mirabilior est secunda hominum generatio, quam prima conditio. Quia plus est in nouissimis saeculis reparasse Deu, quod perierat, quam a principio fecisset, quod non erat. Berni. in ser. Memento te, & si de nihilo factu, non tu de nihilo redemptionem sex diebus condidit omnia, & te inter omnia. At uero per triginta tres annos, operatus est salutem tuam in medio terra. O quantum laborauit, sustinens carnis necessitates, & hostis tentationes. Quis uero inter caetera dignè penset, quanta fuerit humilitatis, mansuetudinis, & dignationis, Domini maiestatis indui carne, multari morte, turpati crucis? Nunquid non ualuit opus suu reparare absque ista difficultate? Valuit, sed maluit cum iniuria sui, ne pessimu atque odiosissimu uitium ingratitude mis. vltra reperiret in homine. Sane multum fatigationis assumpsit, quo multae dilectionis homine debitoru teneret, comoneretque gratiarum actionis difficultas redemptionis, quae minus esse deuotum fecerat conditionis facilitas. Quid enim dicebat homo, creatus & ingratus? Gratus quidem conditus sum, sed nullo grauamine auctoris vel labore, siquid dicit & facta sunt, quemadmodu uniuersa. Quid magnu est (quale debet magna) quod in uerbi facilitate donauerit. Sic beneficium creatoris attenuans humana impietas, ingratitude mis. materiam inde fumebar, vnde amoris causam habere debuerat. Idque ad excusandas excusationes in peccatis. Sed luce clarus patet, quantum homo pro te factus dispensatum fecit, de Dno seruus, de Dei filio, hominis filius fieri non desepit. Berni. de Deo. Et qui te semel tantum & solum dicendo fecit, in re faciendo profecto multa & gessit mira, & pertulit dura. Nec tantum dura, sed etiam indigna. Ad ideo licet multum possit hominem incitare ad amandum Deum, quod ipse eum fecit, tamen multo amplius debet eum incitare, quod ipse eum refecit, quia non tam facile refectus, quam factus. Quid ergo retribuam Dno, pro omnibus quae retribuit mihi? In primo opere me mihi dedit, in secundo se, & ubi se de dicit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus, me pro me debeo, his debeo, quid Deo retribuam pro se? Nam etiam si me milies rependere possem, quid sum ego ad Deum? Quid igitur magnum tanto recompensat amori, si puluis exiguus totum se ad reamandum collegerit, quid illa nimium maiestas in amorem proueniens, tota in opus salutis eius incensa conspicitur? Anselm. Ecce Dne quia tu me fecisti, debeo me ipsum amori tuo totum: quia me redemisti, debeo me ipsam amori tuo totum: quia tanta promittis, debeo me ipsum amori tuo totum. Immo & intantum debeo, plus quam me ipsum. Et haec tria considero, in quibus tota spes mea consistit. Berni. super

De hinc dicitur quod non de nihilo redemptionem sex diebus condidit omnia, & te inter omnia. At uero per triginta tres annos, operatus est salutem tuam in medio terra.

Quod dicitur de Deo.

De modo facillime, & humiliter pro re- compen- satione.

Quod homo non sufficit ad retributionem.



miseritias domini. In charitate adproprio-
nis, veritate promissionis, & potestate redemp-
tionis, scio igitur cui credidi, & certum sum,
quia in charitate nimia adoptavit me, quia ve-
rax in promissione, & quia potens in exhibitio-
ne. Hugo. Cogita igitur quantum diligit te,
qui tanta perulit pro te, & tanta facere digna-
tus est propter te, & qui tanta tibi dare promit-
tit. Primo namq; pulcher factus fueras eius
munere, postmodum vero scedus factus es tua
miquitate. Sed iterum mundatus es, & forma-
tus factus es eius pietate, operante tamen tui-
biq; charitate. Olim enim non esses, dilexit te, ut
conderet te, postea cum scedus factus esses, dile-
xit te, ut pulchrum faceret, & ut ostenderet tibi
quantum te diligeret: non nisi moriendo a mor-
te te liberare voluit, ut non tantum pietatis im-
penderet beneficium, verum etiam charitatis ostē-
deret affectum, immo & tam sincera charitate
te diligit, ac si semper cū eo perstitisses, nec ex-
probrat tibi reatum, nec improperat tibi benefi-
cium. Bern. Et si deinceps cum eo fideliter
perseuerare, ipsumq; ut decet amare, ut tuum il-
li amorem incontaminatum seruare volueris,
maiora prioribus se daturum promittit. Quia
gemina dulcedo suauitatis exuberat in pectore
Iesu, longanimitas videlicet in expectando, & in
donando facilitas. Ad hoc siquidem diu suspen-
dit sententiam ultionis a contemne, ut quan-
doq; gratiam exhibeat remissionis in peniten-
te. Non vult enim mortē peccatoris, sed ut con-
uertatur & viuat. De penitendi facilitate audi.
Quacumq; hora peccator ingemuerit, peccatū
suum, remittetur ei. Et Dauid paucis compre-
hendit utrumq;. Longanimis (inquit) & mise-
ricors. Quod Dei misericordia nostram supe-
ret miseriam. Et ideo misericors est, quod d tar-
dius videtur ei peccatori veniam dare, q̄ ipsi pec-
catori accipere, sic enim festinat absoluere reū
a tormento conscientie sue, quasi plus cruciet
eum passio miseri, quam ipsum miserum passio
sua. Hugo. Et ut hoc euidentius intelligas, atten-
de. Abieras siquidem & perieras, & quia in peccatis
tuis venūdatus eras, ultra se cōtinere nō potuit.
Venit igitur ille post te ut redimeret te, & tū di-
lexit te, ut sanguinis sui precium appēderet pro
te, taliq; pacto & reduxit de exilio, & redemit
de seruitio. Nulla ergo dilectio maior, nullus
amor sincerior, nulla charitas sanctior, nullus af-
fectus ardentior. Mortuus est pro te innocens,
nihil quod in te amaret inueniens. O cor indura-
tum, cor plusq; lapideū, eodē in morte amatoris
tui quā pro amore tuo sustinuit, & petre scissae
sunt, & monumēta aperta sunt, & quia nō datū est
mihi intelligere Deū creatore meū pro amore
meo quasi infatuatum, & tanq̄ ad nihilū videre
redactum? Hugo. Quid nam inuenisti in me
dñe Deus, q̄ diligeres, & tū diligeres, ut morere
ris pro me? Bern. Quid tale in me inuenisti, p-
quo tanta & tam dura & dira sustinere voluisti?

De dulce dine del circa ho mine, ut i ceter cum ad amore suum.

Sup Cā.

De gemi na dulce dine in pe ctore chri sti

Ezech. 18.

Ezech. 18. Psal. 102.

ad hōe d iul an om ut ha re il - quidit

O bone Iesu, si mihi saperet etiā preter hāc, quā
dulciter cum hoibus conuersatus es, q̄ magna
etiā abūdāter eis largitus es, dura & aspera p-
eis passus es, dura verba, duriora verbera, durif-
sima & horrēda crucis tormēta. Flagellis caesus,
spinis corōatus, clavis cōfossus, patibulo affixus.
obprobrijs saturatus, oīum tū immemor dolo-
rum, ait. Pater ignosce illis. Expansis pro eis in
cruce manibus, dedit risum malignātibus, & fle-
tum fidelibus, factusq; omnibus est derisui, qui
solus potuit esse terrori. Quid igit magis admi-
randū q̄ d amplius detestādū q̄ d grauius punien-
dū q̄ d videns Dei filiū, summū in regno angelo-
rum, nonissimū in regno hoium, apponit se ma-
gnificare homo super terrā? Quid superbis ter-
ra & cinis? Quāto n. se minore fecit in humili-
tate, tāto se maiore ondit in bonitate, & q̄to p-
te est uilior, tantō tibi debet esse carior. Quae
maior iniquitas, q̄ ut inde creator a te contēna-
tur, unde plus amari merebat? Attēde amorem
quo se totū tibi impendit, nihil sibi retinens. At-
tēde & humilitatē qua seruauit tibi, nihil sibi
dñationis vendicans. Bern. Primō oīa sua tibi
dedit, de hinc & seipsum exposuit utilitatibus
tuis, nō parcens sibi, ppter te, in ieiunijs multis,
in laboribus frequēter, in vigilijs supra modū, in
fame & siti, etiā in frigore & nuditate. Leo papa.
Nam oēs infirmitates nostras quae ueniūt de pec-
cato, absq; peccati cōmunionē suscepit, ut est fa-
mis ac satis, somni & lassitudinis, mētoris ac fle-
tus, affectionibus non careret: doloresq; sauisi-
mos, usq; ad mortis extrema pateuerit. Ministe-
riū uerō suū impleuit, humiliās semetipsum,
& obediens factus patri usq; ad mortē, mortem
autē in crucis. Sed parum tibi forte uidetur, q̄
cum esset filius & coequalis, tanquā seruus ser-
uauit patri, si non & seruo suo, plusquā seruus
seruauit. Factus quidem erat homo, ut creatori
seruiret. Et quid iustius, quā ut seruus illi a
quo creatus es, sine quo nec esse potes? Et quid
beatius aut sublimius, quā seruire illi, cui ser-
uire regnare est? Non seruam (inquit) homo
creatori. Ego igitur seruū tibi creator hoium.
Tu recumbe, ego ministrabo, ego tibi pedes la-
nabo. Tu quiesce, ego languores tuos feram, &
infirmitates tuas portabo. Vtere me ut libet in
omni necessitate tua, nō modō ut seruo tuo, sed
etiam ut iumento tuo, ut peculio tuo. Si fatiga-
tus autē & oneratus es, ego te & onus tuum fe-
ram, ut legē meam primus impleam. O duritia
cordis mei, ad dignationē tantam tam inopinā-
tam. O derestabile superbiā hoīs seruire contem-
nētis. Dorsum etiā posuit ad flagella, & plagis ya-
pulauit nō paucis, nec paruis. Indicio sunt riui
sanguinis, qui de tot partibus profluunt corpo-
ris. Contumelia & tormēto interrogatus fuit, ve-
luti seruus aut latro. Subditur quāstioni, qua cō-
fessio extorquebatur criminis. Nunquā igit
tur recedat a memoria tua, tam debita misera-
tio, tam p̄bata dilectio. Ansel. Maxima causa
quare

Luc. 23.

De humi- litate crea- tis, & sup- bia homi- nis.

quare debemus diligere Deum. Scio nāque Do-
mine, quia licet multae sint causae, multae sint ratio-
nes, quare te deberemus diligere, nulla tū maior
cā, nulla cogētior rō, quā nostrae redemptionis
modus. Debemus diligere te, quia nos creasti,
quia nutriti, quia pascis & vestis. Cur maxime
debemus diligere Deum. Sed ideo maxime, quia
redemisti nos tali modo, scilicet morte tua, & ta-
li genere mortis, quod tunc temporis erat vilif-
simū genus mortis, quo puniebantur latrones
& illi qui magna scelera commiserant. Quāto
enim abiectiora pro hominibus pati dignatus
es, tantō magis ab hominibus honorari & dili-
gendi dignus es. Quis enim tantē duritiē est & obstina-
tionis, ut nō possit animū suū inclinare ad te dili-
gendum, qui tantum dilexisti nos, ut nos laetares
a peccatis nostris in sanguine tuo? Quis est, qui
non possit feruentius & diligentius & dulcius di-
ligere, quādo recordatur, quod in cruce brachia
tua expandisti, desiderans nos amplecti, & reci-
pere omnes qui ad te confugere volunt? Bernar-
d. In nullo uerō clarius quā vulneribus tuis elu-
xit, quod tu Dñe suauis es, & mitis, & multa mi-
sericordiae. Quid super omnia amabilem reddat
Dominum Iesum Christum? Idcirco super om-
nia reddit te amabilem mihi o bone Iesu, calix
quem bibisti, opus redemptionis nostrae, hoc om-
nino amorem nostrum uendicat: facile totum si-
bi, hoc (inquam) est, quod nostram deuotionem
& blādius alliciat, & iustius exigit, & arctius strin-
git, & afficit uehementius. Multum quidem labo-
rauit in eo saluator, nec in omni mundi fabrica
tantum fatigationis auctor assumpsit. In dictis
suis sustinuit contradicētores, in factis obserua-
tores, in tormentis illulores, & in morte expo-
bratores. Cū igit deuoeris quēd es, quicquid po-
tes, nōne sic est quasi stella ad solē, quasi lapillus
ad montem, & quasi gutta ad fluum? Si perpen-
deres quā multa & quā multis debeas, vide-
res quā nihil sit quod facis, quā nec etiam in-
rer minima computandum ad comparationem
debitorum tuorum. Quod si nescieris & scire vo-
lueris, respice mentali oculo, quanto remunera-
tionis debito astringaris Domino patienti. Bernar-
d. Volue & reuolue dominicum corpus, a la-
tere usque ad latus, a summo usque deorsum, &
vbique inuenies dolorem. Respice sudorem san-
guineum, alaparum cōtumeliam, flagellorum in-
stantiam, spineam coronam, sputi ludibria, cru-
cis angariam, patibuli suspendium, oculos lāguē-
tes, oris pallorem, sellita cibaria, acida pocula,
caput inclinatum, geniculationes irrisorias, titu-
lum famosum, uelimenti fortē, & geminatum
cruicifige. Quid plura? Vilissimum mortis suppli-
cium, & probra nependissima. Vide Christum
in cruce pendentem, capitis inclinationem ad o-
sculum, brachiorum extētionem ad amplexum,
lateris apertionem, & torius corporis confixionē
ad effectum. Considera filium virginis illitum
sputi, liuidum plagis, clavis cōfixum. Attende

rectorem celsisstantem in cruce, pallidum in mor-
te, & carne deformē. Ne pertranseas Dominū an-
gelorum, virum percussam a Deo & humiliatū,
virum quasi leprosum, & omnibus detrimentis
expositum. Copiosa nāque apud eū redemptio.
Et uere copiosa, quia per quinque partes de cor-
pore eius vnda sanguinis emanauit, cum ad re-
demptionem totius orbis vna preciosissimi san-
guinis sui gutta sufficeret. Sed ideo data est co-
piosa, ut virtus dilectionis in beneficij redunda-
tione claresceret. Agnosce etiam quā graua sunt
illa vulnera, pro quibus necesse fuit Christū Do-
minū vulnerari. Sed hęc nō essent ad mortē, mor-
tēq; sempiternam, nunquam pro eorum reme-
dio Dei filius moreretur. Hugo. Hęc quanti va-
leant frequenter cogita, & in statera charitatis
appende, & quicquid amoris impendendum ha-
bes, illi repende. Inspice diligenter vulnera pendē-
tis, cicatrices resurgentis, sanguinem morētis,
precium credentis, commercium redimentis.
Bernard. Et quia filius Dei occidi iubetur, ut pre-
ciosi sanguinis sui balsamo vulneribus tuis me-
deretur, nunquam a corde tuo recedat, quate-
nus toto tibi figatur in corde, qui pro te totus si-
xus est in cruce. In qua Christifixione tria di-
ligenter considera, ut illi arctius per amorem ad-
harcas, triplicem videlicet uilitatem, triplicem
asperitatem, & triplicem paupertatem. Prima vi-
litas fuit alaparum & colaphorum & arundinis
percussio, tanquā in ribaldum. Secunda fuit
maior, tanquā in bufonem, vel aliquod sordi-
dum aut fœtēs sputi seratio. Tertia fuit maxi-
ma, videlicet inter latrones mortis turpissime
condematio. De triplici autē asperitate vi-
de diligenter. Prima asperitas fuit spinarum p-
medium cati capitis, ad modum corona crade-
lis infixio. Secunda erat maior, totius videlicet
corporis usque ad sanguinis effusionem ligatum
& non potētē ire quo uellet, crudelior flagella-
tio. Tertia uerō & maxima, omnium membro-
rum in cruce uolentissima distensio, maximē
cum talem distensionem comitata fuerit manu-
um & pedum crudelissima transfixio. Nam si ad-
se membra traheret, propria vulnera in locō sen-
sibilissimo (ut ita dicam) propter neruorum sen-
sibilibium concursum, & causam mortis augmen-
taret: si autē distenta permittere dolorem ex-
distensione, vel quasi dislocationem omnium in-
durarum sentiret: Nam non sunt ueriti, membra
eius intantum distendere, ut omnia ossa eius
posset dinumerare. De paupertate uerō con-
sidera. Prima paupertas fuit, q̄ tantum non habe-
bat, quod in propria domo suam caput reclinare
posset. Secunda uerō maior iuxta crucem, quod
uestes non habebat, quibus membra tegere pos-
set. Ansel. De humana redemptione. Tertia autē
maxima, q̄ nec spacium pedis uoluit in terra ha-
bere, unde in aera ascendit, quando in cruce pro-
te pendere uoluit. Tamen in his omnibus non est
diuina natura humiliata, sed humana est exalta-
ta,

Psal. 19

De tripli- ci uilitate xpi, in ip- sius passio- ne.

De tripli- ci asperita- te in Chri- sti passio- ne.

De tripli- ci pauper- tate i chri- sti passio- ne.



ta, nec est illa immutata, sed ista est misericordia... ter adiuta, nec humana natura in illo homine...

Quae sit perfecta humana natura obedientia.

Deus sola charitate pietate liber orb. hoib. qui ab initio existerit.

sapientes, quot nobiles, quot diuites ibi fuerunt, & tamen in uersa relicti & abiecti perierunt... Quod beneficia omnia ex sola gratuita saluatoris...

Breuis recapitulatio beneficii tibi a natiuitate colatorum.

Recapitulatio beneficii tibi a natiuitate colatorum.

magis latus, magis alacris, sospes efficiaris. Datur etiam tibi speculum sancta scriptura, ut ibi videas faciem tuam, ut neq; minus neque aliter...

Quae sit perfectio Dei in uobis.

strum non disponat. Animaduerte igitur (sicut superius memorauimus) & vide, quod merito amor ille singularis Dei, qui cum se in multos diffundat...

Ho sepe hucusque ingratus.

Seraphi-



SERAPHICI DOCTORIS

S. BONAVENTURAE.

SERMONES DE DECEM
P R A E C E P T I S .

Et primò de his, quæ nos mouere debent, ad
seruandum mandata Dei.
Sermo Primus.

Matt. 19.



Sicut vis ad vitam ingredi, serua mandata. Verba ista scripta sunt in Mattheo, & sunt verba saluatoris nostri, in quibus explicat nobis summa totius nre salutis quantum ad duo. Primò quantum ad pmiu retributionis diuine. Secundo quantum ad meritum operationis humanae. Primu ibi, si vis ad vitam ingredi. Secudu ibi, serua mandata. Et hic rectus ordo tangitur, quia finis mouet agentem, vt se exerceat ad debitum finem. Sequamur ergo formam illius magni magistri. Sed antequam de acceptis aliqd dicamus, dicamus primò de obseruantijs pceptoru. Premittit Dns primò motiuu, postea subiungit actiu per que possumus deuenire ad debitum finem. Et notandum, q sunt quatuor que debent nos mouere ab obseruandū mandata Dei. Primu est auctoritas mādatis. Secundū est obseruationis mandatoru vtilitas. Tertiu est transgressionis periculum. Quartū est irreprehensibilitas mandatoru. Qu ille qui mandat est magnæ auctoritatis, & obseruatio mādatoru est magnæ vtilitatis, & in transgressionem est magnū periculum, & irreprehensibile est mandatū, tūc nullus potest habere excusationē de obseruatione mandatoru. Primò dico q, d3 nos mouere ad obseruandū mandata Dei, auctoritas mandatis, quia ille qui mādāt. f. Deus magnæ auctoritatis est, qd patet ex trib. Primò, quia ipse sua magna potentia nos creat. Secundo, quia ipse sua mira sapiētia nos gubernat. Tertio, quia ipse sua munificētia beneuolentia nos saluat. Primò dico, q ille qui mandat obseruari mandata Dei, est magnæ auctoritatis, quia sua magna potentia nos creat. Iob. 10. Manus tuæ fecerunt me. Et in Deut. dicitur. Oculi vestri viderunt oia opera magna Dei, quæ fecit, vt custodiatis mandata eius. Secundò est magnæ auctoritatis, quia sua mira sapiētia nos gubernat, vñ dicit Isaias. Ego Dns docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas, vt in amate dices mandata mea, & ps. Seruauī mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. Tertio est magnæ auctoritatis, quia sua munificētia beneuolentia nos saluat. Vñ in Deut. Et nunc Israel quid petit Dns Deus tuus à te, nisi vt timeas ipsum, & diligas ipsum, & ambules in vijs eius, & custodias mandata eius? Dns q te creauit, Deus q te gubernat, tuus q te saluat. Patet mō, q

Quatuor sunt, quæ debent nos mouere ad seruandū mandata Dei.

Iob. 10.

Deut. 4.

Isai. 48.

Psal. 118.

Deut. 10.

dignitas siue auctoritas picipietis debet nos mouere ad seruandū mandata. Secudu debet nos mouere ad obseruandū mādata Dei obseruationis vtilitas. In seruando. n. mandata Dei est multiformis vtilitas, quæ ad tres vtilitates reduci. Prima vtilitas est impetratio diuinorū charismatū. Secunda est reuelatio scāru scripturarū. Tertia est assecutio celestiu pmiurū. Prima dico vtilitas in seruandō mādata Dei, est ipetratio diuinorū charismatū. Vñ in Ioā. Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo p em meū, & dabit vobis aliu paracletū. Secunda intelligētia sanctarū scripturarū vñ dicit in Psal. Sup senes intellexi, quia mandata tua qsiui. Sed quo peruenimus ad intelligentiā scripturarū, docet Greg. Vñ super illud. Discipuli qñ viderunt Dnm Iesum, ipsum non intellexerūt, sed qñ loquebat tunc ipsū intellexerunt, dicit Greg. q audiendo Dei pcepta discipuli illuminati nō sunt, sed faciendo ea illuminati sunt. Quare? quia non auditores legis tm, sed factores iustificabunt, propter hoc dicit Iacob. in cano. sua. Estote factores verbi Dei, & auditores tantum, fallentes vosmetipsos, quia qui est auditor verbi Dei tantum & non factor, comparabit viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Si videat homo decies vultum suum in speculo, adhuc non sciet ipsum, sed si viderit vultum alterius hominis extra speculū, bene recognoscit ipsum, & hoc est pp forte in ipressione speciei lup organū visus secudu rectā lineā: sed in speculo non est verus intuitus. Similiter quādo homo audit verbū Dei, videt ei, q ipsum intelligat, sed statim recedit: sed quando ponit ipsum ad experientiam bene operando, tunc ipsum intelligit. Tertia vtilitas in seruandō mādata Dei, est assecutio pmiurū celestiu. Vnde dñ in puerb. Serua mādata mea & viues, & legē meā quasi pupillā oculi. Hæc est ratio, quare homini exiit in paradiso Deus dedit obseruantiam mādatoru. Patet mō, q ad obseruandū mandata Dei, debet nos mouere vtilitas obseruationis. Tertio debet nos mouere ad obseruantiam mādatoru, periculum transgressionis, hō. n. qui transgredit mandata incidit in multa pericula. Primò quia multa bona perdit, scdō in nephanda flagitia ruit, tertio q æterna supplicia meretur. Primò dico, debet nos mouere ad seruandum mandata Dei transgressionis periculum, quando transgressores multa bona perdūt. Vnde dñ in Leuit. Si nō audieritis vocē meā, & non feceris omnia mandata mea, visitabo vos in egestate & calore, qui conficiet oculos vestros, & consumet animas vestras. Dicit visitabo vos in egestate, quæ est priuatio omnium bonorum, & calore qui conficiet oculos vestros, & consumet animas vestras, quia auferet affectū boni, & intellectu veri. Vñ ps. Dereliquit me virtus mea, & lumē oculorū meorū, & ipsum nō est meū. Secundo transgressores in nephanda flagitia ruit. Vnde dñ in Baruch. Non obediūmus uoci dñi, ut ambulemus in mandatis eius, & abiuimus vnul-

Tres vtilitates obseruantis Dei mandata.

Ioan. 14.

Psal. 118.

Deut. 11.

Iacob. 1.

Nota hæc exponit.

Prover. 7.

Leuit. 16.

Deut. 30.

Psal. 118.

Bar. 1. 96.

Mal. 80.

Dante. 3.

Ioan. 14.

Psal. 118.

Matt. 23.

Deut. 11.

Iacob. 1.

Nota hæc exponit.

Mal. 108.

Prover. 7.

Ioan. 5.

Leuit. 16.

Deut. 30.

Psal. 118.

Bar. 1. 96.

unusquisque in sensu cordis sui maligni: & Psal. Populus meus non audiuit vocem meā, & Israel non intendit mihi, & dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Tales dat Dominus in manus demonū. Vnde dñi Dan. dixerūt pueri in fornace ignis ardētis. Peccauimus, inique gesimus, & prauaricati sumus, & sequitur eorum ignominia, & traditi sumus in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, & regi iniusto & pessimo super terram. Tertio, transgressores incidunt in pericula, quia æterna supplicia promerentur, unde dicitur in Psal. Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Maledicti, quia dicitur eis. Ite maledicti in ignem æternum &c. Ecce modo obseruationis mira vtilitatis, & transgressionis mira calamitatis. Vñ Dns p Moysen. Et (inqt) ppono tibi benedictionē & maledictionē, benedictionē si mandata mea feceris, maledictionē si nō feceris, Ponit nos Dns in medio, & mirabiliter operat nobiscum, quia quando aliquis vult aliquid aliq ostendere, utitur duplici ratione. f. ratione ostētiua, & rōne ducēte ad impossibile. Sic facit Dns. Ponit hominē in medio inter celum & infernū. In celo est æterna gloria, in inferno sunt æterna supplicia. Et quando Dns ostēdit hominē gloriā celi, quā hō potest pmereri si obseruet eius mandata, tunc inclinat ipsum ad obseruantiam mādatoru per rationē ostētiua. Qu vclō ostendit hominē inferni supplicia, quæ pmeret si transgredit mandata, tūc inclinat hominē p rationē ducēte ad impossibile. Ecce pponit tibi maledictionē & benedictionē. Dimitte Iude maledictionē, & accipe cū Matthia benedictionē. De Iuda dicit ps. Noluī benedictionē, & elongabit ab eo. Quarto, debet nos mouere ad obseruandum mandata Dei irreprehensibilitas mandatoru, est. n. mandatum irreprehensibile, quia nō continet aliquod impossibile, nec aliquod onerosum, nec iniquū. Primò dico, debet mouere ad seruandū mādata Dei irreprehensibilitas mandatoru, quia nō continent aliquod impossibile, imō sunt facilia ad seruandū. Vnde dñ in Ioāne. Hæc est charitas Dei, ut mādata eius custodiamus, & mādata eius grauiā non sunt. Hnti. n. charitatē mādata sunt facilia, sed non habenti charitatem videntur difficilia. Et ponit Augusti. exemplum de aue sine plumis, & de aue cum plumis. Aui habenti plumas facile est volare, sed aui non habenti est difficile. Similiter hominē pueræ voluntatis difficilia vident mādata, sed hnti charitatē sunt facilia. Vñ dñ in Deut. Mādātū hoc quod ego præcipio tibi hodie, non est super te, nec procul positum, nec in celo situm, nec trans mare positum, sed iuxta te est ualde sermo in ore tuo, ut facias illum. Secundo, mandata Dei sunt irreprehensibilia, quia nō continent aliquod onerosum, imō sunt suauia. Vnde dñ in Eccle. Nihil melius est q timor Dei, & nihil dulcius quam respicere in mandatis Dñi, & ps. Desiderabilia sup aurū & lapidē pcciosum multū, & dulciora sup mel & fauū. Gaudiu

est iusto seruare iustitiā, sed palato infecto cibus dulcis uidetur esse amarus, similiter hominē pueræ voluntatis mandata Dei videntur difficilia, licet sint suauia. Tertio, mādata Dei sunt irreprehensibilia, quia nō continent aliquid iniquū. Vnde dicit Apostolus. Lex quidē sancta est, & mādātū sanctū, & iustū & bonū. Propter hoc dicit alibi. Præcipio tibi in Deo qui viuificat omnia, ut sine macula serues mandatū irreprehensibile. Coniugamus ista quatuor in simul. f. q an illo qui præcipit est summa auctoritas, quia sua magna potētia nos creat, mira sapiētia nos gubernat, & munificētia beneuolentia nos saluat. Itē videamus utilitatē obseruationis mādatorum. Quarū prima est impetratio diuinorū charismatum, secunda est reuelatio sanctarū scripturarum, & tertia est assecutio celestium premiorum. Item videamus transgressionis periculum, quia transgressores multa bona perdunt, in nephanda flagitia ruit, & æterna supplicia promerent. Itē videamus irreprehensibilitatē mandatoru, quia mandata nō continent aliquod impossibile, nec onerosum, nec iniquum. Et si ista quatuor bene cōsideremus, nō est aliquis q possit se excusare de obseruatione mandatoru. Sed quod est magnū mādātū & primū in lege? Respōdet dñs in Mattheo. Diliges dñm Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua. Sed m simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipm. Ex his vniuersa lex pendet & prophætæ. August. oñdit, q in isto verbo. Mihi aut adherere Deo bonū est, continet totū hoc quod dñ. Diliges dñm deū &c. debemus. n. diligere deū, quia hoc est iustū, bonū, sanctum, suauē, & facile. Vnde Aug. oñc quis mihi es? & ego quis tibi, vt iubeas me amare te, & si nō amē te, minaris mihi ingentes misērias? ocalogus facer qui datus est Moysi in mōte Synai, ostendit quo debemus custodire mādata Dei, volo vobis ostēdere, q sicut octo partes orōnis sunt fundamenta oium eorū, quæ exprimi pnt p sermonē in Grammatica, & decē pdicamēta sunt fundamentum oium eorū, quæ determinant in Dialectica, sic decē pcepta sunt fundamentū & regulæ oium legū & bonorum q sunt in moribus. Nec voluit dñs. q sine rōne data essent decē pcepta Moysi. Dicā modo ista decem in generali. Non habebis Deos alienos. Non assumes nomē Dei tui in uanū. Memēto ut diem sabbati sanctifices. Honora psem tuum & matrē tuā. Non occides. Nō mechaberis. Non furtum facies. Non falsum testimoniū dices. Non concupisces uxorem proximi tui. Non agrū, nec aliquā aliam rem. Vt magis clarius sit hoc quod dicam, nota, q lex omnis non mandat nisi iustitiā. Est. n. lex regula iustitiæ. Sed iustitia est, secundū quā homo hēt ordinari ad Deū & ad proximum. Et secudu hoc est duplex iustitia. Vna qua ordinamur ad Deū, & alia qua ordinamur ad proximum. Et secundum hoc fuerunt duę tabulæ datę Moysi. prima & secun-

Rom. 7.

1. Tim. 6.

Matt. 23.

Hec sunt posita in Exod. cap. 20. diffusē.



& scda. In prima continet mandata ordinata nos ad Deum in secunda continet mandata ordinata nos ad proximum. In prima dico tabula continet mandata ordinata nos ad Deum. Deus autem est Trinitas, pater & filius & spiritus sanctus. Patri attribuitur maiestas, filio veritas, & spiritui sancto bonitas. In patre est summa maiestas humiliter adoranda. In filio est summa veritas fideliter asserenda. In spiritu sancto est summa bonitas sincere amanda. Sed si ista tria ex externa ordinatione debemus facere, necesse est in prima tabula esse tria mandata, secundum tria appropriata tribus personis diuinis. In primo mandato precipitur humilis adoratio diuinae maiestatis, cum dicitur. Non habebis Deos alienos. In secundo mandato precipitur fidelis assertio diuinae veritatis, cum dicitur. Non assumes nomen Dei tui inuane. In tertio precipitur diuinae bonitatis sincera dilectio, cum dicitur. Memento ut diem sabbati sanctifices. In secunda tabula continentur vij. mandata ordinata nos ad proximum, quae significantur per duo praeccepta legis naturae. Hoc facias alij, quod tibi vis fieri: non facias alij, quod tibi non vis fieri. Et secundum hoc est duplex pars iustitiae ordinantis ad proximum. In innocentia & beneficentia. Mandatum beneficentiae est. Honora patrem tuum & matrem tuam. Hoc autem mandatum non est solum reuerentiae, sed etiam beneficij & obsequij, & non est in patre solum, sed in omnibus quae a patre procedunt. Mandatum innocentiae necesse est multiplex, quia hoc mandatum consistit in hoc, ut caueas ab offensa proximi tui: est autem triplex offensa, in animo, in verbo, & in facto. Offensa in facto est tribus modis: secundum quod homo tribus modis potest offendere proximum. In persona propria, in persona coniuncta, & in possessione terrenorum: & secundum hoc sunt tria mandata. Non occides. Non mechaberis. Non furtum facies. De hinc sequitur offensa in verbo, contra quam est unum mandatum. Non falsum testimonium dices: per falsum autem testimonium, significantur omnia quae homo potest dicere contra suum proximum. Offensa autem in animo duas habet radices, secundum duplicem concupiscentiam, quia est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum. Contra concupiscentiam carnis est unum mandatum. Non concupisces uxorem proximi tui. Contra concupiscentiam oculorum est aliud mandatum. Non agrum, nec aliquid aliud. Pater modo in generalia quae sunt decem praeccepta, & penes quid accipiantur.

Quo ex lege Mosi probare possumus Trinitatem.

De praebulis ad mandata Dei: deq. I. mandato. Sermo. II.

Exod. 24.

Psal. 118.

Qualis oratione beati Grego...

Ascende ad me in montem, & dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem & mandata quae scripsi, ut doceas filios Israel. Et Psalm. Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Legit quod B. Gregorius qui fuit papa & doctor Ecclesiae, habuit consuetudinem, quod quando ibat ad studium legis diuinae, semper dixit ista verba. Declinate &c.

Et quae situm fuit ab eo quare hoc faceret? & respondit Petro, cui conlocuit dicere secreta sua, quod experimento didicit, quod quando cogitare voluit in lege Dei, sentiebat Demones semper sibi aduersantes. In alijs subtilitatis ibi instigant demones, quia in ipsis non vident danum suum, imo expectant suum emolumentum: sed quando fit merito de documentis veritatis, per quae sugant demones, tunc princeps tenebrarum occurrit armatus, modo per occupationes, modo per fantasticas illusiones, & nititur reuocare animos hominum a studio veritatis. Sed verum est quod verba ista, declinate a me &c. dixit Gregorius sicut vir sanctus, qui tunc habuit virtutem compescendi demones. Sed ego non sum ex illis. Ideo an principio rogemus Dominum, ut imperet demonibus, ne nos impediunt, & ut det nobis mentes serenas, ad intelligendum verba de mandatis. Ascende ad me. &c. Dominus dixit Moysi verbum istud, & Moyses audito verbo ascendit in montem, & accepit duas tabulas lapideas, & legem & mandata. In quo significat, quod si volumus peruenire ad intelligentiam mandatorum Dei, debemus ascendere in montem, id est eminentiam mentis, quia sed nisi impressione lucis aeternae lex naturae est nobis data, & secundum illam lucem documenta legis diuinae suscipimus. Tangebamus vobis altaris, quod certum est, quod ens per se primo cadit in animam: ens autem aut est creatum aut increatum, & secundum hoc est duplex iustitia. Vna per quam ordinamur ad ens increatum, alia per quam ordinamur ad ens creatum. Et secundum hanc duplicem iustitiam est duplex tabula Moysi data. Prima & secunda. In prima dantur mandata, per quae ordinamur ad ens increatum. In secunda dantur mandata, per quae ordinamur ad ens creatum. Ens autem increatum est causa omnium rerum, efficiens, formalis, exemplaris, & finalis. Ens etiam increatum habet potentiam, sapientiam, & benevolentiam, & producit omnia in esse: & ista tria appropriantur tribus personis diuinis in Trinitate. Maiestas appropriatur patri, veritas filio, & bonitas spiritui sancto. Summa maiestas in patre humiliter est adoranda, summa veritas in filio fideliter est asserenda: & diuina bonitas in spiritu sancto sincere est amanda. Ista dicta fuerunt in generali: sed quia sermones de mandatis in uniuersali sunt inuiles, nisi dicantur in speciali, ideo oportet explicare de mandatis in speciali. In generali dictum est, quod sunt decem mandata, quorum tria sunt in prima tabula. Dicam vobis generale documentum, quod aeterna Dei sapientia quae scripsit tabulas istas, breuissimo modo, & clarissimo modo, & facillimo modo, quo potuit, tradidit. Tradidit autem breuissimo modo, ne oneraret nostram memoria. Clarissimo modo, ne obscuraretur nostra intelligentia. Facillimo modo, ne reuocaretur nostra voluntas. Haec est ratio quare per uerba quanto breuiora potuit, & quanto clariora & faciliora, & per actus sinodochicos data sunt mandata. Primum uideamus de primo mandato, sicut uideamus

ciebar an regna, spiritu diuino sacra scripturae inciperet.

Nota tria concurrunt ad plenam mandatorum explanationem.

Generale documentum.

mus in alijs rebus, quod primum opus est fundamentum omnium subsequentium, sic primum mandatum est fundamentum omnium aliorum mandatorum. Prima uerba de mandatis sunt illa. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies sculptile, nec similitudinem eorum quae in caelis sunt, neque quae in terris, neque eorum quae in aquis sunt. Non adorabis neque coles ea. Ego Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios usque; in tertiam & quartam generationem, & faciens misericordiam in millia, his qui diligunt me. Ad plenam mandatorum explanationem concurrunt tria, quaedam quae pertinent ad mandati cognitionem, & ista debent praemitti: quaedam quae pertinent ad mandati obseruantiam, & ista debent subiungi: quaedam quae pertinent ad mandati integritatem, & ista debent interponi. Primum dico, quod sunt quaedam quae pertinent ad mandati cognitionem, & ista debent praemitti, & sunt duo fundamenta fidei. Primum est notitia creatoris, secundum est notitia reparatoris. Isti duo sunt radij siue duo oculi, dirigentes nos semper in uiam mandatorum Dei. Homo prius aperit oculos quam ambulet: sic debet homo prius cognoscere mandata per fidem, quam exequatur mandata. Ad cognoscendum autem creatorem dicit Ego Dominus Deus tuus. Ego Dominus, hic insinuat potentiam Dei patris: Deus, hic insinuat sapientiam filij: tuus, hic insinuat bonitatem spiritui sancto. In hoc autem quod dicit, ego: notat identitatem essentiae, & in hoc notat Deum trinum & unum creatorem uniuersorum. Qui eduxi te de terra Aegypti: hic notat donum reparationis per uerbum incarnatum. Omnibus loquitur Dominus, quibus dedit praecceptum, & omnibus praeccepta dedit, licet primum daret ipsa filijs Israel. Unde quod dicit. Qui eduxi te &c. dictum est non solum Hebraeis proprijs quoad corporalem educationem de Aegypto, sed generaliter pro toto genere humano quoad educationem de Aegypto aeternae damnationis: de peccato primi hominis, ex quo educimur per uerbum incarnatum, quia sicut illi educi sunt de Aegypto post comestionem agniti paschalis, & per asperionem sanguinis eius liberati ab angelo exterminatore, sic nos ducimur de seruitute diabolica per esum carnis uerbi incarnati in sacramento altaris, & per sanguinem eius in baptismo, quia secundum Apostolum. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Haec uerba dicit tota Trinitas. Dicit igitur Ego sum, cui debes obedire, & quem debes adorare. Et dicit Ego, scilicet, qui te feci in esse naturae & in esse gratiae. Debemus ergo dicere. Domine tu es quem debemus adorare, cui debemus seruire, tu es qui nos creasti, tu es qui nos redemisti. Unde dicit Psalm. Quonia ipsius est mare, & ipse fecit illud. Sequitur. Venite adoremus, & ploremus ante Dominum, qui fecit nos &c.

Exod. 20.

Nota tria concurrunt ad plenam mandatorum explanationem.

Generale documentum.

Nos populus pascuae eius &c. Sine istis duobus fundamentis fidei. Sine notitia creatoris & reparatoris, nihil intelligere possumus. Ut autem intelligamus ista, oportet iterum ad ministrantia quadam, scitis, ubi est prima cognitio nobis data de mandatis? Certum Moyses scripsit per spiritum sanctum. Sed qualiter habuit istam cognitionem? Certum quando Dominus apparuit ei. Et quomodo apparuit ei? Certum in igne flammae rubi ardentis. Et tunc dicit Moyses. Quis es tu Domine? Et respondit Dominus. Ego sum qui sum. Et tunc dedit ei Dominus duo. Lumen essentiae aeternitatis, & lumen ueritatis aeternae. Rubus ardebat. In hoc ostendit nobis mysterium incarnationis humanae. Ista duo sunt lumina & principalia fundamenta fidei, scilicet, lumen essentiae aeternitatis, & mysterium incarnationis: & quando facimus crucem in fronte in nomine patris & filij & spiritui sancti amen, recognoscimus Trinitatem & redemptorem. Cum dicit homo, in nomine patris & filij & spiritui sancti, recognoscit Trinitatem; Cum facit crucem in fronte, recognoscit redemptorem. Pater modo, quomodo quaedam ualent ad mandati cognitionem quae debent praemitti, & ista sunt duo fundamenta fidei, notitia creatoris & reparatoris. Secundum sunt quaedam quae ualent ad mandatorum obseruantiam, & ista debent subiungi. Omnia mandata aut sunt affirmatiua, aut negatiua. Affirmatiua sunt ut homo faciat bonum. Negatiua ut homo uitet malum. Sed impossibile est, ut homo uitet malum, nisi per timorem, & quod faciat bonum nisi per amorem, propter hoc ad obseruantiam mandatorum duo sunt necessaria. Timor & amor. Auis non potest uolare sine duabus alis, nec homo potest ambulare sine duobus pedibus. Similiter, non est perfectus obseruator mandatorum Dei, nisi sit repletus timore & amore. Sed non replebit homo timore, nisi ex consideratione seueritatis diuinae, nec replebit amorem nisi ex consideratione bonitatis diuinae. Ista igitur duplex consideratio homini est necessaria. Sequitur. Ego Dominus Deus tuus fortis zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios usque; in tertiam & quartam generationem. Fortis zelotes, id est fortissimum habens zelum, eorum qui oderunt me. Uisitans iniquitatem patrum in filios, non quod propter peccata actualia patrum aeternaliter puniat filios, sed cum filij fuerint imitatores peccatorum patrum, punit peccata patrum cum peccatis ipsorum usque; ad tertiam & quartam generationem. Et paliter. Hoc autem dicit, ut timeamus, & per timorem a malo declinemus. Unde dicitur in Eccle. Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo, id est ad hoc est omnis homo. Vis mereri ut ad summum complementum uenias? certe time Deum. Sed quomodo timebo? Certum quia Dominus est fortissimus zelator. Item cum hoc etiam oportet amare ipsum, quia ipse dicit de se. Et faciens misericordiam in millia, his qui diligunt me. Dicit quod uisitat iniquitatem patrum in filios usque; in tertiam & quartam generationem, & facit misericordiam in millia, his qui diligunt

Exod. 3.

Timor & amor requiruntur ad obseruantiam praecceptorum.

Eccle. 12.

Exod. 10.



ligunt eum, in hoc offendit nobis, q̄ Dei misericordia & benignitas transcendit vitione iniquitatum. Quando cor hois dilatatur per amorem, tunc hō facilliter seruat mandata. Vñ dicit. Psal. 118. Non mādatorum tuorū cucurri, cum dilatasti eorū meum. Oīs consumationis vidi finem latum mandatum tuū nimis. Dicit q̄ lata est via mādatorum, sed quibusdā vī arcta. Certē amantib. est lata, sed non amantib. est arcta. Patet modō quō scilicet, timor & amor valent ad obseruantia mādatorum. Tertiō quādā valent ad integritatē mādatorum, & ista debent interponi. i. in medio poni, & hoc tāgit cū dicit. Nō habebis Deos alienos coram me. Non facies sculptile, neq; similitudinem eorum quę in cęlis sunt, neque quę in terris, neq; eorum quę in aquis sunt. Ibi p̄cipitur latría, quę est soli Deo cultus debitus, & ex hoc nulli alij est debitus. Cultū aliorū Deus prohibuit in negatiua, & implicuit cultū Dei in affirmatiua. Sed in nouo testamento explicuit in affirmatiua cultū Dei Christus, quādo dixit. Dominum Deū tuū adorabis, & illi soli seruies. Sed quare prohibuit Deus cultum aliorum in negatiua, & non explicuit cultum Dei in affirmatiua? Certē quia facillimo modo dare voluit mandata, & reuocate in negatiua ab idolatria, vt implicaret cultū Dei in affirmatiua. Et nota, q̄ ipse reuocabat ab omni idolatria, quia omne quod adoratur aliud a Deo, aut est creatura intellectualis, vt angeli & demones, aut natura corporalis, vt cęlum & terra & aqua & huiusmodi, aut est figmentum humanę mētis. Nunquid ens sufficere nō diuidit per corporeū & incorporeū? quare ergo posuit figmentū quod nihil est? Dico, q̄ idolum nihil est, imō fert ad illud quod est estimatiōne. Et videte quō scriptura sacra p̄cedit, creaturam intellectuālē ponit in supremo, figmentū in medio, & naturā rei corporalis in imō. Vnde primo phibet idolatriā respectu creature intellectuales, cū dicit. Non habebis Deos alienos. Secundo prohibet idolatriam respectu figmentū humanę mentis, cū dicit. Non facies sculptile. Tertiō prohibet idolatriā respectu nature corporalis, & hoc respectu cęlestiū, terrestriū, & inferiōrū, cum dicit. Neque facies similitudinem eorum, quę in cęlis sunt, neque quę in terris, neq; eorū, quę in aquis sunt. Primō prohibet hic idolatriā respectu cęlestium, vt habet in Psal. Quoniā omnes Dij gētium demonia, Dñs autem cęlos fecit. Secundo prohibet idolatriam respectu terrestriū. Vnde dī in eodem Psal. Cōfundant oēs qui adorant sculptilia, & qui gloriant in simulacris suis. Quod hō incuruetur ad adorandū figmentū suum, hoc est peruersio summa. Tertiō phibet idolatriā respectu inferiōrū. Vñ dicit Apostolus. Qui commutauerūt gloriam incōmutabilis Dei. Seq̄tur. Et seruiērūt creature, potius q̄ creatori. Ecce quō vera adoratio Dei implicat, & oīs idolatria phibet. Habemus modō p̄gambula ad mandata, quę sunt notitia creatoris & reparatoris, ti-

De primo mādato.

Quā de dicit primū mādātū negatiuū, de nō adorandis diis alienis: & nō dedit affirmatiuū de vero deo adorādo.

Psal. 95.

Rom. 1.

mor & amor, & phitio idolatrię respectu superiorum mediorum & inferiorū. Dico vltra, q̄ nos christiani, vterius debemus videre, q̄ nobis patefacta est veritas: & secundū tria quę phibent, magna lux & vera nobis apparuit. Prohibetur aut tria, p̄ quę auertit mens humana a reuerentia creatoris sui, & p̄ tria quę phibeant nobis, phibent nobis oēs p̄phanę p̄actiones demonū, ibi. Nō habebis Deos alienos. Prohibetur et oēs falsę superstitiones, & adinventiones errorū, ibi. Nō facies sculptile. Prohibetur et omnes p̄uersę p̄preciationes mundialiū naturarū, ibi. Neq; similitudinē eorū quę in cęlis sunt &c. Dico ergo, q̄ in primo verbo. Nō habebis Deos alienos corā me, phibentur oēs p̄phanę p̄actiones demonū, siue sint p̄ incantationes verborū, siue p̄ inscriptiones caracterū & imaginū, siue p̄ immolationes sacrificiorū. In istis trib. consistunt oēs artes magicę. Prohibent igitur oia ex quib. oriunt p̄phanę p̄actiones demonum, siue sint ad transmutationem naturarū, sicut fecerūt magi Pharaonis: siue sint ad ludificationem sensuum, sicut faciūt incantatores & histriones, siue sint ad inuestigationem futurorū contingentium. Oia talia vocat August. p̄actiones demonū. In talib. attribuitur creaturę quod deberet attribui creatori: & tales peccant cōtra primū verbū mandati, quod est. Nō habebis Deos alienos corā me. De talib. dicit in Cantico Deuterō. Prouocauerūt enim in dijs alienis, & in eo qui nō erat Deus, ad iracundiam cōcitauerūt. Et ideo dicit Apostolus. Tradidit eos Deus in passionem ignominie. Et Deus tradit eos in manus demonum. Habemus exemplū huius. Quidā literatus diu studuerat, qualiter posset effici diues, & fecit linguam suā venalem longo tpe, & tamen semper egebat. Cogitauit, ex quo non possum ditari per Deū, ditabor per Diabolum. Quasiuit Magum inter Iudęos & Christianos, & non inuenit. Cogitauit, ego ipse experiar, si potero p̄ Diabolū effici diues. Iuit in viā quādā vmbrosā & saxosā iuxta torrentem, & dixit. Vbi es Demōn, qui semper queris decipere hoīes? ego sum hic, vt dem me tibi. Prima vice non venit, quia fortē Deus adhuc noluit p̄mittere, nec secunda vice venit, tertia vice venit, & dixit. Quid petis a me? Rñdit ille. Vt facias me diuitem. Cui Diabolus. Prius adorabis me. Et tunc ille incurauit se, & adorauit illū. Et ludificauit eum Diabolus, quia tunc habuit potestatem in eum, fecit, q̄ oēs illi lapides videbantur ei esse aurum. Et dixit ei Diabolus. Accipe satis de auro. Et tunc ille gaudens onerauit se de lapidibus, & cū uenit domi, posuit lapides in quēdā locū illius domus, & incēperūt ardere lapides, & cōbusta est domus, & quicquid in ea fuit, ita, q̄ ipsemet vix euasit. Et cogitauit. Non curo, quia ibo ad locum vbi plurimū aurum dimisi. Accedens inuenit, q̄ essent ibi lapides, qui prius videbantur ei aurū purissimum: & sic ludificatus est. Patet modō, quomodo in primo verbo prohibetur

Deut. 32.

Rom. 1. Exēplū eū iudā hōis rab, q̄ ludificatus est a demone.

Hic fuit Aueroes quādo dicit.

1. Cor. 10.

secundo uerbo. Non facies sculptile prohibentur omnes falsę superstitiones adinventionis errorum, omnis enim error est fictio mentis. Errorum autem facit fantasia obnubilans rationē, quę facit quōd illud quod non est, uideatur esse. Prohibentur autem omnes superstitiones adinventiones errorum, siue procedāt ex improbo ausu inuestigationis philosophicę, siue ex peruerso intellectu sacre scripturę, siue ex inordinato affectu carnalitatē humanę. Ex improbo ausu inuestigationis philosophicę procedunt errores in philosophis, sicut ponere mandam aeternum: hoc est peruertere totam sacram scripturam, & dicere, quōd filius Dei non fuerit incarnatus: & ponere, q̄ unus sit intellectus in oībus, hoc est dicere, q̄ non sit ueritas fidei, nec salus animarum, nec obseruantia mandatorum, & hoc est dicere q̄ bonus homo damnatur, & malus saluatur. Ponere igitur, q̄ sit unus intellectus in omnibus, prouenit ex improbo ausu inuestigationis philosophicę. Et tales ponunt, q̄ impossibile est mortale deuenire ad immortalitatem. Et qui hęc confingit, tuetur, & imitatur, incedit contra secundum uerbum mandati. Non facies sculptilia, & secundum hoc & fictor & defensor & imitator omnes prohibentur. Item proueniunt in aliquibus errores ex peruerso intellectu sacrarū scripturarum, sicut hareses hęreticorū qui male sentiunt de Trinitate & spiritu sancto. Tales sunt Atriani, Sabelliani, & Donatista, & Pelagiani, &c. Tertiō adinventiones errorum proueniunt ex inordinato affectu carnalitatē humanę. De numero talium est secta Epicureorum, quę dicit, nullam aliam uitam esse nisi istam: & secta Nicholaitarum, quę dicit, quōd licet quęlibet facere turpiter cum quolibet. Saraceni et quod dicunt non habent ex sacra scriptura, nec ex altitudine sapientię diuinę. Omnes igitur errores undecunq; proueniunt, tanquā sculptilia debēt abominari, quia peccant cōtra hoc mandatum. Non facies sculptilia. Vnde Hier. Stultus factus est omnis homo a scientia sua, id est ab inuestigatione propria & nimia philosophicę, confusus est artifex omnis in sculptili, uana sunt eorum opera & risu digna, & in tempore uisitacionis suę peribunt. Standum igitur est super hoc quod limina fidei dicunt, & quicquid huic aduersatur, totum debet abominari. Quando audiui de Aristotele, dum fui scholaris, quōd ipse posuit mundum aeternum, & audiui rationes & argumenta quę fiebant ad hoc, incēpit concuti cor meū, & incēpi cogitare quomodo potest hoc esse? sed modō sunt ista ita manifesta, q̄ nullus possit dubitare. Patet modō quomodo in secundo uerbo. Non facies sculptile, prohibentur omnes falsę superstitiones adinventionis errorum. In tertio uerbo. Neq; facies similitudinem eorum, quę in cęlis sunt, &c. prohibentur omnes peruersę p̄preciationes creaturarum. Omnis autem superflua p̄preciatio creaturarū

procedit, aut ratione sublimitatis, aut ratione sufficientię, aut ratione delectacionis. Primō modo est idolatria superbiorum. Secundō modo est idolatria auarorum. Tertiō modo est idolatria lasciuorum. Contra primos dicitur in Psal. 80. Non erit in te Deus recēs, neq; adorabis Deum alienum. Contra secundos dicit Apostolus. Auaritia est idolorum seruitus. Contra tertios dicit Apostolus. Quorum Deus uenter est. Alias plenus prosequemur. Dixi q̄ decem sunt mandata decalogi, quę sunt fundamenta omnium legum, quorum tria continentur in prima tabula, quę sunt ordinantia nos ad Deum trinum, & unum, & hęc sunt tria secundum appropriata tribus personis diuinis. In diuinis enim est paternitas, filiatio, & processio, & secundum hęc, sunt tria appropriata tribus personis diuinis. Patri appropriatur maiestas, filio ueritas, spiritu sancto bonitas. Ista tria respiciunt triplex genus causę, scilicet causam efficientem, exemplarem, & finalem. Patri attribuitur causa efficiens, filio causa exemplaris quia est imago patris, & spiritu sancto causa finalis. In patre est summa maiestas humiliter adoranda, in filio summa ueritas fideliter allaudanda, in spiritu sancto summa bonitas sincere amanda. Et secundum hęc tria necesse est, ut prima tabula esse tria mandata. Primum est. Nō habebis Deos alienos coram me. Secundum est. Non assumes nomen Dei tui in uanum. Tertium est. Memoro ut diem sabbati sanctifices. De primō mandato dictum est, quōd quādā pramittuntur ad mandati cognitionem, quādā subiunguntur ad mandati obseruantiam, & quādā interponuntur ad mandati integritatem. Dictum etiā fuit quōd in uerbo isto. Non habebis Deos alienos coram me, prohibetur omnis idolatria respectu creature intellectuales, secundō prohibetur idolatria respectu figmentū humanę mentis, cum subdit. Non facies sculptile. Tertiō prohibetur idolatria respectu nature corporalis, & hoc respectu cęlestium, terrestrium, & inferiorum: cum dicit. Neque similitudinem eorum, quę in cęlis sunt, &c. Dictum etiā fuit, quōd in hoc uerbo. Non habebis Deos alienos coram me, omnes p̄actiones demonum prohibentur, siue sint per incantationem uerborum, siue per inscriptiones caracterum, uel imaginum, siue per immolationem sacrificiorum. In istis tribus consistunt omnes artes magicę. Dictum etiā fuit, quōd in secundo uerbo. Non facies sculptile, prohibentur omnes falsę superstitiones adinventionis errorum. Et circa hoc dictum fuit, quōd omnis error prouenit, aut ex improbo ausu inuestigationis philosophicę, aut ex peruerso intellectu sacre scripturę, aut ex inordinato affectu carnalitatē humanę. Propter primum proueniunt errores in philosophis, sicut ponere mandam aeternū, & hōi. Propter scđm proueniunt errores in hęreticis, qui male sentiunt de trinitate & spiritu sancto.

Psal. 80.

Eph. 5.

Philip 3.

ecc sancto.



sancto. Propter tertium proueniunt errores in Epicureis, qui dicunt, non aliam uitam esse nisi istam. In tertio uerbo. Neq; facies similitudinem eorum, quæ in caelis sunt, &c. prohibentur omnes peruersæ appreciationes creaturarum. Et circa hoc dictum fuit, quod omnis peruersa appreciatio creaturarum, aut est ratione sublimitatis, aut ratione sufficientiæ, aut ratione delectationis. Primò modo est idolatria superborum, secundo modo auarorum, tertio modo lasciuorum. Ista dicta fuerunt de primo mandato. Modò dicebã, qd est triplex idolatria. Pactiones dæmonum, superstitiose adinventiones errorum, & peruersæ appreciationes creaturarum. In pactionibus dæmonum est summa omnium uitiorum malitia, & radix omnium malorum. Ex his tribus idolatrijs procedunt omnes falsitates, & peccati deordinationes, quibus miseria anima subijcitur dæmonibus. Vnde dicit in Apoc. Vidi de ore draconis, & de ore bestie, & de ore pleudoprophetae exire spiritus tres immundos in modum ranorum. Per draconem, significatur pactiones dæmonum. Per pleudopropheta, superstitiosa adinventiones errorum. Per bestiam, peruersæ appreciationes creaturarum. Et omnia ista prohibentur in primo mandato. Et sicut Deus in prima creatione quodammodo omnia produxit, sic in primo mandato omnia mala prohibet, licet ad maiorem explanationem plura ponat mandata. Obmissi dicere, quod Iudæi aliquando insultant nobis, quod non seruemus mandatum illud, & imponunt nobis, quod illud transgredimur. In isto mandato continentur tria uerba. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies sculptile, neq; similitudinem eorum, quæ in caelis sunt, &c. De primo uerbo dicunt, qd dicit Dominus. Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est, & uos dicitis Trinitatem, patrem & filium & spiritum sanctum. Item dicunt, quod facimus sculptile, quia ecclesie plenæ sunt imaginibus. De tertio, qd prohibet Deus adorare corporalem naturam, dicunt, qd adoramus frustum panis, & hoc maxime uidetur eis absurdum. De primo, qd dicunt, qd adoramus tres deos, dico, qd si adoraremus tres personas, ita qd diceremus, qd ibi essent tres Dii, & triplex essentia, oporteret, qd adoraremus Deos alienos. Sed nos adoramus patrem, & filium & spiritum sanctum, sicut unum Deum, & unam essentiam. Vnde sicut uidemus, qd in homine est pluralitas naturarum, scilicet intellectualis & humana, & tamen est ibi una persona: contra in diuinis est unitas essentie, & pluralitas personarum. Dixit quidam Iudæus. Vos dicitis, qd Deus filium habet, quare non habet uxorem? Isti Iudæi uisibiliter intelligunt. Deus pater habet uerbum & spiritum sanctum, uerbum habet per quod omnia fecit, spiritum sanctum habet per quem omnia conseruat. Verbum manat à dicente, & est Deus de Deo. Similiter spiritus sanctus spiratur, & est Deus in Deo. Solus

Apoc. 16.

Decem nobis obiciunt iudæi, qui bus nituntur ostendere, qd christiani primū mā datū transgrediuntur.

spiritus sanctus est, qui profunda cordium seruetur, & ille est Deus. Vnde homo qui ista uult intelligere, & de istis loqui, oportet quod habeat eleuatissimas cogitationes, non pedestres, quia aliter non potest intelligere altissima de Deo. Quando ponimus Trinitatem non ponimus Christum purum, sed Deum cum homine. De secundo quod dicunt. Non facies sculptile, & nos ponimus plures imagines in ecclesijs: dico, quod impossibile est diuinitatem sculpti, sed facimus Christi effigiem, Christi dico humanitati. Vnde est in natura propria Deus absq; figura. Cur ideo pictus? quia carne probatur amictus. Et dico qd est duplex adoratio, scilicet dulcis, & latria. Adoratione dulcis possumus adorare illos in quibus est potestas, sapientia, & sanctitas. Et sic adoramus principes, prelatos, sicut in quibus est potestas. Adoramus etiam illos, qui excellentiam habent philosophiæ sicut illos in quibus est sapientia, & sic quinquagenarius adorauit Helyam. Itē adoramus sanctos in patria, sicut illos in quibus est sanctitas, imaginibus eorum exhibenda est adoratio dulcis, non in quantum imago uel pictura, sed ratione illius quod per ipsam signatur. Soli autem Deo exhibenda est adoratio latria. Et in hoc prohibentur omnes prophanæ pactiones dæmonum, & omnes falsæ adinventiones superstitiosis errorum, & omnes peruersæ appreciationes creaturarum. De tertio quod maxime abhorrent, scilicet de corpore Christi, hoc secretissimum fuit, sed modò est promulgatum. Aliquando dixerunt aliqui, quod non esset Deus ibi nisi in signo. Sed intelligendū est, qd ad prolationem uerbi sacerdotis, & intentione dicentis, substantia panis statim conuertitur in corpus Christi, quod habet unitam animam cum deitate, & hoc est planum. Dicit Iudæus, quomodo potest hoc esse? Dico, quod ille qui potest separare substantiam ab accidente, potest facere, quod non apparet substantia sensibus nostris, quæ est sub accidentibus alienis. Et adoramus uerum corpus Christi, & Deum trinum & unum. Et in hoc uirtus Dei, potentia, sapientia, & bonitas manifestantur. Sed Iudæus errat, qui pedestri modo credit sentire. De hoc audiui, quod fuit quidam incantator dæmonum. Quadam die cum quidam uellent aliquid impetrare à dæmone, fecit ille, qd uenit in medio illorū: Et uenit quidam sacerdos portans corpus Christi, & cum appropinquauit, inclinauit se ei dæmon, similiter eū redijt inclinauit se. Et dixit incantator. Vnde hoc, prohibuisti mihi ne adorem Christum, & tu adoras? Respondit dæmon. Inuitus feci. Nonne scriptū est. In nomine Iesu omne genua flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum? Ista dicta sunt de primo mandato. Non assumes nomen Dei tui in uanum, neq; fontē habebit Dns eū, qui assumpserit nomē Dei frustra, vñ dicit Psal. Seruus tuus sum ego, da mihi intellectū ut scia testimonia tua. Iō dilexi mā data tua sup aurū & topazion. Propterea

Deu. 6. & leu. 19. Hier. 4. Iuramentum dicitur duplex assertorium, & promissorium.

Phil. 4.

pterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem uiam iniquam odio habui. Dauid Propheta dicit in uerbis istis quæ de causa loqui debemus de mandatis Dei, & ostendit rationem triplicem. Prima est ut inflammemur ad dilectionem mandati, nihil enim ita est necessarium, sicut diligere Dei legem, & mandata eius. Ideo dicit. Ideo dilexi mandata tua, &c. Secundo debemus loqui de mandatis Dei, ut melius cognoscamus ea, quantum enim homo frequentius uadit per uiam aliquam, tantò melius cognoscit eam. Vnde Gregor. Homo cognoscit uiam frequentius uadendo. Sed uia eundi in patriam est in seruando mandata Dei, sed non cognoscit homo mandata Dei, nisi audiendo loqui de mandatis. Ideo dicit. Da mihi intellectum, &c. Tertio debemus audire mandata, ut odio habeamus iniquitates. Quando homo incipit cognoscere peccatum, & iniquitatem, & peccati deordinationes, quæ sunt contra Deum, tunc incipit detestari peccatum. Debemus igitur loqui de mandatis, ut ipsa diligamus, & per ea in uiam ad celestem patriam dirigamur, & iniquitatem odio habeamus. Et ut hæc tria possimus consequi, ideo in principio rogemus Deum, &c.

De secundo mandato. Sermo. III.

Non assumes nomen Dei tui in uanum, &c. Sicut in primo mandato præcipitur humilis adoratio summæ maiestatis, sic in isto mandato secundo præcipitur fidelis confessio summæ ueritatis, & prohibetur abnegatio ueritatis. In ueteri testamento dicitur. Qui iurat, in nomine Dei iuret, & non periuret. Periurare, idem est, quod peierare, & hoc est nomē Dei in uanum assumere, unde Hierem. Iurabis in nomine Domini in ueritate iudicio & iustitia. Et dicit ibi gloss. quod iuramentū debet habere tres comites, ueritatem, iudicium, & iustitiam. Primò dico quod debet fieri iuramentum in ueritate. Vnde dicit. Non assumes nomen Dei tui in uanum, hoc est sine ueritate. Intelligendum autem est, quod est duplex iuramentum, scilicet assertorium, & promissorium, ita quod est in testimonium, & in promissum. Fac iuramentum assertorium sic. Hoc tibi iuro, assero, & testificor per testimonium diuine ueritatis. Illud autem iuramentum primo debet habere ueritatem. Veritas autem est in iuramento, ut homo neget uerum, non asserat falsum, & non asserat scienter dubium, quia sermo est indicatiuus eorum, quæ sunt in corde. Sed scitis quid est, quando homo aliquod falsum testificatur per testimonium falsitatis? hoc est dicere quod mentitur, & diuina ueritas mentitur secum. Et hic est primus modus assumendi nomen Dei in uanum, quando negamus ueritatem. Secundo debet fieri iuramentum assertorium cum iustitia. Fit autem cum iustitia, quando non fit contra mandatum

diuina legis, neq; contra præceptum sanctæ matris Ecclesie, nec in dispendium salutis propriæ, uel alienæ. Et qui contra ista tria iurat, dupliciter peccat, & quia iurati & quia seruati. Tertio oportet in iuramento assertorio, ut concomiter iudicium, quod sit in mente discretio ueritatis & iustitiæ, scilicet utrum iuramentum sit uerum uel falsum, iustum uel iniustum, fructuosum uel infructuosum. Et si iuro absq; iudicio non discernens iter ista tria, temerarie iuro. Isti tres comites debent esse in iuramento assertorio. Sed Manichæi insultant nobis, & dicunt, qd non debemus iurare omnino, quia dicitur in nouo testamento. Ego autem dico uobis, non iurare omnino, sit autem sermo uester, est est, non non. Certè dico, quod ex certis causis bene licet iurare. Hæretici non bene attendunt uim uocabulorum. Differt dicere, non iurare omnino, & omnino non iurare. Sicut differt dicere. Quidam homo non currit, & nō quidam homo currit. Omnino non iurare, est nullomodo iurare, & non omnino iurare, est non omnibus modis iurare, sed ex certis causis. Secundo debet nomē Dei assumi non in uanum in iuramento promissorio. Fit autem iuramentum promissorium tribus modis, scilicet ad promouendum bonum, ad conseruandum fidelitatem, & ad inueniendum mutuam pacem. Primò modo iurant inferiores superioribus. Secundo modo pares paribus. Tertio modo superiores inferioribus. De primo dicit Apostolus. Testis mihi Deus ē. Secundo modo iurauit Labā fidelitatem Iacob. Tertio modo iuratur superiores populo. Ex primo iuramento relinquitur triplex utilitas, fides in intellectu, amor in affectu, & pax in effectu. Istis trib. modis fit iuramentum ad promouendum bonum. Secundo modo fit iuramentum ad conseruandum fidelitatem, & hoc fit ad compescendum malitiam, ad sedandum controuersiam, & ad expugnandum infamiam. Primò dico fit ad compescendum malitiam, ut homo non neget ueritatem, nec asserat falsitatem, & hæc est ratio utilitatis iuramenti. Secundo modo fit ad sedandum controuersiam. Vnde Apostolus. Omnis controuersia finis est iuramentum. Tertio modo fit ad expurgandum infamiam. Vnde in Deuter. dicitur, qd maiores debebant se expurgare per iuramentum, quando inueniebatur cadaver mortuum. Istis tribus de causis fit iuramentum, ad conseruandum fidelitatem. Tertio modo fit iuramentum ad inueniendum mutuam pacem, & in hoc intelligitur cohibitio peccatorum mortalium, quia omnis iuratio uera est periculosa, falsa est pernicioiosa, nulla autem est secuta. Et propter hoc dicitur in Ecclesiastico. Iuramentum non assuescat os tuum. Ille est intellectus literalis. Spirituualis uerò intellectus hic est. Non assumes nomen Dei tui in uanum, &c. Notandum est, quod assumimus nomen Dei non in uanum tribus modis. scilicet ad efficiendum, ad promittendum, & ad

Manicheorum hæreses. Matth. 5.

Nō iurare oīno, quia licet intel ligatur.

Iuramentum promissorium fit tribus modis.

Rom. 1. Gen. 30.

Hebr. 6.

Deu. 21.

Eccle. 23.



exprimendum. Primò dico, qd assumitur nomen Dei non in uanum ad efficiendum, ut in sacramē tis, sicut dicitur in baptismo. Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Secundo modo fit iuramentum ad promittendum, sicut promitto ire ad sanctum Iacobum, uel intrare religionem per iuramentum. Tertio assumimus nomen Dei non in uanum ad exprimendum, sicut quando loquimur cum iuramento. Econtra accipimus nomen Dei in uanum per frustrationem sacramenti suscepti, per fractionem uoti, & per prolationem sermonis blasphemii. Primò dico assumimus nomen Dei in uanum per frustrationem sacramenti suscepti. Et secundum hoc est triplex modus assumēdi nomen Dei in uanū. Primò modo quando quis non credit, sicut hereticus. Sundo modo quando credit, & se nō dī sponit, sicut usurarius. Tertio modo quando gratiam in sacramento susceptam non custodit, sicut ille qui postea peccat. Audi, quando tu es insignitus in nomine Dei, tunc character tibi im primitur per uirtutem nominis Dei: & quando homo postea peccat, euacuat uirtutem sacramē ti. De talibus dicit Apostolus ad Titum. Con fitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et sic conculcas, & pollutum ducis sanguinē Christi. Secundus modus assumēdi nomen Dei in uanum, est per fractionem uoti emissi. Et hoc fit tribus modis. Primò per dilationem irrationabilem, sicut promitto ire ad sanctum Iacobum, & non assigno mihi certum tempus, & sic semper procrastino. Secundò fit uoti fractio per uoluntatem contrariam, sicut quando quis promittit aliquid Deo, & postea pœnitet. Contra tales dicitur in Deuteronomo. Si quid processerit de labijs tuis, non facies irritum. Tertio fit fractio uoti per apostaticam rebellionem, sicut quando homo apostatat à religione. Primus modus est malus. Secundus peior. Tertius pessimus. Quia dicitur hō apostata uir inutilis. Vnde dicit Ecclē. Si quid uouisti Deo, non moreris reddere, displicet enim Deo stulta & infidelis promissio. Tempus, dies, & hora interpellabit. Patet modò, quomodo tribus modis in fractione uoti assumi mus uomen Dei in uanum. Tertio assumimus nomē Dei in uanum per prolationem sermonis blasphemii, & hoc fit tribus modis. Primò quan do aliquis loquens de Deo utitur locutione maledica, sicut quando maledicit Deo. Secundus modus est per locutionem mendacem, sicut qñ quis negat uerum, uel affirmat falsum. Quia dicit Anselm. qd omnis contradictionis nobilior pars Deo est attribuenda. Tertius modus est per locutionem probrosam, sicut quando quis loquitur de membris Christi interioribus, blas phemat pessimè, etiam si uerum dicat, & Chris tum despiciat in eo, qd humilis fuit. Et tales di uino iudicio sunt exterminandi. Narrat enim Gregor. qd quidam puer sex annorum consue tus fuit blasphemare. Quadam die cum blasphe

Tit. 1.

Deu. 23.

Prou. 6. Ecclē. 5.

Puer blas phemus à diabolo captus.

mare, & esset in sinu patris sui, raptus est à da monibus, & portatus in infernum. Propter qd dicitur in Leuitic. Quicumq; blasphemauerit, morte morietur. Patet modò quibus modis assumimus nomen Dei in uanum.

De tertio præcepto. Sermo. IIII.

Memento ut diem sabbati sanctifices. Psal. Misericordia Domini ab aeterno, & usq; in aeternum super timentes eum, & iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testa mentum eius. Indigemus diuina misericordia condonante offensas nostras, & diuina iustitia recompensante merita nostra. Sed timor Dei, facit inuenire misericordiam, & obseruatiā mā datorum, iustitiam. Consideratio autem magnificentiæ Dei inducit ad timendum, conside ratio diuinæ legis inducit ad obseruantiam mā datorum: Et propter hæc innuit nobis, ut sem per cogitemus diuinam legem. Vnde Iudei die sabbati consueuerunt semper disputare de lege Dei, quia hoc est opus Dei. Et ut perfectè pos simus loqui de lege Dei, ideò rogemus Deum in principio, &c. Memento, &c. Dicebam uobis, qd in tabula prima continentur tria mandata nos ordinantia ad Deum, secundum tria appropria ta tribus personis diuinis. In primo mādato præ cipitur humilis adoratio diuinæ maiestatis. In secundo fidelis confessio summæ ueritatis. In ter tiò sincera dilectio summæ bonitatis, & hoc ter tium præceptum est. Et est summa uerborū. Me mento ut diem sabbati sanctifices. Sequitur. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum, se ptima uerò die non facies omne opus tuum, tu & filius tuus & filia, seruus & ancilla, iumentum, & aduena qui est intra portas tuas. Sex enim die bus fecit Deus cælum, & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt, & septima die requieuit. Ideo be nedixit, & sanctificauit illū. Videte qd in his uer bis spūs sanctus scripsit tabulas, quia spūs sanctus per digitum Dei intelligitur, quia oia præcepta scripsit cum summa diligentia, hæc scripsit insi nuans mandati integritatem, & consummationē. In hoc aut mādato aliquid præcipit, aliquid cōcedit, & aliquid interdicit. Præcipit sanctifi care diem sabbati, ibi. Memento ut diem sabba ti sanctifices, sanctificatio. n. est conuertens animam ad Deum sanctum, ad Deum uerum, & ad Deū summè diligendum. Aliquid cōcedit in isto mā dato, ibi, sex diebus operaberis, facies omne o pus tuum. Aliquid uerò interdicit. Sopus seruilis, ibi. Nullū opus facies in eo, &c. Hæc est perfe cta uacatio, quæ habet adiunctam bonam ope rationem, & prohibitam seruilē. Ratio præ cepti subiungitur, ibi. Sex diebus fecit Deus cælū, & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & se ptimo die requieuit. Ideo benedixit, & sanctifi cauit illū. Sed quare præcepit uacare? Certè qd bñ dixit, & sanctificauit illū. Ideo & tu creatura, qd es Christi

Luc. 24.

Psal. 97.

Exod. 20.

Christi

Obiicit nobis iudei, quod sabbatum non lau- dābim⁹.

1. Pet. 3.

Christi imitatrix, debes hoc facere. Modò Iu- dai insulant nobis, & dicunt. Vos tenetis deca- logum, & decalogus non habuit nisi præcepta moralia, morale autem necessitatem habuit pro omni tempore. Septima autem dies in qua non licet operari, à prima die in qua licet operari, est dies sabbati, quæ dicitur dies saturni, & uos uacatis die dominico pro die saturni. Item dicitur, omne opus non facies in die illa, & uos fa- citis multa opera, & ita totum dissipatis. Videte charissimi, intelligendum est ita, quod præceptū illud habet aliquid quod est mere morale, & ha- bet aliquid, quod est mere ceremoniale, & habet aliquid mixtū ex morali & ceremoniali. Quod præcipit Dominus sanctificationem i. uacatio- nem ad amandum, hoc est uerè præceptum. Vnde dicit Beatus Petrus, quod quilibet tenetur Dominum sanctificare in corde suo, id est, ama- re. Ille sanctificat siue sabbatistū facit, qui Deū super omnia diligit propter se, & non propter a- liud. Item est in præcepto aliquid figurale, sicut diei septima seruarii. Dies septima significat quæ- tem animarum, & quietē Domini in sepulchro, & cessat ionem ab opere seruilis cum uacatione, & deprecatione. Deus enim sex diebus operatus est omnia, non quia nō potuisset fecisse una die, sed intelligendum est hoc, quod mundus aliquid habet in arte æterna, scilicet esse æternum, quod est æternitas uitæ & possessio una, in quo nihil est prius, nec posterius, & hoc impressit Deus mēti- bus angelicis. Item habet mundus aliquid in in- telligentia creata, scilicet prius & posterius, natu- ra simul secundum durationem, non secundū na- turam, secundum qd est in materia non propter defectum operantis, sed propter condescensio- nē ipsius ut coaptaret omnia, & omnia in primis operibus designaret. Et sicut omniū operatio- num in primis operibus produxit, sic & semina- ria omnium operum & quietationē plenè produ- xit. Et quia septimo die requieuit, & intellectu- lem ad esse creaturam reuocauit, & septimo die animas in sepulchro reduxit ad quietem paradi- si. Significatio igitur diei septimæ, est figuralis quietis animarum. Sic igitur in mandato illo cō- tinetur aliquid quod est morale. s. ut Deus super omnia diligatur, & aliquid quod ē ceremoniale, ut figuratio diei septimæ. Item continetur ali- quid quod est partim morale & partim caremo- niale, ut cessatio ab operibus, & hoc in quibusdā generaliter est intelligendum, in quibusdā spe- cialiter. Si intelligamus sicut Iudæi, qui dicunt, qd debet fieri uniuersalis cessatio ab omni opere seruilis, sic insinuatur christiano, qd debet abste- nere ab oī peccato, & sic est figurale. Si intelligamus qd ab aliqbus debemus abstinere, sic est morale, nō sicut in pcepto & sicut in bñ esse: & remāsit sicut in ecclesiastica institutione est præceptum. Di- co opera seruilis opera mechanica, quæ sunt sep- tem. s. agricultura, quæ comprehendit omnem modum colendi terram. Lanificium, quod confi-

lit in omni genere uestimentorum. Fabricatio, siue sit in materia ferrea, siue lapidea, siue metal- lica, siue lignea. Venatio, quæ comprehendit e- quorum, & uenatorum opus, & omnem modum pistorum, coquorum, & oem modum preparan- di cibos. Medicina, quæ consistit in arte conficiē di pigmenta uel syrupos, & hmoi. Nauigatio, qd comprehendit omne opus nautarum in mari, siue omne opus mercationis. Et theatra, quæ comprehendit omnem modum ludi, uel iucun- ditatis. Modò dico, qd in omnibus istis sunt quæ- dam meræ seruitutis, quædam continua: neces- sitatis, quædam meræ iucunditatis. Illa quæ sunt meræ seruitutis prohibentur ab Ecclesia. Illa autem quæ sunt continua: necessitatis, sicut illa quæ sunt ad conseruationem uitæ, uel sanitatis, conceduntur in quantum sunt necessitatis, & p- hibentur in quantum sunt seruitutis. Illa uerò quæ sunt meræ iucunditatis sunt permissa, non prohibita, quia propter paruicatem nostrā permittitur ab Ecclesia. Et sic poterimus respō- dere. Sed dices, quare confundit & miscuit mo- ralia, & caremonialia simul? Dico, quod hoc præ- ceptum. Memento ut diem sabbati sanctifices, & cetera, est de charitate, & quicquid patet & la- tet in alijs, in isto mandato cōsumatur, & ideo miscuit simul moralia & caremonialia ut me- lius, ne si specialiter poneret grauaretur memo- ria nostra. Sunt autem tria, quæ requiruntur ad perfectam dilectionem. Primum est diuina uacatio conuertens animam in Deum. Secū- dum imitatio Christi in bonis operibus. Ter- tium est cessatio ab omni opere seruilis, quæ cor reddit purum, & mundum. Conuersio autem in Deum est secundum septē opera, qui- bus anima conuertitur ad perfectam uacatio- nem in Deum, quorum tria sunt intrinseca, quæ sunt meditando, orando, & exultando. Ex istis tribus fit cōtemplatio. Alia sunt extrinseca, quæ sunt legendo, psallendo, sacrificium offerendo, diuinam legem adimplendo. Et hoc fit siue au- diendo, siue docendo, siue cum alijs conferēdo. Hoc est quod dicit. Memento, ut diem sabbati sanctifices &c. Mandat igitur Dominus primò conuertentem animam in ipsam. Secundò mā- dat sui imitationem, cum dicit. Sex diebus ope- raberis. De ista imitatione dicit Apostolus. Imitatores mei estote sicut filij charissimi. Et in Luc. stote misericordes, sicut & p̄ uester miseri- cors est. Sex autem sunt opera misericordiæ. scilicet pascere e surientes, potare sitientes, uestire nudos, colligere hospites, uisitare infirmos, & redimere captiuos. Aliter enim impossibile est esse opus uirtutis, nisi creatura in istis conformetur Christo. Ad opus autem uirtutis requi- runtur sex correspondentia sex operibus uirtu- tis, quæ sunt circumspectio prouida, intentio recta, affectio pura, electio recta siue iusta, profectio uigorosa, & informatio charitati- ua. Primum intelligitur in opere primæ

Eph. 5. Luc. 6.

ratio amicitatis, & in hoc intelligimus, quod ratione originis amabilis & amandus est omnis homo, & tenetur quilibet homo alium honorare. Unde Apostolus. Honore in uicem praecedentes. Et iterum. Reddite omnibus debita, aut honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Debet homo alium diligere bene uolendo, cuiuslibet quantum ad affectum, quantum ad effectum, & quantum ad signum. Habet autem ista dilectio ordinem, quia debemus diligere secundum rationem proximitatis, secundum rationem similitudinis, & secundum rationem obligationis. Primum dico, debemus diligere secundum rationem proximitatis, & secundum hoc maiorem amorem debemus domesticis, quam extraneis, & maiorem quam inimicis. Secundum habet dilectio ordinem secundum rationem similitudinis, quia aliquibus debemus ratione similitudinis maiorem dilectionem quam alijs, sic tenemur ratione similitudinis in forma specifica diligere hominem, secundum similitudinem ratione conuenientia: in fide, debemus plus diligere christianum, quam iudaeum uel gentilem, & secundum rationem similitudinis in professione maxime debemus diligere, sicut religiosus fratrem suum, & unus canonicus concanonicum suum. Tertiò ratione obligationis debemus diligere, & tenemur obedire. Et sic aliquibus plus tenemur quam alijs, teneor enim alium diligere, & eum honorare ratione praeccepti tantum, teneor plus ratione praeccepti & beneficij, & teneor maxime, & ratione praeccepti beneficij, & promissum. Illud de quo est mihi praecceptum, & recepti beneficium, & feci promissum, debeo plus diligere, & honorare. Patet modò quod in uerbis istis. Honora, & c. tangitur praecceptum. Et quomodo secundò redditur promissum ibi. Ut sis longeuus, & c. Deinde dictum est, quò intelliguntur secundum intelligentiam literalem, & quomodo secundum spiritualem. Et ut melius reueatis in mente, dicam uobis duo exempla. Vnum bonum de illo qui matrem honorauit, & aliud malum & crudele de illo qui patrem non honorauit. Dicam primum de bono. Fuit quidam magister magnus & famosus Parisius, & à multis notus & dilectus. Hoc audiens mater sua pauperula, cogitauit ire ad filium suum, accepit baculum & in tunicella de burello uenit Parisius, & quaesuit à quibusdam dominabus pro tali magistro. Dixerunt illi matronae. Quid uultis ab eo? Respondit. Ego sum mater sua. Tunc illae matronae duxerunt eam in domum suam, & refocillauerunt eam. Postea cogitauerunt, quod ille bonus homo uerecundaretur, si uideret eam in tali statu, & induerunt ipsam bene, & dederunt ei mantellum, & iuerunt secum ad magistrum. Tunc illa dixit. Ego sum mater tua. Respondit magister. Verè ego non credo, quia mater mea est pauperula, & consuevit habere solum tunicellam de burello. Et cum nullo mo-

Rom. 12. & 13. 10.

In dilectione: ordo seruandus.

Exemplum cuiusdam magistri qui matrem honorauit.

do uellet acquiescere uerbis eius, rediit eam in domum suam, & reddiderunt ei tunicellam eius, & baculum. Tunc illa accessit ad filium suum in congregatione multorum, & cum uideret matrem suam in tali habitu uenientem, deposuit pacium suum, & amplexatus est eam, & dixit. Modò scio, quod estis mater mea. Hoc fuit divulgatum per uillam, & reputatum est ei pro magno bono. Et postea factus est Episcopus Parisiensis. Aliud exemplum dicam malum, de eo qui non honorauit patrem suum, & quid illi, qui non uult illum cui hoc accidit. Fuit quidam homo pauper, qui per industriam suam multa bona acquisierat, & habebat unicum filium. Et uidentes quidam nobiles, fecerunt quod contraxit filius cum filia cuiusdam nobilis. Et tunc illa quae fuit pulchra & nobilis incepit abominari patrem, & fecit tantum eum marito suo, quod odio habuit patrem suum, & quod pater non habebat quid comederet nisi fabas malas, & semper in conuiuio expellebat à domo. Quadam die fuit famelicus, & uenit ad domum filij & petiit cibum, & datae sunt ei fabae malae, & expulsus est à domo. Tunc illa dixit marito suo. Modò possumus comedere in pace. Mado ad arcam & accipere caponem coctum. Et cum aperuit arcam, mutatus est capon in busonem. Qui subito saliens ad faciem eius, ponebat quos pedes ad mentum & duos ad frontem, & operuit totam faciem eius, & non fuit medicus qui sciret eum ammouere. Tandem uenit quidam, qui fecit tenellas quasdam, & dixit, quod eum ammoueret. Tunc buso aspexit eum & horribili uultu, quod ille cecidit in terram, & amplius non audebat aliquid facere, & nullus fuit qui sciret apponere consiliam, sed mala morte mortuus est. Patet modò praecceptum, & promissum quod promittitur.

Exemplum cuiusdam qui patrem honorauit.

De quinto, sexto, & septimo, Praeccepto.

Non occides. Non mechaberis. Non furtum facies. ait Psalm. Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Iacobus dicit. Qui totam legem seruauerit, offendit autem in uno, factus est omnium reus. Non quia pro una transgressione tantum punietur poena sensus, sicut pro transgressione omnium sed punietur tantum poena damni, non tamen ita acriter pro uno sicut pro omnibus. Ideo si quis uult pertere ad uitam eternam, oportet quod perspicat in omnibus mandatis Dei corde & opere. Et ideo dixit Psalm. cum perspexero, i. perfecte inspexero, & considerauero, & iuxta hoc ego non timebo confundi. Non est magnum confundi in praesenti, sed confundi aeternaliter, hoc debemus abhorre. Sed tamen non possumus euadere istam confusionem, nisi perspiciamus in omnibus mandatis Dei. Ideo Deum rogemus in principio, & c. Non occides, & c. Dicebam uobis

Psalm. 118. Iac. 2.

Expositio pulchra.

vobis, quod mandata Dei distinguebantur in duas tabulas. In prima continentur mandata secundum legem iustitiae ordinantia nos ad Trinitatem, qua continentur tria mandata secundum tria appropriata tribus personis. In secunda tabula continentur mandata ordinantia nos ad proximum, & hoc secundum duplicem partem iustitiae. Innocentiae & beneficentiae. Reducitur autem tota iustitia ad tria. Quia Deo debemus exhibere debitam reuerentiam, per orationem, confessionem, & satisfactionem. Patri debemus exhibere beneficentiam, & omnibus alijs innocentiam. Dictum est de tribus mandatis, quae nos ordinant ad Deum. Dictum est etiam de quarto mandato, quod accipitur penes partem iustitiae, quae est beneficentia, in quo praecipitur, quod debemus exhibere honorem patri & matri. Sequitur de sex alijs mandatis, quae pertinent ad innocentiam. Nocet autem quis proximo suo tripliciter, peruersitate operis, fallitate sermonis, & improbitate uoluntatis: & propter hoc legislator primò prohibet nocuumtum quod prouenit ex peruersitate operis, diuersitas autem operis qua quis iniuriatur alij est triplex. Aut enim quis iniuriatur alij in propria persona, aut in coniuncta persona, aut in temporali substantia, & secundum haec sunt tria mandata, quae pertinent ad innocentiam. In primò prohibetur nocuumtum in propria persona, ibi. Non occides. In secundo prohibetur nocuumtum in persona coniuncta, ibi. Non mechaberis. In tertio prohibetur nocuumtum in substantia temporalis, ibi. Non furtum facies. Primum dico cum dicitur, non occides, prohibetur ira prouersus in iniurias peremptiuas uitae naturalis sub substantialis, & uitae incolumis, & uitae honorabilis, natura enim appetit quod melius est, & ideo non sufficit sibi, quod habeat uitam substantialem, immò cum hoc uult uitam salubrem & incolumem. Ergo in isto mandato, non occides, legislator prohibet primò iras prorumpentes in iniurias peremptiuas uitae naturalis. Secundò prohibet iras prorumpentes in iniurias uitae incolumis. Quando fit iniuria per uerba, uel uulnera. Tertio prohibet iras prorumpentes in iniurias uitae honorabilis, sicut est iniuria quae est in contumeliam apertam uel occultam, sicut illa quae fit per signum. Unde dictum est in Euangelio. Au distis quia dictum est antiquis. Non occides. Ego autem dico, quod omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, Qui autem dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennae ignis. Ergo planum est, quod tribus modis facit homo contra illud mandatum, scilicet quando quis irascitur fratri suo, uel quod dicit, racha, uel quando dicit, fatue: Et quando hoc facit ex deliberatione animi, tunc dicit, quod reus est gehennae ignis. Et quia uita naturalis fundamentum est respectu aliarum, ideo sub isto modo, non occides, legislator expressit manda-

tum. Manichei autem obiciunt nobis & dicunt, quod contradicit sibi legislator. Dicit enim. Non occides. Et alibi dicit. Maleficos non patieris uiuere. Et hoc est contra principes in Christiana lege, qui per sententiam iudicaria alios occidunt. Itè obiciunt, quod Dominus dicit. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt, ergo non licet gladium accipere. Et similiter dicunt, quod non licet sacerdotem esse occisorem. Et hoc est contra Ecclesiam & ecclesiasticas personas, qui exequendo iudicium & imperando accipiunt gladium. Item obiciunt quod dicitur. Ego autem dico uobis non resistere malo, & hoc est contra legistorem. Intelligere debemus, quod prohibetur hic occisio hominis, non bestiarum uel uirgultorum, sicut dicebant antiqui Manichaei, qui uolebant comedere de fructibus arborum. Occisio autem hominis potest esse à lege aut ab homine, in ueritate aut interpretatiue. Occisio autem hominis ab homine sicut ab homine non ut à lege, prohibetur, sed Deus qui conditor est naturae, & conseruator naturae & legis, potest hominem priuare uita quando uult. Lex autem occidit hominem, quando minister legis occidit, & hoc seruato iusto ordine, iusta causa, & iusto animo. Oportet quod iustus ordo & iusta causa, id est, quod ex iusta causa occidatur, quia lex dicit. Iuste quod iustum est exequeris. Item oportet habere animum iustum, ut homo qui est minister legis, ex lege hominem occidat, non libidine uindictae, sed amore re iustitiae. Unde Apostolus ad Rom. loquens ad principes, dicit, quod princeps non sine causa gladium portat, Dei minister est, uindex in iram ei qui male agit. Quod igitur Dominus dicit Petro, omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt: non refertur nisi ad hoc, quod ille qui non est minister legis, non debet occidere. Et quod dicitur. Non licet sacerdotem esse occisorem, hoc non refertur ad principes. Tertium quod dicit Dominus. Ego autem dico uobis, non resistere malo, uerum est ultionis libidine, sed amore iustitiae bene licet resistere malo. Patet modò, quod lex occidit hominem. Item occiditur homo ab homine tripliciter, aut casu, aut necessitate, aut uoluntate. Si homo occidit hominem casu, aut adhibet operam rei licitae, & adhibet debitam diligentiam, excusatur à tanto & à toto. Si autem sit homicidium casuale, & homo adhibet operam rei illicitae, nec adhibet debitam diligentiam, nec excusatur à tanto nec à toto. Si autem fuerit homicida ex necessitate, hoc est dupliciter, aut ex necessitate inuitabili, aut euitabili. Necessitas euitabilis est, si possum effugere, sed dimitto propter uerecundiam uel aliam causam, & in isto casu excusatur à tanto & non à toto, quia melius esset quod fugeret. Si autem sit necessitas inuitabilis, ut homo occidat alium hominem non amore uindictae, sed amore conseruationis uitae & animae, ut non interficiat ipsum ex crudelitate, sed ut impediatur ipsum, ne perdat suam uitam

Manicheorum obiectiones. Exod. 22.

Math. 26. Idem. 5.

Responsio.

Deut. 16.

Rom. 13.

Tripliciter homo occiditur, & quomodo sit peccatum, & quomodo non.



ram & animam, & fiat hoc cum moderamine inculpata tutela, hoc concessum est personis et perfectis, non solum imperfectis. Et hoc dicit Aug. de libero arbitrio, & excusatur a tanto & a toto. Tertio modo fit homicidium ab homine uoluntarie, & hoc dupliciter. Aut libidine uindi et, sicut quando aliquis interficit patrem alterius. Aut animi crudelitate, sicut latrones uel iracundi interficiunt aliquos, & utrunque istorum est prohibendum, & est primum grauius quam secundum. Item fit homicidium interpretatiue in animo, & hoc tripliciter. Primum fit homicidium interpretatiue omittendo in facto. Unde dicit Ambrosius de officijs. Pasce fame morientem, si non pauperis occidisti. Secundum modo fit quando aliquis occidit alium consulendo, uel accusando, uel detrahendo, quando hoc facit ex malignitate animi. Tertio modo fit homicidium interpretatiue in animo odiendo. Unde cano. Ioan. Qui odit fratrem suum, homicida est. Dico ergo, quod secundum principale intellectum prohibetur hic occisio, non quae est secundum legem, sed quae est secundum hominem, & illa quae fit uoluntate, aut interpretatiue. Et hoc est quod dicit. Non occides. Sequitur. Non moechaberis. Hic prohibetur, quod uoxorem proximi tui non uiolens. Et dicit Aug. quod hic prohibetur omnis illicitus usus membrorum generationis, qui fit ad procuracionem libidinis, & impugnationem castitatis. Et hoc fit septem modis, per adulterium, fornicacionem, meretricium, stuprum, sacrilegium, incestum, & peccatum contra naturam. Notandum, quod est pudicitia coniugalis, communis, & priuilegiata. Secundum hoc dico, quod aliquis est impugnator pudicitiae coniugalis, secundum hoc fit adulterium, & hoc fit cum peccat cum coniugata. Aut est impugnator castitatis communis, & hoc fit cum peccat cum soluta simpliciter, & uocatur simplex fornicatio, uel cum peccat cum uagabunda & prostituta, licet sit soluta, tunc uocatur meretricium. Si autem sit impugnator pudicitiae priuilegiatae, id est uirginitatis, hoc est dupliciter. Aut fit cum conditione adiuncta, quae est deslorario, & fit uocatur stuprum. Aut fit cum Domina Deo consecrata & sic dicitur sacrilegium, hoc est quod aliquis Domino consecratam uiolat. Si autem fit contra fundamentum omnium istorum, sic dicitur peccatum contra naturam. Et hoc est dupliciter. Aut fit contra dictamen naturalis rationis, scilicet contra hoc quod omnia animalia natura docuit, sic dicitur peccatum contra naturam proprie. Aut fit contra instinctum naturae, & hoc modo est incestus, quando quis peccat cum persona sibi coniuncta. Peccatum contra naturam scelestissimum est, & super omnia fugiendum. Et de hoc crimine accusauit Ioseph fratres suos apud patrem suum crimine pessimo. Dicit igitur. Non moechaberis. Hic prohibetur omnis moechia cum uxore proximi, & secundum Aug. omnis illicitus usus membrorum generationis, qui

Dist. 46. cap. palco.

1. Ioan. 34.

Non moechaberis.

Gen. 37.

fit ad procuracionem libidinis cum impugnatione castitatis. Patet modo secundum quod accipiunt transgressiones huius peccati, & peccatum contra naturam super omnia est fugiendum. Sed de peccato contra naturam narrat Petrus Damianus, quod erant duo in deserto qui asperrimam faciebant penitentiam, & unus fuit idiota & suis peccatis exigentibus illusus est a Diabolo, qui dixit ei, quod peccatum pollutionis contra naturam non minus esset peccatum, quam si homo uirilagine proiceret a naso suo. Tunc ille pessifer exercuit se ad illam impudicitiam. In morte autem portauit animam suam Diabolus. Miratus est alius, quod ille qui fuit tantarum uigiliarum & laborum fuit perditus, & asseruit Angelus Domini, qui dixit illi, quod torum se sedauerat per illud peccatum. Omnis igitur alius qui est in experientia libidinis qualicunque modo fit, est prohibitus, nisi fiat in forma uatris Ecclesiae. In omni patitur homo quandoque pollutiones abique causa & absque culpa. Sed quidam stultus presbyter cuidam confitenti de pollutione nocturna, dixit. Non potes habere denarium ad explendam libidinem tuam? Patet modo quomodo prohibetur hic omnis illicitus usus corporis & membrorum, procreatus extra formam matrimonii, & hoc tangitur cum dicit. Non moechaberis. Sequitur. Non furtum facies. Furtum est attrectatio rei alienae inuito Domino, si fiat ex cupiditate, sed si non fiat ex cupiditate non est furtum, sicut filii Israel ex Domini precepto portauerunt secum ex Aegypto uasa argentea & aurea. Vel qui alij aufert gladium ne faciat malum, tunc non dicitur furtum. Furtum autem diuiditur per partes, quia furtum est contrectatio alienae rei inuito Domino &c. & hoc fit aut per meram fraudem, aut per uolentiam, aut per circumuentionem. Primum modo cum sit per meram fraudem & furtiue, sic dicitur furtum. Si fuit per uolentiam hoc est dupliciter, aut est aperta, & sic dicitur rapina, aut est occulta, & sic dicitur latrocinium. Si uero fiat attrectatio rei alienae per circumuentionem, hoc potest fieri cum pactione adiuncta, & hoc tripliciter. Aut cum pactione fraudulenta, aut iniqua, aut prophana. Si fit cum pactione fraudulenta, sic fit in negociationibus, hoc autem fit tripliciter, aut in pondere, aut in numero, aut in mensura, & de hoc rarissime euadunt mercatores. Si autem fiat cum pactione iniqua, sic est usura, in qua id quod uenditur est commune, scilicet tempus. Si autem fiat cum pactione prophana, in qua illud quod uenditur est proprium, sic dicitur simonia. Sed queritur si accipio denarios, non est usura, sicut de pecunia? Dico, quod iuste uel equo uel domo trahitur usus ex re, non ex pecunia, & ideo non dicitur usura. Aliqui credunt quod usura sit mala, quia prohibita, sed certe est prohibita, quia mala. Item in mutuo meo fit tuum, & si tu aliquid acquiris per industriam

Exemplum iustitiae in miter quod pollutione se, & per hoc dicitur furtum.

Non furtum facies.

Nota de usura.

striam tuam ex illo mutuo, & ego aliquid ex illo repeto, uendo tempus quod est commune, quod non est licitum uendere, sed in accommodato, non transit mea res in tuam. In mutuo pecunia mea fit tua, & non minoratur pecunia nec peioratur, sed in accommodato domus mea uestis mea non fit tua, & minoratur & peioratur domus uel uestis, & tu elicias ex ea utilitatem tuam non sicut ex tuo, sed sicut ex re mea, & diminuitur & peioratur. Pecuniam autem mutuam totam & integram oportet quod mihi reddas, & ideo non excusor cum peto aliquid de mutuo, & est tibi peruersio ordinis, & appropriatio communitatis. Et debet quilibet sibi cauere de hoc: & sic si sit circumuentionio cum pactione iniqua, dicitur usura. Si autem fiat circumuentionio cum pactione prophana, sic dicitur symonia, in qua qui uendit, nihil acquirat, & ille qui emit nihil habet, sed solum re alienam contrectant, & hoc est cum res spiritalis uenditur tanquam res uilis. Contra istos dicit Dominus. Nolite domum patris mei facere domum negociationis. Sed quidam faciunt eam speluncam latronum. Unde Dominus dicit per Prophetam. Principes eius in manibus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & propheta eius in pecunia diuinabant. Rogemus ergo Dominum Iesum Christum &c.

De octauo, nono, & decimo, Praecepto. Sermo. VII.

Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces rem proximi tui. Nec desiderabis uxorem eius. Unde dicit in Deuter. Considera quod proposuerim in conspectu tuo uitam & bonum, & e contrario mortem & malum, ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in uis eius, & custodias mandata illius. In principio rogemus Deum &c. In Deuter. loquitur Moses de decem mandatis, quae Deus aeternus per ipsius os proposuit, ut non despicerent ea Iudaei, & ostendit, quod in obseruantia mandatorum est uita & bonum, & oportet quod omnia seruentur, ad hoc quod in illorum obseruantia sit uita & bonum. Ostendit etiam quod in ipsorum transgressione est mors & malum, & quod in transgressione unius necesse est intelligere transgressionem omnium, quoad damnum non quoad poenam. Dicebam alias, quod prima distinctio mandatorum est secundum duplicem partem iustitiae, quae nos ordinat ad Deum & ad proximum, & secundum hoc dicitur tabula datae sunt Moysi. In prima continentur mandata quibus ordinamur ad Deum, & sunt tria. In secunda continentur mandata quibus ordinamur ad proximum, & sunt septem. Dicebam etiam, quod in secunda tabula est unum mandatum affirmatiuum, & sex negatiua. De affirmatiuo & tribus aliis negatiuis habitum est. Sequitur modo de alijs, quorum primum est. Non loquaris contra proximum tuum falsum testi-

monium. In isto mandato negatio tua prohibetur mendacium, quod nocium est proximo. Et secundum generalem intellectum prohibetur hic omne mendacium perniciosum, & datur intelligi, quod omne mendacium est malum. Augustinus autem distinguit mendacium & dicit, quod est mendacium officiosum, iocosum, & perniciosum. Mendacium officiosum est, quod nulli obest, & alicui prodest. Mendacium iocosum est, quod non fit causa nocendi, sed mentiendo libidine, & hoc nulli prodest & nulli obest. Mendacium perniciosum est, quod fit intentione mentiendo, & ut noceat, & hoc semper obest & nulli prodest. Et dicit Aug. In primo mendacium est minima culpa, in secundo mediocris, in tertio est culpa grauis. Mendacium officiosum fit tripliciter, aut pro defendenda re alicuius temporalis, aut pro tuenda uita, aut pro seruanda castitate. Mendacium iocosum fit duobus modis, aut sola mentiendo libidine, aut causa placendi, & hoc est mediocris culpa. Mendacium autem perniciosum tripliciter fit, aliquando in doctrina religionis contra sacram scripturam, aliquando in impositione falsi criminis: & istis duobus modis nulli prodest, sed omnibus obest. Aliquando fit mendacium perniciosum in causa alicuius, & sic alicui prodest & alicui obest. Sic igitur sunt octo genera mendacij. Et dicit Aug. quod Deus potest facere, quod furtum non sit peccatum, sed non potest facere, quod mentiri non sit peccatum. Et hoc est propter uoluntatem ueritatis, quia mendacium est falsa uocis prolatio cum intentione fallendi, & Deus non potest recedere a ueritate, quia est ipsa ueritas, sed potest dispensare, quod furtum non sit peccatum. Inter omnia quae disponunt hominem, necessarium est quod seruet fidem, & habeat ueritatem in sermone. Unde Seneca. Qui perdit fidem, non habet amplius quid perdat. Patet modo de isto mandato. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Postea subiungit duo praeccepta. Non concupisces rem proximi tui, nec desiderabis uxorem eius. In quibus duplicem concupiscentiam, scilicet oculorum & carnis prohibet, quae sunt fomenta omnium malorum, quia uis concupiscibilis infecta & corrupta corrumpit omnes alias animae uires. Superius prohibetur actus illicitus exterior contra proximum, cum dicitur. Non occides. Non moechaberis. Non furtum facies. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Hic autem prohibetur actus illicitus interior, cum dicitur. Non concupisces rem proximi tui, nec desiderabis uxorem eius. Concupiscentia oculorum, siue cupiditas radix est omnium malorum, concupiscentia carnis est fomes omnium peccatorum; Et per istam duplicem concupiscentiam fit transitus alicuius in malum & peccatum. Et ideo lex diuina ipsam prohibet, & in hoc omnia mala & omnia peccata prohibet. Haec est febris, quae omnes filii Adam febriunt, & generat omnia mala.

Mendacium triplex.

Mendacium est intrinsecum malum.

mala. In hoc igitur, non occides, non moechaberis, non furtum facies, non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium, praecipitur innocentia in actu exteriori, in alijs non concupisces rem proximi tui, nec desiderabis uxorem eius, praecipitur innocentia in animo. Et sic patet quae sunt decem praecipra. In tribus primis praecipitur recta ordinatio ad Deum, in quarto recta ordinatio ad parentes. In sex alijs praecipitur recta ordinatio ad proximum. Resumamus in summa ista decem praecipra, quae sunt. Non habebis Deos alienos coram me. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Memento ut diem sabbati sanctifices, Honora patrem tuum & matrem &c. Intel ligere debemus, quod quaequid dicitur praecipra affirmatiua, & quaedam negatiua, omnia tamen affirmationem & negationem in se continent. Quando Deus prohibet aliquid in uno mandato, praecipit contrarium, & econuerso quando aliquid praecipit, prohibet contrarium eius. In primo enim mandato praecipitur humilis adoratio diuinae maiestatis, & prohibetur idolatria. In secundo praecipitur fidelis assertio diuinae ueritatis, & prohibetur periurium. In tertio praecipitur deuota uel sincera dilectio diuinae bonitatis, & prohibetur inuoluntaria pietas ad parentes, & prohibetur inhonoratio. In quinto praecipitur mansuetudo, & prohibetur iracundia. In sexto praecipitur pudicitia, & prohibetur moechia. In septimo praecipitur largitas, & prohibetur furtum. In octauo praecipitur ueritas, & prohibetur mendacium. In nono praecipitur liberalitas cordis, & prohibetur concupiscentia rei temporalis. In decimo praecipitur castitas mentis, & prohibetur concupiscentia carnis. Vide quod omnia mandata continent affirmationem & negationem, & in omni praecipro est uita & bonum, mors & malum. Si facitis quae praecipit Deus, & uitatis quae prohibet, consequimini uitam & bonum. Sed si non facitis quae praecipit Deus, & non uitatis quae prohibet, incurretis mortem & malum. Ex legis obseruatiua sequitur benedictio: Ex transgressione sequitur maledictio. Ex obseruantiua legis efficitur homo reuerens, fidelis, deuotus, pius, mansuetus, pudicus, largus, ueridicus, proprijs contentus siue liberalis, & corde impollutus. Econtrario ex transgressione legis, efficitur homo idolatra, blasphemus, innotus, impius, homicida, moechus siue adulter, fur, falsidicus, cupidus, & carnalis. Igitur obseruator legis & transgressor plus distat a se, quam infernus & Paradisus, quia unus est in centro, alius in circumferentia. Nec Deus caeli aliud facere potest, quia iustus est, & se negare non potest. Videre modo quoniam omnes homines non addiscunt sapientiam nisi per flagella, & propter hoc Deus decem flagella, id est plagas, misit super terram Aegypti. Prima fuit sanguinis, secunda ranarum, tertia multitudo cinisum, quarta multitudo muscarum mordentium, scilicet canina-

In praecipro firmatiuis includuntur negatiuis affirmatiua.

Decem plagis flagellauit Deus Aegyptios propter transgressione. 10. praecipro rum.

rum, quinta mortis pecorum & iumentorum, sexta ulcerum siue uescarum, septima destructio bonorum temporalium per grandinem, octaua locustarum, nona tenebrarum palpabilium, decima mortis primogenitorum. Modo uidete quomodo spiritus sanctus flagellauit Aegyptios, & manducebat ad obseruantiam mandatorum, sic & nos proprijsimam manducet. Decem sunt legis transgressiones, & secundum hoc fuerunt decem plagae. Prima plaga sanguinis, qua percussus est idolatra, quia de ipsis dicitur Psalm. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Secunda plaga fuit ranarum, qua percussus fuit blasphemus & periurus, qui comparantur ranis. Rana est animal clamosum, & seipsam clamando consumit. Similiter facit homo quando stabilitate ueritatis perdit. Tertia plaga dicitur cinisum, qua percussus fuit inuoluntarius, qui non custodierat diem sabbati, quae est dies deuotionis. Cimices sunt muscae paruae, quae ualde inquietant & uexant homines per omnia loca, & maxime per os & nares, & tantam faciebant uexationem, quod homines nullo modo poterant habere quietem. Similiter inquietantur inuoluntarius. In isto signo defecerunt Magi Pharaonis, in signum quod iniquitatem cogitationum non possunt effugere nisi per deuotionem. Gregorius uix unam cogitationem tota die de terrenis habuit. Quarta plaga est muscarum caninarum, qua percussus fuit impius, qui habent apud se muscas caninas, id est carnales & crudeles affectiones. Quinta plaga fuit mortis iumentorum, qua percussus fuit homicida, quia omnis qui gladio occidit, reus est mortis: & tales moriuntur sicut iumenta, nec sunt digni diuina protectione nec humana, quia qui a lium occidit seipsum interemit, & brutalitatem suam non sentit. Sexta plaga fuit uescarum turgentium, qua percussus fuit adulter, qui habet uescas turgentes, id est carnem infectam. Uescica nascuntur ex nimio humore faciente pruritu, & cum sentit homo pruritu scalpit se, sed postea dolet. Similiter qui luxuriat, primo delectatur, postea dolet. Septima plaga fuit destructio bonorum temporalium, qua percussus fuit reus, quia dignus est perdere sua, qui aufert aliena. Ista fuit plaga grandinis, quae omnia destruxit. Mirabile est, quod qui peccant peccato carnis, reconciliantur Deo per confessionem sine illa persona cum qua peccant, sed qui aliena rapiunt, non reconciliantur Deo sine restitutione ablatorum, si reddere possunt. Octaua plaga fuit locustarum, quae comederunt omnem herbam uerentem. Ista percussus mendax, qui dentibus & labijs ueritatem conculcat, sicut dicit Psalmista. Cor eorum uanum est, sepulchrum patens est guttur eorum, lingua suis dolose agebant. Nona plaga fuit tenebrarum, qua percussus fuit cupidus & auarus, quia nihil adeo excacat hominem sicut

sicut cupiditas. Unde Xena & dona excacant oculos sapientum, & mutant uerba iustorum. Cupiditas est sicut fumus foetidus, qui totum excacat. Iudas cupidus, filium Dei uendit. Salomone. Avaro nihil est celestius, animam suam uenale habet, quoniam proiecit intima sua in uita sua. Decima plaga fuit mors primogenitorum, qua percussus fuit carnalis. Ista percussus est Esau, ait n. Apostolus. Ne quis inter uos fornicator sicut Esau, perdat primogenita sua. Carnalis concupiscentia abstulit nobis nobilem generationem, qua omnes nasceremur innocentes & heredes Paradisi. Concupiscentia carnalis facit nos nasci in mortem & culpam, & facit nos perdere ius primogeniturae. Quod figuratum est in Gen. ubi dicitur, quod Ruben primogenitus Iacob perdidit ius primogeniturae, quia concubuit cum concubina patris sui, & maculauit stratum eius. Et Ioseph qui castissime uixit in Aegypto, meruit esse princeps fratrum suorum. Patet modo, quod omnes transgressores legis percussus fuit plagis istis. Sed quis liberabit nos a plagis istis? Certe unus solus qui uenit propter istas plagas amouendas, scilicet Christus, qui decem condescensiones fecit nobis contra decem plagas. Quod figuratur in libro Isa. ubi dicitur, quod sol reti ocesit decem gradibus, per quos signantur decem condescensiones filii Dei ad hominem. Prima condescensio qua Dominus descendit homini, est usque ad carnem, hic est primus gradus quo retrocessit sol. Secunda condescensio ad mortalitatem nostram. Tertia ad necessitatem nostram, quia famem sitim & frigus passus est. Quarta ad pauperiem nostram, quia egenus factus est, non habens locum ad quem declinaret. Quinta usque ad tentationem, quando permisit se tentari, in hoc portauit infirmitatem nostram, na ait Apostolus. Non habemus potestatem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia &c. Sexta ad corporis lassitudinem & laborem. Septima usque ad mentis anxietatem. Unde scriptum est. Cepit Iesus pauere & tattered, & dixit, tristis est anima mea usque ad mortem. Octaua condescensio fuit usque ad crucem, & hoc fuit mirabile. Nona fuit usque ad mortem. Decima fuit ad carcerem infernalem. Ista sunt decem condescensiones, quibus Deus descendit hominibus. Sed quare descendit ad carcerem infernalem? Certe ut in sanguine testamenti educeret uinctos de carcere, & de tenebris, & de umbra mortis: Christus enim per sanguinem testamenti nos liberauit, & eduxit de morte ad uitam, & de tenebris ad lucem. Debemus igitur modo resurgere ad nouam uitam, sicut Christus resurrexit a mortuis, sic & nos in nouitate uitae ambulemus. Christus liberauit nos de manu Pharaonis, & introduxit nos in terram reprobationis, & in signum huius manducatur modo Pascha, quia modo liberati sumus. Et ideo debemus celebrare Pascha, debemus facere trans-

tum & inchoare nouam uitam, & non redire in Aegyptum. Nullus sit falsus proditor. Ista tria sunt necessaria cuilibet poenitenti, scilicet quod displiceat sibi peccatum suum, & paratus sit cauere de peccato cum adiutorio spiritus sancti, & quod paratus sit satisfacere pro modulo possibilitatis suae, & proponat nunquam peccatum iterare: ideo dicit Psalm. Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Et haec est consummatio uerborum, per quae semper conformari debemus cum Christo & refici, ut cum Christo perueniamus ad aeternam refectionem. Quam nobis, & uobis praestare dignetur Christus filius Dei. Amen.

Psal. 17.

SERAPHICI DOCTORIS
SANC. BONAVENTURAE.
TRACTATUS QUI LIGNUM
VITAE NUNCUPATUR.

Praefatio.



CHRISTO confixus sum cruci. Verus Dei cultor, Christi discipulus, qui Saluatori omnium pro se crucifixo perfecte configurari desiderat, ad hoc potissimum attento mentis conatu debet intendere, ut Christi Iesu crucem circumferat iugiter tam mente quam carne, quatenus praefatum Apostoli uerbum ueraciter ualeat in semetipso sentire. Porro huiusmodi affectus & sensum is dumtaxat apud se uiuaciter experiri meretur, qui dominice passionis non im memor nec ingratus, laborem & dolorem amoremque crucifixi Iesu, tanta memoria uiuacitate, tanto intellectu acumine, tanta uoluntatis charitate considerat, quod ueraciter illud sponsae proferre potest eloquium. Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Ut igitur praefatus in nobis attendatur affectus, formetur cogitatus, imprimatur memoria, ex sacri Euangelii silua, in qua de uita passione & glorificatione Iesu Christi diffuse tractatur, colligere studui hunc myrrhae fasciculum, quem & paucis & ordinatis & correspondentibus sibi uerbis compegi, propter facilitatem memorie, nec non simplicibus consuetis & rudibus prope declinandum curiositatis uitium, fouendam quoque deuotionem, & edificandam fidei pietatem. Et quoniam imaginatio inuacit intelligerem, ideo ex multis pauca collegi, & imaginaria quadam arbore sic ordinaui, atque disposui, ut in prima & infima ramorum ipsius expansione, saluatoris origo describeretur & uita, in media passio, & glorificatio in suprema. Et in prima quidem ramorum

Gal. 2.

Can. 1.



morum serie quatuor alterius fecundum alphabeti ordinem ponentur uersiculi, similiter in secunda & tertia, ex quorum quolibet insit fructus unica pullulatio pendet, ut sic sint quasi duodecim rami, afferentes duodecim fructus iuxta mysterium ligni uitae. Describe igitur in spiritu mentis tuae arborem quandam, cuius radix irrigetur fonte scaturitionis perpetuae, qui etiam excrescat in fluium uinum & magnu, quatuor uidelicet capitum ad irrigandum totius Ecclesiae Paradisum. Porro ex huius arboris stipite, duodecim rami frondibus floribus fructibusque adornati consurgant. Sitque folium eius contra omne genus morbi medicamentum efficacissimum, tam praeseruans quam reparans, pro eo quod uerbum crucis uirtus Dei est in salutem omni credenti. Flos autem eius sit omnis coloris formositate decorus, omnique odoris suauitate resperfus, qui desiderantium anxia corda refocillet & attrahat. Fructus tandem sit duodenus, habens in se omne delectamentum, & omnem saporis suauitatem, qui sic domesticis Deo ad degustandum proponitur, ut semper eo faciantur edetes, & tamen nunquam fastidiant. Et hic quidem fructus est, qui de uirginali utero traxit originem, & ligno crucis ad maturitatem saporosam, per aeterni solis calorem meridianum. Christi uidelicet charitatem peruenit, & in horto Paradisi caelestis, in Ecclesia uidelicet Dei, desiderantibus ipsum proponitur degustandus. Et hoc insinuat primus uersiculus, quo dicitur. O crux frutex saluificus, uiuo fonte rigatus. Cuius flos aromaticus, fructus desideratus. Verum licet hic fructus uerus sit & indiuisus, quia tamen secundum eius multiplicem status, dignitates, uirtutes, & opera, multiforbibus consolationibus deuotas animas cibabat, quae quidem ad duodenarium numerum reducuntur, ideo fructus hic ligni uitae quasi sub duodecim saporibus, in duodecim ramis gustandus proponitur, atque describitur. Ut in primo ramusculo mens Christo deuota saporem suauitatis percipiat, praeclearam saluatoris sui recogitando originem & dulcem naturam suauitatem. In secundo ramusculo dignitatem condescensionis conuersationem per humilem. In tertio celsitudinem perfectae uirtutis. In quarto plenitudinem abundantissimae & perfectissimae pietatis. In quinto confidentiam quam habuit in periculo passionis. In sexto patientiam quam exhibuit in illarum iniurijs, & contumelijs magnis. In septimo constantiam quam seruauit in ipso cruciatu, & dolore aspersione crucis. In octauo uictoriam quam assecutus est in conspectu, & transitu mortis. In nono resurrectionis nouitatem miris dotibus adornatam. In decimo ascensionis sublimitatem, spiritalium charismatum diffusinam. In undecimo aequitatem futuri iudicii. In duodecimo aeternitatem diuini regni. Hos autem ideo uoco fructus, quia sua maxima suauitate delectant, & uirtuositate confortant animam meditantem

in his, & diligentius singula pertractantem: si tamen abhorreat exemplum prauaricantis Adae, qui lignum scientiae boni & mali praetulit ligno uitae. Quod quidem uitare non potest, nisi rationi fidem, inuestigationi deuotionem, curiositati simplicitatem, tademque carnali sensui omni seu prudentiae carnis sacram praerant Christi crucem, per quam sancti Spiritus charitas in cordibus deuotis nutritur, & septiformis gratia diffunditur, sicut in duobus supremis & postremis uersiculis postulatur.

Iesus ex Deo genitus.

Expergiscere proinde anima Christo deuota, & singula quae de Iesu dicuntur, diligentius discute. Attente considera, & morose pertracta, cum Iesum audis ex Deo genitum: caue ne mentis tuae oculis infirmum aliquid carnalis cogitationis occurrat, quin potius columbino & aquilino intuitu simpliciter crede, ac perspicaciter contemplant, quod ab illa aeterna luce simul immensa & simplicissima fulgentissima & summe archana, coaeternus coequalis & consubstantialis splendor oritur, qui est uirtus & sapientia patris generantis, in quo pater omnia disposuit ab aeterno, per quem fecit & saecula, factaque gubernat, & ordinat ad gloriam suam, partim per naturam, partim per gratiam, partim per inimitiam, partim per misericordiam, ut nihil in hoc mundo inordinatum relinquat.

Iesus praefiguratus.

A Principio quidem conditionis naturae, collocatis in Paradiso parentibus primis, de hinc propter esum ligni uetiti, per diuini decreti sententiam expulsi, superna misericordia non destituit, hominem errabundum reuocare ad poenitentiae uiam, spem ueniae dando per repromissum Saluatoris aduentum. Et ne forte per ignorantiam & ingratitude tantam Dei dignationem frustra saluti foret inefficax, in quinque saeculi huius gratibus per Patriarchas, indices, sacerdotes, reges, & prophetas ab Abel iusto, usque ad Ioannem baptistam, filii sui aduentum praenunciare, promittere, ac praefigurare non destitit: ut per multa millia temporum & annorum, magnis, miris, & multiplicatis oraculis intelligentias nostras ad fidem erigeret, & affectus per uia desideria inflammaret.

Iesus emissus caelitus.

Deniique postquam uenit plenitudo temporis, sicut homo sexta die conditus est de terra per diuinam manus uirtutem & sapientiam, sic in principio sextae aetatis misso Archangelo Gabriele ad uirginem, & uirgine praebente illi assensum, superuenit in eam spiritus sanctus, sicut

Gal. Verbi diuini incarnatio.

ignis diuinus mentem eius inflammans, carnemque ipsius perfectissima puritate sanctificans. Sed & uirtus eam obumbravit altissimi, ut tantum ferre posset ardorem, qua operante in instanti corpus fuit formatum, anima creata, & simul utrumque diuinitati in persona filii conuinitum, ut idem esset Deus & homo, salua utriusque proprietate natura. O si ualeres utique sentire, quale quantumque fuerit illud ex coelo immissum incedit, collatum refrigerium, insulam solatiu, quanta sublimatio uirginis matris, quanta nobilitatio humani generis, quantaque condescensio maiestatis: si uirginem canentem cum iubilo posses audire, si cum Domina tua in mota conscendere, si sterilis & uirginis suauem conuerti complexum & salutationis officium, in quo seruulus Dominum, praeco iudicem, nox uerbum cognouit, puto, quod canticum illud sacrum. Magnificat anima mea Dominum &c. cum beatissima uirgine suauiter modulacione concinere, mirumque conceptum uirginem unam cum Propheta paruulo exultans & iubilans, adores.

Iesus Maria natus.

Sane cum quietum silentium uniuersalis pacis sub Caesaris Augusti imperio, perturbata prius saecula serenasset, intantum, ut per ipsius edictum describeretur uniuersus orbis, diuina factum est prouidentiae cura, ut Ioseph uirginis sponsus praegnantem puellam de regali ortu profapia, ad Bethleemiticam duceret urbem. Et iam a conceptu excursis mensibus nouem, Rex ille pacificus, tanquam sponsus de thalamo processit de utero uirginali, sic absque omni corruptione in lucem editus, sicut fuerat absque omnibus libidinis contagione conceptus. Qui cum magnus esset & diues, pro nobis effectus paruus, pauper extra domum in diuersorio nasci elegit, panniculis inuolui, lacte uirgineo pasci, & inter bouem & asinum in praesepe reclinari. Tunc illuxit nobis dies redemptionis nouae, reparationis aeternae, felicitatis aeternae. Tunc per totum mundum mellisui facti sunt caeli. Complectere itaque nunc anima mea diuinum illud praesepe, ut pueri pedibus labia tua figas, & oscula gemines. Deinde pastorum excubias mente pertracta, Angelorum mirare concurrentem exercitum, caelesti melodiae tuas interpone partes, corde & ore decantans, gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae uoluntatis.

Iesus conformis patribus.

Quando namque die circumciditur puer, & uocatur Iesus, ut sanguinis sacrificium pro te non tardans effundere, tuum se uerissimum saluatorem ostenderet, patribus repromissum tam uerbo quam signo, eisque assimilatum pro omnia, praeter ignorantiam & peccatum. Propter quod & circumcisionis accepit signaculum, sicut

& ueniens apparuit in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum, nobisque fieret salus & sempiterna iusticia ab humilitate sumens initium, quae omnium est radix cultusque uirtutum. Quid igitur superbis terra & cinis? agnus innocens (qui tollit peccata mundi) non abhorret circumcisionis cauterium: et tu peccator cum sis, dum praetendis te iustum, remedium refugis salutis aeternae, ad quam nullatenus peruenire potes, nisi uelis subsequi humilem saluatorem.

Iesus tribus Magis monstratus.

Nato Domino in Bethleem Iudae, stella tribus Magis in oriente apparuit, & usque ad domum illius humilis regis praecia claritate perduxit. Noli iam & tu ab illius orientis & praecantis stellae declinare fulgore, quin potius sacrorum regum comes effectus, iudeorum scripturam de Christo testimonium perhibentem accepta, & fraudulenti regis Herodis declina malitiam, cum auro & thure ac myrrha Christum regem, & uerum Deum & hominem uenerare, & cum primitiis gentium uocandarum ad fidem, humilem Deum in cunis iacentem adora, & confitere, & lauda: ut sic in somnis communitus ne Herodianae sequaris superbiam, post uestigia humilis Christi reuertaris in regionem tuam.

Magi etiam reges.

Iesus summissus legibus.

Non suffecit magistro humilitatis perfectae, cum patri per omnia esset aequalis, quod se ipsum subderet humillime Mariae uirgini, nisi & se summitteret legi: quatenus eos qui sub lege erant redimeret, liberaretque a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei, propter quod & matrem quam mundissimam, legem purificationis uoluit obseruare, & seipsum omnium redemptorem ut primogenitum redimi, in templo Dei offerri, & hostiam pro se dari presentibus & exultantibus iustis. Exulta igitur & tu cum illo beato sene Symeone, & Anna loggwa, proce de in occursum matris & paruuli, uincat uerecundiam amor, depellat timorem affectus. Accipias & tu infantem Iesum in ulnas tuas, dicaque cum sponsa in canticis canticorum. Tenui eum, nec dimittam. Tripudia cum illo uenerabili sene Symeone, & concine. Nunc dimittis seruum tuum Domine &c.

Presentatio Christi in templo.

Cant. 3.

Iesus regno fugatus.

Quoniam autem humilitatem perfectam triu specialiter adornari decet comitatu uirtutum, scilicet paupertatis, in fugiendo diuitias ut fomenta superbiae: patientiae uero in aequanimi perpessione contemptus: obedientiae quoque in alienis parendo mandatis: ideo diuina dispositione altiori permittente consilio, dum Herodes inipius

Peregrinatio in Aegyptum.



impus paruulam regem quærit ut perdat, sup- na reuolationis oraculo, in Aegyptum transfer- tur ut peregrinus & pauper, simulq; i coactaneis parualis ipius causa occisus occiditur, & quasi in quolibet trucidatur. Tandem Herode defun- cto, iuxta diuinum imperium reducitur in ter- ram Iuda, ibiq; conuersatus & crescens ætate & gratia cohabitabat parëibus, & adeo erat sub- ditus illis, ut nunq uel ad momētum secederet, nisi cum duodecim iam factus annorum, reman- sit in Hierusalem, non sine multo matris dolore quæsitus, nec sine immenso gaudio reiuuentus. Noli ergo & tu fugientes in Aegyptum matrem & paruulum, sine comitatu relinquere. Noli cū dilecta quarente dilectum, donec inuenias ab inquisitione cessare. O cum quanta copia flue- rent lachrymæ, si oculis pijs aspiceres tam uene- rabilem Dominam, gratiosissimamq; puellam, cum tam tenero & formoso puerulo peregrinā, si etiam dulcem illam increpationem amantissi- mæ Dei genitricis audires. Fili quid fecisti no- bis sic tanq si diceret. Desideratissime fili, quo- modo tam dilectæ & diligenti matri tantam po- tuisti materiam præstare doloris?

Iesus Baptista cælitus.

Christus baptiza- tur.

Cum autem ad tricesimum ætatis suæ annū Saluator peruenisset, uolens operari salutē nostram, cepit prius facere q̄ docere. Et primum inchoans à ianua sacramentorum & fundamento uirtutum, baptizari uoluit à Ioan- ne, ut exempla monstraret perfectæ iustitiæ, & uim regeneratiuam aquis conferret contactu mundissimæ carnis suæ. Quem & tu fideliter co- mitare, ut fias regeneratus in ipso, eiusq; seruta re secreta, ut secus Iordanem in uoce patrem, in carne filium, in columba uideas spiritum san- ctum; & aperto tibi iam Trinitatis cælo, sur- sum feraris in Deum.

Iesus hoste tentatus.

Marth. 4. Christus ieiunū in deserto, & heratio.

Dæus namq; fuit Iesus in desertum à spi- ritu, ut tentaretur à Diabolo, quatenus & hostilis pugna humili peressione nos hu- miles faceret, & uictoriæ assecutione uiriles. Duram quoque ac solitariam uitam constanter assumpsit, ut fidelium mētes ad perfectionis ag- gressionem erigeret, & ad grauiā perferenda fir- maret. Eia nunc Christi discipule, cum pio magistro secreta solitudinis perquire, ut socius ferarum effectus, archani silētij, orationis deu- otæ, diurni ieiunij, trinæ conflictationis cum ca- lido hoste, imitator fias, & particeps, & in om- nium tentationum discrimine ad illum discas habere recursum: pro eo q̄ non habemus ponti- ficem, qui non possit compari infirmitatibus no- stris, tentatum per omnia pro similitudine abs- que peccato.

Hebr. 4.

Ipsē nempe est qui facit mirabilia magna so- las, dum elementa commutat, panes multi- plicat, mare calcit, fluctusq; tranquillat, dæ- mones compescit & fugat, leprolos emundat & sanat, mortuos suscitatur, qui & cæcis uisum, surdis auditum, mutis eloquium, claudis gres- sum, paralyticis & aridis sensum restaurat & motum. Ad quem peccatrix conscientia cla- mat nunc more fidelis leprosi. Domine si uis potes me mundare. Nunc more Centurio- nis. Domine puer meus iacet in domo para- lyticus, & malè torquetur. Nunc more Chana- næ. Miserere mei fili Dauid. Nunc more san- guisux mulieris. Si tetigero (inquit) simbriam uestimenti eius, salua ero. Nunc instar Mariæ & Marthæ. Domine ecce quem diligis, infirmatur.

Iesus transfiguratus.

AD confirmandum siquidem mentem huma- nam per spem retributionis æternæ, assumpsit Iesus Petrum Iacobum & Ioannem, quibus & Trinitatis sacramētū aperuit, & passionis abie- ctionem prædixit, & resurrectionis futuræ glo- riam in transfiguratione monstrauit, contestan- tibus sibi lege & prophetis in apparitione Mo- si & Eliæ, contestantibus etiam patre & spiritui san- cto in uoce & nube, ut sic anima Christo deu- ota, & iam in ueritate firmata, & ad apicem uir- tutis euecta, fideliter dicat cum Petro. Domi- ne bonum est nos hic esse, hoc est, in tuæ con- templationis perfruitione serena, immissoq; in eam cœlesti sopore & extasi, audiat archana uer- ba, quæ non licet homini loqui.

Iesus pastor sollicitus.

Quanta fuerit pijsimi pastoris ad perditas oues sollicitudinis cura, quantaq; clemen- tia, ipse bonus pastor in parabola pastoris & ouis centesimæ perditæ, multaq; cura quæsita, ac tandem inuentæ, & in humeris reportatæ cum gaudio, pia metaphora indicat, & sermone ex- presso declarat, cum dicit. Bonus pastor ani- mam suam dat pro ouibus suis. Et in eo uerè illud propheticum perfectè impletur. Sicut pastor gregem suum pascet. Nam propter hoc labores, sollicitudines, & inedia passus, inter Phariseorum insidias, & pericula multa, Euangelizando regnum Dei ciuitates circui- bat & castra, noctes ducebat in oratione per- uigiles. Nec Phariseorum ueritus murmur & scandalum, publicanis reddebat se affabi- lem, asserens, propter malè habentes se uenisse in mundum. Ad penitentes quoque pater- num prætendebat affectum, apertum ostendens eis diuinæ misericordiæ sinum. Testes horum inuoco, & adduco in medium Matthæum, Za- cheum,

cheū, & peccatricē illā ad pedes eius prostratā, & mulierē in adulterio deprehensam. Hunc igit̄ pa- storem pijsimū more Mathæi pfectè sectare, mo- re Zachæi hospitio suscipere, more peccatricis un- guēto perunge, pedesq; ipsius abluere lachrymis, terge capillis, & osculis mulce, ut tandē cum ipsa muliere iudicio ipsius exposita, absolutionis sen- tētiā merearis audire, nemo te condēnauit? nec ego te condēnabo, uade & iā amplius noli peccare.

Iesus fletu rigatus.

PRO sume quidē pietatis referenda dulcedine, fons totius misericordiæ bonus Iesus, non mo- dō pro nobis miseris semel, sed pluries fleuit. Nā sup Lazarū primò, dehinc super ciuitatē, & tan- dem in cruce, ex illis pijsimis oculis ad oēm ex- piationē peccatorū lachrymarū manauer̄ fluēt. Fleuitq; saluator ubertim, nūc humane infirmita- tis deplorādo miserā, nūc cæci cordis caliginē, nūc obduratē malitię prauitatē. O cor durū ues- tū & impiū, & tanq̄ uera priuatim uita plangen- dum, cur more frenetici fletē sup te sapiētia pa- tris in rantis miserijs letaris & rides? Considera la- chrymantē medicum tuū, & luctū uigeniti fac- tibi planctū amarū, deduc quasi torrentē lachry- mas per diem & noctem, non des requiem tibi, neq; taceat pupilla oculi tui.

Iesus rex orbis agnitus.

Sanè post Lazarū suscitātū, & post effusum ala- bastrū uingenti super caput Iesu, odore sanæ- eius iam resperso in populo, p̄sciens ipse turbam sibi obuiā uenturā cōscendit a sellū, ut inter ap- plausus currentiū populorum cędentiū ramos, & sterneritiū uestimenta in uia, mirē p̄beret hu- militatis exēplum. Nec suę miserationis oblitus, cū turbę depromerēt canticū laudis, ipse lamē- tum assumpsit sup excidiū ciuitatis. Surge nunc saluatoris ancilla, ut tanq̄ uia de filiabus Hierusa- lem intuearis regē Salomonē in honore, quē sibi mater Sinagoga in Ecclesiā nascētis mysteriū re- uerenter exhibuit, ut infidentē a selli tergo cœli terreq; Dominū uelut cū ramis oliuarū atq; pal- marum, pietatis operibus uirtutūque triumphis iugiter comiteris.

Iesus panis sacratus.

Inter omnia memorialia Christi p̄cipua con- stat, recordatiōe esse dignissimū finale illud cō- uitiū sacratissime cœnæ. In quo nō solum agnus paschalis ad edēdū proponit̄, uerū etiā agnus im- maculatus qui tollit peccata mūdi, sub specie pa- nis omne hñtis in se delectamentū & ois saporis suauitatē, p̄bet in cibū. In quo quidē cōuiniō mi- ra Christi refulsit bonitatis dulcedo, q̄ cū pau- perculis illis discipulis, & Iuda p̄ditore, eadem mensa & scutella cœnauit. Mirū claruit humili-

tat is exemplū, dum pedes piscatorū & etiam pro- ditoris sui Rex glorię præcinctus lintheo, studio- sissimè lauit. Mira patuit munificentia: largitas dum sacerdotibus illis primis, & per consequens toti Ecclesiæ & orbi terrarum, corpus suū sacra- tissimum & sanguinem, uerū in cibum dedit & potum, ut quod erat futurū in p̄ximo sacrificiū Deo placēs redēptionis nostræ impreciabile pre- cium, esset uitiū & sustentamentū. Mirus tadē emicuit dilectionis excessus, q̄ in finē diligens suos, tā dulci eos exhortatiōe cōfortauit i bono, Petrū sp̄aliter præmonens ad fidei robur, & Ioā- ni offerens pectus ad recubitū mūdū & sacrū. O q̄ mira sunt hæc oia repleta dulcedine, illi dū- taxat animæ quæ ad tā celebre uocata cōuiniū, tantō mentis currit ardore, ut possit illud p̄phe- ticū eruātare. Quēadmodū desiderat cœcus ad fontes aquarū, ita desiderat aīa mea ad te Deus.

Iesus dolo nemundatus.

PAssionē dulcissimi Iesu Christi piē cōsiderare uolētī, primū occurrit perfidia proditoris: qui tantē fuit fraudis ueneno repletus, ut suam Do- minum & magistrum proderet. Tanta fuit flamma malę cupiditatis succensus, ut optimum Deū argento uenundaret, & preciosissimum Christi sanguinem uilis mercedis precio compensaret. Tantē deniq; ingratiitudinis, ut illum qui omnia sibi cōmiserat, & ad honorem & dignitatē & cul- mē apostolicę potestatis p̄uexerat, insequeretur ad mortē. Tātē duritię, ut nec familiaritate cōi- uij, nec humanitate obsequij, nec suauitate col- loquij, a cōcepta malitia potuit reuocari. O mira benignitas maḡi in discipulū duram, & pij Do- mini in seruū nequissimū. Certē bonū erat ei, si natus non fuisset homo ille. Sed quis inexplicabi- lis fuerit proditoris impietas, in imensum tñ eam exuperat agni Dei dulcissima māsuetudo, in exē- plum data mortalibus, ut iam non dicat ab ami- co exasperata humanitas: Si inimicus meus ma- ledixisset mihi, sustinuissem utiq; &c. quia Ecce homo unanims, qui dux uidebatur & norus, qui Christi panes edebat, & in illa sacra cœna cum illo dulces capiebat cibos, magnificabat super eum supplantationem, & tamen agnus ille mi- tissimus, os in quo non est inuentus dolus, ori qd abundauit malitia, in ipsa p̄ditionis hora suau- osculo applicare non renuit, ut omnia illi exhi- beret, quæ prauis cordis pertinaciam emollire potuissent.

Iesus orans prostratus.

Sciens nāq; Iesus omnia quæ super eum erant uentura, secundū altissimę dispositionis archa- num, hymno dicto, exiit in montem Oliuarum, more solito oraturus ad patrē. Et tunc præcipuē iam mortis instante agone, cū dispersione quoq; ac desolatione ouium, quas pius pastor tenero complexabatur affectu, fuit horribilis in natura

fff Christi

Iesus fa- ctus in a- gonia.



Matt. 26. Christi seibili imaginatio mortis, vt diceret: Pater si non potest, transeat a me calix iste. Quanta vero fuerit in spiritu redemptoris pro diuersis causis anxietas, testes sunt gutte sudoris sanguinei, ex toto corpore decurrentis in terram. Dñator Domine Iesu in anime tue tactu vehemens anxietas, & anxia supplicatio? Nonne voluntarium omnino patri sacrificium obtulisti? Veram vt veram in te credentes nostre mortalitas naturam formarem ad fidem, & in tribulationum perpessione consimili frigemur ad spem, & maiores erga te amoris stimulos habereamus, naturalem carnis infirmitatem hmodi expressisti evidentibus signis, quibus doceremur, quere dolores nostros pertuleris, & non absque doloris iensu degustaueris amaritudines passionum.

Iesus turba circumdatus.

Sane quod promptus ad passionem fuerit spiritus in Iesu, ex hoc euidenter innotuit, quod uentibus unam cum perditore uiris sanguinum, & querentibus animam suam cum facibus lateribus & armis per noctem, ultra occurrit, & seipsum manifestauit & obtulit: & ut cognosceret humana presumptio, nihil se posse aduersus ipsum, nisi quantum ipse permitteret, omnipotentis uirtutis suae uerbo improbos satellites terre allisit. Sed nec tunc misericordiam suam in ira continuit, nec pietatis suae dulcedinem fauus ille distillare cessauit. Nam & mutilata a discipulo aurem serui perueni, manus suae contactu sanauit, & defensoris sui zelum ab inuadentium lesione coepescuit. Maledictus furor eorum quia pertinax, dum nec maiestatis miraculo, nec pietatis beneficio potuit refrinari.

Iesus uinculis ligatus.

Denique sine gemitu audire quis possit, qualiter in illa hora homicidas manus in regem glorie iniecerunt truculentis licetores, & innocentes mitis Iesu manus uinculis constringentes, ipsum agnum mansuetissimum nihil obloquentem, ad instar latronis contumeliose traxerunt ad uictimam? Quis tunc doloris aculeus discipulorum corda penetrauit, cum uideret dilectissimum Dominum & magistrum suum a suo condiscipulo perditum, ligatis post regnum manibus quasi malefactorum duci ad mortem, cum & ille impiissimus Iudas penitentia ductus, tanta postmodum fuerit ex hoc amaritudine repletus, ut maluerit mori quam uiuere? Vt tamen homini illi, qui nec sic ad fontem misericordiae per se uenire rediit, sed proprii sceleris immanitate perterritus desperauit.

Iesus notis incognitus.

Comprehensio dehinc pastore, disperserunt oues: caproque magistro, discipuli fugerunt. Petrus tamen tanquam fidelior secutus est a longe, usque ad atrium principis sacerdotum: ubi ad uocem ancillae se Christum non nosse cum iuramento firmavit, tertioque reperit, donec

gallo cantante, respexit benignus magister praedilectum discipulum respectu miterationis & gratiae: quo commotus Petrus, & foras egressus, se uit amarum. O quisquis es qui ad uocem imperentis ancillae, carnis uidelicet tuae, Christum pro te passum negasti proaciter uel uoluntate uel actu, rememorans passionem dulcissimi magistri, foras cum Petro egredere, ut te ipsum amarissimam desleas, si quando te respiciat, qui Petrum in lachrymatem respexit, geminae quoque amaricationis, & copulationis. pro te, & compassionis ad Christum, inebriaberis abintus, ut expiatus cum Petro a reatu sceleris, replearis cum Petro spiritu sanctitatis.

Iesus uultu uelatus.

Consilio siquidem malignantium pontificum, presentatus pontifex noster Iesus Christus, & ueritatem confessus, se uidelicet esse filium Dei, quasi blasphemus ad iudicatus est mortis, & innumera perpessus obprobria. Nam uultus ille uenerabilis hominibus, desiderabilis angelis, qui & omnes caelos adimplet letitia, labij pollutis spiritus inquinatur, ab impiis sacrilegis manibus caditur, uelo in derisionem obtegitur, & Dominus uinculatur creaturae tanquam in seruis contumptibilis collaphizatur, cum ille uultu placidissimo & sermone submisso unum ex seruis pontificis dante alapa sibi, dulciter & benigne corripuit. Si male (inquit) locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene quid me cedis? O uerax dulcis & pie Iesu, quenam anima tibi deuota haec uides & audiens, possit se continere a lachrymis, & intima passionis occultare dolorem?

Iesus Pilato traditus.

Horrenda prorsus iudeorum impietas, quae tantis iniuriis faciri non potuit, quin potius ferali rabie fremens, impio iudici rancido canis, animam iusti deglutendam exposuit. Vinculum enim Iesum ante Pilatum pontifices perduxerunt, postulantem inter imi supplicio crucis esse, qui non nouerat omnino peccatum. Ipse uero quasi agnus coram tondeute se, sic ante iudicem stabat mansuetus & tacitus, cum fallaces & impij falsorum criminum mole obiecta, tumultuosis clamorationibus auctorem uitae petunt ad mortem, & utrum homicidam seditiosumque latronem seruat ad uitam, lupum agno, mortem uitae, luci tenebras, tam stulte praeferebant quam impij. Dulcis Iesu quis tam durus erit, ut clamores illos horribiles, tolle tolle, crucifige eum, sine gemitu & clamore spiritus, aut corporis ualeat audire, seu mente tractare?

Iesus morte damnatus.

Verum quauis non ignoraret Pilatus, iudaicam gentem aduersus Iesum non iustitiae sed inuidiae zelo commotam, cum patere affereret

assereret nullam se in eo mortis causam uel modicam inuenire, humano tamen timore deuictus, repleuit animam suam amaritudinibus, & pijsimum regem crudeliter tyranni Herodis uidelicet iudicio subdidit, quem & ludibrio habitum & ad se remissum, crudeli mandato nudum in conspectu derisorum astare praecipit, ut atrocissimus uerberibus uirginem illam & candidissimam carnem flagellatores truculenti diuellerent, plagas plagis, liuores liuoribus crudeliter infligentes. Decurrit ille sanguis preciosissimus per illa sacra latera innocentis, & amantissimi iuuentis, nullo profus in eo reperto reatu. Et tu perdit homo, totius confusionis & contritionis huius causa existens, quomodo non in solum erumpis foras? Ecce innocens agnus ut te a sententia iustae damnationis eriperet, iniusto propter te elegit iudicio condemnari. Ecce quae non rapuit pro te soluit. Et tu anima mea nequa & impia, nec deuotionis exoluis gratitudinem, nec compassionis rependis affectum.

Iesus spretus ab omnibus.

Postquam autem Pilatus adiudicauerat impiorum uota compleri, non sufficit militibus illis sacrilegis crucifigere saluatorem, nisi prius & ipsi illusionibus impleissent animam suam. Nam congregata in praetorium uniuersa cohorte, exuentes eum uestibus suis, & tunica induentes coccinea, clamorem illi circumdederunt purpuream, & corona spinea imposita capiti eius, & arundine in dextera manu, irrisorie genuflectebant, & alapas dabant, & exuentes in eum: & facrum illud caput percutiebant arundine. Attende nunc humani cordis superbia, quae obprobria refugis, & ad honores aspiras, quis est iste qui in greditur habens imaginem quasi regis, & nihilominus serui displicentissimi confusionem repletus. Ipse est Rex tuus & Deus tuus, qui quasi uir leprosus & nouissimus uirorum estimatus est, ut te ab aeterna confusionem eriperet, & a superbia peste sanaret. Vt igitur semel his, & uel iterum, qui post tam clarum humilitatis speculum, superbia tolluntur in altum: rursus ostentui habentes filium Dei, quem tanto amplius ab hominibus omni constat honorificentia dignum, quanto magis pro hominibus indigna sustinuit.

Iesus cruci clauatus.

Sacris iam impijs de obprobrijs mansuetissimae Regis, rursus Rex noster uestibus suis induitur de quo exuendus, & baiulans sibi crucem, perducitur ad Caluariae locum, ubique totus exutus, uili duntaxat circumtectus ad renes iudario, & super lignum crucis dire proiectus, expansus, protensus, & tractus, & in pellis modum hinc inde extensus clauorum aculeis perforatur, manibus sacris

& pedibus cruci affixis, & crudelissime faucibus: uestes quoque ipsius dantur in praedam, diuiduntur in partes, tunica inconsutali diuisa per sortem transeunte ad unum. Vide nunc anima mea, quomodo ille qui est super omnia benedictus Deus, a planta pedis usque ad uerticem, totus in aquas passionis demergitur, & ut te totam de illis passionibus extraheret, intrauerunt aquae usque ad animam suam. Coronatus etenim spinis sub crucis onere dorsum curuare iubetur, & sua ipsius portare ignominiam, & ad locum deductus supplicij ueste nudatur, ut ex flagellorum ictibus per dorsum & latera carnis patefactis liuoribus atque scissuris uideret quasi leprosus, & dehinc clauis transfossus, appareret tibi dilectus tuus propter te sanandam, cocis uulnere super uulnus. Quis mihi det, ut ueniat petitio mea, & quod exopto tribuat mihi Deus, ut totus tam mere quam carne transfodiar, crucisque affigam patibulo cum dilecto?

Iesus inuictus latronibus.

Ad augmentum confusionis, ignominiae, & decoris, ac doloris, innocens agnus extra portam in loco punitiois sceleratorum, in die solenni, hora meridiana, in medio latronum super crucem quasi ad spectaculum eleuatur, stetitibus amicis, & insultantibus hostibus. Nam & qui praeteribant mouebant capita sua, & qui astabant irrogabant, conuicia dicentes, quod alios saluos fecisset, nunc seipsum saluare non posset. Sed & ab irrisione huiusmodi alter latronum nequaquam abstinuit, cum tamen mitissimus agnus & pro crucifigentibus & iridentibus pietatis dulcedine interpellaret ad patrem, & contenti ac supplicanti latroni, liberalissima charitate remitteret paradysum. O uerbum totius dulcedinis & ueniae, pater ignosce illis. O uerbum totius amoris & gratiae, hodie, mecum eris in paradiso. Respira nunc in spem ueniae anima quantumcumque peccatrix, si tamen patientis pro te Domini Dei tui uestigia sequi non abhorres, qui in omnibus praesuris suis nec semel os suum aperuit, ut aut querelae, aut excusationis, aut comminationis, aut maledictionis sermonem aduersus maledictos illos canes uel leniter diceret: quin potius nouae benedictionis uerbum quale a saeculis non est auditum, super inimicos suos effudit. Dic ergo cum multa fiducia. Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, si forte more contentis latronis, audire merearis in mortis articulo. Hodie mecum eris in paradiso.

Iesus selle & aceto potatus.

Postea sciens Iesus quia consummata sunt omnia, ut consummaretur scriptura, dixit. Sitio. Et acetoso & felleo poculo sibi propinato



cum spongia, Ioanne qui praesens fuit attestante, subintulit. Consumatum est. Tanquam si in gustu aceti & felis, totius amarissime passionis consummata plenitudo consisteret. Nam quia per gustum ligni luavis & veriti, totius nostrae perditionis cuncta exitit preuaricator Adam, oportunitate fuit & congruum, per viam contrariam salutis nostrae inuenire remedium. Cum etiam in singulis membris ipsius acutissimarum passionum militantes sagittae crebrescerent, quarum indignatio ebebatur spiritum eius, ut tibi verbiq; vehiculum nequaquam remaneret immune, ut verificaretur in medico nostro propheticum illud. Repleuit me amaritudine, inebriauit me absinthio. Sed & ut illud completeretur in dulcissima & amantissima matre sua virgine gloriosa. Posuit me quasi desolatam, tota die merore confectam. Quae lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, desolatam tuarum pondus virgo beata? Quae praemis omnibus praesens assistens, & particeps per omnem modum effecta, benedictam illam & sanctissimam carnem quam tam castè concepisti, tam dulciter aluisti, & lacte potasti, tam crebro in tuo reclinasti sinu, & labia labijs impresisti, carneo contemplata es visu, nunc ictibus flagellorum diuelli, nunc spinarum perforari aculeis, nunc arundine percuti, nunc palmis pugnisque concidi, nunc clavis perfodi, & stipiti crucis affixam atque pendente grauiter lanari, nunc omni ludibrio habitam, felleque tandem & aceto potari. Sed & diuissimam illam animam oculis conspexisti mentalibus, omnis amaritudinis felle repletam, nunc spiritu frementem, nunc pauentem, nunc redentem, nunc agonizantem, nunc anxiam, nunc turbam, nunc omni tristitia & dolore moestissimam, partim propter passionis corpore viuacissimum sensum, partim propter diuini honoris per peccatum subtracti feruentissimum zelum, partim propter effusum in miseris miserationis affectum, & partim propter compassionis ad te matrem dulcissimam infixum in cordis intima telum, cum te coram se positam, & pijs conspiceret oculis, & blandis alloqueretur sermonibus. Mulier (inquiens) Ecce filius tuus, ut tuam consolaretur inter angustias animam, quam passionis suae gladio, amplius quam si proprio patereris in corpore, verè sciebat esse transfixam.

Iesus sol morte pallidus.

Dentique cum agnus innocens, qui & vetus iustitiae sol trium horarum spacio pendisset in cruce, & eodem tempore sol iste visibilis factori suo compatiens, lucis suae radios occultasset, iam omnibus consummatis, fons ipse vitae hora nona siccatur, dum Deus & homo Iesus cum clamore valido & lachrymis, ad miserationis manifestandum affectum, & diuinitatis declarandam potentiam, spiritum in

manus patris commendans, expirauit. Tunc uelum templi scissum est a summo usque deorsum, & terra mota est, & petrae scissae sunt, & monumenta aperta sunt. Tunc ipse Centurio Deum verum ipsum esse cognouit. Tunc qui ad spectaculum insultari conuenerant, reuertebantur percutientes pectora sua. Tunc spectosus forma praesens filijs hominum, caligantibus oculis, & pallentibus genis, pro filiis hominum deformis apparuit, factus holocaustum suauissimi odoris in conspectu patris glorie, ut auerteret iram suam a nobis. Respice igitur Domine sancte pater de sanctuario tuo, & de excelso calorum habitaculo, respice (inquam) in faciem Christi tui: respice hanc sacratissimam hostiam, quam tibi offert pontifex noster pro peccatis nostris, & esto placabilis super nequitiam populi tui. Considera & tu homo redempte, quis, qualis, & quatus est ille, qui pro te pendet in cruce, cuius mors uiuificat mortuos, & cuius transitum & calum luget, & terra, & lapides duri quasi naturali compactione scinduntur. O cor humanum omniduritia duritia durius, si ad tanti commemorationem piaculi, nec terrore concuteris, nec compactione afficeris, nec compunctione scinderis, nec pietate molliris.

Iesus translaecatus.

Porro ut de latere Christi dormientis formaretur Ecclesia, & scriptura impleretur, quae dicit. Videbunt in quem transixerunt: diuina est ordinatione indultum, ut unus militum lancea latus sacrum illud apertendo perfoderet, quatenus sanguine cum aqua manente, precium effunderetur nostrae salutis: quod a fonte scilicet cordis archano profusum, uim daret sacramentis Ecclesiae, ad uitam gratiae conferendam, effectumque iam in Christo uiuentibus poculum fontis uiui salientis in uitam aeternam. Ecce iam nunc lancea Saulis, perfidia populi scilicet iudaici reprobat, callo vulnere in parietem diuina miseratione perlata, foramen fecit in petra, & cauerenam in maceria, tanquam habitaculum columbinum. Surge igitur amica Christi, esto sicut columba nidificans in summo ore foraminis, ibi ut passer inueniens domum, vigilare non cesses, ibi tanquam turtur casti amoris pullos absconde, ibi os appone, ut haurias aquas de fontibus Saluatoris. Hic enim est fons egrediens de medio paradisi, qui in quatuor diuisus capita, & in corda deuota diffusus, fecundat & irrigat uniuersam terram.

Iesus cruore madidus.

Cruentatus enim Christus dominus sanguine proprio, primò sanguineo sudore, secundo flagellis, dehinc spinarum aculeis, post clauis, & tandem laeae copiose effuso, ut apud deum esset

copiosa redemptio, vestem pontificalem habuit rubricatam, quatenus verè rubrum appareret indumentum ipsius, & vestimenta eius quasi calcantium in torculari, & sic vero Ioseph in veterem dimisso cisterna, tunica ipsius intrinseca sanguine haedi, propter similitudinem carnis peccati, approbationis notitia discernenda mitteret ad patrem. Cognosce igitur clementissime pater tunicam praedilecti filij tui Ioseph, quem inuidia fratrum secundum carnem tanquam fera pessima deuorauit, & conculcauit in furore uelimentum ipsius, & omnem decorem illius reliquijs cruoris inquinauit: nam & quinq; scissuras lamentabiles in ea reliquit. Hoc enim est Domine uelimentum, quod in manu meretricis Aegyptiae uidelicet Sinenagoga, innocens puer tuus sponte dimisit, magis eligens spoliatus a carnis pallio in carcerem mortis descendere, quam adulterina plebis acquiescendo uoci, temporaliter gloriar. Nam & proposito sibi gaudio, crucem sustinuit confusione contempta. Sed & tu misericordissima domina aspice illam dilecti filij tui sacratissimam uelut, de castissimis membris & uisceribus tuis spiritus sancti artificiositate contexam, & una cum ipso confugientibus nobis ad te ueniam postula, ut digni habeamur effugere ab ira uentura.

Iesus intumescens.

Veniens tandem nobilis Centurio, Ioseph scilicet Abarimatia, & accepta a Pilato licentia, corpus Christi cum Nichodemus deponens de cruce, conduxit aromatibus, & intulit in syndone, & in monumento nouo (quod in orto propinquo in petra sibi exciderat) cum omni reuerentia sepeliuit. Porro sepulto Domino, & ad custodiam sepulchri militibus deputatis, deuota illarum mulieres & sanctarum quae fuerant obsecratae uiuenti, ut iam mortuo pietate officiosa famulatum impenderent, emerunt aromata ad corpus Christi sacratissimum perungendum. Inter quas Maria magdalena tanto cordis ferebat incendio, tanta pietatis afficiebatur dulcedine, tam validis trahebatur uinculis charitatis, ut foemineae infirmitatis oblita, nec tenebrarum caligine, nec persecutorum immanitate retraheret a uisitatione sepulchri: quin potius foris stans, & rigans lachrymis monumentum, recedentibus discipulis non recedebat, pro eo quod diuina dilectionis igne succensa est: & tam inualecente uerebatur desiderio, & tam impatiente uulnerabatur amore, ut nihil ei saperet nisi flere, possetque illud propheticum eruere ueraciter. Fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? Deus meus bone Iesu concede mihi, quatenus per omnem modum immerito & indigno, ut qui corpore his interesse non merui, fide tamen haec eadem mente pertractans, illum ad te Deum meum pro me crucifixum & mortuum compassionis affectum ex-

periar, quae innocens mater tua, & poenitens Magdalena in ipsa passionis tuae hora fenserunt.

Iesus triumphans mortuus.

Consumato iam passionis agone, cum iam draco ille cruentus & rabidus leo estimaret se de occiso agno uictoriam assecutum, refrulgeret cepit in anima descendente ad inferos diuinitatis potentia, qua leo noster fortissimus de tribu Iuda conflurgens in fortem armatum, praedam ab ipso diripuit: portisque inferorum confractis, & alligato serpente, expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semet ipso. Tunc extractus est leuiathan hamo ipsius per Christum perforata maxilla, ut qui nihil iuris habebat in capite quod inuasit, illud etiam perderet, quod habere uidebat in corpore. Tunc uerus Samson moriens, hostilem prostrauit exercitum. Tunc agnus sine macula in sanguine testamēti sui de lacu (in quo non erat aqua) uinctos eduxit. Tunc habitantibus in regione umbrarum mortis, lux orta est eis, & diu nouae lucis expectata claritas radiauit.

Iesus resurgens beatus.

Sacrae siquidem quietis domini in sepulchro, illucescente tertio die, qui in reuolutione dierum est octauus & primus, Dei uirtus & Dei sapientia Christus, mortis prostrato auctore, etiam ipsam mortem deuicit: & eternitatisque aditum nobis aperuit, dum sese a mortuis potentia diuina suscitauit, ut notas nobis faceret uias uitae. Tunc terramotus factus est magnus, & Angelus domini in uelimento albo & aspectu fulgureo descendit de caelo, pijs apparens blandius, impijsque sauerus. Propter quod & proteuos perterritus milites, & confortauit pauidas mulieres, quibus & ipse Dominus resurgens primum apparuit, quia hoc de uotionis intentae merebatur affectus. Deinde uisus est Petro: postea discipulis cunctibus in Emaus. Deinde apostolis omnibus absque Thoma. Postea etiam Thomae palpandum se praebuit, cum ille fideliter exclamauit. Dominus meus & Deus meus. Sicque per dies quadraginta multiformiter apparens discipulis, & comedens cum eis & bibens, & argumentis nos illuminauit ad fidem, & promissis nos erexit ad spem: ut sic tandem donis caelitus datis, nos accenderet ad amorem.

Iesus decor praecipuus.

Sanctus ille pulcherrimus de radice Iesse, qui in incarnatione floruit, in passione de floruit: sic in resurrectione floruit, ut omnium esset doctor. Nam corpus illud gloriosissimum, subtile, agile, & imortale, tantae claritatis superuestitum est gloria, ut uerè sit sole fulgentius, expletem praefrens

ferens pulchritudinem suscitatorum corporū humanorum. De quibus ipse saluator ait. Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris: scilicet, beatitudinis sempiternę. Quod si iustus quilibet fulgebit sicut sol, quāti putas esse fulgoris ipsum solem iustitię? Tanti (inquam) est, ut sit speciosior sole, & super omnem stellarum dispositionē, luci comparatus, & decor præcipuus non immerito iudicetur. Fœlices illi oculi qui viderunt: sed & tu verē beatus eris, si fuerint reliquię seminis tui ad videndū tam interius quā exterius illam desideratissimam claritatem.

Iesus orbi prælatus.

Apparens quoque Dominus in Galilea discipulis; omnē tibi potestatem tam cœli quā terrę asseruit à patre collatam. Propter quod & discipulos misit in mundum vniuersum, prædicare Euangelium omni creaturæ, salutem promittendo credentibus, damnationem comminando incredulis, cooperante Domino, & sequentibus signis confirmante sermone, ut in virtute nominis Iesu Christi imperarent omnibus creaturis & morbis, verēque constaret sæculo toti, quod magni patris filius Iesus Christus tanq̄ alter Ioseph, verusque saluator viuit & dominatur, non solum in terra Aegypti, verumetiam in omni loco dominationis regis æterni, eductus quidem ad imperium Dei cœli de carcere mortis & inferorum, & attonsus mortalitatis comam, commutauit vestē carnis in immortalitatis decorem, & tanquam verus Moses, de aquis mortalitatis assumptus, Pharaonis subneruauit imperiū, tanto sublimatus honore, ut in noie ipsius omne genus cœlestium, terrestrium, & infernorum.

Iesus ductor exercitus.

Quadragesima post resurrectionem Domini per actis diebus, non sine magni designatione mysterij, in ipso quadragesimo die conuolens vnā cum discipulis suis, benignus magister in mōtem Oliueti conscendit, & inde videntibus illis eleuatis manibus ferebatur in cœlum: nubeque interposita (quæ ascendente recepit) humanis seipsum aspectibus occultauit. Sicque ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: & cœli aperta iam porta, pandens iter sequentibus: exiit les introduxit in regnum, conciuēs illos faciens angelorum & domesticos Dei: quatenus ruinas inflauraret angelicas, & æterni patris cumularet honorem, & se triumphatorē offenderet, & Dominum exercituum se esse probaret.

Iesus calo leuatus.

Presentibus angelis & exultantibus sanctis, Deus & Dominus angelorum & hominum super cœlos cœlorum ascendit, & super pen-

nas uentorum mira potestatis agilitate uolauit, seditque ad dexteram patris, tantō melior angelis effectus, quāto differentius præ illis fortitius est nomen; ibiq; iugiter uultui benignissimi patris apparet, ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, & excelsior cœlis factus: qui in dextera maiestatis assistēs, uultui paternę glorię uulnerum quæ pro nobis pertulit ostenderet cicatrices. Gratias tibi referat Dñe pater omnis lingua, super inenarrabili dono superesulentissemę charitatis tuę: qui unico filio cordis tui non pepercisti, sed pro nobis omnibus tradidisti in mortem, ut tantum, tanq̄; fidelem aduocatū coram te haberemus in cœlis.

Iesus largitor spiritus.

Septem quoque septimanis dierum à resurrectione excursis, quinquagesimo die congregatis in unum discipulis, cū mulieribus & Maria matre Iesu: factus est repēte de cœlo sonus, tanq̄ aduenientis spiritus uehementis, qui & super centum uiginti hominū turbam descendit, & apparuit in linguis igneis, pro eo quod ori uerbum, intellectui lucem, & affectui ministraret ardorē. Repletiq; sunt omnes spūs sancto, & ceperunt loqui uarijs linguis, sed in quod eisdē spiritus sancti dictabat in stinctus. Qui oēm eos ueritatem edocuit, & ad omnē dilectionē accendit, & in omni eos uirtute firmavit. Nam ipse adiuit gra, illustrati doctrina, & confortati potentia (cū pauci essent & simplices) partim uerbis ignitis, partim pfectis exemplis, partim mirandis pdigijs, per totum mundum sanctam Ecclesiā plantauerūt. Quæ & eiusdē spiritus sancti uirtute purgata illuminata & pfecta, amabilis facta ē spōso suo, eiusq; paranymphis: ut speciosa nimis mira; uarietate circūdata, & thana uerō & angelis eius terribilis ut castrorū acies ordinata.

Iesus laxans reatus.

In hac siquidem sancta Ecclesia per orbē vniuersum spiritus sancto mirabiliter cooperāte, multiformiter distincta & vniformiter cōiūcta, vnus p̄sident pontifex Christus, tanq̄ summus hierarcha: qui miro ordine instar ciuitatis superne in ea dispensat dignitatum officia: distribuēdo charismatum dona. Nā quosdam i ea dedit Apostolos, quosdā prophetas, alios uerō Euangelistas, alios pastores & doctores ad consummationem sanctorum, & ad edificatiōē corporis Christi, qui etiam secūdu gratiam spiritus sancti septiformē, septem dedit sacramenta, quasi septem medicamēta morborum, per quorum administrationē & gratiam sanctificantem tribuit, & peccata dimittit, quæ nunq̄ nisi in fide & uirtute eiusdem sanctę matris Ecclesię relaxantur. Et quoniam p̄ ignem tribulationis peccata purgantur, ideo sic ut caput Ecclesię Christum exposuit Deus suū bus

bus passionum, sic & corpus eius (scilicet Ecclesiam suam) vsq; in finem sæculi ad probationem & purgationem tribulari permittit. Sic patriarche, sic pphetę, sic Apostoli, sic martyres, cōtestatores, & uirgines, & quotquot placuerūt deo, per multas tribulationes trāsire fideles. Sic & oia mēbra Christi electa vsq; ad diē iudicij p̄tranībunt.

Iesus testis ueridicus.

Porro futuri iudicij tempore, quo Deus occulta cordium iudicabit, præcedit ignis ante faciem iudicis, angeli cū tuba mittent, ut congregabunt electi à quatuor uentis cœli, omnes quoque qui in monumentis sunt, diuine iustitię uirtute resurgent, omnesq; astabūt ante illud iudiciale tribunal. Tunc illuminabunt abscondita terrearum, tunc reuelabuntur consilia eorū diū, tunc libri pendentur conscientiarū, & ipse liber aperietur, qui dicit liber uitę: quo fiet, ut simul & in instanti omnium omnia secreta, oibus tanta certitudinis claritate pateant, ut contra testimonium ueritatis loquentis in Christo, & conscientię cuiuscunq; pariter cōtestantis, nulla prorsus inficiandi, defendendi, uel excusandi, uel subterfugendi pateat semita, quin recipiat vnusquisq; secundū opera sua. Magna igitur indicta est nobis necessitas probitatis, dum omnia agimus in conspectu iudicis cuncta ceruentis.

Iesus iudex iratus.

Apparente siquidem omnipotentis filij Dei signo in nubibus, uirtutibusq; cœlorum cōmotis, sed ad orbis conflagrationem mundialibus concurrentibus ignibus, collocatis quoque omnibus iustis ad dexteram, impijs ad sinistram: intantum iudex vniuersorum reprobis iratus uidebitur, ut dicant mōtib; & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronū, & ab ira agni. Induet enim pro thorace iustitię, & accipiet pro galea iudicium certū, sumet scutum ine xpugnabile equitate, acuet autem dirā iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum cōtra insensatos, ut qui contra auctorem omnium procaciter pugnauerunt, iusto tunc Dei iudicio ab omnibus expugnentur. Tunc superius iudex apparebit iratus, & inferius horrendum chaos patens inferni. A dextris peccata accusantia, à sinistris infinita demonia ad infernum trahentia, & interius mordens cōsciētia, peccator sic comprehēsus, quo effugiet? Certē later erit impossibile, & apparere itolerabile. Si enim uix iustus saluabit: ipse & peccator ubi apparebit? Nō ergo intres in iudiciū cū seruo tuo Dñe.

Iesus mētor magnificus.

Lata sententia damnationis in reprobos, quos flammis exuratur æternis, colligatq; ad modum

fascis oibus inimicis Iesu Christi, omnipotens Dei uirtus perpetue illos exponet, tam carne q̄ spiritu voracitati flamarū: ut & nunquā deliciat, & tamen uiuant, & sentiant in æternum, & fumus tormentorū eorum ascendet in sæcula sæculorum. Tunc bestia, & pseudo pphetę, & qui acciperāt imaginem eius, in stagnum mittent ignis & sulphuris, qui paratus est diabolo & Angelis eius: tunc egredientur electi ad consideranda caduera mortua, morte quidem non natura sed pang. Tunc lauabunt iusti manus suas in sanguine peccatorum, tunc denique uictoriosissimus agnus ponet inimicos suos scabellam pedum suorum, quando ingredienti impij in inferiōra terre, tradentur in manus gladij, partelq; uolpium erunt. i. demonum: qui, ipsos suis fraudulētis seduxerunt.

Iesus sponsus ornatus.

Denique mundi facie inuoluta in melius, cum lux luna erit sicut lux solis, & lux solis septemplex sicut lux septem dierum, ciuitas illa sancta Hierusalem quæ de cœlo tanquam sponsa ornata descendit, iam nunc preparata ad nuptias agni, gemina quoque stola ueluta, in cœlestis curiæ traducetur palatium, & in gloriosum illum sacrum, archanumque thalamum introducta, tanto illi agno cœlesti copulabitur sedere, ut vnus fiant spiritus sponsus & sponsa: ueluturque Christus omni pulchritudine electorum tanquam tunica polymita, in qua omni decore ornatus resurgat, tanquam opertus omni lapide precioso. Tunc illud dulce resonabit epythalamium, & per omnes uicos Hierusalem Alleluia cātabitur. Tūc uirgines prudentes, atq; paratę intrabunt cum spōso ad nuptias, ut ianua clausa in pacis pulchritudine sedeant, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta.

Iesus rex regis filius.

Sane regnum dei æternū glimari habet, iuxta regnantis celsitudinem gloriosum & nobilitate, pro eo quod non rex à regno, sed à rege regnum trahit originem. Hic autem est rex, qui habet in uelamento & in femore suo scriptum, Rex regum & Dominus dominantium, cuius potestas æterna, quæ non auferetur, & ideo regnum ipsius non corrumpetur. Cui omnes populi, tribus, & lingua seruiunt in æternum. Et hic est uerē rex pacificus, cuius uultum & cœlum desiderat, & vniuersa terra. O q̄ gloriosum est hmoi excellentissimi regni, in quo cum ipso regnat omnes sancti, cuius lex est ueritas, pax, charitas, uita, & æternitas: quod nec pluralitate regnantium diuiditur, nec participatione minuitur, nec numerositate confunditur, nec inæqualitate deordinatur, nec circūscribitur loco, nec uariatur motibus, nec tempore mensuratur.

Iesus liber signatus.

AD gloriam regni perfectam non solum requiritur potestas excellens, verum etiam sapientia fulgens: ut non secundum indeterminate voluntatis arbitrium disponantur gubernacula regni, sed secundum fulgorem aeternarum legum à luce sapientiae indecepta manantium. Et hæc quidem sapientia scripta est in Christo Iesu, tanquam in libro vitæ: in quo Deus pater omnes thesauros sapientiae, & scientiae recondidit. Ac per hoc vnigenitus Dei filius, ut verbum increatum, est sapientiae liber, & lux in mente summi artificis videntibus plena rationibus & aeternis, ut verbum inspiratum in intellectibus angelicis atque beatis, & ut verbum incarnatum in mentibus rationalibus carni vnitis, ut sic multiformis sapientia Dei ex ipso & in ipso per totum regnum resurgat, tanquam in speculo decoris siue pulchritudinis omnium specierum & luminum contentiuo, & tanquam in libro in quo secundum profunda Dei mysteria omnia conscribuntur. O si talem librum inuenire possem, cuius origo aeterna, cuius incorruptibilis essentia, cuius cognitio vita, cuius scriptura indelebilis, cuius inspectus desiderabilis, cuius doctrina facilis, cuius scientia dulcis, cuius profunditas imperferutabilis, cuius verba inenarrabilia, & vnum tamen verbum omnia. Verè qui hunc inuenit librum, inuenit vitam, & haurit sibi salutem à Domino.

Iesus fontalis radius.

IN hoc siquidem regno aeterno data omnia optima & dona perfecta, à patre luminum in affluentia descendunt, & copia per illum qui est super essentialis radius Iesus Christus. Qui cum sit vnus, omnia potest, & in se permanens omnia innouat. Est enim emanatio quaedam claritatis virtutis omnipotentis Dei sincera, & ideò nihil inquinatum in hunc fontalem radium potest incurrere. Ad hunc fontem vitæ & luminis curre, cum desiderio viuo, quæcunque es anima deo deuota, & cordis intima vi ad eum clama. O ineffabilis decor Dei excelsi, & purissima claritas lucis aeternæ, indeficiens vita omnem vitam viuificans, lux omne lumen illuminans, & conseruans in splendore perpetuo multiformia lumina fulgentia, ante thronum diuinitatis tuæ à primæno diluculo. O aeternum & inaccessibile, dulce, clarum, & sapidum profuuium fontis absconditi ab oculis omnium mortalium, cuius profundum sine fundo, cuius altum sine termino, cuius amplitudo incircumscriptibilis, & cuius puritas imperturbabilis. Ex quo fluuius procedit olei lætitie, qui lætificat ciuitatem Dei, & torrens ignei vigoris, torrens (inquam) voluptatis diuinæ, quo lætabunda ebrietate potati, cœlestes illi conuiuig hymno incessabili inebriant. Hoc nos oleo sacro perurge, huiusque torrentis desiderabilis guttis, siccitas refocilla fauces arentium cordium,

ut in uoce exultat tonis & confessionis decantem tibi cantica laudis, experientia teste probates, quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen.

Iesus finis optatus.

FINem nanque omnium desideriorum constat esse beatitudinem, quæ est status omnium bonorum congregatione perfectus. Ad quem quidem statum nullus peruenit, nisi per ultimam resolutionem in eum, qui est fons & origo bonorum omnium, tam naturalium quam gratuitorum: tam corporalium quam spiritualium, tam temporalium quam aeternorum: & hic est, qui de seipso dicit. Ego sum alpha & omega, principium & finis. Quia sicut per verbum aeternaliter dictum omnia produciuntur, sic per verbum carni vnitum reparantur, promouentur, & finiuntur: ac per hoc verè & proprie dicitur Iesus, quia non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo quis possit obtinere salutem. In te igitur ut finem omnium credens, sperans, & amans ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex omni virtute ferar desiderate Iesu, quia tu solus sufficis, tu solus saluas, tu solus bonus, & suauis es requirentibus & diligentibus nomē tuum. Tu enim mi bonæ Iesu redemptor es perditorum, saluator redemptorum, spes exulum, fortitudo laborantium, auxiliator oppressorum, anxiorum spirituum dulce solatium, triumphantium corona, & imperiale fastigium, vnica merces & læticia omnium ciuium supernorum, inclita proles summi Dei, & fructus sublimis ueteri uirginalis, uiderimus quoque fons gratiarum omnium, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Oramus igitur clementissimum patrem, per te vnigenitum eius pro nobis hominibus factum, crucifixum, & glorificatum, ut de thesauris suis mittat in nos spiritum gratiæ septiformis, qui super te in omni plenitudine requieuit, spiritum (inquam) sapientiæ, quo fructum ligni vitæ, quod verè tu es, uidelicet saporis uiuificos degustemus. Donum etiam intellectus, quo mentis nostræ contuitus illustrentur. Donum consilij, quo post tuorum uestigia gressuum, rectarum semitarum itineribus incedamus. Donum fortitudinis, quo impugnantium hostium uolentia eneruare possimus. Donum scientiæ, quo sacra doctrinæ tuæ repleamur fulgoribus, ad discretionem boni & mali. Donum pietatis, quo induamur misericordiæ viscera. Donum timoris, quo recedentes ab omni malo, aeternæ maiestatis tuæ reuerentiali ponderè tranquilemur. Hæc enim nos in illa sacra tua (quam nos docuisti) oratione petere uoluisti. Hæc & nunc per crucem tuam petimus obtinere, ad laudem sanctissimi nominis tui. Cui cum patre & spiritu sancto ois sit honor & gloria, gratiarum actio, decus & imperium, per infinita sæcula sæculorum Amen.

Eiusdem

Beatus do, quid.

Psal. 117.

Apoc. 1.

Iacobi. 5.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS,

DE SEX ALIS CHERVBIN TRACTATUS, quorum ab aliquibus Alano ascriptus fuit.



PRIMA ala est confessio.

Confessio duplex est. Est enim confessio laudis; iuxta illud. Confitemini domino quoniam bonus; quoniam in aeternum misericordia eius. Et est confessio criminis. Unde dicitur. Confitemini alterutrum peccata uestra. Hæc confessio peccati accusatoria manifestatio est. Hæc propriæ infirmitatis, & ignorantie, & malitiae compungente conscientia lugubris enarratio est. Huius alæ penna prima est ueritas; quæ omnem excludit simulationem. Vera nanque non ficta; non simulata debet esse confessio. Secunda penna integritas est; quæ decurtationem excludit & diuisionem. Integra enim debet esse confessio, non decurtata, non diuisa, decurtatio aliquid occultat, reseruat enim sibi, quod peniter peccasse; sed non omnino. Aliquid enim retinet, in quo homines delectentur. Sed infidelis impietas est ab illo qui iustus, & iusticia est diminutam sperare ueniam. Sed & uulnus unum sufficit ad mortem; diuisio autem omnia sed non unum reuelat. Quidam enim sunt (ut ait beatus Augustinus) quos omnino peniter peccasse, sed uere cuncta ducti, diuidunt apud se confessionem; ut diuersa diuersis sacerdotibus uelint confiteri, & quæ uni calant, alij manifestanda conseruant: quod est quodammodo laudare se, & ad hypocritam tendere, & sempereuaria carere, quam per frustra putant uenire. Omnia igitur, & unum præsertim criminalia confessione reuelanda sunt, nec solum actiones prauæ, sed & circumstantiæ earum, id est locus, tempus, modus, numerus, persona, & si qua sunt similia non negligentè reticenda, sed diligentè per confessionem explicanda sunt. Multa nanque inter locum & locum, tempus & tempus, modum & modum, numerum & numerum, personam & personam distantia est. Consuetudinis quoque perseverantia quæ ad tempus respicit, numerique multiplicatio dei patientiam exacerbatur, diuinamque in se prouocat uisionem. In persona autem sexus, ætas, scientia, conditio, necessitudo, & ordo studiose pensanda, & expresse manifestanda sunt. Qui confitetur in singulis immoretur. Tertia penna est firmitas, quia fortis & firma debet esse confessio. Hæc firmitas decem, quæ confessionem impediunt, expellit. Quæ sunt illa. Pudor, timor, contemptus presbyteri, desperatio, presumptio,

peruertas, ignorantia, obliuio, negligentia, & necessitas, quæ sola excusabilis est. Pudori autem fortitudinis uirtus periculi quod imineret, nisi reuelentur peccata, necessitate pensans, uiriliter resistat. Timorè uero quæ penna in uigeda incurrit patientia fructus expellat. Contemptum quoque presbyteri reuerentia, ueneratio & dilectio Christi Vicario debita, penitus euacuet. Desperatio etiam diuinæ misericordie benignitas excludat. Presumptionem autem diuinæ iustitiæ districta faueritas extirpet. Pernicitatem uero fidei ratio exterminet. Sed & ignorantiam prouidentia deuitet, obliuionis tenebras uirarum & operum studiose perscrutatio, & in memoria reuocatio illuoret. In corpore autem & negligentia tepore feruor spiritus euellat, & destruat. Necessitatem uero nulla omnino proueniat negligentia. Quarta penna est humilitas, quæ typum superbiæ excludit. Mens humilis, lingua humilis, uultus humilis debet esse confitentis. Superbis enim dominus resistit, humilibus autem dat gratiam. Quinta penna est simplicitas. Hæc propriam infirmitatem, propriam ignorantiam, propriam accusat malitiam. Nihil defendens, nihil excusans, nihil attenuans, uera igitur, integra, firma, humilis & simplex debet esse confessio. Vera sine simulatione, integra sine diminutione, firma sine titubatione, haesitatione, & desperatione, humilis sine iactantia, sine presumptione, & sine alterius cõparatione: simplex sine defensione, & sine excusatione. Hæc est prima ala cum pennis suis.

De compunctione cordis.

CONFessionem sequitur satisfactio, has duas alas format & creat compunctio. In omni actione penitentia hæc tria probantur esse necessaria, nempe, compunctio, confessio, & satisfactio. Compunctio autem turbat. Confessio accusat. Satisfactio confortat. Compunctio morbi occasione inuestat, confessio manifestat, & satisfactio curat. Compunctio mala enumerat, confessio condemnat, & satisfactio emendat. Compunctio apostema pungit, confessio sanie exprimit, & satisfactio cathaplasma apponit. Compunctio uulnus inuenit, confessio aperit, satisfactio uero sanitati restituit. Compunctio autem est cordis contritio, sed quæ alligat contrita animæ amaritudo, & quæ miræ dulcedinis suauitatem generat. Scriptum est. Scindite corda uestra, & non uestimenta uestra: & alibi, In cubilibus uestris compungimini. Compunctio duplex causa creat, timor. scilicet & spes. Timor causa inchoatiua est, spes uero consummatiua. Timor, quæ miræ homo à creatore suo sit conditus, quæ gratuito nutritus, quæ substantia rectus, & in conditione ditatus: cetera quoque bona quæ conditor ei contulerit, & quæ ipse bonis ipsius mala reperderit, subtiliter enumerat. Si contra districtum iudicium animi turbat. Timor igitur culpam, modum & numerum examinans, iustitiæ, quoque diuine

Iacobi. 3.

Ioc. 2.

Psal. 4.



rigorem, distinctionemq; iudicij futuri attēdens
 animum pungit, & puniendo peccatum expel-
 lit. Vnde hęc timori, virtus expulsiua: hanc
 praestat, & corroborat spes confortatiua. Van-
 us enim timor est, quem non fiducia firmat.
 Timentibus Deum nihil deest. Si spes defuerit,
 nihil boni adest. Scriptū est. Quam magna mul-
 tudo dulcedinis &c. Perfecisti eis, qui sperāt in
 te. Nulla tñ erit, nisi a spe fuerit propinata. Est igitur
 contritio cordis ex timore, fructus aut laboris
 est spes. Sed vnde spei via confortatiua? ex pro-
 missione diuina. Audi scripturā. Spera in Dño, &
 pascetis in diuitijs eius. Item, Spera in Dño, &
 ipse faciet. Item, nō deserit Dñs sperātes in se.
 Item, beati oēs qui confidunt in eo. Si ergo times
 vt puniaris, spera in Dño vt ei reconciliaris: si ti-
 mes Deū, quia pōt perdere in gehennam, spera
 in eo, qm̄ non vult mortem peccatoris. Si times,
 quia sapiens nouit abscondita, spera, quia illu-
 minabit abscondita tenebrarum. Si times, quia
 nihil impunitum relinquit, spera, quia redimet
 Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Quemad-
 modum igitur timor cōpunctionis praenit & com-
 mitat uirtutem, ita spes prouehit & ad fructum
 reconciliationis perducit. Per timorem ergo, cō-
 punctio suscitatur. Per spem, optatē reconcilia-
 tionis gratia meretur. Ait enim. Quacūq; hora inge-
 nuerit peccator, saluus erit. Gemitum tñ timor
 importat, salutem promeretur spes. Quid ergo,
 & vnde, & ad quid sit cordis cōpunctio, breui-
 ter declaratum est.

De secunda ala.

Atiffatio est iniūctę poenitētię expletia ex-
 scutio, vel peccatorū cōdigna correctio: secū-
 dū nanq; qualitatē delicti mēsurā correctio-
 nis pēnsanda est. Agite (inquit) fructus dignos poe-
 nitentię. Aliud est enim ipsa poenitētia, aliud fru-
 ctus poenitentię. Sicut aliud est arbor, & aliud
 fructus eius: sic aliud est poenitētia, aliud fru-
 ctus eius. Poenitētia est dolor praeteriti, qñ doles-
 te fecisse, quod malum est. Quando ergo impro-
 bas & damnas mala tua, poenitentiā habes. Si di-
 splacet tibi quod fecisti, poenitentiā agis. Poenitē-
 tia est facti improbatio, fructus poenitentię est
 delicti correctio. Sed quia pro mēsurā delicti,
 correctiois mēsurā pensanda est, ideo fructus
 poenitentię dignos facere oportet. Sed si in cor-
 rectione minor est afflictio, qñ in culpa delecta-
 tio fuerit, non est dignus fructus poenitentię tuę.
 Sed dicis mihi, quomodo scire possim, qñ condi-
 gna sit poenitētia mea? quia hoc scire non po-
 tes, ideo necesse habes semper poenitere. Satisfacere
 potes, nimis facere nō potes, melius est vt
 plus facias, q̄ minus. Idcirco sollicitus esto, fatis-
 ge, da operam, studiū impende, vt culpa sit cum
 fine, deuotio sine fine, tñ vt aliquando peccatrix
 cōscientia consolet, positus est modus & mēsu-
 ra poenitentię exterioris, vt illa expleta vel per-
 fecia, fiduciam habere incipias, & facta quadam

praesumptione in spe misericordia, de indulgen-
 tia & remissione peccatorum confidas: & tanto
 verius, quanto vtiq; syncerius inianctam poeni-
 tentiam expleueris. Huius ala penna prima est
 peccati abrenuntiatio, quae claudit ianuam dia-
 bolo. Peccatis abrenunciare; est a malo decli-
 nare. Declina (inquit) a malo? A malo vanita-
 tis, a malo iniquitatis, a malo malignitatis, & a
 malo impietatis: iuxta illud ps. Non sedi cum cō-
 cilio vanitatis, & cum iniqua &c. Odiui ecclesiā
 malignantium &c. Hęc quatuor vicia quatuor
 generant affectiōnes. Amorem sui, amorē mū-
 di, fraternum odium, & remissum amorē Dei.
 Prima affectio vanitatem, secunda iniquitatem,
 tertia malignitatē, quarta uerō generat impie-
 tem. Vanitas in se reciprocatur. Iniquitas re-
 flectitur in proximum. Malignitas in fratrem re-
 torquetur. Impietas in deum extenditur. Vanus
 & vecors est, q̄ querit quae sua sunt. Iniquus,
 vt in multitudine diuitiarum suarum gloriē-
 & auaritię succū impleat, quae proximorū sunt,
 vt & dolo sibi a seuerit vel acquirit. Malignus,
 quē etiam cum non possit nocere, cupit. Impius,
 qui Deum vel non credit, vel si credit contēnit.
 Secunda penna est lachrymarū effusio, hęc pec-
 catorum vulnera lauat & mundificat. Tertia
 penna est carnis maceratio, & vulnerum loca
 tergit & siccatur. Quarta penna est elemosyna-
 rum largitio, hęc alligat contrita, fracta conso-
 lidat, & diuina sanat. Quinta penna est oratio-
 nis deuotio, hęc sanat & conseruat.

De tertia ala.

Tertia ala est carnis munditia. Caro munda
 est, quam non coinquinat luxuria. Luxuria
 omnium virtutum erradicat germina. Hu-
 ius ala penna prima est vltus pudicitia, hęc pe-
 tulantiam excludit, hęc circumdat oculum ne
 concupiscat alienum, ne videat ad concupiscē-
 dum mulierem. Cui ergo erga faminarum for-
 mas lasciuus & curiosus oberrat aspectus, iste
 & mente est impudicus. Penna secunda est au-
 ditus castimonia. Casta sunt aures, quae voces
 non recipiunt obtrectantis maledici, & blasphe-
 mi verba non audiunt, falsis eriminationibus,
 mēdacio, irritationi, impudicis cāticis, & dex-
 tralibus non patent obturantur, & clausae sunt,
 ne iudicium sanguinis audiant. Nihil obscenum
 recipiunt, sed ab omni ceno corruptionis auer-
 sae sunt. Tertia penna est olfactus modestia. Si
 quis odorem capit bonum, & operibus miseri-
 cordia suauitatis odorem requirit, huius mo-
 desta est adoratio. Qui uerō primis vnguentis
 delibutus incedit, huius odoratus non virtutis
 sed fatoris spirat odorem. Huius enim suauita-
 tis odor immanissimi vitij fatore est. Quarta pē-
 na est gustus temperantia, hęc gula & ebrieta-
 tis subruit immoderantiam. Vt illis, quorum
 Deus venter est, & gloria in confusione eorū, qui
 terrena

terrena sapiunt, &c. Vnde Greg. Dū venter a sa-
 cterate non restringit, per concupiscentiam car-
 nis simul oēs virtutes obruunt. Vnde legit. Quia
 princeps cocorum destruxit muros hierusalem.
 Muros hierusalē princeps cocorū destruxit, ga-
 aia virtutes dū ventri indulget, periclitant. De
 crapula & ebrietate dñs ait. Videte, ne fortē gra-
 uent corda vestra in crapula & ebrietate, & su-
 perueniat in vos dies repentina. Ebrietas est pa-
 rens licium, furoris mater, & petulantia defor-
 mis est magistra. Hanc qui habet se non habet,
 hęc qui habet homo nō est, hanc qui habet pec-
 catum nō facit, sed ipse est peccatū. Ebrietas est
 demon blandus, venenū dulce, rabies voluntaria,
 illecebrosa honestatis iniuria, hanc nullus noue-
 rit christianus. Quinta pēna est tactus sancti-
 monia, peccati sordes ne cōtrectet, manus chri-
 stiani nihil immundum tangat. Caro etus si noui-
 tetigerit, si singula quaeq; membra in officijs mā-
 datorum Dei deseruiant, munda dicenda sunt.
 Si uerō vltra praescriptas, siue diuinitus datas lu-
 xuriant leges, immunda dicenda sunt vel reputa-
 da, & hęc pudenda sunt, & hoc puto esse, quod
 Ad Ro. 6. Apostolus dicit. Sicut enim exhibuistis membra
 vestra seruire iniquitati ad iniquitatem: ita nūc
 exhibete membra vestra seruire iustitię in san-
 ctificatione. Sit ergo oculus pudicus, auris casta,
 odor modestus, gustus sobrius, & tactus scūs, &c.

De quarta ala.

La quarta est puritas mentis. Huius ala
 penna prima est affectus sinceri rectitu-
 do. Affectus desiderij tui sit rectus, & sit
 syncerus. Rectus erit, si id appetas, quod appete-
 re debes. Syncerus uerō, si eo modo quo honesta-
 tis virtus suadet. Amō sororem suam dilexit.
 Affectus amoris rectus fuit, sed quia non eo mo-
 do quo debuit sororē dilexit, ideo affectus iste
 syncerus nō fuit. Penna secunda est mentis in
 Dño delectatio. Scriptū est. Delectare in Dño, &
 dabit tibi petitiones cordis tui. Hanc pennam
 creat & format virtus contemplationis. De hac
 Dominus dicit. Maria optimā partem elegit &c.
 Tertia penna, est munda & ordinata cogitatio.
 Nihil immundum mens concipiat, sed & mundā
 conceptionem loco & tempori accomodet di-
 scretio. Quarta penna, est voluntatis sanctitu-
 do. Angeli pacem de caelo detulerūt hominibus
 bonae voluntatis. Non est pax impijs dicit Domi-
 nus. Pax multa diligentibus legem tuam, & non
 est, &c. O q̄ desiderabile est nomen pacis, quam
 firmat religionis christianae stabile fundamen-
 tum. Bene autem cum diceretur gloria in excel-
 sis Deo, adiunctum est. Et in terra pax homini-
 bus bonae voluntatis, quia cum illis angeli socie-
 tatem habere festinant, quorum mentibus puri-
 tatem bonae voluntatis inesse considerant. Illos
 secum post absolutiōem carnis, ad contempla-
 tionem verae pacis subuehere latantur, quos in

carne commorantes, omnia quae agunt aut lo-
 quantur, de radice bonae voluntatis proferre cō-
 spiciunt. Tales nanq; & si infirmitas tortē ali-
 quando vel ignorantia, a perficienda bona ope-
 ratione (quam cupiunt) retardant, tamen ante
 summi arbitri oculos, integritas quam vel cor-
 de vel mente tenet, bona voluntas eos excusat.
 Quinta penna est simplex & pura intentio. De
 hac Dominus dicit. Si oculus tuus non fuerit sim-
 plex, totum corpus tuum tenebrosum erit: per
 oculum intentionem, per corpus signat actionē.
 Locum enim iste Euangelij sic intelligendus est,
 vt nouerimus, omnia opera nostra non esse munda
 & placere in conspectu Dei, nisi fiant simplici
 corde, id est intentione superna siue oculo chari-
 tatis, quia plenitudo legis charitas. Oculum igitur
 debemus hic accipere ipsam intentionē, quae
 facimus quicquid facimus, quae si simplex & pu-
 ra fuerit, & illud aspiciens quod aspiciendum est,
 omnia opera nostra quae secundum eam opera-
 mur, necesse est vt bona sint. Quae opera omnia
 totum corpus appellauit, quia Apostolus dicit
 membra, quadam opera quae improbat, & mor-
 tificanda praecipit. Mortificate ergo membra ves-
 tra, quae sunt superterram, fornicationem, im-
 munditiam, auaritiam, & cetera talia mala. Nō
 ergo quid quisq; faciat, sed quo animo faciat cō-
 siderandum est. Fructus enim operis totus confi-
 stit in simplicitate intentionis. Quicquid igitur
 gerendum esse cogitatio nostra suggererit, om-
 ni scrupulo retractantes, atq; in nostri pectoris
 trutinā collocantes, eque libratione iustissima
 perpendamus, an plenum sit honestate commu-
 ni, an Dei timore sit graue, an integrum sensu, an
 humana ostentatione, an aliqua voluntatis praes-
 umptione sit leue, an meriti eius pondus inanis
 cenodoxia non imminuerit, vel arriiserit gloria,
 & sic ad examen publicum trutinantes, id est ad
 prophetarum & Apostolorum actus, & testimo-
 nia conferentes, vel tanquam integra atq; perfe-
 cta, & illis compensanda teneamus: vel tanquam
 imperfecta atq; damnosa, nec illorum ponderi
 cōsonantia oī cautione atq; diligentia refutemus.

De quinta ala.

Quinta ala dilectio proximi est. Huius
 penna prima est, nulli nocere verbo, vel
 opere. De qua scriptum est. Quod nō vis
 tibi fieri, ne facias alij. Hanc pennam format
 virtus innocentia. Innocens est, qui etiam cum
 possit, nulli vult nocere. Quis ascendit (inquit)
 in montem Domini? Innocens manibus. Quis
 innocens manibus? Qui non fecit proximo suo
 malum. Ad nihilum deductus est in conspectu
 eius malignus. Quis est iste malignus, nisi diabo-
 lus? Qui nulli vult nocere, tempore excluso mo-
 tum primum sentire amoris. Penna secunda
 est, omnibus prodesse uerbo uel opere. Frater fra-
 tre adiuuans, ciuitas munita & fortis hanc pen-
 nam

Psal. 30.

Psal. 36. Ibidem.

Iud. 13.

Ezech. 28.

Heb. 10. vel Ezech. 18.

Satisfactio- nis definitio. Luc. 3.

Psal. 30.

Psal. 25.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Math. 6.

Collof. 3.

Psal. 23.



nam suscitatur, & prouehit inculmen perfectionis, quae nulli desit coudescendere virtus misericordiae. Beatus (inquit) misericordes. Qui oibus studet prodesset, viuum calorem veri spirat amoris. Tertia penna est, rerum propter amicū consumpturum detrimenta non tantum non desiere, sed libertatis fortitudine non sentire, de beneficiorum in vsus fratrum collatorū magnitudine semper gaudere in corde. Qui sentit, cōputator est, non largitor. Qui non gaudet, dolet. De hac penna scriptum est. Qui negligit damnum propter amicum, iustus est, iter autem auari decipiet eū. Quartapenna est, animam pro fratre ponere. Quid est animam ponere pro fratre, pro temporali etiam proximi salute propriam voluntatem deserere, & in articulo necessitatis pro aeterna salute fratris mortis discrimina lubēter subire? De hac scriptum est. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Maior non ebulliret feruor amoris. Quinta penna est in his perseverare, hanc perficit virtus perseverantiae, hinc non pugna coronat. Qui perseverat, cessare nescit.

De sexta ala.

Sexta ala est dilectio Dei, haec ut alia quinque pennas habet. Primam harum habet, qui aliud quam Deum non cōcupiscit. Haec est mobile huius amoris. Secundam pennam habet, qui propter Deum sua distribuit, distribuit qui partem retinet, partem verō tribuit. Haec est calidum huius amoris. Tertiam pennam habet, qui propter domini amorem nihil sibi reseruat, sed omnia relinquit. Haec est acutum huius amoris. Quartam pennam habet, qui propter Deum seipsum abnegat. Scipsum abnegat, qui suā deserit, ut domini solam faciat voluntatem. Haec est feruidum huius amoris. Quintam habet penam, qui in his perseverat. Qui perseverauerit (inquit) usque in finem, hic saluus erit. Haec est incessabile huius amoris. Haec sunt alae de quibus ps. ait. Sub umbra alarum tuarum protege me, a facie impiorum qui me afflixerunt. Item. In umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Haec sunt penna de quibus idem ps. ait. Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & requiescam. Volabo (inquit) terrena deserens, caelestia appetens, & requiescam, vera libertate aeternaque fruens beatitudine. Amen.

DE SERAPHICI DOCTORIS alter tractatus, de sex alis Seraphin.

Prologus.

DA occasionem sapientiae, & addeat ei sapientiam, ait Sap. Cū igitur ex leui saepe occasione, sapiens materiam sumat altioris sapientiae, qui etiam plerumque per alterius stultitiam fit eruditior, praesens scriptum potest nouis &

nondum in officio regiminis ad plenum exercitatis, ad perfectam discretionem boni & mali aliqualem dare occasionem, vltius cogitandi, & ex defectibus quos hic considerat, diligentius requirendi altiora, siue utiliora, & etiam plura, quam hic ponantur necessaria religioso ad regimen subditorum, quia legimus, aliquando sapientes (etiam ex naturali quadam brutorum animalium solertia) sumpsisse cōsiderationis industriam, ad aliquas artificiales peritias excogitandas.

QUOD INCIPIENTES PROPTER, multa magistro indigent. Cap. I.

HAEC tibi scribo, ut scias, quomodo oporteat te in domo domini cōuersari, quae est ecclesia Dei vniuersa: ait Paulus discipulo suo Timotheo, quem praefecerat ecclesiae Ephesae Episcopum: scribit duabus epistolis doceas, quomodo cōuersari debeat in officio regiminis commissi, ut qui iam ab eo didicerat sanctē viuere per se, sciret etiam, qualiter deberet & alijs, vtiliter & meritorie praesse. Magna enim differentia est inter scire humiliter subesse, & pacifice coesse, & vtiliter praesse. Bes. Multos cernis sub magisterio quiete viuere, quos si iugo absoluas, videbis non posse quiescere, nec a qualibet re innocuos se seruare. Rursum quosdam inuenies, cum omnibus (quantum in se est) pacifice viuere, minime quidem egentes magistro, nec tamen idonei magisterio. Quadam siquidē bona mediocritate contenti sunt, sicut eis mēsuram gratiae partitus est Deus. Socialiter enim inter fratres sciunt & pacifice viuere, super fratres verō positi, non solum inutiliter praesunt, sed & insipienter & nequiter. Vtrisque ergo prioribus meliores existunt, qui superiores esse sciunt. Vnde non passim quemlibet de populo docetur Moses ceteris praeficere, sed eligere ex omni populo viros gnaros & idoneos, qui iudicent populum omni tempore. Qui enim suscipit officium, ut alios bonos faciat, oportet, ut hanc bonitatis disciplinam prius in se studiosē exercendo didicerit, & ex frequenti usu in habitum uerterit. Vnde dominus prius legitur fecisse, quae post erat uerbo doctoris: iuxta illud Act. Cēpit Iesus facere, & docere. Incipientes indigent magistro, ut doceant quae ignorant. s. saluti suae & perfecti necessaria & utilia, quid uitare debeant, quid sapere, quid facere, quid sperare, quid timere, & inter minus uel magis bona uel mala discernere: dicere Paul. Indigetis, ut uos doceamini, quae sint elementa exordij sermonum Dei. Item, ut exerceantur in operibus uirtutum, quae non sufficit scire bonū, nisi etiam opere exerceant, sicut qui audit medicinam sciam, & postea practicando exercet eam, quia exercitum operis plenius imprimat mēti cuiuslibet disciplina peritiam, quae solus auditus, Et quae in perfecti segniter se in uirtutū studijs exercere solent, expedit, ut ab alio ad hoc aliquando cōpellantur. Ideo

Ideo magistri solent discipulos suos (quos perfectos cupiunt fieri) in diuersis uirtutum exercitijs occupare, modō in operibus humilitatis, modō fraternae charitatis, modō sobrietatis, modō deuotionis, modō patientiae castitatis, taciturnitatis, obedientiae, & aliarum uirtutum, ut & ipse uirtutes sic exerceantur & uiuentur, & uicia his contraria expugnentur: quia quanto magis uirtus proficit, tanto plus uicium oppositum debilitatur, teste Apost. qui ait. Educate illos in disciplina, &c.

Item, ut custodiantur, ne aut in peccatum labantur, aut minus discretē in uirtutum operibus exerceantur. Tenere enim mētes & a peccati affectu nondum plene dereritae, saepe magis timore humano, quā diuino a voragine peccati detinent. Ideo talibus expedit, superiorū magisterio subijci, per quos a periculis retrahantur, sicut paruuli a matre commināte ab aquae mersione, & luporum morsibus, defendantur. Nam ait Sapiens. Seruabit te, ut eruaris de uia mala, & ab hominibus qui peruersa loquuntur. Item, ut corrigantur, quia peccatū trahit semper ad deterius, sicut una febris praebet saepe incentiuū alteri grauiori, & uulnus aliquando generat fistulam, nisi medicorum praecaveatur solertia. Ita, qui labitur in culpam, difficulter per se corrigitur, nisi fortioris auxilio fulciatur. Propter hoc enim uult Deus, minoribus maiores praesse, ut si ceciderint in peccatum, uel in aliquo negligentis fuerint & incauti, per eorum admonitiones, correptiones, cohortitiones, & castigationes emendentur: quia si arbitrio suo relinquerentur, forte nec reatum suum agnoscerent, uel torpentes diutius in ceno uolutarentur, uel profundius mergerentur, iuxta illud Iud. Hos quidem argute iudicatos, &c. Necessē ergo est, eos magistro humiliter esse subditos, quia nisi quis medico obediēter obtemperaret, non poterit ab infirmitate sanari. Infirmitates in homine, sunt passionēs uiciorū: dicere Luc. Dedit illis uirtutē & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent.

Qui sunt, qui magistro non indigent. Cap. II.

VI autem pro se magistro non indigent, debeat ita esse scitētia illuminati, quod nihil errent in his, quae scire necessarii eos oportet, & qui decipi non possunt ab homine uel dæmone, uel a proprio sensu sub specie boni, donum discretionis spirituum diuinitus adepti: iuxta illud. Vbiq; & in omnibus institutus sum. Debent etiam feruore deuotionis ita esse repleti, quod sine alterius impulsu, nouerint seipso ad omne uirtutis exercitiū fideliter extendere, prout semper fuerit optimum: teste Pau. qui ait. Quae retrō sunt oblitus, ad ea quae priora sunt: extendens me ipsum, &c. Debent quoque amore boni sic esse affecti, ut quasi naturaliter omne malum horreant, & omne scandalum studiosē declinent: & sine offensa quietē cum omnibus cō-

uersent. Sine offensione (inquit Apostolus) estote iudaeis & gentibus. Debent etiam ita esse humiles in omnibus, ut nec de bonis habitibus extollantur, nec malis omnino carere praesumant: ut omnes excessus cogitationis, locutionis, & omissionis in se subtiliter dijudicent, & districte castigando emendent. Et in his omnibus sint ita stabiles, quod nec leuitate, nec distractione aliqua, nec difficultate, uel metu, a statu suo ualeant immutari: unde Apostolus ait. Quis nos separabit a charitate Christi? &c. Quia uero tales difficile est reperiri, ideo paucis conuenit uiuere absque obedientiae iugo. Ideo & qui alijs praesunt, ut melius & cauti agant, necesse habent alijs subesse, a quibus regantur usque ad summum omnium pontificem, qui uice Christi caput est totius Ecclesiae militantis. Qui ergo alijs praesse debent, uiliter oportet eos uarijs esse praeditos uirtutibus, & alias habere ad se quibus irreprehensibiliter uiuant: alias ad suos superiores quibus humiliter eis in quibus debent obediāt, & alias ad subditos, quibus eos meritorie regant, & ad meliora promoueant. Licet autem omnes uirtutes eminēter habere debeat, qui ex officio habet omnes uirtutes docere, tamen quia numerus sanarum est primus perfectus numerus sui generis perfectionis, constans ex suis partibus aliquotis, ideo bonus animarum rector (maximē religiosus) inter ceteras, debet singularibus uirtutibus praefulgere, sicut Isaias scribit, dicens. Seraphin, quae sunt praeminentiora caelestium spirituum agmina, sex alis ornata. Et fortasse, ideo in tali similitudine, sanctissimo patri nostro Francisco in illa gloriosa uisione Dominus apparuit, quando eum passionis suae stigmatibus insigniuit, ut ostenderet, sic alatos spiritualiter esse debere, quod eius familia uiliter praesse deberent. Sic & quatuor animalia singula, ut dicitur in Apoc. habebant alas senas.

Quod prima ala praedicatorum, esse debet zelus iustitiae. Cap. III.

PRIMA ala rectoris animarum est zelus iustitiae, qua non potes aliquid iniustum, sine cordis murmure, in se & in alijs sustinere. Tantū enim quisque bonus aestimandus est, quanto plus & purius odit malum. Quantum enim res diligitur, tantum de eius destructione doletur. Vnde notandum, quod sunt quatuor genera hominum in religione, uel in Ecclesia, quos bonos dicere solemus. Primi sunt, qui malum non faciunt, nec tamen in bonis operibus se studiosē exercent, ut qui quietē & pacificē cum alijs uiuant, nullū offendentes, nec prauo opere scandalizantes, ut habet in primo Reg. Homines istis fati boni fuerunt, & non molesti, &c. Nam & in usu habemus, tales dicere bonos esse, qui mites sunt moribus, & socialiter se cū omnibus habentes, licet alijs, quoad uirtutū exercitia, aliquatenus

1. Cor. 10.

Ad Ro. 8.

Isa. 6.

Apoc. 4.

Quatuor genera bonorum religiosorum.

1. Reg. 25.



nus desideret videatur. Pauci etiam baptizati, eodem modo boni iudicantur. Secundi sunt meliores, quia mala nulla faciunt, insuper in bonis operibus se frequenter exercent, in sobrietate, castitate, humilitate, dilectione proximi, & orationis instantia, & similibus quae intelligunt esse bona. Sed hoc habent proprium, quod sicut nihil negligunt ex his, quae possunt & sciunt, ita etiam videtur eis sufficere bonum quod faciunt, nec ad ampliora & perfectiora sanctitatis desideria incallescunt. Sufficit eis tantum vigilare, tantum orare, tantum pro Deo dare, vel ieiunare, vel laborare & huiusmodi: & his contenti quiescunt: alio ra alijs relinquentes: vnde Eccle. dicit. Deprehendi nihil esse melius, quam latari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Tertij sunt adhuc his meliores, qui malum detestantur & fugiunt, & bona quae possunt studiosè exercent, & cum omnia fecerint, quae valent, parunt se fecisse reputant, respectu eorum quae desiderant, scientes, quod corporalis exercitatio ad modicum utilis ab Apostolo perhibetur. Et ideo virtutes mentales, & internae deuotionis saporem, & Dei familiarem notitiam, & amoris eius experientiam suspirando desiderant, nihil se esse, vel habere iudicantes: nec aliquam consolationem de temporalibus vel spiritualibus recipientes, quandoque pro voto praedictis virtutum exercitijs, & deuotionis dulcedine non fruuntur: nec tamen contra aliorum vitia, & peccatorum pericula zelo feruoris inflamantur, cupientes omnes esse bonos & beatos, sed ubi hoc non inueniunt, nullo dolore vulneris sauciantur, sibi met intenti & Deo. Tales ad aliorum regimen vocati, minus in hac parte sunt idonei, quia proprie quieti curam illorum postponunt. Iuxta illud Iudic. Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructusque suauissimos, & ire ut inter caetera ligna promouear? Quarti sunt optimi, qui cum prioribus bonis innocentiae & virtutum, zelo iustitiae & animarum calant, qui non recipiunt consolationem de propria salutis profectibus, nisi alios secum trahant ad Deum: exemplo Domini, qui cum in se plenum semper habeat gaudium, non contentus gloriam solus habere, exiit assumpta forma serui, multos filios in gloria secum adducere opere & doctrina. Zelus enim iustitiae quasi coctus bis tinctus duplici charitatis colore rutilat, amoris nempe Dei & proximi. Amor Dei non tantum desiderat eius dulcedine frui, & ei adherere, sed etiam diligit eius beneplacitum impleri, eius cultum ampliari, & honorem sublimari: vult enim eum ab omnibus agnosci, ab omnibus amari, ab omnibus ei seruari, & super omnia honorari. Amor proximi desiderat non tantum eius corporalem sospitatem & temporalem prosperitatem, sed magis eius aeternam salutem. Vbi ergo charitas ista perfectior, ibi feruentius desiderium ista promouendi, & instantius studium & purius gaudium ubi haec inuenit. Charitas enim (teste Pau.) non

Eccle. 3.

1. Tim. 4.

Iudic. 9.

1. Cor. 13.

querit quae sua sunt, sed quae Dei sunt. Quantum vero diligis Deum, & quod Dei sunt purius desideras, tantum doles de offensa Dei, ubi vides eum non agnosci, & ideo iu honorari, ubi vides eum non amari, & ei non obediri, & eius cultum destrui, & aduersarios multiplicari, & laetificari. Et quantum diligis salutem proximi, tantum affligeris de peccatione eius & nocumta profectus eius. Et licet haec charitas requiratur in omnibus amicis Dei, maxime tamen in Vicarijs Dei, qui secundum cor Dei moueri debent amore iustitiae, & odio iniquitatis, iuxta illud Psal. Dilexisti iustitiam, & c. Iustitia potest hic dici, obseruantia omnium quae salutem vel profectum animarum necessaria sunt. Horum quaedam procedunt a lege aeterna, ut pure virtutes, humilitas, castitas, charitas, misericordia, & similes, sine quibus nullus quocumque tempore poterit saluari, ad quae etiam praeccepta Dei in veteri, ac noua lege maxime ordinant. Sicut Dominus dicit ad dilectionem Dei & proximi tota lege & prophetas spectare: iuxta illud Matth. In his duobus mandatis, & c. Quaedam procedunt ab humana vice Dei institutione, ut quae per Ecclesiam pro communi utilitate canonice sunt praeccepta, sicut ritus sacramentorum, & aliorum ad iuris propositum praeccepta pertinentium extra. Canonum statuta ab omnibus obseruantur, ita, ut quilibet obseruet illa, quae conueniunt suo statui & communiter omnibus imperata, laici siue clerici. Quaedam ex voto proprio proueniunt, ut ea ad quae nemo cogit. Sed qui ea sponte vouerit, tam velut ex praeccepto Dei compellitur obseruare, ut continentia religiosorum & obediencia, & abdicatio proprii in monasterio, & alia quae per regulam uel cuiusque ordinis definitiones eius profectibus imponit: vnde dicitur in Deut. Cum uotum uoueris Domino, non tardabis reddere, quia requirit illud Deus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum: si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis & facies, sicut promissisti Domino Deo tuo, & propria uoluntate & ore tuo locutus es. Quaedam procedunt ex quadam habilitatione profectus spiritualis, quibus alijs non foret necessaria saluti, ut ois disciplina diuini officij & singulorum officiorum in religione, & officiorum & temporum in silentio, uictu & habitu, labore, uigilijs & caeteris spiritualibus disciplinis, in quibus singularum religionum obseruantia uariant, sicut cuique uisum fuerit expedire. Quibus autem in his non tanta uis salutis existat, quasi sine eis non sit salus, tamen transgressio eorum deformat religionis decorum, & profectum spirituale, & aliorum edificationem solet impedire. Sicut enim amor iustitiae studiosè ista in se & in alijs promouet, & cogit ubi uidet ista sollicitè obseruari, ita eodem modo dolet, & urit, & accendit pro transgressione illorum: cum Psal. qui ait. Nonne qui oderunt te & c. Quodam uero intimo sapore discernit, ut magis doleat de grauioribus transgressionibus, & de leuioribus minus. Sapiens enim quascumque res ponderat

Psal. 44.

Matth. 23.

Deut. 23.

Psal. 139.

deat prout sunt, tam bonas quam malas. Inspiciens autem quandoque magna pro paruo reputat, & leui quam maxima ponderat, & ab omni testatua iudicat, aliquando calicem, & glutiendo camelum. Deuotus mentatur & rotam & relinquitur quae grauiora sunt (ait Salua.) Tales zelo proprio feruntur, & non spiritu Dei in hac parte aguntur. Sicut quidam pro ana inelinatione in choro neglecta, plus accendantur prohibendo, quam pro longa detractione de alio religioso excitata. Grauius indignantur pro versiculo & rubrica neglecta, quam pro magna perturbatione cum scandalo procurata. Principaliter igitur cauenda & dolenda est transgressio praecceptorum Dei, deinde inuolabilium praecceptorum sanctae Ecclesiae, deinde illorum quae sub uoto uoluntario sibi met quisque fecit necessaria, ut regula, res obseruantia, maxime quae sub praeccepto sunt statuta: deinde omnia scandala speciem mali quocumque habentia, nempe auaritia, superbia, inuidia, castri marcia, iracundia, suspecta familiaritatis, inobediencia, & similia uiciorum quae odorem famae religiosorum quod alij fideles debent ab eis edificari, & ab eis discere quid cauere debeant & facere, ferere faciunt, ut magis per eos inficiantur scandalo, quam reficiantur uirtutis exemplo dicente Apost. Nomen Dei per uos blasphematur inter gentes. Facilius autem grauius peccatum occultum curatur, quam tale scandalum: quia illud per secretam potest sanari poenitentiam, scandalum autem uix anelli a cordibus omnium, ad quos forte peruenit. Deinde cauenda est perturbatio studij deuotionis, ex qua fulcitur omnis uera religio, & omne uirtutis exercitium impinguit. Arida est omnis religio, quae non oleo isto saginatur. Instabilis est bonorum operum structura, quae deuota orationis frequentia non compaginatur, sicut paries lapidum sine cemento. In omni religione ubi deuotionis serui repuerit, etiam aliarum uirtutum machina incipit desiccare, & propinquare ruina. Lampades fatuarum uirginum sine oleo extinguuntur: ut ait Matth. Deinde cauenda est negligentia exterioris disciplinae, quae pro decore religionis & habilitationis profectus spiritualis statuta est, cuius desertio signum est neglectae conscientiae, & interioris leuitatis. Talis autem disciplina obseruantia non ita mandatur, quasi aliter non liceat uiuere, sed quia sic magis conuenit propter honestatis conformitatem, & uniformem fratrum conuersationem, ne pro subito quisque uiuat, & faciat vnde forte alij turbent. In talibus autem obseruantijs quae in se indifferetes sunt, sed propter aliud statuta, ut dictum est, maior est habenda diligentia ut bene seruentur, quam scrupulose timentum, si ex aliqua surreptione quandoque transgrediantur, nisi forte consuetudo generaret deformitatem, & dissimulatio negligentiam nutriet. tunc propter aliud malum consequens praecauendum, zelus disciplinae dormire non debet. Verus igitur iustitiae zelator primo cauet, ne ma-

lum aliquo modo faciat, vel doceat. Secundo ne licentiet, vel concedat quacumque importunitate seu circunventione molitas. Tertio ne faueat vel diligit fieri, etiam si eo irrequisito fiat, vel absente. Quarto ne dissimulet & taceat quasi nesciens, cum ad eum pertineat arguere, & ostendere quantum malum sit, & deterrere, ne ulterius audeant similia attentare. Quinto ne inultu esse patiatur, quia aliquid bonum parit peccati castigatione, scilicet quod ipse qui fecit, prohibetur ultra peccare: dicente Domino. Iam noli peccare, ne deterias tibi aliquid contingat. Item, quia purgatur a peccato, ne a Deo postea durius puniat: ait enim scriptura. Tu uirga percuties illum, & anima illius de inferno liberabis. Item, quia per hoc alij erudiuntur, ut caueant similia perpetrare: iuxta illud. Pestilente flagellato, sapientior erit parualas, id est, tenellus & nouus cautiore esse discet. Item, ipse prelati, vicarij superni iudicis, liberat animam suam a peccato negligentia, offitium suum sic implendo. Quod quia heij sacerdos non fecit, mortis sententiam cum filijs peccantibus excepit: ut habetur in 1. Reg. In hoc enim differunt laudabiles religiones, & iam dilapsae, non quod nullus peccans in laudabilibus reperitur, sed quod nullus impunè peccare sinatur, & peccandi aditus studiosè pracludantur, & in cori igitur bilis & alios inficientes eliminentur, & boni foueantur & diligantur, ut perseuerent, & in melius semper proficiant. Nam cum in conuentu angelorum ante confirmationem, & in ordine Apostolorum sub magisterio Christi reperta sit prauitas, quis ordo bonorum: in terra audeat sibi arrogare hanc prerogatiuam, quod peccatum in eo non sit? quia & si plurimi per Dei gratiam immunes ibi fuerint, sed non omnes. Vos mundi estis, sed non omnes: ait Dominus. Bonis enim quandoque sunt hic in statu mercedi, expedit aliquos malos secum habere, qui eis sunt maioris occasio meriti, quibus compatiantur in malis suis, contra quos zelus eorum inardescat, quos corrigere laborent, quibus similes fieri pertimescant, qui eis sunt tentationis materia, a quibus etiam perfectiones susceant, & ex quorum consideratione confusi, humiliantur quia tales non sunt, admo neantur gratiarum actionis, ei qui custodit eos, ne tales efficiantur. Si autem deessent bonis praedictarum uirtutum occasiones, merita ipsorum tanto fierent etiam minora: dicente Pau. Quae enim seminauerit homo, haec & metet. Nec tamen diligendi sunt mali seu fouendi, sed tolerandi: maxime quorum occulta sunt mala, & alios non inficiunt, & est spes de correctione ipsorum. Vbi uero ista defecerint, ibi sine graui detrimento sustineri non possunt: & ideo eliminandi sunt, ne per eos eorum prauitas bonis placeat. Interim etiam dum tolerant, praedicti sunt stimulis admonitionum, correctionum, confusorum, & castigationum, uigendi etiam fomentis exhortationum, consolationum, orationum & promissionum, si forte coualescant

Ioan. 5.

Prou. 23.

Prou. 19.

1. Reg. 4.

Ioan. 13.

Ad Gal. 6.

de



de infirmitate, & fortes hnt. Præcludenda est eis via peccandi, & tærationis aditus obstruendi, qd' et bonis expedit, ne oportunitas mali faciat eos deteriores. Prælatus n. vicarius Dei, cui data est potestas à Dño super familiã suã, & cui debet subditi ea de causa vice Dñi obedire: si non corrigit delinquentes, si pmitit sub se vitia crescere, & cõsuetudines malas oriri, & iã exortas roborari & dilatari, si videt regulares obseruantias dilabi, & trãsgresiones multiplicari, & pro posse nõ obuiat tam presentibus malis q' imminetibus, triplicẽ Deo reddet rõnem. Primõ p sua negligetia, qn nõ fecit ad quod officio tenebat: mã ait. Cũ effectis ministri regni illius, nõ re- tie iudicatis, nec custodistis legẽ iustitię, neq; se cundũ voluntatẽ eius ambulastis. Horrendẽ & cito apparebit vobis, qm iudiciũ durissimũ his q' præsunt fiet, &c. Secundõ q' oia peccata subdi- torũ quã poterat & debuerat correxisse & præca- uisse, imputant ei: vñ dicit Ezech. Si nõ fueris lo- cutus, vt custodiat se impius à sua via, ipse in im- pietate sua morietur, sanguinẽ autẽ eius de manu tua requirã. Tertiõ pro abusione honoris & po- testatis sibi collatã, quã ad propriã gloriã & cõ- modũ retorfit, & nõ ad quod data est ei. Tollite ab eo talentũ: (ait Christus) & inutilẽ seruũ eijci- te i tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Ostẽdat ergo bonus Zelator, quantum diligit Deũ, i eo q' beneplacitũ eius i se & i alijs pmoneat, nec ab hoc zelo mollescat p desidã, nec labore lasset, nec cõsilijs flectat, nec astutijs circũueniat, nec amicitia nec blandimentis de- liniatur, nec minus terreatur, nec per diurnã prauã cõsuetudinẽ præscriptione desperet, quin iuum officium exequatur.

Quod secunda ala prælatorum est pietas. Cap. IIII.

Secunda ala huius Ecclesiastici Seraph est pie- tas, siue fraterna cõpãssio, vt sicut eum chari- tas Dei ad zelũ iustitię inflãmat, ita frater- na dilectio ad pietatẽ informet. Nam & si vitijs debet virga feriens, infirmitati tñ necessarius est baculus sustentã: dicente Propheta. Virga tua & baculus tuus, &c. & Pau. In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mãsuetudinis? Sic & ille Samaritanus vulneribus illius semiuui re- licit, infudit vinũ zeli seruētis, & oleum pietatis mitigãtis. Alia est aut infirmitas corporis, alia mētis, & vtraq; indiget compãssione. Infirmitas corporis triplex est. Primi sunt infirmi decubentes in lectulis, vel i acutis vel alijs infirmitatibus grauib; laborantes. Alij sunt infirmi per domi- ciliũ, vel etiã per terrã quandoq; deambulantes, & tñ sæpẽ grauib; doloribus afflicti, vt calculo- si, inflistulati, ponderosi, & similes. Tertij determi- natam infirmitatem nõ habentes, sed tamen cor- pore debiles, & viribus exhausti, vt senes, & labo- ribus confecti, vel naturali infirmitate depresi, sed quandoq; accidentalĩ languore ad tempus attriti. His est triplici pietate subueniendũ, scilicet

remedijs medicinalibus, si congruẽ pot fieri. Item relaxatione rigoris, in victu, vestitu, vigilijs & huiusmodi. Item, exemptione laboris, in offi- cijs, seruitijs, discursibus & huiusmodi, prout cu- iusq; necessitas exquirat. Ita, q' primis de pri- mo, secundis de secundo, tertijs de tertio iuxta singulorum indigentia speciali succurratur. Ois humanitas est infirmis & debilib; exhibenda, quia flagellati sunt à Dño: si super hoc ab homi- nib; tribulatur, ipsa eorum miseria clamat ad patrem misericordiarum cõtra illos, qui eos tri- bulant conquerendo: dicente David. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolo- rem vulnerum meorum addiderunt, &c. Infirmus enim qui afflictus sibi met subuenire non va- let eo ipso amplius tribulatur, quia ab his quibus deberet, non consolatur, non à labore releuatur, non subuenit indigenti, nec habet sibi cõpatien- tem: iuxta illud Propheticum. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me, impropertum expe- ctauit cor meum & miseriam. Et sustinui qui si- mul contristaret, & non fuit: & qui cõsolaretur, & non inueni. Et dederunt in escam meã fel ex- probationis, & insiti mea potauerunt me aceto obiurgationis. Fiant ergo eis que sequuntur, &c. Bonus autem prælatus agnoscit se fratrum suoru- patrem, non Dominum: & exhibet se eis medi- cum, non tyrannum: nec reputat eos vt iumenta sua, vel seruos emptions, sed vt filios heredita- tis supernæ consortes: & facit eis, sicut vellet sibi fieri, si similiter indigerent. Sed fortes & sani nõ sentiunt, quod sentit ager, ideo nesciunt eis cõ- pati, scient autem postea, cum dolebũt. Quod si obijciant, q' sæpẽ fingunt se quidã debiliores q' sint, nunquid propter hoc omnes sunt hypocritę iudicandi? cum econtrariõ propaucis iustis, vt habetur in Gen. multis malis Dñs voluerit peper- cisse. Triplici autẽ ratione magis indigent in- firmi subsidio pietatis, q' sani & robusti. Primõ propter sustentationem vitæ, quia se ipsos nõ va- lent procurare, si tunc etiã ab alijs non procu- rantur, coguntur deficere, & non possunt subsiste- re: iuxta illud Reg. Ne penitus pereat, qui abie- ctus est. Secundõ propter restaurationem sanita- tis & viriũ, quas in infirmitate perdidit. Cum enim sanus & fortis solus indigeat sustentamen- to, vt quod habet conseruet, eger & debilis indi- get duplici refectione, ne pereat & perdat quod adhuc habet, & reparet qd' amisit: dicente Dño, Ab eo qui non habet, etiã quod videt habere, auferet. Tertio propter cõsolationis releuamen- tum, quia cum sic multipliciter affligantur, solatium est eis, cum vident alios sibi compati, & ad repa- rationis suæ studiũ fideliter cooperari: & dicitur cũ Saul. Benediciti vos à Dño, quia doluistis vicẽ meã. Sed dicitur aliqui: Illis debilib; dignẽ sub- uenit, de quibus est spes cõualescentiã, in illis ve- rò de quibus nõ præsumi, q' aliqñ conualescãt, inutiliter cõsumunt expensã. Hoc rectẽ diceret, si non propter meritum charitatis, sed propter retri-

retributionem humanæ utilitatis deberet infir- mis misericordia exhiberi. Qui autem propter hoc infirmo subuenit, ut cum sanatus fuerit, be- nefactum illud seruando retribuatur, merito cha- ritatis se priuat. Vbi enim maior miseria, ibi et la- rior misericordia apparet, & purior charitas, ex- pedire ergo prælatum, quandoq; experiri infirmi- tates ceterorum, ut discat compati, iuxta illud. Non habemus pontificem qui non possit compa- ti infirmitatibus nostris, &c. Infirmorum men- te etiam sunt tria genera. Primi, qui ex deuotio- nis defectu, vel intetionis impulsu, proueniunt ad scandala & peccata, ex facili occasione uacillan- tes, & ad lapsum proclines, ut ait Apostol. Inter- uos multi infirmi & imbecilles, &c. Secundi, qui licet bonæ uoluntatis sint, & deuoti, tamen ex le- uis correptione, vel inuectiua obiurgatione esse- rēt pusillanimes, aut coincidunt in quandã de- sperationis dissidentiam, aut prorumpunt in gra- uem commotionis impatientiam, unde postmo- dum dolent, & ceteri qñq; turbant: uñ Pau. d. De- bemus nos infirmiores imbecillitates, &c. Ter- tij sunt omnes generaliter imperfecti, qui in di- uersis uirtutum studiis sæpẽ uacillant, & uariis passionum febribus sentiunt se interdum (etiam reluctantes) pulsari, modò elationis, modò ira, modò acediã, & inuidiã, concupiscentiã, gula, & aliorum uitiorum tam carnalium q' spũaliũ, qui dicere debent cum Ps. Miserere mihi dñe, qm infirmus sum, &c. Remedia his infirmitatibus adhibenda sunt, ut subtrahatur eis occasio scan- dali, oportunitas peccandi, ne uideant unde in- firmentur, uel audiant, & ne sæpẽ permittantur extra donum uagari. Dina. n. ut ait scrip. egressa domum corrupta est: & per exhortationes cre- bras, exemplis paciẽtiã confortentur, & à du- ris increpationibus, donec conualescant de infir- mitate, parcatur eis, & alijs offensis quibus per- turbentur: unde Apof. d. Patres nolite ad idigna- tionem prouocare filios uestros, ut non pusillo animo fiant. Qui enim amplius commouet sa- tis per se commotum, quasi prouocat contra se canem laquantem, ut mordeat eum. Item ut æ- quanimiter mores, & imperfectiones eorum sup- portentur, nam dicit Sapiens. Non omnes om- nia possunt. Sicut autem rudibus, & minus pe- ricis solent doctores eorum imperitiã ignosce- re, cum minus recte sentiant, ita & uirtuosi be- nignẽ supportant aliorum defectus, scientes, quod non omnes possunt æqualiter esse perfe- cti, & quasi paruulis & teneris in Christo graui- ra (q' ualeant portare) onera nõ imponunt, nec ab eis exigunt ea, quæ uires ipsorum excedunt. Hinc in Gen. Nostri, q' paruulos habent teneros, & oues & boues factas mecum, quas si plus in ambu- lando fecero laborare, morientur una die cuncti greges. Hoc est. Qui paruulos imperfectos, & ali- quam bonam habentes uoluntatem, quasi factus in utero plus urget in exercitio uirtutis, q' secun- dum gram q' acceperunt, et illud quod iam hnt,

supra uires agitando extinguit in eis: quod præ- uidens Paul. ait. Facti sumus paruuli in medio uestro, tanquam si nutrix foueat filios suos, quod ita humiliter & piẽ blanditas iam uobis, condescendens uestre teneritudini & imperfe- ctioni. Quo contra de daris & non compãssi- uis pastoribus conqueritur Dominus, dicens. Quod infirmum fuit non consolastis, & quod ægrotum non sanastis, & quod fractum non al- ligastis, & quod perierat non quaestistis. Sed cum austeritate imperastis eis, & cum poten- tia &c. Bernard. Vt quid grauius iugum uestrum, cum cernitis discipulorum, quorum uos potius iugum portare debetis? ponite one- ra, producite ubera, pecora lactate, quiescant, & si interdum saueritate opus sit, paterna sit, nõ ty- rannica, iuxta illud. Porta eos in sinu tuo, sicut porcat mulier infantulum suum, & defer in ter- ram pro qua iurauit &c.

Quod tertia prælatorum ala est patientia. Cap. V.

Tertia ala ecclesiastici Seraph est paciẽtia, & constans longanimitas. Sicut epim rectũ ta- bernaculi, ut interiora munda manerent & niti- da, excepit in se pulueres, & imbres, & uetorum impulsus, ita superiores qui fideliter subditos suos defendunt à turbine peccati, necesse est, sæpẽ di- uersarum excipere tempestates aduersitatum, sicut gallina pro pullis se obijcit niuis, ut eos defendat. Tria uerò sunt inter alia, in quibus pa- tientia ei necessaria ma uinẽ uidetur. Primõ pp multiplices labores & curas, & occupationes di- uersimodę emergentes. Cura enim continua ur- get eum, tam de spũalis prouidentia disciplinã, q' de corporalis sudij prouisione. Vnde & Apo- stoli non solum de spũtalibus, sed & de tãpalibus fidelium necessitatibus, maxime pauperũ, solliciti erant, iuxta illud. Iacobus & Ioannes & Cephas extras dederunt mihi & Barnabã so- cietatis, ut nos ingentes, ipsi autem in circuncin- sionem, scilicet Euangelij prædicationem exten- derent, tantum ut pauperum Christi memores essemus: quod etiam sollicitus fui, hoc ipsum fa- cere &c. Dominus quoq; turbas quas uerbo sala- tis pauit, etiam pane corporali in deserto se sus- tinentes, cum aliandẽ non haberent, refecit. Oc- cupationes quoq; uariã tam ex domesticis cu- ris, q' extraneis causis frequenter emergunt, qui- bus cogitur aliquatenus implicari, & quomodo se de illis expediat anxiani. Ex his et labores plu- rimi crescunt discursuum, uigiliarum, tracta- tuũ, & aliarum fatigationum, pro quibus oib; patientia ei necessaria est, ita, ut Moses mirissi- mus & Deo familiarissimus, propter hoc in plu- res onus gubernationis populi sit partitus, quasi non ualens tot negocia sustinere: sicut scriptum est. Non ualeo solus uestra negocia sustinere, & pondus ac iurgia, date e uobis uiros sapien-

Prælatus Deo de tribus red det ratio- nem.

Sap. 6.

Ezech. 33.

Math. 23

Psal. 22. 2. Cor. 4.

Infirmoru in corpo- re triplex differetia.

Nota pro curanda infirmitate.

Psal. 68.

Ibidem.

Rom. 15.

Gen. 18.

2. Reg. 4.

Luc. 10.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Theo.

Ezech. 34.

Num. 11.

Tertia ala

Patientia in tribus necessaria est prælato.

Ad Gal. 2

M. r. 6. & b.

Deuter. 1.



tes & gnatos, & quorum conuerfatio probata fit in tribus ueftris, & ponam uobis eos principes, & c. Secundò est ei patientia neceffaria, pro tanto profectu illorum in quibus continuè fatigatur. Videt enim paucos eorum proficere, uidet post, quia per multos conatus suos ea quæ multo labore in modico iam emendari ceperant, ex facili iterum dilabuntur, & pp plures difficultates & obstacula, profectum spualem impedientia, quasi in desperationem tendere fructum laboris sui, sicut qui multa seminauit, & pauca conspicit oriri, uidet etiam quæ, quæ personalliter iubet & ordinat, negligenter impleri & seruari, & sepe sub specie boni latenter malum subintrare, ita, quod non audeat aperire ut malum redarguere, cum bonum in superficie appareat, & tñ in fine per hoc maius bonum destruitur, & apertioribus malis adicus aperitur. Verbi gratia, ut multi saluentur, plures, quæ oportune tenere possumus, recipimus. Sed ipsa tandem multiplicatio, erit paupertatis nostræ obfuscatio, dum plures uelint pluribus gaudere, non carere: inde lequitur frequentior discursus pro acquirendo neceffaria, exquiruntur uia insolite in petendo, incautus agitur contra regulam uel recipiendo, quies deuotionis extinguitur, mores religiosi in distudium uertuntur, consuecunt fratres libeter euagari, & diuersa carnis commoda foris uenari, familiaritates, in regula prohibitas, cõtrahere, munera à consitentibus quarere, adificationes animarum pro quaestu uendere, diuitibus adulari, areas dilatare, sumptuosa palatia exaltare, scandala non curare, & Dei honor qui ex nostra sancta conuerfatione, & aliorum exinde adificatione prouenire debuerat, agendo his contraria cõculcatur. Idem est de prapropere promotione iuuenum, & nõdum probatorum ad ordines, & officia confessionis, predicationis, & prelationis. Idem de pluribus quæ coram hominibus sunt alicuius apparentie, sed religionis puritate interiorum coram Deo obscurant, & rudes in religione qui interna non sapiunt, putantes in his exterioribus honestatibus totam uim spualis conuerfationis constare, magno zelo eas defendunt, & de ueris uirtutibus, & spualibus non curant. Hæc & alia plurima uidens spualis prelatus, qui omnia in ueritate diiudicat, tabescit & uritur, & nõ ua lens corrigere pro desiderio, in uirtute patientiæ mirabiliter exercetur, & dicit cum Propheta. Tabescere me fecit zelus meus, zelus domus tuæ comedit me & c. Tertio neceffaria est ei patientia, pro ingratitudine illorum, pro quibus tanta sollicitudine laborat, scilicet quod uix unquam eis satisfacit, quin semper conquerantur, quod aliter posset eis & melius facere si uellet, quod sepe perplexus est, an debeat eorum importunitatibus cedere, & acquiescere in oibus quæ cupiant, uel rigide tenere, quod credit esse magis expediens, iuxta illud Pau. Quid eligam ignoro, coartor. n. & c. Item quod inuertunt ei plurima quæ facit, & inter-

Pfal. 118
Phil. 1.

pratantur ad detertus, & sup his uisitant eum, & murmurant, & accusant, & detrahunt ei, & sumunt inde materiam scandali, unde putabat se Deo & ipsis obsequium præstitisse, ita, quod uix in aliquo potest inueniri medium, in hoc quod ordinat aut quod facit, quin semper aliquibus displiceat & turbentur. Item, quod etiam in faciem quidam resistunt ei, uel literis arguunt eum & despiciunt, & concitant alios ut se ei opponant, uel altutè impediunt, ne possit perficere quæ deberet. His & aliis aduersis quibus diuersimodè impetitur, triplici patientiæ scuto stulteat opponere. Primò ut modeste & mature & benigne ad singula respondeat, & impetum feruoris reprimat, ne in uoce aut uultu seu moribus impatentiam ostendat. Tunc enim magis proficit per patientiam, & tandem deuincit, quos impetuose agendo amplius prouocaret. Sic Gedeon modeste respondens uiris Effraim contra se iurgantibus, compefcuit spiritum eorum quo tumbant: nam teste sap. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furor. Vix enim commotio sedatur, & uitium uitio non sanatur. Impatentia. n. prelati cõfundit quæ promouere poterat bona. His modis alios scandalizat: iuxta illud. Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam, scilicet alijs pandendo, reddit eum subditis & aliis contemptibilem: ut dicitur in Proue. Qui uanus & excors est, patebit contemptui. Facit eum exosum & horrendum, iuxta illud Eccl. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus, & temerarius in uerbo suo odibilis erit. Prouocat alios ad impatentiam, dicente scrip. Vir iracundus prouocat rixas, qui autem patiens est, mitigat suscitatas. Non audent ei subditi neceffitatem suam aperire, iuxta illud Iob. Si ceperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies. Replet domum murmure, & rancore ut patet in Prouerb. Qui conturbat domum suam, possidebit uentos, scilicet conspirationum. Teneros mente fugat, & pusillanimes facit, sicut dicit Salomon. Spum ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Nemo audeat eum monere de his quæ forent emendanda, ut patet in primo Regum. Ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui. Secundò studeat esse pacificus, ut nec uindictam se de illatis iniuriis, nec in corde oderit illos, nec curam eorum se gnius agat, nec querat eos à se remouere, immò lubentius teneat eos, ut per hoc & illos & alios adificet beneficiendo gratis, & ut per se uirtutis exercitium in eis habeat, exemplo summi pastoris, qui ait. Eritis filii altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Cum. n. sit propriè officium pastoris docere uirtutes, si uirtuosos remouet à se, quos docebit? Si medicus fugit aegrotos, quos curabit? Si fortis tyro declinat impetentes se, quomodo assequetur triumphum gloriæ? Si negociator negligit merces in quibus magna lucretur, quomodo poterit ditari? Inde est, quod iter alios ot sanctificati sunt. Episcopi

Iud. 1.
Prou. 11.
Prou. 14.
Prou. 15.
Eccle. 7.
Prou. 12.
Iob. 4.
Prou. 17.
Prou. 19.
Reg. 25.
Iob. 3.
Iob. 4.
Luc. 6.

scopi, & prelati, quia tam agendo bona quam patiendo aduersa, & alios ad iherando, ad alta perfectiouis culmina officii sui occasione peruenerunt: dicente Pau. Qui Episcopatu desiderat, & c. Tertio sit patiens, ut non minus sit uoluntarius, & studiosus ad exequenda ea quæ officii sui sollicitudo requirit, propter tedium laboris, uel tarditatem profectus, uel importunitates subditorum, uel alta grauamina, quia sic ad alta merita peruenerit, iuxta illud. Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus uestre, erit enim merces operi uestro. Iste manus prelati sunt instantia in agendo, & patientia in sufferendo quod grauat. Quæ si non dissoluantur per desidia seu intolerantiam, merces æterna ei cumulat. Per has naq; aduersitates rector à peccatorum puluere purgatur, quem contrahit ex humane infirmitatis surreptione. In multis. n. offendimus omnes, etiam in pluribus negotiis plures negligentiæ sepe sunt, à quibus purgari neceffe habent hic prelati, ne illic durius puniantur, iuxta illud: Si inique aliquid gesserit, corripiam eum in uirga uirorum, & in plagis filiorum hominum. Itè per has dum deprimitur, à timore superbia custoditur, quæ potentibus periculosius insidiatur, dum & sublimitas officii, & libertatis licentia, & boni operis placencia facile mentem eius extolleret, nisi aduersitatis iugum collum præsumptionis eius humiliaret, & sic à superbia uoraginis defensaret. Nam in Iob legitur. Eruditis instruit disciplina, ut auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eum de super eruens animam eius à corruptione, & uitam illius ut non transeat in gladium, increpat quoq; per dolorè in lecto, & c. Custos enim salutis, & profectus boni rectoris est humiliatio aduersitatis, sine qua, eum successus prosperitatis citò releuasset in uentum præsumptionis. Vnde Dauid secundum cor Dei electus, quæ præmebatur aduersis, deuotissimus fuit & humilis, quando autem extollebat prosperis, incidit in culpam offensionis, ipso attestante cum dicit. Bonum mihi quia humiliasti me, & c. Itè, ut dictum est, meritum eius exinde multiplicatur, dum non solum pro bonis quæ in se & alijs promouet gloriæ acquirit, sed & pro aduersis, quæ patitur magnificè coronatur, sicut aurum quod per ignem probatum sit pulchrius & preciosius: sicut scriptum est. Tanq; aurum in fornace probauit, & c. Sæpe aut spualis profectus crescit, dum sentitur: & roboratur, cum magis infirmari putatur, iuxta illud. Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, & semen germinet, & crescat dum nescit ille, & c. Non autem mirum, si omnes conatus rectoris non proficiunt in omnibus, cum nec Dei operatio in omnibus proficiat ad salutem ipsorum, & multi sint uocati, & pauci electi. Omnia enim quæ seminantur, nõ conualescunt, & qui thesauros effodiunt, lubenter multam terram eruderant, ut modicum au-

ri uel argenti reperiant. Tantus aut profectus est boni rectoris, quantum foret detrimentum si nõ esset, sicut lux tantum est bonum, quantum eius absentia malum. Aiare et debet rectorem ad laboris tolerantiam, quod non minus meretur in illis qui deficiunt uel modicè proficiunt, quæ in his qui maxime proficiunt. Non. n. dicit Apóst. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum profectum, sed secundum suum laborem. Dei. n. est incrementum dare, plus. n. laborat doctor in indocili, quæ in docili discipulo, & ideo apud iustum aestimatorum laboris plus meretur. In terra sterili & saxosa agricola plus laborat, & si fructus paucior, sed precium maius. Et quæ difficultus elaborantur, sæpe carius uenduntur.

1. Cor. 3.

Quod quarta prelatorum ala est quod sit exemplaris in uita. Cap. VI.

Quarta ala est, ut sit exemplaris in uita. Ipse naq; debet ceteris esse norma uiuendi, ut quæ docet uerbis, ostendat actionum figuris, sicut qui geometriam docet, pingit in sabulo figurarum demonstrationes, ut quod dicit melius capiatur: nõ dñ in Apo. Cœpit Iesus facere, & docere, & alibi. Exemplum. n. dedi uobis, ut quæ ad modum ego feci uobis, & uos ita faciatis. Gedeon ait suis. Quod me facere uideritis, hoc facite. Quamuis igitur non solum in præfatis, sed in oibus uirtutum exemplis debeat rector præcedere subditos, spualiter tñ in his tribus. In cõis obseruantie conformitate, in mansuetudinis humilitate, & i maturitatis honestate, Vñ Apo. d. ad Tit. In omnibus tempus præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, & in grauitate. Cõem uitam cum ceteris obseruet in uictu, uel ita, & labore, ut non uacet conuiuijs & potationibus, cum alii sobrio cibo & potu utant, nec sit eis dissimilis habitu, cum quibus est ei professio cõis. Nec à labore ceterorum se subtrahat, qui illos iubet in eisdem laboribus exerceri. Pastor si se à grege se gregat, oues insidijs luporum exponit. Sanus sit sanis, & infirmus infirmis, uel ut alter Pau. q. dicebat. Factus sum infirmis infirmus, f. exemplar, ut infirmos lucraret. Omnibus oia factus sum, ut omnes facerem saluos. Nam si sanus debilitet uiuat, facit eos exemplo suo carnales. Si uerò infirmus recusat infirmorum remedia, facit eos pusillanimes: inueniens, quod aut uelit eos similiter facere, aut non cupiat eis ut melius fiat illis. Alacrius certat miles in acie, si ducè suum secum cernit laborem certaminis tolerare: unde in Act. dñ. In omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos Dñs Iesus, incipiens à baptisate Ioanis, usq; ad diem qua assumptus est à nobis, & c. hoc est, à primo tempore quo cepit hñe discipulos post baptisum, usque quo ascendit ad patrem, semper exemplo suo erudiuit nos: intrans, familiariter cum discipulis uiuendo, & exiens, utiliter cum turbis (prout congruebat) conuersando. Sic et humilis mori-

Act. 11.
Ioan. 13.
Iud. 7.
Ad Tit. 2.
1. Cor. 9.
Act. 11.



bus, ut mores eius ostendant eum non alta de se sentire, nec affectare prelationem, sed timere & coactum tenere, & magis desiderare subesse, & eos quibus preest, meliores se iudicare, & eorum potius se seruum, quam magistrum vel dominum reputare. Qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui precesor est sicut ministrator, ait Dominus. Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat &c. Vnde in Eccl. dicitur. Rectore te posuerunt &c. sit etiam humilis affabilitate, ut subditi facile accessum ad eum habeant, & fiducialiter ei loquatur (de quibus indiget) audeat; & patere eos audiat & benigne eis satisfaciat, & studiose instruat, & alacriter exhortetur, studeat magis amari quam timeri, quia lubentius obeditur ei qui diligitur, quam qui timetur. Obedientia dilectionis propria est voluntaria, timoris autem magis est coacta. Quanto ergo illa habet de voluntario, tanto sublimior est in merito, finis autem officij regimini est commissio sibi ad vitam eternam dirigere, & ad similia virtutum merita fideliter promouere. Sit etiam humilis in usu rerum temporalium, ut nihil habeat pomposum vel diligit, sed omnia quae habere videtur, paupertatem voluntariam demonstrant, & humilitatem ostendant. s. vestes, libri, cella, lectulus, utensilia, mensa, palea, & huiusmodi, ut nihil in omnibus appareat, quod notam iactantiae vel curiositatis habeat, nec talia fieri ab alijs patiat. Similia etenim similibus congaudent, alta sublimibus, humilia humilibus delectando. Non est autem humilis cordis indicium curiosa quaeere, preciosa affectare, & excelsa ambire. Nam scriptum est. Omne sublime videt. Ipse est rex super vniuersos filios superbia. Maturitatis honestas perpendit in tribus. s. si non sit leuis in moribus, videlicet in verbis, & iocis scurrilib. & irreligiosis, quae licet in se quandoque quasi grata putentur, minus tamen reuerendum faciunt & verendum. Gre. n. dicit. Non facile eius predicatio recipitur, si leuis in moribus videtur. Nam & si praelatus magis diligendus sit, expedit tamen ut ab insolentibus timeatur. Ipse amor aliquo modo suauior sentitur cum reuerentia mixtus. Quod patet in amore summi conditoris; cuius quod maiestas sublimior agnoscitur, dignationis dulcedo saporis amat, sicut dicit propheta. Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit &c. Item, si non sit leuis in affectu per priuatos amores notabiles, tamen ad feminas quam ad quoslibet leues personas. Licet enim meliores in affectu preferendi sint minoribus, & omnes propter spem salutis in Christo amplectendi sint, in actu tamen exterioris exhibitionis taliter se gerat ad omnes, ut nullus se ab eo contemni propter alios suspicetur, sed quilibet se ab eo diligi presumat, & fiducialiter ei quasi singulari amico confidat, ne alicui indignatio & inuidia in alijs nutriatur. sicut fratres Ioseph qui oderunt eum, pro eo quod a patre singularius amaretur, ut dicitur in Gen. Item si non est leuis in pro-

Luc. 22.
Eccl. 32.

Tob. 41.

Psal. 24.

Gen. 37.

posito, & inconstans in consilio, ut quod iam placet mox displiceat, modo uelit unum, modo contrarium, ubi rationabilis causa non apparet. Quis enim eius iudicio credat, uel eius uoluntati se contemneret, quem in neutro stabilem agnoscat? ideo eius subiecti non possunt eius reuereri prudentiam, nec sciunt se parare ad uoluntatis eius obedientiam, & in utroque non potest esse modicum nocuum. Propterea dicit Paulus. Omnia probate, quod bonum est tenete, & facite sine haesitatione & retractationibus quaecumque facitis. Vbi tamen causa rationabilis subest iuste necessitatis, ut aliter & aliter aliquid fieri expediat, non est hoc leuitatis sed maturitatis, quia sicut stultum esset, melius mutare in deterius, sic etiam stolidum est obstinatio, tam pertinaciter inhaerere conceptis, ut pro maiori bono & aperto ab eis secedi non possit, iuxta illud. Nec puteris si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate & necessitate temporum: ut reipublicae poscit utilitas ferret sententiam. Vnde & Apostolus excusat se, cum promiserit Corinthijs se venturum, quod non leuitate hoc promiserit, sed pro eorum utilitate, cum dicit. Volui prius venire ad vos &c. in Eccl. secundum iudicium populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Boni magistri bonos discipulos facere conueniunt, ut frequentius: multi ferent meliores in religionibus & in Ecclesia, si melioris vitae eis exempla a suis doctoribus proponerentur. Negligentia vero huiusmodi ab illis qui culpabiles sunt, diligitur in iudicio requiret. Nam Dominus dicit. Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum. Doctrina uerborum sine exemplis operum, est sicut cementum sine calce aridum & inualidum. Ipsa iniebat parietem absque temperamento, dic eis, quod calurus sit. De correctis exemplaribus correcta scribuntur volumina, de corruptis corrupta. Tenacius inhaeret doctrina operum, quam uerborum. Nam cuius uita despicitur, restat, ut eius predicatio coartematur. Rector enim praecipue ad hoc studere debet, ut sibi commissos faciat Christi formes. i. ut formam uita ac doctrinae Christi eis imprimat, ut non solum mente eum attendant, sed & moribus imitentur. Vnde Apo. ad Ephe. dicit. Estote imitatores Dei sicut filij &c. & ad Gal. Filij mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Sed cum ex uerborum doctrina minus capiant de doctrina Christi, debent etiam formam eius uisibilem in seipsis ostendere, ut eis profundius imprimatur, dicentes cum Apostolo. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: quasi dicit. Si formam Christi desideratis ad imitandum agnoscere, in meis hanc moribus considerate. Et ad Gal. Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus. Vicarius. n. Christi, uicarius Christi debet gerere, in beneplaciti eius promotione, ipsius eius auctoritate, & in similitudinis eius representatione. s. ut ea quae promoueat in subditis, & eius auctoritate

1. ad The. 1. 2. ad 4.

Helletio

1. Reg. 3.

2. Cor. 1.

Eccl. 10.

1. Reg. 6.

1. Reg. 2.

Eccl. 27.

1. Tim. 10.

1. Tim. 13.

Ephe. 5.

Gal. 4.

Gal. 2.

1. Tim. 1.

1. Tim. 13.

1. Tim. 13.

1. Tim. 13.

tate illa possit, quae eis expediunt, & eum in se imitabilem illis moribus, & uita demonstrat, idem dicente Apostolo. alibi. Non enim nosmetipsos predicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem seruos uestros per Iesum. Ille uero seipsum, & non Christum predicat, qui gloriam propriam quaerit dicendo, & qui malis exemplis se potius quam Christum ingerit subditis imitandum, nam dicit Apostolus. Aemulantes uos non bene, sed excludere uos uolunt, ut illos amulmini, hoc est, non bono zelo praesunt uobis, qui per sua praua exempla excludunt uos ab imitatione Christi, ut mores eorum discatis, & exempla sequamini.

Quod quinta ala praelatorum, est circumspecta discretio. Cap. VII.

Quinta ala ecclesiastici huius seraphin, est circumspecta discretio, & prouida faciendorum consideratio. Quae necessaria sit rectori aiarum, Salomon ostendit, qui habens a Deo postulandi (quae uellet) operationem, praetermissis oibus, petiuit sapientiam, sine qua aseruit, non posse populum bene regi. Dabis ergo Domine cor seruo tuo doctile, ut iudicare possit populum tuum, & discernere inter bonum, & malum, & alibi dicit. Ad uos ergo reges sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, & non excedatis. & Psalm. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Rector. n. est dux gregis sibi commissi, & si ipse errauerit, grex in dispersione confusus interibit. Sicut oculus est lux totius corporis, ita pastor gregis commissi, iuxta illud. Vos estis lux mundi, &c. Secundum quod oculus est clarus & obscurus, sic etiam corpus ab eo regitur directe, uel per deum. Duplex ergo circumspectio rectori necessaria est, ut sciat quid agendum sit, & qualiter. Nam nec bonum simpliciter bonum est nisi bene fiat, sicut decet. Bern. Tolle discretionem, & uirtus uirtum erit. Sine ipsa zelus praecipitat, teste Apostolo. qui ait. Aemulatione Dei habent, sed non secundum scientiam. Item compassio condescendit usquequaque; sub specie pietatis, sicut dicit Paulus. Qui parcat uirge, odit filium, hoc est. Qui sub specie pietatis peccantem non corrigit, aiam eius ad interitum mittit. Item patientia sine discretionem remissum in regimini uigore facit, cum sub specie humilitatis rebelles non reprimat, uel scriptum est, quod. Roborati eratis rudis, & corde pauido, nec poterat resistere eis. s. qui Domino & sibi opposuerant. Item sine discretionem quaecumque; bonum exemplum inefficax sit, ad edificandum alios, sicut bonus ciuus non est delectabilis, sine condimento salis, ait Leuit. In omni oblatione tua offeres sal, & Apo. dicit. Rationabile obsequium uestrum. Si recte offeras, recte autem non dimittas peccatum, hoc est, bona facere non sufficit, nisi discretum, qualiter, quando, ubi, quare agendum fuerit, uideatur. Quibus autem plurima sint, circa quae oportet rectorem esse circumspectum, quae non possunt breuiter po-

ni, tamen quatuor videntur praecipua, in quibus debet eius prouidentia uigilare. Vnde dicitur in Exod. iubetur pontifex ingrediens sanctuarium, ut ministraret Domino, inter alia ornamenta semper in pectore rationale iudicium deferre, & in ipso quatuor ordines gemmarum, ita, quod quilibet ordo tres lapides contineat preciosos auro inclusos, &c. Pontifex Domino ministrans, sanctuarium ingreditur, cum praelatus curam animarum suscipit, ut in earum saluatione Deo gratis inuenerit praesent obsequium. Nullum enim Deo gratius sacrificium, quam zelus animarum. Qui inter alia uirtutum insignia, semper debet rationis iudicio quatuor ad officium suum spectantia in pectore uersare. Primum est, quomodo in statu debito commissos sibi gubernet, ut boni sui proficiant, & persistant. Secundum, quomodo lapsos, & deuos corrigat, & emendet. Tertium, exteriora negotia, quae requiruntur ab eo, congrue disponat. Quartum, quomodo se in his custodiat, & gerat. Tres lapides in singulis uerbis, sunt tria ad singula eorum quatuor pertinentia. Ad statum debitam tenendum, conuenit ut rector omnium subditorum mores, conscientias, & uires perspicue agnoscat, ut secundum quod unicuique expedit onus, obseruantia regularis imponat. Non enim omnes omnia possunt aequaliter, & unus quasi proprium habet donum ex Deo, alius sic, alius uero sic, ut in lib. Num. dicitur. Aaron & filij eius intrabunt, ipsi quoque; disponent onera singulorum, & diuident quid portare quis debeat. Aaron & filij eius sunt praelati maiores, & minores, qui debent intrare. i. interiora, cuiusque; agnoscere, & secundum quod conuenit singulis onus religiosae conuersationis imponere. Et propter triplicem obseruantiam qualitatem, quae sunt tres lapides preciosi, in primo uerbo quatuor ordinum praedicatorum. Prima obseruantia consistit, in illis, quae sunt iuxta cuiusque; professionis formam, de necessitate salutis, quae ita annexa sunt ordini, & regulae, ut eorum transgressio temeraria inducat mortale peccatum, ut est obedientia praeccepti, uoluntaria paupertas, castitas, & aliae praecceptorum imperata, in quibus locum non habet dispensatio magistrum, cum & ipse sit ad ea seruanda ligatus. Haec necesse est praelatum uigilanter agnoscere, quia tenetur ea facere, ab omnibus studiose seruari, & nolentes cogere ad seruandum, & pro nulla causa permittere (quantum in se fuerit), aliquem contrarie, etiam si magna propter hoc sibi, & fratribus tribulatio seu dispendium immineret. Quis nos separabit a charitate Christi, (ait Paulus) tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? quasi dicat, non debet. Hoc est contra illos qui dicunt, si sic, uel sic, non acquireret necessitas fratribus, nec possent hic aliquatenus sustentari. Cum talis forma conuenit est contra regulam, & ipsa dala, & religionis deformitate. Melius est ibi non esse religiosos, ubi non patet, uel non uolunt uiuere ut

Exo. 28.

Num. 4.

Roma. 8.



religiosi, quia tunc nec ipsi pereunt, nec alij de
 ipis scandalizantur, dicente Domino. Qui scan-
 dalizauerit unū de pusillis istis, expedit ei, ut &c.
 Quid ergo qui multos & magnos scandalizat?
 Ista consideratio prima debet esse gemma lucēs
 in pectore pontificis, i. prae omnibus curanda. Se-
 cunda ueritatur circa illa, quae spectant exercitiū
 altioris perfectionis, i. singularis patientiae admi-
 randa, humilitatis stupenda, charitatis ardua,
 sobrietatis eximia, paupertatis & sublimis deu-
 otionis, & similia uirtutum, ad quas debet rector cō-
 missos, exortationibus, monitis, & exemplis effica-
 cibus affigere, & attrahere magis, q̄ multos co-
 gere. Consilia enim perfectionis suadentur, nō im-
 perantur, praeter ea quae in uoti emissionē expri-
 muntur, ut continentia. Praecipua tñ causa mo-
 nastica; institutionis fuit, ut esset schola palestra
 exercitij perfectionis. Palestra (ut dicitur) fuit ludus
 nudē luctantium, qui se oleo perungebant, ne à
 colluctantibus teneri possent, & ita ad terrā Dei-
 ci. Et apte similatur à Pau. luctamini religiosorum,
 cum dicit. Omnis. n. qui in agone contendit,
 ab omnibus se abstinere. Rector igitur & hanc gē-
 mam ferat in pectore, ut sectatores suos doceat,
 & pronocet, non solum uiam tenere qua saluentur,
 sed etiam ad perfectionem tendere, per quā
 sublimē in caelo gloriam assequantur. Tertia cō-
 sistit in illis, quae nec sunt de pura necessitate sa-
 lutaris, nec de eminentia perfectionis, sed tamē ad
 utriusq; acquisitionem, & conseruationem à san-
 ctis patribus apte statuta sunt, ad exercitiū bo-
 norum oportet & decorē ipsius religionis, & ad
 adificationem intuentium, ut sunt ieiunia, silen-
 tium, solennitas diuinorum officiorum, & exte-
 riores corporaliū exercitiationū honestates, q̄
 iuxta Apostolum tam utiles sunt, sicut instrumē-
 ta pro artificijs, quae possent & aliter peragi à pe-
 ritis, cum prius fuerint artes q̄ talia instra, unde
 discretus praelatus, cum necessitas exigit, uel ma-
 ior utilitas requirit, dispensat in causa pro tali-
 bus pro loco, & tempore, sine difficultate cū ui-
 derit expedire. Vbi autem maior utilitas, uel ne-
 cessitas non exigit, studiosē faciat ea seruare.
 In hoc indiget praelatus nō modica discretione,
 ut sciat inter rigorem & remissionem medium
 tenere. Si autem nimis fuerit rigidus, & ipse mi-
 nus erit dilectus fratribus, & illi minus erunt uo-
 luntarii ad alia quae utiliora, & necessaria fo-
 rent. Rursum si fuerit plus q̄ conuenit remissus, i.
 talibus citō maior dissolutio subsequetur. Qui
 spernit modica, paulatim decidet, ait Sapiens.
 Circa lapsorum correptionem discretio praelati
 similiter uigere debet. Hic est ordo secundus, tres
 gemmas continens, quia triplex continentia ad
 hoc est necessaria, sicut sunt tria genera delin-
 quentium. Quidam enim cum deliquerūt, mox
 aut intus moti à spiritu, aut foris correpti ab ho-
 mine, ad poenitentiam remedium confugiunt. His
 cum elementariae fomentis medicinalis spūalis reme-
 dia satisfactionis sic temperata debet adhibere,

1. Cor. 9.

Tim. 4.

Ecc. 19.

quibus, & satisfaciant Deo de offensis, & proxi-
 mo de scādalo, ut ceteri peccare magis timeāt,
 & tñ pp leuitatem remedij ipsos non poeniteat,
 se poenā submisisse, nā dicit Pau. Si praecupatus
 fuerit hō in aliquo delicto, uos qui spūales estis
 (subaudi medici) hōmō instruite in spū lenitatis,
 cōsiderans remetipsum, &c. i. talē ei satisfactio-
 nem imponite, p quā cognoscat pondus reatus
 sui, ita tñ clementer, sicut tibi met uelles aliū cō-
 pati, si tali peccato delinqueres. Et haec est una
 gemma secundi ordinis discretio talis. Alij cum
 delinquant, tegūt, palliant, defendūt, & uirus in-
 terius later. Et licet rector ex certis indicis de-
 prehendat ibi sanie putridā esse collectam, tñ
 nō ita erūpet exterius, nec p euidēs testimoniū,
 nec p uoluntariam confessionē, q̄ possit oportu-
 nē ferro apte correctionis secare. Si corripit non
 proficit, & vī magis uitiorū diffamator, q̄ uitio-
 rum corrector, sed mouetur & dissimulat, vī-
 tur & anxiatur tam pro aīa fratris q̄ pro se, quia
 non corrigit delinquentē. Cū ergo aliud cōgruē
 facere non possit, oportet ut dissimulet, ut patien-
 tiam suam exerceat. Et quod arguendo non ua-
 let, orādo labore obtinet, ut aut Deus citius de-
 mū corrīgat, aut latērem eius malitiā detergat,
 ut aliquod remedium apponatur. Sicut Dñs lu-
 dam proditorem diu tacitē tolerauit, q̄ eū apertē
 non corripuit, donec intantum eius iniquitas
 creuit, q̄ per se patenter erupit. Quae quando la-
 tuit, licet in se letaliter egrotaret, tñ aliis nō noc-
 uit, & ideo irreprehensibiliter potuit tacitē to-
 lerari, nā dicit Dñs in Matt. Sinite utraq; cresce-
 re usq; ad messem. i. zizania cū tritico, & in Apo-
 ca. dī. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. De-
 bet tñ talibus (ubi pot) cautē cauere ab occasio-
 ne peccandi, & in cōi moneri debēt, ut respiciāt,
 iuxta illud. Vā hōi illi, per quem filius hōis trade-
 tur. Sed cum ad tam singulare facinus nō poruif-
 set Judas subito proruisse, nisi diu paulatim i de-
 terius semper prolapsus, apparet, eū à Dño in ma-
 lo statu diu occultē toleratū. Ego tacens, & quasi
 non uidens. Talis ergo dissimulatio in corde re-
 toris multa discretione idiget, ut in neutro de-
 uiet à iusto. Et haec est gēma secundi ordinis se-
 cunda in pectore sacerdotis. Tertij offendant
 grauiter apertē, & non recipiunt debitam corre-
 ctionē, uel fictē recipiunt, quia non emendant, &
 alij ex eis sunt deteriores, uel scādalanē de ip-
 sis, uel imitari eos incipiunt, si uident eos impu-
 nē peccare, uolētes sibi parci, sicut illis parciunt.
 Vbi cūq; ergo quatuor illa cōueniunt. i. graui-
 ter, apertē, peccare, & nō esse spē correctionis pp
 obstinationē, seu inueteratam mali consuetudi-
 nem, & alios infici p eius exēplū, uel scandaliza-
 ri, quia talia tolerant qd restat, nisi ut omis mor-
 bida abiiciat, & mēbrum putridū scidat, ne sa-
 na inde inficiant, & corrumpanē. Vñ dicit Apost.
 Veniam & abscedantur, qui uos conturbant, &
 ad Corinth. Auferre malum ex uobismet ipsis.
 Quod si infidelis discedit, discedat, & Luc. dicit.
 Succide

Ad Gal.

Matth. 15.

Apost. 1.

Matth. 25.

Gal. 1.

Cor. 6.

Luc. 13.

Succide ergo illam. i. ficum infructuosam, ut qd
 etiam terram occupat? & Matth. Omnis arbor
 quae non fert fructum bonum excidetur: & in Nu-
 me. Præcipe filiis Israel, ut eiciant de castris om-
 nem leprosum, & qui semine suauitatis, & qui
 super mortuo ne contaminent ea, cum habita-
 uerint uobiscum &c. Ad ista tamen non debent
 impetu ferri, sed maturo consilio prudentium,
 & spiritum Dei & donum consilij habentium.
 Omnia cum consilio fac, & post factum non pe-
 nitentibus, & in Matth. Qui scandalizauerit unū ex
 pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut sus-
 pendatur mola asinaria in collo eius, & demer-
 gatur in profundum maris: hoc est, cuius uita in
 habitu religionis magis scandalizat simplices q̄
 edificat, expedit, ut foris missus, solus dānetur, q̄
 per eum sacra religio contaminetur. Tertius or-
 do uersatur circa negocia, quae per praelatū sunt
 disponenda. Quorum alia expedit, ut alijs dispo-
 nēda committat, alia per seipsum disponat, alia
 praedat, & remoueat quantum ualet. Sic Chri-
 stus commisit alia discipulis procuranda, ut Iu-
 dae oculos, sibi met retinuit praedicationis & cu-
 rationis officium, ut patet in Luc. Requisitus. n.
 ut inter fratres quosdam hereditarem diuide-
 ret, respondit. Homo quis me constituit iudicē
 aut diuisorem inter uos? Exteriora & tempora-
 lia corporalis necessitatis officia, si per seipsum
 uoluerit actu disponere, impeditur ab interiorū
 & meliorum prouisione, quia sparsus ex se men-
 tis oculus minus uidet interiora, & necessaria
 salutis. Vnde in Exod. dicitur. Esto tu populo in
 his quae sunt ad Deum, & leuitus feres partem in
 alios onere, scilicet leuorum: & in Act. Non est
 æquum, nos relinquere uerbum Dei, & ministra-
 re mensis &c. Si alios non haberet, quibus curā
 exteriorum committeret, potius deberet ab alio
 fraudem in temporalibus pati, q̄ ipse praelatus in
 talibus occuparetur, exemplo Christi qui sciens
 Iudam esse furem, tamen permisit eum exte-
 riora procurare, iuxta illud. Fur erat, & oculos ha-
 bebat, & ea quae mittebantur portabat. Hoc est
 contra illos, qui facilius inueniunt quibus curā
 animarum committant, q̄ rerum suarum tempo-
 raliū, cum incomparabiliter maius sit dispen-
 dium periclitari animas, q̄ res perire. Spiritualia
 uerō & quae ad salutem necessaria sunt, & profes-
 ctum uirtutum, principaliter debet animarum
 custos & rector sibi met curanda retinere, cum
 haec sint de substantia officij pastoralis, & de his
 maximē sit in iudicio rationem Domino red-
 diturus. Haec sunt, qualiter regula studiosē serue-
 tur, & alia statuta, & ordinis disciplina. Item, q̄
 pax & dilectio sit inter fratres. Item, ad ipsum
 pertinet conscientias singulorum agnoscere, &
 de quibuslibet perplexitatibus expedire, pericu-
 la peccatorum prouiderē & praecauere, monere
 fratres ut proficiant, corrigere corrigenda, eluci-
 dare dubia, informare singulos, qualiter officia
 sibi commissa congruē administrent, quō & fra-

Matth. 5.

Num. 5.

Ecc. 3. 21.

Matth. 23.

Luc. 12.

Exod. 18.

Act. 6.

Ioan. 13.

tribus (prout conuenit) sufficiant, & conscientiam
 non offendant. Vbi uerō non potest homi-
 nibus satisfieri, nisi cum offensa Dei, ibi seruet
 ad Deum obedientia, & ad homines patientia, &
 dicamus cum Petro. Obedire oportet Deo, magis
 q̄ hominibus. Praelatus uerō gerit uicem ca-
 pitis in corpore fraternitatis, ut cum alia mem-
 bra dedita sunt actionibus sibi competentibus,
 caput omnibus praesidendo prouideat, quasi om-
 nium sensuum capax, & omnia regēs, & sensum
 & motum omnibus transmittens per iustiones
 uel concessiones sanctae obedientiae, quasi quo-
 rundam compaginatione neruorum, unde & ca-
 put singulari actione nō occupatur, ut uacet om-
 nium membrorum prouisioni. Omnibus. n. profi-
 cit, pro oibus audit, odorat, gustat, & loquitur.
 Sic & praelatus sibi commissis. Ipsi. n. perurgunt,
 quasi rationem pro aiabus uestris redditari (ait
 Apo.) Superflua uerō & non necessaria salutē, uel
 profectui animarum negocia, expedit praecide-
 re, & tam à se q̄ à fratribus (quantum oportune
 poterit) remouere. Cum. n. pp tps breuitatē, &
 diei malitiam uix necessariis sufficimus disponē-
 dis, si superuacuis uel alienis uolumus occupari
 negociis, negligimus ut illora & meliora, cum di-
 stractus aīa ad plura, sit minor ad singula prou-
 de perageuda. Inde sit aliquotiens, cum praelati
 & religiosi nimis se exterioribus occupationibus
 implicat, ad interiorū, librorum, caularum, &
 aliorum quibus fructuosius carerent, ut non so-
 lū meliora interim negligant, sed et conscientiam
 sepius inquinant, & ex usu exteriorum tenebre-
 feat oculus mentis, ad contemplationem spūa-
 lium & interiorum, & tepescat ad desiderū su-
 periorū. Sicut. n. humores noxij affluūt ubi fue-
 rit in corpore laesio, nisi cautē remoueantur, ne
 fiat ibi tumor uel ulcus, ita & negocia crescent
 ad extinctionem spūs, qui se eis acquieuerit oc-
 cupari. Ideo discretio praelati debet prouidē
 prospicere, quid ex quolibet euentu possit con-
 sequi, & quae negocia admittere, uel quantum ex-
 pediat ea exequi, circūspectē rimari. Ait. n. Sapi-
 ens. Fili ne in multis sint actus tui. Qui sarci-
 nam satis grauem portat, imprudēs est, si adhuc
 onera plura sibi portanda imponit, quibus potest
 oportune carere. Super oīa uerō debet semetip-
 sum rector circūspicere, ne alijs prouidens seip-
 sum negligat: ne alios saluans seipsum in pericu-
 lum demergat. Quid. n. prodest hōi, si mundum
 uniuersum lucretur, animā uerō sua detrimen-
 tum patiat? Hic est quartus ordo gemmarum
 triplici circūspectione, quasi preciosorū triū la-
 pidum ornatum cōplendus, ait. n. Ioan. Videte
 uosmet ipsos, ne perdatis quae operati estis: sup-
 ple in alijs, sed ut mercedem plenam suscipiatis.
 Vna circūspectio sui uersatur circa conscie se-
 renitatem, ut illa semper secura sit & mūda. Se-
 cura sit, ut nihil uelit, agar, iubeat, uel permittat
 illicitum & indecens, professioniq; sine contra-
 riū, in quo peccatum seu scandalum deprehendat.

Act. 4.

Heb. 13.

Ecc. 11.

Matth. 16.

1. Cano.



dat. Munda, ut de bonis quæ facit, nel promo- uer, gloriam ab hoibus non capret, nec libimet exinde immoderatè placeat, solius Dei benepla- citum in omnibus quærens, ut quæ pro eo facit, idest uice Dei, etiam pure faciat propter eum & ipsius amorem. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, hoc est, si in- tuitus intentionis purus fuerit charitate, totum corpus bonæ operationis dignum erit premio lu- cis æternæ. Si autem neq; fuerit &c. Scrutetur ergo conscientiam suam, sollicitè diiudicans quid egerit, quid omiserit de agendis, & quo sine bona fecerit, & de malis doleat, & cõfiteatur, & cor- rigat & caueat, de bonis uerò non in se, sed in Domino gloriatur cū Apostolo, qui ait. Si nos- metipsos diiudicemus, nõ utiq; iudicemur. Qui puluerem ab aliis detergit, uix potest transi- re, nisi & ipse puluere respergatur, quem etiã in se detergere necesse habet, iuxta illud. Medice cura te ipsum. De bonis uerò quæ facit sic late- tur, ut inde non extollatur, astumans, qd non pp se, sed pp alios quibus præest, Deus dedit ei benefacere uel dicere uel sentire. Alia circũspe- ctiõ sui uersatur circa exteriõres mores & uer- ba, quibus oportet eum aliis magis qd sibi met de feruire. Qui enim pluribus cogitur uiuere ad e- xemplum, & satisfacere singulis & oibus placere, multa indiget discretione, ut medium ualeat te- nere, ne sit nimis tristis uel hylaris, nimis seuerus uel lenis, nimis socialis uel alienus, nimis ra- citus uel uerbosus, nimis durè loquens uel blan- de, nimis rigidus uel remissus, nimis sæpè cū ho- spitibus uel raro, nimis laurè reficiens uel tenui- ter, nimis facta fratrum obseruans uel dissimu- lans, nimis fouens aliquos uel alios paruipèdēs, & similia. Cum ergo non possit semper teneri quod de omnibus placeat, minus tñ deuiat si ad benignitatis partem plus declinat, per quam red- ditur subditis magis amabilis, ob quam ei liben- tius obtèperant, & audacius ad eum recurrunt in quibus indigent, & alacrius imitantur. Ipsa n. potestatis auctoritas facit eum satis timendum subditis, & si huic iugitur austeritatis seueritas, pauis sit mentibus onerosa. Vos autem cū au- steritate imparabatis eis & cum potentia, & di- sparsa sunt oues meæ, dicit Dñs: & in Eccl. Noli esse quasi leo in domo tua, subuertens domesti- eos tuos, hinc est, qd ipse summus princeps pasto- rum Dñs Iesus tantam nobis benignitatis cha- ritate exhibuit, ut se nobis faceret amabilem & ita imitabilem, & per amorem suæ humanita- tis traheret ad amorem & cognitionem suæ di- uinitatis, ut dum uisibiliter Deū cognoscimus, per hunc inuisibilem amorè rapiamur. Sic & uicarius Christi prælati, ad hoc maxime studeat à subditis diligi, ut sic facilius trahat eos ad a- morem Christi. In omni tñ dubio semper magis uelinet se ad illud, quod secundum ueritatis iu- dicium uirtuti charitatis & humilitatis & pro- fessa puritati magis consonat, & euangelicè per-

March. 6.

1. Cor. 11.

Luc. 4.

Eze. 34.

Eccl. 4.

fectioni. Vltimò etiam ipsa discretio (quæ cate- ra oia diiudicat) circũspiciat seipsam, ne ei con- tingat ut oculo corporis, qui cum alia uideat, nõ uidet seipsum: uidelicet ne plus sapiat qd oportet sapere, ne sibi plus credat qd expedit, ne sit sa- piens in oculis suis, quia teste beato Greg. Sicut subditorum tentatio est, reprehendere in præla- tis qd in multis non rectè agant, ita prælatorum tentatio est, qd se ceteris sapientiores astimant: undè dicitur. Vidisti hominem sapientem sibi uideri, magis illo spem habebit stultus. Stultus enim sibi met non cõfidens, quarit consilium à sapientibus ne decipiat. Ille autem dum de se plus qd debet præsumit, etiam ubi errat, rectè se plerunq; sentire deceptus putat. Inter omnes au- tem tentationes uidetur illa periculosior cuiq; Christiano, s. proprio sententiæ nimis inniti. Cum n. nemo reperitur ita perspicacis intelligentiæ, qn possit in aliquibus falli, qui hoc totum & solum reputat iustum quod ipse senserit, astuto aduer- sario ad uarias seductiones sub spè boni liberè aditum pandit: ait. n. Psalm. Sedet in insidiis cū diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem. Ibi n. libentius insidiatur, ubi maiores merito- rum diuitias cernit inquiri, ut ibi innocentem inquirat & occidat, ubi se Deo magis obsequiũ præstare sperabat. Undè cautum est semper re- ctori, consilia libenter audire, & humiliter qua- rere. Et in hoc triplex humilitas consistit. Pri- mò, si alii idem sentiunt, quod & ipse, securior est qd non decipiat. Secundò, quicquid fecerit cum prudentium consilio, si aliquid inde euene- rit contrarij, minus ei poterit imputari, qd si de suo tñ sensu id fecisset. Tertiò, qd sæpè in merito humilitatis talis, Deus dat ei agnoscere se uel alium, quod ante non intellexit. Hinc Moses (cui Deus facie ad faciem loquebatur) consilium Ie- tro soceri sui gratum habuit & seruauit. Hinc Apostolus Paulus spũsancto repletus, euangelij quod per reuelationem Iesu Christi didicerat, ip- sius inlincũ ascenderat Hierusalem. Cum Pe- tro & Ioãne & Iaco. coapostolis suis se cõtulit, ut esset securior in prædicando, cum ab eis non discordaret, & exemplum per hoc daret fide- libus prælati consilium requirendi. Omnia cum consilio fac, & post factũ nõ pœnitebis, ait scrip- Aliqui uerò cum ad officium regiminis asur- gunt, ita se continuo repletos spũ scientiæ repu- rant, ut omnia antecessorum suorum facta stulta iudicent & peruersa: alii uerò ecõtariò cum ab eodem absoluuntur officio, quæcunq; successo- res eorum faciunt, simili modo condemnant, nõ attendetes, qd sicut ipsi aliorum facta deprimũt, ita eorum facta alii possunt despiciere: huic dicit Isa. Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? Nul- lorum enim facta tã studiosè solent ab aliis ob- seruando notari, sicut illorum qui aliorum facta seuerè diiudicant, si fortè in quo ipsi alios ar- guunt, reprehensibiles repræhendantur. Sunt n. duo gña hoium, quorum consilia prudens rector non

Psalm. 16.

Psalm. 7.

Exod. 8.

Gal. 2.

Eccl. 17.

Isa. 37.

non

non facillè debet recipere. s. adulatores & detra- ctiores. Primum istorum seducunt eum, ut magis de se qd expedit præsumat: iuxta illud. Qui beatum te dicunt, ipse te decipiunt, & uiam gressuum tuo- rum dissipant, ne de te uera sentias humilitate pro- priæ cognitionis. Secundi inducunt eum ut peius qd habet de alijs suspicando sentiat, & sæpè innocen- tes condēnet: & priusq; ueritatè rei plenè cognos- cat: dicere scrip. Aures principũ simplices, & ex sui natura aliud estimãtes, callida fraude decipiũ- tur, & malis quorundam suggestionibus regũ stu- dia deprauantur, ut eos qui credita sibi officia di- ligenter obseruant: & ita cõcta agũt, ut omni lau- de sint digni, & ut mendaciorũ cunctis conuẽ- subuertere &c. Cũ aut tribus de causis soleat re- quirere consiliũ. s. p. emendationem, ut discat de quo dubitatur, ppter auctoritatem ut magis ha- beat uigor quod per tales consultũ fuerit, & p- pter pacem, ne habeant aliqui occasionem mur- murandi. Propter primam causam consulendi sunt prudentiores, propter secundam nomina- tiores, & propter tertiam omnes ad quos nego- cium pertinere uidetur. Sed quia singularia si- ne numero sunt, in quibus discretio est necessa- ria, non potest dari certa & cõmunis regula, quæ ualeat pro omnibus.

Quod sexta prælatorum ala, est deuotio ad Deum. Cap. VIII.

Sexta & vltima ala sine qua reliquæ perfici nõ ualent, maxime est necessaria, ut sit deuotus ad Deum, p quem zelus iustitiæ accendit, pie- tas cõpassionis infundit, patientia roborat, ex- emplum bonũ conditur, discretio clarificat. Hęc est uictriõ spũs, docens de oibus quæ expediunt salu- ti: unde dicit Ioã. Vos uictriõne habetis à spũsan- cto, & nostis oia: & nõ necesse hẽris, ut aliquis uos doceat: sed sicut uictriõ eius docet uos de oibus, deuotio mentè illuminat ad cognoscendũ qd sit melius. Vñ Dñs dicit. Docebit uos oia, & sugge- ret: & c. inflãmat ad appetendũ bonũ, & i Eccl. dñ. Qui edũt me, adhuc esuriunt: & q bibũt me &c. Roborat ad pficiendũ. Deus est. n. qui operat in nobis & uelle & pficere pro bona uoluntate: facit horrere peccata dicente Psalm. Iniquitatè odio ha- bui, & in Apoca. liber comestus dulcis gustu, a- maricat uentrè. Actiones ordinat ad uirtutes si- cut dñ in Can. Introduxit me rex i cellã uinariã, ordinauit in me charitatè. Mores exterius cõpo- nit in uerba, sicut dicit. Thob. Nunq̃ cum ludenti- bus miscui me, neq; his qui leuitate ambulant. Scientiam fidei dulcè reddit. Sapientia. n. secun- dũ nom suũ est. i. sapida scia. Spè fiduciã erigit. Ipse. n. spũsanctus reddit testimoniũ nobis, qd su- mus filij Dei: amorè Dei accedit, nã dñ. Charitas Dei diffusa est in cordibus nr̃is, p spũsanctũ qui datus è nobis. Deo familiarè efficit. Iuxta illud. Loquebatur Dñs cum Mose, sicut homo loqui so- let ad amicũ suum. Dat fiduciam impetrandi

1. Ioan. 3.

Psalm. 19.

Eccl. 38.

Sap. 7.

Isaia. 57.

Psalm. 16.

Rom. 8.

Sap. 8.

Eccl. 1.

Ad Phi. 1.

Luc. 7.

Sap. 8.

Eccl. 45.

1. Cor. 2.

Tob. 14.

Psalm. 67.

Tob. 12.

Psalm. 136.

1. Ioan. 3.

Ioan. 14.

Eccl. 14.

Psalm. 118.

Apoc. 10.

Cant. 2.

Thob. 3.

Eccl. 6.

Roma. 5.

Exod. 33.

petita, sicut habebat Ioan. cum dicebat. Fidu- ciam habemus ad Deum, & quodcunq; petierim- us, accipiemus. Oratione impinguat. Psalm. Holo- caustu tuũ pingue fiat, & i Eccl. ait. n. Impingua oblationem. Pium & affectuosum facit: iuxta il- lud. Suauis, humanus, & benignus est spiritus sa- pietiæ. Cor humiliat ut ait. Isaia. Super quẽ rege- scet spiritus meus, nisi super humilem? &c. Oleũ spiritum præmit in olla feruente. Contra aduer- sa constantia præstat. Vñ dicit. Psalm. Dominus il- luminatio mea & salus mea, quẽ timebo? & Ap- oost. Quis nos separabit: à charitate Christi? Oia opera bona delectabilia facit: iuxta illud. Nõ hęc amatitudinẽ cõuersatio illius nec tedium, sed le- titiam & gaudium. Mente in superna eleuat. Si di- rexerit ad Deum cor suum, spiritũ eius & statũ ad se trahet. Mundũ uilefecit facit: dicere. Eccl. 1. Vidi quæ sunt cuncta sub sole, & ecce omnia uanitas. Desiderat cõlestia cogit. Hinc Apost. dicit. Coaror è duobus desiderij habes distolui, & e- se cum Xpo. Pctã delet & panas peccati. Unde ait Dñs. Remittunt ei pctã multa, quoniam dilexit multum. Merita sublimat, teste Sap. qui ait. Si di- uitiã appetunt, qd sapientia locupletius, quæ oia operat: Proximos maxie edificat: uñ dñ. Offerre il- li incensum dignũ in odorem suauitatis, & Cor. ij. Christi bonus odor sumus. Demones fugat. Nã fumus eius excitat oẽ genus demoniorũ. Ange- los inuitat & scõs: ait. n. Psalm. Præuenerit prin- cipes cõuerti plallētibus, & Thob. Qñ orabas cū la- chrimis &c. Hęc & multa alia deuotionis gra- cõfert, iõ p̃cipue rector aiarũ studiosus esse dẽt eã h̃re, p quã sem p informe qd faciat, adiuuet ut possit, cõseruet ne deniet. Nõ. n. solũ pro se ora- re necesse habet, sed etiam pro illis qui sibi com- missi sunt, quos non sufficit sine diuino auxilio custodire: nam, Nisi Dominus custodierit ciui- tatem & c. Est enim prælati mediator inter deũ & subditos, ut sicut negocium Dei gerit apud il- los, docendo, corrigendo, sursum agendo, ita et- iam negocia eorum studeat apud Deum fidelit- ter promouere, placando, gratiam impetrando, & cõseruando à malo. Unde scriptum est. Ego sequester & medius fui inter Deum & uos. Alia autem deuotio cõmunis, alia specialis, alia assi- dua. Cõmunis in diuinis officijs, specialis in ora- tionibus, assidua in omnibus agendis. Circa di- uina triplicem debet habere diligentiam deuo- tionis, scilicet, ut omnia fiant ordinatè & non cõsulè, & sine erroris hesitatione: ut quisque deputatum ministerium, & congruè exequatur: Unde Paul. dicit. Omnia honestè & secundum orationem fiant in uobis: nam dicitur in Paral. Dauid & omnis exercitus segregauerunt in mi- nisterium Domini, qui prophetauerunt in cytha- ris, psalterijs, & cybalis, secundum numerum su- um dedicato sibi officio seruientes. Item ut strenuè & non pigrè seu desidiosè opus Domini scilicet, diuini cultus offm peragat. Qd ait Hier. Maledictus qui facit opus dei fraudulenter &c. Item

1. Ioan. 3.

Psalm. 19.

Eccl. 38.

Sap. 7.

Isaia. 57.

Psalm. 16.

Rom. 8.

Sap. 8.

Eccl. 1.

Ad Phi. 1.

Luc. 7.

Sap. 8.

Eccl. 45.

1. Cor. 2.

Tob. 14.

Psalm. 67.

Tob. 12.

Psalm. 136.

1. Ioan. 3.

Ioan. 14.

Eccl. 14.

Psalm. 118.

Apoc. 10.

Cant. 2.

Thob. 3.

Eccl. 6.

Roma. 5.

Exod. 33.

1. Cor. 14.

2. Paral. 5.

Hiere. 18.

Item



Item, ut deuote & reuerenter sine aliqua dissolu-
tione & strepitu distincte & attentè diuina offi-
cia persoluantur, sicut in cōspectu angelorū & in
p̄sentia Dei sicut dicitur in Eccl. In oī corde & ore col-
laudate, & benedicite nomē Domini. Officium
enim diuinum in Ecclesia spūsanctus ordinauit
fieri quinq; de causis. Primò propter imitationē
coelestis concentus, quo sancti & angeli in caelo
assidue in p̄sentia Dei eius laudibus sunt intē-
ti: un̄ dicit Psal. Beati qui habitant in domo tua
Domine, in saecula saeculorum laudabunt te. Cū
enim secundum promissionem suam, dicat Do-
minus. Ecce ego uobiscū sum oībus diebus, usq;
ad consummationem saeculi. Hic dignetur Chri-
stus nobiscū esse ueraciter, tam sacramentali-
ter, q̄ spiritualiter: dignum est, nos ei pro modico
nostro aliqualem exhibere reuerentiam hono-
ris & laudis, iuxta exemplar similitudinis coe-
lestis, ut ei & si non continuè sicut illi caeli can-
tores, saltem interpolatè pro nostra fragilitate
psallendo, alacriter assistamus imitantes illum, q̄
sursum est, hierusalem matrem nostram, ut ait
Pau. Secundò, ut beneficiorum Dei memores,
certis horis gratias pro his laudando & orando
ei iugiter referamus, qui natus in nocte ex Ma-
ria uirgine, mane iudici passurus assistitur, dilu-
culo resurrexit, hora tertia flagellatur, & post spi-
ritum sanctum misit apostolis, sexta crucifixus,
nona in cruce pro nobis mortuus, uespere cenās,
corporis & sanguinis sui nobis sacramenta tra-
didit, & completorio sepultus est. Missarum autē
celebratio, non tm̄ eius nobis passionis myste-
rium memorandum ingerit, sed & p̄sentia suę
gratiam exhibet, & sub forma sacramenti nos
seipso spiritualiter pascit. Si ergo iustum est, nos
horū nunq̄ obliuisci, ita expedit, ea semp reco-
lere certis horis: Vnde Isa. ait. Miserationū Do-
mini recordabor, laudem eius super oībus quę
reddidit nobis, Tertio, ut nosmetipsos sic assidue
ad deuotionem excitemus, & ignem amo-
ris Dei per hoc nobisne per desidiam seu alias
occupationes tepescat, cōtinuè reaccendamus:
sicut iussit Dñs Moysi dicens. Ignis est iste perpe-
tuus, qui nunq̄ deficiet, quem nutriet sacerdos
in altari, subiiciens mane ligna. Ignis est deuo-
tionis feruor, qui semper in altari cordis ardere
debet, quem sacerdos deuotus semper (subiiciēdo
ligna diuina laudis) debet nutrire, ne aliqua-
do extinguatur, unde dicit Psal. Benedicam
Dñm in omni tē. &c. Quarto, ut simplices fide-
les qui per se nesciunt certa orandi tempora eli-
gere, per hoc ad orationis studium assuefacia-
mus, ut saltem tunc ad ecclesiam oraturi cōue-
niant, qñ ibidē diuinę laudis officia persoluan-
tur, & ut minus afficiantur radio ibi persistendi,
q̄ diu corā se uideant clericos celebrare diuina.
Vnde in Luc. dicit. Oīs multitudo populi erat foris
hora incensū. Multi. n. rudes uix unq̄ se orationi
offerrent, si foris non certis tēporibus in Eccle-
siā ex consuetudine, ad diuinorū celebrationē,

Psal. 83.

Matth. 28

Gal. 4.

Isa. 63.

Leui. 6.

Psal. 33.

Luc. 7.

& uerbi Dei recitationē, ordinariè uocarentur.
Quintò, pp̄ decorē religionis Christianę, quia
decens est & congruū, ut si Iudæi & gentiles &
quidam heretici quinq; conuenticula sua faciūt,
& sua prophana ibi commercia celebrant, & ri-
tus suę perfidie obseruant, multo dignius qui
uera & sacrosancta habent sacramentorum my-
steria, & ea celebranda & ueneranda sepe cōue-
niant, & debita conditori suo laudum solennia
persoluant, quibus & gratiam Dei amplio-
mercentur, & uitam aternam, & quibus allician-
tur simplices ad religionis sanctę reuerentiā &
amorē. Propter qđ scriptū est. Dedit in celebra-
tionem decus, & ornauit tpa &c. Inter oēs ergo
exteriore obseruantias, maior debet diligentia
diuino officio adhiberi, ut sicut dictum est, ordi-
natè fiat, strenuè, & deuotè. Alia. n. t. palia faci-
mus pro Deo, hoc autē assistimus Deo, & inredā-
mus Deo, & alloquimur eum & nos ipse, simul
& pro nostris necessitatibus eius auxilium po-
stulamus. Specialis deuotio cōsistit in orationi-
bus priuatis, in familiaribus uocalium oratio-
num recitationibus, ueluti Psalmodiarum, letania-
rum, & aliarum orationū, quas in secreto quisq;
per se extra ordinariè ruminando persoluit: nam
dicit Dñs. Cum oratis, dicite pater noster. Item
in sacris meditationibus cum quis ante mentis
oculos recolligit peccata propria, & miseria, &
futura supplicia, uel beneficia Dei seu specialia,
& passionem Christi, & bonitatis eius dulcedi-
nem, & p̄mia repromissa, ut ex his concepiat
deuotionis affectū, timoris, uel amoris Dei desi-
derii, m̄oris uel gaudiū spiritualis, iuxta illud.
Meditatus sum nocte cū corde meo &c. Item in
piis erga Deū affectibus, & lachrymis, & suspi-
riis, & sanctis desideris amoris, & aliis internis
& ineffabilibus moribus cordis, in iubileis, excel-
sibus, & raptu, & absorptione spūs in Deū, quo
adhærens Deo, unus fit spūs cum eo p̄ pura intel-
ligentię lucem, & cognitionē Dei, & amoris eius
ardorem, & glutinosam fruendi inhæsiōne. Ipse
enim spūs postulat pro nobis gemitibus inenar-
rabilibus. Quod si platus p̄pedit uariis curarū
distractionibus, speciali deuotioni sapius inten-
dere, saltē interdū cū oportuē utdelicet quasi
furtim & raptim ad orationis studiū se cōferat,
ne oīno refrigeret, ne in dissuetudinem orandi
ueniat, ne Deo alienus efficiatur, ne gratia diui-
næ propiciationis ei quasi insensibiliter subtra-
hatur: unde Moyses cum per populi negocia ex-
terius uexaretur, crebro in tabernaculum fede-
ris ad Dominum recurrit, familiare ipsius collo-
quium ibi experens, quo intrinsecus in spi-
ritu resiceretur. Dominus quoque diebus p̄-
dicans turbis, noctibus in orationibus solus
pernoctauit. Et licet parua detur mora p̄-
lato orandi, tamen quia pro aliis debet ex offi-
cio orare, datur ei quandoq; pp̄ alios copiosior
orandi gratia, ut quibus prodest agēdo, possit et
orando prodesse, tantū non negligat quærere, nec

Ecc. 4.

Matth. 6.

Psal. 76.

Rom. 8.

nec abijciat cum offertur, ne ex merito ingrati-
tudinis ab eo gratia elongetur, assidua deuotio
semper ei debet adesse, sicut & quibilibet profi-
cere uolentibus in religionis uirtute. Et ipsa tri-
plex est. Vna est iugis memoria Dei ante oculos
cordis, unde dicitur. Prouidebam Deum in cō-
spectu meo semper: & alibi, semper debet homo
studere Deo intēdere, quasi sit coram eo per mē-
tis intuitum. Vnde solebant dicere Helyas, & He-
lyseus. Viuit Dominus, in cuius conspectu sto. Si-
cut. n. Angeli quocunq; mittantur, tamen a diui-
na contemplatione non recedunt, ita homo uir-
tutis pro suo posse, semper Dei memoriam a suo
corde non remoueat. Vnde si aliquando conti-
gerit, semetipsum inde redarguat. Nam dicit
Ber. Omne tempus quo de Deo non cogitas, pu-
ta te perdidisse. Nam & si profundè nō possis co-
gitationem tuam semper in ipsam defigere me-
ditando, saltem memorando cordis intuitum in
eum dirige, & cum datur oportunitas, ipsa me-
moria in meditationem seu orationem forme-
tur, sicut qui materiam formandę imaginis secum
circumfert, ut cum habuerit oportunitatē, aliqd
in ea sculpendo operetur. Alia est continuum
studium Deo placendi, in omni actione, uel locu-
tione, ut semper quasi in eius p̄sentia caueat,
unde ei displiceat, & doleat si forte fecerit, & si u-
deat i quo & qualiter ei possit magis placere di-
cebat. n. Apost. Contendimus siue absentes siue
p̄sentes placere illi. Oēs. n. nos manifestari oportet
ante tribunal Christi. Sēper. n. debet religiosus
segerere, quasi in proximo sit tribunali summi iu-
dicis p̄sentandus. Estote parati, quia qua hora
non putatis, filius hominis ueniret, dicebat
Dominus discipulis suis. Omnia nostra uidet q̄
facimus, & sicut non obliuiscitur bonorum ope-
rum ad p̄miandum ex diuturnitate temporis,
ita nec malorum ad puniendum, nisi per penitē-
tiam diluantur, unde peccator, contemnens ani-
mam suam, dicit, in Eccle. Nemo circumspect
me, quem uereor, delictorum meorum non mem-
orabitur altissimus, & non intelligit, quoniam
omnia uidet oculus eius, &c. Tertia est, oīa a-
genda oratione saltem mentali p̄uenire, ad om-
nes euentus oratione se p̄munire, & omnia be-
nificia ḡrarum actione p̄sequi, ac laude diui-
na agenda petat a Domino sibi salubriter inspi-
ri, euentum dirigi ad salutis p̄fectum, benefi-
cia augeri, & conseruari. Sicut. n. nauta prouidēs
tempestatem, festinat sapius ingredi portum se-
curum, ita religiosus ad orationis portum cōti-
nuè confugiat, ubi omnes periculorum collusio-

Deuotio
alarum
plex.

Gal. 15.
Gal. 24.

Reg. 18.

Secunda
deuotio.

1. Cor. 5.

Luc. 12.

Eccle. 23.

Tertia de
uotio.

nes euadat, & in omnibus agendis semp plus o-
rationi fidat, q̄ proprię industrię, uel labori: un-
dē scriptum est. Cum ignoramus quid agere de-
beamus, hoc solū habemus residuū, ut ad te oculo
nostros dirigamus, uidelicet in oratione, &
Psal. Sicut oculi seruorum in manibus Domino-
rum suorum, &c. His igitur & aliis penis eccle-
siasticis seraph. i. platus spūalis, Domino sedēti
super solium excelsum & eleuatum, ornatus assi-
stat, quarum primas duas super caput eleuet, me-
dijs duabus corpus & pedes contegat, ultimis
duabus in latum & altum uolet: ut zelum eius
non humanę laudis feruor deprimat, nec cōpas-
sione eius carnaliter inclinet affectus, sed sursum
recta intentio sustollat, & fraternę charitatis
pietas in altum erigat, propter retributionem su-
pernam, iuxta illud Psal. Inclinaui cor meū ad
faciendas, &c. Patientia uerò & uita exemplaris
conterant eum a perturbationum iaculis, &
a nuditate inopię meritorum, quibus quasi ar-
mis defendatur, & quasi sacris uestibus adorne-
tur. Vnde ait Isa. Induere fortitudine tua syon,
induere uestimentis glorię tuę. Circumspectione
uerò ubiq; circūuolens, uidendo quid & qualiter
sit agendum, & deuotionis studio q̄ sursum sunt
quærat, ubi Christus est in dextera Dei sedens,
sublimi uolatu ad ipsum accedens. Licet autem
oēs qui p̄sunt aīabus, has uirtutes non possint
omnes æqualiter habere, tamen omninò necessa-
rium est eis, aliquatenus non carere tam pro fru-
ctu ædificationis illorum quibus p̄sunt, q̄ pro-
pria salutis p̄fectu. Quilibet et religiosus qui
seipsum habet regere, & de suis ipsius regimine ra-
tionem Deo est redditurus in extremo exami-
ne. His alis & penis (q̄tum sibi indiget) oportet
adornari, & in superna subleuari, ut sit seruus
in iustitia, compatiens proximis propter Deum
patiens in aduersis, bono exemplo alios ædificā-
circumspectus in omnibus, & super omnia Deo
orationis studium familiariter adhærens, qui ū
in omnibus protegat, dirigat, & promoueat &
tandem ad cœlestia euolare faciat. Quod nobis
p̄stare dignetur Iesus Christus. Amen.


2. Para. 20

Psal. 122.

Psal. 118

Isa. 40

Secunda pars Opusculorum Seraphici Doctoris
Sancti Bonauenturę de Balneo regio, Episco-
pi Albanensis, & Sanctę Romane Ecclesię
Cardinalis, ex ordine Fratrum M-
norum assumpti: magna cum di-
ligentia reuīsa, & castigata,
feliciter explicat.



Omnes sunt quaterniones, p̄ter .Q. Q. Primi tomi: &
ggg. Secundi tomi, qui sunt terni.

VENETIIS M. D. LXIIII.

Apud Dominicum Nicolinum.



ores operemur: deinde p fortiores gradatim caute...

actatus secundus libri vigesimisepti est de varicib...

pru primum est de essentia causis signis accidētibus...

De colera Pigra dixit: vitium elephantis...

libro Signorū dixit: varices accidit in tibijs...

sumis Dixit vitium elephantis insanabile...

forte Eloci: tibi in quibus trāscurret...

Inter cetera vba sua est q materia que cur...

sumis De morbo & accidenti. Si incidit...

sumis Grossitudinis egredientis modū...

De colera nigra: si longus sit hic morbus...

De morbo & accidenti. Si incidit...

alias vularum & similia in quibus non erit fallacia...

De colera Pigra dixit: in vitio elephantis...

Saulus dixit: generatur in india & in egypto...

De sumis dixit: fit hoc vitium in regione...

Dico Ego vidi q hoc vitium non fit in corporibus...

Costa In libro eius de flegmate dixit: fit i regio...

Salienus de membris dolentibus dixit: nō...

Absqz Auctore dixit fit ex sanguine grosso visco...

Saulus dixit: generatur hoc vitium in regio...

Capitulum secundum tractatus secundi est de cura varicū...

Igit Salienus in decimoquarto capitulo...

De morbo & accidenti. Si incidit...

bent vene: vt qd in eis est extra manet i toto: deinde vsua...

Salie. Dixit in libro colere nigre: a quodam ex...

Dico Qd si in vitio elephantis & varicibus corrum...

De octavo Caplo anathomie magne dixit...

Hippocrates Dixit: in quarto caplo libri...

Judeus. Fit quoqz ligatio sanguinis sub cute...

Antilis Dixit si fit farsus: laborans eo ingre...

De tractatu Primo de humoribus si de...

Dico Qd si fit in pedibus minuat basilica: s...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

fuerit in principio: sed quādo perficitur: non sequetur...

Salie. Dixit in libro megathe. varices...

Dico Sumarie fiat cura q non augetur...

Salie. Dixit in libro megathe. varices...

Dico Relatū fuit mihi q sanati sūt sola...

Dixit Farsus: curabat iuxta modū...

Antilis Varices scindī debent & pri...

Salie. Plantago posita in mem...

Diasco. Sel hircinū superpositum tollit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

De morbo & accidenti. Si incidit...

